Sala A
6
T.
133

2-a-5-14



ZACH. I. IRA MAGNA EGO IRASCOR SVPER GĒTES. ET SAGITAS MEAS COMPLEBO IN EIS DEV 32.



D. DIONYSII CARTHVSIANI ENARRATIONES PIAE AC ERVDITAE, IN QVINQVE MOSAICAE LEGIS LIBROS, HOC EST,

Geneſim,
Exodum,
Leuiticum,
Numeros,
Deuteronomium:

iam denuò ſtudioſius recognitæ, multisq́ à mendis vindicatæ.

IOSVE I.

NON recedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt facias & cuſtodias omnia quæ ſcripta ſunt in eo.

Coloniæ ex officina Ioannis Quentel, Anno M. D. XLVIII. menſe Auguſto.

Cum Gratia & Priuilegio Imperiali.

CONVERTE NOS DEVS SALVTARIS NR: ET AVERTE IRĀ TVAM A NOBIS. PSAL 84.

Del Collegio de la Comp. de Ihs de Granada

Ad picturæ iſtius ſpectatorem, Epigramma Bartholomæi Laurentis Nouimageñ, commendatorium Agrippinenſis Carthuſiæ & D. Dionyſij à Rickel Carthuſiani.

Ne tibi ſit mirum, ſpectator imaginis huius,
Hic depictorum quid ſibi ſingla velint:
Neu ridere queas non intellecta, parumper
Expecta: breuis hic rem tibi ſermo dabit.
Qui geniclatur humi, Doctor Dionyſius ille eſt,
Carthuſum amplexus nomine req́ ſtatum:
Doctor, ab Ecſtaſibus, quas pertulit ipſe frequêtes,
Haud præter meritum dictus & Ecſtaticus.
Hunc prope quæ cernis congeſta volumina multa,
Multa & magna eius ſunt monimenta viri,
Immenſis Crœſi tanto præſtantia gazis,
Excedit quanto flaua moneta cuprum.
Nam virgo, cuius ſinui tener inſidet infans,
Qui librum oblatum captat vtraque manu,
Notior atque magìs clara eſt, ſpectator acute,
Quàm tibi vel cuiquam dicier vt ſit opus.
Sed quæ virgo ſuis geniclantem amplectitur vlnis,
A dextris & cui myſtica turris adeſt,
Quæq́ volumen, vti medians, obtendit IESV,
Eſt Carthuſiacæ magna patrona domus,
Agrippinatûm celebri notiſſimæ in vrbe:
Cui domui, modò quod Riclus in ora hominum
Prodijt, acceptum ſoli referatur oportet.
Hæc niſi enim egiſſet, fortè lateret adhuc.
Fortè lateret adhuc? immo hæc certiſſima res eſt,
Nunquam emerſurum téve tuóſve libros
Ricle fuiſſe, Agrippinâs Carthuſia ni illud
Principio obnixè ſuſtinuiſſet onus.
Hoc igitur voluit præſentis imaginis author,
Vt ſcires quorum ſedulitate virûm
Prodiſſet clarus Doctor Dionyſius, vtq́
Ingratus ne tu ſpector amice fores.

PRAESTANTISSIMIS, MAGNIFICIS, AC INTEGERRIMIS DOMINIS,

Conſulibus, Quæſtoribus, Magiſtratibusq́ alijs, vniuerſoq́ Senatui florentiſſimæ & ampliſſimæ ciuitatis Agrippinæ Coloniæ, F. Petrus Blomeuenna Leidenſis, Carthuſianorum in eadem vrbe Prior, ac circa Rhenum Viſitator, felicitatem.

QVANTA ſit ſcripturæ huius, videlicet quam canonicam vocamus, authoritas, quanta item maieſtas, P.C. neminem vnquam puto addubitaſſe, niſi qui aut prorſus inſcius, aut omnino impius, ſpiritui ſancto, quo (vt Petrus ait) loquuti ſunt ſancti Dei homines, reſiſtere maluerit q̃ credere. Necq́ enim voluntate (quod ait) humana allata eſt aliquãdo ꝓphetia, nec opera Dei admiranda, alio nobis doctore reuelata ſunt, q̃ eo, quo & authore ſunt facta. Qui cum mentiri neſciat, vtpote veritas, tantum abeſt etiam vt falſitatis quippiam lateat in ſcriptura. Hoc ſaluator quocq́ noſter confirmat, non parum ſcripturæ tribuens, quando ꝙ ſolui hæc nequeat, dixerit. Proinde quicquid alioqui in controuerſiam poſſet venire, citata ſcriptura pro illius teſtimonio & ſententia, mox roboratur. Eam ob rem non ſolum eccleſiæ doctores, verum apoſtoli etiam, atcq́ adeò Chriſtus ipſe, ſcripturæ non ſemel vſi ſunt teſtimonijs, quibus vel ea quæ adſtruenda erant, roborarent: aut quæ confutanda, conuellerent. Porrò quid ſcripturæ debeat nomine cenſeri, ſi quis interroget, nihil ex noſtro, ſed eccleſiæ iudicio arbitror proferendum: nempe cum veteris tum noui teſtamenti libros, eos videlicet, quos Concilium recenſet Carthaginenſe tertium, capitulo quadrageſimoſeptimo, cui præter alios tum doctiſſimos, tum ſanctiſſimos viros, diuum conſtat interfuiſſe Auguſtinum: & qui communi ſunt eccleſiæ cõſenſu recepti, videlicet Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numerorum, Deuteronomium, Ieſu Naue, Iudicum, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Iob, Pſalterium Dauidicum, Salomonis Prouerbia, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, libri duodecim Prophetarum, Iſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Heſter, Eſdræ libri duo, Machabæorum libri duo. Noui autem Teſtamenti libri vigintiſeptem: Euangeliorum libri quatuor, Actuum apoſtolorum liber vnus, Pauli apoſtoli epiſtolæ quatuordecim. Eiuſdem ad Hebræos vna, Petri apoſtoli duæ, Ioannis apoſtoli tres, Iudæ apoſtoli vna, & Iacobi vna, Apocalypſis Ioannis apoſtoli. Concordat his per omnia Concilium Tridentinum, quod noſtra hac ætate celebratur, præterq̃ quòd librum Baruch Hieremiæ nominatim annectit & approbat, atcq́ deinde poſt enumeratos hoſce, qui de canone dicuntur eccleſiæ catholicæ, libros, iſta ſubiungit: Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in eccleſia catholica legi conſueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habẽtur, pro ſacris & canonicis non ſuſceperit, anathema ſit. Hos vero libros cum tanta or

net maieſtas,tantaq́; fulciat authoritas, vt nemini vnquam ijs non modò re-
fragari,ſed nec de eorum veritate dubitare hactenus licuerit, in ijs tamen om̃i
bus,quemadmodum de Paulinis epiſtolis Petrus teſtatur, cum ſint quędam
obſcura ac difficilia intellectu, quæ indocti inſtabilesq́;,præſertim hodie,de-
prauent:quanta putamus laude dignos eos,qui ſuis vigilijs,ſua opera atq; la
bore,quæ obſcura,lucida: q̃ abſtruſa ſunt,nobis manifeſta reddidere? Quan-
tæ ſunt item illis gratiæ agendæ, qui iuxta ſaluatoris teſtimonium, nobis la-
borauerunt,nobiſq́; ſeminauerunt,vt nos eorum meſſem introituri, atq; ſe-
getem vberem capturi,alienis ſudoribus epularemur? Fuere enim qui in bibli
orum vnum alterumve librum ſcripſerint commentarios: fuere qui complu-
res ſint interpretati ſcripturæ libros. At vero qui in vtrumuis teſtamentũ ſcri
pſerint,atq; ſcripturam ſacram omnem nobis elucidauerint,perpauci haben-
tur. Inter hos tamen egregie hoc ipſum feciſſe conſtat Dionyſium, noſtri or-
dinis Carthuſiani virum eruditiſſimum, nec ſanctitate minori conſpicuum:
qui præter alios pene innumeros quos edidit, libros, nullum ex canonicis ſa-
cræ ſcripturæ libris prætermiſit, quem ſuis non illuſtrarit lucubrationibus,
pleruncq; quadruplici ſenſu, quod nemo ante ipſum præſtitit, nempe literali,
allegorico,tropologico,& anagogico. Huic præterea id laudis accedit, tam-
etſi nulli non cæterorum ſit quocq; ſua præminentia ſingularis, ꝙ explanatio
eius cum ſit lucidiſſima,nec parum ſolida,adeo tamen eſt nihilominus fœcun
da,vt nihil ad rem faciens,ab alijs dictum,prætermiſerit. Vnde accidit vt ada
gij pene loco receptum ſit,nempe: Qui Dionyſium legit,nihil non legit. Itaq;
nos omnem nauamus operam,nec corporis viribus, nec ſumptuum impenſis
parcentes,quo nouos ſemper eſurienti lectori cibos,eoſq́; cum primis ſuaues,
ingeramus:idq́; vel propterea tanto ſedulius,quanto homines impij,ijdemq́;
ab eccleſia apoſtatæ & in fide reprobi,quotidie ſacram ſcripturam perperàm
interpretari, eiuſq́; ſenſum genuinum, quem ſpiritusſanctus loquitur, nobis
abſcondere,corrumpere,atq; mutare nituntur. Noſtrum enim arbitror eſſe,
contra hos virum producere Dei ſpiritu plenum, qui velut alter Dauid, non
vnius Philiſtæi tantum, ſed omnium etiam Allophylorum, de ſcriptura no-
bis exprobrantium,audeat valeatq́; confutare,expugnare, ac confringere au
daciam. Illi nancq; in ingeniorꝫ ſuorum viribus aſtuq́; fallendi confidunt,vt-
2.Cor.10 pote ſuperbi ac verſipelles: qui cum vel nolunt vel nequeunt (iuxta Paulum)
intellectum ſuum captiuare in obſequium Chriſti, non poſſunt etiam ſpiritui
veritatis quem eccleſia habet, ſe ſubdere, dum Chriſtus nobis interim q eius
veritati ac teſtimonijs nitimur, vtpote paruulis,humilibus atq; bonis conſen
tientibus,dignatur ea quæ ſuperbis hæreticis abſcondit, reuelare. Nos enim
Ioan.14. eos duntaxat ſequimur ſacrarum ſcripturarum elucidatores,quorum vita ca
15.16. ſta & ſancta,quorum eruditio eccleſiæ conſentanea, atq; ei ſpiritui veritatis,
Roma.8. qui eccleſiam regit ac docet in omnibus,eſt ſubiecta. Cuiuſmodi hic vir erat
Dionyſius,dum viueret,Deo plenus: q̃d in eo teſtantur vitę ſanctitas,cõtem
plationum exceſſus,ac miraculorum gloria. Porrò illi cum ſint vnitatis diui-
Iudas apoſtolꝰ. ſores,contemptores eccleſiæ,rebelles poteſtati,in Deum quocq; ac in homines
fidefragi, vtpote legum deſertores, atq; ſuorum tranſgreſſores votorum, &
ne

ne minimum q̄dem de ſpũ habeant, audent tamen pro ſua temeritate ſcriptu-
ram ſanctã tractare,atq; hæreſes & impia dogmata,quæ olim ab eccleſia ma-
gna ſunt authoritate damnata,reuocare. Ab ijs felix tu Agrippina Colonia te
hactenus ſeruaſti,ſeruabiſq́; perpetuo (q̃d ſperamus) incorruptam, vtpote tot
ſanctiſſimis,tot doctiſſimis,tot denicq; clariſſimis,ſapiẽtiſſimis & integerrimis
viris referta. Nec eſt reuera vulgare hoc,quod laudi tuę ꝓpterea accedit,præ-
conium, ꝙ ferme ſola inter reliquas ciuitates in fide conſtantiſſima,etiam eas
quæ nutare videbantur,tua ſoliditate ſeruaris. Facis plane quod tuum eſt. Si-
q̄dem tuo more, vt olim ſemper, ita & hodie fidei intemeratæ palmam te-
nes. Eam ob rem regio circumiacens omnis, in te vnam ciuitatem hactenus
ſpectat,parata tuum iudicium ſeq̄,parata quocunq; tu applicueris,ſeſe confer
re. Quid hac laude ſpecioſius? quid præclarius hoc honore? quid denicq; hac
gloria venuſtius? Ad vnius ciuitatis iudicium, ad vnius Agrippinæ ſententi
am,Principes,ciuitates, regioneſq́; ampliſſimas pendere? Nec tamen id im-
merito: quippe cum in te ſint Conſules ſapientiſſimi, integerrimus Magiſtra-
tus,Senatus prudentiſſimus, Academia celeberrima,frequentia cleri, qui ho-
neſtate atq; modeſtia, q̃ alibi,viuit maiori: ciues denicq; optime Chriſtiani, q
omnes non aliter atq; ad commune incendium extinguendum,certatim cui-
uis ſuſpecto inuiſoq́; dogmati occurrunt. Necq; enim leuiter proſpiciendum
putant,vbi conſulto maxime opus eſt: quandoq̄dem non modò tibi, verum
ciuitatibus quocq; alijs & regionibus multis ex te præberetur anſa deſerendæ
eccleſiæ,ſi,quæ antehac nunq̃ leuitate vſa es,nunq̃ à veritate viſa es vacillare,
modò in communem fidei iacturam ac multorum perniciem,rueres. Verum
meliora ac gloriæ tuæ viciniora de te expectamus felix Colonia,cui præter fi-
dei conſtantiam,obedientia nihilominus eccleſiaſtica adeò inhæret radicitus,
vt nulla ꝓmiſſa,nullæ minæ,nulli pſeudodoctores, nullæ denicq; ſæpius tenta
tæ fraudes,hãc tibi potuerint eripere. Quis enim integritatem tuam corrum
pere potuit vnquam? Hæc vos ſapientiſſimi laudatiſſimiq́; Conſules ac Ma
giſtratus, hæc vos ornat conſtantia, hæc vos decet, ò ciues optimi, hæc vos
adeô prædicat fidei ſoliditas,vt nulla ſitis propterea ſatis laude mirãdi, ꝙ ma
iorum veſtrorꝫ virtute certatis haudquaq̃ reperiri inferiores. Necq; enim de-
generes auitam illam ciuitatis veſtræ vultis relinquere aut nobilitatem, aut
gloriam,quibus olim veſtri fulſere maiores, q inter quoſcuncq; hæreticorum
turbines,inter quaſcuncq; tyrannorum regumve perſecutiões, eam qua ſemel
Chriſtiane fuerunt imbuti,haudquaq̃ fidem deſeruere. Vnde quẽadmodum
ipſi vobis,ita vos poſteris veſtris eandem quaſi per manus inconcuſſam tra-
dere curatis. Eapropter felix Agrippina, non fruſtra nec abſq; diuino credi-
mus omine factum, vt tribus Magis atq; Regibus in fide gentium olim pri-
mitijs,tibi miſſis, tribus pariter coronis tu quaſi cælitus tibi deſtinatis, inſi-
gnia tua religioſiſſime venuſtares: q̄ppe quæ Imperij prima ciuitas atq; fidei
corona,& appellari & eſſe,tua virtute & conſtantia meruiſti. Habeant igitur
aliæ ciuitates vel hodie in Imperio magnos,tamen vacuos,honorum titulos,
vtpote quibus earum opera non reſpondeant. Tu interim virtutum laudem
ac honorum culmina poſſide: quippe quæ meritorum præminentiam tibi fere

ſola vendicaueris,cunctiſq; propterea(quod par eſt) ciuitatibus anteferaris.
Vides nunc, ni fallor, quanta tibi profuerit conſiliorum tuorum maturitas,
qua nihil præcipitanter,nihil temere, nihil denique oſcitanter (vt vbiq;)age-
re ſoles : ita in fide quoque nihil abieceris, nihil à patrum eccleſiæq; placitis
receſſeris,nihil detraxeris cæremonijs pijs, nihil denique in ritu officioq; mu-
taueris eccleſiaſtico. Quæ omnia,ſi hodie etiam à morte reſurgerent apoſtoli,
neque meliora,neque caſtiora poſſent ſtatuere,tametſi ſacratiſſima quæq; im
pium abuſum, bonis omnibus execrabilem,ſentiant. Itaque vides nunc ipſa
tuam prudentiam,quàm conſulte egeris,in germana illa fide,in vera obedien
tia eccleſiæ (qua quotquot ſancti, quotquot martyres, quotquot clari fuere
miraculis, vixerunt) perſtans : quando etiam e diuerſo cernis interim tot ci-
uitates,olim quidem dum in fidei & eccleſiæ vnitate perſtiterunt,florentiſſi-
mas:nunc vero,quia peſtifera hæc dogmata receperunt, in priſcis illis hæreti-
cis à patribus atq; vniuerſa eccleſia damnata,& e Luthero huiuſq; viperę ge
niminibus iampridem renata,quomodo confeſtim ab omni pietate,à Dei cul
tu,ab amicitiaꝝ fœdere,à pace,à fide, à virtute, ab omni deniq; honeſtate fa-
ctæ ſint alienæ, atq; quouis humano queſtu deplorandæ. Pater cõtra filium,
Miche.7. & filius à patre diuiſus eſt. Vxor à marito diſſidet. Inter amicos iurgia perma
Matt.10. nent,atq; iuxta ſaluatoris teſtimoniũ,Inimici hominis,domeſtici eius. Quid
enim tam cito humanam ſoluit amicitiam, quid magis diſcordiam fouet,qd
minus poteſt conciliare homines,q̃ fidei diſparilitas? Nullam hodie paganus
init gratiam cum fideli. Iudæo cum Chriſtiano haudquaq̃ conuenit. Nec Iu-
dæo Mahumetanus conſentit. Lutheranus vero Chriſtiano nunq̃ eſſe poteſt
amicus,immo ne Zuingliano qdem. Hoc enim in Lutheri virulento fœtu ſa
tis eſt manifeſtum, q̃ ſe mutuis concidant vulneribus,q̃ nihil conſentiant,ni-
ſi vbi orthodoxæ pariter queant nocere fidei. Quocirca vbicunq; ab eccle-
ſiæ vnitate deficitur,omnem amicitiam Chriſtianam exulare neceſſe eſt:quan
doquidem inueniuntur qui in fide perſeuerent, quibus ea de re non maior po
teſt eſſe fiducia ad hæreticos,q̃ ouibus ad lupos. Hæc tu videns, & ſolita cir-
cunſpectione tua perpẽdens, q̃ omni ſint honore ſpoliatæ ciuitates, vbi fidei
præceſſit defectus,eccleſiæve deſertio,quãq; ciues boni illic inter ſeipſos con-
tabeſcant,vbi ſub iugum peſſimorum nebulonum atq; heluonum fuerint re-
dacti,quos in tres quatuorve impietatum turmas diuiſos tolerare coguntur,
alieno periculo prudentior facta es. Perinde enim tibi eadem iamdudum con
tigiſſent, niſi prudentiſſimis atq; Deũ timentibus gubernata eſſes viris. Qui
patriæ patres atq; optimorum ciuium tutores effecti,ciuitatem te auguſtiſſi-
mam à peſtifera hac contagione ſeruarunt,& hominũ corruptores zelo Chri
ſtianiſſimo exterminauerunt. Semper enim in te (q̃d ad gloriam tuam taceri
non debuit) perſecutionem ſunt paſſi hæretici,quo boni pacem haberẽt. Por
rò q; incorrupta manes & tuta,integerrimis ac ſpectandæ virtutis optimati-
bus atq; conſulibus tuis acceptum referas oportet,q labem hæreticam oẽm,
maxime vero Lutheri dogmata,& alia ex his pullulantia,non aliter atq; ciui
tatis certiſſimam peſtem, auerſantur atq; propulſant. Quid multa? Senatus
omnis(quo vix hodie eſt alibi prudentior atq; integrior)mauult ſuoꝝ maio
rum

rum atq; aſſuetæ probitatis tenere veſtigia, q̃ noui aliquid, quod tam cõſtat
eſſe peſtiferꝝ,inueſtigare. Felix igitur nunc & es & diceris Colonia Agrippi-
na,quæ iuſtitiæ ſemitas,quas tanq̃ hæreditarias tibi relictas tenes,etiam exte
ris tuo exemplo cõmonſtras:ſenſura tandem,quãtam tibi ipſi gloriam, quan
tam ciuibus pacem,quantam deniq; vniuerſis q te incolunt, compares cõcor
diam: vt taceam interim,quale quantumve à Deo acceptura ſis virtutis præ-
mium. Siquidem ad nihil aliud videris extructa, q̃ vt diuinæ humanæq; le-
ges in te doceantur,& tua vniuerſo orbi eruditio proſit. Nam ad omnes fidei
tuæ exemplar iamdudum peruenit. Nec eſt quem famæ tuę odor bonus non
reficiat. In orbe vniuerſo fama olim es celebratiſſima: nec gens eſt hodie, quæ
opinatiſſimam non audierit Coloniam, nimirꝝ fidei tuæ conſtantia & morꝝ
integritate vbiq; te diuulgãte: q̃uis quod compertiſſimum eſt,non hac tan-
tum laude ſis celebris, ſed omnifariã inter reliquas caput efferas vrbes. Quid
eſt enim quod pietatem redolens, in te non abundet? Aut qs ſplendor, quæ
claritas,quæ diuitiæ,quæ merces,quæ diſciplinæ, quæ artes tibi deſunt? aut
quid eſt alibi præclarum,mirandumve,quod in te non præmineat? qppe quę
non ſolum cum alijs certare, ſed etiam præſtantiſſima quæq; vincere vales.
Verꝝ cum noſtri non ſit inſtituti,ſingula hic recenſere, nec panegyricon ſcri-
bere,vt nihil vnde queas laudari,taceamus: idcirco nõ hic æquiſſimã ciuitatis
politiam recenſemus,non ciuium laudatiſſimos mores,vtpote modeſtia pru-
dentiaq; ſingulari inſignes,nõ deniq; pulcherrima templa ſanctorum reliqui-
is refertiſſima,nec monachoꝝ virginumq; Deo dicatarum greges,ſed ne ſup-
biſſimas qdem ædes,ampliſſimaq; palatia,quibus tota es ornatiſſima, referi-
mus. Olim hæc fecimus,vbi Francis,quaſi totam depictam ob oculos quo po
tuimus ſermone, te cõmonſtrauimus. Interim tamen non eſt prætereundum,
q; cũ doctiſſimi viri quotidie in te naſcant̃, cum libri quoquerſum ex te mit-
tant̃ ad Chriſtianę pietatis eruditionem & ædificationem eccleſiæ,nobis omni
no videbat̃ neceſſarium, q tuam maximopere gloriam zelamur, Dionyſij li-
bros,vtpote eccleſiæ ſuffragium,ex te in medium dari. Eſt enim doctor non
inter infimos cenſendus,vtpote q plus omnibus laborauit,immo cui in libro
rum editiõe,in ſacri ſtudij aſſiduitate,in frugis quã eccleſiæ attulit,vbertate,
non facile qſpiam eſt anteferendus. Certabãt igit̃ iampridẽ non leuiter aliaꝝ
ciuitatum bibliopolę & impreſſores pro Dionyſij libris excudendis. Verꝝ hic
tibi debebat̃ honor,cui nullus non debet̃ ab ordine Carthuſienſi,qppe cui tu
iam olim dederis initiatorem. Siqdem beatiſſimus Bruno primus oĩm Car-
thuſienſium,q ad ſtupẽdum olim miraculum, dum in Theologia Parrhiſijs
magiſter legeret,cõpunctus,ad eremum intra Sabaudiæ fines confugiens,pri
mus ordini & nomen & exordium dedit,hic tuus ex nobilibus parentibus na
tus eſt ciuis. Eam ob rem qcqd ex ordine hoc noſtro frugis in eccleſiam ꝓdit,
poſt Deum huic tuo eſt ciui tribuẽdum,atq; in tuã gloriam referendũ,cui no
ſtra pariter omnia ſeruiunt ſtudia. Nec debuit huius noſtri Dionyſij produ-
cẽdi gloria fraudari, ciuis tuus ac ſenator ornatiſſimus D. Petrus Quentel,
q ex officina ſua literaria vetuſtiſſima,alios tam multos dedit authores,idq;
ſuis impẽſis,ſuis periculis, ſuis deniq; ſudoribus, ne theſauros mundo nõ ꝓ-

duceret abſconditos. Quid enim vir ille non faceret ad patriæ ſuæ decus, ad ciuium gloriam, ad perpetuam denique poſteritatis ſuæ memoriam, qui ſuopte animo paratiſſimus eſt ſtudioſis omnibus prodeſſe? Huic igitur committi debuit exornandus Dionyſius, atque ſeculis euulgandus, hoc præſertim æuo, quo vetus nouumq́; teſtamentum quanto auidius legitur, tanto vtilius explanatur. Hortabatur ad hæc quoque, & non parum promouit primus omnium Reuerendus pater Cõradus Kollin, Dominicanæ familiæ in Theologia profeſſor ac regens, vir certe & pietate & eruditione incomparabilis. Qui licet ipſe (pręter multa alia) grande opus, ſtudioſis omnibus vtiliſſimũ, nec ſuo vel ordini vel ætati inglorium meditetur, optauit tamen vehementer & perſuaſit, vt præiret Dionyſius. Hunc itaque Dionyſium vobis integerrimi Conſules, Magiſtratus, Senatores, Ciuesq́; vniuerſi, præſertim quidquid circa Moſis pentateuchum lucubrauit, tanquam bibliorum caput, nuncupandum ſeruauimus, quo ſimul nos ordinemq́; noſtrum vniuerſum veſtræ tutelæ, veſtroq́; patrocinio commendaremus. Cui enim magis congrue debuit ſacræ ſcripturæ caput, Geneſis videlicet ac Moſis lex, dedicari, quàm ei ciuitati & genti, quæ non ſolum ſcripturam, verumetiam ſcripturæ ſenſum, quem eccleſia ſpiritu Dei erudita, nobis contradidit, præcipua deuotiõe tenet? Vnum hoc poſtremo oramus ſupplices P. C. præſtantiſſimi, vt hanc operum noſtri Dionyſij, qui olim in veſtra ciuitate & ſtuduit, & publice prælegit, nouã editionem, nobis non tam laborioſam, quàm multis ciuium veſtrorum (vt ita dicam) lucroſam, in bonã partem accipiatis. Etenim ſpes nobis optima eſt, per horum operum editionem (D. Auguſtini opera quantitate plus duplo ſuperantium) multo plures ædificatum iri, non ſolum in doctrina ſana, verumetiam in pietate vera & morum probitate, quàm ædificati ſunt iam quindecim annis vltrà, per libros contentioſos, & per ſuperuacuas de rebus fidei diſputationes. Faxit Deus Optimus Maximus, vt recuperata pace & vnitate eccleſiæ, ocioſis & amarulentis circa fidem contentionibus nihil amplius ſit opus. Id fiet, ſperamus, vbi aduerſarij noſtri in ſe reuerſi, corde contrito & humiliato cœperint priſcis potius & ſanctis patribus credere, quàm propriæ prudẽtię inniti. Hoc enim multo & ſalubrius & tutius fuerit. Illi nanque patres antiqui procul ab omni ſuſpicione harum contentionum remoti, abſque omni affectu prauo & peruerſo, nudam fidei Catholicæ veritatem in ſacris literis perquiſierunt, ac perquiſitam in ſcriptis poſt ſe abſq́; inuidia reliquerunt, in profectum cuiuslibet, in odium nullius. Pietas etiam actionum & ſanctitas vitæ indicat, eos propius attigiſſe & gratiam Chriſti, & afflatum Spirituſſancti, vt merito debeamus eorum expoſitionibus & ſententijs plus tribuere, & ſecurius acquieſcere, q̃ noſtris proprijs. Valete felices honoratiſſimi Conſules, Quæſtores, Magiſtratus, Senatus, ac ciues optimi vniuerſi.

CLEMENS PAPA VII. DILECTIS FILIIS SENATVI & populo Colonieñ.

Dilecti filij, ſalutem & apoſtolicã benedictionem. Quod ſemper à veſtra pietate expectauim⁹, ſuppliceſq́; à Deo implorauim⁹, vt vr̃a ciuitas, olim Romani imperij inſignis Colonia, deindeq́; Chr̃ianæ pietatis ſolida in iſtis regiõibus columna, pollẽs opibus, robuſta viribus, celebrata literis, tãta circũſtantium hęreſum propinqtate ſe illæſam Deo cõſeruaret, & ſi qua ſui parte corruiſſet, Dei munere cito conſurgeret, id cum ſumma noſtra lætitia, veſtra maxime filij Senatus pietate & conſtantia factum eſſe & continue fieri audimus: idq́; ad nos iam vndique nunciatur. Agimus itaque diuinæ miſericordiæ gratias, quòd inſignem ac percelebrem veſtram ciuitatem à ſatanæ venenis tutata eſt, ſanctamq́; Coloniam re & nomine effecit. Vobis autem filij quas poſſumus laudes paterno affectu reddimus, quanquam multo impares eas veſtris meritis iudicamus. Veſtra enim virtus & conſtantia, non ſolum ſibi ad ſalutem, verum cęteris proficiet ad exemplũ, ſecuturis authoritatem tam inſignis, tamq́; eximiæ (nedum in Germania, ſed etiam in cuncta Europa) ciuitatis. Vos vero filij dilectiſſimi, vtinam occaſionem aliquando habeamus noſtrum erga vos paternum ac peculiarem amorem exhibendi: cuncta vobis quidem anniteremur ſigna oſtendere paternæ noſtrę erga vos ac feruentiſſimę charitatis. Hortamur magis ex abundantia affectus noſtri, quàm quòd neceſſe id vobis arbitremur, vt in cœpto pietatis curſu perſiſtatis. Primum conſulturi ſaluti, deinde etiam gloriæ veſtræ, atque à Deo ipſo (cuius veram religionem à patribus acceptam tuemini) immarceſcibiles meritorum cumulos adepturi. A nobis vero, & ſereniſſimo Cæſare omnia expectaturi, quæ ab amantiſſimis parentibus in pientiſſimos filios conferri poſſint. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo piſcatoris, die viceſimanona Nouembris, milleſimo quingenteſimo triceſimoprimo, Pontificatus noſtri anno nono.

EX CHRONICA DE TEMPORIBVS MVNDI.

Agrippina Colonia, quæ ad ſiniſtrum Rheni latus ſita eſt, locus & ſitu & flumine clarus & populo, temporibus Aneę Troiani ante Chriſti natiuitatem anno mundi 5179. à quodam Troiano, Colono nomine (vt Sicardus Cremonenſis refert) initium ſumpſit. ſed poſtmodum Claudij imperatoris iuſſu, qui Agrippinæ maritus fuit, Vbiorum populis à Sueuia fugatis, inſtaurata extitit, & ab Agrippina vxore, ex eorum progenie ducta, appellarunt. Quam vrbem ſic conditam Vbij populi habitare cœperunt. Veriores tamen hiſtorici omnes aſſerunt, quòd Marcus Agrippa Coloniæ illius author fuit: qui licet multa domi, multa foris præclara conſtruxit, illam tamen ex oĩbus dignam cenſuit, cui ſuum nomen imponeret, ædificator ac bellator egregius, dignusq́; habitus quem Auguſtus ſibi generum ex toto orbe deligeret, non qualiſcunque filiæ, ſed dilectæ, ſed vnicæ, ſed auguſtæ. Is vrbem in æmulationem Treueris opulentiſſimã ordinauit, vt ſeditiones Galliæ comprimere poſſet. Hanc nonnulli Coloniam Romanorum dixerunt. Quæ ciuitas cum Romanorum ſocia eſſet, fatali igne conſumpta eſt. In qua Capitolium & ædificia, & ritus Romanorum inſtar fuere, & adhuc nonnulla extant. Habet enim Capitolium ad effigiem Romani. Videtur ibi templum vrbe media pulcherrimum, quanuis inexpletum, quod haud immerito ſummum vocatur. Magorum ibi regum corpora, ab ortu vſque ad occaſum tribus ſaltibus tranſuecta, quos ad æthereum quẽdam regem, ad præſepia vagientem, cum muneribus veneratos legimus. Hæc libera ac inſignis vrbs metropolis eſt, cuius Archiepiſcopus Romanum eligit Imperatorem. In ea multi ſcientia & ſanctitate claruere viri: quorum de numero Seuerinus ipſius vrbis epiſcopus, Et Albertus Magnus, cuius corpus apud Prædicatores obſeruatur. Ibi fere ſeptingenti ex legione Thebeorum curſum ſui agonis compleuerunt. Vrſula quoque cum vndecim virginum millibus, & alij nonnulli in ea martyrium promeruerunt. Mirum autem eſt, quanta ibi ciuilitas, quæ vrbis ſpecies, quæ virorum grauitas, quæ munditiæ matronarum. O nimium felices Rheni accolæ, quorum ille miſerias purgat Germaniæ ſuperioris, nec Iſter nec Albis Italicorum, nec Padus vnquam valent purgare, nec Tiberis.* pigriora ſunt hæc flumina. ¶Hæc ex Chronica quam vulgus Norenbergenſem vocat.

¶ F F. de Cenſi. Li. Fi.

¶In Germania inferiori Agrippinẽſes Italici iuris ſunt, id eſt, tributa Cæſari non præſtant.

IN PRAECLARAE VRBIS AGRIPpinæ Coloniæ laudem, Carmen Heroicum, Authore Buſchio.

PORrige Pieriam ſitienti Caſtalis vndam
Muſa tuo vati, cupido mihi redde ſonoram
Diua lyram, reſides animos, ſenſuſq́; labanteis
Deſide iam ſomno, deſueta ad munera verte:
Et mea triſtitiæ detergens pectora nube,
Imbue Pympleis arentia guttura lymphis,
Conatuſq́; iuua, quibus ordiar edere carmen
Vrbis ad Agrippæ laudes, & nobile nomen
Illius (his noſtris præſentia Numina votis
Si mereor, ſi dat vires mihi Phœbus Apollo,
Ingenijq́; rudis ſi vento implenda ſecundo
Vela, ſinuſq́; regit, placidam ſi commodat auram
Aeolus) audaci mittam trans æquora cantu,
Perq́; omneis ſpargam populos, tradamq́; legendum
Qua Romana patet facundia, ſermo Latinus
Qua penetrat, latas & qua diffuſa ſub oras
Gens hominum Latiæ celebrat commercia linguæ.
¶Huius primæuos alius ſcrutabitur ortus,
Quàmq́; vetus, vel quo ſedem hanc fundauerit æuo,
Quo duce, num priſcus fatis monitiſq́; deorum
Condidit hanc aliquis tanti moliminis vrbem
Heroum ſanguis, vel dijs genitoribus ortus:
Vt Clarij ſupplex Phœbi reſponſa ſecutus
Cadmus, in Aonia poſuit noua mœnia terra.
Et Teucer quondam forti Telamone creatus,
Laomedonteæ poſt triſtia funera Troiæ,
Ambiguam in Cypro ſocijs Salamina locauit.
Hæc ego non agito, ſed commemoranda relinquo
Pòſt alijs. mens eſt nobis, præſentia tantum
Dicere, quæ facies vrbis ſit, quale virorum
Ingenium, quibus & ſtudijs, quibus artibus omnem
Impendant operam, morum quæ cura bonorum.

Laus à pclaris ædibus.

¶Ipſa igitur moles vrbis pulcherrima, latæ
Et nitidæ ſurgunt rectis ſublimibus ædes,
Quas dicas vel templa deûm, vel culmina regum.
Tantus vbique decor, tam celſa fronte minantur,
Deſpiciuntq́; ſolum, patulis tam clara feneſtris
Se lux inſinuat, tam multas continet aulas
Vna domus, totq́; excludunt hypocauſta pruinas
Hybernas, gelidoſq́; vetant ſæuire Decembres:
Tam pulchri thalami, tam blanda cubilia, crebris
Atque aptis diſcreta locis, fabreq́; polita
Arrident ſtrato lectis genialibus antro.
Sub pedibus varijs calcas aſarota figuris.
Quicquid Apellæi celebres pinxere colores,
Parrhaſiæq́; manus, picturis cultus vterque
Magnificis paries imitatur, & aula venuſtis
Fulget imaginibus, ſpatium nec in ædibus vllum
Ceſſat iners, cultuq́; carens, ſed margine pleno
Cuncta micant tabulis pictis, aut aſpera ſignis.

A foris, plateis, mœnijs, foſſis, turribuſq́;.

¶Quid fora? quid dicam nitidas ſine ſorde plateas,
Feruentes hominum turbis, cœtuq́; frequentes?
Quid tibi præcipites, quæ cingunt mœnia, foſſas?
Quid murum turreſq́; loquar? niſi nomina ficta
Eſſent Cyclopes, hæc mœnia dicere poſſem
Fortibus artificum dextris fabricata Cyclopum,
Aut Amphionij dulcedine condita plectri,
Treiciave lyra, ſubſtructave pectine Phœbi,
Quo labor Iliacus, quo Pergamus ardua quondam
Creuit, & aereas admouit nubibus arces.

Ab opulētia cornuq́; copię rerum.

¶Nunc ſi diuitias quis contempletur, & ipſas
Vrbis opes, auibus (credo) fundata ſecundis,
Ominibuſq́; bonis, necnon ducentibus aſtris,
Necnon & ſuperis lætis, hæc mœnia dicet.
Omnia ſic largus fortunæ riuus inundat
Tecta, domoſq́; ſuo ſic felix copia cornu
Omneis fœcundat, ſic ſors opulenta penateis.
Sed quia non auri laudem vis multa meretur,
Nec Crœſi, nec tota Midæ congeſta metalli
Pondera fulgentis, nec quicquid Dalmata diues
Nec quicquid fuluis auidus fodit Aſtur in aruis,
Nec quæcunque olim populo tributa pependit
Romano, Libyci ſpeculatrix clara profundi
Carthago, regnumq́; Iubæ, Cereriſq́; Triquetra
Fertilis, & parui Iouis incunabula Cretæ,
Ni ratio poſſeſſa ſimul diſpenſet & vſum,
Ni prudens animus, ni mens collecta vigenſq́;,
Ingeniumq́; ſagax certis humana gubernet
Finibus, & monſtret legemq́; vicemq́; fruendi.

A pietate ac ſanctorum reliquijs.

¶Ad mores ideo nunc, & laudabile gentis
Atque vrbis ſtudium veniam, rituſq́; probatos,
Virtute & plectro nobis meliore canendos.
Iam ſi noſſe libet quæ ſit cultura, vel ipſos
In ſuperos pietas, ſaxis extructa ſuperbis
Grandia templa deûm, fuluoq́; ornata metallo
Adſpice, & excelſis pendentia tecta columnis.
Adſpice & ad ſacras hominum quæ conuenit ædes
Turba, preces & dona ferens. aduerte, quis ordo
Officijs, quàm caſta cohors ſymphonia miſcet,
Quanta miniſterijs diuinis cura locatur.
Omnia qua peragant ſacra ſolicitudine Myſtæ.
Si te relliquiæ delectant, corpora ſi te
Sancta mouent, en iuſtorum veneranda Magorum
Limina, quos Chriſti ſacra ad cunabula duxit
Conſpicuum ſidus Phœbi naſcentis ab ortu:
En tibi virgineas acies, fulgore rubentis
Martyrij illuſtreis, ſeruati & flore pudoris,
Vrſula quas tanti dux agminis, alta, potenſq́;
Sanguinis & ſceptri, fidei ſed honore micantis
Clarior, aduexit Rheni per amœna fluenta
Littus ad hoc noſtrum, fideiq́; animauit amore
Fundere pro Chriſto caſtam per vulnera vitam.
Egregias pietate animas circunſpice, princeps
Inclytus & fortis Gereon quibus impia fregit
Idola, & cælum meritis accepit, & iſtos
Purpureo vincens decorauit ſanguine muros.
Omnia ſi libeat ſanctorum corpora iam nunc
Commemorare mihi, ſacrataq́; pignora, tantas
Delicias, tot theſauros, felicia quos hæc
Mœnia concluſos gemmis venerantur & auro,
Deficiet tempus, citiuſq́; ego tecta domoſq́;
Tantæ vrbis, ſerie, numeroq́; & carmine dicam.

A ciuilib⁹ populi morib⁹ ac varijs rerum armorūq́; exercitamentis.

¶Sed modò cōuerſis numeris, mea carmina mores
Ciuileiſq́; operas alacri mihi ludere verſu
Incipiant. iuuat huc plenis decurrere velis.
Sobrius, aſſiduus, vigil, ingenioſus, acutus,
Prouidus, humanus, ſolers, patienſq́; laboris,
Deſidiæq́; fugax, & inertis ſtrenuus oci
Contemptor, non vota gulæ, non gaudia ventris
Diligit, aut vegetos hebetantia pocula ſenſus.
Sed frugi eſt victu populus, parcuſq́; quietis,
Vtiliumq́; ſagax, rebus qui tempora ſeruat
Opportuna ſuis, momentaq́; ſingula librat,
Ne pereant. pigræ prælanguentiq́; reſiſtit
Segnitiæ, turpiq́; vetat rubigine torpor
Inquinet ingenium, iuueneſq́; effœminet artus.
Colligit, & (ratio ſi monſtrat tempora) ſpargit,
Diuitiaſq́; facit pulchri inſtrumenta fauoris.
Et quid ſit virtus, nouit, qui ſplendor in illa,
Nomina præcipuè quę numine traxit ab ipſo.

A cultu virtutis.

Exigit hic totam felix induſtria vitam,
Et ſteriles cunctis nugas eliminat horis.
Feſtaq́; lux quoties (exploſa ignauia tantum)
Huic populo alternat intermittitq́; labores,
Non tamen indulget ludo cuicunque iuuentus,
Ocia nec perdit: ſed ſeſe exercet in illis,
In quibus ingenui lucent veſtigia moris,
Per quæ proficiant vires, & robora creſcant,
Vnguibus à teneris vſu durata lacertis.
Ergo aut veloci contendunt agmina curſu,

Aut

Aut vigili ſaltu ceruos æquante fugaces,
Aut altos amnes, & flumina rauca natatu
Exuperant. credas laſciuum innare profundo
Sicanio Glaucum, vel in æquore Protea notum
Carpathio, aut vitreas Tritonem errare per vndas.

Ab agilitate, varioq́; iuuentutis officio.

¶Hic feruet, luditq́; pila formoſa iuuentus,
Hic ineunt nitidam iuuenilia corda palæſtram,
Hic iaculo, hic diſco certant, celeriq́; ſagitta:
Exercentur equis alibi, ſubiguntq́; feroces.
Frenaq́; nunc laxant, preſſis nunc ſtare lupatis
Alipedes cogunt, nunc colla comantia flectunt
In gyrum, & toto ſpectantur equiria campo.
Inde alios videas longis certamina contis
Per ludum ſerere, & ſtrictas vibrare ſecures,
Monſtratumq́; locum referente tonitrua glande
Percutere, euentu nuſquam ceſſante, nec arte.
Id genus armorum, priſcis hæc machina ſeclis
Incomperta fuit: nuper Germania pugnax
Militiaq́; potens hanc primum oſtendit, & hoſti
Obiecit trepido, ſonitumq́; ictumq́; pauenti.
Quam Mars & Bellona ſoror, ſimul armipotentes,
Vt vidêre, ſtatim veterum riſere parentum
Baliſtas, falces, catapultas, robur Epei,
Quod nobis aries mutato nomine fertur,
Trabs ingens, teloq́; rigens in vertice primo,
Mœniaq́; incurſans ęrata hoſtilia fronte.
Cuncta Syracuſi riſere inuenta magiſtri,
Macellum quibus ille mari terraq́; fatigans
Suſtinuit ſolus, totieſq́; repreſſit ab vrbe
Pugnantem caſtris, & diſtulit arte triumphos.
Hæ iuuenum curæ ſacris feſtiſq́; diebus,
Poſt res diuinas vrbis de more peractas,
Inde ad tutelam patriæ, quum ſæuit Enyo,
Deligitur miles patiens algoris & æſtus,
Nullis ærumnis cedens, nullumq́; laborem
Aut onus armorum fugiens, hoſtemq́; ferire
Doctus, & ex omni famam laudemq́; periclo
Ferre animis auidus, patriæq́; iubentis amore
Promptus in aduerſum, qualem grauis Allia vidit
Fortunam ruere, atque imitari in puluere diro
Cannarum cæſos, Cremeræq́; ad flumina victos,
Corporibuſq́; ſuis, quaſi vallo excludere bellum.
Nec temerè inuenies dapibus vinoq́; grauatum,
Immemoremq́; ſui, lapſantem, & luxa trahentem
Ilia, & indigni dare prætereuntibus anſam
Materiamq́; ioci. cauet hæc opprobria ſemper,
Dedecus hoc vitat ſæuo cane peius & angue.

Ab oīm bonarū artiū pfeſſione celebriq́; doctorum virorū copia.

¶His aliam adiungit gens prudentiſſima laudem,
Quòd non diuitias ſolum putat eſſe decori
Vrbibus, & magnos infiniti æris aceruos,
Nec tantum validi robur prodeſſe lacerti,
Sed doctos celebreſq́; viros vel maxima cenſet
Ornamenta loci, & rerum decora alta ſuarum.
Omneis ingenuas hinc miro amplectitur arteis
Et colit affectu, veroq́; hæc ſemina cultu
Auget, vt eſt altrix ſtudiorum maxima, & iſto
Nomine par claris (quas Græcia iactat) Athenis.
Quid? prius arboribus ſyluæ, ligniſq́; carebunt,
Aequor aquis, montes vmbris, & gramine campi,
Frigore triſtis hyems, ver flore, & frugibus æſtas,
Quàm careat doctis clariſq́; Colonia felix
Prudentum ingenijs, & reſpondere paratis,
Ad quodcunque velis in qualibet arte mouere.
Hic æternorum diuinorumq́; capaces,
Et quicquid meminit ſcripturæ pagina ſacræ:
Hic qui iura ſciunt, legumq́; ænigmata ſoluunt,
Hic oratores, medici, ſtellaſq́; profeſſi,
Hic ſophiæ, hic habitant Phœbei fontis alumni,
Caſtalijq́; laris, magni primordia mundi,
Et veteres annos, tranſactaq́; ſecula docti.

A numeroſo alienigenarum in Colonienſem Academiam acceſſu.

¶O vos felices, & blando ſidere natos
Indigenæ pueri, quibus omnia ſacra Mineruæ,
Omneq́; doctrinæ genus intra mœnia veſtræ
Semper adeſt patriæ, laribuſq́; hæc penè paternis
Omnia combibitis cum lacte, & ab vbere matris:
Propter quæ innumeri lōginqua per æquora vecti,
Et terras alio fermè ſub ſole repoſtas,
Huc properant iuuenes, magno non abſq; labore,
Vt poſſint olim parta cum laude reuerti
In patrum amplexus, atque obuia colla ſuorum.
Præclarè hic igitur pubes ſtudioſa docetur,
Quod ſatis ingenijs ſit quantumcunque beatis.
Non tamē eſt bona pars iuuenum contenta paratis
Hic animi precijs, quanuìs hic fonte perenni
Artes quæque fluant: peregrina ſed omnia latè
Gymnaſia explorat, cupiens maiora parare,
Pluraq́; ſpectatis: quod ſanè vertice toto
Approbo conniuens. quis enim rephendat ineptas,
Quod ſummi fecere ſophi, Plato clarus, & ipſe
Pythagoras? quorum patriam dimiſit vterque,
(Vt taceam reliquos) atque extera viſere regna
Aggreſſus, varios mores cognouit & arteis,
Ne tantum (quanuîs doctas) loqueretur Athenas.
Sic poſtquàm ſatis hic ſtudij annorumq́; videtur
Artibus impenſum, generoſa exempla ſecutus
Hic petit Inſubres, & Ticinenſia doctis
Littora amata viris, petit hic Antenoris arcem,
Euganeoſq́; lardis, hic te Ferraria diues,
Strenuus accedit, trifido quam gurgite cingit
Eridanus, ſuperi vagus hoſpes & aduena ponti.
Alter ad Aemiliam tendit, Rhenumq́; minorem,
Felſineoſq́; focos, Alpheæ mœnia Piſæ
Alter adit, quidam Senonum de nomine Senas,
Quidam Thyrrenis Peruſinam in collibus vrbem,
Plures Dardaniæ ſubeunt palatia Romæ,
Quæ quondam ſignis domuit victricibus orbem,
Subq́; ſuo tenuit terras atque ęquora regno.
Trans Ararim pleroſq; rapit Rhodanumq́;, vidēdi
Diſcendiq́; calor, doctos vbi Sequana fluctu
Parrhiſios intrat, tumidiſq́; perambulat vndis.
Vt Germanorum taceam non indiga laudis
Gymnaſia, & multis fama celebrata ſub oris.
Sic plebs, ſic populus, priuataq́; pectora, degunt,
Pignoraq́; erudiunt, ſic remq́; domumq́; procurant.
Hactenus hæc illis cecinit mea carmina Clio.

Laus ab inclyto prudentiq́; Senatu.

¶Nondum eſt ad patres ventum, clariq́; Senatus
Concilium. certe hic alijs iam viribus eſſet,
Hic opus ingenio maiore, altoq́; cothurno.
Longè hic me vinci fateor, mea carmina tantis
Cerno indigna viris, humeriſq́; hæc pondera muſæ:
Quam, labente genu, nimio ſub faſce laborum
Caſuram video, & ludum doctis riſumq́; futuram,
Laturam & piperi tunicas, thuriq́; Sabæo,
Ni potius taceat, quàm pauca indignaq́; verſu
Proferat exili, & plectro deliret inepto.
Nullum hic ingenium, nulla eſt facundia, nullum
Eloquium. tantis animis meritiſq́; virorum
Vena mihi eſt impar. ſedet ordine Brutus in iſto
Aſſertor patriæ, Galliq́; procella Camillus.
Hic & Caonio non corrumpendus ab auro
Fabricius, Curiuſq́; regunt, hic Scæuola pugnat
Legibus, Attilius præſtat fide, & Appius ore
Magnanimo pacem Pyrrho monet eſſe negandam,
Amiſſa incutiat quæ maieſtate pudorem.
Hic Marcellus adeſt, vinci qui poſſe ferocem
Hannibalem doceat. hic qui cunctando retardet
Eludatq́; ducem Fabius dictator eundem.
Conſulit hic dubijs placidi ſapientia Læli.
Fulminat hic patrijs (cum res ſic poſtulat) armis
Scipio, cui nomen virtus ſtruit alta ſuperbum.
Hic ſanctus grauitate Cato, pietate Metellus,
Iuſtus Ariſtides, Phocion bonus, Otriadeſq́;
Clarus, deuoto patriæ pro laude cruore.
¶Non ego (ſi ſapio) tantum mihi carmine ſumam,

Non

Non ea vis ſtudijs, nec tantã audacia, noſtris,
Taleis ieiuno tantosq́; vt poſſe referre
Me rear ore viros, laudemq́; æquare canendo.
Quàm vigili cura tantæ vrbis commoda, remq́;
Communem, tantam molem, populiq́; ſalutem
Suſtineant, rerum qua mente negocia tanta,
Quóve animo ſubeant, quo clauo proſpera pacis
Ocia, quo rigidum moderentur pectore Martem,
In verbis ſit quanta fides, in iudicijsq́;
Iuſtitia, in lætis ſit quanta modeſtia rebus,
Quantaq́; in aduerſis conſtantia, dura ferendi
Quale viris robur, præſentis temporis acta
Quàm cauta ratione putent, quaq́; arte futuris
Caſibus occurrant, qua dexteritate latebris
Implicitum euoluant verum, vtilioraq́; cernant,
Qua lites vulgi ſedent, qua iurgia lance,
Vel quo iure regant, quo cultu & honore decorent
Virtutem, & damnent qua libertate nocenteis:
Cõcluſio. Hæc & mille alias virtutes, claraq́; geſta,
Atque ſophocleo tantum celebranda cothurno,
Vel (de quo inter ſeptem vrbes certatur) Homero,
Quum videam tenueis noſtras excellere longè
Viriculas: ne tantarum veſtigia laudum
Deterat ingenij culpa & vena arida noſtri,
Cedo volens, dextramq́; premo, citharãq́; recondo,
Cunctaq́; Mœonijs linquo hęc monumenta poetis
Integra, & à dignis ſolum pangenda camœnis.

EX SANCTORVM HIſtorijs & Chronica felicis Coloniæ Agrippinæ.

PRænobilis totius Alemaniæ ciuitas, & ſancta metropolis Agrippina Colonia, vndecim habet Ecclesias collegiatas. Quarum prima eſt Eccleſia ſumma Archiepiſcopalis, fundata in honorẽ ſancti PETRI apoſtoli. In qua requieſcunt venerabilia corpora trium Regum Magorum, trium martyrum, Felicis, Naboris, Gregorij Spoletani, ſanctę Irmgardis, & caput ſãcti Silueſtri Papæ, ſuperior medietas baculi, & catena ſancti Petri. Secũda eſt fundata à ſancta Helena imperatrice in honorem ſancti Gereonis & ſociorum eius 318 Thebeorum, & ſanctorum Gregorij & ſociorum eius 360 Maurorum, quorum corpora cum multis alijs martyribus in eadẽ Eccleſia honorificè reſeruãtur. Tertia eſt ſancti Seuerini, ſecundi Archiepiſcopi Colonieñ, qui floruit circa annum Dñi 400. cuius ſanctiſſimi corporis ſacræ Reliquiæ in precioſiſſima recõdita tumba, ſingulis ſecundis ferijs ab incolis deuotione præcipua viſitãtur. Quarta eſt ſancti Cuniberti, qui fuit ſeptimus archiepiſcopus Colonienſis, in deaurata tumba ibidem, cũ duobus martyribus preſbyteris, Eualdo albo, & altero Eualdo nigro, etiam in deauratis & argenteis tumbis quieſcentes. Quinta eſt ſancti Andreę. Sexta eſt ſanctorum Apoſtolorum, in qua quieſcũt ſancti martyres Felix & Adauctus cum reliquijs alijs multis. Septima vocatur MARIAE ad gradꝰ, in qua requieſcit ſanctus Agilolphꝰ, 14. Archiepiſcopus Colonieſis. Octaua eſt ſancti Georgij glorioſiſſimi militis & martyris CHRISTI, cuius brachium & gladius, quo draconem interfecit, & multæ alię reliquię ſanctorum deuotè à populo ibidem conſpiciuntur. Nona eſt vndecim millium virginum, in qua theſaurus ſanctarum virginum & Martyrum, & corpus ſancti Hippolyti martyris, continentur. Decima ad ſanctam Cęciliã, vbi quieſcit ſanctus Euergiſlus martyr, & tertius archiepiſcopꝰ Colonienſis, & ſanctus Paulinus in tũbis deauratis. Vndecima, ad ſanctam MARIAM in capitolio, vbi corpꝰ ſancti Vitalis martyris, & multę ſanctorum reliquię annuè cum magnis indulgentijs oſtenduntur populo. ¶Habet etiam Colonia quindecim monaſteria virorum. Primum eſt ſancti Pãtaleonis, ordinis ſancti Benedicti, vbi quieſcũt ſanctus Albinus, Maurinus, Pãtaleon martyres, & ſanctus Bruno 25 archiepiſcopus Colonienſis, & frater Imperatoris Ottonis primi. Secundum, ad ſanctum Martinum Maiorem, eiuſdem Ordinis, vbi glorioſum corpus ſancti Eliphij martyris decẽtiſſimè reſeruatur, & ſimiliter plures reliquiæ per ſingulos annos palàm exhibentur. Tertium eſt Carthuſienſiũ, apud quos eſt portio Tunicę Domini ſaluatoris, cuius fimbriam mulier ſanguine fluens tetigit, vnde vſque hodie multarum infirmitatum fiunt curationes. Mappa integra, quam beata virgo MARIA ſuis benedictis manibus in templo contexuit, vſaq́; fuit. Mãdibula cum ſex dentibus Beati Simonis apoſtoli. Brachium ſanctæ Annæ, & ſancti Georgij, & dens eius. Beatæ Mariæ Magdalenæ brachium, cum innumerabilibus penè reliquijs alijs. Quartum Ioannitarũ, apud quos eſt corpus ſanctæ Cordulæ, vnius ex ſodalitate vndecim Millium virginum, cum reliquijs alijs multis. Quintum, ad ſanctam Catharinã, in quo Domini ſunt ordinis hoſpitalitatis MARIAE Teutonicorum. Sextũ eſt Regularium (quos vocant) Canonicorum, vulgo, propter miraculum ibi factum, Ad corpus Domini, dictum. Septimum eſt ſancti Antonij. Octauum, Cruciferorum. Nonum eſt Franciſcanorum, qui vocantur Minores, vbi reſeruantur multæ reliquiæ, & præſertim ſuperior pars capitis ſanctæ Barbaræ, & vnus puerorum ex innocẽtibus. Decimũ, Prædicatorum. Vndecimum, Carmelitarum. Duodecimum, Auguſtinẽſium: vbi habetur maxilla ſancti Sebaſtiani. XIII. Vuidenbachenſiũ. XIIII. Longenſium, qui infirmos mortuosq́; frequentant. XV. Oliuẽſium, poſt Cęſaream curiam manibus ferè ſuis, præſertim texendo, vitam trahentium. ¶Habet p̃terea Colonia cõplura virginum (demptis tribus ſupràdictis, ad ſanctam Vrſulam, ad ſanctam Cæciliã, ad S. MARIAM in capitolio) cœnobia, videlicet ad Machabęos, quorũ corpora ibidem requieſcunt cũ Salomona eorundẽ matre: Ad s. Maximinum, Ad S. Claram, Ad hortũ MARIAE, Ad S. Gertrudim, Ad s. Mauriciũ, ad s. Mariã Magdalenã, ad Bernardinas zu Seyn, ad s. Agathiũ, ad s. Agathã, ad s. Aprã ſeu Afram, ad s. Nicolaũ, ad s. Michaelẽ, ad s. Vincentiũ, ad s. Ignatiũ, ad s. Bonifaciũ, Virginũ in Nazareth, Conuerſarum in Pyxide zu der Buſſen, ad Agnellũ in muro caſtrenſi, cœnobiolũ in der Riemerſgaſſen, item aliud horto MARIAE contiguũ, aliud in der ſtrytgaſſen, aliud p̃ter s. Ignatiũ in der ſtollichſgaſſen, ad s. Reinoldum, clauſtellum parochiæ Baptiſtanæ contiguum. Præter cœnobia p̃dicta, ſunt intra muros Coloniẽſes deuotę aliquot cõgregationes mulierũ, ſub obediẽtia & ſtatutis patrum, viuentiũ. Item Hoſpitalia XII. Sunt etiã in eadem hac vrbe XX Eccleſię Parochiales: B. MARIAE in Paſculo, s. Iohannis Euãgeliſtę, s. Lupi, s. Cuniberti, B. MARIAE Indulgẽtiarũ, s. Pauli, s. Chriſtophori, ſanctorum Apoſtolorũ, s. Mauricij, s. Petri, s. Columbæ, s. Laurẽtij, s. Brigidæ, s. MARIAE in Lyskyrchen, s. Albani, s. Martini Minoris, s. Iacobi, s. Iohannis Baptiſtæ, s. Seuerini, s. Benedicti in Capitolio. Quæ quidẽ Eccleſiæ om̃es ſunt ornatæ & dotatæ varijs ſanctorum reliquijs. Sunt poſtremo in hac ſancta Agrippina Colonia ſupra centum ſacella, dedicata ad DEI ac ſanctorum honorẽ, cum infinitis reliquijs & indulgentijs.

Sancta Colonia diceris hinc, quia ſanguine tincta
Sanctorum, meritis quorum ſtas vndiq; cincta.

INDEX

RERVM AC VERBORVM,

non quidem omnium, ſed maximè inſignium, in ſequentia D. DIONYSII Carthuſiani ſuper Quinque Libros MOSIS Commentaria, BARTHOLOMAEI LAVRENTIS NOVIMAGEN. opera ſedulò congeſtus, & iuxta Literarum ſeu Caſuum ordinem ſolicitè digeſtus.

¶ Meminerit Lector, colũnas ſingulas animo trifariàm diuidẽdas: partiumq́; earum primam, indicari litera a, numeris poſtpoſita: mediam, b: poſtremam, c. Sicubi verò nulla harum trium addita fuerit, eſſe indifferenter vbique, quod quæritur, inueniendum.

A ad quid ſonet 220 a
aaron 319 a 390 a 601 a
aaronis erga Moſen hũilitas 463 a
aarõis filij ſua temeritate exuſti, an ſint damnati 521 b
aaronis inſtar quî vocarentur in Eccleſia miniſtri 516 a
aaronis in cõflando vitulo peccatũ quantum 462 c 463 a 523 a
aaronis mors 666 a
aaroni cur ſuæ vituli cõflationis pœna tã facilè condonata 466 b
aaronicæ virgæ mira germinatio 653 c
aaronitæ myſticè qui 656 b
Abarim quid 808 a
abba quid ſonet 150 c
abel quid 74 a 83 c
abelis oblatio & encomium 75 a 76 c
abelem à Cain occidi, quid 84 b c
abietarius 476 c
abihu & Nadab myſticè quos notẽt 523 b
abimelech 174 a 197 c
abimelech ad Abraham venire, quid 177 a
ablactatio myſticè quid 176 c
abram & Abraham quid 130 c 132 b 150 c 174 a 181 b 188 a 197 b c
abram an aliquando ſit mentitus 129 a b
abram an hæſitârit 138 b
abraham oues & boues Abimelecho dare, quid 177 a
abrę ſeu Abrahę deuotio & feruor 128 a fides 130 a 179 a pietas 135 p̃coniũ 147 a meritũ & authoritas 169 c ętas & finꝰ 190 c
abræ quãdo & vbi primùm locutus ſit Deus 125 c
abrahamium quid 268 b
abſentia paſtoris quàm ſit gregi perículoſa 467 a
abſtinentia quàm ſit Deo grata 476 a
abũdãtia frumẽti, vini, olei, quid 203 b
abyſſus 12 b 369 a 375 c
abyſſus magna quid 103 c
abyſſus vnde dicatur 34 c
abyſſo Deitatis q̃ aĩa quõ abſorbeat 406 c
Acceptabula quid 431 a
acceptio cauſæ aut pſonæ q̃ fiat 720 c
accidentalia fidei diuerſimodè ſanctos tractare poſſe 7 c
accipiter 527 c 531 b 835 b
accuſare aliũ in excuſationẽ ſui, quale 67 a
acetabulum argenteum quid 619 c
acetabuli vſus quis 619 a
acetabula 431 a 434 c
achates quid gemmæ ſit 450 a
actiuæ & cõtẽplatiuę vitæ adũbratio 216 b
actꝰ exteriores ex ĩterioribꝰ iudicãdi 565 b
Adama 134 b
adam cuius typus 65 c
adã cur potiꝰ quã Eua obiurgatus 60 a
adam myſticè quid 83 b 86 a b
adam vbi & quî factus, & q̃d ſonet 49 b c
adæ & Euę peccatũ an æquale fuerit 58 b c
adę pœna aut maledictio 63 a
adæ ſcientia quanta 47 c
adę animalia omnia quî adducta 47 c
adepſ cur Deo reſeruaretur 494 a
adeps quid & quotuplex 493 b c
adeps vllus an Iudæis mãducari licitꝰ 510 b
adipis eſus cur vetitus 494 a
adipem comedere 495 b
adipes 84 a
ad imaginẽ Dei homo quî factꝰ dicat̃ 29 a b
adiurare an liceat 183 c
adolere 491 a
adonai quid ſonet 322 b
adoratos Abrahæ fuiſſe filios Heth, quî intelligendum 182 c
adoratores vituli quo prę alijs internoſcerentur ſigno 462 c
adoratiõe quali hoĩes quales adorãdi 274 c
adoratum eſſe à Moſe Iethronẽ 391 a
aduenæ 351 b 358 a 402 c
aduenæ quomodo tractandi 415 b 562 c
adulteram viro ſuo plùs nocere, quã adulterum ſuæ vxori 611 b
adulteriúm ne homicidio grauius ſit, an non 128 c 129 a
adulterij ſcelus quantum 249 b 771 a
adulterij vetatio quæ alia ſub ſe compræhendat 403 b
aduerſis hominem à peccãdo retrahi, Dei donum eſſe 172 c
aduerſis hominem probari 738 a
Aedes Leuiticę quid 585 c
ædificare domum nouam, quid 772 a
ædificandi in Palæſtina mos quis 769 a
ędificantis nouã domũ, priuilegium 764 b
ædificata cur dicatur coſta Adæ in mulierem 51 b
ægyptus 312 a 325 b 336 b
ægyptús ne Iudęa, an Iudæa Aegypto fertilior 744 b
ægypti numina quæ 336 b
ęgyptij ſoli natura quæ 265 b 267 a
ægyptij quomodo ſubmerſi 369 a
ægyptiorum origo 119 a
ælia ſeu Helia quãdo Ieruſalem & vnde dicta 206 a
æmulari 474 c
æneus ſerpẽs cuius typus 668 b
aere quæ beſtia paſcatur 529 a
æs 433 a 460 a
æris & auri cognatio 738 c
æſtas & ęſtus quid 108 c 111 c
ætas mundi prima quę 90 a
æternúm 151 a b 319 c 350 b 351 c 371 c
æthiopia myſticè quid 53 b
æthiopiſſa Moſi nupta quæ, & myſticè q̃d 637 b c 640 a
æthiopum origo 118 c 119 a
Affectus vnius quî alij pateat 764 c
affirmatiuum præceptũ quî obliget 126 b
afflictio animæ pia quæ 576 a
afflictio Hebręorũ in Aegypto 295 a
afflictio nemini inferenda 582 a
Agar 145 c 190 a
agar ipſi panes & vtrẽ aquę imponere Abraham, quid 177 a
ágar ipſam ab angelo in ſolitudine conſolari, quid 177 a
ager 417 a 564 a 584 c 597 a
ager cur diuerſo ſemine non ſerendꝰ 769 b
ager Dño votus, quî redimendus 597 a
agios (alibi hagios) quid ſonet 563 a
agnæ ſeptem quid 177 b
agnus anniculus 488 a 617 a
agnus paſchalis quî ederetur 353 c
agno vni paſchali edendo quot intereſſent perſonæ 348 a
nito eius filio vnus eſt Deus æternus, verus ac ſummus.

DE VARIIS TRANSLATIONIBVS SCRIPTVRARVM VEteris Teſtamenti, & de cõparatione translationũ LXX. interpretũ, ac ſancti Hieronymi ad inuicem, atq; de his, in quibus Hieronymus & Auguſtinus conſentire & diſſentire videntur circa translationẽ Septuaginta interpretũ. Art. I.

SCripturam veteris teſtamẽti tranſtulerũt diu ante Chriſti incarnationem Se
ptuaginta interpretes, quorũ translatione vtebaẽ eccleſia vſq; ad tẽpus Hie- Hieron.
ronymi. Porro poſt Chriſti aduentũ alij plures tranſtulerunt eaſdẽ ſcriptu-
ras. Primo videlicet Aquila, deinde Theodotiõ, poſtmodũ Symmachus. Fu
it quoq; trãslatio alia, cuius autor neſcitur, quę vocatur quinta editio. Hi oẽs
tranſtulerunt de Hebręo in Græcum. Fuerunt etiam alij plures, qui de Gręco
tranſtulerunt ſcripturas has in Latinũ. Tandẽ B. Hieronymus multis rationabilibus indu-
ctus motiuis, p̃fatas ſcripturas ex Hebraico trãſtulit in Latinũ. De hac aũt materia infrà ma
gis diceẽ. Deniq; de LXX. interpretibus & trãslatione eoꝝ ait Auguſtinꝰ 18. de Ciui. Dei, ꝙ Auguſt.
dũ miſſi fuiſſent ab Eleazaro tũc Iudęoꝝ põtifice, Prolemęo regi Aegypti, ipſe rex Prole-
męꝰ tãq̃ vir prudẽs, volẽs explorare fidelitatẽ illoꝝ interpretũ, iuſſit vt vnuſqſq; eoꝝ ſeorſũ
ſolus trãsferret ſcripturã eandẽ: q̃ facto, inuẽti ſunt oẽs tã cõcorditer trãſtuliſſe, ꝙ nec ĩ aliq̃

verbo, neq; in ordine verboꝝ alter diſcreparet ab alio: ſed ita oẽs interpretati ſunt vnum & idẽ, q̃ſi fuiſſet dũtaxat vnus interpres, q̃d fuit reuera valde mirabile & ſtupendũ atq; diuinũ, nec aliter fieri potuit, niſi à Deo. Vere etẽm ſpũs vn⁹ erat in oĩbus illis viris, & ideo tã mirabile donũ acceperũt à Deo, quaten⁹ etiã ꝑ hoc cõmendaretur autoritas ſcripturaꝝ illarũ tanq̃ veraciter diuinaꝝ, nõ humanaꝝ, ad profectũ gentiũ crediturarũ, q̃d poſt Chriſti aduẽtum videmus impletũ. Hęc ſentẽtionaliter aſſerit Auguſtin⁹ libro pręallegato, 42. cap. Præterea 43. eiuſdẽ libri cap. ſcribit in hæc verba: Fuerũt & alij q̃ ſcripturas illas trãſtulerunt in Græcũ, trãslationẽ tñ LXX. interpretum recepit eccleſia, q̃ſi alia nõ ſit, & ea vtunt̃ Græci fideles, quoꝝ pleriq; ignorãt aliã eſſe. Noſtris quoq; tẽporibus fuit Hieronymus presbyter homo doctiſſimus, q̃ eaſdẽ ſcripturas nõ ex Græco, ſed ex Hebræo eloquio in Latinũ vertit. Et q̃uis Iudæi fateant̃ translationẽ eius eſſe veracẽ, LXX. vero interpretes aſſerant in multis erraſſe, tñ eccleſiæ Chriſti iudicãt, nullum translatorẽ eſſe præferendũ autoritati & translationi LXX. interpretum. Nam q̃uis nõ apparuiſſet in eis vnus ſpũs Dei, ſed more hoĩm eruditoꝝ cõtuliſſent inter ſe verba ſuæ trãslationis, vt id ꝑmaneret, q̃d eis oĩbus placuiſſet, tñ nemo vn⁹ interpres eſſet eis anteponẽdus: ſed cũ tantũ ſignũ deitatis in eis apparuit, ꝙ ſcilicet (ſicut ꝑtactũ eſt) oẽs ſeorſum tã cõcorditer trãſtulerunt, conſtat ꝙ quicunq; alius ſcripturas illas veraciter trãſtulit, cõcors eſt trãslationi illoꝝ LXX. aut LXX. illi aliter transferendo, prophetice ſunt locuti. Idẽ quippe ſpiritus, qui fuit in prophetis q̃n verba ſcripturaꝝ locuti ſunt, fuit in LXX. dum eadẽ trãſtulerunt: qui ſpiritus per LXX. interpretes aliud dicere potuit, & ꝑ eoſdẽ aliqua prætermittere & aliq̃ addere, oſtendẽs vtroſq;, videlicet ſcripturaꝝ autores, & LXX. interpretes, fuiſſe prophetas. Deniq; 15. de Ciuit. Dei loquitur Auguſtinus:

August. Merito creduntur LXX. interpretes accepiſſe ſpm̃ Dei, vt ſi quid mutarẽt aut aliter dicerẽt, nõ dubitaret̃ id eſſe diuinitus factum. Idẽ aſſerit Auguſtinus in alijs pluribus locis. Nã & 4. libro de doctrina Chriſtiana fatetur, ꝙ LXX. interpretes, qui diuino interpretati ſunt ſpiritu, idcirco nõnulla aliter trãſtulerunt q̃ in Hebræo habet̃, quatenus ex hac diuerſitate moueretur lectoris intẽtio ad ꝑſcrutãdum ſenſum ſpiritualẽ. Itaq; his pręmiſſis, vidẽdum eſt q̃d

Hieron. de LXX. interpretibus & trãslatione ipſoꝝ Hieronymus ſenſerit. In prologo quippe proprio ſup Geneſim, inter cætera ait: Neſcio quis primus LXX. cellulas Alexandriæ mẽdacio ſuo cõſtruxerit: in quibus (interpretes illi) diuiſi, eadẽ ſcripſerint, cũ Ariſteus Ptolemæi hyperaſpiſtes (.i. ꝓtector vel cuſtos) & nõ multo poſt tempore, Ioſephus nil tale retulerint, ſed ꝙ cõgregati fuerint in eadẽ baſilica, & de trãsferẽdis cõtulerint, nõ ꝓphetauerint. Aliud eſt eſſe vatẽ, aliud interpretẽ. LXX. illi interpretati ſunt ſcripturas añ Chr̃i aduẽtum, & quod neſciebãt, dubijs ꝓtulerũt ſentẽtijs. In his verbis videt̃ Hieronymus diſcordare ab Auguſtino in tribus. Primo, q̃a affirmat cõfictum ſeu mẽdoſum eſſe quod LXX. dicuntur ſeorſum in cellulis ſeu cameris trãſtuliſſe. Secũdo, q̃m aſſerit eos nõ eſſe interpretatos ſpũ prophetali. Tertio, q̃a teſtat̃ eos neſciuiſſe ſeu nõ intellexiſſe quædã verba quæ trãſtulerunt, ideoq; ea ꝓtuliſſe ambigue. Pręterea in ꝓlogo ſup Iob: Fieri, inq̃t, nõ poteſt, vt q̃s plura intermiſiſſe cõſpexerint, nõ eoſdẽ etiã in aliquib⁹ erraſſe fateant̃, ꝓcipue in Iob. In his verbis dicit Hiero-

Hieron. nymus oportere cõcedi, quod LXX. q̃ aliqua omiſerũt, in aliquibus etiã errauerunt, q̃d tñ prima facie nõ videt̃ bene ſonare, nec etiã verbis Hieronymi alibi poſitis cõcordare, p̄ſertim q̃m ſancti Apoſtoli & Euãgeliſtæ inueniunt̃ vſi fuiſſe trãslatione LXX. interpretũ, immo & vniuerſalis eccleſia vſq; ad tẽpus Hieronymi. In ꝓlogo quoq; ſup Paralip. ſcribit Hieronymus: Si editio (.i. trãslatio) LXX. interpretũ ꝑmaneret pura, & prout ab eis in Latinũ verſa eſt, ſuꝑflue impelleres me Chromati, vt Hebręa volumina Latino ſermone tibi trãsferrẽ. Et paulo poſt ſubdit ibidẽ: Nunc aũt germana & antiqua illa trãslatio, corrupta eſt & violata. In q̃bus verbis inſinuat, ipſos LXX. vere & ſufficiẽter trãſtuliſſe ſcripturas, ſed eoꝝ translationem poſtmodum eſſe corruptam, quod etiã in prologo ſuper Eſdram innuiſſe videtur.

¶Quid ſentiendum ſit circa præhabita. Arti. II.

Hẽri. de Haſſia. Circa inducta poſſet quæri, cuius aſſertioni ſit magis cõſentiendũ, Hieronymi an Auguſtini. Ad q̃d reſpõdet Henricus de Haſſia ſup Geneſim, quod poſitio Hieronymi veriſimilior eſſe videt̃, eo quod ipſe B. Hieronymus videatur fuiſſe homo maioris autoritatis ex parte vitæ atq; ſcientiæ & itẽ experientiæ, p̄ſertim circa diuinas ſcripturas & circa linguas atq; hiſtorias. Vnde & Auguſtin⁹ de Hieronymo dixit, q̃d & in Decreto habet̃: Quãq̃ ſecundũ vocabula q̃ vſus obtinuit, epiſcopat⁹ ſit presbyterio maior, Hieronymus tñ maior eſt Auguſtino. Ad idẽ valẽt rationes, quas in ꝓlogo ſup Geneſim introducit Hieronymus, q̃ tñ ſecundũ p̄fatum doctorẽ paꝝ cõcludunt. Nõ ẽm ſequit̃, Ariſteus & Ioſephus nil referunt de cellulis illis, ergo LXX. nõ trãſtulerunt ſeorſum in cellis. Veruntñ quãtum capere queo, argumẽtum illud Hieronymi apparentiã magnã ſortitur. Cũ ẽm factũ illud, q̃d recitat Auguſtinus, de tã cõcordi ſinguloꝝ trãslatione diuiſim peracta, fuiſſet mirabiliſſimum ac diuiniſſimũ opus, valde apparet quod Ariſteus & Ioſephus deſcribẽdo ꝓceſſum, quo facta eſt LXX.

trãslatio, nequaq̃ p̄teriſſent illud ſilẽtio. Porro Auguſtinus nihil allegat ꝓ ſe, ſed ſolũ gñaliter dicit: Tradit̃ ſane ꝙ LXX. in totidẽ cellis trãſtulerint, & nõ exprimit, à quo vel quibus hoc traditũ ſit. Quocirca ſcribit Hẽricus de Haſſia: Sed mirũ eſt reuera, ſi tantus doctor abſq; hiſtoria aut ſcriptura valde credibili, tã cõſtanter aſſeruit LXX. interpretes trãſtuliſſe ſpũ Dei & prophetali gr̃a claruiſſe, translationẽ quoq; eoꝝ eſſe trãslationi Hieronymi p̄ferendã. Verũ (vt tactũ eſt) S. Auguſtinus forte ſumpſit p̄cipue argumentũ ex hoc, ꝙ Apl̃i & Euãgeliſtæ allegauerũt frequẽter ſcripturas ſecundũ translationẽ LXX. ſimiliter ex hoc, ꝙ ſc̃ti p̄res primitiuę eccleſię, in Gręcia fundauerũt fidẽ ex ſcripturis ſecũdũ p̄fatã trãslationẽ. Officia q̃q; diuini cult⁹ ordinauerũt ſecundũ eandẽ. Et nõ eſt veriſimile, ꝙ ſpũſſc̃tũs q̃ tã copioſe direxit & abũdauit in eccleſia primitiua, ꝑmiſerit fidẽ, religionẽq; Chriſtianã fundari ſup trãslationẽ erroneã. In Scholaſtica q̃q; fert̃ hiſtoria, ꝙ datæ ſunt LXX. interpretibus cellulæ ſingulæ. Præterea cũ Auguſtino cõſentio in hoc, ꝙ LXX. trãslatio vera & efficax fuit, & ꝙ ſpũſſc̃tũs direxit interpretes illos ad trãsferendũ idonee: q̃m ſpũſſanct⁹ p̄uidit primitiuã eccleſiã Chr̃i, immo & totã eccleſiã, ꝑ longũ tẽpus vti debere trãslatione viroꝝ illorũ: ideo eos direxit, & ſi nõ ꝓpter Ptolemæũ, tñ propter cõmune eccleſię bonũ. Deniq; S. Hieronymus ſæpe fatet̃, translationẽ LXX. ſibi nõ diſplicere, nec ſe in repręhenſionẽ LXX. de nouo trãsferre. Quod vero in ꝓlogo ſup Iob innuit eos in q̃buſdã erraſſe, exponẽdũ eſt pie, vt dicant̃ erraſſe .i. aliq̃ omiſiſſe, q̃d tñ ex certis cauſis fecerũt, vt infrà partim tanget̃. Poſtremo, q̃d Henricus de Haſſia aſſerit, Hieronymũ fuiſſe maioris autoritatis ex parte vitæ atq; ſciẽtiæ, q̃ Auguſtinũ, nõ arbitror certũ, quãq̃ cõſtet Hieronymũ fuiſſe vitæ rigoroſioris, & magis exercitatũ in linguis & hiſtorijs ac ſcripturis veteris teſtamẽti. Nihilo minus Auguſtinus fuit vir ſingularis acuminis in cõſiderando ea quæ fidẽ & ſcripturas cõcernũt, & multi doctores cõparant eũ ſoli inter doctores eccleſiæ, quẽ & S. Bernardus vocat linguã eccleſiæ. August. Bernar. Immo in quibuſdã arduis, difficilimiſq; materijs, in quibus inter ſe diſſenſiſſe videntur Hieronymus & Auguſtinus, videlicet an Paulus reſtitit Petro ex intẽtione vel ſimulatione, & vtrum qui ante baptiſmũ duas habuit cõiuges, ſeu vnã ante baptiſmũ, & aliã poſtmodũ, reputãdus ſit bigamus poſt baptiſmũ, & cõſimilibus, doctores cõmuniter magis ſequuntur Auguſtinũ. Vnde & in Decreto habetur 26. diſt. ca. Acutius, & ca. Vna tantum. Et extrà de biga. ca. A nobis. Et ca. Nuper. Hæc tamen ſine derogatione glorioſi Hieronymi dico.

Expoſitio breuiſſima Prologi beati Hieronymi ſuper Geneſim. Arti. III.

Pentateuchum .i. quinq; libros Moſis, tranſtulit Hieronymus ad magnã inſtantiã ſancti Deſiderij præſulis. Ideo ait: [Deſiderij mei deſideratas accepi epiſtolas] hoc eſt, epiſtolã gratã & diu affectatã ſeu charã, directã mihi à Deſiderio, quẽ familiariter ac ſpecialiter diligo, ſuſcepi, qui Deſiderius ſortitus eſt nomen quodã præſagio futurorũ cũ Daniele, hoc eſt, ita vocatus eſt, ad præſignandũ myſtice quædã futura. Quẽadmodum ẽm Daniel vocatus eſt ab angelo vir deſiderioꝝ, q̃m ardẽtiſſima deſideria habuit pro cõmuni bono populi ſui, ita epiſcopus iſte vocatus eſt Deſiderius, ad præſignandum re ipſa ꝙ ardentiſſimos habiturus eſſet affect⁹ ad cõmune bonum totius eccleſiæ, & q̃a deſiderabilis fuit, chariſſimuſq; Hieronymo. Dani. 9. Nã & libros Moſis poſtulauit ſibi ex Hebræo pure & integre, fideliterq; transferri propter magnũ & generale bonũ totius populi Chriſtiani. Deinde dicit Hieronymus, ꝙ trãslationẽ talẽ aſſumere, ſit opus periculoſum, quia difficile fuit & arduum, in quo poſſet quis deficere & errare. Detractores quoq; Hieronymi, aſſerebant eum noua ꝓ veteribus cudere .i. nouã trãslationẽ pro antiqua efficere in ſuggillationẽ, hoc eſt, in cõdemnationẽ & repręhenſionẽ veteꝝ translatoꝝ, videlicet LXX. [Ita ingeniũ quaſi vinũ ꝓbantes.] Hoc aliqui ſic exponunt, Ipſi detractores probãtes .i. approbãtes ingenium quaſi vinum, ita ꝙ ſicut vinum antiquũ eſt melius nouo, ſic ipſi affirmãt ingenia antiquoꝝ ꝑſpicaciora fuiſſe, & melius cõſcripſiſſe ingenijs modernoꝝ. Vel, probãtes ingeniũ quaſi vinum, q̃m ſicut vinũ nouũ eſt inflatiõe ſpumaq; plenũ, ſic aſſerunt ingenia hoꝝ q̃ nunc ſunt, eſſe repleta elatione & p̄ſumptiõis impuritate. Veruntñ videt̃ iſtud meli⁹ poſſe ita intelligi, Ingeniũ quaſi vinũ ꝓbãtes. Quẽadmodum ẽm q̃ vina ꝓbant, modicũ inde guſtãt, & colorẽ eius forinſecus intuentur: ſic detractores trãslationẽ Hieronymi ſuꝑficialiter atq; curſorie attendebãt, nec eius valorẽ & efficaciã intrinſece ac ꝑfecte ſcrutati ſunt. [Quod vt auderẽ, Origenis me ſtudiũ ꝓuocauit] .i. labor & diligẽtia Origenis animauit me ad trãsferendũ ſcripturas, [q̃ editiõi antiquę] videlicet trãslationi LXX. [trãslationẽ Theodotionis miſcuit] hoc eſt, ex trãslatione Theodotionis, trãslationẽ LXX. ꝑfecit, addẽdo ex Theodotione quæ in trãslatione LXX. erãt omiſſa. [aſteriſco & obelo] .i. ſtella & veru [omne opus diſtinguẽs] hoc eſt, totã LXV. trãslationẽ hinc inde notãs ac diſcernẽs. Vbi ẽm addidit omiſſa, poſuit ſtellã pro ſigno, ad inſinuandum ꝙ ſua additio tanq̃ ſtella illuminauit & ſuppleuit ſenſum ſcripturę. Porro vbi inuenit aliqua ſuperflua in trãslatione LXX. poſuit pro ſigno, veru ſiue ſagittã, ad innuendum ꝙ talia trãsfoderet tanq̃ ſuperflua ſeu mendoſa. Veruntamẽ (vt patet ex verbis Augu-

ſtini

ſtini ꝑhabitis)ea q̄ LXX.addiderũt in ſua trãslatione ſupra Hebraicã veritatẽ,nõ erãt abſo-
lute ſuꝑflua neq; mẽdoſa,ſed rationabiliter & myſtica ſignificatiõe appoſita. Aliunde tñ ꝑ
varios trãslatores & trãſſcriptores corrupta fuit LXX. trãslatio,ſicut ex verbis Hieronymi
iã ꝓbaui.Ex his patet ſenſus verboꝝ ſequẽtiũ: [Dñ aut illuceſcere facit q̄ min⁹ ante fuerãt]
.i. diminuta & añ omiſſa declarat,[aut ſuꝑflua quęq; iugulat & cõfodit,& maxime] ſupple
elucidat,[q̄ Euangeliſtaꝝ & apoſtoloꝝ autoritas ꝓmulgauit] hoc eſt, quæ Euãgeliſtę atq;
apoſtoli ex veteri teſtamẽto allegãt, nec tñ in LXX.tranſlatione habentur,ideo addit [in
qb⁹]videlicet Euãgeliſtis & apoſtolis.i.in ſcriptis eoꝝ.[multa de veteri teſtamẽto legim⁹]
hoc eſt,multa inuenimus allegari ex veteri teſtamẽto,[q̄ in noſtris codicibus].i.in libris cõ-
Oſee 11. tinẽtibus trãslationẽ LXX.interpretum,[nõ habent,vt eſt illud: Ex Aegypto vocaui filium
meũ,&c.q̄d multi ignorãtes,apocryphoꝝ deliramẽta ſectant] hoc eſt,fatua & abuſiua in li-
bris nõ authenticis,immo & falſa aliq̄ cõtinentibus poſita ſequunt. [& Iberas nenias,] hoc
eſt,fabulas ab Hiſpanis inuẽtas,ſeu apud Hiſpanos vulgatas, q̄ in apocryphis continentur,
[libris authenticis ꝓferunt.] Nã ea q̄ Euãgeliſtæ & apoſtoli ex veteri teſtamẽto allegãt, nec
tñ in trãslatione LXX.habẽtur,iſti indocti ac detractores nõ quærebãt in ſcripturis cano-
nicis atq; Hebraicis veteris teſtamẽti, ſed potius in ſcripturis apocryphis. Porro Iberus eſt
fluui⁹,à quo Hiſpania appellat Iberia. [Cauſas erroris nõ eſt meũ exponere]hoc aliq referũt
ad LXX,quaſi Hieronymus dicat, Mihi non incũbit exprimere ex qbus cauſis acciderit er-
ror trãslationis LXX.q̄d ſi ita accipiatur,ꝑ errorẽ intelligẽda eſt omiſſio ſeu variatio, qua
LXX.aliqua omiſerũt,quæ in Hebræo habentur,& aliqua aliter trãſtulerũt,q̃ Hebraica cõ-
tinet veritas,q̄d tñ ex rationabili cauſa fecerũt,ſicut ſubiũgitur: [Iudæi prudenti conſilio fa
ctum dicunt]Veruntñ particula illa,Cauſas erroris non eſt meũ exponere,poſſet ad præfa-
tos detractores & indoctos referri. Itaq; Iudæi excuſant LXX.interpretes de hoc ꝙ aliqua
omiſerũt,& aliq̄ aliter trãſtulerũt,dicẽtes ꝙ fecerũt hoc cũ examinato cõſilio,[ne Ptolemę⁹
vni⁹ Dei cultor,etiã apud Hebręos duplicẽ diuinitatẽ depręhẽderet.] Hoc aliq ſic exponũt,
ꝙ LXX.omiſerũt aut aliter trãſtulerunt ea loca ſcripturaꝝ veteris teſtamẽti, in qbus aliq̄d
tangebat de patre & filio,ne Ptolemæus(ad cuius inſtantiã tranſtulerũt ſcripturas) cõſidera
ret, ꝙ etiã ipſi Iudæi ponerẽt duos deos, cũ ipſe eſſet cultor vnius Dei. [q̄d idcirco maxime
faciebãt,qa in Platonis dogma cadere videbat]Quidã habẽt,legũt & exponunt hæc verba
pluraliter,qa ſic habẽt;q̄d idcirco maxime faciebãt,qa in Platonis dogma cadere videbãt,
vt ſit ſenſus,ꝙ LXX.potiſſimũ ideo talia verba ſcripturaꝝ omiſerũt,aut aliter trãſtulerunt,
qa videbant cadere in dogma Platonis,hoc eſt,ſi talia trãſtuliſſent,ſicut in Hebręo habent,
Ptolemæ⁹ rex putaſſet eos cadere in Platonis doctrinã.Nã Plato in libris ſuis inuenitur lo-
Plato. cut⁹ de ſummo Deo,quẽ nominat patrẽ:& de νῶ, ꝑ quã aliq dicũt eũ intellexiſſe filiũ patris:
ſicq; Ptolemę⁹ æſtimaſſet ſcripturã veteris teſtamẽti eſſe cõtrariã fidei, cultuiq; vnius Dei,
cui⁹ oppoſitũ ꝑcepit ac tenuit Ptolemęus,& ita fuiſſet ſcãdalizatus. Hinc ſubditur:[Deniq;
vbicũq; ſacramentũ aliq̄d ſcriptura teſtatur de pr̃e & filio & ſpũſctõ].i. vbicũq; in ſcriptu-
ris veteris teſtamẽti ſecretũ aliq̄d legitur de ſuꝑbeatiſſima trinitate, [aut oĩno id tacuerunt,
aut aliter interpretati ſunt,vt & regi ſatisfacerẽt,& arcanũ fidei nõ vulgarẽt.]Hãc expoſitio
nẽ ſequũtur magiſter Adã de S.Victore,& Hẽricus de Haſſia.Cõtra quã argui poteſt:Pla-
to em̃ nõ poſuit niſi vnũ ſummũ veꝝ Deũ,ſicut infrà oſtendã: & qcquid locutus videtur de
νῶ & aĩa mũdi,ſeu quacũq; vi regitiua huius mũdi,intellexit de ſubſtãtijs eſſentialiter diuiſis
à ſummo pr̃e & inferiorib⁹ eo,immo & puris creaturis, quẽadmodũ demõſtrabo. Nõ ergo
Ptolemęus putaſſet LXX. incidere doctrinã Platonis, ſi locuti fuiſſent de diuinitate patris
ac filij,qm̃ Ptolemęus cognouit quod Plato nõ poſuit niſi vnũ veꝝ Deũ. Deniq; Ptolemę⁹
fuit ꝑ magna parte Platonicus,ſicut ex diuerſis ſcriptis poſſet ꝓbari. Rurſus, libri correcti-
ores habẽt,ſecundũ q̄d primo cõmemoraui,vt poteſt[q̄d maxime idcirco faciebat, qa in Pla
tonis dogma cadere videbat:]vt ſit ſenſus,q̄d Ptolemęus idcirco ꝑcipue coluit vnũ Deũ,qa
in hoc ſequebat Platonẽ.Veruntñ an Ptolemæus ita coluit vnũ Deũ, quod nõ etiã coluerit
alios inferioresq; deos,an ſimul cũ dijs aliqb⁹ Aegyptioꝝ coluerit ſummũ Deũ,quẽadmo-
dũ 4.Regũ refert de Samaritanis à rege Aſſyrioꝝ adductis,q̄d coluerũt dñm,& nihilo mi-
n⁹ ſeruierũt dijs ſuis,certũ nõ habeo.Eſt itaq; ſenſus,quòd LXX.interpretes idcirco ſubticu
erũt,aut aliter trãſtulerũt ea q̄ in ſcripturis de deitate filij aut ſpũſſcti cõtinent,ne Ptoleme⁹
vnius Dei cultor,putaret Iudęos colere duos aut tres deos,ſ.patrẽ & filiũ, aut etiã ſpm̃ſctm̃.
Nõ em̃ capere potuiſſet myſteriũ ſuꝑglorioſiſſimæ trinitatis in vna eſſẽtia:ideo hoc arcanũ
fidei noluerũt pãdere ei.Pręterea,ꝙ Plato poſuerit vnũ ſolũ veꝝ ac ſummũ Deũ,vniuerſo-
Auguſt. rũ principiũ,nullã habet difficultatẽ apud eruditos in philoſophia Platõis & Platonicoꝝ.
Boethi⁹. Auguſtin⁹ q̄q; in plurib⁹ locis & Boethi⁹ id affirmãt.Octauo nãq; de Ciui.Dei aſſerit Augu
ſtinus:Vnũ ſummũ & veꝝ bonũ Plato diſſeruit eſſe Deũ. Sed & 9. de Ciuit. Dei: Secundũ
Apuleiũ,inq̄t,Platonicũ,ſummus Deus creator oĩm ſic à Platone laudat,q̄d ipſe ſolus non
poteſt

poteſt humano ſermone vel modice cõpræhẽdi.Ampli⁹ Plato in Timæo docet,totũ vniuer
ſum à ſummo Deo eſſe ꝓductũ,& ipſum Deũ altiſſimũ,incõpręhenſibilẽ ineffabilemq; cõſiſte
re: Genitorẽ, inquiẽs,atq; opificẽ vniuerſi tã difficile inuenire,q̃ inuentũ impoſſibile digne
ꝓfari.Hinc Proclus Platonicus in elemẽtatione ſua theologica cõteſtat: Oĩa entia ꝓcedunt Proclus.
ab vna prima cauſa. Et iteꝝ: Oĩm entiũ principiũ & prima cauſa eſt bonũ. Et denuo ait ꝙ
ſit vnũ αὐτόθεον.i.ex ſe & ꝑ ſe Deus ac ſummũ bonũ,cui cõparari nõ poteſt tota catena deoꝝ.
Quãuis aũt Plato & eius ſequaces poſuerint vnũ ſummũ Deũ indepẽdentẽ,tñ poſuerũt ſub
eo diuerſos gradus,ordineſq; deoꝝ,q̄s oẽs dixerunt à ſummo Deo ꝓcedere,& oẽm ſuã ꝑfe-
ctionẽ ab illo participare.Præterea quidã Doctores recitãt Platonẽ eſſe locutũ de νοῦ & τοῦ
ἀγάθου & aĩa mũdi,ita ꝙ ꝑ νοῦν intellexit patrẽ,ꝑ τὸ ἄγαθον paternũ.i.intellectũ ſeu mentẽ à pa
tre manantẽ,videlicet filiũ:ꝑ aĩam vero mũdi,ſpm̃ſctm̃,aut vim quandã increatã mũdi re-
ctiuã.Veꝝ hæc recitatio nõ inuenit cõueniẽs. Ait em̃ Auguſtinus 10.de Ciui.Dei. Plotinus
Platonicus diſputãs de tribus principalibus ſubſtãtijs, ponit Deũ patrẽ & mentẽ paternã,
quã nominauerũt νοῦν & aĩæ naturã.Porro ꝑ aĩam mũdi Plato intellexit formã creatã,qm̃
totũ ſenſibilẽ mundũ poſuit aĩatum & aĩal maximũ,cuius aĩam vocauit aĩam mundi,prout
13.de Ciui.Dei Auguſtinus enarrat,& in 1. Timæi,atq; in Elemẽtatione Procli habetur.De
hac materia loquit Thomas in Sũma cõtra gentil.libr.4.Inſuꝑ q̃liter ad inſtantiã Ptolemæi
miſſi & interpretati ſunt LXX.interpretes,recitat Auguſtin⁹ 18.de Ciu.Dei, q̄d etiã in Scho Sch. hiſ.
laſtica hiſt.pleni⁹ cõtinet,vbi deuotio & copioſæ oblatiões Ptolemæi regis,q̄s miſit ad tem Hieron.
plũ Hieruſalẽ,deſcribunt.De qbus etiã loquit S.Hieronymus ſuꝑ Danielẽ.Itaq; libro ꝑalle-
gato,ca.42.recitat Auguſtinus:Poſt mortẽ Alexãdri Magni cœpit Aegyptus habere reges Auguſt.
Ptolemæos,quoꝝ prim⁹ Lagi fili⁹,multos ex Iudæa captiuos trãſtulit in Aegyptũ. Cui ſuc
cedẽs Ptolemæus Philadelph⁹,liberos remiſit Iudæos,q̄s ille captos abduxerat.Inſuꝑ & do
na regia miſit in tẽplũ Dei,petẽs ab Eleazaro tũc Iudæoꝝ põtifice,dari ſibi ſcripturas,q̄s fa-
ma ꝑdicãte audiuit eſſe diuinas,& ideo cõcupiuit eas habere in ſua bibliotheca,quã nobiliſ-
ſimã fecerat.Quas cũ põtifex ille miſiſſet ei in idiomate Hebræo,poſtea ipſe Ptolemæus po-
ſtulauit interpretes,& dati ſunt ei LXXII. videlicet ſex de ſingulis duodecim tribub⁹,q He
bręæ ac Græcæ erãt linguæ doctiſſimi.Porro in Scholaſt.hiſt. fertur:Poſt Ptolemęũ Soterẽ
regnauit in Aegypto Ptolemęus Philadelphus,q ſtudioſus, libroꝝq; cupidus,Demetriũ bi
bliothecæ ſuæ ꝑfecit.Demetrius ergo regi dixit,ſibi eſſe denunciatũ, apud Iudæos eſſe legẽ
ore Dei editã,& digito eius ſcriptã.Atq; ad oſtẽdendã huius legis ſanctitatẽ,adiecit,ꝙ trãſ-
ferri nõ poſſet niſi à cultoribus Dei viuẽtis. Nã & Theopõpus,cũ voluiſſet eã inſerere hiſto- Theopõ
rijs q̄s ſcribebat, in amẽtiã verſus eſt ꝑ dies triginta. Theotectus q̄q; ꝓ eadẽ cauſa factus eſt pus.
cæcus,q pœnitẽtes,ſanati ſunt.Suggeſſit itaq; regi q̃tenus Iudæoꝝ põtifici ſcriberet, vt ſibi Theote-
Iudæos Hebrçæ & Græcæ linguæ peritos trãſmitteret,q ad trãſferẽdã legẽ ſufficerẽt.Quod ctus.
vt impetraret,ſuaſit munera cũ epiſtolis eſſe mittẽda.Aderat ibi Ariſteus,q calamitati Iudę
orũ captoꝝ diu cõpaſſus,opportunitate liberãdi eos inuẽta,dixit ad regẽ:Quõ q̄d poſtulas
obtinebis,tot Iudęis in tuo ſeruiẽtibus regno?Solue itaq; eos,& nihil gratius erit põtifici Iu
dæoꝝ.Liberauit ergo rex eos,vtpote centũ viginti millia Iudæoꝝ, dãs dñis eoꝝ ꝓ vnoq̄q;
capite centũ viginti drachmas argẽti.Tũc Ptolemæus rex ſcripſit Eleazaro põtifici: Gentẽ
tuã q̄ apud nos erat,libertati donaui,arbitrãs hoc Deo eſſe iucundũ,quoꝝ quoſdã aſſigna-
ui militiæ, alios(quoꝝ fidẽ probauerã)cõſtitui in palatio.Legẽ vero tuã in bibliotheca nr̃a
decreui reponere.Bene ergo facies,mittẽdo nobis viros ſeniores q eã valeãt nobis interpre-
tari.Miſit q̄q; cẽtũ talẽta argẽti ꝓ immolatiõibus faciẽdis.Et ſeparaui 50.talẽta auri ad cra-
teras & ligatoria faciẽda, gẽmaſq; ſine numero ad artificũ optionẽ. Tũc põtifex miſit ei in
terpretes,q̄s rex corã vniuerſis principibus cũ grãdi honore ſuſcepit atq; magnifice honora
uit.Quo facto,mãſerunt cũ eo diebus 12. Interrogauitq; eos ꝑcipue de Dei cognitione & re
gni gubernatiõe.Cũq; inſtruxiſſent eũ de regni adminiſtratiõe,diſputauerũt cũ eo diffuſe de
vno Deo colendo.Poſtea introducti ſunt in domũ ſecretam ſecus mare, & datæ ſunt eis ſin
gulæ cellulæ.Diluculo aũt egrediebant ad optãdũ regi bona,deinde interpretabant vſq; ad
nonã horã,deinceps trãſibant ad cibũ & requiẽ corporis.Trãslatione cõpleta,& ab vniuer
ſis Iudæis peritis q erãt cõuocati, approbata,remiſit rex interpretes muneribus honoratos,
& Eleazaro munera miſit.Deniq; ꝑter vaſa miſit in tẽplũ aureã mẽſam gẽmis impreciabili
bus inſignitã,cui⁹ craſſitudo ſeu ſpiſſitudo erat dimidij cubiti:attñ opus ſuperauit materiã.
Hæc in ꝑfata hiſtoria.Ex qbus ꝓbat, veꝝ nõ eſſe q̄d aliq dicunt, Ptolemęũ ex quadã curioſi
tate aut vanitate inductũ ad poſtulãdũ legẽ atq; interpretes.Ex his itẽ poſſet videri,ꝙ Ptole
mæus factus fuerit cultor veri Dei duntaxat.Inſuꝑ de his ſcribit Hieronymus in expoſitiõe
11.cap.Danielis:Sub Ptolemæo Philadelpho LXX.interpretes Alexãdriæ ſcripturã ſanctã Hieron.
in Græcũ dicunt vertiſſe ſermonẽ,q Eleazaro põtifici multa Hieroſolymã & in tẽpli dona- Dani. 11
ria vaſa trãſmiſit.Narrãt hiſtoriæ habuiſſe eũ ducẽta millia peditum,viginti millia equitũ,

 millia

GRANADA

millia curruũ,quadrigẽtos elephãtes,ꝗs ex Aethiopia primꝰ adduxit,naues lõgas mille qn-
gẽtas,& alias mille ad cibaria militũ deportãda.Inſuꝑ aliꝗ aſſerũt ꝙ tãtꝰ ſapiẽ fuit amator,
ꝙ oĩm gẽtiũ libros in ſua cõgregauit bibliotheca. Cãcellarius ꝗꝫ Parrhiſiẽſis in tractatulo
ſuo de laude ſcriptoꝝ,refert ꝙ LXX.millia libroꝝ ĩ bibliotheca ſua habuerit.Cuiꝰ ſtudio-
ſitate, religioſitate ac diligẽtia condẽnant carnales & negligẽtes pricipes ac ꝑlati Chriſtia
ni.Poſtremo Hieronymꝰ ad reprobandũ LXX.cellulas,dicit ꝙ Ariſteus & Ioſephꝰ nil in-
de cõſcripſerũt.Ad ꝓbandũ ꝗꝫ ꝙ LXX.interpretes nõ habuerũt ſpm̃ ꝓphetiæ,aſſumit:[Ni
ſi forte putãdus eſt Tulliꝰ œconomicũ Xenophontis,& Platonis Protagorã, & Demoſthe-
nis ꝓ Cteſiphõte,afflatꝰ rhetorico ſpũ trãſtuliſſe.]ꝗſi dicat,Si LXX.vates fuerũt qm̃ trãſtu-
lerũt,ergo & Tulliꝰ fuit vates q trãſtulit œconomicũ.i.librũ de diſpẽſatiõe domꝰ,quẽ Xeno
phõ diſcipulꝰ Socratis,vir magnæ facũdiæ edidit,q Tullius etiã trãſtulit librũ Platonis inti-
tulatũ noĩe Protagoræ ſui diſcipuli.Plato eñ libros ſuos intitulauit noĩbꝰ diſcipuloꝝ ſuoꝝ,
ꝓpter ꝗs edidit eos.Iſte tñ Protagoras,Platonis diſcipulꝰ fuit,nõ aũt famoſus ille Pythago
ras,quẽadmodũ in vulgatis biblijs legiť. Qui Tulliꝰ itẽ trãſtulit librũ Demoſthenis, quẽ pro
defenſiõe Cteſiphõtis cõpoſuit.[Aut aliter de eiſdẽ libris ꝑ LXX.interpretes, aliter ꝑ apo-
ſtolos ſpũſſctũs teſtimonia texuit,vt ꝗd illi] ſ.LXX.[tacuerũt, hi ſcriptum eſſe mẽtiti ſint.]
Iſta eſt alia argumẽtatio Hieronymi,ꝗſi dicat:Si LXX.ſpũ ꝓphetico trãſtulerũt,ergo ſpũs
ſanctus aliter locutus eſt ꝑ LXX,aliter ꝑ apoſtolos,q ea ꝗ LXX.omiſerũt,ſcripta allegant.
Iſta argumẽta(ſecundũ Henricũ de Haſſia) nõ ſunt magni vigoris,& qualiter à ſequẽtibus
Auguſtinũ ſoluerẽtur, tactũ eſt ante. Cætera in prologo iſto contenta,facilia ſunt & clara.

De multiplici diſtinctione atqꝫ diuiſione totius diuinæ ſcripturæ. Art. IIII.

Hieron. SIcut in ꝓlogo ſuꝑ libros Regũ S. ait Hieronymus, vigintiduo ſunt libri veteris teſta-
mẽti.Hebræi eñ diuidũt ſcripturã veteris teſtamẽti in tria,hoc eſt,in legẽ,in ꝓphetas,&
in hagiographa.Itaqꝫ quinqꝫ libros Moſis vocãt legẽ, alios octo libros, videlicet Ioſue
& librũ Iudicũ, ſub ꝗ cõprehendũt & librũ Ruth, & libros Regũ ꝗs diuidũt in duo volumi
na,Eſaiã ꝗꝫ,Hieremiã,Ezechielẽ ac librũ duodecim ꝓphetaꝝ, appellãt prophetales. Ad
hagiographa vero aſſerũt ꝑtinere alios nouẽ libros, vtpote librũ Iob, Pſalteriũ,tria volumi
na Salomonis,Paralipomenon,Eſdrã & Heſter.Hagiographõ aũt dicitur ab ἅγιος, ꝗd eſt ſa
crũ,& γραφὴ,ſcriptura,quaſi ſcriptura ſacra.Hos libros vocãt canonicos,alios vero apocry
phos.Inſuꝑ ſcriptura ſacra diuidi poteſt in duas partes principales,hoc eſt, in ſcripturã ve-
teris teſtamẽti,atqꝫ in euãgelicã legẽ,ſeu in ſcripturã noui teſtamẽti.Et ꝗuis vtraqꝫ ſcriptura
pricipaliter ſit de Deo,tñ ſcriptura veteris teſtamẽti ſpecialiꝰ eſt de Deo vt creatore ac ꝓui-
ſore ſeu gubernatore:ſcriptura aũt noui teſtamẽti ꝑcipue eſt de Deo vt ſaluatore & remune
ratore.Ruſꝰ vtriuſqꝫ teſtamẽti ſcriptura partiť in libros legales & hiſtoriales, ac ſapiẽtiales
& ꝓphetales.Nã 4.Euãgelia,q ſũt libri legales noui teſtamẽti, correſpõdẽt 5.libris Moſis,q
ſunt libri legales veteris teſtamẽti.liber Actuũ apl'oꝝ,correſpõdet libris hiſtorialibꝰ teſtamẽ
ti antiq. Epiſtolæ Pauli & aliæ 7.canonicæ, correſpõdẽt libris ſapiẽtialibꝰ veteris teſtamẽti.
Iſidorus Apocalypſis vero, ꝓphetalibꝰ libris teſtamẽti prioris.Poſtremo,qm̃ lex directe cõmunita
Exod.20 tẽ,nõ ſingularẽ ꝑſonã cõcernit,vt dicit Iſidorꝰ, idcirco in primo Moſis libro enarratur con-
41. gregatio ſeu adunatio Iſraeliticæ plebis, ſub fide & cultu vnius Dei: deinde deſcribitur
Leui.19. ipſa legiſlatio huic populo facta,ꝗd fit in tribus libris ſequentibus,ſcilicet Exodo, Leuitico,
Num.16 & libro Numerorum,in quibus tamen alia multa miſcentur.Tertio fit repetitio ac elucida-
tio legis eiuſdem,quod fit in Deuteronomio.

¶De expoſitione exordij Geneſis,ſcilicet, In principio creauit Deus cælum
& terram,ſecundum Auguſtinum. Arti. V.

BEatiſſimus Moſes legifer Iudæoꝝ,volens plebẽ Iſraeliticã ſibi cõmiſſam,ad vnius
veri Dei notitiã,cultum,honorificentiãqꝫ reducere,ita exorſus eſt libroꝝ ſuorum
ſcripturã:[In principio creauit Deus cælum & terrã.]Quaſi dicat: Solus Deus in-
creatus eſt atqꝫ æternus:cætera oĩa profluxerũt,& condita ſunt ab eo. Ideo ipſe ſo
lus adorandus eſt & colendus. Et valde cõuenienter ita incepit, ꝗniam tempore ſuo idolo-
latria vndiqꝫ viguit, ita vt veri Dei cognitio & cultus in perpaucis remanſerit hominibus.
Nam & ipſi filij Iſrael in Aegypto pro maxima parte ad idololatriam erant dilapſi.Diuer-
ſi quoqꝫ tunc eruperunt errores de mundo,quem aliqui æſtimabant increatum, quidam ve
ro creatum ſiue productum,& tamen creatori coæternum,quorum omnium Moſes exclu
ſit errorem:In principio,inquiens, creauit Deus cælum & terram. ¶Præterea,ſicut Tho-
mas ait in prima parte Summæ ſuæ, quæſtione quadrageſima tertia,exordium iſtud tripli-
citer explanatur, ad remouendum tripartitũ errorem circa mundum & eius initium. Qui-
dam enim dixerunt mundum non habuiſſe temporalem inceptionem. Ad quod reproban
dum exponitur primo ſic:In principio ſcilicet temporis, creauit Deus cælum & terrã. Alij
poſuerunt duo principia rerum,videlicet ſummũ & per ſe bonũ, à quo dixerunt ſpiritalia,

inuiſibilia,& incorruptibilia emanaſſe,videlicet Manichæi:& ſummũ bonũ ac per ſe malũ,
à quo dixerunt corruptibilia & corporalia omnia,quantũ ad ſuã ſubſtantiã eſſe creata. Ad
quorũ cõfutandam inſaniã, rudiſſimumqꝫ errorẽ,exponitur ſic ſecundo: In principio, hoc
eſt,in filio,creauit Deus cælũ & terrã.Filius nanqꝫ eſt patris imago, & omnis rei creatæ exẽ- Coloſ.1.
plar:De quo ait Apoſtolꝰ:Per ipſum & in ipſo cõdita ſunt oĩa.Hinc filio cõuenit ratio prin 2.Cor.4
cipij exemplaris.Propter quod ſcriptũ eſt:Oĩa per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factũ eſt ni Coloſ.1.
hil.Sicqꝫ exponit Origenes,dicẽdo:Quod eſt principiũ, niſi dñs noſter & ſaluator oĩm Ie- Ioan.1.
ſus Chriſtus, primogenitus omnis creaturæ: In hoc ergo principio,hoc eſt,in verbo ſuo, Origen.
fecit Deus cælũ terrãqꝫ.Quidã dixerũt corporalia nõ eſſe immediate creata à Deo,ſed ꝑ an- Coloſ.1.
gelos aut intelligẽtias quaſdã.Ad quod deſtruendũ,exponitur tertio:In principio, id eſt,an Apoc.1.
te cætera omnia, iuxta illud in Pſalmo: Initio tu dñe terrã fundaſti, & opera manuũ tuarũ Pſal.101.
ſunt cæli.Itaqꝫ iuxta primã & hãc tertiã expoſitiones,ꝑ Deũ intelligitur tota Trinitas vnus
Deus,cũ dicitur,In principio creauit Deus &c.In ſecũda vero expoſitione,per Deũ intelli-
gitur pater.qui dicit vniuerſa creaſſe in filio ſiue per filiũ. Non ꝙ ipſe pater nõ ſit immedia
ta cauſa ac fontale reꝝ principiũ,ſed quoniã filio appropriať cauſalitas exẽplaris:immo to
ta ſuꝑincõprehenſibilis trinitas, eſt vna oĩm cauſa,& vnus creator,ac vnũ principium vni-
uerſoꝝ,cum ſit vnus Deus,& triũ ſuperuenerabiliũ perſonaꝝ ſit vna natura & vna poteſtas.
¶Deniqꝫ hæc triplex expoſitio huius propoſitionis, In principio erat verbũ, ſpecialiter re- Ioan.1.
ſpicit hoc,ꝗd dicitur hic: In principio.Id quoqꝫ quod ſubditur:Cælum & terram,multi-
pliciter à ſanctis patribus Doctoribuſqꝫ catholicis inuenitur expoſitũ. Quocirca pẽſanda
ſunt multa,& primo ꝙ in multis locis tangit ſanctus Hieronymus, dicens: Principiũ Gene- Hieron.
ſis & Canticũ canticoꝝ,prima quoqꝫ ac vltima viſio Ezechielis, tot ſunt difficultatibus in-
uoluta, vt ab Hebræis ante triceſimũ ætatis eoꝝ annũ non legãtur.Quod ꝗ verũ ſit,oſtẽdit
diuerſitas expoſitionũ textuũ hoꝝ.Nã & principiũ Geneſis à Doctoribus Hebræoꝝ & Græ
coꝝ ac Latinoꝝ tam diuerſimode explanať, vt Magiſter Sententiaꝝ ſecundo libro teſteť:
Quidã ſanctoꝝ patrũ, qui verba Dei atqꝫ arcana ſcripturæ excellẽter ſcrutati ſunt, circa hũc
paſſum quaſi diuerſa ſcripſiſſe videnť.Secũdo penſandũ, quod vndecimo de Ciuit. Dei lo-
quiť Auguſtinus:Diuini ſermonis.i.ſacræ ſcripturæ obſcuritas ad hoc vtilis eſt,ꝙ plures ve
ritatis ſentẽtias parit,atqꝫ in notitiæ lucẽ ꝓducit,dũ alius intelligit eũ ſic,alius ſic: ita tamẽ,vt
ꝗd in obſcuro loco intelligitur,atteſtatione reꝝ manifeſtaꝝ aut alijs locis ſcripturæ non du
bijs cõprobetur. Et iteꝝ Auguſtinus effatur: In expoſitiõibus & quæſtionibus iſtis circa li- Auguſt.
terã Geneſis,duo ſunt obſeruãda: Primũ eſt, vt inuiolabiliter teneamus ſcripturã ſacrã eſſe
veracẽ.Secundũ, ne quis nimis vni expoſitioni adhæreat, qñ ſcriptura multipliciter poteſt
exponi.De hoc diffuſe & humiliter,immo & ſapiẽtiſſime ſcribit duodecimo ac tertiodeci-
mo lib.Confeſſionũ,quẽadmodũ ad indagandũ ſenſum ſcripturæ Geneſeos debeamꝰ acce-
dere ſine temeraria aſſertiõe huiꝰ aut illius expoſitiõis.Tertio eſt pẽſandũ, ꝗd ſuꝑ ſecũdum
Sẽtentiaꝝ diſtinctiõe duodecima ſcribit Thomas:Eoꝝ ꝗ ſpectãt ad fidẽ,quædã ſunt ꝑ ſe de
ſubſtãtia fidei,vt Deũ eſſe vnũ ac trinũ,& in talibus oẽs ſancti patres atqꝫ catholici expoſi-
tores cõcordãt, nec licet in talibus diuerſimode opinari. Alia vero nõ ſunt ꝑ ſe de ſubſtãtia
fidei,ſed per accidẽs ſe habẽt ad eã, inquantũ videlicet in ſcriptura tradunť,quã fides ꝑſup-
ponit eſſe à ſpũſancto, & in talibus ſancti qñqꝫ diuerſimode ſentiũt. Sic ꝗqꝫ circa principiũ
mũdi aliꝗd ad ſubſtantiã fidei ꝑtinet,vt ꝗd mũdus ꝑ creationẽ à Deo incepit,& hoc oẽs ca-
tholici vnanimiter tenẽt.¶Porro ꝗ modo ac ordine factus ſit mũdus, nõ ꝑtinet ad fidẽ,niſi
per accidẽs,vtpote inquantũ hoc traditur in ſcriptura,ꝗ diuerſimode poteſt exponi,& ve-
ritas eius ꝑ diuerſas expoſitiões ſaluať. Sicqꝫ circa creationẽ mundi Doctores diuerſimode
ſentiũt,varijs modis exponẽdo ſcripturas,nõ tñ recedẽtes à fidei veritate, nec ſibijnuicẽ præ-
iudicãtes aut derogãtes incauta aſſertiõe.Hinc ait Albertus libro de 4. coæquæuis: Spũſſan Albertꝰ.
ctus duobus modis inſpirat expoſitores ſcripturæ. Primo, quantũ ad conſentaneũ rationi,
& nõ cõtrarium fidei, hoc eſt,vt ſequantur id quod ratio magis dictat, nec tamen eſt cõtra
fidem. Secũdo inſpirat eos, quantũ ad cõſentaneum autoritati. Primo itaqꝫ modo motus
eſt ac proceſſit Auguſtinus, exponẽdo exordiũ Geneſis, prout rationi magis cõſentaneum
eſſe videť,nõ tamẽ negando quod autoritas exigit. Alij vero expoſitores magis ſecuti ſunt,
quod autoritas ſcripturæ videtur prætẽdere,non tamẽ negantes quod ſecundum rationem
eſt cõſequens. His præmiſſis, tãgendæ ſunt expoſitiones celebriores huius,quod dicitur: In
principio creauit Deus cælũ & terram, quãtum ad vltimam iſtam particulã, ſcilicet, cælum
& terrã:& etiam quantum ad textum ſequentem,cuius intelligentia ex intellectu & expo-
ſitione particulæ huius pro magna parte depẽdet.Deinde ꝓpoſitio iſta, In principio crea-
uit Deus cælũ & terram, per ſe ſumpta, nõ videtur ad intelligendũ difficilis:ſed verba textus
ſtatim ſequẽtia, difficultatem eius inducunt.Mox eñ ſubiungitur: Tenebræ erant ſuper fa-
ciem abyſſi,& ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas,In quibus verbis inſinuať,quod cælo

& terra creatis, abyſſus & aqua pariter extiterũt, de quorũ creatione nõ videbatur aliqd tan
gi in verbis his, In pricipio creauit Deus cælũ & terrã. Rurſus paulo poſt legit, firmamentũ
qd vocatũ eſt cælũ, eſſe factũ ſecũda die: idcirco obſcurũ ſit de q̃ cælo dicat, In pricipio crea-
uit Deus cælũ & terrã. S. igitur Auguſtinus, cõſiderãs ꝙ litera Geneſis, quãtum ad ſuperficiem
Auguſt. ſuã, patet irriſioni calũnijsq; infidelium, & eos à cõuerſione ad fidẽ auertere poteſt, eo ꝙ vi-
deatur inſtar poetarũ & quorundã philoſophorũ ab Ariſtotele ſatis reprobatorũ, ponere qd
dã chaos cõfuſum in exordio mundi, excogitauit quandã expoſitionẽ ſubtilẽ, ꝑ quã defen-
dit ſcripturã ab irriſione huiuſmodi, & tñ ſaluauit ſcripturæ ac fidei veritatẽ. Itaq; dixit, ꝙ
ſicut Deus oĩpotens oĩa in ſeipſo vnico actu intelligẽdi ꝑfecte & diſtincte cõcipit & cogno
ſcit, ac intra ſe exprimit, ſic in eodẽ inſtãti oĩa opera ſex dierũ ſimul & diſtincte ꝓduxit, eadẽ
practice intelligẽdo atq; vt eſſent iubẽdo. Cui expoſitioni videtur cõſonare illud in Pſalmos
Pſal. 32. & 148. Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Et qd in Eccleſiaſtico legit: Qui viuit
Ecci 18. in æternũ, creauit oĩa ſimul. Quod itẽ Moſes ait: Dei perfecta ſunt opera. Et qd in hoc ipſo
Deut. 32 Geneſis libro paulo poſt ſubdit: Iſtæ ſunt gñationes cæli & terræ, in die qua creauit dñs cælũ
Gene. 2. & terrã, & oĩe virgultũ agri, oẽmq; herbã regiõis, cũ tñ virgulta & herbæ infrà legãtur ter
tia die ꝓducta. Hæc ergo intuẽs Auguſtinus, dicit opera ſex dierũ ſimul facta diſtincte. Vn-
Albert⁹. de ait Albertus libro de coæquæuis: Auguſtinus reuera ponit oĩa ſimul creata in materia
& forma, q̃ ſ. natura nõ poteſt ꝑ ſe ꝓducere motu ſuperiorũ, videlicet cæleſtium corporũ &
cõmixtione elementorũ. Et ideo cælũ à principio factũ eſt cũ ſuis ſtellis, & terra cũ animali-
bus ſuis, aqua quoq; cũ natatilibus atq; volucrib⁹: & breuiter, oĩa in ſpeciebus ſuis ſimul educta
ſunt, q̃ ꝑ ſimplicẽ virtutẽ motus cæli, & ꝑ virtutẽ ſtellarũ educi nõ poterãt ſine alio motore,
i. particulari agẽte vniuoco, vtpote ſpeciei eiuſdẽ, ſicut ſunt, homo, leo, equus, & cõſimilia, q̃
pręter virtutẽ cæli & elemẽtorũ, requirũt ſpecialẽ motorẽ ad ſui generationẽ. Sunt tñ quæ-
dã nõ habẽtia magnã diuerſitatẽ in partibus corporis, vt plãtæ & aĩalia aliq̃, ꝓſertim quædã
reptilia & aliq piſces, quæ nõ oportuit primo fieri in ꝓprijs ſpeciebus, ſed tm̃ in rationibus
ſuis cauſalibus. i. ſeminalibus ſuis virtutibus, qa ad horũ productionẽ ſufficit mot⁹ cæli, atq;
Auicen. ſtellarũ ex materia diuerſimode cõmiſcibili. Propter qd dicit Auicẽna in libro de diluuijs, ꝙ
Thomas mures quoq; gñant ex terra, & ſerpẽtes ex capillis. Hęc Albert⁹. ¶ Deniq; vt Thomas ſup ſecũ
dũ Sentẽtiarũ fatet, Auguſtin⁹ vult quaſdã creaturas in ipſo creatiõis pricipio. i. primo inſtã
ti fuiſſe in ꝓpria natura diſtinctas ꝑ ſpẽs ſuas, vt elemẽta & corpora cæleſtia ac angelos. Alia
vero in rationib⁹ ſeminalibus tm̃, vt aĩalia, plãtas & huiuſmodi, q̃ oĩa in naturis ꝓprijs ſunt
ꝓducta illo opere, q̃ Deus poſt ſex dies illos naturã prius conditã adminiſtrat. De q̃ ait Sal-
Ioan. 5. uator: Pater meus vſq; modo operat, & ego operor. Nec in diſtinctiõe rerũ attendendũ eſſe
ordinẽ tẽporis, ſed naturę atq; doctrinæ: naturæ, ſicut ſonus ꝓcedit cantũ, ſicq; q̃ naturaliter
ſunt priora, prius facta ſcribunt, quẽadmodũ terra priuſq̃ aĩalia, & aqua priuſq̃ piſces. Ordi
ne vero doctrinæ, ſicut patet in docẽtibus geometriã. Quãuis em̃ partes figuræ ſine ordine
tẽporis figurã cõſtituãt, nihilo minus geometria docet cõſtitutionẽ figurę, lineã poſt lineã
ꝓtrahẽdo. Et iſtud fuit exẽplũ Platonis, vt dicit primo cæli. Sic quoq; ſecundũ Auguſtinũ, Mo
ſes rudẽ inſtruẽs populũ de mũdi creatiõe, diuiſit ꝑ partes q̃ facta ſunt ſimul. Hęc Thomas.
¶ Sed circa hæc oritur quæſtio, qm̃ verba horũ Doctorũ videntur ab inuicẽ diſcordare, ita ꝙ
opinionẽ Auguſtini cõtrarie recitãt, vt apparet. Albertus etem̃ ait, ꝙ ſecundũ Auguſtinum
terra facta eſt cũ animalibus, & aqua cũ piſcibus &c. ¶ Porro Thomas refert, ꝙ ſecundũ Au
guſtinum, elemẽta & cæleſtia corpora ſanctiq; angeli ſimul ꝓducta ſunt, aĩalia vero & plan
tæ poſtea. Et reſpõdendũ, ꝙ Albertus loquit de aĩalibus, piſcibus ac auibus, primo & imme
diate à Deo productis: & illa ſimul eſſe ꝓducta cũ terra & aqua, ſecundum Auguſtinũ, oſtẽ-
ditur ex præhabitis Thomæ verbis. Nã ait terrã præcedere animalia, & aquã piſces ordine
naturæ, nõ tẽporis, quẽadmodum ſonus cantũ. Rurſus circa hoc quæritur, Quot animalia
& piſces ac volucres, ſecundũ iſtã opinionẽ, fuerint ſimul cũ terra & aqua tũc facta. Ad qd
ꝓ nũc breuiter dici poteſt, ꝙ in q̃libet ſpecie duo indiuidua, loquẽdo de his q̃ ex cõmixtio-
ne maris ac fœminæ naturaliter producũtur. ¶ Præterea, qa nunc dictum eſt, ꝙ ſecundum
Auguſtinum oĩa opera ſex dierũ ſunt ſimul ꝓducta: quærendum, qd Auguſtinus ad literã
intelligat ꝑ cælũ & terrã, cũ dicitur: In principio creauit Deus cælũ & terrã. Ad qd cõcordi-
ter dicũt expoſitores, & ſup ſecundũ Sẽtentiarũ doctores, ꝙ ꝑ cælũ intelligit naturã angelicã
ſeu angelos: ꝑ terrã vero, materiã prorſus informẽ oĩm corporaliũ rerũ, tã elementorũ q̃ cæ-
leſtiũ corporũ ac mixtorũ, vtpote materiã primã, ab oĩ forma ꝑ intellectũ abſtractã, quã di-
cit corporalia ꝓceſſiſſe ordine naturæ, nõ tẽporis, qa materia nõ poteſt realiter ſtare nuda. i.
ab oĩ forma ſubſtantiali abſtracta. Per cælũ vero, intelligit naturã angelicã vt informẽ, ſeu
Auguſt. in ſe conſideratã. Cuius tñ informitas nõ ꝓceſſit tẽpore formationẽ eius per dona gratuita,
ſecundum Auguſtini doctrinam, qui dicit ꝙ Deus fuit in angelis, ſimul cõdens naturam, &
largiens gratiam. Quod autem iſta ſint de mente Auguſtini, patet aperte ex verbis ipſius
ſuper

ſup Geneſim ad literã, & in libris Confeſſionũ, atq; in libro de Ciuit. Dei, & infrà tangetur.

¶ De expoſitione eiuſdẽ verbi, ſecundum alios ſanctos. Arti. VI.

QVemadmodũ Bonauẽtura ait in ſcripto ſuo ſup ſecundũ Sentẽtiarũ, circa intellectũ li
teræ huius, diuerſæ fuerũt opiniones ſanctorũ. Quidã em̃ ſancti in hac re magis ſecuti Bonauẽ.
ſunt theologicã viã, trahẽtes rationẽ ad ea q̃ fidei ſunt. Quidã vero, inter q̃s pręcipuus
extitit Auguſtinus, magis ſecuti ſunt viã philoſophicã, ea ponentẽ q̃ magis ſunt cõſona ra-
tioni. Vnde Auguſtinus intellectũ huius ſcripturæ ad rationis atteſtationẽ atq; dictamẽ fle-
ctit ac trahit, dicẽdo oĩa ſimul eſſe ꝓducta. Et expoſitio eius fuit multũ rationabilis & val-
de ſubtilis. Veruntñ qa ex ea videt intellectus ſcripturę diſtrahi, & ſecurius eſt magiſq; me
ritoriũ, ꝓpriũ intellectũ & rationẽ ſcripturæ oĩno ſubijcere, q̃ ſcripturã aliq̃ modo diſtrahe-
re, idcirco cõmuniter alij Doctores, tã q Auguſtinũ ꝓceſſerũt, q̃ q eũ ſecuti ſunt, intellexerũt
& expoſuerũt ſcripturã hãc ſicut ſonare videt, dicẽtes opa ſex dierũ nõ ſimul eſſe ꝓducta niſi
in materia, ſed ꝑ interualla dierũ ea eſſe ꝓducta, quantũ ad formã & ſpeciẽ. Rurſus eadẽ di-
Communis expoſitio. ſtinctiõe loquit Bonauẽtura: Quãuis multæ ſint expoſitiones huius verbi, In principio crea
uit Deus cælũ & terrã, quatuor tñ ſunt pricipales. Prima eſt, ꝙ cælũ & terra eandẽ nominãt
informẽ materiã oĩm corporaliũ rerũ, prout de ipſa fieri debebãt duplicia corpora, puta cę
leſtia & elemẽtaria, vt ſit ſenſus: In pricipio creauit Deus cælũ & terrã. i. materiã ex qua debe
bat fieri cælũ & oĩa elemẽta. Hæc aũt expoſitio cõfirmat ꝑ literã mox ſequentẽ, q̃ deſcribit,
q̃liter factũ ſit cælũ. Secũda expoſitio ꝑ cælũ intelligit naturã angelicã, ꝑ terrã vero materiã
Hugo. primã. Tertia expoſitio, & q̃ſi media inter has, eſt Hugonis, q ꝑ terrã intelligit elementum
terrenũ, atq; ꝑ cælũ tria alia elemẽta, q̃ ſecundũ eũ, erãt ſup terrã ꝑ modũ nebulæ circũquaq;
oppãſa, in vna cõfuſione ꝑmixta, ſeu potius in vna ꝑmixtione cõfuſa, & circũquaq; ſuſpẽſa,
quę extẽdebant tã alte, ſicut ꝑtingit nũc ſummitas corporalis naturæ. Hinc libro de Sacra-
mẽtis ait venerabilis Hugo: Noĩe terrę ſignificatũ puto terrenũ hoc elementũ. Eratq; elemẽ
tũ hoc ſubſidẽs ſeu ſitũ in imo ac medio loco, cęteris in cõfuſione ꝑmixtis. Quarta expoſitio
ꝑ cælũ hoc loco intelligit cęlũ empyreũ, qd ſtatim in ſua creatiõe angelis eſt repletũ. Per ter
rã vero, materiã oĩm corporaliũ, ſiue cæleſtiũ, ſiue terreſtriũ, ſub cælo empyreo contentorũ.
Beda. Et iſta poſitio eſt Bedę & Strabi, immo & S. Baſilij in ſuo Hexamerõ, ſaltẽ quãtum ad id, qd
Strab⁹. dictũ eſt de cælo empyreo. De quo ait Baſili⁹: Sicut dãnati in tenebras vltimas abigũtur, ita
Baſilius. pro dignis opibus remuneratio reſtaurat beatis in ea luce, q̃ eſt extra hũc mundũ, vbi quie-
tis domiciliũ ſortiunt. Strabus quoq;: In principio, inquit, creauit Deus cælũ & terrã. Cælũ,
nõ hoc viſibile firmamentũ, ſed empyreũ, hoc eſt, igneũ, nõ ab ardore, ſed à ſplẽdore, qd ſta
tim repletũ eſt angelis. De quo cælo loquitur Beda: Hoc ſuperius cælũ, quod à volubilita-
te mundi ſecretum eſt, mox vt creatum eſt, ſanctis angelis eſt repletum, q̃s dñs ꝓteſtatur in
Iob 38. principio cõditos cum cælo & terra, dicẽs: Vbi eras cũ me laudarẽt aſtra matutina, & iubila
rẽt oẽs filij Dei? Vbi ꝑ aſtra matutina, intelliguntur angeli ac filij Dei. ¶ Præterea, Nicolaus
de Lyra ſcribit hoc loco: Circa principiũ Geneſis ſunt tres expoſitiones ſolẽnes, ad q̃s alię vi
dẽtur reduci. Prima eſt Auguſtini, de qua pręcedẽti articulo dictũ eſt, quę expoſitio videtur
Expoſitiones tres recitat Lyra. Lyræ valde lõginqua à litera. Propter qd, inquit, dimittat. Alię duę expoſitiões videntur ſibi
textui conſonare. Ad quarũ declarationẽ ꝓmittit tres opiniones philoſophorũ de materia.
Tres opiniones philoſophorũ de materia. Prima eſt opinio Cõmentatoris, q in libro de ſubſtãtia orbis, dicit in corporib⁹ cæleſtibus
nõ eſſe materiã ꝓprie dictã, q̃ ſ. pars ſit eſſentialis cõpoſiti, & ſubiectũ formæ ſubſtantialis:
ſed qd ibi dicit eſſe materia, dicit eſſe intelligendũ de materia improprie dicta, vtpote eã ſu
mẽdo pro ſubiecto motus localis, & ꝓut ipſe orbis eſt in potẽtia ad vbi. Secũda opinio eſt,
ꝙ in corporibus cæleſtibus eſt materia proprie dicta, tñ alterius rationis à materia mixtorũ
& elementorũ. Hãc opinionẽ ſequuntur Albertus, Thomas, & alij multi. Tertia opinio eſt,
quòd omnium corporalium ſit vna ſeu eiuſdẽ rationis materia prima. Hæc eſt opinio Aui-
cennæ, quã ſequitur Bonauentura. His prolixe ab eo præmiſſis, ponit duas expoſitiones prę-
tactas, quarũ prima eſt, quòd partes huius ſenſibilis mundi principales, videlicet oĩa cæle-
ſtia corpora & quatuor elemẽta, fuerunt à principio per creationẽ ſimul producta diſtin-
cte in ſuis ſubſtãtialibus formis: quòd item totum opus diſtinctionis, & etiã opus ornatus
cæleſtium corporum, quod factũ eſt quarto die, quæ infrà deſcribũtur, intelligẽda ſint quan
tum ad qualitates, proprietates, & virtutes accidẽtales, ſuperadiũctas pręfatis operibus crea
tionis. Secunda expoſitio eſt, quòd materia oĩm corporaliũ, primo creata ſit ſolũ ſub vna
forma ſubſtãtiali cõmuni, videlicet ſub forma corporeitatis, & diebus ſequẽtibus ſit diſtin-
cta ſecundũ diuerſas ſui partes per formas ſubſtãtiales ſpecificas, tam cæleſtes q̃ elementa-
res. ¶ Inſuper dicit, ꝙ illi qui ſequuntur Cõmentatorẽ, & qui dicunt materiã cæleſtiũ cor-
porum ſpecie diſtinctã à materia inferiorum, non poſſunt tenere expoſitionẽ iſtam ſecun-
dam, ſed primã. Porro qui dicunt oĩm corporalium eſſe vnam materiam, ſequi poſſunt ex-
poſitionem iſtam ſecundã. ¶ Deniq; Nicolaus de Lyra, iſta ſcribẽdo, affirmat ꝙ intellectus
operum

operum ſex dierũ, dependet ex cognitione prætactæ ſimplicis opinionis de materia prima.
Sed cõtra hoc ſcribit Rabbi Paulus, ex Iudaiſmo cõuerſus, q fuit Burgẽſis epiſcopus, atq; in
Paulus Burgeñ. epiſcop. multis redarguit Lyrã. Itaq; cõtra prætactũ verbum teſtatur, ꝙ incõuenienter ſit poſitum,
quoniã philoſophi diuerſimode opinando de materia, non habuerunt rationes demonſtratiuas, ſed perſuaſiuas, vnde non debet ſenſus ſcripturæ propter hoc variari. Et ideo ſancti doctores modicũ curauerunt de diuerſitate taliũ opinionum in præſenti materia, ſicut nec refert ad articulũ creationis credendum, an cæli ſint immateriales, vel habeant materiã eiuſ
Pſal. 118. dem rationis cum inferioribus iſtis an non. Ad iſtud dicendũ, ꝙ præhabitũ verbum Nicolai rationabiliter poteſt ſaluari. Quẽadmodum eñ oĩs creatura ſeruit creatori, ita naturalis
Auguſt. ſciẽtia deſeruit theologicæ veritati. Vnde aſſerit Auguſtinus, ꝙ cognitio proprietatũ naturaliũ reꝝ, pãdit abdita ſcripturaꝝ. Quãuis ergo veritas ſcripturaꝝ nõ depẽdet à notitia opinionum & ſcientiaꝝ philoſophicaꝝ, attamen intellectus eiuſcemodi veritatis in tantũ dependet ex cognitione talium opinionum & ſcientiaꝝ, inquantum cognitio talium confert ad intelligendũ lympidiꝰ ipſas ſcripturas. Nec Lyra dicit, ꝙ ꝓpter diuerſas opiniones philoſophoꝝ varieť ſenſus ſcripturæ. ¶ Pręterea, ꝙ Rabbi Paulus ait, ſctõs doctores paꝝ curaſſe
Thomas Bonauẽ. Albertꝰ. Ambro. Baſilius. de taliũ varietate opinionũ, nõ videť ſatis cõſiderate ꝓlatũ, qa nõ ſolũ S. Thomas, Bonauẽtura, Albertꝰ, & ſimiles ſuꝑ ſecundũ ſentẽtiaꝝ, ſed Ambroſius quoq;, Baſilius, alijq; antiq expoſitores, vbertim ac diligẽter recitãt philoſophoꝝ opiniões, inquãtum hoc cõfert ad intelligendũ ſcripturas. Verũtñ in ꝑfata poſitiõe, Lyra dicit aliud quiddã q̃d patet calũnię. Siquidẽ ait: Illi q dicũt ꝙ in corporibꝰ cæleſtibus nõ eſt materia, cõſequenter dicere habẽt, ꝙ oĩa corpora cęleſtia à principio ſint ꝓducta in ſuis ſubſtãtialibus formis diſtincte. Nempe q dicũt in corporibus cęleſtibus nõ eſſe materiã, dicũt & dicere cõpelluť, ꝙ corpora cęleſtia nõ habẽt formas ſubſtãtiales, cũ forma ſubſtãtialis nõ dicať, niſi reſpectu materiæ cui dat eſſe. Nec aliqd diciť ꝓprie forma ſubſtãtialis, niſi ſit pars cõpoſiti. Cęlũ aũt ſecundum iſtã opinionẽ nõ eſt cõpoſitum ex forma & materia. Cõmentator quoq; in libro de ſubſtãtia orbis, dicit ꝙ ipſe orbis ſeu corpꝰ cæleſte ſit actu ens, etiã per intellectum excluſo ſuo motore, ſeu qualibet forma ſubſtãtiali. ¶ Amplius, ad intelligendum ꝑfectius præhabitam duplicem expoſitionẽ de informitate materiæ, ſeu qualiter fuit creata ſub forma corporeitatis, aut ſub proprijs ſubſtãtialibus formis elemẽtorum atq; cæleſtium corporum, aduertendum quod ſuper ſecundũ diſtinctione 12. recitat Thomas: Quidã antiqui philoſophi poſuerunt materiam totã ſub vna forma ſubſtantiali, ponẽtes vnum elementoꝝ eſſe primã materiã oĩm, & ex illo oĩa generari. Alij poſuerunt eã ſub pluribus formis ſubſtãtialibus, nõ tamen adinuicem ordinatis, ſed quadã cõfuſione permixtis, & poſtea operatione primi opificis ad diſtinctionẽ ordinemq; reductis. Moderni etiã in duas vias has diuiduť. Quidã eñ ponunt, materiã illam primo creatã totã ſub vna forma ſubſtantiali fuiſſe: ſed ne videantur in antiquũ labi errorẽ, dicunt formã illam non fuiſſe aliquid formaꝝ elementarium, ſed aliquid quod ſe habet in via ad eas, vt imperfectũ ad ꝑfectum, quẽadmodum forma embryonis ſe habet ad formã animalis cõpleti in ſpecie ſua. Alij dicunt, materiã illam primo creatã ſub diuer-
Bonauẽ. ſis ſubſtantialibus formis, ſicut narratũ eſt. Has itẽ opiniones narrat Bonauẽtura ſuꝑ ſecundum: Quidã, inquiẽs, voluerũt dicere, ꝙ materia illa diceret chaos, propter formaꝝ multitudinẽ, & contrarietatẽ exiſtentẽ in partibus materiæ, ita ꝙ partes illæ non diſtinguebantur adinuicẽ ſecundũ loca determinata, nec ita proportionabiliter inuicẽ iungebanť, vt ex eis reſultaret aliquod mixtũ cõpletum: ideo erat ibi quædam mixtio non proportionis, ſed cõfuſionis: vnde nec agebãt contra ſeinuicem. Alius modus dicendi eſt, quòd materia illa ꝓducta eſt ſub aliqua forma, ſed illa non erat forma cõpleta, nec dans materiæ eſſe cõpletum. Vnde nec ſatiauit appetitũ materiæ, nec ſic eã informauit, quin adhuc mãſit informis, ſed erat diſpoſitio ad formas vlteriores. Et quãuis forma illa nõ habebat in ſe diuerſas naturas, tñ quia ad multas formas habuit inclinationẽ, habuit in partibus ſuis quandã imꝑfectã diuerſitatẽ, ꝓpter quod ꝑmixta diciť & confuſa, ſicut exemplũ ponitur in embryone, quod licet actu habet vnã formã atq; figurã maſſæ carnis, illa tñ diſpoſitio eſt ad diuerſas mẽbroꝝ figurationes, q̃uis iſtud nõ ſit ꝑ oĩa ſimile, qm̃ forma illa nõ erat tãtæ actualitatis ſicut eſt forma embryonis, neq; in tãta ꝓpinquitate ad eductionẽ formaꝝ ſequẽtiũ, ſicut forma embryonis ad eductionẽ mẽbroꝝ. Forma eteñ ſeu figura embryõis, eſt viſibilis, & vi naturę ad ꝑfectionẽ ꝑducibilis. Illa vero materia ſub tali forma erat inuiſibilis, atq; ad formas ſubſequẽtes ſola diuina virtute & opatiõe ducibilis: ideo ꝓpter indeterminatũ appetitũ formaꝝ multaꝝ, cõfuſa diciť & ꝑmixta. ¶ Poſtremo verbũ hoc, In principio creauit Deꝰ cælũ & terrã,
ita exponit Chryſoſtomꝰ, ꝙ Moſes hoc ſermone ſummarie explicauit & ꝑmiſit, quicquid
Chryſo. Deꝰ poſtea ꝑ ſex dies effecit: & poſtea ꝑ partes explicat, q̃d añ in ſumma ꝑmiſit: ſicq; ꝑ duo iſta extrema, cælũ & terrã, intellexit cętera corporalia oĩa in eis cõtenta: quẽadmodũ ſi dicatur, Artifex fecit hãc domũ: & poſtea ſubdať, primo poſuit fundamẽtũ, ſecũdo ſtatuit parie-
tes,

tes, tertio tectũ erexit. Et ita q̃d ait, In principio, exponiť & referť ad totũ tẽpus ꝓductionis opeꝝ ſex dieꝝ. Sicq; idẽ eſt cælum, q̃d legitur in principio factũ: & firmamentum, quod legitur ſecunda die productum. Hanc expoſitionem præ cæteris ſequitur Rabbi Paulus.

¶ Cui expoſitionum præinductarum videatur magis eſſe conſentiendũ. Art. VII.

Qvanuis iuxta pręhabita, expoſitio S. Auguſtini videať ſubtilior, atq; humanę cõſonantior rationi, ex hoc tñ non ſequiť, ꝙ verior ſit, quẽadmodum Deum non eſſe trinũ in ꝑſonis, magis conſonat rationi humanæ, q̃ ꝙ in vnitate eſſentiæ trinus conſiſtat, non tñ eſt verum. Nam ea quæ fidei ſunt, q̃uis non ſint contra rationem, ſunt tñ ſupra omnem rationem humanam. Ratio quoq; humana plene cõpręhendere nequit opera Dei, & multo minus cõpręhendere poteſt rationes eorum, hoc eſt, cur Dei ſapientia ſic agẽdum dictauit,
cuius iudicia & ſecreta ſapientiæ eius penetrare nõ poſſumus. Veruntñ Albertus libro de coæquæuis, & Thomas ſuper ſecundum, magis conſentiunt expoſitioni Auguſtini præfatæ. Rom. 11.
Veruntñ Thomas in prima parte Summæ ſuæ, minus declinat ſe ad aliquã partem. ¶ Porro (vt tactum eſt) Bonauentura magis ſequitur eos, qui per interualla temporum dicunt om̃ia eſſe producta. Attamen ſapienter hortatur, vt in hac materia, in qua certitudo haberi non valet, nihil incaute aut pręcipitanter quis aſſerat. ¶ Inſuper q̃uis Thomas ſuper ſecũdum, ſequatur (vt dictum eſt) Auguſtinum, attñ recitando alias duas opiniones, quibus materia prima in principio dicitur creata informis, ſeu aliquo modo formata, magis approbat expoſitionẽ eoꝝ, qui dicunt materiam primo creatam ſub ſubſtãtialibus formis diſtinctis, ita ꝙ corpora cæleſtia & elementa in principio condita ſint ſub formis ſuis ſpecificis, vt plenius dictum eſt. Aliam aũt poſitionem, quæ dicit materiã primo creatã ſub cõmuni forma corporeitatis, potius reprobat, eo quòd iuxta philoſophos, inter materiã primam & formas elemẽtares, non ſit intermedia forma ſubſtantialis. Quod ſi quis cũ Auicebron in libro fontis vitæ, formã corporeitatis à materia inſeparabilẽ eſſe affirmet, nõ videtur hoc poſſe ſaluari, eo quòd forma ſubſtãtialis det eſſe ſimpliciter, & quod aduenit enti in actu, eſt accidẽs. Sic quoq; viderẽtur duæ formæ ſubſtãtiales in eodẽ eſſe cõpoſito. ¶ Porro Bonauentura magis approbat opinionẽ dicentiũ materiã primo ꝓductam ſub communi forma corporeitatis. Sed qm̃ breuitati nunc ſtudeo, & iſta materia ſuper ſecundum Sententiarum à Doctoribus pleniſſime ventilatur, diſputať, ac pertractatur, ideo horum Doctorum rationes & ſolutiones ac replicationes dimitto. Et quantũ capere valeo, opinio iſta quã appro-
bat Thomas magis q̃ aliam, inter om̃es opiniones & expoſitiones verior mihi apparet. Pri- Opinio Thomæ verior apparet.
mo, qm̃ textui cõſonantior eſſe cenſetur. Nam in exordio Geneſis ſtatim ante opus ſecũdæ diei, cælum, terra & aqua, proprijs exprimunť nõibus: ſimiliter de abyſſo fit mentio nõie ſpeciali. Ergo apparet quod proprijs formis fuerint tunc diſtincta, quantum ad eſſe ſpecificũ. Iſta quoq; poſitio minus recedit ab Auguſtini opinione. Rurſus, qui dicũt materiam ſub forma corporeitatis productã, dicunt terram tertio die formatã ſeu factam: quod textui conſonum non videť, cum infrà in deſcriptione operis tertiæ diei dicať: Congregenť aquæ in
vnũ locum, & appareat arida: ergo terra ſeu arida tũc fuit oſtẽſa, nõ facta. In Pſalmo quoq; Pſal. 101.
habeť, Initio tu dñe terrã fundaſti: ergo fundata & facta eſt in principio creatiõis. ¶ Inſuper
Rabbi Moſes dicit, quòd Moſes in exordio Geneſis expreſſit duo elemẽta aperte, videlicet Rabbi Moſes.
terrã & aquã: alia duo obſcure, ita quòd aerẽ deſignauit per ſpm̃, dicẽs, Spũs Dei ferebať ſuper aquas: ignẽ vero per tenebras, qm̃ ignis in propria ſphęra nõ lucet ad extrà, ob ſuæ raritatẽ ſeu ſubtilitatẽ materiæ. Amplius, ſecundũ q̃d recitãt Lyra & Rabbi Paulus, multi alij Hebręoꝝ Doctores ſunt huius opinionis. Sed & Hugo in libris de Sacramentis, magis aſſentit huic poſitioni. Ad idem quoq; allegat Thomas Magiſtrum Sententiarum, & veꝝ eſt, quòd Magiſter in aliquibus paſſibus hoc ſentire videtur: nihilo minus ponit & aliqua verba pro
alia opiniõe. ¶ Poſtremo, ad cõſentiendũ expoſitiõi eoꝝ, q dicũt opera creationis condita Perinterualla dierum res creatæ ſunt.
ſex diebus, potiſſime mouet me autoritas diuini & ſacratiſſimi Dionyſij, ſtudioſiſſimi & illuminatiſſimi viri, q fuit apoſtoli Pauli diſcipulus, alijſq; apoſtolis notus & charus, q in rebꝰ difficilimis & locis obſcuriſſimis prophetaꝝ, informationẽ petiuit ab ipſis apoſtolis, ꝑſertim à beatiſſimo Paulo, atq; ab alijs apoſtolicis viris, prout ipſe in ſuis crebro voluminibus tangit: à qbus ſi intellexiſſet oĩa ſimul diſtincte producta, veriſimile reor quod in ſuis libris hoc tetigiſſet: cũ ergo nõ tangat hoc, ſed eius oppoſitũ, vtpote quod ꝑ interualla dieꝝ ſint facta, patet propoſitũ. Quod aũt Dionyſius inſinuet res factas per tẽporum interualla, pro-
batur ex his, quę ſcribit in libro de diuinis nominibꝰ capitulo 4. Vnde & Thomas ſuper ſe- Dionyſ. Acto. 17.
cundũ, & in prima parte, quęſtiõe 67. allegat Dionyſiũ ibidẽ dicẽtẽ, ꝙ lumẽ ſolis eſt lux illa, quã Moſes in primis tribus diebus noſtri tẽporis narrat, q̃uis tunc eſſet informe, prout infrà diceť. Vnde eliciť, ꝙ iuxta Dionyſij mentẽ, etiã ſubſtãtia ſolis facta ſit prima die, qa lux ſolis nõ fuit ante ſubſtantiã eius. Pariq; ratione alia corpora cæleſtia in ſuis formis ſubſtãtialibus facta ſunt prima die. Ex quibus probatur, ꝙ iſta poſitio de productione materię ſub for-
mis di-

mis diſtinctis, quantum ad eſſentiales mundi partes, fuit de mente maximi theologi Diony
ſij, quod potiſſime me induxit ad conſentiendum poſitioni præfatæ.

¶Expoſitio verborum ſequentiũ: Terra aũt erat inanis & vacua, & tenebræ erãt ſuꝑ faciẽ abyſſi, & ſpiritus dñi ferebatur ſuper aquas. Art. VIII.

LIcet prǣcedẽti articulo magis approbauerim atq; ſecutus ſim eos, q̃ dicunt, opꝫ a ſex die
rũ per tempoꝝ interualla eſſe producta, & materiã in exordio creatã ſub ſubſtãtialibus
formis diſtinctis, quantũ ad eſſentiales principalesq́; partes mundi ſenſibilis, quæ ſunt
corpora cæleſtia & quatuor elemẽta: nihilo minus intẽdo textũ exponere, etiã iuxta alioꝝ
intentionẽ. Itaq; ſequẽdo expoſitionẽ illã amplius approbatã, eo ꝙ textui & antiquioribus
patribus ac doctoribus ſanctis conſonãtior videat̃, ſic exponenda ſunt verba ſequẽtia: [Ter
ra aũt erat inanis & vacua.] Pro eo quod hic dicit̃, Terra erat inanis & vacua: alia translatio
qua vtitur Origenes, ſic continet: Terra aũt erat inuiſibilis & incõpoſita. Idcirco quidã ex-
Origen. ponũt hanc literã ſic: Terra erat inanis, i. inuiſibilis corporali aſpectu, qm̃ erat aquis vndiq;
cooperta, quæ etiã aquæ fuerũt in inferiori parte dẽſiores ſeu groſſiores. Et vacua, hoc eſt,
plãtis & herbis ac cǣteris fructibus ex ea tunc naſcituris, nondũ impleta aut decorata: quod
Ioſeph⁹. alia litera vocat, incõpoſita. Vnde Ioſephus refert: Sed dũ terra ad aſpectũ nõ veniret, & pro
funditate aquaꝝ ac tenebris celaret̃, Deus lumen fieri iuſſit. Hinc alij ſic exponũt: Terra erat
inanis & vacua, i. elementũ terræ erat adhuc infructuoſum, ſiue inutile ac ſine ornatu. Non-
Strab⁹. dũ etem̃ apta fuit habitationi ac vſui hoĩm, propter quos fuit creata. Hinc ait Strabus: Ter-
ra erat inanis & vacua, i. inutilis, infructuoſa, & incõpoſita. Oĩa nanq; elemẽta cõmixta fue-
rãt & cõfuſa, & totũ hoc aeris ſpatiũ extitit aquis plenũ, non quales nunc ſunt, ſed inſtar ne-
bulæ tenues erãt. Quod ſi iſta ſunt verba Strabi, vt allegatur in gloſſa, quomodo verum eſt
q̊d quidã aſſerit, ſecundũ Strabũ & Bedã, materiã primo fuiſſe creatã ſub cõmuni forma cor
poreitatis, non ſub diſtinctis formis ſubſtãtialibus elemẽtoꝝ, pǣſertim cũ in eadẽ gloſſa in-
Damaſ. ducant̃ verba Bedæ, dicẽtis, Deus aquas cũ cælo prius creauit? Deniq; Damaſcenus libro
2. apte inſinuat, terrã & aquã in prĩcipio ſub ꝓprijs formis ſubſtãtialib⁹ eſſe creata, dicẽdo:
Terra eſt vnũ elemẽtoꝝ ſiccũ, frigidũ, graue, immobile, ex nõ ente ad eſſe prima die à Deo
deductũ. In prĩcipio em̃ creauit De⁹ cælũ & terrã. De aqua quoq; ſic ait: Aqua eſt vnũ qua-
tuor elementorũ, humidũ, frigidũ. Hæc in principio ſuꝑ oẽm terrã redundauit. His cõcor
Baſilius. dat Baſilius, dicẽs: Moſes primo non exprimit, niſi cælũ & terrã, quatenus ꝑ hæc duo extre-
ma, intelligant̃ & media. Ex quibus oſtẽditur, ꝙ cum dicitur, In principio creauit Deus cæ
lũ & terrã: noĩe terræ intelligit̃ elementũ terræ explicite, & alia tria elemẽta implicite, & ꝑ
cælũ, oĩa cæleſtia corpora, quantum ad ſuæ ſubſtãtiæ productionẽ. [Et tenebræ erãt ſuꝑ fa-
ciẽ abyſſi.] Per abyſſum, quidã intelligũt congeriẽ ſeu vniuerſitatẽ quatuor elementorũ: alij,
Dama- alia tria elemẽta ſimul permixta, videlicet aquã, aerẽ & ignẽ, alij aquã. Ait equidẽ Damaſce-
ſcenus. nus: Abyſſus aliud nihil eſt, niſi aqua multa, cuius finis incõprǣhẽſibilis eſt hoĩbus. Et Rabbi
Rabbi Paulus: Abyſſus, inquit, ſecundũ grãmaticos, impenetrabilẽ aquaꝝ multitudinẽ ſignat, quæ
Paulus. impenetrabilitas intelligi poteſt nõ ſolũ ex magna aquǣ ꝓfunditate, ſed itẽ ex hoc ꝙ ex ſua
circũfuſione, qua ambit terrã, viſu penetrari nõ poteſt. Per q̊d intelligit̃ aqua elemẽtaris, quǣ
ante ſuã congregationẽ cõfuſe ꝑmixta fuit igni & aeri: quod totũ dicit̃ nũc abyſſus. Quali-
tercunq; aũt ſumat̃ abyſſus, conſtat ꝙ tenebræ erãt ſuper faciẽ abyſſi. Nondũ em̃ creata fuit
lux corporalis, idcirco tenebræ quæ ſunt carẽtia huiuſcemodi lucis, operiebãt oĩa elemẽta,
immo & cæleſtia corpora, dẽpto cælo empyreo. [Et ſpũs dñi ferebat̃ ſuꝑ aquas.] Per ſpm̃
dñi, intelligi poteſt volũtas Dei ſeu ſpũs ſanctus, quǣ & q̃ ferebatur nõ motu locali, ſed diſpo
ſitione mẽtali ſuꝑ aquas, ſicut volũtas artificis fertur ſuper materiã quã habet præ oculis, dũ
eam formare ac decorare proponit. Et poteſt ꝑ aquas, elemẽtũ aquǣ intelligi, q̃a ex aqua ge
nerantur plurima animaliũ genera, & ſemina rerũ ſunt humida: nec terra ſine aqua eſt fru-
Dama- ctuoſa, ſed ſterilis. Propter quod aſſerit Damaſcenus: Aqua eſt creatura Dei optima. Alij ꝑ
ſcenus. aquas intelligunt cõgeriem elementoꝝ, quia non aquã tantũ, ſed & alia elemẽta voluit De⁹
Hieron. formare, ornare, & diuerſa mixta ex eis producere. Hinc ſecundũ Hieronymũ in Hebrǣo ha
betur, merahephet, q̊d tantũ valet ſicut, Fouebat aut Incubabat: ad inſinuandũ ꝙ ſpũs ſctũs
inſtar auis oua ſuo calore fouẽtis, ſuꝑ aquas incubabat & eas fouebat, dando eis virtutẽ cau
ſalẽ tam ſpecialẽ. Inſuꝑ, vt recitat Auguſtinus libro de Ciui. Dei, Plato ꝑ ſpm̃ dñi qui fere-
bat̃ ſuꝑ aquas, intellexit aerẽ, qui ſæpe ſpũs appellat̃, & in hoc Rabbi Moſes Platonẽ ſecutus
eſt, ſed cõuenientius exponitur de ſpũ ſancto. Aer em̃ nondũ diuiſus fuit ab aqua, nec ſupe-
rior eat: immo aqua totũ occupauerat ſpatiũ vſq; ad cœleſtiũ corporũ regionẽ. Nec videtur
cur Moſes potius dixiſſet de aere, ſpũs dñi, q̃ de terra aut aqua, terra dñi, aut aqua dñi. Præ-
Rabbi terea Rabbi Paulus ſcribit hoc loco: Antiqui expoſitores Hebræorũ, cõpendioſe ac notabi-
Paulus. liſſime expoſuerunt hoc verbũ in libro q̃ dicitur, Breſith Rabba, vbi interrogatiue ſic dicit̃:
Quid eſt quod dicit̃, ſpũs dñi ferebatur ſuꝑ aquas? Et reſpondetur, Nihil aliud eſt q̃ qui di-
citur

citur ſpiritus Meſſiæ, de quo ſcriptum eſt: Requieſcet ſuper eum ſpiritus dñi. Vnde conſtat
ꝙ per ſpm̃ dñi, intelligat̃ nunc ſpũsſanctus. Quãtum ad alioꝝ opinionem, exponendo hũc Eſaiæ 11.
paſſum, ſciendum ꝙ q̃uis Auguſtinus dicat opera ſex dieꝝ ſimul diſtincte ꝓducta, in hoc
tñ cõuenit cum his, qui dicunt materiã primo creatã ſub ſola forma corporeitatis, ꝙ mate-
riam primã informẽ dicit in principio Geneſis deſignari nomine terræ, & etiam nomine
aquæ atq; abyſſi: ꝑ quæ oĩa, etiã illi dicunt deſignari nõ ipſa elementa, ſed eandẽ informem
materiã, de qua dicunt elementa eſſe formata. ¶Itaq; ſecundũ Auguſtinum, tenebræ erant
ſuꝑ terrã, i. informẽ illam materiã, nõ tẽporali duratione, cum dicat oĩa ſimul facta, diſtin-
cta, formata, ſed ordine naturæ: quia materia illa ſecundũ ſe accepta & conſiderata, fuit in
ſe tenebroſa, carẽs oĩ perfectione & claritate formali. Fuit quoq; materia illa ſecundũ ſe ina
nis & vacua, vtpote deſtituta formis & oĩ ornatu. Hinc ſuꝑ ſecundũ Thomas teſtat̃: Si per
terrã intelligat̃ informis materia, tunc ꝑ verba hæc deſignatur receptibilitas materiæ, quæ
quodãmodo ſimilis eſt receptibilitati loci. Propter q̊d Plato materiã vocauit locũ. Ideo quǣ
ſunt loci, ſimilitudinarie dicunt̃ de ea, vt materia dicatur vacua, inquantũ forma replet ca-
pacitatẽ materiæ: inanis vero, inquantũ forma eſt finis appetitus ipſius. Sed ſpiritus dñi fe-
rebat̃ ſuꝑ aquas, hoc eſt, ſuper hanc ipſam materiã, inquantũ intendebat ex ea ꝓducere mul
ta, ſicut mens ſeu cõſideratio artificis fert̃ ſuper artificiata. Porro ſecundũ alios, ſuper mate
riã illã forma corporeitatis informatã, ſed reſpectu ſpecificaꝝ formaꝝ informẽ, erãt tene-
bræ quouſq; ꝓducta eſt lux corporalis: eratq́; terra, id eſt, materia illa, inanis & vacua, qm̃ di
ſtinctis & proprijs formis carebat, nec fuit polita nec fructifera. Ferebat̃ itidẽ ſuper eã ſpũs
dñi, iuxta ſenſum præhabitũ. Poſtremo Rabbi Paulus hoc loco per faciẽ abyſſi intelligit cǣ Rabbi
lũ cryſtallinũ, in quo dicit fuiſſe tenebras, qm̃ capax fuit lucis tanq̃ diaphanũ. Multitudinẽ Paulus
vero aquaꝝ dicit fuiſſe abyſſum, vel aquã tam turbidã & opacã, ꝙ nõ fuerat lucis capax ſic-
ut nec terra. Idcirco nõ dicunt̃ proprie fuiſſe tenebræ in abyſſo, ſicut nec cæcitas in ligno.
Iſtud nõ videt̃ ſolide dictũ. Primo, q̃a ſcriptura nõ dicit, tenebræ erant ſuꝑ ſuperficiẽ abyſſi,
ſed ſuꝑ faciẽ abyſſi. Secũdo, qm̃ nec cælũ cryſtallinũ, nec aliq̊d cælũ dicit̃ proprie ſuperficies
aquæ, ſiue loquamur de ſuꝑficie extrinſeca, ſiue de ſuꝑficie intrinſeca. Loc⁹ q̃ppe eſt extrin
ſeca ſuꝑficies corporis locati, atq; intrinſeca ſuperficies corporis cõtinentis. Locus aũt eſt
in gñe quãtitatis, cælũ aũt in p̃dicamento ſubſtantiæ. Quòd ſi cælũ ratione ſui vltimi ſeu ſuꝑ
ſuperficiei, dicat̃ ſuꝑficies aquæ illi⁹, hoc oportet intelligi de ſuperficie aquæ extrinſeca. Per
faciẽ aũt aquæ, intelligẽda eſſet potius ſuperficies eius intrinſeca, vtpote ei inhærẽs, q̃ ſuper-
ficies eius extrinſeca. Sic em̃ in ſcripturis cõmuniter accipitur facies corporaliũ, inanimata
rumq́; rerũ. Tertio, q̃a ex verbis Sanctoꝝ & Expoſitoꝝ iam patuit, ꝙ aqua illa erat inſtar
nebulæ tenuis & ſubtilis, p̃ſertim in ſuperioribus partibus, vbi lux magis fulgebat atq; vici-
nior fuit ſtatim vt facta eſt: ergo aqua illa erat valde capax lucis illi⁹, nec fuit opaca. Quarto,
nã dato ꝙ fuiſſet turbida & opaca, tñ potuiſſet illuminari, quẽadmodũ modo terra & dẽſiſſi
mæ nubes recipiũt influentiã lucis. Quinto, nam vbi nr̃a trãslatio habet, tenebrǣ erant ſuper
faciẽ abyſſi: alia translatio, quã & Origenes exponit, ſic cõtinet, Tenebræ erant ſuper abyſ- Origen.
ſum. Sexto, nã dato ꝙ lux nõ potuiſſet eam attingere, nihilo minus tenebræ, proprie loquen
do, fuiſſent in ea: q̃a ex ſua natura ipſi cõpetit eſſe lucis capacẽ, quẽadmodũ cæcus à natiuita
te, dicitur proprie cæcus. Septimo, qm̃ ſecundũ oẽs expoſitores p̃fatos, per faciẽ abyſſi, intel
ligitur ipſa abyſſus. Vnde & 9. de Ciui. Dei loquitur Auguſtinus: Tenebrǣ erant ſuper faciẽ Auguſt.
abyſſi, i. ſuper quandã terræ & aquæ indiſtinctã cõfuſionem. Hinc ait Magiſter libro 2. Nec
miꝝ, lucẽ poſſe in aquis lucere, q̃ multo rariores fuerũt in principio, q̃ ſint modo. Iterũ ait
hic Rabbi Paulus, ꝙ per id q̊d dictum eſt, ſpiritus dñi ferebatur ſuper aquas: intelligit̃ mo- Rabbi
tus primi mobilis, per quẽ Deus aquã viuificauit: q̃a vt dicitur 8. Phyſicoꝝ, Motus cæli eſt Paulus.
quaſi vita oĩm inferioꝝ, q̃ motus aſcribẽdus eſt Deo, tanq̃ cauſæ primæ ac principali. Iſtud
ſtare nõ poteſt: ſcriptura em̃ hic loquit̃ de virtute cauſali, aquæ collata immediate à Deo à
ſuæ creationis exordio, quam nõ habet ꝑ motũ cæli aut mobilis primi. Et iſtud plenius ſcri-
bit Thomas in prima parte, quæſtione 74. vbi ad hoc allegat Baſiliũ. At vero circa hæc ver- Thomas
ba, ſpũs dñi ferebatur ſuper aquas, in Scholaſt. fertur hiſto. Hunc locũ male intellexit Plato,
putans hoc dictũ de aĩa mundi. Miror vnde autor hiſtoriæ illius acceperit hoc, p̃ſertim q̃a Euſebi⁹.
iam dictũ eſt, ꝙ (vt recitat Auguſtinus) Plato per ſpm̃ dñi aerẽ intellexit. Quid aũt Plato ſen
ſerit de aĩa mũdi, dictũ eſt in expoſitiõe prologi huius libri. ¶Sed circa hæc quæri poſſet:
Quid Plato ſciuit de iſta ſcriptura, aut qualiter intromiſit ſe de expoſitione ipſius? Reſpon-
dendum, quia (vt 8. de Ciui. Dei Auguſtinus tangit & ſentire videtur) Plato in Aegypto per
interpretem didicit libros Moſis. Nam & id q̊d dñs dixit ad Moſen, Ego ſum qui ſum, Qui
eſt, &c. Plato tenuit vehementer, & diligentiſſime commendauit memoriæ.

¶Elucidatio eius quod dicitur, Fiat lux, vſq; ad id, Dixit quoq; Deus, Fiat firmamentum &c. Articulus IX.

POſtꝗ̄ Moſes dixit,tenebræ erāt ſuꝑ faciē abyſſi, mox ſubdidit: [Dixit quoq; Deus:Fiat lux.] Non enim decuit opus Dei tenebroſum manere. Deniq;, iuxta Expoſitores, hoc loco incipit Moſes opus diſtinctionis deſcribere, declarando qualiter à principio vna creatura diuiſa ſit ac diſtincta ab alijs.Primo oſtendit,qualiter diuiſa ſit dies à nocte. Secundo tangit diſtinctionem cęleſtiū corporꝝ.Tertio elementorū.Et qa eorꝝ poſitio magis iam placuit,q dicūt elementa atq; cæleſtia corpora ab initio ſimul producta, quantū ad eorum ſubſtantiā,ita ꝙ diſtinctio & ornatus eorꝝ attēduntur penes virtutes actiuas & paſſiuas, & penes qualitates & ꝓprietates accidētales:ita ꝙ diſtinctio attenditur penes virtutes actiuas atq; paſſiuas cōmunes,mouētes ad oēm formā ſeu ſpeciē corporaliū ac generabiliū rerum, ſicut ſunt calidū,frigidū,lux & humor:ornatus vero penes virtutes actiuas & paſſiuas ſpeciales,quæ mouēt ad formas & ſpecies determinatas,vt eſt virtus ſeminū, equi,leonis,& cōſimiliū,ſecundū quod Thomas ſuꝑ ſecundū diſtinctione decimatertia plenius docet:hinc ꝑ lucē,de qua nūc ſermo,intelligit lumē ſolis adhuc informe ſeu imperfectū,vt quarto capitu-
Dionyſ. lo de diuinis nominibus diuinus Dionyſius cōteſtatur.Nā ante quartū diē,lux iſta nō eſt ſortita determinatā ac plenā virtutē ad producendum particulares effectus. Dixit itaq; Deus: Fiat lux. Quēadmodū aūt Deus artifex ſummus eſt, ſimpliciſſimus ſpiritus, & ſapiētiſſimus actor:ſic dicere eius eſt ſpirituale ac intellectuale,nō vocale aut trāſitorie ſonans,Nec dixit iſtud per creaturā ſubiectā, ſed ſicut immediate produxit,ita ꝑ ſe dixit. Et hoc dicere Dei, eſt practicū intelligere eius,quo vult ſeu præcipit aliqd eſſe. Sic igit Deus trinitas,vnus vniuerſorꝝ creator, dixit.i.intra ſe cōcepit,cogitauit ac iuſſit,Fiat lux.i.ſubſtātia ſolis lucem aliqualē recipiat. Sol em̄,quantū ad ſubſtantiā ſuā,factus eſt in principio,ſed nō ſplēduit clare. [Et facta eſt lux.] hoc eſt,Deo creante,ſol lucē tātā accepit, ſicut tūc decuit, & ſtatui illi expediēs fuit.Etem̄ idē eſt,rem fieri Deo iubente,& Deo agēte:& dicere Dei,feciſſe eſt:& vbi pręcipit oīpotens virtus,mox ſeruit effectus.[Et vidit Deus lucē ꝙ eſſet bona:]hoc eſt,intra ſe,atq; in ſapiētia ſua,æternaliter inuariabiliterq; cognouit, & tūc per effectū ſe cognoſcere demōſtrauit,quòd lux illa cōueniens eſſet ac vtilis,& placuit ei vt eſſet ac permaneret.[Et diuiſit lucē à tenebris] .i.diſtinxit ac diſcreuit ab alio, ita ꝙ ab inuicē diſtinguunt natura ac loco,tēpore ac ſubiecto. Lux em̄ fuit in ſole,tenebræ aūt in loco, ad quē nō peruenit diffuſio ſeu emicatio lucis.Lux quoq; eſt habitus, tenebræ aūt priuatio. Et quando lux fuit ſeu dies in vno hemiſphærio, fuit caligo ſeu nox in hemiſphęrio alio: immo & in eodē hemiſphærio erat iam lux, iam tenebræ,ſecundū motū ipſius ſolis, ſicut & modo. [Appellauitq; lucem diē:]hoc eſt,lucis illius emicationē ſuper noſtrū horizontē, ſeu ſpatium aut durationem illuminationis illius,cognouit atq; inſtituit debere diē vocari in omni idiomate hominū per diuerſa vocabula.Simili ſenſu appellauit[tenebras] .i.abſentiā lucis ſolaris, [noctē.] Deniq;,ſicut Magiſter Sententiarꝝ ait libro 2. dies diuerſis modis accipit: Primo, pro luce illa q̄ in primo triduo mūdi fulſit.Secūdo,pro aeris illuminatione. Tertio,pro ſpatio vigintiquatuor horarꝝ,q̊d vocat dies naturalis. Quarto,ꝓ tēpore motionis ſolis ſuꝑ noſtrū horizontē,q̊d dicit dies artificialis,& cōtinet duodecim horas tēpore æquinoctiali.Nox quoq; diuerſis modis accipit. Primo,ꝓ lucis priuatiōe.Secūdo, ꝓ parte naturalis diei.Immo vtrūque horꝝ accipit in ſcripturis alijs pluribus modis.Nūc aūt q̊d dictū eſt,Appellauitq; lucem diē,intelligēdū eſt de die artificiali.Porro q̊d ſubdit,[Factūq; eſt veſpere & mane dies vnꝰ:] intelligendū eſt de die naturali,q noctē includit, vt ſit ſenſus: Factū eſt veſpere.i. ſpatiū diei ſeu illuminationis illius,ꝑuenit vſq; ad veſperā ſeu noctis initiū, ſole recedēte ab hemiſphærio nr̄o,& poſtea factū eſt mane,nocte ipſa cōpleta,ſoleq; redeunte ad hemiſphæriū nr̄m. Et mane illud fuit exordiū diei ſequētis,qa tunc dies incepit à luce.Sicq; Moſes exprimēdo in primis finē diei artificialis,videlicet veſperā,deinde finē noctis eiuſdē diei,inſinuat conſummationē naturalis diei vnius ſeu primi.Iſta expoſitio iuxta pretactā poſitionē ꝓcedit. Præterea,quā dicūt materiā primo creatā ſub ſola forma corporeitatis, intelligūt ꝑ hāc lucē,quandā ſplēdidā nubē factā in ea parte vbi ſol currit,quā dicūt factā ex informi illa materia,& motā motu circulari,ſicut mouet nūc ſol:ac motu ſuo cauſaſſe diē ac noctē,nō tn̄ fuiſſe tā clarā & efficacē,ſicut nūc ſol eſt.Et aliq dicunt eā factā in oriēte,vbi ſol factus eſt. Qui-
Beda. dā vero in altiori ſpatio ſeu medio, vtpote in meridie, vnde deſcēdit:qa ſecundū Bedā,dies illa à plena luce incepit.Cætera verba literæ huius,ſecundū iſtā opinionē ꝓportionabiliter intelligunt,ſicut præhabitum eſt.De hac luce ac nube ait Magiſter:Lux illa corpꝰ lucidum fuit,velut lucida nubes,& vicē ac locū ſolis tenebat.Fuit quoq; nox in triduo illo penitꝰ te-
Auguſt. nebroſa,qa nec luna nec ſtellæ tūc erant.Inſuꝑ,quēadmodū Auguſtinus per cælum in exordio factū,intelligit naturā angelicā,vt informē,ſeu vt nondū ad creatorē per amorem conuerſam:ita per lucē,de qua ſcriptura nunc agit,intelligit eandē naturā ſeu angelos ſanctos, vt formatos,atq; ad incōmutabile lumē cōuerſos,in quibus tūc diuiſa eſt lux à tenebris.i.formatio eorū ab informitate prætacta.Nam angeli in ſe conſiderati,quantū ad naturalia ſua,

quaſi tenebræ ſunt reſpectu ꝑfectionis & lucis,quā habēt per dona gratuita,& ex conuerſione ſua ad creatorem. Veruntamē de expoſitione Auguſtini,& qualiter ſecundū eam ſaluetur & accipiatur ſex ſeu ſeptem dierꝝ diſtinctio, infrà in ſpeciali articulo plenius oſtēdetur. Præterea circa hāc literā dubitationes occurrūt: Prima eſt,an inter creationē & diſtinctionē fuerit aliqua tēporis mora. Secūda eſt, an ante primā diem & noctem fuerit aliq̊d tēpus. Tertia,quare diſtinctio creaturarꝝ incepit à luce. Quarta, de varia inceptione diei ac noctis. Quinta,an Deus incepit opus ſuum à tenebris. Sexta,quid factū ſit de luce illa ſecundū eos,qui dicūt eā fuiſſe candidā nubē. Septima,quæ poſitio videatur rationabilior de modo,q̊ lux illa cauſauit diē noctemq;. Septem queſtiones.

¶ Ad primā quęſtionū iſtarꝝ reſpōdet Bonauētura ſuper Secundū diſtinctione duodecima ac decimatertia, dicēs: Creatio cæli ac terræ, ſecundū oēs Doctores,fuit ante oēm diē prioritate naturæ:quantū vero ad ordinē tēporis ſiue durationis,diuerſimode ſenſerūt diuerſi. Quidā nanq; dixerūt,ꝙ nō fuerit aliqua mora inter creationem & diſtinctionis inceptionem: ſed ſtatim quādo ꝓducta eſt informis illa materia, lux quoq; quæ diē faciebat,ꝓducta ſit. Alijs videt,ꝙ interuenerit aliqua mora,quod videt magis cōſonum ſententiæ Expoſitorū. Quid aūt horū ſit verius, nō eſt certū.Hæc Bonauentura.

¶ Thomas quoq; ſuper Secundū ait:Quidā dicunt ꝙ opus diſtinctionis,ſtatim cum opere creationis incepit,& ꝙ ideo lux ſtatim creata ſit cū primo creatis, ſicq; Deus nō incepiſſet opus ſuū à tenebris. Et hoc oportet dicere ſecundū expoſitionē Auguſtini, qui etiā vult ꝙ creatio informis materiæ intelligat ante oēm diem, nō tempore, ſed natura. Alij dicunt, ꝙ prius tempore fuit opus creationis, & poſtea ꝑ aliq̊d tēporis interuallū formata ſit lux. Sicq; affirmāt opus creationis ante oēm diem fuiſſe.Et hoc magis conſonat textui Geneſis ſecundū planitiem ſuā. Nam creatione cæli & terræ deſcripta,mox ſubdit, tenebras ſuꝑ faciem fuiſſe abyſſi,deinde agit de lucis productione.Hæc Thomas.

¶ Porro Hugo de ſancto Victore,videtur primæ cōſentire opinioni, quoniā in libro de Sacramentis, fatetur ꝙ mora interiecta nō fuit inter creationē & diſtinctionis inchoationem, quæ diſtinctio incepit in lucis formatione. Præterea, qui dicūt lucem illā fuiſſe nubē,atq; in meridie factā,dicere cōpellūtur, ꝙ inter creationē & diſtinctionē fuerat mora: ſic em̄ à principio primæ diei vſq; ad mane diei ſequentis,nō fuiſſent vigintiquatuor horæ,ſed decē & octo tantū. Ideo dicūt, præceſſiſſe ſex horas diei illius ſucceſſione tēporis, ex mutatione informis materiæ: & cum eſſet tūc tēpus æquinoctiale,fuerūt deinde ſex horæ vſq; ad occaſum ſeu veſperā. Ad ſecundā quæſtionē reſpōdet Magiſter in ſecundo,quod ante lucis ꝓductionem non fuit dies,nec nox,ſed tempus:quod verū eſt,ſi creatio duratione præceſſit diſtinctionis inceptionē,non aūt,ſecundū aliā opinionē.

¶ Circa hoc quæri poteſt,an creatio fuit in tempore: hoc eſt, an cælū & terra ſint creata in tempore. Ad quod reſpōdet Auguſtinus in libro de Ciuit. Dei: Auguſt.
Mūdus nō incepit in tempore,ſed ſimul cū tempore. Vnde & Hugo in libro de Sacramentis: Hugo.
Primo momento temporis,in quo creata eſt oīm viſibiliū inuiſibiliūq; natura,neq; nox fuit,nec dies.

¶ Ad tertiā quæſtionem dicendū, ꝙ lux eſt qualitas corporibus cæleſtibus,inferioribuſq; cōmunis:nā igni & aliquibus mixtis ineſt. Cū ergo diſtinctio attendat ſecūdum qualitates & proprietates accidentales,ſecundū poſitionem magis acceptā,recte inchoata fuit à luce,quæ eſt qualitas quædā cōmunis,quēadmodū etiā in naturali generatione à communioribus formis incipit. Propter quod,iuxta philoſophū,embryo primo viuit vita plātæ,ſecundo vita animalis,tertio vita equi aut hominis. Secūdo,qa per lucē oīa manifeſtantur,ſecundū Baſiliū. Tertio,ꝓpter expulſionē tenebrarꝝ quæ operiebant abyſſum. Quarto, Baſilius.
qm̄ ſine luce nec dies prima,nec aliqua potuit eſſe. Quinto,propter eminentiā lucis. Vnde ſecūdo libro loquit Damaſcenus: In principio,ſcilicet prima die,fecit Deus lucem,quæ eſt Damaſ.
pulchritudo & ornatus oīs viſibilis creaturæ. Aufer em̄ lumen,& oīa in tenebris ignota manebūt,cū nō poſſint propriū demōſtrare decorē. Sed cōtra hoc obijci poſſet,qa ex verbis his Damaſceni ſequi videt,ꝙ lux ꝑtinet ad ornatū. Dicendū,ꝙ lux ſecundū virtutē ſuā cōmunem ꝑtinet ad diſtinctionē:ſed inquantū quarta die ꝑfecta eſt,& virtutem ſortita ad determinatos varioſq; effectus,ꝑtinet potius ad ornatū. Opus aūt ornatus nō dicit ideo ſolū, qm̄ ornat,ſed ob aliā cauſā,vt dictū eſt.

¶ Ad quartā reſpōdet dn̄s Bonauētura ſuꝑ ſecūdū: Quatuor,inquiēs,modis cōſueuerūt dies diſtingui ſecūdū diuerſorꝝ cōputatiōes. Græci em̄ incipiūt ſeu cōputant diē à mane in mane, qa de mane ſol prius apparet. Hebræi vero à veſpera in veſperā,qa in veſpera incipiūt ſolennitatē. Aſtronomi aūt à meridie in meridiē,qa tūc ſol eſt in maiori virtute. Porro,ſancta eccleſia à media nocte in mediam noctem,quia tunc natus eſt Chr̄s.

¶ Ad quintā dicendū,ꝙ ſi in eodem inſtāti fuit creatio & lucis formatio ſeu diſtinctiōis inceptio,certū eſt ꝙ opus creatiōis nō cœpit à tenebris. Si aūt dicat fuiſſe interuallū, non ſequit ꝙ incepit à tenebris,quaſi tenebræ ſint res aliqua à Deo primū creata,cū non ſint niſi priuatio lucis. Nō eſt aūt incōgruū,ſi incepit à creatura nō luminoſa. Immo tenebrę q̄ fuerūt ante lucis ꝓductionē,nō fuerūt ꝓprie in genere priuationis,qa priuatio eſſe nō po

tuit,anteq̃ natura habitus ſui oppoſiti,ſ.lucis,indita eſſet corporibus,quẽadmodum catulus
leonis nõ dicitur cæcus ante diẽ nonũ.Hinc ꝑ tenebras illas deſignatur imperfectio corpo-
ralis naturæ,quã nõ habet à Deo.¶Ad ſextã dicendũ,ꝙ illoꝝ aliq̃ dicũt ſolẽ eſſe factũ ex lu
ce ſeu nube illa.Alij dicunt nõ ſolẽ tm̃,ſed & alia ſidera facta ex ea. Quod alij reprobant,eo
ꝙ ſol & ſidera nõ ſint de elemẽtari natura. Alij dicũt eã redactã in pręiacentẽ materiã,quod
rurſum reprobat ab alijs, ꝗ ſic Deus deſtruxiſſet ſeu perire ꝑmiſiſſet principalia opera ſex
dieꝝ.Hinc cęteri opinati ſunt,lucẽ vel nubẽ illã ſoli eſſe coniunctã,nec poſſe videri propter
prædominantiã lucis ſolaris.Quod itẽ ab alijs reprobat, ꝗ ſic fruſtra maneret.Probabilius
ergo eſt,vt cũ S.Dionyſio teneatur,illã fuiſſe lucẽ ſolis iuxta ſenſum præhabitũ.¶Ad ſepti-
mã reſpõſio data eſt,ꝗ rationabilius eſſe ꝑſuaſum eſt, ꝙ dies & nox in triduo illo ſint factæ,
ex reuolutiõe ſolis cũ luce illa informi.Poſt illã vero poſitionẽ rationabilior eſſet poſitio Be
dæ & imitãtium eũ,dicentiũ ꝙ nubes illa ſuo circuitu cauſauit diẽ ac noctẽ.Hoc em̃ poſſibi
lius fuiſſet ſecundũ naturã,vt ait Bonauẽtura.¶Porro poſitio Baſilij ac Damaſceni,q̃ dicũt
diẽ & noctẽ tũc eſſe cauſatũ ex emiſſione ſeu effuſiõe lucis & retractione eiuſdẽ ſecundũ Dei
imperiũ,minorem habet ꝓbabilitatẽ.Talis em̃ efficientia diei & noctis,fuiſſet ſupernatura
lis & miraculoſa. In operibus aũt ſex dieꝝ quæritur, nõ q̃d Deus potuerit,ſed quid naturæ
& ordini reꝝ cõuenerit.¶Deniqꝫ,ſi lux illa immediate proceſſit ꝑ creationẽ à Deo, non ab
aliquo corpore lucido, ergo perijſſet q̃n retrahebat, & die ſequẽte effuſa fuiſſet lux alia, niſi
forte dicat quod Deꝰ per oĩpotentiã ſuã cõſeruaſſet eam in eſſe.Rurſus, vbi permãſit q̃n re-
trahebatur,& an fuit in aliquo ſubiecto?Et apparet quod nõ, ꝗ tũc dies fuiſſet aut claritas
in illo ſubiecto.Si aũt dicat quod Deus cõſeruauit eã ſine ſubiecto, ſicut fit in ſacramẽto al-
taris de accidẽtalibus formis,hoc totũ fuiſſet ſup naturã, nec reꝝ ordini conueniſſet. Hinc
Rabbi Paulus,dicẽs quod in hac re opinio S.Baſilij magis cõcordet rationi ac literę,proba-
Baſiliꝰ. tur errare,& argumẽta eius vigorẽ nõ habent, quod, breuitati ſtudẽs,declarare omitto, ꝗ
à quolibet mediocriter erudito poteſt faciliter cõſiderari.¶Inſuper ex ꝓinductis pateſcit,
cur ſecundũ Magiſtrũ & Bedã ac alios,prima dies dicatur nõ habuiſſe mane,q̃m mane eſt fi
nis præcedẽtis noctis,& principiũ diei ſequẽtis:iam autẽ oſtenſum eſt,quod ante creationẽ
lucis nõ fuit nox.Cõſimiliter ſoliditate veritatis carere oſtẽditur,q̊d quidã ait,nubẽ illã fuiſ-
ſe alterius ſpeciei à nubibus alijs:q̃m nubes illa fuit naturæ cæleſtis,aliæ aũt nubes ſunt natu
ræ elemẽtaris.Illa etem̃ nubes,ſecundũ ponẽtes eam,facta fuit de materia præiacenti, vtiqꝫ
nõ cæleſti,ſed de materia prima informi, quæ informata fuit (ſecundũ eos)ſola forma cor-
poreitatis,de qua materia cõſtat quod non fuit de natura cæleſti magis q̃ elemẽtari.Deniqꝫ
S.Thomas probat,ſolẽ non eſſe factũ de nube illa per hoc,q̊d ſol nõ eſt factus de natura ele
mẽtari.Quo patet,quod iuxta Thomã,nubes illa fuit elemẽtaris naturæ,ſecundũ eos qui po
nũt eam.Quãuis quis neget Thomã in hoc?tñ(vt tactũ eſt)nubes illa nõ potius extitiſſet na
turæ cæleſtis,q̃ elemẽtaris:immo cum vnũ corpus cæleſte non ſit tranſmutabile in aliud cor
pus cæleſte,ſi nubes illa fuiſſet naturæ cęleſtis,dici nõ poſſet ꝙ ſol factus eſſet de ea,q̊d tñ Bo
nauẽtura & alij plures dicũt.¶Poſtremo adijciẽdũ quod in Scholaſtica hiſtoria cõpendio-
ſe ac notabiliter dicit,Dixit aũt Deus:Fiat lux,& facta eſt lux.i.æternũ verbũ genuit, in quo
erat vt fieret lux:hoc eſt,tã facile fecit lucẽ,vt quis poteſt dicere verbo.Per Fiat,intelligitur
eſſentia lucis in Deo.i.in ꝓſciẽtia Dei anteq̃ fieret:Per Facta eſt,eſſentia lucis in actu.Et vidit
Deꝰ lucẽ q̊d eſſet bona:hoc eſt,q̃ placuit in ꝓſciẽtia & ꝓordinatione Dei,vt fieret:placuit in
eſſentia iã ꝓducta,vt maneret.vel tropice vidit.i. videri fecit ab angelis. Et diuiſit lucẽ à te-
nebris.Intelligit hic angelorũ facta diuiſio:ſtantes em̃,lux: cadẽtes vero,tenebræ dicti ſunt.
Dicit q̊qꝫ in hiſtoria iſta:Primo cũ cęlo & terra eſt lux creata,q̊d fauet opinioni eoꝝ,q̃ dicũt
inter creationẽ & diſtinctionis initiũ, nõ fuiſſe aliq̊d tẽporis interuallũ. Præinducta quoqꝫ
verba ſentẽtioſa,ex Auguſtino ſup Geneſim ſumpta ſunt.Cõſentit etiã autor huius hiſtorię
expoſitioni Bedæ,dicendo:Lucem ſcriptura vocat quandã nubem lucidam,illuminantem
ſuperiores mundi partes tenui claritate, quæ inſtar ſolis circumagitata. i.circunuoluta, per
ſuam præſentiam ſuperius atqꝫ inferius hemiſphærium viciſſim illuminabat.

¶Expoſitio literæ,in qua deſcribitur opus ſecundæ diei. Arti. X.

DEſcripta diſtinctiõe lucis à tenebris,modo deſcribit diſtinctio cæleſtiũ corpoꝝ ab in-
uicẽ.[Dixit quoqꝫ Deus:Fiat firmamẽtũ in medio aquaꝝ, & diuidat aquas ab aquis.]
Qualiter intelligenda ſint verba hæc, Dixit Deus,Fiat,expoſitũ eſt ꝓcedenti articulo.
Quid vero intelligendũ ſit noĩe firmamẽti,cõſtat ex eo quod paulopoſt ſtellæ dicuntur poſi
tæ in firmamẽto.Itaqꝫ Deo dicẽte ſeu ꝓcipiẽte,factũ eſt firmamentũ.i.cælũ ſtellatũ, quod eſt
ſphęra octaua,ꝗ ſub ea ſunt ſeptẽ ſphęræ ſeu orbes ac cæli planetaꝝ.Et factũ eſt firmamen
tũ hoc in medio aquaꝝ ad diuidẽdũ aquas ab aq̃s.Et ſumit nũc firmamẽtũ, ꝓut includit ſe-
ptẽ ſphęras ꝓfatas.[Et fecit Deꝰ firmamẽtũ.]Iã ante oſtẽſũ eſt,expoſitionẽ illoꝝ eſſe rationa
biliorẽ,& textui atqꝫ antiq̃s ac ſanctis Doctoribꝰ cõſonãtiorẽ,q̃ dicũt in principio corpora
cæleſtia

cæleſtia ac elemẽta ſimul ꝓducta ſub diſtinctis & ꝓprijs ſubſtãtialibus formis. Ideo firma-
mẽtũ & orbes planetaꝝ in principio ſunt creata,quantũ ad totã ſuã ſubſtantiã:veruntñ non
in tãta ꝑfectione,quantũ ad accidẽtales ꝓprietates,virtutes & qualitates,vt poſtea.Vnde ꝙ
firmamentũ dicit factũ die ſecũdo,intelligẽdũ eſt nõ de ꝓductione ſuę ſubſtãtię,ſed de qua-
dã ſui cõpletione,qua factũ eſt magis cõpletum & vigoroſum in qualitate & ꝓprietate ſuæ
ſubſtãtiæ,& in virtute cauſali,ad influendũ elemẽtis ac mixtis ad quoſdã generales effectus,
vt ꝓinducto dixi articulo. Quẽadmodũ em̃ in ſcripturis noui ac veteris teſtamẽti cæli dicũt
perituri & corrũpendi,nõ vtiqꝫ quãtũ ad ſuã ſubſtãtiã,ſubſtãtialeq̃ꝫ eſſe,ſed quãtũ ad accidẽ- Aggæi 2
tales quaſdã diſpoſitiões,q̃litates & actiões,ita firmamentũ & ſtellæ ac luminaria facta dicũ Mat. 24.
tur poſt primũ diẽ.Deniqꝫ in ſcripturis cõſuetus eſt iſte loquẽdi modus, vt dicat res fieri,q̃n Mar. 13.
accidẽtale aliquid agitur circa ipſam ſiue in ea:ſicut cũ filij Iſrael legũtur ſibi feciſſe præpu- Lucæ 21.
tia,inquãtum nõ præſciderũt ſua præputia iuxta legem. In vltima quoqꝫ Ezechielis viſione 1.Mac.1.
multoties dicit Facietis vitulos ſiue agnos, hoc eſt,illa aut illa die offeretis tot agnos ac vitu Ezec. 46
los.Sic & Iacobus apoſtolꝰ in ſua ait canonica:Ecce dicitis, faciemꝰ ibi annũ &c.i. ꝑ annũ Iacobi 4
vnũ manebimus illo in loco,q̃ ignoratis quid erit in craſtinũ. Fecit itaqꝫ Deus firmamentũ,
ꝑficiẽdo illud in ſoliditate & cauſalitate,qua influit ad inferioꝝ cõſeruationẽ ac regimẽ:ꝗ
(vt ait philoſophus)oportet hũc mundũ inferiorẽ eſſe cõtiguũ lationibus ſeu motibꝰ & in-
fluxionibus ſuperioꝝ,videlicet cęleſtiũ corpoꝝ,vt tota eius virtꝰ inde gubernet. [Diuiſitq̃ꝫ
aquas q̃ erãt ſup firmamẽtũ,ab his q̃ erãt ſub firmamẽto.] Quę & q̃les ſint aquę ſup cęlũ exi
ſtẽtes,magna atqꝫ difficilis quęſtio eſt,de qua infrà plenius tangã.Nũc breuiter dico,ꝙ q̃dã
ꝑ aquas illas intelligũt nonã ſphærã, quæ cælũ cryſtallinũ ac aqueũ appellatur:nõ ꝙ vere &
vniuoce ſit de natura aquæ elemẽtaris, ſed quia cum ea in diaphaneitate cõmunicet, ſicut &
cælũ empyreũ dicit igneũ,nõ ꝙ in calore, ſed quia in ſplẽdore cũ viſibili cõuenit igni. Alij
dicũt firmamẽtum eſſe veraciter naturæ elemẽtaris, & ſimiliter aquas quæ ſuper firmamen-
tum eſſe ſcribunt,de quibus opinionibus paulo poſt diffuſius referetur. Porro ꝙ aquæ dicũ
tur fuiſſe ſub firmamẽto,non eſt intelligendũ ꝙ erant immediate ſub cælo ſtellato,ſed ma-
nebãt ſub orbe lunari,ſecundum poſitionẽ ſuperius amplius approbatã. Aqua aũt & aer &
ignis erãt cõfuſe ꝑmixta vſqꝫ ad infimã ſphęrã cæleſtẽ,ſecundũ ſic ſentiẽtes.[Et factũ eſt ita]
actualiter & in re ſicut dixit.i.intelligẽdo ac volẽdo præcepit Deus.[Vocauitq̃ꝫ Deꝰ firma-
mẽtum cælũ.]Sphæra octaua dicitur firmamẽtũ,quia firmiſſimũ mediũ eſt inter aquas pę-
fatas.In ſua quoqꝫ natura eſt firmũ ac ſolidũ,iuxta illud Iob: Tu forſitã cum Deo fabricatus Iob 37.
es cęlos,q̃ ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt.Eſt itẽ impertrãſibilis terminꝰ pędictaꝝ aquarum
inter quas diuidit.Vocatur etiã cælũ,q̃m celat & tegit ſenſibilia iſta,atqꝫ à noſtro abſcondit
aſpectu exiſtentia per ipſum.[Et factũ eſt veſpere & mane dies ſecundus.]Hoc exponẽdum
eſt,ſicut præcedẽti articulo eſt expoſitum.¶Præterea iuxta eos qui dicunt, materiã primo
creatã ſub ſola corporeitatis forma,& de materia illa eſſe ꝓducta elemẽta atqꝫ cæleſtia cor-
pora,ſic exponẽda eſt litera iſta:Dixit Deus:Fiat firmamentũ in medio aquaꝝ.i.cęlum ſide-
reum producatur de materia illa informi & cõmuni,& ſubſiſtat in medio illiꝰ materię:quæ
interdũ deſignat noĩe aquæ, quãdoqꝫ noĩe terræ, aliquãdo appellatione abyſſi, vt dictũ eſt
plenius.Sicq̃ꝫ diuidat aquas ab aquis.i.vnã illius materiæ partẽ ab alia.Et fecit Deus firma-
mẽtum,diuiſitq̃ꝫ aquas quæ erãt ſup firmamentũ: hoc eſt, præfatã partẽ illius materiæ, exi-
ſtentẽ in loco eminẽtiori firmamẽto,diuiſit ab his quę erãt ſub firmamẽto.Nunc em̃ per fir-
mamẽtum deſignantur etiã orbes ſeptẽ planetaꝝ,qui facti ſunt cum firmamẽto die ſecun-
do, quo etiã die ſecundum iſtã opinionẽ factum eſt cælum cryſtallinum de ſuprema parte
eiuſdẽ materiæ,quæ in ſuperioribus partibus ſuis ſubtilior fuit.De parte vero materiæ quę
mãſit ſub orbe lunæ,facta ſunt elementa ſecundũ iſtos non hoc die, ſed poſtea.Sicq̃ꝫ hæc di
cta ſunt fieri,quoniã proprias formas ſubſtantiales ſpecificas acceperunt à Deo hoc die aut
poſtmodum.¶Præterea,ꝙ primo dicitur,Fiat firmamentũ:deinde,Fecit Deus firmamen-
tum:& tertio,Factum eſt firmamentũ:nequaq̃ ſuperflue poſitũ eſt.Inſuper patet, ꝙ dies iſta
ſecunda habuit nõ veſperã tãtum,ſed etiã mane, quoniã nox diei alterius eam præceſſit:&
idem dicendum eſt de diebus ſequentibus.¶Circa hãc literã quæritur primo, an corpora
cæleſtia ſint naturæ elementaris.Et videt quod immo,ex textu præſenti, cũ firmamẽtum ſit
factum in medio aquaꝝ. Vnde videt ſola diuiſione ab eis differre, & iteꝝ q̃m ſupra ipſum
ſunt aquæ.Hãc quæſtionem Doctores ſuper ſecundum Sententiaꝝ ſatis diſcutiunt,& com-
muniter Ariſtotelẽ aſſequuntur,dicẽtes quod ſint alterius naturæ q̃ elementa.¶Deniqꝫ ſpe- Quęſtio.
cialis eſt quæſtio,an ſaltẽ cælum cryſtallinũ ſeu aqueum, deſignatum ꝑ aquas quæ ſupra fir-
mamentum cõſiſtunt,ſit vere de natura & ſpecie aquæ.Et videtur quod immo,ꝗ ſcriptu-
ra iſta apertiſſime dicit quod ſupra firmamẽtum ſint aquę,& ſub eodẽ cõtextu vtitur nomi
ne aquę,ita quod videtur de aqua vniuoce loq̃.Hoc q̊qꝫ videtur pręterdere manifeſte alia
loca ſcripturæ veteris teſtamẽti,vt cũ fertur in Pſalmo: Qui extẽdis cælũ ſicut pellem,& te- Pſal. 103.

Pſal. 148 gis aquis ſuperiora eius. Itẽq́;: Laudate eũ cæli cælorꝝ, & aquæ quæ ſup cælos ſunt, laudẽt no
Dani. 3. mẽ dñi. Et rurſus in triũ cãtico puerorꝝ: Benedicite aquæ oẽs quæ ſuper cælos ſunt, dño. Cũ
igitur magis debeamus ſequi autoritatẽ ſcripturæ diuinæ, q̃ dictamẽ rationis humanæ: vi-
detur abſolute dicendum, ꝙ ſuper cælos ſunt vere ac proprie aquæ, & ꝙ cælũ cryſtallinum
ſit de natura aquæ: Firmamentũ quoq; ſit elementaris naturæ, videlicet igneæ, vt aliq dicũt:
vel partim igneę, quãtum ad ſtellas: partimq́; aqueę, vtpote quãtum ad reliquas eius partes.
Auguſt. ¶ Deniq; antiqui & ſancti Doctores, Auguſtinus, Baſilius, Gregorius, Ambroſius, ita ſenſe-
Baſilius. rũt: quos Beda, Strabus, Damaſcenus, Magiſter Sententiarꝝ, autor Scholaſticę hiſtorię, Gloſſa,
Gregor. & alij multi ſecuti ſunt. ¶ Circa huius quæſtionis deciſionẽ ſcribit Bonauẽtura ſuper ſecun-
Ambro. dũ: In hac quæſtione, propter diuerſitatẽ poſitionũ & debilitatẽ rationũ, vix certũ aliqd di-
ci poteſt. Deinde poſt multa verba declinat ad hoc, ꝙ ꝑ aquas q̃ ſup cælos ſunt, intelligatur
nona ſphæra, q̃ dicitur cælũ cryſtallinũ, non ꝓpter veritatẽ naturæ aquæ, ſed ꝓpter ſimilitu-
dinẽ in diaphaneitate, qua aqua nõ ſolũ eſt luminis receptiua, ſed etiã aliqualiter retentiua,
vt patet in quibuſdã lapidibus, q nõ videnť de nocte niſi ponãtur in aqua. Deinde quaſi con
cordãdo theologos atq; philoſophos, dicit ꝙ Auguſtinus & alij ſancti dixerũt firmamen-
tum eſſe de natura ignis, nõ ꝙ habeat formã ſubſtantialem & ſpeciẽ ſpecialiſſimã ignis, ſed
quia participat lucis naturã ſecũdũ analogiã. Et quis iſtud ſit bene dictũ, quantũ ad hoc quod
videtur verba ſanctorꝝ theologorꝝ pie ſaluare, & quãtũ ad hoies cõcordare: verũtñ ſi quis
plenius curioſiusq́; voluerit informari, inueniet quod ſecũdũ intẽtionẽ & mẽtẽ patrũ iã ꝑfa
torꝝ, cælũ cryſtallinũ ſit vere de natura aquæ atq; formaliter frigidũ, ꝑſertim cum ponãt aqs
ſup firmamentum, ad tẽperandũ ſolis & aliorꝝ cæleſtiũ corporꝝ calorem. Vnde Saturnũ af-
firmãt cæteris planetis frigidiorẽ, quis eis velocius moueatur, vtpote altius ſitus ꝓpter pro-
pinquitatẽ ſuã ad aquas illas. ¶ Hinc Thomas ſcribit ſup ſecundũ: Circa hãc quæſtionẽ fuit
philoſophorꝝ diuerſa poſitio. Oẽs eñ ante Ariſtotelẽ dixerũt, cælũ eſſe de natura elemẽto-
rũ, quod Ariſtoteles primitus improbauit, ponẽs cælũ eſſe ſine grauitate & leuitate alijsq́; con
trarijs, vt patet primo cæli & mundi. Et ꝓpter efficaciã rationum eius, poſteriores philoſo-
phi, ſ. Peripatetici, cõſenſerũt ei. vnde nũc oẽs opinionẽ eius ſequuntur. Similiter expoſito-
res ſcripturæ in hac diuerſitate fuerũt, ſecundũ quod diuerſorꝝ philoſophorꝝ doctrinis erãt in-
ſtructi. Baſili⁹ eñ, Auguſtinus, ac plures ſanctorꝝ, ſequunť in his q̃ philoſophiã cõcernunt,
Dionyſ. nec ſpectãt ad fidẽ opiniones Platonis, ideo ponũt cælũ eſſe naturæ elemẽtaris. Dionyſi⁹ aũt
Ariſtote fere vbiq; in talibus Ariſtotelẽ ſeqtur, vt patet diligenter inſpiciẽti libros ipſius. In talibus
lẽ ſeqtur ergo dicta ſctõrꝝ nõ ſunt maioris autoritatis, q̃ philoſophi quos ſequũtur, niſi quod ſunt ab oĩ
infidelitatis ſuſpicione immunia. Hæc Thomas. Dicta aũt Alberti libro de coæquæuis, con
cordãt dictis Bonauenturæ. ¶ Deniq; Beda ait: Cælũ ſidereũ cõſtat eſſe in medio aquarꝝ, quod
de aquis factũ credi poteſt. Nã lapis cryſtallin⁹, q eſt magnę firmitatis & ꝑſpicuitatis, de aqs
eſt fact⁹. Et ſecundũ eundẽ Bedã, aquæ ſunt ſup cælum inſtar glaciei firmæ ac ſolidæ. Hæc &
plura ſimilia habenť in Gloſſa, & allegãtur à Magiſtro in 2. Sentẽtiarꝝ. In Scholaſtica itẽ hi-
ſtoria dicif: Fecit Deus in aquarꝝ medio firmamentũ, i. quãdã exteriorẽ mũdi ſuperficiẽ, ſo
lidã ex aqs cõgelatis inſtar cryſtalli & lucidã, ſup quã ſunt aquæ ad modũ cryſtalli cõgelatę,
Ioſeph⁹ ne igne ſoluãtur. Quibus cõſonare videť quod Ioſephus ait: Secũda die De⁹ cælũ ſup oĩa col-
li. 1. ca. 1. locauit, illudq́; ab alijs diſtinguẽs, in ſeipſo cõſtitutũ eſſe ꝓcepit, & ei cryſtallũ circũfigẽs hu
midũ & pluuiale, ad vtilitatẽ q̃ fit ex imbrib⁹ terræ, cõgrue fabricatus eſt. Ecce quõ eruditiſ-
ſimi ac ingenioſiſſimi viri, ꝓpter autoritatẽ ſcripturæ poſtpoſita philoſophorꝝ peripateti-
corꝝ doctrina, ſentiũt cælos. i. ſidera eſſe elementaris naturæ. ¶ Porro, q̃ acriter ſcribat Am-
Ambro. broſius in ſuo Hexaemerõ cõtra aliter opinãtes, patet in libro illo. Arbitror ergo in hac ma
teria ſobrie eſſe loquendũ. Rationes quoq; Ariſtotelis, quibus ꝓbat cælũ eſſe alterius naturæ, nõ
ſunt demõſtratiuæ, ſed ſolũ ꝓbabiles. Nẽpe quod arguit de ſpecialitate motus cæleſtium cor-
porꝝ, quod nõ moueť ad mediũ, nec à medio, ſed circa mediũ, qd demõſtrat, cum & ignis
in ꝓpria ſphęra circa mediũ ſeu circulariter moueatur? Et ſi dicatur hoc eſſe ꝑ accidens, vt-
pote virtute ſphæræ ſuperioris ipſum cõtinentis, nõ tñ mot⁹ ille eſt igni violẽtus aut penitus
innaturalis. Deniq; in gñationibus mixtorꝝ, elemẽta leuia, ſ. ignis & aer, naturaliter mouen
tur deorſum, q motus eſt eis naturalis ꝑ reſpectũ ad naturã vniuerſalẽ. Sic dici poſſet de mo
tu cæleſtiũ corporꝝ, q̃ etſi eſſent elemẽtaris naturæ, nõ tñ ſequereť ea corruptibilia eſſe, cum
nec ipſa elementa ſint corruptibilia ſecundũ ſe tota, & aliæ rationes incorruptibilitatis poſ
ſent aſſignari in eis. ¶ Hinc Thomas ſup ſecũdum, poſitionẽ Ariſtotelis vocat opinionem,
atq; in prima parte quæſtione ſexageſima octaua, multum ſobrie loquitur de iſta materia,
dicens: Si dicamus firmamẽtum eſſe cælũ ſidereum, tunc aquæ q̃ ſunt ſupra firmamentũ, poſ
ſunt dici illius naturæ cuius eſt hoc cælum. Vnde q dicũt cælũ eſſe de natura elementorum,
dicere poſſunt aquas illas eſſe elementares. Qui aũt aſſerunt cælum eſſe ſpecialis naturæ, di
cunt has aquas nõ elementaris, ſed cæleſtis naturæ eſſe: & q ponunt aquas elemẽtares ſupra
cælum,

cælum, dicere poſſunt ꝙ nõ ſint graues, ſed ſubtiles: nec fluidæ, ſed tanq̃ glacies firmæ ac du
ræ. Vnde à quibuſdã cælũ cryſtallinũ vocãtur. Hæc Thomas. ¶ Amplius, ſicut Bonauentura
tãgit ſup ſecundum, Hi dicũt ꝙ Deus in ordine vniuerſi magis attẽdit cõmune bonũ & fi-
nis vtilitatẽ, q̃ formæ qualitatẽ aut bonũ ſpecialis naturæ. Ideo ſicut in minori mũdo Deus
poſuit cerebrũ ſurſum ad tẽperandũ cordis calorẽ, ſic ſupra cælũ ſidereũ poſuit aqueũ cælũ
ad ardorẽ ætheris refrigerandũ. Atq; ꝑ iſtud ſoluũt argumẽta q̃ cõtra hæc fieri ſolent. Ego
in iſta materia aſſertiue nil dico. Neq; intẽtio mea eſt, in hoc loco horꝝ diſcuſſioni plene in- Dubius
ſiſtere. Sed ꝓpter ſanctorꝝ patrũ reuerentiã tetigi iſta. Hinc in diſcuſſione huius materiæ ait manet.
Bonauẽtura: Hoc præcipue attendendũ eſt, ne in incerta materia aliquid certitudinaliter aſ
ſerať. Melius eñ eſt pie dubitare, q̃ temerarie aliqd definire. ¶ Inſuper quęritur, cur in deſcri
ptione operis ſecũdæ diei nõ diciť, Vidit De⁹ ꝙ eſſet bonũ, quẽadmodũ in deſcriptionibus
operꝝ aliorꝝ dierꝝ. Ad quod elegãter reſpõdetur in Gloſſa his verbis: Notãdum ꝙ opera ſecun
dæ diei, ſecundũ Hebræos, nõ dicunť bona, cum bona ſint ſicut & cętera, quod fit propter bi
narium principem alteritatis, qui primus ab vnitate diſcedit, & in figura bigamiæ ac mul-
torum repræhenſibilium ponitur. Vnde animalia quæ bina introierunt in arcã, immunda Gene. 7.
fuerũt. Impar aũt numerus mundus eſt. Hinc Magiſter in ſecundo teſtatur: Non eſt hic di-
ctum, Vidit Deus ꝙ eſſet bonum, eo quod binarius eſſet principiũ alteritatis & ſignum di-
uiſionis. Veruntamen quidã dicit, ꝙ reſponſio iſta videtur trufatica eſſe, quia in euangelio
binarius laudabilis ac myſticus deſignať. Vnde Chriſtus miſit diſcipulos ſuos binos ad prę- Lucę 10.
dicãdum. Ad quod breuiter reſpondendũ, quod tam indecens reprobatio potius poſſet di-
citalis, qualem ipſe reputat præfatã reſponſionem, quæ etiã ex verbis Auguſtini ſumpta vi-
detur, quã & Doctores ſuper ſecundum cõcorditer approbãt, vtpote Thomas, Albertus, ac
alij. Vnde & Bonauẽtura ſcribit ibidem: Quãuis binarius minus ab vnitate recedit, primo
tamẽ habet rationem receſſus in ſe. Idcirco per ipſum intelligitur diuiſio & receſſus ab vni-
tate virtutis & perfectionis, magis q̃ per alios numeros. Argumentum quoq; illius non va-
let. Quanuis eñ binarius quandoq; accipiatur in bono, quia in omni creato inuenitur ali-
quid perfectionis, nihilo minus ſecundum cõſiderationem pręfactã in malo accipiť: quem-
admodum per leonem quandoq; intelligitur Chriſtus, quandoq; diabolus. Nihilo minus Apoc. 5.
eſt etiam alia ratio, cur in deſcriptione operis ſecundę diei omittatur illud, Vidit De⁹ quod 1. Petri 5
eſſet bonũ: quia videlicet diſtinctio aquarꝝ ab aquis ſecũdo die incepta, tertio die completa
eſt, quãtum ad aquas elementares, quãdo in vnũ congregatæ ſunt locũ. Nec ad introducen-
dum hãc rationem magis literalem, oportuit allegare infidelẽ infideliorũ Iudæorꝝ Docto- Infidelis
rem Rabbi Salomonem, quaſi ille melius dixerit q̃ tot Doctores catholici: quia & ipſi Do- infideliũ
ctores catholici iam præfati, eandem rationẽ aſſignant, quã & Magiſter in hiſtorijs tangit. Iudęorũ
Doctor
rabbi
Moyſes.

¶ Expoſitio textus, deſcribentis opus tertiæ diei. Art. XI.

TErtio die diſtincta atq; ab inuicẽ diuiſa ſunt elemẽta, quæ tñ in prĩcipio fuerũt in pro-
prijs formis ſubſtãtialibus diſtincte producta, ac ſpecifica ratione diuiſa, ſed localiter
erant cõfuſe permixta, & hoc tertio die ab inuicẽ diuiſa ſunt loco, & quaſdam acciden-
tales ꝓprietates, qualitates, & virtutes actiuas acceperunt cõmunes ad generales quoſdam
effectus, vt ſuprà ex Doctoribus eſt oſtẽſum. Itaq; ait: [Dixit vero Deus.] Frequẽter in iſto ca
pitulo legiť Deus dixiſſe, & quaſi ꝑ interualla dierꝝ locutus & operat⁹ eſſe deſcribitur, cum
tñ in ipſo ĩuariabili ac ſimpliciſſimo Deo nulla ſit diuerſitas, nulla mutatio, nullaq́; nouitas:
ſed quicquid ꝓduxit in tẽpore, & ꝑ tẽporꝝ vices, hoc ab æterno tũc & taliter facere incõmutabi
liter ordinauit. Ipſe eñ oĩm rerꝝ ideas cõtinet in ſe. Porro ĩ idea duo notãť, videlicet cogni
tio rei, & determinatio qñ ac q̃liter fiet. [Cõgregenť aquæ q̃ ſub cælo ſunt, in locũ vnũ, & ap
pareat arida.] Notãter ait, aquę q̃ ſub cęlo ſũt, ad differẽtiã aquarꝝ exiſtẽtiũ ſup cęlos, hoc eſt,
Ego creator oĩpotẽs definio, volo ac iubeo, vt aquę elemẽtares, q̃ ſua raritate & extẽſiõe ac
abũdãtia occupãt ſpatiũ aeris, deſcẽdãt & cõfluãt in vnũ locũ cõmunẽ, q eſt loc⁹ Oceani, &
ambit terrã. [& appareat arida] .i. terra q̃ ex ſua natura ẽ ſicca. [Et factũ eſt ita.] Deo nãq; iu
bẽte, mox cœpit aq̃ celerrimo motu deſcẽdere, cõgregari, atq; ad locũ ſibi cõnaturalẽ cõcur
rere. [Et vocauit De⁹ aridã terrã] .i. ĩ ſua ꝑſciẽtia iſtituit aridã ſic debere vocari, & ꝓprietatẽ
indidit ei, à q̃ merito terra vocať. Ideo eñ voluit terrã diſcooperiri ab aqs, & apparere, vt fie-
ret apta habitatiõi hoĩm ac brutorꝝ, ſicq́; eorꝝ pedib⁹ tereret. Vñ diciť terra, q̃ſi pedib⁹ trita.
[Cõgregatiõesq́; aquarꝝ appellauit maria] Si aq̃ cõgregata eſt in vno loco, cur nõ ait ſingulr,
cõgregationẽ aquarꝝ appellauit mare? Rñdeť, ꝙ quis aqua ꝓ maxima ſui parte in loco Ocea
ni ſit collecta, attñ in diuerſis terrę partib⁹ mãſerũt partes aquę, q̃ fuerũt particulares cõgre
gatiões aquarꝝ, & cõtinuationẽ aliquã habuerũt ad Oceanũ ſeu ſeipſum aquę elemẽtũ. Talia
quoq; loca aquarꝝ, vocãtur lac⁹ & ſinus ac receptacula. Et partim fuerũt & ſunt ſub terra, partim
quoq; ſupra terrã ſecũdũ neceſſitatẽ, vtilitatẽ, & exigẽtiã vitæ hoĩm ac brutorũ, put infinita at
q; oĩpotẽs ſapiẽtia creatoris, hoc ꝓcognouit ac ordinauit: nihilo min⁹ aquę dicũť veraciter

cõgregatę ad locũ vnũ, qm̃ ꝓ maiori parte ad vnũ collectę ſunt locũ, & oẽs naturaliter incli
nant ad locũ vnũ. Et ſicut egrediunt ab illo ꝓpter cõmune bonũ præfatũ, ſic naturaliter re-
grediunt ad ipſum, iuxta illud Eccleſiaſt. Ad locũ vnde exeũt flumina, reuertũt, vt iterũ flu-
Ecclẽs 1. ant. Et iterũ Salomõ ait: Oĩa flumina in mare intrãt, & ipſum nõ redũdat. Has itaq; aquarũ
Ibidem. cõgregatiões De⁹ maria appellauit, iuxta ꝓprietatẽ linguæ Hebrææ, qua oĩs cõgregatio ma
Ioan. 6. gna aquarũ, mare vocat, ſicut in Euãgelio legit mare Tiberiadis, & mare Galilęæ. ¶ Pręterea
Ioan. 21. vnũ eſt mare prĩcipale, totale, & maximũ, qd eſt qſi cingulũ terrę, qd vocat Oceanũ & abyſ
ſus. Sũt quoq; multa minora & particularia maria, quæ ſunt Oceani brachia. Magnũ vero
& totale mare, eſt ipſum terræ elementũ. Hinc loquit Beda: Cũ multa ſunt maria, attñ dicit
aquas cõgregatas in vnum locũ, qm̃ magno mari oĩa illa iunguntur. Et ſi aliqui lacus in ſe-
ipſis ſtricti vident, occultis tñ meatibus reuoluũtur in mare. Foſſores quoq; puteorũ hoc ꝓ-
bãt, qm̃ tota tellus per inuiſibiles venas aquis repleta eſt, quib⁹ oĩbus ex mari origo eſt. Sed
poſſet quis dicere: Cum aqua ſit multo maior q̃ terra, immo (vt aliqui dicunt) ſicut eſt de-
Quæſtio cies rarior ac ſubtilior terra, ita eſt decies maior & diffuſior ea, quõ ergo potuit congregari
& collocari in vno terræ loco? Rurſus, cum aqua ſit multo leuior terra, quõ fuit ei natura-
le, à ſupficie terræ quã operuerat, diſcedere, atq; in cõcauitatibus recipi terræ? ¶ Ad intelligẽ
dum horũ ſolutionẽ, cõmemoranda ſunt verba Bedæ, quæ Magiſter ſecundo libro allegat,
& habent in Gloſſa. Itaq; Beda ſup Geneſim loqtur: Congregatæ ſunt aquæ cælo inferiores
Beda. in vnã matricẽ, vt lux quę præterito biduo illuſtrauerat aquas in aere puro, clarior fulgeat,
& appareat terra quæ cooperta aquis latebat, & quę aquis limoſa erat, fieret arida atq; gra-
minibus apta. Si aũt quærat, vbi cõgregatę ſunt aquæ, quæ totũ texerãt ſpatiũ vſq; ad cælũ,
hoc eſt, vſq; ad orbẽ lunę, potuit fieri vt terra ſubſidẽs, cõcauas partes præberet, in quib⁹ flu
ctuãtes aquas reciperet. Poteſt etiã credi, primas illas aquas rariores fuiſſe, quæ ſicut nebula
tegerẽt terras, ſed cõgregatas & ſpiſſatas, & ideo facile in vnũ potuiſſe redigi locũ. His con-
cordat qd in Scholaſtica dicitur hiſtoria. Hinc alij dicũt, diuina virtute cõcauitates factas eſ
ſe in terra, in qbus aqua reciperet. Et qa tũc debitã denſitatẽ accepit, locũ occupauit mino-
rẽ. Vnde & Damaſcenus ait libro 2. Deo iubẽte, aquarũ receptacula facta ſunt, & tunc mõ-
Damaſ. tes extiterũt. Alij qq; dicũt, aquas in Oceano ac alijs locis, hincinde in magnã altitudinẽ ele
uari ac creſcere: qd verũ eſſe ꝓbat in ſphæra mũdi, qm̃ aqua tẽdit ex ſua natura ad ſphęricã
rotũditatẽ, ſicut in gutta aquę poteſt ꝑpẽdi. Vnde Baſili⁹ ait: Experimẽto cõpertũ eſt, aquas
Baſilius. maris rubri eſſe altiores q̃ terrã. Et Thomas in prima parte: Potuit, inqt, aqua in altiorẽ ele-
uationẽ vniri. Deniq; aqs ſic cõgregatis, ignis & aer in ſuis locis ſteterũt, & ab alijs ſunt diui-
In Rab- ſi. Verũtñ præinductis cõtradicit Rabbi Paulus, & qa in multis ſermonib⁹ inuenit ſtultitia,
bi Paulũ ipſe circa hęc multa ſcribẽdo, videt crebrius inſipiẽter locutus. Primo itaq; dicit, ꝙ cũ aqua
ſit multo rarior & maior terra, nõ potuit terra habere capacitatẽ recipiendi in cõcauitatib⁹
ſuis totã quãtitatem aquę, quãta erat ſuper terrã habitabilẽ, quę eſt fere quarta pars orbis to
tius terræ ſecundũ aſtronomos. Iſtud argumentũ videt ad oppoſitũ militare. Cum eñ aqua
illa fuerit valde rara, potuit multũ inſpiſſari, & in minori loco vniri. ¶ Inſuper arguit cõtra
hãc aquæ cõdenſationẽ, quia videmus ꝙ aquę in cõcauitatibus receptæ, nõ ſunt denſiores q̃
aliæ. Ad qd dicendũ, ꝙ immo aquę marinæ & puteales ſunt groſſiores aquis vaporabiliter
eleuatis in aere. Et q̃uis nõ ſint multũ ſpiſſiores alijs aquis nũc exiſtentibus, ſunt tñ multum
dẽſiores aquis illis primarijs. Præterea cõtra eleuationẽ aquæ in mari dicit, ꝙ cũ tota aqua
ſit fluida, nõ poteſt habere partes aliquas alijs altiores & mõtuoſas, ſicut in terra ꝓpter ſuam
ſoliditatẽ hoc accidit. Ad quod dico, ꝙ q̃uis in aquis vna & eadẽ pars nõ maneat fixe ſic al-
tior, ſed nunc defluat, nunc aſſcẽdat, ſemꝑ tñ aliquæ partes ſic intumeſcũt in maribus: quod
Pſal. 103. plenius ꝓbaui ſuꝑ illud in Pſalmo, Suꝑ mõtes ſtabunt aquæ. Sed & Paulus iſte poſtea iſtud
cõcedit, ꝙ ſ. in aliquibus locis aquæ maris ſint altiores altiſſimis mõtibus terræ, & ita verba
ſua nõ vident ad inuicẽ cõcordare. Alia multa ſcribit q̃ aſtronomiã cõcernunt, nec certitudi
nẽ habẽt, nec paucis queũt ſermonibus expediri: idcirco dimitto. [Et vidit Deus ꝙ eſſet bo
num] .i. diſtinctio & ordinatio iſta elementorũ placuit ſibi, qa perutilis extitit & decora, im
mo & neceſſaria vitæ hoĩm ac brutorũ: ſicq; quod ante placuit Deo in ſua præſciẽtia, nunc
placuit in effectu. ¶ Circa hoc verbũ allegat Thomas ſuper ſecundũ Rabbi Moyſen, dicen-
tẽ: In ſecũdo die mediũ elementũ, ſcilicet aqua, à ſupremo diſtinguebat, & ita nõ erat ꝑfecta
diſtinctio medij elemẽti, niſi etiã ab infimo diſtingueretur, qd factũ eſt tertio die. Sicq; op⁹
ſecundæ diei tertio die cõpletum eſt, propter quod benedictio tertiæ diei, videlicet iſtud, Vi
dit Deus ꝙ eſſet bonum, ad vtrunq; refertur. Et hoc eſt melius dictum, q̃ qd quidã hic ſcri-
bit, dicẽs ꝙ hoc dicitur pro opere ſecũdæ diei, immo dicit pro opere iſto vtriuſq; diei. Et
ait: [Germinet] .i. producat, [terra herbã virentẽ] Ponitur hic ſingulare ꝓ plurali, vt ſit ſen-
ſus, producat terra herbas recẽtes & oẽs huiuſcemodi fructus inſtar herbarũ ex terra naſcen
tes, [& facientẽ ſemen] hoc eſt, habentem in ſe rationẽ ſeminalem ſeu vim cauſalem ad pro-
ducendum

ducẽdũ ſimile ſibi in ſpecie. [& lignũ pomiferũ faciens fructum iuxta genus ſuum] .i. vniuer
ſas arbores fructuoſas cũ fructibus ſuis, q fructus ſunt iuxta genus arborũ, ex qbus naſcũtur
.i. ſecundũ qd cõuenit naturæ ac ſpeciei arborũ ſingularũ. Itaq; ꝑ lignũ pomiferũ, deſignatur
oĩne lignũ faciẽs fructũ, quia per pomũ intelligi ſolet in ſcripturis quicunq; arborũ fructus.
Vnde in Euãgelio, quo legitur ꝙ Ieſus quæſiuit fructũ in ficu, habet ꝙ nõ erat tẽpus* pomi Marc. 11.
illius. [Cuius ſemẽ in ſemetipſo ſit ſuper terrã.] Quid intelligatur per ſemen, iã dictũ eſt. In
pomis eñ & alijs fructibus ſunt grana vt ſemina, eſtq; in eis virtus propagãdi cõſimilia ſibi
in ſpecie, ſicut videmus ad oculũ, qualiter ex modico grano aut ſimili quodã grãdis naſcit
arbor. Nec ſolũ tunc productæ ſunt herbæ euidẽter vtiles ac arbores fructuoſæ, ſed etiã ſpi-
næ ac tribuli, infructuoſaq; ligna, ſecundũ quod pertinent ad ordinẽ vniuerſi. Non tñ pro-
ducebant homini ad pœnã ante ipſius trãſgreſſionem. ¶ Deniq; ſicut pręhabitũ eſt, duplex
informitas fuit, primo in terra: Vna, quoniã fuit aquis operta, & hæc ei ablata eſt per cõgre
gationẽ aquarũ in vnũ locũ. Alia, quia fuit infructuoſa, & hæc ei ablata eſt per germinatio-
nem præfatã. Si aũt obijciatur ꝙ germinatio iſta magis pertineat ad terræ ornatũ, q̃ ad eius
diſtinctionẽ: dicendũ ꝙ ornatus elementorũ attẽditur penes quædã extrinſeca, nõ penes ea
quæ radicitus inſeparabiliterq; adhærẽt, ſicut in homine veſtimẽta, monilia, gẽmæ, & con-
ſimilia, proprie pertinẽt ad eius ornatũ: ſicq; animalia ſpectãt ad terræ ornatũ, non proprie
herbæ ac arbores. [Et factũ eſt ita. Et protulit terra herbã virentẽ, & afferentẽ ſemẽ iuxta ge-
nus ſuũ] .i. iuxta ſpeciẽ ſuã. [lignũq; faciens fructũ, & habẽs vnumquodq; ſementẽ ſecũdum
ſpeciẽ ſuã] ita ꝙ quodlibet lignũ ſeu quælibet arbor habuit in ſe ſemen ſecundũ naturã ſuã
ſpecificã. Sẽſus verborũ iſtorũ eluceſcit ex introductis. ¶ Præterea qd dictum eſt, Germinet
terra herbã virentẽ &c. quidã ita exponũt, ꝙ tũc data eſt terræ virtus productiua ad germi
nãdum ex ſe herbas ac arbores. Alij vero intelligunt, ꝙ Deus pręcepit tũc eas naſci ex terra.
Sed dicendũ, ꝙ intelligendũ ſit vtroq; modo, vt patet ex textu. Nempe cum dictũ eſt, Germi
net terra herbã virentẽ: paulopoſt ſubdit, Et factũ eſt ita: deinde apertius additur, Et protu-
lit terra herbã virentem. Propter qd ait S. Ambroſius, ꝙ herba eſt antiquior ſole. Vtroq; eti
am modo plantarũ ꝓductio ad diſtinctionis pertinet opus, quoniã ad plantarũ pullulatio-
nem ſeu productionẽ ſufficit virtus influentialis cæleſtiũ corporũ loco patris, & virtus terræ Ambro.
loco matris, vt ait philoſophus. Sicq; principia actiua cõmunia ad opus diſtinctionis ſpe-
ctãtia, ſufficiunt ad generationẽ plantarũ, nõ aũt ad ꝓductionem animalium perfectorũ, ad
quæ requiritur virtus formatiua exiſtens in ſemine particularis agentis. Idcirco ipſorũ pro-
ductio pertinet ad ornatũ, & facta ſunt ſexta die, vt infrà habetur. ¶ Amplius, quia in textu
habetur, producat terra herbã virentem, Ambroſius, Gloſſa, ac alij multi dixerunt mũdum
factum in vere, quia tunc apparent herbæ virentes. Et idem dicit Damaſcenus lib. 2. Sed qa Damaſ.
ſubiungit, Et faciens fructum: alij dicũt mundũ cõditum in autũno, qm̃ maturi ſunt fructus.
Hinc refert Lyra, ꝙ quidã Hebræorũ Doctores dicunt mundũ factũ in Martio, quia tũc ter Exod. 12
ra incipit herbas ꝓducere. Vnde in Exodo, Martius, primus menſiũ appellat. Alij Hebręorũ
Doctores affirmãt mundũ in Septẽbri creatũ, quia tunc fructus maturi ſunt, habentq; ſemi
na in ſeipſis. Et hæc opinio à Iudæis (vt ait) tenet cõmunius tanq̃ rationabilior, qm̃ Dei ꝑfe- Deut. 32
cta ſunt opera, quẽadmodũ eñ homo fact⁹ eſt in ſtatu ꝑfecto quo potuit generare, ſic videt
ꝙ terræ naſcẽtia matura ꝓducta ſunt, vtpote habẽtia ſemina in ſeipſis. Cõſtat quoq; ex di-
ctis, ꝙ dictũ eorũ q dicũt, vnũquodq; opus ſex dierũ factũ in momẽto aut inſtãti, ſaluari non
valeat: qa aquarũ cõgregatio extitit ſucceſſiua, herbæ aũt & arbores de terra productæ ſunt
abſq; cõcurſu influẽtiæ cęleſtiũ corporũ, immo & abſq; pręuijs ſpecierũ ſuarũ ſeminib⁹. Hinc
fert in Gloſſa: Oĩa creata ſunt ꝑfecta, & homo ꝑfęctus ætate: arbores qq; cũ fructu & folijs,
& ligna pomis onuſta. Nec primæ herbæ ac arbores ꝓdierũt de ſemine, ſed de terra, quæ ad
vnã cõditoris iuſſionẽ apparuit herbis cõpta, nemoribuſq; veſtita, quæ deinde produxerũt
ex ſe fructus & ſemina ſpecierũ ſuarũ. ¶ Quæri poſſet, an inter terræ diſcoopertionẽ & ger-
minationẽ p̄fatã interuenerit aliq̃ mora, an etiã herbæ ac arbores cũ fructib⁹ ſuis maturis in
inſtãti ꝓductæ ſint. Deinde tãgenda eſt breuiter expoſitio literę huius, ſecundũ opinionẽ di
centiũ materiã primo creatã ſub forma corporeitatis dũtaxat, quorũ opinioni nõ videt hęc
litera cõſonare, quẽadmodũ iã patebit: Dixit vero Deus: Cõgregent aquæ q̃ ſub cælo ſunt,
in locũ vnũ, & appareat arida: Ex tenore verborũ iſtorũ patet, ꝙ litera hæc loqtur de aqua
& terra, tãq̃ de rebus iã exiſtẽtibus. Et ita expoſitores p̄fati & Gloſſa exponũt hunc paſſum,
vt patuit. Hi aũt dicũt, quod hoc tertio die elemẽta in ſubſtãtialib⁹ ſuis formis ꝓducta ſunt,
ex ea parte illius primæ materiæ, quæ adhuc mãſit informis, atq; ſub forma cõmuni, cæleſti-
bus orbib⁹ ex ea formatis die ſecũdo, iuxta opinionẽ eorũ, vt p̄cedẽti articulo dictũ eſt. Sicq;
per hoc qd dicit, Cõgregentur aquę in locũ vnum, & appareat arida, deſignetur elementorũ
iſtorũ ꝓductio ſubſtãtialis, & cũ hoc naturalis inclinatio eis impreſſa ad ꝓpria loca: qd non
videtur ſonare, nec textui cõcordare. Cõgregari nanq; & apparere nõ cõpetunt niſi enti in
actu.

actu. Rurſum cõgregari & apparere, præſupponũt eſſe, quẽadmodũ actus ſecũdus actũ pri-
Roma. 4 mũ. Et quis Deus vocet ea quæ nõ ſunt, tanq̃ ea q̃ ſunt, ſic tñ nõ præcipit aliquid agere aut pa
ti, niſi his quæ ſunt. Reliqua verba literę huius ꝓpter hãc opinionẽ, nõ exigũt aliã expoſitio-
nẽ. [Et vidit Deus ꝙ eſſet bonũ] hoc eſt, ꝙ ꝑſcripta germinatio vtilis eſſet ad multa, & perti
nẽs ad vniuerſi decentiã. [Et factũ eſt veſpere & mane dies tertius.] quoꝝ verboꝝ expoſitio
habita eſt articulo nono ac decimo. Et ait quidã hoc loco, ꝙ verba iſta nũc repetunt ꝓ ap-
probatione operis huius tertiæ diei. Sed quia hæc verba ſemel relata ſunt ad congregatio-
nẽ aquæ hoc tertio die factã, ideo verius nũc referunt ad reſiduũ opus diei iſtius, videlicet
ad germinationẽ ꝑfatam. ¶Poſtremo, quantũ capere queo, de cõgregatione aquaꝝ in vnũ
locũ, nõ eſt tãta difficultas, vt qdam prętendũt. Locus qppe in quo cõgregatæ ſunt aquę, eſt
cõcauitas terræ, ambiẽs totã habitabilẽ terrã: in qua cõcauitate aqua dicit cõgregata, nõ ꝙ
vtrãqꝫ extremitatẽ aquæ circũcludat in ſe illa cõcauitas, immo aqua immẽſurabiliter eã ex-
cedit, & vltra eã latiſſime prorſus diffundit, nõ tñ in infinitũ, ſed in extremitate ſua ſic diffu-
ſa, eſt cõtigua aeri elemẽtari, q cingit & ambit aquã, quẽadmodũ aqua terrã, immo & plus.
Terminat aũt fluxus aquæ in extremitate illa cõtigua aeri naturaliter in ſeipſo, qm̃ quęlibet
pars aquæ naturaliter inclinat ad centrũ ipſius, quemadmodũ dici ſolet de terra. Hinc Salo
Prou. 8. mon: Certa, inquit, lege & gyro vallabat abyſſos. Et qm̃ elemẽtum aquæ in vtraqꝫ ſua ex-
tremitate ſeruat terminũ ſibi præfixum, & manet in loco ſortito, quaſi ab vtraqꝫ parte eſſet
Pſal. 32. concauitate terræ circũcluſa atqꝫ arctata, ideo in Pſalmo aſſeritur: Congregãs ſicut in vtre
aquas maris, ponens in theſauris abyſſos. Vnde ad ſanctũ Iob Deus loquitur: Quis conclu-
Iob 38. ſit oſtijs mare, quando erũpebat quaſi de vulua procedẽs? Poſui vectes & oſtia, & dixi, huc-
uſqꝫ venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Per Hieremi
Hiere. 5. am quoqꝫ loquitur Deus: Poſui arenã terminũ mari, præceptũ ſempiternũ, quod non præ-
teribit. Intumeſcẽt fluctus eius, & non tranſibũt illud. Ad ſaluandũ ergo, ꝙ aqua elementa-
ris tã grandis in vnũ collecta eſt locũ, nõ oportet inquirere, an terra ſit ſatis magna ad hoc.
Quod ſi rurſus quæratur, qd terminat extrema fluidæ aquæ, iam reſponſio data eſt, quia ex
propria natura ſibi diuinitus indita habet terminũ ſibi præfixum. Vnde & Ariſtoteles ſub-
tiliſſime dixit: Omium natura cõſtantium, certa eſt menſura & finis & ratio magnitudinis.

¶Elucidatio literæ, in qua recitatur opus quartæ diei.　Arti. XII.

SEx diebus facta ſunt omnia, in quibus deſcribitur triplex opus, puta creatio, diſtinctio,
& ornatus. Prima aũt die creata ſunt cælum & elemẽta. Eodemqꝫ die cœpit diſtinctio
per lucis productionẽ, qua cælũ diſtinctionẽ accepit. Secũdo die aquæ ab inuicem ſunt
diſtinctæ, per firmamenti formationẽ. Tertio die terra diſtinctionẽ ſumpſit, dum aquæ ab
ea ſubtractæ, atqꝫ in vnũ collectæ ſunt. Iuxta hũc ordinẽ atqꝫ proceſſum, tribus ſequẽtibus
diebus prędicta ornata ſunt, vtpote primo cælũ quarto die: deinde aqua & aer quinto die,
per auiũ piſciũqꝫ productionẽ: vltimo terra, videlicet ſexto die, per animaliũ & hominis for
mationẽ. Idcirco nũc dicitur: [Dixit aũt Deus: Fiant luminaria in firmamẽto cæli.] Quem-
Auguſt. admodũ ſuper Geneſim docet Auguſtinus, ſic exponẽda eſt litera iſta Geneſeos, vt infideli-
bus nõ pręcludatur via cõuerſionis ad fidẽ. Si eñ viderint nos male irrationabiliterqꝫ ſenti
re de rebꝰ præteritis & mũdi exordio, naturalibus quoqꝫ effectibus, nõ credẽt nos bene ſen-
tire de rebꝰ futuris, & fine mũdi, atqꝫ operibus gratiæ & gloriæ cõſummatæ. Cũ ergo textꝰ
nũc exponẽdus, ſecundũ ſuperficiẽ ſuã videretur eruditis in naturali philoſophia, nõ ſolum
rudis & falſus, ſed etiã irridẽdus, idcirco exponẽdus eſt ſapiẽter & caute. Si eñ, iuxta philo
ſophũ, ſtella eſt denſior pars ſui orbis, quõ ſtellæ dicunt factæ quarto die, cum orbis eorum
ſit antea factꝰ? Rurſus, cũ cælũ ſit indiuiſibile & incorruptibile, integrũ, nec poroſum, quo-
modo ſtellæ dicũtur poſitæ tũc in cælo? Iteꝝ, cũ vnuſquiſqꝫ planeta propriũ habeat orbẽ,
quomodo ſol & luna dicũtur poſita in firmamẽto cæli? Hæc & multa ſimilia obijci poſſent
ſcripturæ. Itaqꝫ iuxta poſitionẽ ſuprà amplius approbatã, iſte eſt ſenſus: Fiant luminaria, vi
delicet ſol & luna & cæteri planetæ ac ſtellæ: in firmamento cæli. i. in cælo ſtellato & ſphæ-
ris ſeu orbibus ſub ipſo cõtentis, reddendo ſingula ſingulis. Firmamentũ quippe nunc ſu-
mitur pro octaua ſphæra, & alijs ſeptẽ ſphæris planetaꝝ. Et quod ait, in firmamento cæli,
intranſitiue ſumendũ eſt, ac ſi dicatur: Virtus Dei ſeu corpus carnis. Dicũtur aũt luminaria
facta, nõ ꝙ tũc creata ſint, aut ex materia præiacẽti producta, ſed qa tũc acceperũt plenariã
lucẽ ſibi congruentẽ, & virtutẽ actiuã perfectã ad determinatos varioſqꝫ ꝓducendos effe-
ctus in inferioribus iſtis, vt dictũ eſt plenꝰ. Iuxta quem modũ aliqd dicitur fieri, quãdo reci
pit notabilẽ in accidẽtalibus mutationẽ, quemadmodũ Dauid libro ſecũdo Regũ à magna
2. Re. 19. perſecutione ereptus, dixit: An ignoro me hodie factũ regem ſup Iſrael? Hinc aſſerit Tho-
mas ſuper ſecundũ diſtinctione decimaquinta: Præter principia cõmunia actiua in tota na-
tura, exigũtur determinatæ virtutes mouentes ad determinatas formas ac ſpecies: huiuſmo
diqꝫ virtutes rebꝰ ſunt inditæ per opus ornatus. Sicut aũt actio virtutũ inferioꝝ cõmuniter
agentium,

agentiũ reducit in virtutẽ cæleſtẽ vniuerſaliter actiuã: ſic virtutes in inferioribus mouentes
ad determinatos effectus ſeu ſpecies, reducunt in quaſdã virtutes cæleſtes determinatas: &
tales virtutes præcipue ſunt in ſtellis atqꝫ planetis, q̃ ſecundũ diuerſos aſpectus & cõiunctio
nes imprimũt ad ſpecies determinatas, prout vndecimo metaphyſicæ aſſerit Cõmentator.
Hinc inferiores virtutes cauſales ſunt tanq̃ inſtrumẽta ſuperioꝝ virtutũ, ſecundũ eundem
Cõmentatorem octauo Phyſicoꝝ. Itaqꝫ propter tã notabilẽ in accidentalibus proprietati-
bus, diſpoſitionibus, virtutibus & influentijs immutationẽ ac meliorationẽ, recte dicuntur
luminaria facta die quarta, qua cõplementum ſuũ ſortita ſunt. [Et diuidãt diem ac noctem]
.i. ſucceſſiue ꝓducãt, ab inuicẽ quoqꝫ diſcernãt, & ordinate perficiãt diẽ noctemqꝫ. Sol eñ
ſuo acceſſu ac præſentia cauſat diẽ, & ſua abſentia noctẽ. Dies quoqꝫ & nox diuiduntur ab
inuicẽ ſucceſſione & luce ac tenebroſitate, ſed & alijs proprietatibus multis, quas medici di-
ligẽter aſſignãt. Luna vero & ſtellę aliqd claritatis & proprietatis ac virtutis influunt nocti.
Hæc aũt viciſſitudo diei ac noctis, eſt hominibus multipliciter vtilis, immo & neceſſaria. Nã
tẽpus diurnum eſt aptius ad laborãdum, ad conueniendũ, atqꝫ ad diuerſa exercitia exequen
da. Propter quod ſcriptum eſt: Ortus eſt ſol, & exibit homo ad opus ſuum, & ad operatio- Pſal. 103.
nem ſuam vſqꝫ ad veſperã. Tẽpus vero nocturnum eſt aptius ad quieſcendum. Vnde in li-
bro de Cõpunctione ait Chryſoſtomus, quòd ſicut mater volẽs infantulũ ſuum facere dor- Chryſo.
mientẽ, operit oculos eius: ſic Deꝰ pater volẽs homines in nocte dormire, obducit viſui eo-
rum caliginẽ, quaſi oculorũ operculũ. [Et ſint in ſigna & tempora & dies & annos.] Hũc lo
cum exponit Bonauentura ſic ſuper ſecundũ: Duplex eſt vſus ſeu actio ſigni, videlicet ſigni
ficare & diſtinguere. Si ergo accipiatur ſignum ab actu ſignificandi, ſenſus eſt, ꝙ lumina-
ria facta ſunt in ſigna, id eſt, in ſignificationẽ futurorũ, & in variationẽ tempoꝝ & annorũ
atqꝫ dierũ, ita vt temporũ variatio attẽdatur penes aeris immutationẽ, quantũ ad calorẽ &
frigus: variatio autẽ dierũ, penes lucẽ & tenebras: variatio vero annorũ, iuxta renouationẽ
horum duorũ: ſicqꝫ luminaria ſunt in ſignũ non quorumlibet futurorũ, ſed eorũ quorum
ipſa ſunt quodãmodo cauſa, videlicet imbriũ ac ventorum, ſerenitatis ac tempeſtatis, ſeu eti
am eorũ, quæ diuina prouidẽtia per ea præſignare decreuit, puta illorũ quæ circa iudicium Lucæ 21.
ſunt futura, iuxta quod ſcriptũ eſt: Erunt ſigna in ſole & luna. Porro eorum quæ dependẽt
ex libero arbitrio, non ſunt ſigna ex inſtitutione diuina, ſed potius traxit ea ad talia deſi-
gnanda, fictio curioſitaſqꝫ humana. Si autẽ ſignum ſumatur ab actu diſtinguendi, ſenſus
eſt: Sint in ſigna &c. id eſt, in diſtinctiones tẽporum, & dierũ, ac annorũ. Luminaria autẽ ex
motu diurno, quẽ habent à nona ſphæra, cauſant ac diuidunt diẽ & noctẽ, potiſſime ſol.
Ex motu vero proprio, quẽ habent in proprijs ſphæris ſub zodiaco, cauſant diſtinctionem
tempoꝝ & dierũ ac annoꝝ: quod tamẽ ſol potiſſime agit, qui per motũ iſtũ cauſat ver, ęſta
tem, autũnum, & hyemẽ, diſtinctionem quoqꝫ dierũ & noctiũ in longitudine ac breuitate,
ſecundũ quod magis ac minus accedit ad nos, aut recedit à nobis in aſſcendendo & deſcen
dendo in circulo illo obliquo, puta zodiaco. Sunt itẽ in diſtinctionẽ annorũ, ſecundũ con-
ſummationẽ motus ſolis in circulo obliquo. Similiter luna ſuo modo eſt in ſignationẽ tem
poꝝ & dierũ atqꝫ annorũ apud Iudæos, præſertim quantũ ad ſolẽnitates, ſicut apud Chri-
ſtianos eſt ſol. Vnde in Eccleſiaſtico ſcriptũ eſt: A luna ſignũ diei feſti. Verũtñ eccleſia, ſicut Ecci 43.
& ſynagoga, celebrat ſolẽnitatẽ Paſchalẽ & per cõſequens Pẽtecoſtẽ ſecundũ motũ lunæ,
quia Paſchalis ſolẽnitas celebratur nõ ſolũ in rememorationẽ dominicæ reſurrectionis pręe
teritæ, ſed itẽ in præſignationẽ reſurrectionis futuræ. Sicqꝫ facit hoc eccleſia nõ iudaizãdo,
ſed futurã illã ſolennitatẽ ꝑfigurando, in q̃ etiã cõformis eſt quodãmodo ſynagogæ. Hæc Bo
nauẽtura. ¶Pręterea luminaria, taliter diſtinguẽdo & efficiẽdo dies, annos & tẽpora, confe-
rũt cõmoda multa hoĩbus, vtpote releuamen faſtidij, iuxta illud in hymno: Tẽpoꝝ das tem Ambro.
pora, vt alleues faſtidiũ. Itẽ ad ſeminandũ, arandũ, metendũ, & cõſimilia opa, q̃ exigũt tem
pora diſtincta & opportuna, ideo ſubdit: [vt luceãt in firmamẽto cæli, & illuminent terrã]
.i. habitãtes in terra, potiſſime homines, quibus nõ ſolũ ad videndũ, ſed etiã ad alia innume-
rabilia, neceſſaria eſt illuminatio ſolis in die, & etiã ſuo modo illuminatio lunę in nocte. [Et
factũ eſt ita. Fecitqꝫ Deus duo luminaria magna] videlicet ſolem & lunã, quoꝝ vnũquodqꝫ
tã magnũ eſt, vt in quacũqꝫ parte terræ ſtet homo, appareãt ſibi ęq̃liter magna, hoc eſt, vnũ-
quodqꝫ æque magnũ. Et ſi obijciat, qa (vt probãt aſtrologi) multæ ſtellę ſunt luna maiores,
reſpõdet Thomas in ſcripto ſecũdi, quod ſol dicitur magnũ luminare, ꝓpter quantitatem
& propter ſuã virtutẽ & cauſalitatẽ. Luna vero dicitur magnũ luminare, nõ tã ꝓpter quan-
titatem verã, q̃ apparentẽ, & ꝓpter exceſſum claritatis ſuæ reſpectu aliaꝝ ſtellaꝝ ex propin
quitate eius ad nos, & propter euidentiam ſui effectus in inferioribus, pręſertim in humidis
rebus, & qa præ cæteris aſtris illuminat noctem. Veruntñ in Scholaſtica fert hiſtoria: Sol &
luna dicũtur magna luminaria, in duobus & ex duobus: vtpote nõ ſolum propter magnitu
dinẽ luminis, ſed etiã corporis: nec tãtum cõparatione ſtellaꝝ, ſed etiã ſecundũ ſe, quia ſol
dicitur

dicitur octies maior terra. Luna q̃q; dicit̃ terra maior. Alij nihilo min⁹ dicũt, ꝙ luna ſit tanta ſicut tertia pars terræ. Sed de his non habet̃ certitudo. Nã & Alfraganus dicit in ſua aſtrologia, ſi bene recordor, ꝙ ſol ſit cẽties ſexageſies ſexies maior q̃ terra. Alij, ꝙ ſit ſepties maior terra. Refert hic Lyra, ꝙ Iudæi dicunt, ſolẽ & lunã fuiſſe à principio æquales in claritate, ſed lumẽ lunę eſſe diminutũ à Deo, eo ꝙ ſuggeſſerit ei vt minueret lumẽ ſolis. Machometus q̃q; in libello diſputatiõis ſuę cũ Abdia Iudęo, etiã aſſerit, ꝙ ſol & luna fuerũt primo ęqualiter ſplẽdidi, cauſam vero minorationis luminis lunę aſſignat, ꝙ angelus volãs per aerem, ala ſua tetigit lunã, & inde obſcurationẽ cõtraxit. Hæc aũt tam fatua ſunt, vt ſint relatiõe indigna. Deus em̃ primo fecit luminaria iſta ſecundũ q̃d cõgruebat ordini vniuerſi. Et ruſ⁹, ſi primo fuiſſent pares in luce, falſum eſſet q̃d ait ſcriptura, lunã eſſe factã vt pręſit nocti. Sol

August. quoq; & luna credũtur nõ eſſe aĩata. Et q̃uis hoc ipſum Auguſtinus relinquat ſub dubio, aſſerit tñ ꝙ ſi aĩata ſunt, ſocietatẽ cum angelis habẽt: idcirco luna nõ fuiſſet tã vana ac inuida, ꝙ ſuggeſſiſſet Deo diminuere ſolis lucẽ. Credit̃ itẽ luna facta plena, quẽadmodũ herbæ & arbores, & etiã homo in ſuo genere ꝑfecta ſunt facta. Vnde alia trãſlatio habet: Luminare minus in inchoatiõe noctis: Nempe in exordio noctis non oritur luna, niſi rotunda & plena. Et q̃uis ante luminariũ productionẽ fuerit tẽpus ac triduũ, dicunt tñ facta in tẽpora, q̃a ꝑ ea ſit diſtinctio tempoꝝ: & dies deinde ſequẽtes, clariores fuerũt, q̃ tres dies priores, ideo dicit gloſſa: Si quærat̃ quale potuit eſſe lumen diurnũ ante luminariũ productionẽ: reſpondemus, quale videmus ſolis ortu proximãte, nõdum apparente. Fecit itaq; duo luminaria magna: [luminare maius,] videlicet ſolẽ, [vt præeſſet diei:] vt ſua virtute & claritate diẽ cauſaret, ornaret, ac vigoraret. [& luminare minus, vt pręeſſet nocti.] hoc eſt, noctem aliqualiter venuſtaret ſuo ſplendore pro mundi decore, & itẽ pro releuamine atq; ſolatio itinerantiũ, laborantiũ, nauigantiumq́; in nocte. Luna tñ nõ cauſat noctẽ ſicut ſol diẽ. Fecit quoq; [& ſtellas, & poſuit eas in firmamẽto cæli.] Hic ſumit̃ firmamentũ ꝓ cælo ſtellato ſeu ſphęra octaua, niſi forte ꝑ ſtellas intelligat̃ nõ ſolũ ſtellæ q̃ dicunt̃ fixæ in firmamẽto, ſed & alij quinque planetæ. Deniq; ſtellæ q̃ ſunt in ſphæra octaua, ſecundũ Ariſtotelẽ & eũ ſequentes, ſunt fixæ in ipſa, nec habẽt propriũ motũ, ſed motu ſui orbis mouent̃. Suntq́; de natura eiuſdem orbis, & vnaquęq; eaꝝ eſt dẽſior pars ipſius. Vnde diſpoſitæ ſunt ad ſuſcipiendũ lumẽ ꝑclarius, q̃ cæteræ orbis partes. Planetæ vero dicũtur ſtellæ erraticæ, puta nõ fixę in proprijs ſphęris, ſed ꝓpriũ motũ habẽtes. Verũtñ Plato in Timæo dicit, ſtellas nõ eſſe fixas in firmamẽto, ſed meare & choreã ducere in eodẽ, & in hoc Ptolemæus Platonẽ ſecutus eſt. Vnde dicunt nõ cælũ, ſed ſtellas cæli moueri & circũferri. [vt lucerẽt ſup terrã] de nocte, ſicut de luna iam dictũ eſt, & ꝓpter eaſdẽ cauſas: itemq́; vt hoĩes ex adſpectu ſtellaꝝ incitarent̃ ad laudem ac honorificentiã creatoris eaꝝ, & ſcrutarent̃ q̃ aſtrologiã cõcernunt: & rurſus, ne nox ſua caligine nimis eſſet horrẽda. [& præeſſent diei ac nocti.] Hoc quidã referũt ad ſolẽ & lunã ac ſtellas, ita vt illa particula, præeſſent diei, intelligat̃ de ſole: & q̃d ſubditur, & nocti, ad lunam ac ſtellas. Sed q̃a de ſole hoc ſemel ꝓlatum eſt vt præſit diei, atq; de luna ꝙ ꝑſit nocti, poteſt iſtud totũ referri ad ſtellas: quaꝝ etſi claritas nõ percipiatur in die, eo ꝙ obfuſcet̃ à ꝑdominãte ſolis ſplẽdore, nihilo minus ſemꝑ vnius ſeu alicuius hemiſphęrij ſtellæ lumẽ ſuũ diffundũt ad habitabilẽ terrã, & quoſdã effectus cauſant in ea, q̃d nec ſoli cõpetit, nec lunæ. [& diuiderent lucẽ ac tenebras]. i. eã claritatem quã cauſant in terra, dũ aer ſerenus eſt, à caligine noctiũ tali luce carentiũ, propter aeris obnubilationẽ. Diuidũt quoq; lucem à tenebris, q̃m lucem quã ſua ꝑſentia exerũt & diffundũt, ſua abſentia ac receſſu tollũt ac ſubtrahũt. [Et vidit Deus quòd eſſet bonũ.] Opus em̃ huius diei extitit multipliciter atq; ſublimiter bonum. [Et factũ eſt veſpere & mane dies quartus] iuxta ſenſum ꝑhabitũ. ¶ Præterea ſecundũ aliam opinionẽ, ponentẽ materiã primo ſub ſola forma corporeitatis creatã, luminaria & ſtellæ factæ ſunt quarto die, quantũ ad formas ſuas ſubſtãtiales ſpecificas, ita quod de nube candida, quã dicũt primo die formatã, factus ſit ſol, de qua nube aliq̃ eoꝝ dicũt eſſe factas lunã & ſtellas, vt dictũ eſt. Alij vero dicũt eas eſſe factas ex aliq̃ ſuoꝝ orbium parte, cõtra quæ oĩa, ꝑſertim cõtra hoc vltimũ, quod ſ. factę eſſent ex aliqua orbiũ parte, poſſent argumenta multa ac fortia introduci. Si em̃ cæleſtes orbes incorruptibiles ſunt, qualiter aliquæ partes eoꝝ ad aliã ſubſtãtialem formã poterãt trãſmutari? & ſi ſtellæ ſunt cæli ſtellati partes integrales ac denſiores, nõ habent formas ſubſtãtiales à forma illius cæli diſtinctas. Sed iſta q̃ in 2. Sententiaꝝ libro habent tractari, dimitto.

Defẽdit dictũ S. Thomę. ¶ Præterea quidã hoc loco redarguit Thomã, in prima parte Sũmæ ſuæ dicentẽ, Dici nõ poſſe, quod ex nube illa fact⁹ ſit ſol: q̃a ſi ſic, ſequeret̃ quod in prima reꝝ productiõe ſit aliq̃d factũ ſatis cito corrũpendum. Quocirca ſciendũ, quod repræhenſor ille ſancti Doctoris, in hac parte nõ mediocriter deuiat. Q̃uis em̃ S. Doctor dicat, quod dici nõ poſſet ex nube illa ſolem eſſe productũ, nõ tñ aſſignat ad hoc probandũ rationem prætactã: ſed hanc rationem inducit ad probandũ, quod dici nõ valeat, nubem illã eſſe reſolutã in præiacentem materiã. Inſuper dicit Thomã incidere id, quod reprobare intendit

dit, q̃m quinto die facti ſunt piſces & aues ex elemẽtis, q̃d eſſe nõ potuit ſine elementarium corruptione formaꝝ. Iſta reprobatio S. Thomæ, prorſus nil valet. Q̃uis em̃ ex elemẽtis ſint facta animalia, nõ tñ ob id elemẽta prima die ꝓducta, ſecundũ ſe tota corrupta ſunt aut eſſe deſierũt. ¶ Amplius, circa hanc literã poſſent multæ quæſtiones moueri, quas Doctores ſuper ſecundũ mouẽt, magiſtraliterq́; determinãt, vtpote de natura & numero orbiũ ſeu cęlorũ, & an moueant̃ ab anima, hoc eſt, an corpora cæleſtia ſint animata, an habeant cauſalitatem & influentiã ſup inferiora, & præcipue an ſuper mentẽ rationalẽ, liberumq́; arbitrium, an neceſſitatẽ imponãt inferioribus, an ſtellæ moueãtur in cælo ſicut aues in aere, & piſces in aqua. Horũ diſcuſſionẽ, breuitati ſtudẽs, dimitto, q̃m alibi locũ habẽt. Hoc breuiter dico, ꝙ orbes & ſtellæ, ſol, luna, cæteriq́; planetæ, multiplicẽ habent cauſalitatẽ & efficientiam in elementis & mixtis, in tantũ vt S. Dionyſius quarto capitulo de diuinis nominibus ꝓteſtetur, ꝙ radius ſolis generationi cooperetur & moueat ad vitã, quã & auget, & nutrit, ac perficit. Dionyſ. Similiter Auguſtinus 5. de Ciui. Dei fatetur: Nõ abſurde credi poteſt, afflatus quoſdam ſidereos ad corporũ differentias peruenire. August. Tertio quoq; de Trinitate diſſeruit: Quẽadmodũ corpora craſſiora & inferiora ꝑ ſubtiliora & potẽtiora ordine quodã reguntur, ita oĩa corpora ꝑ ſpiritũ vitæ rationalẽ: & ſpũs vitæ rationalis, deſertor atq; peccator, videlicet dęmon, per ſpiritũ vitæ rationalẽ, pium ac iuſtũ, & ille per Deũ. Porro ſup mẽtem rationalem & arbitrij libertatẽ, nõ habẽt directe cauſalitatem aut aliquã impreſſionem, ſed diſpoſitionem duntaxat, inquantũ ex diuerſa corporis complexione, diſpoſitione & immutatione, mẽs liberũq́; arbitriũ ad diuerſa inclinant̃, afficiunt̃ & aptãtur: quoꝝ inclinationẽ q̃ plures ſequuntur, ſed nõ neceſſitantur ex eis. Ad quod Damaſcenus libro ſecũdo multas rationes adducit, in quo de iſta materia tractat diffuſe. Damaſ. Ex q̃bus oſtenditur peſſimus error q̃rundam aſtronomoꝝ & philoſophoꝝ, præſertim Alkindi in libro ſuo de radijs, vbi aſſerit om̃ia in hoc mundo de neceſſitate accidere: quod etiã opinatus eſt Auicenna, ſi totus ordo cauſarũ & influentiaꝝ cæleſtium ſimul accipiatur: quorum inſanias non ſolum Chriſtianæ fidei, ſed Ariſtoteli quoq; contrarias, Doctores ſancti atq; catholici pleniſſime improbarunt.

¶ Explanatio textus de opere quintæ diei. Arti. XIII.

DIxit etiã Deus: Producãt aquæ reptile animæ viuẽtis, & volatile ſuper terrã ſub firmamento cæli.] Quemadmodũ ſæpius tactũ eſt, nũc ordine cõdecenti deſcribitur ornatus duoꝝ mediorũ elementoꝝ, videlicet aquæ & aeris, per hoc q̃d iam deſcribit̃ productio animaliũ, quoꝝ quædã mouentur in aqua, quædã in aere. Nempe per hoc quod Moſes ait, ſup terrã ſub firmamẽto, aerem deſignauit. Sed cũ aqua ſit res inanimata, quõ potuit producere animalia iſta? Eſt itaq; ſenſus, Producãt aquæ. i. diuina iuſſione producantur ex aqua, tanq̃ ex materiali & paſſiuo principio, reptile animæ viuentis, hoc eſt, piſces habẽtes in ſe animas nõ ſolũ vegetatiue, ſed etiã ſenſitiue viuentes. Et volatile ſuper terrã ſub firmamento. i. aues q̃bus cõueniat volare in aere. Horũ corpora Deus immediate ꝓhibetur formaſſe ex aqua, & in qualibet ſpecie fecit duo prima indiuidua, ex q̃bus generata ſunt alia iuxta poſitionẽ prætactã. Itaq; ſingularia iſta, reptile atq; volatile, nunc ſumuntur pluraliter. ¶ Circa hæc plurima poſſent inquiri: Primo, cur animalia iſta dicũtur facta ex aqua, cũ corpora aĩaliũ mixta ſint ex quatuor elemẽtis. Tresquęſtiones. Secũdo, ſi piſces & aues ex aquis producti ſunt, cur nõ vtrũq; hoc genus mãſit in aqua, & cur vnũ magis q̃ aliud, accõmodatũ eſt aeri. Tertio, an aĩę aĩaliũ hoꝝ creatæ ſint. Ad hæc breuiter reſpõdendũ. Et primo ad primũ, ꝙ vtiq; piſces & aues ex quatuor elemẽtis formati ſunt, & in eoꝝ corporib⁹ ꝑdominatur elementũ terræ, quãtũ ad corporis quantitatẽ: ignis vero ſecundũ quantitatẽ virtutis, eo ꝙ calor inſtrumentũ ſit animæ, nec aliq̃d ſit ſenſitiuũ ſine calore, vt habet̃ ſecũdo de aĩa. Aqua aũt continuat partes terræ in mixto. Veruntñ illa aĩalia dicũt̃ cõſtare ex aqua, q̃ plus habẽt de aqua in ſe, q̃ aĩalia cætera, cõplexione eorũ ꝓpria pẽſata per cõparationẽ ad cõplexionẽ aĩalium aliorũ, ſeu debitã cõmuni generi animalis. Et ita ex aqua dicunt̃ eſſe piſces, quãtũ ad id q̃d in aqua eſt groſſius: aues aũt, quãtũ ad id q̃d in aqua eſt ſubtilius, & in vaporẽ reſoluitur, & eſt quaſi mediũ inter aquã & aerẽ. Hinc aues in aera eleuant̃, & piſces gurgiti remittũt̃. Iſtud ſuper ſecundũ Thomas clarius docet. Vnde & alij dicũt, ꝙ piſces & aues ſpecialiter ex aqua facti dicũtur, ꝓpter cõuenientiã quandã. Habet etem̃ aqua humorẽ atq; vaporẽ. Per humorẽ cõuenit cũ piſcibus, per vaporẽ cũ auibus. Iſtud tñ nõ eſt ſatis reſolute prolatũ, q̃m aqua ꝑ humorẽ cũ vniuerſis aĩalibus* cõpetit. In Scholaſtica quoq; hiſtoria dicit̃: Piſces & aues ex aquis ſunt orti, q̃m facilis eſt trãſitus aquæ in aera ꝑ attenuationẽ, & aeris in aquã ꝑ ſpiſſationẽ. Bonauẽ. Ex q̃bus patet ad duo prima quæſita reſpõſio. Ad tertiũ reſpõdet Bonauẽtura ſuꝑ ſecundum, quod animæ primorũ illorũ irrationabiliũ animaliũ non fuerũt creatæ, ſed ſeminaliter ex materijs ſuis ꝓductæ, tñ ſine concurſu cauſalitatis cæleſtiũ corporum. Rationales em̃, ſeminales ſeu occultæ virtutes cauſales à principio ſunt impreſſæ elemẽtis, quẽadmodũ August. loquitur Auguſtinus: In corporeis, inquiẽs, huius mũdi elemẽtis ſemina quædã occulta latent.

tẽt. ¶Præterea, ad intelligendũ qualiter corpora animaliũ ex quatuor elementis conſtant
& mixta ſunt, aduertẽda ſunt verba Doctorꝝ, Itaq́ in ſcripto ſecundi diſtinctione decima-
quinta ſcribit Bonauẽtura: Corpora animaliũ habent in ſe quatuor elemẽta, vt idonea ſint
ad ſenſum, ad motũ, ad multiplicẽ actionẽ, atq́ vt habeãt in ſe dignitatẽ cõplexionis. Perfe
cta aũt mixtio nõ eſt, quouſq́ cõcurrãt quatuor elemẽta. Aqua nãq́ (cũ ſit ſubtilior decies
terra) penetrat partes terræ, ſed nõ perfecte, quoniã habet groſſitudinẽ quandã. Aer autem
qui eſt cẽties ſubtilior terra, intimius ſe ꝓfundat in terrã. Ignis vero, qui millies rarior ſubti-
liorq́ cõſiſtit ꝙ̃ terra, ſua ſubtilitate penetrat vſq́ ad intima: & ita fit alteratio plena, mixtioq́
ꝑfecta. Hinc ait & Thomas: Oportet vt elemẽta inferiora groſſiora, excedãt elementa ſubti
liora in mixto ſecundũ quãtitatem ſeu molẽ: ſubtiliora vero, videlicet aer & ignis, ſecũdum
virtutẽ, hoc eſt, ſecundũ calidũ & humidum, in quibus vita cõſiſtit. Cũ eñ corpora aĩalium
debeãt eſſe tẽperatiora alijs mixtorꝝ corporibus, vtpote magis remota à contrarietate per
cõplexionis æqualitatem, & ita aſſimilẽtur naturæ & æqualitati cæleſtium corporꝝ: opor-
tet inferiora elemẽta, ꝙ̃ ſunt minꝰ actiua, quia plus habẽt de materia, ſcilicet terrã & aquam,
ſecundum quãtitatem in mixto excedere, vt virtutis defectũ ſuppleat quantitatis exceſſus.
His concordat ꝙ̊d aſſerit Auguſtinus, & habet in Gloſſa: Ignis oĩa penetrat, vt in eis faciat
motũ. Inchoat eñ aĩa motũ ſuum in oĩbus ſenſibus ab ignis ſubtilitate. ¶Sed quęri poteſt:
Cũ ignis ſit nobiliſſimũ elemẽtũ, cur nõ deſcribit aliqs eius ornatꝰ. Ad hoc Thomas reſpon
det, ꝙ ꝙ̃uis aliqua mixta poſſint ad tẽpus in igne abſq́ læſione durare, nulla tñ res eſt, ꝙ̃ non
Galenꝰ. cõſumatur tandẽ ab igne, ſi diu in eo ꝑmaneat, vt aſſerit Galenꝰ in ſimplici medicina. Idcir
co (vt philoſophus in libro de proprietatibus elementorꝝ teſtatur) nullũ animal viuere po-
teſt in igne, niſi forte ad modicũ tẽpus, vt fert de ſalamãdra. ¶Itẽ quęrit, cur reptilia dicun-
Multiplicia reptilia. tur ad aquæ pertinere ornatũ, cũ ſint multa terreſtria reptilia. Et infrà habet, ꝙ reptilia ſpe
ctãt ad ornatũ ſextæ diei. Reſpõdetur, ꝙ multiplex eſt genus reptiliũ: Vnum, quod trahit ac
rapit ſe vi oris, vt aliqui vermes. Secundũ, quod trahit ſe vi coſtarꝝ, ſicut ſerpẽtes. Tertium,
ꝙ̊d ſe rapit & trahit vi pinnarꝝ, vt piſces. Quartũ, ꝙ̊d rapit ſe vi annulorꝝ quorundã, quẽad-
modũ aĩalia annuloſa. Quinto, extẽſe loquẽdo, oĩe animal dicit reptile, ꝙ̊d mouẽdo ſe, ma
gnã partẽ corporis ſui applicat terræ, ꝙ̃uis habeat pedes, vt ſtellio & lacerta. Itaq́ patet, ꝙ
reptilia aq̃tica ſpectẽt ad aquę ornatũ, cætera ad ornatũ terræ. Veruntñ ſecũdũ philoſophũ
libro de aĩalibus, ſunt quædã aĩalia media inter aquatica atq́ terreſtria, vt crocodili, qui mo
rãtur & gradiũtur in terra, interdũ aũt morãtur & natãt in aqua: ſed hæc cõputantur cũ il-
lo extremo, cũ quo magis cõmunicãt. [Creauitq́ Deus cete grãdia,] qui ſunt maximi piſces
Matt. 12. Lucæ 11. in mari. Vnde in Euãgelio legitur: Fuit Ionas in vẽtre ceti. [& oẽm aĩam viuentem atq́ mo
tabilẽ,] Hic ponitur pars pro toto, vt ſit ſenſus: Creauit oẽm rem animatã motabilẽ. [quam
produxerãt aquæ in ſpecies ſuas,] .i. quæ ſecundũ corpus ſuum formatæ erãt ex aqua ſecun
dũ exigentiã ſuæ naturæ ſpecificæ, nõ quod priꝰ ꝓductæ ſint ex aqua, & poſtea creatę à Deo,
ſed eædem numero, à Deo effectiue principaliterq́ plaſmatæ ſunt, atq́ ex aqua materiali-
ter aut etiã ſeminaliter. [& omne volatile] formauit, [ſecundũ genus ſuũ.] hoc eſt, ſecundum
ꝙ̊d cõpetebat naturæ & ſpeciei vniuſcuiuſq́ volatilis. Qualiter aũt intelligẽda ſit diſtribu-
tio iſta, patet ex ꝓinductis. Intelligẽda eſt nãq́ de oĩbus illis primis indiuiduis in qualibet
ſpecie binis, quibus cõpetit per cõmixtionem ſeminum generare, quæ fecit in tali diſpoſi-
tione ac robore, quod generare mox poterãt. ¶Sed cum iſta ex aquis producta ſint, quomo
do creata dicuntur? Et reſpondendũ, quod creare ſumitur nũc extẽſe ꝓ facere ſeu plaſma-
re. ¶Circa hũc locũ recitat Lyra, ꝙ Hebræi dicũt cete eſſe piſces incredibilis magnitudinis.
Cũq́ Deus in exordio feciſſet marem & fœminã ſpeciei iſtius, occidit fœminã ne multipli-
carent indiuidua: q̃a ſi multiplicata fuiſſent, ſeculum eſſet deſtructũ, eo quod mare innaui-
gabile eſſet, & alij piſces nõ poſſẽt durare in mari: carnes vero fœminę interfectę ſaliuit, re-
ſeruãs eas iuſtis in ſeculo futuro. Ex quo Lyra cõcludit, ꝙ Iudæi inciderunt errores Sarrace
norꝝ, ponendo beatitudinem vitæ futuræ in delectationibus ciborꝝ ac venereorꝝ. ¶Circa
hoc ſcribit Rabbi Paulus: Quẽadmodũ inter Chriſtianos fuerunt quidã hæretici, quorum
Rabbi Paulus errores nõ ſunt veris Chriſtianis aſcribẽdi, ſic inter Iudæos fuerunt nonnulli habentes opi
niones erroneas, quæ nõ approbãtur à Iudæis cõmuniter. Quãuis ergo in quibuſdã opuſcu-
lis eorũ appareat, quod in alia vita ſint corporales delectationes, cõmunitas tamen eorꝝ re-
Eſai. 64. 1. Cor. 2. ſpuit hoc omnino. Eſt eñ cõtra id Eſaiæ: Oculus nõ vidit Deus abſq́ te quæ præparaſti ex-
pectãtibus te. Ex quibus verbis manifeſte habetur, quod remuneratio iuſtis parata, ſuperat
oẽm ſenſum. Vnde determinatio cõmunis eſt apud eos, quod in alia vita non eſt cibus nec
potus, nec actus venereorꝝ, ſed iuſti delectãtur ex ſplendore diuinæ gloriæ. Quapropter at-
tribuere ipſum errorẽ Iudæis in cõmuni, nõ eſt vtile ad reductionẽ eorꝝ: credunt eñ quod
fingamus mẽdacia cõtra eos, ꝙ̊d præſtat impedimentũ nõ modicũ ad hoc vt reddamur cre-
dibiles eis. Hæc Rabbi Paulus. ¶Sed Paulus iſte nõ repræhẽdendo primã partem dicti Ly-
ræ, quo

ræ, quo ait, Iudæos aſſerere, ꝙ Deus in principio fœminã ceti occiderit: videtur innuere, ꝙ
Lyra recte id recitat. Nec Lyra hoc loco adducit ſpecialẽ rationẽ hoc reprobãtem, idcirco
aliq̃d breuiter tãgi poteſt ad reprobãdum tã fatuũ verbũ. Si eñ Deus occidit fœminã ce-
ti, iam ſpecies illa periſſet, niſi dicat cetus ille primus vſq́ nũc viueret ꝙ̊d naturale nõ eſſet, ni
ſi forte dicat ꝙ occiderit fœminã illã poſtꝙ̃ genuerat, quo dato, idẽ ſequeretur periculum,
ſi genuiſſet fœmellã, idẽq́ incõueniẽs, ſi maſculũ genuiſſet. Deniq́ cũ Deus ſit ſapiẽtiæ ac ꝓ-
uidentiæ infinitæ, ipſe ante mũdi productionẽ vniuerſa pręuidit, cur ergo feciſſet ꝙ̊d ꝓpter
periculũ imminẽs mox necaſſet? Inſuꝑ ſuper illud, Producat terra herbã virentem, & ſuper
iſtud, Producãt aquæ reptile, ſcribit Lyra, ꝙ terra & aqua nõ produxerũt iſta, niſi ſolũ paſ-
ſiue. Cõtra ꝙ̊d ſcribit hic Paulus, ꝙ elementa nõ ſolũ paſſiue, ſed etiã actiue produxerunt ea
quæ Deus præcepit produci ex eis, qm̃ actio cauſæ primæ nõ ſemper excludit actionẽ ſecun
darũ cauſarꝝ. Auguſtinus quoq́ exponit ſic, Producat. i. virtutem producendi accipiat. Iſta
reprobatio videt ſatis idonea, dempto hoc, ꝙ̊d Auguſtinũ pro ſe allegat, q̃a expoſitio Augu Auguſt.
ſtini ꝓcedit ſecundũ hoc, ꝙ̊d oĩa opera ſex dierꝝ ſint ſimul ꝓducta. Si eñ elementa ſolum ha
buerũt ſe paſſiue ad productionẽ eorꝝ quæ Deo præcipiente produxerunt, videretur ſequi ꝙ
formæ rerũ productarꝝ ex eis, eſſent omnino ab extra, & per conſequens creatę, ſicut de aĩa
rationali tenet. [Et vidit Deus ꝙ eſſet bonũ.] .i. opus huius quintę diei ſibi cõplacuit. [bene-
dixitq́] .i. virtutẽ generatiuã ſeu productiuã ſimilium ſibi in ſpecie aut ſaltẽ in genere cõtu-
lit [eis, dicens: Creſcite & multiplicamini] .i. ſimilia generate. [& replete aquas maris,] mul
tiplicãdo indiuidua ſpecierꝝ veſtrarꝝ. [auesq́ multiplicentur ſuper terram.] Quare non ait,
Aues multiplicẽtur in aere? niſi forte dicendo ſuper terrã, inſinuet aerem. Melius tñ dicen-
dum, ꝙ aues ꝙ̃uis naturaliter volent in aere, nihilo minus naturaliter quieſcunt & generant
ſuper terrã. Inquãtum enim ſunt mixta & grauia, in quibus prędominatur terra ſecundum
quantitatem, non ſine labore volant ſiue mouentur, naturaliterq́ quieſcunt in terra. Piſces
aũt & aues generãt oua, ex quibus indiuidua ſuæ ſpeciei tandẽ naſcantur. Dicitur quoq́ in
Gloſſa, ꝙ multæ ſunt aues quæ non de terra, ſed de mari viuunt, & libentius vtunt mari ſeu
aqua, ꝙ̃ terra. Aliæ vero aues viuunt ex his quæ in terra inueniunt. [Et factum eſt veſpere &
mane dies quintus,] ſecundũ ſenſum præhabitum. Deniq́ circa illud, producant aquæ vo-
latile ſuper terrã, fertur in Scholaſtica hiſtoria: Ex hoc ꝙ̊d dictũ eſt, volatile ſuꝑ terrã, erra-
uit Plato, qui deſcendens in Aegyptum, libros Moſis legit, putauitq́ Moſen ſenſiſſe, volati Error Platonis
lia eſſe ornatũ aeris circa terrã duntaxat: ornatum aũt aeris ſuperioris, eſſe calodæmones &
cacodæmones. ſed nõ eſt ita, qm̃ calodęmones. i. angeli boni, ſunt in cęlo empyreo, & caco-
dæmones. i. angeli mali, detruſi ſunt in aerẽ caliginoſum, nõ ad eius ornatũ, ſed ad ipſorum
ſuppliciũ. De hoc plus habetur in Gloſſa ex verbis Auguſtini. Rurſus, animę piſciũ & auium
dictæ ſunt viuentes atq́ motabiles, ad differentiã animæ rationalis, quæ immortalis eſt. Il-
læ aũt mutari poſſunt de eſſe & viuere, ad non eſſe ac mori. Tamen ſecundum Albertum, di
cuntur motabiles ꝓpter motũ proceſſiuũ, quẽ habent ſeu cauſant in ſuis corporibus. ¶Po-
ſtremo, circa hæc ait Albertus in libro de coæquæuis: Aer & aqua ſimul ornati ſunt, cũ ſint
elemẽta media & cõmunicantia in natura diaphani, & paſſiua qualitate humidi. Piſces aũt
magis ſunt ex humido conſtãte per frigidũ, ſecundũ generis ſui naturã. Ideo ſecũdũ genus
ſuũ ſunt frigidi, ſicut & aqua in qua ſunt. Aues vero magis ſunt ex humido vaporabili con
iuncto cũ calido, ſecundũ naturã generis ſui. Idcirco calidæ ſunt naturæ. Porro aĩalia me-
dia & vtriq́ elemẽto cõmunia, cõpræhenduntur ſub ornatu vtriuſq́ elemẽti: magis tñ ſunt
ornatus illius, in quo frequẽtius morãtur atq́ mouẽtur, prout 7. de animalibus ait philoſo-
phus de delphinis, ꝙ habitãt in mari, & pariũt iuxta littus in terra. Hæc Albertus. Tales ꝙ̊q́
ſunt vituli marini, qui pedes habẽt & ſuper terrã aliquãdo gradiunt. Natura eñ non trãſit
à diſtanti in diſtans, niſi per medium, vt diuinus Dionyſius proteſtatur. Dionyſ.

¶Proſecutio expoſitionis huius capituli, ab illo loco, Dixit quoq́ Deus: Pro-
ducat terra animam viuentem. Artic. XIIII.

DIxit quoq́ Deus: Producat terra aĩam viuentẽ in genere ſuo.] Hic deſcribitur ornatus
ſextæ diei, quo terra ornata eſt: & correſpondet operi tertiæ diei, quo terra fuit diſco-
operta ab aquis. Deniq́ cũ dicitur, Producat terra aĩam viuentẽ, ſumitur pars pro to-
to, & ſingulare ꝓ plurali, vt ſit ſenſus: Producat terra animã viuentem. i. ex terra iam pro-
ducãtur animalia viua in genere ſuo, hoc eſt, quibus ex communi ratione generis ſui com-
petit vita ſenſitiua, quæ tamen ſpecifice diſtinguantur. Propterea ſubditur, [iumenta & re-
ptilia & beſtias terræ ſecũdum ſpecies ſuas] .i. ſpecie differentes, & prout conuenit eis ſecun
dum naturas ſuas ſpecificas. Hic tangitur triplex ſpecies ſubalterna aĩaliũ, ad ornatũ terræ
ſpectantiũ, quarꝝ quęlibet continet ſub ſe varias ſpecies ſpecialiſſimas. Iumenta eñ dicũtur
aĩalia domeſtica, quę deſeruiũt homini in neceſſarijs actibꝰ, vt ſunt equi, boues, oues, & cõ-
ſimilia. Vnde dicunt iumẽta, quaſi iuuamenta. Reptilia appellãtur, quæ rependo ꝓcedũt, de

quibus præcedenti articulo dictũ eſt. Iamq́ꝫ fit mentio de reptilibus terreſtibus, nõ de aquati
cis. Beſtiæ vero vocãtur animalia ſæua indomita, quæ dẽtibus & vnguibus lædunt. [Factũq́ꝫ
eſt ita. Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, & iumẽta, & oĩe reptile]. i. reptilia [ter-
ræ in genere ſuo.] hoc eſt, in multiplici diuerſitate, iuxta ſenſum prætactũ. Intelligẽtia ꝗppe
hoꝝ verboꝝ, ex pręcedẽtibus clara eſt. Multa ꝗꝗ circa præexpoſita opera præcedẽtiũ die-
rũ quæſita, poſſent circa hæc verba inquiri: quoꝝ ſolutio ex illis eſt euidẽs, vtpote An Deus
per ſe immediate formauit & organizauit corpora aĩalium hoꝝ. Et vtrũ fecit hoc in inſtãti,
quia infinitæ virtuti cõpetit agere in inſtãti, niſi aliũde ſit impedimentũ ſeu ratio aliter faci-
endi. An etiã animæ irrationabiliũ aĩalium illoꝝ fuerunt creatæ. Et vtrũ corpora illa ex ſola
terra formata ſint. Et quot indiuidua ex qualibet ſpecie ſpecialiſſima tunc facta ſint ſimul. Et
an terra ſolũ paſſiue habuerit ſe in ꝓductione animaliũ taliũ. [Et vidit Deus ꝙ eſſet bonum,
& ait &c.] Poteſt ſpecialiter hic inquiri, cur Deꝰ nõ legitur benedixiſſe aĩalibus iſtis terrę, ſic-
ut paulo ante legit benedixiſſe piſcibꝰ & auibus ex aqua plaſmatis, dicẽdo: Creſcite & mul-
tiplicamini. Ad hoc reſpõdet in Gloſſa: Forte, ꝗd de animalibus illis ex aqua formatis Moſes
dixit, de iſtis ſubintelligendũ reliquit, maxime quia de operibus huius diei adhuc multa erat
dicturus, & quia in plãtis & herbis non eſt multiplicatio indiuiduoꝝ per cõmixtionẽ maris
Baſiliꝰ. & fœminæ, idcirco nõ eſt eis data benedictio talis. Inſuper S. Baſilius ait, ꝙ animalia terrena
ſint piſcibus digniora, qm̃ piſces carent memoria. Veruntamẽ B. Auguſtinus hoc vltimum,
Auguſt. ſcilicet ꝙ piſces nõ habent memoriã, improbat, affirmans ꝙ in Bulenſi regione ſit fons pi-
ſcibus plenus, qui gregatim natando, cum ſupergredientibus eunt ac redeunt, atq; cum ſtan
tibus ſtant, expectantes vt aliquid eis proijciant ad edendum, quia ſic conſueuerunt. ¶ Præ-
terea circa hũc locũ quæri ſolet, an animalia minuta quæ ex cadaueribus aut humoribus na-
ſci ſolent, tunc producta fuerunt. Ad hoc in Scholaſtica hiſtoria reſpondetur: Talium ani-
malium ſex ſunt genera. Nã quædã ex exhalationibus generãtur, vt bibiones ex vino, & pa-
Sex minutorũ aĩalium genera. pilliones ex aqua. Quædã ex corruptione humoꝝ aquaticoꝝ, vt vermes in ciſternis. Quædã
ex cadaueribus, ſicut apes, ex iumẽtis ſcabrones, videlicet muſcæ grãdes, quæ ſonant volan-
do, & ſcarabæi ex aquis. Quædã ex corruptione lignoꝝ, vt teredines. Quędã ex corruptiõe
herbaꝝ, vt tineæ ex oleribus. Quædã ex corruptione fructuũ, vt gurguliones ex fabis. Itaq;
dicit, ꝙ illa quæ ex corruptionibus producunt, orta ſunt poſt primi parẽtis peccatũ ex rebꝰ
corruptis. Quæ vero ſine corruptione naſcunt, vt quæ ex exhalationibus fiunt, facta ſunt ſe-
xto die. His cõcordat ꝗd habet in Gloſſa ex Auguſtino. Deniq; Thomas ait in prima parte
Sũmæ ſuæ quæſtione 72. Animalia venenoſa ante peccatũ homini noxia non fuiſſe, nec na-
turaliter neq; totaliter mala ſunt, ꝗuis ſunt naturali particulari bono nociua: ſiquidẽ ad de-
corẽ ꝑtinẽt vniuerſi, & multas habẽt cõmoditates Deo notas, ꝗuis hoĩbus ſæpe incognitas.
Damaſ. Hinc loquitur Damaſcenꝰ libro 2. Eduxit terra, creatore iubẽte, diuerſa genera animalium,
reptiliũ & feraꝝ ac iumentoꝝ. Omnia ad opportunũ hominis vſum, & quædam ad eſcam,
puta ceruos, oues, dorcades, & cõſimilia: alia vero ad miniſteriũ, puta camelos, boues, equos,
aſinos, & quæ talia: alia aũt ad iucunditatem, vt ſimias, pſitacos, & picas. Plantarũ quoq; &
herbaꝝ quædã fructiferæ & comeſtibiles, quædã odoriferæ & floridæ ad iucunditatẽ nobis
tributæ, vt roſæ: aliæ ad ægritudinũ ſanationes. Non eſt ens, neq; animal, neq; planta, in qua
cõditor nõ poſuerit operationem quandã, vtilitati hominũ cõferentem: nec modo inutilis
eſt feraꝝ vſus, perterrẽs, & ferẽs nos ad cognitionẽ inuocationemq́ꝫ Dei, qui fecit nos. Hęc
Pſal. 99. Damaſcenus. Hinc alij dicũt: Animalia nociua, facta ſunt homini nociua poſt peccatũ ex
triplici cauſa. Primo, ꝓpter hominis punitionẽ. Punitur em̃, cũ læditur aut lædi veretur ab
eis, qm̃ timor maxima pœna eſt. Secũdo, propter hominis admonitionẽ. Admonet quippe
ex eis, vt ſciat hæc ſibi accidere pro peccato. Tertio, ꝓpter hoĩs informationẽ, ꝗa ex conſide
ratione illoꝝ informatur in multis, vtpote quãta ſit crudelitas inuiſibilium aduerſariorum
noſtroꝝ, ꝗ horrẽda ſint ſupplicia inferoꝝ, quanta ſit humana fragilitas, quæ à minimis ac
vilibus illis tã cito ac grauiter læditur. ¶ Quæritur, cur animalia ad terrę ornatũ pertinẽtia,
nõ cõtinentur ſub vna differẽtia animalis, quẽadmodum animalia ad ornatũ aquæ ſpectan
tia, quæ oĩa reptilia appellãtur: animalia quoq; quæ aerẽ ornant, quæ omnia volatilia nun
Bonauẽ. cupãtur. Reſpondet Bonauẽtura, qm̃ terra inter cætera elemẽta eſt minus decora, ideo ma-
gis indiguit decorari, videlicet pluribus differẽtijs animalium: & item, quia præ cæteris ele-
mentis præſtat animalibus nutrimentum. Sufficientia vero irrationabiliũ animaliũ, quę ver
ſant in terra, ſic ſumitur ex parte finis: Facta ſunt em̃ ꝓpter hoĩem: Aut ergo ordinata ſunt
ad hominis iuuamentũ, & ſic ſunt iumẽta: aut ad hominis exercitium, & hoc dupliciter: aut
em̃ exercẽt manifeſte nocẽdo, & ita ſunt beſtiæ: aut occulte, & ſic ſunt reptilia. Et ꝗuis non ha
berent hos actus & fines realiter, ſi homo nõ peccaſſet, haberẽt tamen in aptitudine: atq; ex
aptitudine illa melius erudiretur homo in ſtatu innocẽtiæ, ꝗ erudiatur nunc ex actu in ſta-
tu culpæ. Cõſequenter deſcribitur productio hominis, propter quẽ cætera omnia corpora-
lia ſunt

lia ſunt creata. Quẽadmodũ em̃ rex terrenꝰ facit filio ſuo palatiũ, deinde ponit in eo filium
ſuũ: ſic rex oĩpotens primo fecit hũc mundũ ſenſibilẽ, eumq́ꝫ diſtinxit ac decorauit, deinde
hominẽ quẽ elegit in filiũ adoptiuũ, cõſtituit in eodẽ. [Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſi- Roma. 8.
militudinẽ noſtrã.] Hoc nõ eſt verbũ Dei ad angelos, qm̃ angeli non ſunt Deo cooperati in
hominis ꝓductione, ꝑſertim quantũ ad aĩam, in qua imago & ſimilitudo Dei cõſiſtit: ſed eſt
verbũ Dei patris ad filiũ ac ſpm̃ ſanctũ, aut totiꝰ ſuperdigniſſimę trinitatis ad ſeipſam, & ita
per verba hęc inſinuat diſtinctio perſonaꝝ in Deo. Primo, cũ dicit, Faciamus: ſecũdo, cum
addit, Ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã. Et itẽ, ꝙ ſupergloriosiſſimæ trinitatis operatio ad
extrà ſit indiuiſa. Deniq;, quẽadmodũ Origenes ĩ prima homilia ſuꝑ Geneſim loquit, in his Origen.
verbis deſignat dignitas hoĩs: nã neq; de cælo, neq; de luminaribus cęli locutꝰ eſt Deus, ſicut
de hoĩe, immo creationẽ cæli & terræ Moſes, à Deo edoctus, vno atq; cõmuni verbo expreſ
ſit, dicẽdo: In principio creauit Deus cælũ & terrã, deinde productionẽ firmamẽti & lumi-
nariũ ac ſtellaꝝ per cõſimilia verba deſcribit, dicẽs: Dixit Deus, Fiat firmamentũ, Fiãt lumi
naria. At vbi ad hoĩs productionẽ deuentũ eſt, vſus eſt cõditor vniuerſitatis ſpeciali ſermo-
ne, & quaſi præcipuũ ꝓducturus effectũ, per modũ deliberãtis & excitãtis ſeipſum, locutus Beda.
eſt. Hinc Beda teſtat: Apparet quare dictũ ſit, vt cætera fierẽt iuxta genus ſuũ & ſpecies ſuas.
Erat nãq; homo creãdus, ꝗ nõ ſolũ generi ſuo ac ſpeciei cõgrueret, ſed ad imaginẽ fieret cre
atoris: cuiꝰ dignitatis magnitudo oſtẽditur, dũ ꝗſi cõſilio creat: nec ſimpliciter dicit, ſicut de
cæteris, Fiat homo, ſed, Faciamꝰ hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã. Pręterea ad ima
ginẽ & ſimilitudinẽ Dei creatus eſt homo, nõ quantũ ad corporalia lineamenta ac corporis
figurationẽ, quaſi Deus in diuinitatis natura habeat corporalẽ figurã, ad cuius imitationem
atq; effigiẽ factus ſit homo, vt quidã hæretici & etiã quidã rudes atq; indocti ex deteſtabili
ſimplicitate dixerũt, cũ Deus altiſſimus & æternus ſit ſuperſimpliciſſima mens, actualiſſima
vita, ſuppuriſſimũ eſſe, incircũſcriptibilis veritas, indiuiſibilis vnitas, ipſaq́ꝫ ſapiẽtia imma-
terialiſſima. Et ſicut Ariſtoteles ſubtiliter demõſtrauit, Deus eſt purus actus. Eſt itaq; homo
ad imaginẽ & ſimilitudinẽ Dei creatus, quantũ ad animã rationalẽ, quę in parte ſua poteſta
tiua ſuperiori habet memoriã, intellectũ & voluntatẽ, per quas Deo creatori ſuo aſſimilat,
ipſum cõtemplãdo ac diligendo. Et quia per actum magis aſſimilatur Deo, ꝗ per nudas po
tentias, aut per habitus ſolos: idcirco imago & ſimilitudo Dei in anima pręſertim attendi-
tur, ſecundũ ꝗd intellectus & volũtas aĩæ decorãtur nõ ſolũ habitibus, ſed etiam actibꝰ ſuis.
Deniq; aĩa poteſt dici imago Dei, quãtũ ad trinitatẽ perſonaꝝ: & ſimilitudo eiuſdẽ, quãtũ
ad vnitatẽ ac ſimplicitatẽ diuinę eſſentiæ. Quẽadmodũ em̃ in diuinis ſunt tres ꝑſonæ, quaꝝ
vna ac prima à nulla eſt, ſecũda, videlicet filius, eſt à ſolo patre, tertia ab vtroq;: ita in aĩa in-
tellectꝰ actuatur à fœcũda memoria, & volũtas ab vtriſq;. Rurſus, in ſuperiori parte animę,
eſt verbũ internũ ab intellectu ꝓcedẽs, & amor ex volũtate & verbo emanãs. Dicitur quoq;
aĩa ſimilitudo Dei, inquantũ eſt ſimplex, ſpũalis, intellectualis ac immortalis quædã eſſentia
quẽadmodũ Deus. Attẽditur aũt imago Dei in anima, per cõparationem ad increatũ obie-
ctũ. De iſta materia, cũ ſit cõmunis, pertranſeo: hoc tñ adijciens, ꝙ homo ſeu anima dicitur
Dei imago, nõ ꝙ eſſentialiter Dei imago exiſtat, ſed ꝗa imaginẽ Dei ſibi habet impreſſam,
ſicut denarius dicitur imago Imperatoris. Rurſus, vnigenitus Dei filius eſt imago natura- Imago Dei.
lis atq; perfecta æterni patris. Homo aũt ſeu anima eſt imago Dei imitatiua ac imperfecta.
Iterũ, imago Dei in homine, nõ ſolũ conſiſtit in actu cõtemplandi ac diligendi, ſiue in actu 1. Co. 11.
proferẽdi verbũ mentale & actu producẽdi amorẽ, ſed itẽ in aptitudine ad hos actus. Idcir
co in omni homine quãtumuis iniquo & ocioſo, ꝑmanet Dei imago, ſed deformata & plu-
rimũ imperfecta. [Et ꝑſit piſcibus maris, & volatilibus cęli, & beſtijs * terræ, vniuerſęq́ꝫ * cre
aturæ, oĩq́ꝫ reptili ꝗd mouetur ſuꝑ terram]. i. omnibus iſtis ſit dignior, & eis præcipiat, eis
quoq; vtatur ad libitũ, ſecũdũ quod cõgruit ſibi à Deo. Iſtud em̃ cõpetebat homini eoipſo,
quo fuit ad Dei imaginẽ ſimilitudinemq́ꝫ creatus, præſertim ꝗdiu manſit Deo obediens ac
ſubiectus, immo & poſt peccatũ manſit illis ſublimior: ſed in punitionem ſuæ tranſgreſſio-
nis, amiſit dominium ſuper illa, potiſſimũ ſuper ferocia ac ſuper minima quædã ac vilia, ſic-
ut ſunt pulices, vt inobedientiam ſuam miſeriamq́ꝫ aduertat ac defleat. Aliqua tamen ma-
ſerunt ei ſubiecta, propter neceſſitatem vitæ humanæ, & vt penſet quid amiſit in alijs. ¶ Por
ro quod dictum eſt, Vniuerſæ creaturæ, de creaturis corporalibus eſt ſumendum: nam & cę
leſtia corpora in obſequium cunctis gentibus ſunt plaſmata. [Et creauit Deus hominẽ ad
imaginem & ſimilitudinem ſuã.] Per hoc inſinuatur ſummæ trinitatis vnitas ſubſtantialis.
Dicitur autem Deus creaſſe hominem, quantũ ad animã, proprie loquendo de creatione,
quoniã illã fecit ex nihilo: ſed quãtum ad corpus, dicitur eum creaſſe, ſumendo creare ex-
tenſe pro plaſmare ſeu facere: nam infrà habetur, ꝙ formauit hominem de limo terræ. [Ad
imaginem Dei creauit illũ.] Quare hoc addit, quod iam ſatis videbatur expreſſum, niſi ad
cõmendandum dignationem & beneficentiam Dei in hominis inſtitutione, atq; ad incul-
 candum

candũ hoc ipſum memoriæ noſtræ, vt charitatē & pietatē ac munificētiā Dei circa nos perpēdamus, & grati ſimus eidē, propriāq; dignitatē pēſantes, irrationalem vitā abhorreamus.
Deniq; modꝰ iſte loquēdi, eſt frequēs in veteri teſtamēto, ita ꝙ aliquid narraẗ de Deo quaſi
Gen.19. de alio, cũ totũ de eodē dicatur, quẽadmodũ infrà habeẗ, ꝙ Deus pluit ignē & ſulfur à dño.
Verũtñ poſſet in his verbis perſonalis diſtinctio deſignari in Deo. Quãuis enĩ, ſecundũ expoſitores, Deus pater dicat ad filiũ ac ſpm̃ ſanctũ, ſeu trinitas tota ad ſeipſam, Faciamus hominē ad imaginē & ſimilitudinē noſtrã, ita ꝙ pater dicit creaſſe hoĩem nõ ad imaginē filij, nihilo minꝰ dici poteſt, ꝙ homo creatꝰ eſt ad imaginē & ſimilitudinē cuiuslibet diuinæ pſonæ, eo modo quo illi qui trinitatē perſonarũ in Deo nõ credũt, fatenẗ hominem ad Dei imaginē ſimilitudinemq; creatũ. Atq; ad hoc inſinuandũ, poſſet quis dicere nũc eſſe adiectum, Ad imaginem Dei creauit illũ. Vnicuiq; quippe diuinæ & increatæ perſonæ aſſimilatur homo, per memoriã, intellectũ & voluntatē. ¶Quæritur, quare in cæterorũ animaliũ ꝓductione facta ſunt plura indiuidua ſimul, puta duo ad minus in qualibet ſpecie animalis perfecti, cui per vtriuſq; ſexus cõmixtionem cõpetit generare: in creatione aũt ſpeciei humanæ, primo factũ eſt vnũ ſuppoſitũ tantũ. Ad hoc Gloſſa ex Auguſtino reſpõdet, vt humanũ genus firmiori charitatis copula cõſtringatur, dũ ſe totũ ex vno genitũ recordatur. Hinc 12. de Ci-
Auguſt. uitate Dei loquitur Auguſtinus: Animalia bruta, tam ea quæ ſolitudinē diligunt, ꝗ̃ illa quæ in gregibus viuere malũt, Deus nõ ex ſingulis propagauit, ſed plura ſimul iuſſit exiſtere: hominem vero, quem inter angelos beſtiaſq; cõſtituit, ex vno voluit multiplicari, vt cõmendaretur eidē vnitas ſocietatis, vinculum quoq; cõcordiæ & cognationis affectus. ¶Inſup, pro pleniori dictorũ intellectu habēdo quærendũ eſt, cum Deus dicitur creaſſe hominē ad imaginem & ſimilitudinem ſuã, an accipiendum ſit hoc de imagine & ſimilitudine creata, an increata. ¶Ad hoc Bonauētura reſpondet in ſcripto ſecundi diſtinctione 16. Duplex eſt mo
Bonauē. dus exponendi iſtam authoritatem, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinē noſtrã. Vnus intelligendo de imagine increata: alter vero, intelligendo de imagine creata. Primus modus triplicatur: Vnꝰ modus eſt, vt imago & ſimilitudo referãtur ad idē, videlicet ad eſſentiã in tribus perſonis vnã. Secũdus eſt, vt imago & ſimilitudo referanẗ ad perſonam filij tantũ. Tertius modus exponendi eſt, vt imago referatur ad filiũ, ſimilitudo ad ſpiritũſanctũ. ¶Porro alius modus exponēdi eſt, vt intelligatur de imagine creata. Et ille modus ſimiliter triplex eſt. Vnus ſic exponit, vt imago p̄cedat ſimilitudinē. Et dicit ꝙ imago attēditur in naturalibus, ſimilitudo in gratuitis. Secũdus ſic exponit, vt ſimilitudo cõcomitetur imaginē. Et dicit ꝙ imago ſit in potētia cognoſcēdi, ſimilitudo in potētia diligēdi. Tertiꝰ modus eſt, vt imago ſequaẗ ſimilitudinē, qa ſimilitudo eſt in plus ſeu cõmunius ꝗ̃ imago. Et dicit ꝙ ſimilitudo attēdiẗ in natura, hoc eſt, quãtũ ad ea ꝗ̃ ſunt eſſentię in cõmuni: imago in forma, i. quantũ ad propria. Oēs hi modi poſſunt ſecundũ Bonauenturã ſuſtineri. Verũ vt hoc clarius intelligaẗ, introducēda ſunt verba Magiſtri in libro 2. quo ait: Imago & ſimilitudo in hoc loco vel increata intelligiẗ. i. trinitatis eſſentia, ad quã factꝰ eſt homo: vel creata, in qua factꝰ eſt homo, ꝗ̃ homini eſt cõcreta, hoc eſt, cõcreata vel à pricipio ſuę creationis impreſſa. Increatã enĩ imaginē ꝗ̃ Deꝰ eſt, intellexiſſe videẗ Beda, cũ ait, Nõ eſſe vnã imaginē Dei & angelorũ, ſed triũ perſonarũ. Idcirco perſonis diuinis, videlicet filio & ſpirituiſancto, nõ angelis, dicitur: Faciamus hominē ad imaginem & ſimilitudinē noſtrã. Improprie tñ diuina eſſentia imago vocaẗ, quia imago proprie dicitur relatiue ad id, cuius ſimilitudinē gerit, atq; ad ꝗd repræſentandũ peracta eſt. Attñ imago improprie dicitur id, ad quod fit aliud: ſicut exemplũ ꝓprie appellatur, ꝗd ex aliquo ſumitur & formatur: exemplar aũt id, ad ꝗd ſeu ex
1.Cor.4. quo fit aut ſumiẗ aliꝗd. Nihilo minus vnũ pro alio abuſiue interdũ accipitur, ita & minus proprie eſſentia trinitatis vocatur imago. ¶Porro filius proprie dicitur patris imago: ideo quidã hoc loco per imaginē, filiũ intellexerũt: hominē vero nõ imaginē, ſed ad imaginē factũ, dixerũt, quibus obuiat quod ait Apoſtolus: Vir quidem eſt imago & gloria Dei. Alij er-
1.Co.11. go perſpicacius per imaginē, intellexerũt filiũ: per ſimilitudinē, ſpm̃ſanctum, qui eſt ſimilitudo patris & filij. Et ꝗd additur, noſtrã, retulerũt ad ſimilitudinem tantũ: Ad imaginē aũt, putauerũt ſubintelligendũ eſſe, meã. De hac materia ſcribit ibidē & plura alia. Homo itaq; dicitur imago Dei, & ad imaginē eius factus: ſed filius Dei dicitur imago patris, nõ aũt ad imaginē genitus, cũ ſit pfecta & naturalis imago, ꝑ oĩa patri æqualis. [Maſculũ & fœminã creauit eos.] Hoc ꝑ anticipationē eſt dictũ. nõ enĩ creauit Deus tũc niſi virũ, qñ aũt & qualiter fecerit fœminã, ſequenti narraẗ capitulo: ſed ita anticipatiue nũc dicitur virũ fœminãq; formaſſe, qa volebat ſtatim ſubiungere modũ multiplicationis generis humani, quæ fit per cõmixtionē maris & fœminę. ideo ait Gloſſa: Bene hoc loco creati dicunẗ, vt benedictio Dei congrue inducatur. Nã ſubditur: [benedixitq; illis Deus, & ait: Creſcite & multiplicamini.] Circa hoc quęriẗ, qualiter Deus dicaẗ illis benedixiſſe atq; dixiſſe, Creſcite & multiplicamini, cũ fœmina nondũ fuerit facta. Ad ꝗd poterit reſpõderi, ꝙ dicitur eis benedixiſſe, qm̃ be-
n edictio

nedictio data viro, ꝑtinebat ad fœminã, & qm̃ fœmina mox erat plaſmãda, atq; in p̄ſcientia Dei iã fuit. Cõſuetudo ꝗq; ſcripturę eſt, vt frequēter numerꝰ ſingularis ꝓ plurali, & pluralis pro ſingulari ponatur: & item, vt id aſſcribaẗ pluribꝰ, ꝗd vni eorũ eſt cõpetens. Itaq; bñdixit eis, hoc eſt, virtutē, authoritatē, & grãm generãdi matrimonialiter ac virtuoſe cõtulit ipſis. Nã matrimoniũ inter eos inſtituit, ꝑ ꝗd reprobanẗ hæretici ꝗ nuptias dãnãt, nec matrimonialē cõcubitũ credũt poſſe fieri ſine peccato. [& replete terrã] ſemine veſtro, videlicet filijs & filiabus, vtpote paradiſum terreſtrē, ſi nõ peccaueritis: ſin aũt, expulſi inde, replebitis cæteras terras. Nõ ꝙ primi parentes ꝑ ſe immediate repleuerint terrã, ſed ꝑ ſe & poſteros ſuos. [& ſubijcite eã] i. ad cõmoda veſtra vtimini terra. [& dominamini piſcibus maris, & volatilibꝰ cæli, & vniuerſis aĩantibus ꝗ̃ moueнẗ ſuꝑ terrã.] Oĩa enĩ hęc, ſicut iã patuit, fuerũt homini in ſtatu innocētię obediētia & ſubiecta: & eo modo dñabatur eis, ꝗ̃ & p̄fuit eis, iuxta ſenſum expoſitũ. [Dixitq; Deꝰ: Ecce dedi vobis] Quare nõ ait, Ecce do vobis, cũ añ hæc verba nõ legaẗ eis iſta dediſſe? Sed ideo ait, dedi, qa ꝗd nũc actualiter ac p̄ſentialiter dat, in p̄ſciētia ſua dare eis decreuit. Itaq; dedi vobis. i. ad vſum & cõmodũ veſtrũ. [oēm herbã afferentē ſemē] i. habētē in ſe virtutē cauſalē, ſeu ſemē ad ꝓducendũ ſimile ſibi, vt pleniꝰ expoſitũ eſt in ope tertiæ diei. [& vniuerſa ligna] hoc eſt, arbores [ꝗ̃ habent in ſemetipſis ſementē generis ſui] i. rationē ſeminalē vimq; cauſalē, ſeu ſemē aut granũ, ad ꝓducendũ cõſimilia ſibi in ſpecie ſua, ſicut expoſitũ eſt. [vt ſint vobis in eſcã] inquantũ veſtræ naturę cõgruũ fuerit atq; placuerit. Nõ tñ vniuerſa ac ſingula illa cõueniebãt eſui hoĩs, ꝗd patet ex cõſequētibus, nã ſeqtur: [Et cũctis aĩantibꝰ terrę, oĩq; volucri cæli, & vniuerſis quę moueнẗ in terra, & in ꝗbus eſt aĩa viuēs,] hoc eſt, aĩalibus terreſtribꝰ, [vt habeãt ad veſcendũ.] Nõ enĩ ꝑ oĩa eadē erant alimēta hoĩs & brutorũ: idcirco in verbis his reddēda ſunt ſingula ſingulis, vt ſit ſenſus, ꝙ vnicuiq; aĩali dedit Deꝰ iſta aut aliꝗd horũ ad eſum, ſecundũ congruentiã & indigentiã ipſius.
¶Circa quod ꝗdam ſcribit, ꝙ fructus arborũ dedit ad veſcendum hoĩbus, qa infrà habetur, Ge.1.2.3.
Ex oĩ ligno paradiſi comede: Herbas aũt & ſemina earũ, irrationabilibus animalibꝰ. Sed melius dicitur, ꝙ ſicut quædã irrationabilia ex ſua natura veſcunẗ ac veſcebantur tũc etiã quarundam fructibus arborũ, ſic homini in ſtatu innocentiæ naturale fuiſſet veſci aliquibus her
bis ac fructibus terræ, ſicut & nũc eſt. Nec obſtat ꝗd allegatũ eſt, Ex omni ligno paradiſi co- Vſus carnium.
mede. Hoc ꝗppe nõ eſt dictũ ꝑ excluſionē vniuerſarũ herbarũ, ſed magis ad innuēdũ ꝙ fructus arborũ erant ſpeciales cibi ipſius. Ex his trahũt Doctores, ꝙ in ſtatu innocentiæ nõ fuiſſet eſus carnium aut piſciũ, ſed tantũ fructuum arborũ ac herbarum: immo vſus carnium & piſciũ, primo cõceſſus eſt homini poſt diluuiũ. Nam Beda hic ait: Omnis herba & ligna da-
ta ſunt hoĩbus & volatilibus & animãtibus terræ in eſcam. Ex quo patet, ꝙ tunc aĩalia eſu Beda.
animaliũ, hoc eſt, vnũ animal ex carnibus alterius, nõ viuebant, ſed cõcorditer herbis & fructibus veſcebantur. Iterũ ait Beda hoc loco: Ante peccatum hoĩs terra nil noxiũ protulit, nõ
herbam venenatã, nec arborē ſterilem. Veruntamen Albertus quærit, an plantæ ex figura, vt Albertꝰ.
ſpinæ, vel ex humore, vt venenoſæ, fuerint tertio die productæ. Ad ꝗd reſpõdet: Plantæ quæ modo nociuę ſunt, nõ eſſent nociuę, ſi homo nõ peccaſſet: nihilominus eſſent in ſuis figuris atq; humoribus, in quibus nũc ſunt. Sicut nec ignis vreret, nec aqua ſuffocaret, ſi nõ fuiſſet peccatũ: nihilominus ignis eſſet calidus, & aqua humida. Simili modo reſpõdet ad quęſtionē qua ꝗ̃ritur, An aĩalia, ꝑniciοſa & venenoſa facta ſint añ peccatũ originale, vel poſtea tã-
tum. Thomas ꝗq; in prima parte: Spinæ, inqt, & tribuli oriebanẗ in terra, anteꝗ̃ dictum eſt Thomas
homini, Maledicta terra in opere tuo: ſed non in hoĩs pœnam. Attamē verbis Bedę cõſona-
re videtur, ꝗd in Scholaſtica hiſtoria legitur: Ante peccatũ nil noxiũ aut ſterile terra ꝓduxit. Euſebiꝰ.
ſed iſta intelligi poſſunt, ꝙ nõ erãt venenata aut noxia ante peccatum, quantũ ad actum ſeu vſum. ¶Inſuper quæritur: Cur Deus dedit homini quē immortalē cõdiderat, iſta corporea elementa. Reſpõdeẗ, ꝙ immortalitas illa nõ fuit pfecta, nec talis ꝗ̃lis poſt reſurrectionē commnunē ſperaẗ, videlicet neceſſitas nõ moriendi, ſeu impoſſibilitas moriēdi: ſed erat talis, ꝙ poterat nõ mori, & niſi peccaſſet, mortem nõ incurriſſet. Talis aũt immortalitas erat cibis ſuſtentanda, ꝗuſq; ad meliorē ſtatũ ac vitã perduceret. ¶Quærit præterea Beda: Qua vtilitate accepit homo dominiũ ſuper animalia cætera, & ad quos vſus, ſiue ad ꝗ̃ ſolatia ſunt homini hæc ꝓducta. Reſpondet, ꝙ qa Deus præuidit hoĩem peccaturũ, fecit illa ad vſum eius fu-
turũ, vt eſſent ei in alimentum, indumentũ, & laboris auxilium. ¶Auguſtinus etiã quærit: Cũ Auguſt.
homo ad Dei imaginē ſit creatus, cur de eo dictum non eſt, Vidit Deus ꝙ eſſet bonũ, ꝗd tñ de beſtijs dictũ eſt? Reſpõdet: Forſitan ideo, qa p̄ſciuit eum ſtatim caſurũ, nec in imaginis ꝑfectione manſurũ. Poteſt & alia ratio dari, quia videlicet non ſufficiebat eſſe virũ ſolum. Propter ꝗd infrà habeẗ: Non eſt bonum eſſe hoĩem ſolum, faciamꝰ ei adiutoriũ ſimile ſibi. ¶Amplius circa illud, Maſculum & fœminã creauit eos, recitat Lyra, ꝙ propter verba illa quidã Hebræi dicũt, primum virũ ac mulierem, in ſpecie humana eſſe ſimul formatos, eorumq; corpora ſic in lateribꝰ fuiſſe coniũcta, ꝙ reddebãt vnum cõtinuũ: poſtea vero diuina virtu-

 te eſſe

citur ſatis euidẽter, vtrum aut ꝗ modo ſeu ordine creati ſint angeli: ſed ſi ꝑtermiſſi nõ ſunt,
ſignificati ſunt nomine cæli, cum dictum eſt, In principio creauit Deus cælum & terrã. Vel
Angeli Gene. 2. potius nomine lucis, de qua legitur, Dixit Deus, Fiat lux. Quod autem prætermiſſi nõ ſint,
hinc puto, quoniã ſcriptum eſt, Deum requieuiſſe die ſeptimo ab omnibus opibus ſuis quæ
fecit, cũ liber Geneſis ita exorſus eſt, In principio fecit Deus cælum & terrã, ita vt ante nil
videatur feciſſe. Cũ ergo à cælo & terra inceperit, & terra inuiſibilis & incõpoſita fuerit, lu-
ce ꝗꝗ; nõdũ facta tenebræ fuerint ſuper faciẽ abyſſi .i. ſup ꝗndã indinſtictã cõfuſionẽ terrę
& aquæ, deinde ſi oĩa diſpoſita ſunt, quæ p ſex dies facta narrantur: quomodo angeli præter-
mitterentur, quaſi nõ eſſent in opibus Dei, à quibus die ſeptimo requieuit? Si igitur angeli
pertinent ad opera Dei hoꝝ dieꝝ, ipſi ſunt lux quæ dies vocata eſt: ad cuius diei vnitatẽ cõ-
mẽdandam, nõ eſt dictũ, dies primus, ſed, dies vnus. Nec alius eſt dies ſecundus, vel tertius,
aut cæteri: ſed idem vnus dies repetitus eſt, ad implendum ſenarium aut ſeptenariũ numeꝝ,
vtpote propter ſenarium opeꝝ, & ſeptenarium quietis diei. Cum eñ dixit Deus, Fiat lux, &
facta eſt lux. Si in hac luce recte intelligit angeloꝝ creatio, facti ſunt vtiꝗ; participes lucis
æternæ, quæ eſt incommutabilis ſapientia & vnigenitus filius Dei, vt ea luce illuminati, qua
& creati, ſint & ipſi lux, non in ſe, ſed in Deo: nec prius tempore angeli tenebræ erant, ſed ſi-
mul vt facti ſunt, lux facti ſunt, vt ſapiẽter beateꝗ; viuerẽt. Illi equidẽ angeli ſancti nõ p ver-
ba diſcunt, ſed per ipſam incõmutabilis veritatis præſentiã. Melius eñ ſciunt creaturã in ſa
pientia Dei quàm in ſeipſa: immo & ſeipſas melius in ſapientia & verbo Dei, quàm in ſei-
pſis. Veruntamẽ & in ſeipſis cognoſcũt ſe, quoniã facti ſunt. In Deo ergo cognoſcunt ſe tan
quam diurna cognitione, in ſeipſis vero tanꝗ notitia veſpertina ¶ Multũ eñ differt, an ali-
quid cognoſcatur ea ratione, qua factũ eſt, an in ſeipſo. Sicꝗ; opera ſex dieꝝ aliter cogno-
ſcunt ab angelis ſanctis in Deo, aliter in ſeipſis, quæ opa cum ad laudem venerationẽꝗ; crea
toris referuntur, tanquam mane luceſcit in mentibus contẽplantium. Hæc aũt opera, pro-
pter ſenarij numeri perfectionẽ, facta narrantur ſex diebus, hoc eſt, eodem die ſexies repeti-
to: ꝗniam per ſenarium numeꝝ ſignificata eſt perfectio opeꝝ. Numerus eñ ſenarius pri-
mus cõpletur, hoc eſt, ſexta parte ſui, & tertia atꝗ; dimidia, quæ ſunt vnum & duo ac tria: ꝗ
in ſummã ducta, ſex fiunt. In quo numero perfecit Deus opa ſua. Hinc ratio numeroꝝ ſper
nẽda nõ eſt, qui in multis ſcripturaꝝ locis quàm magni exiſtimetur, conſtat intuentibus di
Sap. 11. ligẽter, nec fruſtra in laudibus Dei dictum eſt, Omnia in menſura & numero & põdere diſ-
poſuiſti. Porro, in ſeptimo die, hoc eſt, eodem die ſepties repetito, qui etiam numerus alia
ratione perfectus eſt, Dei requies cõmendatur. In qua primo ſanctificatio ſonat, ita Deus no-
luit iſtũ diẽ in vllis ſuis ſanctificare operibus, ſed in requie ſua, quæ nequaꝗ veſperã habet, cũ
non ſit res creata. De ſeptenarij quoꝗ; numeri perfectione plurima dici poſſent, de quo ſuffi
ciat dicere, ꝙ ternarius eſt primus numerus totus impar, quaternarius aũt totus par, ex qui
bus duobꝰ ſeptenarius cõſtat, idcirco pro vniuerſitate multoties ponit. Hæc oĩa ſumpta ſunt
ex diuerſis capitulis vndecimi libri de Ciuitate Dei. Ex quibus patere poteſt intentio Augu
ſtini, & qualiter primũ libri Geneſis capitulũ intelligat: nempe cũ dicitur, In principio crea
uit Deus cælum & terram: per cælum intelligit naturã angelicam, ſeu angelos vniuerſos ſe-
cundum ſe conſideratos, & quaſi informes, hoc eſt, vt nondum ad creatorem conuerſos. Per
terram vero, intelligit materiam primam omnino informem, ab omni forma abſtractam,
non quòd vnquam fuerit ſic abſtracta realiter, aut aliquo tempore ante omnem formam,
ſed ſolum prioritate naturæ, ſicut ſonus eſt prior voce, & vox verbo. Eandem demum mate
riam dicit ſignificatam nomine abyſſi & aquæ. Et dicit quòd Moſes rudi populo loquẽs ex
preſſit materiam illam informem per nomina reꝝ iſtarum notarum. Materiæ etenim com
Materiæ proprietates tres petit triplex proprietas. Prima eſt retinere, & ita deſignatur per terram. Secunda eſt recipe-
re, & ita deſignatur per aquam. Tertia eſt carere omni perfectione formali & actuali, & ita
vocatur abyſſus, ab à quod eſt ſine, & baſis, quaſi ſine baſe aut fundamẽto ſubſiſtẽdi. Vel ab
à & byſſus, quod eſt genus candidiſſimi lini, quaſi ſine candore & perfectione. Hæc quo-
que materia erat in ſe inanis, vacua, tenebroſa. Nunquam tñ realiter extitit ſine luce, ſecun-
dum Auguſtinum, qui dicit ſolem in exordio perfecte productum. Deinde cum dicitur, Fi
at lux: per lucis productionem, intelligit angelorum formationem, & conuerſionẽ ad crea
torem, vt ante expoſitum eſt. Præterea, dum firmamentum ſcribitur ſecunda die factum,
non intelligitur alia dies ſecundum iſtam poſitionem, cum omnia opera ſex dierum ſimul
facta exiſtimet, & omnes dies illi ſint vnus dies, iuxta ſenſum nunc introductum. Pręterea,
dum aqua legitur tertia die congregata, apparuiſſeꝗ; arida, non eſt intelligendum ſecun-
dum hanc viam, ꝙ aqua vnquam operuit totam terram, aut tunc ab elemento terræ remo
ta ſit, ſed ꝙ tunc informi materiæ impreſſa eſt forma ſubſtantialis aquæ, per quam aqua ſu-
um naturalem motum ſortitur, quod item alteri parti eiuſdem materiæ impreſſa eſt for-
ma ſubſtantialis terræ, per quam competit terræ, eſſe & videri quod eſt. Simili modo
exponit

exponit de firmamento, non ꝙ informitas formationem ſecundũ tempus præceſſit. ¶ Inſu-
per cum tertio die legitur dictum, Producat terra herbam &c. exponit Auguſtinus cau-
ſaliter, ita ꝙ tunc data eſt terrę virtus ꝓpagandi ſilia ex ſimilibꝰ, cũ prima die productæ ſint
plãtę, ſicut & aliæ ſpẽs reꝝ. Nã & infra habet: Iſtę ſunt gñationes cæli & terrę in die qñ crea- Gene. 2.
tæ ſunt, in die ꝗ fecit Deus cælũ & terrã, & oĩe virgultũ antequã oriretur in terra. Nihilomi
nus ſecundũ Auguſtinum, totum iſtud ſimul peractum eſt, cum tertius dies nõ ſit poſterior
primo per ſucceſſionem. Deinde cum luminaria & ſidera facta narrantur quarto die, intel-
ligit hoc, quantũ ad relationem angelicæ cognitionis ad hoc quartũ genus operis Dei, ꝗd
tñ prima die diſtincte productum eſt. Rurſus, dum quinto die piſces & aues facti referũtur
ex aqua, exponit cauſaliter, ſicut de productione plantarum ex terra, ita quòd iuxta Augu-
ſtinum, quarta die data eſt aquæ virtus cauſalis ad ꝓductiõem pręfatam, ꝗd tñ realiter factũ
eſt ſimul ſecundum eum. Et idem dicendũ de opere ſextæ diei. Si aũt quis cape nequeat iſta,
audiat Auguſtinum ſuper Geneſim, ſic loquentẽ: Cum audis tunc oĩa facta eſſe ſimul, illã ſe- Auguſt.
nariam repetitionem ſine interuallis tempoꝝ factam appręhende, ſi potes: ſi vero nõ potes,
relinque hæc appræhendenda eis qui poſſunt, tu aũt profice cũ ſcriptura, tuę infirmitati de-
ſeruiente, atꝗ; materno inceſſu tecum tardius ambulante, quæ ſic loquit, vt ſuperbos altitu- Gregor.
dine ſua irrideat, profunditate ſua attẽtos ꝑterreat, veritate magnos paſcat, affabilitate par-
uos enutriat. Vnde ſecundũ Gregorium, ſcriptura ſacra eſt fluuius, in quo peditat agnus, na Augu:
tatꝗ; elephas. ¶ Veruntamẽ huic expoſitioni Auguſtini nõ immoror, ꝗniam ꝓpter motiua
ſeptimo articulo tacta, ei cõſentiẽdũ nõ reor, ſed ſicut Auguſtinus multũ ſobrie, & abſꝗ; oĩ
incauta aſſertione ipſam deprõpſit, ſic reuerenter tractãda eſt, nõ indecẽter ab aliquo reſpu-
enda: ꝑſertim quia ꝑutilis eſt ad defendendũ ſcripturã ab irriſiõe perfidoꝝ, in proprijs ocu-
lis ſapientũ, ꝗſi ſenſum Dei cognoſcant, cum propriæ præſumptiõis excæcati ſint tenebris.

¶ De ſpirituali ac myſtica huius capituli expoſitione. Art. XVI.

Scriptura ſacra fœcũdiſſima eſt, & multiplicẽ parit ſenſum: atꝗ; hiſtorice geſta, ſpiritua
lẽ cõtinent intellectum. Quẽadmodum ergo creator in principio, hoc eſt, in vnico ver-
bo ſuo, & in exordio ſeculoꝝ fecit cælũ & terrã, ſic in principio fecit angelos electos &
ſanctos qui deſignãt per cęlũ, & angelos malos qui deſignãt p terrã, qa à ſummo bono auer
ſi, ad vanitatẽ ac vilia ſunt cõuerſi, & meruerũt ſub terra recludi. Vnde & Hieremias loquit
Deo: Recedentes à te, in terrã ſcribent. Et ꝗuis Deus nõ fecerit eos malos, ſed propria volun Hier. 17.
tate auerſi ſint, attamẽ fecit eos, quantũ ad id quod ſubſtantialiter ſunt. Itaꝗ; ſicut Deus in
principio ſimul creauit ſumma & infima, cæleſtia & terrena, ſpiritualia & corporalia: ita in
principio ſimul cõdidit prædeſtinatos atꝗ; præſcitos, electos ac reprobos, vaſa miſericor- Rom. 9.
diæ, vaſaꝗ; iræ. ¶ Inſuper ab exordio primæ ætatis mundi, creauit hoĩes quoſdã electos, ſpi
rituales ac virtuoſos, qui deſignant per cælum: hoĩes quoꝗ; carnales ac reprobos, qui expri-
mũtur per terrã. Ab initio etenim, boni & mali cœperũt eſſe permixti. Rurſus quẽadmodũ
Deus creauit ſpecies vniuerſi, videlicet angelos, cæleſtia corpora, elemẽta & mixta, in multi
plici varietate ac ordine naturaliũ perfectionũ: ita in angelis primo, deinde in hoĩbus po-
ſuit ſupernaturalia dona gratiæ ac virtutũ, in multiformi gradu, diſtinctiõe, & ordine imꝑ-
ſcrutabili. Terra aũt erat inanis & vacua. Terra iſta, myſtice eſt homo terrenus vel carnalis,
qui ſibijpſi relictus, & ſecũdũ ſe cõſideratus, vanus, deformis, & vacuꝰ eſt, vtpote ornatu vir
tutũ priuatus, & ſpiritualibus gratijs deſtitutus. Propter ꝗd dixit Chriſtifera virgo: Diuites Lucę 1.
dimiſit inanes. Sapiens quoꝗ;: Vani ſunt oẽs ꝗbus nõ ſubeſt ſciẽtia Dei. Et tenebræ erant ſu- Sap. 13.
per faciẽ abyſſi: hoc eſt, ignorantiaꝝ & vitioꝝ caligo operuit corda humana, ꝗuſꝗ; Deus ea
illuminauit, immo vſꝗ; ad Chriſti aduẽtũ & euãgelicæ legis ꝓmulgationẽ, tenebræ pro ma
xima parte dominabant hoĩbus. Propter ꝗd in Actibus loquit Paulus: Tẽpora prioris igno Acto. 17.
rantiæ deſpiciẽs Deꝰ, nũc annũciat hoĩbus, vt oẽs vbiꝗ; pœnitentiã agant. Et ſpiritus dñi fere
batur ſuper aquas. Quẽadmodũ in Apocalypſi habet, Aquæ multæ populi multi. Vnde & Apo. 17.
Salomon: Mitte, inquit, panẽ tuum ſuper tranſeuntes aquas. Itaꝗ; ſpiritus dñi ferebat ſuper Eccle. 11.
aquas, qñ libere quoſdam hoĩes gratioſe cõuertit ad ſe, & inſtabilia corda eoꝝ, inſtar aqua
rũ peccando labentia ac defluentia, ſolidauit per gratiaꝝ chariſmata. Optimum quippe eſt
gratia ſtabiliri cor. Ideo dicit Apoſtolus: Abundãtius oportet nos obſeruare ea quę audiui- Heb. 13.
mus, ne forte pereffluamus. Dixitꝗ; Deus, Fiat lux. Hoc dixit ac adimpleuit, quando electo- Heb. 2.
rũ corda cœpit deſuper illuſtrare, & lucẽ miſerationũ ſuaꝝ multiplicare ac mirificare in
eis, quia in omni mũdi ætate fuerũt ſemper aliqui boni. Diuiſitꝗ; lucẽ à tenebris, hoc eſt, iu-
ſtos à peccatoribus, & electos à reprobis: illos miſericorditer vocãs, viſitãs, & informans,
iſtos iuſte relinquẽs: Appellauitꝗ; (Deus) lucẽ diẽ. Hæc quippe lux gratiæ, fides, ſeu cognitio
propriæ culpæ, infuſio quoꝗ; doni ſapiẽtiæ, & contẽplatio diuinoꝝ, eſt pulcherrimus dies Rom. 13.
mẽtis, de quo loquitur Paulꝰ: Dies aũt appropinquauit. Et Eſaias: Erit dies ex die. Et tene- Eſa. 66.
bras noctem. Vitia eñ, nox cordis ſunt. Hinc impijs ſemper nox eſt. Oĩs eñ qui male agit,
odit

odit & fugit lucē. Via vero & vita impioꝝ tenebroſa. Hinc iuxta Apoſtolū, Qui dormiūt,
vtpote negligētes, nocte dormiūt: & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt. Niſi em̄ nox ignorātiæ
Ioan. 3. ſeu inaduertētiæ, aut peccati obfuſcaret corda eorū, torporem & immoderantiam penitus
Prou. 4. abhorrerēt ac deuitarent. Factū'q; eſt veſpere & mane dies vnus. Veſpera lucis pfatæ, dici po
1. Theſ. 5. teſt ceſſatio ab actu virtutis & gratię. Non em̄ poſſumus in hac vita ſine interruptione Deo
vacare, aut actualiter ſemp virtuoſis operibus occupari. Mane vero, eſt renouatio aut repe-
titio actus virtuoſi, ad tēpus intermiſſi: quod dum agim⁹, cōpletur in nobis dies vnus inte
rior. Dixit quoq; Deus: Fiat firmamentū in medio aquaꝝ, & diuidat aquas ab aquis. Firma-
Grego. mentū iſtud eſt eccleſia electoꝝ, quæ, teſte Gregorio, ab Abel iuſto cœpit, quæ diuiſit inter
aquas & aquas, videlicet inter diuerſas nationes & gētes, quas dijudicauit & ſeparauit ab in-
uicē, & quoſdā cōuertit, incorporauit'q; ſibi. Diuiſit quoq; inter aquas quæ ſupra ſe ſunt, &
eas quæ infra ſe ſunt, i. inter diuinā ſcripturā & ſupernaturalē ſapientiā atq; angelicam illu-
minationē, & inter ſeculares philoſophicas'q; ſciētias, ſeu hæreticoꝝ documēta nefaria, &
ſuperſtitioſas ac falſas doctrinas. In quibus oībus ſeparauit precioſum à vili, verū à falſo, am
Hier. 15. plectēs vera atq; ſalubria, & reprobās falſa item'q; inania. Vnde hortaſ Apoſtol⁹: Doctrinis
Heb. 13. varijs & peregrinis nolite abduci. Et, Nemo vos ſeducat per philoſophiā & inanē fallaciā.
Coloſ. 3. Qui etiā de eccleſia cōteſtatur ad Timotheū: Quæ eſt colūna & firmamentū veritatis. Eccle
1. Tim. 3. ſia nāq; (vt ait Chryſoſtomus) fortior ac ſolidior eſt cęlo & terra. Ipſa em̄ eſt dom⁹ quā ſibi
Chryſo. ædificauit ſapiētia, & firmauit colūnis ſeptē. i. ſeptē donis ſpūſſancti, vel poti⁹ vniuerſis do-
Prou. 9. nis ac gratijs Dei, quia per ſeptē vniuerſitas deſignaſ. Tunc factus eſt ſecūdus dies, videlicet
cōfirmatio cordiū humanoꝝ in fide catholica, ſine qua nemo vnq̄ quiuit ſaluari. Et voca-
uit Deus firmamentū cælū. Non ſolū eccleſia, ſed & quilibet iuſtus, diſcretus ac ſapiēs, q pr̄ę-
fato modo inter aquas & aquas diſcernit, cælū ſeu homo cæleſtis vocari mereſ. Qui em̄ bi-
Eccle. 15. berit de aqua quā Chriſtus ꝓpinat, de aqua vtiq; ſapiētiæ ſalutaris, & intellectū ſuū defigit
Coloſ. 3. in arduis & excelſis, ſola cæleſtia pēſans, atq; in lege Dei iugiter meditās, & iuxta Apoſtolū,
q̄ ſurſum ſunt quęrēs ac ſapiēs, talis rite cælū dignus eſt appellari, & approbaſ à Deo, quēad
modū ſcriptū eſt: Vidit Deus ꝙ eſſet bonū. Dixit vero Deus: Cōgregenſ aquæ quæ ſub cęlo
ſunt, in locū vnū, & appareat arida. Aquæ iſtæ cælo inferiores, ſunt (iuxta prætacta) falſæ do
ctrinæ, errores, curioſitates ac vitia, & etiā homines vitioſi ac infideles: quæ oīa ſunt ab ec-
cleſia Dei tollēda, atq; in locū vnū trudēda, arctāda & coercēda, vt aqua lachrymaꝝ mergā
tur, & igne pœnitētiæ cōburanſ, ſeu cū principe tenebraꝝ deſcendāt in tartarū. Deniq; lo-
cus aquarū iſtarū, eſt eccleſia malignantiū, & præſens ſeculū nequā. His itaq; aquis remotis,
apparet arida, hoc eſt, eccleſia Dei à vitiorū fluuijs deſiccata, & ab humore cōcupiſcētię are
facta, quæ tūc alijs pbet virtutū exēpla. Sic quoq; quilibet noſtrū debet aquas iſtas à ſe toto
Pſal. 17. conatu abijcere, pœnitēdo & iuſte ac timorate viuendo, ne cum puerſis peruertatur & erro-
ribus implicetur, quatenus ita appareat arida. i. bona cordis ſui terra, in qua ſemē Dei fru-
Lucæ 8. ctificet, immo ortū, faciat centuplū fructū. Hæc, inquā, appareat, hoc eſt, exēplaris atq; con-
ſpicua fiat, & corā Deo irrepræhenſibilē ſe præſentet. Et vocauit Deus aridā terrā. Quēad-
modū arida, nuncupata eſt terra, quaſi pedib⁹ trita: ita etiā militās eccleſia & quilibet iuſtus,
rite diciſ terra, quia diuerſis tribulationibus modo ſubijcitur, atq; ab impijs multoties cōcul
caſ. Cōgregationes aūt aquarū maria ſunt vocata. i. cōuenticula iniquoꝝ & collectiones er-
rorum ac vitiorū, inquietudine, turbulētia & amaritudine ſunt repleta, etiā ſi ad tēpus vide-
antur aliqd ſuauitatis habere. Et ait: Germinet terra herbā virentē & facientē ſemen, & li-
gnū pomiferū. Excluſis vitijs, eccleſia & anima pia producit flores dulciſſimos atq; virentia
gramina, vtpote meditationes ſalubres, virtuoſas affectiōes & opera bona: virtutes quoq;
& dona ſpūſſancti, tanq̄ arbores fœcundæ, plātantur & oriuntur in ea. Cum'q; alios cōuer-
tit ad dn̄m, producit ligna pomifera. Quēadmodū em̄ iniuſti ſunt arida ligna, ſic iuſti ſunt
Pſalm. 1. ligna fœcūda, quę plātata ſunt iuxta decurſus aquaꝝ. Fiant luminaria in firmamēto cæli. Lu
minaria ſunt boni prælati, ſancti Doctores, & oēs contēplatiui atq; perfecti. Stellæ aūt ſunt
Lumina oēs eccleſiæ filij, q fide, ſpe & charitate rutilāt. Præſertim vero p duo magna luminaria, in-
ria quid telligunſ duæ poteſtates eccleſiæ, puta Papalis, quę eſt luminare mai⁹: & Imperialis ſiue re-
galis, q̄ eſt luminare minus, quanq̄ luminare minus accipi poſſit epiſcopalis autoritas. Extrē
ſius q̄q; loquēdo, luminare maius eſt poteſtas ſpūalis: luminare minus, poteſtas ſecularis, q̄
& p duos gladios deſignātur. Spūalis vero poteſtas præeſt diei, vtpote clero, ſecularis nocti
i. vulgo. Rurſus luminare maius eſt euāgelica lex, ſeu noui teſtamēti ſcriptura, q̄ pēeſt diei. i.
plebi ac tēpori gratię. Luminare minus, eſt vetus teſtamētū, q̄d præerat nocti. i. populo ſyn-
Rom. 13. agogæ, in qua oīa erāt velata. Vnde dixit Apoſtolus: Nox præceſſit, dies aūt appropinqua-
uit. Deniq; luminaria iſta, præcipue ſpiritualis ac Papalis poteſtas, ſunt in ſigna: quia inſinu
ant ſubditis qd agere debeāt, & oculi ſubditorū dirigunſ in eos quaſi in ſignū, & poſiti ſunt
in ſigna quibus obediaſ, quanq̄ nunc eis cōtradicatur à multis. Sunt item in tēpora & dies
& annos

& annos, qm̄ multa inſtituūt, quæ ſingulis annis, certis dieb⁹, & præfixis tēporibus obſeruen
tur, videlicet feſta, ieiunia, & cōſimilia. Quinto die ꝓduxit aqua piſces & aues. i. eccleſia per
fontē baptiſmi regenerauit ac peperit Chr̄o hoīes quoſdā, qui in tribulationibus & pſecu- Philip. 3.
tionibus quaſi in aqua natāt, & quoſdā inſtar auiū aſſcendētes ad ſuperiora p cōtemplatio-
nē, quoꝝ cōuerſatio eſt in cælis. Creauit'q; Deus cete grādia. Hoc fecit vbertim, dū baptiza
tis tantā cōtulit gratiā, ꝙ creuerūt in viros ſublimes, in omni aduerſitate tribulatione'q; pa-
tientes, qui in afflictionibus, correptionibus atq; ieiunijs, quaſi in om̄ibus diuitijs gloriatur.
His demū benedixit Deus, vt creſcāt & multiplicentur. i. gratiā ſibi cōceſſam, in alios admi
niſtrent, & numero ac merito augeātur. Sexto die terra produxit iumenta, beſtias atq; re-
ptilia. Eccleſia quippe nō ſolū parit homines obediētes & obſequioſos, qui per iumenta ſi-
gnanſ: ſed itē feroces, q ſignātur per beſtias: & auaros, q tanq̄ reptilia terrenis adhærent: q̄s
t̄n eccleſia nō parit, quantū ad mala hæc. Poſſunt etiā beſtiæ & reptilia exponi in bono, in-
telligēdo per beſtias eremitas & anachoretas, q oēm ſocietatē, præſentiam'q; humanā vitan
tes, inſtar feraꝝ in latibulis ſolitudinū & vaſtitate eremoꝝ ſunt cōmorati. Rurſus beſtiæ di-
ci poſſunt hoīes imperfecti, q à beſtialibus motib⁹ adhuc infeſtātur, præſertim qui ad iram,
impatientiā, indignationē, amaritudinē'q; procliues ſunt. Reptilia vero accipi poſſunt ru-
des, indocti & materiales, q ſe ſuper ſe leuare non didicerūt, ſed in ſenſibilibus detinentur,
q̄uis deſiderent & conentur Deo placere, qui in ſtatu ſunt incipientium. Nihilo minus per
reptilia poſſunt humiles deſignari, q ſeipſos inaniter non extollunt, ſed circa propriæ defe-
ctuoſitatis & conditionis ac culpæ conſiderationem verſantur, quaſi in terra repentes.

¶Solutio quarundā quæſtionum circa capitulum iſtud. Art. XVII.

QVanuis veraciter ſcriptū eſt, Quis cognouit ſenſum dn̄i? aut qs cōſiliarius eius fuit? at- Eſaię 40.
t̄n quæri poteſt, cur Deus nō ꝓduxit oīa ſimul diſtincte, ſed per ſex dieꝝ ſucceſſionē. Rom. 11.
Ad hoc vtiq; poſſunt cauſę rationabiles aſſignari. Prima eſt, vt per hoc clariſſime de-
mōſtraret, ꝙ nō neceſſitate naturæ, ſed liberrima voluntate ſit reꝝ cauſa: vnde nec ab æter
no cōdidit mundū. Alia cauſa eſt, qm̄ ſicut Deus creauit oīa corporalia propter hoīem, ſic
voluit vt modus creatiōis eoꝝ eſſet ad hoīm informationē perutilis: q̄d potiſſime factū eſt
per hoc, ꝙ per ſenariā ſucceſſionē dieꝝ, res creatę cōpletæ ſunt. Ex hoc nanq; oſtenditur, ꝙ
oporteat hominē paulatim proficere, & oēm diſtinctionem, ornatum'q; gratiæ ac virtutū
expectare à Deo. Deniq;, ex hoc ipſo mōſtratur, quantū interſit inter aīam virtutibus ordi-
natā, & aīam vitijs deordinatā atq; cōfuſam. Rurſus, per hūc modum producēdi hæc om̄ia,
dedit nobis creator exemplū cōſulte ac moderate, nō repente aut quaſi improuiſe ſeu pręci
pitāter agēdi. Iteꝝ, vt ſuo exēplo doceret nos ſex diebus operari, & ſeptima die, ſeu die ei
ſuccedēte, in Deo quieſcere, & ſolis diuinis vacare. Secūdo quæritur circa hoc, q̄d circa prę-
ſens capitulum communiter dicunt expoſitores, videlicet ꝙ Plato poſuit tria increata re-
rū principia, ſ. Deū, ideam, & hylen, ſeu materiā primā: Ariſtoteles vero duo, puta materiā,
& ſpeciē ſeu formā, & tertiū quod operatoriū dicitur ſeu effectiuū, vtpote Deū. Et iſtud in
principio ſecūdi Sententiaꝝ habeſ. Vnde in principio Hexaemerō ſcribit Ambroſius: Mi Ambro.
ror tantū opinionis aſſumpſiſſe hoīes, vt quidā eoꝝ ponerēt tria principia oīm, vt Deum &
exēplar atq; materiā, ſicut Plato & diſcipuli eius, & ea aſſererēt eſſe increata & incorrupta:
Deū q̄q; nō tanq̄ creatorē materiæ, ſed tanquā artificē, ad exēplar. i. ideam intendēdo feciſſe
mundū de materia quā hylen appellāt. Quæritur ergo, an Plato hæc dixerit. Et apparet ꝙ
immo, ex his quæ loquiſ in Timęo, & quia ſancti patres atq; Doctores catholici iſtud ei im
ponūt. Sed videſ contrariū, qa in primo Timęi vocat Deū mūdi conditorē, & ponit ꝙ vnus
ſit mūdus, qa ab vno exēplari cōditoris ſui ꝓfluxit. Pręterea doctrina Platonis eſt, ꝙ quicqd
boni eſt in toto vniuerſo, à primo ſummo & eſſentialiter bono p participationē manauit.
Inſup decimo de ciuit. Dei aſſerit Auguſtinus: Platonici dixerūt, mundū & deos & aīas ra-
tionales, Deo coæterna, & t̄n ab ipſo Deo eſſe creata, ponētes exēplū: ſi pes ab æterno ſtetiſ-
ſet in puluere, veſtigiū eſſet ei coæternū, & t̄n ab ipſo cauſatū. Iteꝝ Plato apertiſſime docuit,
oēm multitudinē rerū ab vno eſſe principio: ergo non poſuit niſi vnū principiū ſimpliciter
primū. ¶Ad iſta arbitror reſpondendū, quia vt ait Auguſtinus in libro de Ciuit. Platonis Auguſt.
ſentētiæ de altis & arduis rebus, nō faciliter perſpiciunſ ſeu nō clare intelligūtur. Ampli⁹ di
co, ꝙ Plato poſuit vnū ſummū & verū Deū in ſeipſo æternaliter inuariabiliter'q; perfectum
& infinitū, & oīa ſapienter agentē ſecundū exemplares rationes in ſeipſo cōtentas, nec reſpi Plato.
cere ad exēplar ab alio elaboratū, aut extra ſe poſitū. Veruntn̄ verū eſt, ꝙ ponebat ideas ex-
tra mentē diuinā: ſed q̄liter, & quid dixerit eas habere à ſummo bono, & qualiter intende-
rit dicere, ꝙ informis illa materia ſeu elementoꝝ cōfuſio pręceſſerit eoꝝ formationem, dif
ficile eſt reſolute exprimere. Att̄n reor, quod iuxta Platonis doctrinā, etiā ipſa hyle ſeu pri-
ma materia, & quicquid eſt citra ſummū Deum, ab ipſo ſummo Deo proceſſerit. Nempe vt
Thomas in cōmento ſuo ſuper librū de Cauſis fatetur, Proclus Platonicus in Elemētatione

ſua Theologica, mentẽ Platonis magiſtri ſui plene expreſſit. Proclus aũt trigeſimoquarto
theoremate ſuæ Elementationis effatur: Oĩe q̊d ſecundũ naturã cõuertitur, ad id facit con
uerſionẽ, à quo & proceſſum propriæ ſubſiſtẽtiæ habet. Deinde in explanatiõe propoſitio-
nis oſtendit, ꝙ ſicut oĩa ad primũ principiũ cõuertunt, ita ab ipſo eſſe ſortita ſunt. Vnde ibi-
dẽ cõcludit: Ex his itaq; manifeſtũ, quod appetibile oĩbus eſt intellectus, & ꝓcedunt oĩa ab
intellectu, & totus mũdus ab intellectu ſubſtantiã habet, & ſi perpetuus ſit, nõ propter hoc
procedit, q̃a ꝑpetuus: neq; eñ propter hoc nõ eſt cõuerſus, q̃m ſemꝑ eſt ordinatus. Sed &
ꝓcedit ſemper, & conuerſus eſt ſemꝑ. Rurſus aſſerit Proclus: Oĩs multitudo fœcunda eſt ab
vno. Et denuo: Oĩa, inquit, qualitercunq; participãtia bono, præcedit quod primo bonum,
& q̊d nihil aliud eſt q̃ bonũ. Præterea, quod & prima materia iuxta Platonẽ à Deo manaue-
rit, pãdit Proclus theoremate 95. in cuius cõmento ait: Propter q̊d extremũ entiũ eſt ſimpli
ciſſimũ, ſicut & primũ, q̃a à ſolo primo ꝓceſſit. Per extremũ equidẽ entiũ, intellexit primã
materiã, q̊d denuo in alterius ꝓpoſitionis cõmento fatet: Ex his, inquiẽs, manifeſtũ, propter
q̊d materia ex vno ſubſiſtẽs, expers eſt ſecundũ ſe ſpeciei entis: materia quidẽ oĩm exiſtens
ſubiectũ, ex oĩm cauſa ens ꝓceſſit. Præterea de Ariſtotele certũ eſt, quod dixit, à primo ente
oĩbus deriuatũ eſſe & viuere. Vnde in libro de ſubſtãtia orbis, apertiſſime aſſerit Cõmenta-
tor, quod nunq̃ fuit intẽtio Ariſtotelis, dicere ꝙ Deus eſſet cauſa cæli ſolũ quãtũ ad cõſerua-
tionẽ aut motũ ipſius, ſed etiã quo ad cæli ſubſtantiã. ¶ Amplius, q̃a ꝑ cælũ quidã intelligũt
naturã angelicã ſeu angelos, breuiter quærit, an angeli ſint creati in gratia gratũ faciente, &
charitate: Et itẽ, an fuerũt creati ante mundũ ſenſibilẽ. Ad primũ hoꝝ dicendũ, quod ſicut
Doctores ſcribũt ſuꝑ ſecundũ Sentẽtiaꝝ, de hoc ſunt duę opiniones, nec eſt certitudo quid
circa hoc veri⁹ ſit. Auguſtin⁹ nãq; in plurib⁹ locis videt ſentire, quod fuerũt creati in g̃ra, ita
ꝙ De⁹ ſimul in eis creauit naturã, & largitus eſt g̃ram. Hinc Albert⁹ in libro de coæquæuis,
& Thomas in ſcripto ſecũdi, ac alij multi tenẽt, ꝙ fuerũt in charitate & g̃ra cõditi. Magi-
ſter aũt ſentẽtiaꝝ, & Bonauẽtura, ac alij plures, magis diuertũt ad aliã opinionẽ. Ad ſecũdũ
Auguſt. dicẽdũ, ꝙ Doctores Latini & Auguſtin⁹ cõmuniter tenẽt, ꝙ angeli fuerũt ſimul cũ ſenſibili
mũdo iſto creati. Doctores vero Gręcoꝝ dicũt, ꝙ diu añ creationẽ cęli & terrę fuerũt crea-
ti, q̊s in hoc Hieronym⁹ eſt ſecut⁹. Dicitq́; Thomas ĩ prima parte, q̊d poſitio illa nõ debeat
Thomas aſpernari aut abijci q̃ſi erronea, potiſſimũ ꝓpter reuerẽtiã Gregorij Naziãzeni, q̃ tãtæ auto
Gregor. ritatis extitit ĩ ſcripturis, q̊d null⁹ vnq̃ auſus fuit eũ negare, ſicut nec Athanaſiũ, vt refert Hie
Nazian. ronymus. ¶ Quærit q̊q;, cur Moſes nõ fecit expreſſã mẽtionẽ de angeloꝝ creatiõe. Ad hoc
Hieron. cõmuniter reſpõdetur, quod ideo, q̃m rudi populo atq; ad idololatriã ꝓno loquebat, q̃ inui
ſibiliũ nõ fuerũt capaces. Et ſi cognouiſſent eſſe tales intellectuales ſubſtãtias ꝑclariſſimas,
fuiſſent ad eaꝝ adorationẽ ꝓcliues. Sed cõtra hoc obijci poſſet: Quod ſi ſic, ergo Moſes nõ
debuit poſtea aliquã facere mentionẽ de angelis, cũ tñ in hoc Geneſis libro ſcribat, quod an
Gene. 32. geli fuerũt obuiã Iacob, de q̃bus ipſe tunc dixit: Caſtra Dei ſunt hęc. Hinc alij dicunt, quod
Moſes ſatis expreſſit angelos noĩe cæli. Verũtñ Rabbi Paulus affirmat, quod Hebræi dicũt
angelos ſecũda die creatos, q̊d tñ probabilitatẽ nõ habet. ¶ Quærit itẽ circa hoc, quod Do-
Rabbi ctores teſtant Moſen innuiſſe ꝑſonalem diſtinctionẽ in Deo, cũ ſcripſit: In principio crea-
Paulus. uit Deus cælũ & terrã. Quocirca ſciendũ quod Magiſter ſentẽtiaꝝ primo libro, diſtinctiõe
ſecũda, & Nicolaus de Lyra in quadã quæſtione, pluresq́; alij dicũt, quod in exordio Gene
ſis, quo habemus, In principio creauit De⁹, Hebraica veritas ꝓ hoc noĩe De⁹, habet Elohim,
q̊d eſt plurale hui⁹ nominis El, q̊d ſignificat Deũ, ita quod Elohim ſignificat deos, ac ſi Mo
ſes dixerit: In principio dij creauit cælũ & terrã: ſic quod pluraliter dicẽdo dij, inſinuauit di
ſtinctionẽ perſonaꝝ in Deo: & earundẽ vnitatẽ in eſſentia, ſingulariter ſubdẽs, creauit. Hãc
aũt Magiſtri ſententiã approbat Rabbi Paulus, & addit, quod quidã Hebræoꝝ Doctores
exponũt hoc loco Elohim pluraliter, nõ tñ ad inſinuandum pluralitatẽ perſonaꝝ in ſimpli-
ci Deo, ſed diuerſitatẽ virtutũ ſeu poteſtatẽ procedentiũ ab eo. Hoc aũt Rabbi Paulus ſuffi
ciẽter redarguit. Cum igitur S. Moſes intẽderit filios Iſrael à pluralitate deoꝝ reuocare ad
cultũ vnius Dei, nõ eſt veriſimile, quod in exordio ſuæ ſcripturæ pluraliter Deũ expreſſerit
ſub nomine Elohim, niſi ad inſinuandum pluralitatem perſonarum in Deo. Veruntamẽ in
Scholaſtica hiſtoria dicitur: Hebræus habet Elohim, quod tam ſingulare q̃ plurale eſt.

¶ Elucidatio Cap. II. Igitur perfecti ſunt cæli, vſq; ad illud: Iſtæ ſunt generationes cæli & terræ. Artic. XVIII.

CApitulum iſtud ſecundũ, concluſio eſt & declaratio plenior eorũ, quæ ſunt in pri-
mo capitulo cõtenta. Multa q̊q; nũc adijciũtur. Itaq; ait: [Igitur ꝑfecti ſunt cęli &
terra.] Quẽadmodum in exordio primi capituli, quo habet, In principio creauit
Deus cælũ & terrã: per cælũ & terrã, intelliguntur oĩa cæleſtia corpora, immo
& ſpirituales & intellectuales ſubſtantiæ, quaꝝ habitatio eſt in cælo, & omnia elementa: ita
hoc loco per cælum & terram, eadem intelliguntur, quæ omnia perfecta. i. cõpleta, creata,
inſtituta

inſtituta atq; diſtincta ſunt in primis diebus. nã primo die creata ſunt & diſtingui cœperũt,
quæ diſtinctio die ſecundo ac tertio cõſummata deſcribitur, ſicut præhabitũ eſt. [Et omnis
ornatus eoꝝ.] ſupple ꝑfectus eſt. Nam cęteris tribus diebus ornata ſunt, vtpote 4. 5. & 6. die-
bus, ſicut expoſitũ eſt. [Cõpleuitq́; Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat.] Si intra ſex
dies perfecti ſunt cæli & terra, atq; oĩs eoꝝ ornatus: quomodo 7. die cõpleuit Deus opus
ſuum quod fecerat ſex diebus? Et reſpondendũ, ꝙ ſeptimo die illud compleuit, quia perfe-
ctioni quam infra ſex dies contulit operi ſuo, addidit aliam ſeptimo die. Vnde & alia tranſ-
latio continet, Cõpleuit Deus ſexto die &c. Nempe per opus Dei, intelligitur hoc loco con-
geries ſeu vniuerſitas operum ſex dierũ. Quemadmodũ autem vnaquæq; res dicitur perfi-
ci ſeu perfecta vno modo, quando acquirit aut habet omnia ad ſuam eſſentiã ac ſubſiſten-
tiam pertinentia, ſicut leo fertur perfectus, dũ habet ſuæ ſpeciei formã ſubſtantialẽ atq; ma-
teriam, & concomitantia eas: alio autẽ modo, quando exercet operationẽ ſibi conuenien-
tem, per quã finem ſuæ inſtitutionis attingit: ſic vniuerſum ſeu mũdus, qui eſt opus ſex die-
rũ, dicitur vno modo perfectus, quãdo adeptus eſt & accepit oẽs partes ac ſpecies ad ſuam
integritatẽ ſpectantes. Et hãc perfectionem ſexta die ſortitus eſt. Sicq́; aſſeritur Deus ſexto
die opus ſuũ cõpleſſe. Alio modo mũdus vocatur perfectus, inquantum partes & ſpecies ad Mundus
ſuam integritatẽ ac ordinẽ pertinentes, ceperũt operationes ſibi cõuenientes, propter quas perfect⁹.
exercẽdas inſtitutæ fuerant exercere & exequi. Sicq́; dicitur Deus ſeptimo die opus ſuũ com
pleſſe, quoniã ſeptimo die cœperunt opera ſex dierũ generaliter exercere actus cõgruos ſi-
bi, & in inuicẽ agere, atq; ſimilia propagare, ſeu adminiſtrari ac gubernari. De quo opere
locutus eſt Chriſtus: Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor. Hinc paulopoſt dici- Ioann. 5.
tur Deus diei ſeptimo benedixiſſe, ſicut mox exponetur. Sic itaq; cõpleuit die ſeptimo opus
ſuum, illud deinceps adminiſtrãdo, mouendo ac gubernando, ac ſecũdarijs perfectionibus
illud ornando. Rurſus tunc illud cõpleuit, i. conſummatũ oſtendit. Itemq́; cõpleuit, q̃m plu
res ſpecies rerum non condidit. Et iterũ, q̃m ſeptimo die aliquid egit quod ante non fecit.
Nam ſeptimo diei benedixit, & eũ ſanctificauit. [Et requieuit Deus die ſeptimo ab vniuer-
ſo opere quod patrarat.] Operibus ſex dieꝝ vltra prædicta nil addidit, quod ad præfatam
mundi integritatẽ ac ordinẽ vniuerſi ſpectaret, ſicq́; ab eis requieuit, id eſt, plura creare ceſ-
ſauit, ita quod deinceps nil fecit, quod nõ aliquo modo in operibus illis præceſſerit ſeu con-
tinebatur, vtpote virtualiter, materialiter, aut ſimilitudinarie. Deniq; requieuit, non ꝙ ope-
rando laborauerit, laſſatusve fuerit, quippe qui ſolo iuſſu condidit vniuerſa. Requieuit eti-
am nõ à motu, nec requieuit in operibus ſuis, quaſi in illis quies, perfectio, aut beatitudo ſeu
finis ſuus cõſiſtat: ſed requieuit ab eis in ſemetipſo, tanq̃ ſibijpſi in ſe prorſus ſuperſufficien-
tiſſimus, nec aliquo indigens. Verũtamen in intellectualibus creaturis quieuit per gratiam,
atq; in omnibus fuit per eſſentiam, præſentiã ac potẽtiam. Vnde & ſic exponi poteſt: Re-
quieuit, id eſt, intellectualem creaturã in ſe quieſcere fecit aut monuit. ¶ Prætęrea per hoc
quod dicitur, Ab vniuerſo opere quod patrarat, datur intelligi, quòd non ceſſauit alia quę-
dam operari deinceps. [Benedixitq́; Deus diei ſeptimo] Sicut ait Gregori⁹, Benedictio Dei Grego.
eſt collatio munerum eius, & multiplicatio eorundẽ. Quoniã ergo iuxta prætacta, Deus ſe-
ptimo die quandã ſpecialem perfectionem & influentiã ac decorationem contulit, & adie-
cit operibus ſex dierum, recte dicitur ſeptimo benedixiſſe diei. Diei nanq; ac tempori ſolẽt
aſſcribi ea, quæ fiunt in die ac tempore. [Et ſanctificauit illũ] hoc eſt, ſanctum ac celebrẽ or-
dinauit, quia ad opera cultus diuini ſpecialiter deputauit diẽ eundem: & ipſemet tunc qua-
ſi ab alijs ceſſans, ſuijpſius contemplationi vacauit, ideo ſubditur: [quia in ipſo ceſſauerat ab
omni opere ſuo, quod creauit Deus vt faceret.] id eſt, ne ocioſus videretur aut illiberalis à
cõmunicatione propriæ voluntatis ad extra. Vel, vt faceret ea ad laudẽ & gloriã ſuijpſius:
vel quod creauit in propoſito ac præſcientia mentis ſuæ, hoc eſt, quod creare decreuit ab
æterno, vt faceret illud executiue in tẽpore præſtituto. ¶ Circa intellectum textus iſtius ſcri-
bit Bonauentura ſuper ſecundũ decimaquinta diſtinctione: Aliquid dicitur nouum dupli- Nouũ.
citer. Primo, quaſi diſtinctũ contra antiquitatẽ curſus naturæ, & cõſuetudinem rationalis
creaturæ. Et ita nõ requieuit Deus in illis diebus nouas facere creaturas, immo interim mul-
ta miraculoſe & ſupernaturaliter fecit. Secũdo dicitur nouũ, cuius nulla ſimilitudo præceſ-
ſit, nec aliquod creatũ principiũ, quod eſſet ſeminariũ eius. Et ita fertur De⁹ ceſſaſſe nouam
facere creaturã. Eorum nanq; quæ ſucceſſiue producũtur, quædã fuerunt in prima diſtin-
ctione producta in ſimili, ſed nõ in ratione ſeminali, vt animæ rationales, quæ creantur atq;
in ſimili productæ ſunt, quando creata eſt anima Adæ. Alia tũc producta ſunt in ratione ſe-
minali, non autẽ in ſimili, vt ea quæ generãtur ex putrefactione, & ex diuerſarũ ſpecierum Produ-
cõmixtione. Alia vero producta ſunt tunc in ratione ſeminali, & in ſimili, vt plãtæ & aĩalia ctorũ di-
quæ producũtur per propagationẽ. Et ad hæc tria rerũ genera, poſſunt reduci cuncta quæ uerſitas.
fiunt. Propterea ſcriptũ eſt: Nihil nouum ſub ſole. Aliter etiã dici poteſt, quod ſcilicet ceſſa- Ecclẽs 1.

uit facere nouam creaturã, quæ ſit de neceſſitate perfectionis vniuerſi. ¶Inſuꝑ aſſerit idem
Doctor: Sicut dies dicitur malus non ratione ſui, ſed quia eſt menſura malæ actionis, ꝓpter
Epheſ. 5. quod ait Apoſtolus: Redimẽtes tẽpus, qm̃ dies mali ſunt: ſic dies dicitur benedictus & ſan-
ctus, q eſt menſura operationis, in qua eſt benedictio & ſanctificatio. Et nihil aliud eſt, diem
aliquẽ benedicere & ſanctificare, q̃ diem deputare tali actioni tanq̃ menſuram. Quoniam er
Pſal. 134. go Deus omnia fecit propter hominis inſtructionẽ, vt hominẽ non ſolũ verbo, ſed & opere
erudiret: hinc quẽadmodũ ipſe Deus operatus fuit res ſex diebus, ſic dedit homini licẽtiam
operãdi, & inferioribus intẽdendi per totidẽ dies. Et ſicut ſeptimo die ceſſauit ab opere, ſic
voluit vt homo ſeptimo die ab om̃i opere vacet, vt ei per cõtemplationẽ inhæreat, ac inhæ
rendo quieſcat. Et quia in hac adhæſione homo obtinet à Deo amplificationẽ benedictio-
nis & ſanctificationis, ideo ſeptimus dies dicitur à Deo benedictus & ſanctificatus. ¶Dicit
q̊q; Albertus: Ceſſauit Deus ab om̃i opere dupliciter. Primo, ex parte operis, qm̃ poſtea ni-
Albertꝰ. hil nouũ fecit, cuius principia naturalia in ſex diebꝰ nõ p̃ceſſerunt ſecundũ formã vel mate-
riã aut ſimilitudinẽ. Secundo, ex parte efficiẽtis, puta ipſius Dei, qa in ſex diebus Deus ꝑ ſei-
pſum naturã in pricipijs ſuis inſtituit: poſtmodũ vero nõ ꝑ ſeipſum ſolꝰ, ſed pariter cũ natu-
ra res naturales ꝓpagauit. ¶Præterea Rabbi Paulus ſcribit hoc loco: Si ſanctificatio intelli-
gaẗ ſecũdũ applicationẽ ad diuina obſequia, hoc nõ ꝑtinet ad ſenſum literalẽ, ſed myſticũ.
Ad q̊d allegat, ꝙ Magiſter Sententiaꝝ libro 2. aſſerit, Deũ dotaſſe ſeptimũ diẽ præ cæteris
myſtica benedictione & ſanctificatione. Et rurſus, qa ſi ex ſenſu literali huius benedictionis
& ſanctificationis haberet, ꝙ homo die ſeptimo deberet à terrenis ceſſare operibꝰ, ſequere-
tur ꝙ ſancti patriarchæ fuiſſent ad obſeruationẽ ſabbati obligati. ¶Veꝝ, vt patuit, dictum
hoc Pauli iſtiꝰ nõ videt cõſonare doctoribꝰ, q ſuꝑ ſecũdũ cõmuniter ſanctificationẽ ſabbati
Exo. 16. p̃fato modo exponũt ad literã. Deniq; in libris Moſis ſæpiſſime aſſignat ad literã hæc ratio
20. 31. obſeruãtiæ ſabbati, qm̃ ſex diebꝰ operatus eſt Deus, & ſeptimo requieuit. Ex q̊ cõſtat, ꝙ ſan
Leui. 25. ctificatio ſabbati literaliter referat ad applicationẽ circa obſequiũ Dei. Ad id ergo quod ex
Deut. 5. verbis Magiſtri aſſumit, dicendũ, ꝙ myſticũ ſeu ſpirituale ſępe ad literã pertinet, ita ꝙ lite-
ralis ſenſus ſæpe eſt ſpũalis & myſticus, vt cũ Eſaias ait de Chriſto: Erit iuſtitia cingulũ lum
Eſaię 11. boꝝ eius, & fides cinctoriũ renũ eius, q̊d ad literã intelligendũ eſt de ſpũali cingulo & ſpiri-
tualibus lumbis. Et iſtud in prophetis, & maxime in Cãticis Cãticoꝝ, ſæpiſſime locũ habet.
Cõformiter in ꝓpoſito, ſpiritualis & myſtica ſanctificatio, literaliter pertinet ad ſabbati ſan
ctificationẽ. Ad id q̊d ſecũdo adducit de patriarchis, dicendũ, ꝙ Deus ſabbatũ ſanctificauit,
qm̃ deputauit illud operibus cultus diuini tẽpore opportuno, vt ſcilicet iuxta intẽtionem
legiſlatoris fieret obſeruatio ſabbati. Amplius, q̊d ait hic Paulus, ſanctificatio cõpetit ſepti-
mæ diei, inquantũ res cõditæ & multiplicatę in Deo requieſcũt: nõ videtur idonee dictũ, qm̃
in Deo requieſcere, nõ cõpetit proprie niſi intellectualibus creaturis, quæ ſolæ dicuntur ca-
paces Dei per notitiã & amorẽ: & ſi cæteræ creaturæ dicantur aliquo modo requieſcere in
Deo, inquantũ cõſeruantur ab eo, hoc cõpetebat eis à primo momẽto productionis earum.

¶Proſequutio expoſitionis huius capituli ab eo loco, Iſtæ ſunt generationes
cæli & terræ. Artic. XIX.

ISTæ ſunt gñationes cæli & terræ] Cũ cælũ & terra creata ſint, quõ nũc generata dicũtur?
Reſpondet, ꝙ generatio ſumit nũc extẽſe ꝓ productione, vt ſit ſenſus: Iſtæ ſunt genera-
tiões. i. ꝓductiones, creatiões ſeu cõſtitutiões cæli & terrę. i. ſuperioꝝ & inferioꝝ ac me-
dioꝝ, vt ſæpe expoſitũ eſt. Iſtæ, inquã, generationes, quæ deſcriptæ ſunt in primo capitulo
per opera ſex dieꝝ. Porro aliq dicũt *cęleſtia, inferioraq́; corpora facta ex cõmuni materia,
materia illa p̃iacente effecta. [qñ creata ſunt, in die quo fecit Deus cęlũ & terrã.] Dies nũc ſu
miẗ ꝓ tẽpore, ſecundũ Bedã, nõ pro vno die dũtaxat. Et alij dicũt, ꝙ iuxta morẽ linguæ He-
bræ, ponit hic ſingulare ꝓ plurali, videlicet die ꝓ diebus, quẽadmodũ primo capitulo di-
ctũ eſt: Germinet terra herbã, Producãt aquæ reptile, Producat terra aĩam viuentẽ. Alij di-
cũt, ꝙ dies ſupponit hic cõfuſe ꝓ diuerſis diebus. Vel ſumit zeugmatice, reddẽdo ſingula ſin
gulis, qm̃ iſta per recapitulationẽ dicunẗ. Itaq; in die quo fecit Deus cælũ & terrã, [& oẽ vir-
gultũ.] Sed cũ cælũ & terra creata ſint ante oẽm diẽ, quõ nũc facta dicunẗ in die? Et reſpon
dendũ, ꝙ ſi cælũ & terra accipianẗ pro ſolis cæleſtibus corporibus & elemẽtis, facta dicun-
tur in die, qm̃ facta ſunt in principio tẽporis & primæ diei, ſeu ſimul cũ tẽpore, q̊d diciẗ vnũ
de quatuor coæquæuis. Quod ſi inter creationẽ & exordiũ operis diſtinctionis, quo facta
eſt lux, nõ extitit mora, ſecundũ aliã expoſitionẽ, eadẽ erit reſpõſio. In hoc igiẗ die fecit De-
us om̃e virgultũ. i. arbuſta recẽtia, [agri,] hoc eſt, agroꝝ vbicũq; ſunt nata virgulta. [oẽmq́;
herbã]. i. vniuerſa gramina aut terræ naſcẽtia, [regionis]. i. totius orbis terraꝝ, in q̃bus tũc
orta ſunt, [priuſq̃ germinaret]. i. tertia die fecit hoc Deus ſubito ſua oĩpotente virtute, non
per tempoꝝ moras, anteq̃ terra naturali ordine & ſucceſſiue cœpit virgulta & herbas pro-
ducere, ex influẽtia cæleſtiũ corpoꝝ & rationibus ſeminalibus ſibi à principio inditis, vt ſu-
prà in

prà in expoſitiõe oꝑis tertiæ diei expreſſum eſt, ad quã germinationẽ in aliq̃bus terræ naſcẽ
tibꝰ cõfert & cooperaẗ cultura humana. Porro ꝙ iſte ſit ſenſus, ex ſequẽtibus eliciẗ verbis:
[Nõ eñ pluerat dñs Deus ſuꝑ terrã.] Ex q̊ patet, ꝙ ꝓductio illa virgultoꝝ atq; herbarum,
nõ fuit naturalis & ſucceſſiua, ad quã ſolet irrigatio pluuialis requiri.] Et homo nõ erat qui
operaretur terrã.] Circa hoc dicit quidã, ꝙ homo nondũ erat formatus, & tñ ipſemet dicit
circa illud q̊d dictũ eſt, Iſtæ ſunt generationes cæli & terræ: Iſtæ ſcilicet gñationes quæ præ-
dictæ ſunt in operibꝰ ſex dieꝝ, in q̃bus ꝓductio hominis vtiq; cõtinetur. Melius ergo expo
nitur iſtud, ſumẽdo ſingulare ꝓ plurali, ſicut in iſtis capitulis fit frequẽter. Eritq́; ſenſus: Ho
mo nõ erat q operareẗ terrã, i. tot hoĩes nondũ fuerũt, q poſſent colere terrã, & cooperari ad
eius naturalẽ germinationẽ. Et ꝙ iſte ſit ſenſus, hinc innoteſcit, ꝙ etſi vnꝰ homo fuiſſet dũ-
taxat, nõ potuit ad cõmunẽ illã terræ germinationẽ notabiliter cooperari. [Sed fons aſcen-
debat e terra, irrigãs vniuerſam ſuperficiẽ terræ.] Mirũ videtur, qualiter vnus fons totã ter-
rã poterat irrigare. Deniq; ſecũda die diſcooperta eſt terra ab aquis, ſubſtiteruntq́; mõtes &
valles. Nec apparet, ꝙ aqua vnius fontis potuerit vel montiũ irrigare cacumina, aut ſuꝑflue-
re vallibus ad humectandũ loca vltra valles ſita. Hinc Gloſſa & Beda ſentire videnẗ, ꝙ ꝑ fon
tẽ intelligãtur pluraliter fontes, q in diuerſis terris hincinde eruperãt. Nec imaginari opor-
tet, ꝙ tota oĩno ſuperficies terræ fuerit vndiq; irrigata: ſed tota irrigata aſſeritur, qa in locis
& partibus oportunis hoc factũ eſt. Hinc alij dicũt, ꝙ aquæ ſub terra latẽtes, aſſcẽdebant ad
ſuperficiẽ terræ, per modũ fontis in qualibet parte terræ. Veruntñ q̃dam dicũt, ꝙ tunc vnus
fons paulatim totã irrigauerit terrã, quẽadmodũ modo Nilus Aegyptũ. ¶Pręterea quidam
dicũt, ꝙ per id q̊d dictũ eſt, Fons aſſcẽdebat e terra, oſtẽditur modus quo facta eſt prima il-
la herbaꝝ ac virgultoꝝ productio, ita ꝙ plãtæ illæ & herbæ, factę ſunt diuina virtute aqua
taliter cõcurrente & cõcauſante & diſponẽte ſua irrigatione. Sed hoc nõ apparet prouide di
ctũ, quoniã plãtæ & herbæ illæ ſunt immediate & inſtãtanee à Deo ꝓductæ, abſq; cõcauſali-
tate ſecundaꝝ cauſaꝝ, vtpote ſolo imperio Dei, quẽadmodũ piſces, aues, & animalia terræ.
In tali quoq; operatione oĩpotentiæ Dei, nõ requirebaẗ cõcurſus cauſæ creatæ, nec irrigatio
aquæ, quẽadmodũ nec influẽtiæ alicuius cæleſtis. Et iſtud ex dictis in expoſitione præceden
tis capituli, atq; ex ſcriptis Doctoꝝ ſuꝑ ſecundũ Sententiaꝝ, eſt manifeſtum. Refert Lyra ꝙ
Hebræi dicunt, ꝙ iſta ſit litera vera, Aſſcendit nubes de terra: ſed verius reor, ſanctiſſimum
Hieronymũ tranſtuliſſe veraciter. Et quòd dictio Hebraica, pro qua Hieronymus tranſtulit,
fons, forſan æquiuoca ſit ad deſignãdum fontem ac nubem. Conſequenter Moſes plenius
atq; diſtinctius narrat, quod primo capitulo de hominis productione & de vtroq; ſexu, ob-
ſcure ac breuiter ſcripſit. [Formauit igitur dñs Deus hominem de limo terræ.] Hic ponitur
pars pro toto, videlicet corpꝰ hominis pro homine. Vel ſi intelligatur de homine toto, non
verificatur de eo, niſi ſecundũ partem ipſius. Formauit itaq; hominem, id eſt, corpus primi
hominis, ſeu hominem primum, quantum ad corpus ſuum de limo terrę, non quòd corpus
illud non fuerit ex quatuor elemẽtis compoſitum: ſed ideo limum terræ expreſſit, quoniam
terra ſecundum quantitatem abundat in corpore hominis, deinde aqua: ideo ait, de limo,
quoniam limus eſt terra aquæ mixta. [Et inſpirauit in faciem eius] Quemadmodum Deus
corpus hominis primi formauit nõ corporalibus manibus, ſic inſpirauit in faciem eius non
ore materiali, buccis aut faucibus, immo vtrunq; fecit intellectualiter, præcipiendo, & ſolo
conceptu practico id volendo: itaq; inſpirauit, id eſt, creando immiſit ſeu fudit in faciẽ eius,
hoc eſt, in totum corpus ipſius, intelligẽdo per ſynecdochen totum nomine partis. Et ſpe-
cialiter exprimit faciem hominis, quia in ea potiſſime oſtenduntur operationes vitales, &
ſenſus magis vigent atq; apparẽt in ea. Eſt item pars hominis quodammodo principalior,
& etiam pulchrior. [ſpiraculum vitæ] hoc eſt, animam vitalem ſeu ſpiritum rationalem.
[Et factus eſt homo in animam viuentem]. i. animam viuam, & corpus ſuum viuificãtem,
ac immortalem, accepit à Deo per inſpirationem ſeu creationem præfatam. ¶Circa hæc
quæritur primo, cum Deus per ſeipſum immediate fecerit corpora irrationabilium anima-
lium in prima rerum inſtitutione, ſicut & corpus hominis primi, cur ſcriptura nunc vtitur
ſpeciali modo loquendi, deſcribendo hominis formationẽ ſecundum corpus & animam.
Nempe de alijs generaliter dictũ eſt, Producat terra &c. producãt aquæ &c. nunc aũt ſic ait,
Formauit dñs Deus hominem. Sed huius quæſtionis facilis extat ſolutio, quia ad inſinuan-
dum hominis dignitatem, id factum eſt. Deniq;, ſicut cæteris formis nobilior valde eſt ani-
ma rationalis, ſic corpus ipſius nobilioris eſt cõplexionis & cæliformioris æqualitatis, pul-
chrioris quoq; figurationis & organizationis. Eſtq́; ſtaturæ erectæ, ad innuendũ ꝙ anima
eius creata eſt ad contemplandum ac diligendum cæleſtia & diuina. Ad inſinuandũ quoq;,
ꝙ anima hominis ſit omnino ab extra & à Deo immediate creata, ait ſcriptura: Inſpirauit
in faciem eius. Alia autem tranſlatio continet: Inſufflauit (aut ſufflauit) in faciem eius. Ani-
ma etenim in ſcripturis flatus vocaẗ, iuxta illud Eſaiæ 57. Hæc dicit dñs, dans flatum populo

qui eſt ſup terrã. Et rurſus per Eſaiã Deus teſtat: Flat⁹ ego faciã, & ſpũs à facie mea egredie
tur. Eadẽ vero vocatur aĩa, & ſpiraculũ vitæ, qa per eam homo ſpirat & viuit. Quidã tamẽ
ſpiraculũ vitæ, vocãt ſpiritum quendã corporeũ in corpore animalis, qui operatur in eo in
quinqꝫ ſenſus, & paulatim in moriẽte extinguitur. Cũqꝫ animal moritur in aliqua corporis
parte, adhuc ſentitur ſpiritus ille, cũ in parte alia ſit extinctus. ¶Quæritur, an corpus primi
hominis, ſit immediate à Deo formatũ. Ad hoc Thomas in prima parte quæſtiõe 91. reſpon
det: Corpus primi hominis formari non potuit, niſi immediate à Deo. Quẽadmodũ enim
Deo propriũ eſt creare animã, ſic ſoli Deo cõuenit ꝓducere formã in materia ſine admini-
culo præcedẽtis formæ ſubſtãtialis. Vnde nec angeli tranſmutare poſſunt corpora ad ali-
quã formã, niſi adhibẽdo ſemina quædã, vt tertio de trinitate loquitur Auguſtinus. Sed an-
te primi hominis productionẽ nõ fuit formatũ aliqd corpus humanũ, cuius virtute forma-
ret aliud ſimile in ſpecie per viã generationis. Neceſſariũ igitur fuit, primi hominis corpus
à Deo formari immediate. Potuit tñ eſſe, vt angeli aliqd miniſteriũ circa corpus hoc exhibe
rẽt, ſicut in finali reſurrectione adhibebũt, pulueres ſuſcitandoꝝ corpoꝝ colligẽdo. ¶Quę-
rit etiã Auguſtinus, an anima primi hominis facta ſit extra corpus. Et videtur ſupra Gene-
Auguſt. ſim ſentire, ꝙ immo. Doctores tñ nũc ſup Secundũ cõmuniter dicũt ꝙ nõ, nec Auguſtinus
dicit illud ſimpliciter aſſerẽdo. Dicũt ergo Doctores, ꝙ ſicut in cæteris poſtea, ita in primo
homine anima ſimul creata eſt & infuſa. Eſt enĩ naturaliter corporis forma, parſqꝫ cõpoſi-
ti. In eodẽ aũt actus ſeu forma nõ p̄cedit corpus. ¶Quæri etiã poteſt, an aĩa illa infuſa ſit cor
pori prius formato & organizato. Et ex textu videt, ꝙ ſic, cũ ſcriptũ ſit, ꝙ Deus inſpirauit in
faciẽ eius. Sed ſi hoc cõcedatur, quæretur qualis forma ſubſtãtialis fuit in corpore illo ante
animæ infuſionẽ: Et vtrũ forma illa fuerit corrupta, aĩa aduenięte. Ad iſtud arbitror reſpon
dendũ, ꝙ corp⁹ hominis à Deo formatũ eſt & ꝑfecte organizatũ in inſtãti, qm̃ infinitę vir-
tuti cõpetit inſtãtaneè operari, & eodẽ inſtãti aĩa eius eſt creata, corporiqꝫ infuſa, quẽadmo
dũ etiã dicũt Doctores factũ in formatione corporis Chriſti & infuſione animæ eius. ¶In-
Homo ſuper cõmuniter nũc tenetur, ꝙ primus homo factus eſt in ætate & robore virili, atqꝫ ad ge-
mortalis nerãdũ idoneo. Dei enĩ opera ſunt ꝑfecta, & perfectũ dicit vnũquodqꝫ, qñ poteſt producere
& imor- ſimile ſibi in ſpecie. Si vero quæratur, an factus ſit mortalis aut potius immortalis: Reſpon-
talis. detur ꝙ factus eſt aliquo modo mortalis, & aliquo modo immortalis: quia ſic conditus fuit,
ꝙ nunq̃ moreretur, ſi Deo obediens permaneret: ſin aũt, morti ſubijceretur. Immortalitas
aũt nõ cõpetebat ei ex ſua natura, qm̃ habuit corpus mixtũ, & ex contrarijs compoſitum,
q̃uis contrariæ qualitates elementoꝝ, fuerint in eodem ad præcipuam æqualitatem tempe-
Auguſt. riemqꝫ redactæ. Hinc 13. de Ciuitate Dei loquitur Auguſtinus: Fatendum eſt, primos homi-
nes ita fuiſſe inſtitutos, ꝙ ſi non peccaſſent, nullum genus mortis experirentur. In hiſtoria
demum Scholaſtica dicitur: Hunc locum non intellexit Plato ſane, dicens Deum animam
creaſſe, angelos autem corpus formaſſe, ibi: O dij deorum, quorum pater opifexqꝫ ego. Ve-
runtamen ꝑ verba illa in 2. Timæi ſcripta, Plato per deos deorum literaliter intelligit orbes
Plato. cæleſtes ac ſtellas, vt etiam Thomas teſtatur. Nec dicit ibi aperte, ꝙ dij deorum formauerũt
corpus primi hominis, ſed quòd opifex ſummus cõmiſit eis exequutionẽ productionis ani-
malium terrenoꝝ mortalium. [Plantauerat autem dominus Deus paradiſum voluptatis à
principio.] Paradiſus iſte terreſtris, eſt pars terræ elementaris, quæ in principio eſt creata: &
ita paradiſus, quantũ ad ſubſtantiã ſuã, qua eſt pars terrę, factus eſt prima die ſeu in exordio
temporis ac primę diei: ſed quãtum ad id qd ꝑtinet ad paradiſi diſtinctionẽ, videlicet quan
tum ad herbas, arbuſta & fructus ipſius, plãtatus eſt tertio die, in qua aquis in vnũ collectis,
Deus pręcepit: Producat terra herbã virentẽ. Dicitur aũt paradiſus voluptatis, qm̃ amœniſ
Paradi- ſimus atqꝫ pulcherrimus locus eſt, & lõga lataqꝫ regio. [In quo poſuit hominẽ quẽ formaue-
ſus. rat.] Ex quo patet, ꝙ Deus primũ hominem extra paradiſum creauit, & quòd mulier facta
eſt poſtea. ¶Circa hæc multa occurrunt quærenda. Primo, an paradiſus ſit locus corporeus.
Ad hoc reſpondet Auguſtinus ſuper Geneſim ad literam libro octauo: Tres, inquiens, ſunt
Auguſt. ſententiæ de paradiſo. Vna eorum, qui poſuerunt paradiſum ſpiritualiter tãtum. Et iſta fuit
Origenis opinio, qui omnia quæ in hoc capitulo de paradiſo ſcribuntur, dixit ſpiritualiter
Origen. eſſe intelligenda, ad deſignandum quod primus homo conditus fuit in magna opulentia
ſpiritualium gratiarum, delectationumqꝫ internarũ. Hanc opinionẽ reprobat Auguſtinus
Auguſt. etiam viceſimoſeptimo de Ciui. Dei, Epiphanius quoqꝫ epiſcopus Cypri, in quadã epiſtola
Epipha. ab Hieronymo trãſlata. Secũda fuit poſitio dicentium, ea quæ de paradiſo dicũtur, corpo-
raliter ſolũ eſſe accipiẽda: qd nõ eſt ſatis idonee dictũ, qm̃ oĩa illa ſpĩaliter etiam exponun-
tur. Et ipſe Adam in ſpiritualibus voluptatibus extitit cõſtitutus, prout in ſequenti pande-
tur articulo. Tertia eſt doctrina eorũ, qui paradiſum corporaliter ſpiritualiterqꝫ intelligũt,
Auguſt. quã approbat Auguſtinus, immo eccleſia Dei. ¶De hac re ait Bonauẽtura ſup ſecundũ di-
Bonauẽ. ſtinctione decimaſeptima: Sicut refert Magiſter, tres fuerũt de paradiſo ſentẽtiæ. Prima, ꝙ
ſolum

ſolũ fuerat corporalis. Alij vero attẽdẽtes, ꝙ beatificatio hoĩs in paradiſo ſpirituali cõſiſtit,
qui eſt Dei fruitio, nõ in corporali amœnitate, dixerunt paradiſum, de quo loqtur hæc ſcri
ptura, ſpiritualẽ eſſe, non corporalẽ: & oĩa quę dicuntur de paradiſo in litera, eſſe metapho-
rice dicta, ita ꝙ homo dicitur poſitus fuiſſe in paradiſo, nõ q̃ſi corporaliter illuc translatus
aut localiter ſitus, ſed qa in ſpirituali amœnitate eſt poſitus ex Dei amore & cognitione, iu-
xta qd de angelo lapſo in Ezechiele habet: In delicijs paradiſi Dei fuiſti. Tertia poſitio eſt, Ezec. 28.
ꝙ eſt paradiſus corporalis, & eſt paradiſus ſpiritualis, q deſignat ſtatũ quietis & ſpiritualiũ
amœnitatẽ deliciaꝝ. Et paradiſus iſte ſpiritualis eſt duplex, ſecundũ duplicẽ ſtatũ eccleſiæ.
Eſt enĩ ſtatus eccleſiæ militantis, & itẽ ſtatus eccleſiæ triumphantis: ſicqꝫ vnus eſt ſpiritualis
paradiſus in eccleſia militante, alter in triumphãte: & de vtroqꝫ poſſunt exponi, quæ de pa-
radiſo dicũtur, ſaltẽ pro parte. Porro paradiſus corporalis, locus eſt deliciaꝝ & amœnita-
tis. Et iſte etiã duplex eſt, iuxta duplicẽ hoĩs ſtatũ, puta ꝑfectum & imꝑfectũ. Iuxta ſtatum ꝑ-
fectum, paradiſus eſt cælũ empyreum: ſecundũ ſtatũ imperfectũ, eſt paradiſus terreſtris, in
q decuit hoĩem poni, vt eſſet facultas perueniẽdi ad patriã, atqꝫ vt Deus oſtẽderet hoĩ bene-
uolentiã ſuã, cui parauit ac p̄ſtitit tã amœniſſimum locũ ad habitãdum: ſicqꝫ amœnitas ex-
terioris habitaculi, correſpõderet delicijs interiorib⁹, quas habet anima, Dei tẽplum exiſtẽs,
& habuit primi hominis anima. Hęc Bonauẽtura. ¶Secundo quęritur, quare primus homo
extra paradiſum plaſmat⁹ eſt. Ad hoc Thomas reſpõdet in prima parte q̃ſtiõe 102. Immor
talitas hominis erat ſupernaturale donũ. Paradiſus aũt competebat homini ratiõe immor-
talitatis. Decuit ergo hominẽ extra paradiſum creari, & deinde in illum trãsferri, vt agno-
ſcatur, qd conuenerit homini per naturam, qd itẽ per grãm: ſeu vt ſciretur, ꝙ paradiſus non
competebat ei per naturã. Deniqꝫ ſecundũ eundẽ doctorẽ, paradiſus fuit conueniẽs locus ha
bitationi humanæ, q̃niã ꝓpter tẽperiẽ aeris, p̄ſeruauit hoĩem ab exteriori corruptiuo, & per
fructus lignoꝝ ſuoꝝ valuit homini contra interius corruptiuum, qd eſt per conſumptionẽ
humidi radicalis. Competebat etiã homini ratione ſuæ incorruptibilitatis, quia & corpus
eius incorruptibile fuit, nõ ex ſua natura, ſed partim ex virtute animæ ei⁹. Hæc Thomas. Vn
de & Bonauentura: Debuit, inquit, homo extra paradiſum ꝓduci, vt melius cogitaret bñfi-
ciũ Dei, dũ videret ſe illuc aliunde adductũ. Item ad oſtendendũ, ꝙ homo non erat factus ad
æternaliter ibi habitãdum, ſed ad temporaliter peregrinãdũ. Et quoniã Deus præſciebat ho
minis caſum, voluit eũ in paradiſo locare, quatenus homo per eiectionẽ ſuã de loco tã vo-
luptuoſo, ſenſibiliter ſciret, quãta ſpiritualia bona ꝑdidiſſet ꝑ culpã: cognoſceret qꝫ, quãta
ſit differẽtia inter eũ qui Deo obedit, & eum qui inobediẽs eſt eidẽ. ¶Inſuper, ſicut & alij di-
cũt, homo fact⁹ eſt immortalis quantũ ad corpus, nõ per naturã aut q̃litates intrinſecas, quaſi
nõ potẽs mori, ſicut poſt finalẽ reſurrectionẽ corpora electoꝝ erũt omnino immortalia &
impaſſibilia ꝑ dotes, quæ ex aĩabus glorioſis redundabunt in ea: ſed factus fuit immortalis
per gratiã, quaſi potens non mori, ſi in innocẽtia ꝑmaneret. Sicqꝫ immortalitas iſta inerat
homini, per remotionẽ eoꝝ quæ potuerunt eũ corruptibilẽ facere, quoꝝ remotio principa
liter fuit à ꝓuidentia Dei præcauente ab hoĩe extrinſeca corruptiua: deinde fuit partim ex
virtute animæ, quæ per virtutẽ diuinitus ſibi collatã, poterat corpus p̄ſeruare ab interiori læ
ſiuo. Quoniã ergo locus cõueniẽs confert ad vitæ cõſeruationẽ, quẽadmodũ locus intoxica-
tus corruptiuus eſt vitæ, hinc Deus ꝓuidit homini de loco aptiſſimo. ¶Tertio q̃ritur, quid
& qualis ſit paradiſus. Ad hoc Damaſcenus libro ſecundo reſpondet: Quoniã Deus condi- Damaſ.
turus erat hoĩem ex viſibili inuiſibiliqꝫ natura, ſecundũ ꝓpriã imaginẽ & ſimilitudinẽ, tanq̃
quendã regẽ & principẽ oĩs terræ & eoꝝ quæ ſunt in ea, conſtituit ante eum quaſi regiam
quandã, hoc eſt, locũ regalẽ, in qua conuerſans, beatam & opulentam duceret vitam. Et hic
eſt diuinus paradiſus, à Deo in Eden plantatus, promptuarium vniuerſæ exultatiõis ac gau Vbi ſit
dij, qui eſt poſitus in oriente, excelſior omni terra reſidua, tẽperatiſſimo, tenuiſſimo, atqꝫ pu paradiſ⁹
riſſimo aere circũfulgens, plãtis ac floribus ſemꝑ comatus, bono odore ac lumine plenus,
excedens intelligentiã pulchritudinis vniuerſæ formæ & auræ ſenſibilis, diuina regio & di-
gna cõuerſatiõe eius, qui ſecundũ Dei imaginẽ factus eſt. Hinc alij dicũt, ꝙ paradiſus ſit loc⁹
in alto ſitus, & vſqꝫ circulũ ſeu ſphærã lunæ pertingens. Vnde nec aquæ diluuij ꝑuenerũt ad
eũ. Et hoc etiã dicũt Beda & Scholaſtica hiſtoria, qd tñ intelligi non poteſt quantũ ad cor- Beda.
poralẽ altitudinem aut approximationẽ: ſed ſaluari poteſt, ſi intelligatur quantum ad ſimi- Euſebi⁹.
litudinẽ, qua conuenientiã habet cũ proprietatibus cæleſtium corporũ in temperie, æqua-
litate, pulchritudine &c. immo ſecundũ Thomam in prima parte, paradiſus non pertingit
vſqꝫ ad medium interſtitium aeris, qa in illo eſt maxima intemperies aeris. Veruntamẽ S.
Bonauentura affirmat: Tantæ altitudinis eſt paradiſus, vt illuc non conſcendant vapores in
aere eleuati, ſed eſt ibi aer mundus & purus, perpetuitatis ſtatui aptus. Et quia vapores non
pertingũt ad paradiſum, dicit ꝑtingere vſqꝫ ad orbem lunæ. Nã luna dominatur vaporibus.
¶Quarto quæritur vbi ſit paradiſus. Ad quod reſpondetur, ꝙ vbi noſtra translatio habet,

à prin-

à principio: antiqua tranſlatio habet, ad orientem. Ideo paradiſus dicit eſſe in oriente, ſed
in qua parte orientis, diuerſimode traditur. aliq enī dicūt, ꝙ ſit in oriente ęquinoctiali: quia
ſecundū iſtos, inter duos tropicos ſub circulo æquinoctiali eſt temperatiſſima regio: ad q̄d au-
Bonauē. thor de ſphęra, multas ratiões adducit. Vnde & Bonauentura ait: Cū paradiſus ſit ſecus ęqui-
noctialem, eſt ibi magna temperies temporis: & ꝓpter puritatē aeris, eſt ibi contemperātia
Philoſ. caloris. Sed q̄niam Ariſtoteles dicit in ſecundo Meteoroꝝ, ꝙ inter duos tropicos non po-
teſt eſſe regio habitabilis ꝓpter nimiam caliditatē, quia ſol bis pertranſit ibi in quolibet an-
no: idcirco qui in hoc ſequunt philoſophū, dicūt ꝙ paradiſus ſit extra tropicos verſus oriē
Thomas tem æſtiualem aut hyemalē. Et iſtud ſanctus Thomas dicit rationabilius eſſe. Nam & terræ
illi loco vicinæ, ſunt intēperatæ ꝓpter propinquitatem ad ſolē. Eſt aūt paradiſus à terris ha-
bitabilibus remotus atq; ſecretus, mōtibus, aq̄s, aut etiā intemperie aeris interpoſitis in me-
dijs locis, ita vt adiri nō poſſit: nec notitia eius poterit haberi, niſi ex reuelatiōe. Idcirco phi
loſophi & hiſtoriographi nō ſunt de eo loquuti. [Produxitq; dn̄s Deus de humo].i. humi-
da terra paradiſi, [omne lignū pulchrū viſu, & ad veſcendum ſuaue] id eſt, vniuerſas arbo-
res ſpecioſas atq; fructiferas, quaꝝ fructus erāt dulces ad manducandū. Iſtud, vt tactum eſt,
fecit Deus tertia die. Nec ſolum in paradiſo erant arbores pulchræ & fructuoſæ, ſed & vbiq;
terraꝝ: ſed multo abundātius in paradiſo, in quo erant etiā arbores quæ miras ac ſpeciales
habebāt virtutes. vnde nunc ſubditur: [Lignū etiā vitæ] produxit Deus [in medio paradiſi.]
De hoc Magiſter ſecundo libro ſic ait: Lignū vitę, vt docent Beda & Strabus, ſic dictum eſt,
Beda. Strabus. quia accepit diuinitus hāc virtutem, vt qui ex eius fructu comederet, corpus eius firmaretur
ſtabili ſanitate, atq; ꝑpetua ſoliditate, nec vlla infirmitate aut ætatis debilitate in occaſum vel
Lignū vitæ. in deterius laberetur. Hinc Strabus ait apertius, & habet in Gloſſa: Lignum vitæ naturaliter
habuit hāc naturam, vt qui ex eius fructu comederet, ꝑpetua ſoliditate firmaretur, atq; bea
ta immortalitate veſtiret, nulla infirmitate, anxietate, ſeníjve laſſitudine, aut imbecillitate fa-
tigandus. Sed miꝝ videtur, & quæri poteſt, qualiter res illa pure corporalis, potuit tantā ha-
bere virtutem. Ad q̄d poſſet quis breuiter reſpōdere, ꝙ multæ gemmæ & herbę ac cōſimilia,
multas occultiſſimas habent vires, mirificas & valde mirabiles: q̄d potiſſime cōpetit his quæ
Thom. in paradiſo naſcunt. ¶Circa hoc ſcribit Thomas in prima parte, quæſtiōe nonageſimaſepti
ma: Duo remedia data ſunt homini in ſtatu innocentiæ, cōtra duos defectus: quoꝝ defectu-
um vnus, eſt deperditio humidi naturalis ex actione naturalis caloris. Et cōtra hunc defectū
ſubueniebatur, vel potius ſubuentū fuiſſet, ſi nō peccaſſet, hoī ꝑ eſum lignoꝝ paradiſi com-
muniter, iuxta quod infrà habetur: Ex oī ligno paradiſi veſceris. Alius defectus eſt ex admi-
xtione extranei nutrimēti cū* valido ac humido naturali, ex cui⁹ admixtiōe naturalis vigor
cōplexionis debilitatur magis magisq; ſucceſſiue, ſecundum philoſophum libro de genera-
tione, quēadmodum vinum ex permixtione aquæ, debile redditur tanto plus, quo amplius
ei miſcetur, ita ꝙ tandem ex lymphatione corrumpitur. Et cōtra hunc defectum, ſubuētum
fuiſſet homini per eſum ligni vitæ. Propter q̄d decimoquarto de ciuitate Dei loquit Augu-
Augu. ſtinus: Cibus aderat homini, ne eſuriret: potus, ne ſitiret: lignum vitę, ne illum ſenectus diſſol
Gene. 3. ueret. Vnde infrà fertur: Videte ne forte ſumat de ligno vitæ, & viuat in æternum. immo Au
Auguſt. guſtinus teſtat, ꝙ homo potuiſſet poſt peccatū ſemꝑ viuere, ſi ei permiſſum fuiſſet de ligno
vitæ comedere. ¶Præterea de hac materia ſcribit Bonauentura ſuꝑ ſecundū, diſtinctiōe deci-
maſeptima: Vniuerſitas lignoꝝ paradiſi, ſub trib⁹ cōpræhendit differētijs, ſecundū q̄d ad tri
Ligna paradiſi. plicē hoīs vtilitatē poterāt ordinari. Nā poterant ei ꝓdeſſe, quantū ad corpus, aut quantū ad
aīam, aut quantū ad vtrūq; cōiunctum. Si primo modo, ſic erāt ligna fructifera quæ præbe-
bāt ei alimenta, quantū ad corporis ſuſtentationē. Si quātū ad aīam, ſic fuit lignū ſciētię bo-
ni & mali, q̄d ordinabatur ad ꝓbationem obedientiæ hoīs. Si quantū ad totum cōpoſitum,
ſic fuit lignū vitæ, q̄d facere potuiſſet ad humanæ vitæ ꝑpetuationē. Vnde hęc duo ligna dū-
taxat ſpecialiter noīant, ꝓpter ſuos ſpeciales effectus, ꝓpter q̄s Deus poſuit illa duo in medio
paradiſi iuxta ſe inuicē, vt ex vno, vtpote ex ligno vitæ, cōciperet affectū amoris: ex alio, affe-
ctū timoris. Lignū q̄q; vitæ ſic appellat, nō ab effectu quem habuit, ſed ad quem ordinabat,
quē etiā habuiſſet, ſi homo ſteriſſet. Hęc Bonauētura. De alio aūt ligno ſubiungitur: [lignūq;]
id eſt arborem [ſcientiæ boni & mali.] Arbor illa ita vocata eſt ex euentu, qm̄ homo mandu
cando de fructu ligni illius, experimentaliter didicit & cognouit in malū ſuum, q̄d ſit obe-
dientię virtus, q̄d inobedientiæ vitium, & quantum diſtāt iſta ab inuicem: quod tn̄ ante ha-
bitualiter ſciuit notitia ſimplici, ſed nō experimentali. Veruntamē in his verbis per bonū &
malum, intelligi poſſunt tam bona & mala corporalia, q̄ bona & mala ſpiritualia. Vnde in
Scholaſtica hiſtoria dicitur: Lignū ſciētiæ boni & mali, vocatū eſt ex eo, q̄d ſequutū eſt poſt
comeſtiōem, vtpote ex pœna inflicta pro illo peccato. Prius enī homo neſciebat quid eſſet
malum, q̄a nōdum expertus. Bonum dicimus ſanitatē & fortitudinem, Malum vero ęgritu-
dinē & imbecillitatem, quæ nōdum ſenſerat. Cognouerat q̄dem ea ꝑ ſcientiā, q̄a ex vno cō-
trariorum

trarioꝝ cognoſcit reliquū, ſed nō per experientiā, quēadmodū medicus qui nunq̄ fuit infir
mus, ſcit morbos: ſed dū ægrotat, magis eos cognoſcit, quia cognoſcit & ſentit: ſicut de pue
ro delicate nutrito dicitur, ꝙ ignorat q̄d ſit malū ſiue paupertas. Rurſus in eadē habet hiſto
ria, ꝙ Plato ꝑ lignū vitæ, per lignū q̄q; ſciētiæ boni & mali, intellexit hominem ipſum, quia
putauit nomina illa nō cōuenire arborib⁹. ¶Præterea de his lignis ait Damaſcenus libro ſe Damaſ.
cundo: In medio paradiſi plantauit Deus lignum vitę & lignū cognitionis, per experientiā
quandā & approbationē, & exercitiū obedientiæ & inobedientiæ hoīs: ideo lignum cogni-
tionis boni & mali vocatur. Lignū aūt vitæ ſic dictū eſt, vel quaſi habēs operationē tributi-
uam vitæ, vel quia ſolū comeſtibile dignis vita, & nō ſubiectis morti. Refert quidā hoc lo-
co ꝙ Ioſephus dicit primo Antiquitatum libro, ꝙ fructus arboris ſcientię boni & mali, ha-
buit virtutē accelerandi vſum ratiōis, q̄d ille reprobat, dicēs hoc falſum eſſe, quoniam virt⁹ Ioſeph⁹ li. 1. c. 2. Antiq. Iuda.
corporalis nō ſe extēdit ad huiuſmodi accelerationē. Sed quicquid ſit de veritate dicti Ioſe-
phi, quem Hieronymus dicit fuiſſe viꝝ doctiſſimū, ratio reprobatiōis illius non valet. Nam Hieron.
dato ꝙ virtus corporalis non extenderet ſe directe ad accelerationē præfatam, quæ eſt ſpiri Ioſeph⁹.
tualis effectus, tamen diſpoſitiue & cooperatiue ac inſtrumētaliter poſſet ſe virtus corpora-
lis ad effectū illū extendere. Nam & gemmæ aliquæ habēt virtutē influendi & imprimendi
in aīam rationalem, atq; cauſandi in ea diuerſas affectiones, immo & inducendi eā ad actus
plurimos virtuoſos. Legitur quoq; in libro Tobiæ, ꝙ fumus cordis piſcis cuiuſdam habeat
vim extricandi omne genus dæmoniorum. ¶Deniq; Damaſcenus ait libro ſecundo, ꝙ lignū Tob. 6.
ſcientiæ boni & mali, ita vocatū eſt propter cauſam expreſſam, aut quoniā dabat accipien Damaſ.
tibus virtutē naturæ ꝓpriæ cognitiuam, q̄d bonū erat perfectis, malum autem imperfectio-
ribus, quēadmodum ſolidus cibus, malus eſt mollibus adhuc & lacte egētibus. ¶Porro ver-
ba Ioſephi ſunt hæc: Illa plantatio, ſcilicet arbor prudētiæ, cauſa acuminis erat & intellect⁹, Ioſeph⁹.
q̄d iuxta prætacta poſſet ad piū trahi intellectū. [Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis
ad irrigandū paradiſum.] Cū locus voluptatis & paradiſus ſint idē, q̄modo fluui⁹ egredieba
tur de loco voluptatis, i. de paradiſo, ad irrigandū paradiſum? Et reſpōdendū, ꝙ fluuius ille
oriebat in q̄dā parte paradiſi ex redūdātiſſimo fonte, & ita currebat ꝑ paradiſum, ad irrigā-
dū eūdē & planitiē ac arbuſta & virgulta ipſius, quēadmodū Nil⁹ plana loca Aegypti. ¶Por
ro in Scholaſtica hiſtoria dicit, ꝙ fons ille poteſt intelligi vel abyſſus, hoc ē, oīm matrix aq̄-
rū, vel ꝑ fontib⁹ pluraliter. Vnde & alij dicūt, ꝙ fluuius paradiſi oriebat ibi de fonte vel fon Hieron.
tibus. Sic nanq; Hieronymus ait ꝙ Iordanis habet duos fontes, vnū noīe Ior, aliū noīe Dan. Damaſ.
Veruntamē Damaſcenus ait libro ſecūdo: Oceanus eſt velut fluuius q̄dā, circuiēs oēm ter-
rā. De q̄ mihi videt dixiſſe ſcriptura diuina, qm̄ fluuius ꝓcedit de paradiſo. Hic Oceanus in
quatuor principia, hoc ē, in quatuor flumina diuidit. Nomē vni Phiſon. Ex his Damaſceni
verbis apparet, ꝙ Oceanus ſit fluuius de paradiſo egrediēs. Ad hoc Thomas ſuꝑ ſecūdū re-
ſpōdet, ꝙ primū principium illoꝝ fluminū, ſicut & cæteraꝝ aquaꝝ, eſt Oceanus: ſed princi
piū proximū eſt fons ille, qui ſurgit in illa parte terræ. Dicit ergo Oceanus de paradiſo egre
di, atq; in quatuor capita diuidi, inquantū fons ille paradiſi & fluuius, quē ibidē ꝓducit, ex
Oceano primordialiter fluit & exit. [Qui inde diuidit in quatuor capita.] hoc ē, fluuius ille
ꝑ paradiſum decurrēs, tādē ꝑ quatuor meatus ſeu loca ſe diuidit, & currere incipit, ſiue in
paradiſo, ſiue extra & prope eū, incipiat illa diuiſio. Diuidit ergo in quatuor capita, hoc eſt,
in quatuor magna ac principalia flumina, q̄ licet habeant vnū caput in paradiſo, nihilomi-
nus capitalia nūcupantur, ꝑ cōparationē ad aquas, quę extra paradiſum in diuerſis regioni
bus manāt ex ipſis. [Nomē vni Phiſon.] Phiſon, vt dicit, in Hebræo fertilitatē ſeu abundan-
tiā ſonat: ſicq; fluuius ille dicit Phiſon, q̄ſi piſcibus plenus, vel qm̄ terrā ꝑ quā fluit, fœcūdat.
De hoc in Scholaſtica hiſtoria ſcribitur: Phiſon à Gāgaro rege, alio noīe dict⁹ eſt Gāges. Et
ſecūdū Iſidoꝝ, Phiſon interpretat caterua, quoniā decē flumina intra ſe recipit, quę ſcilicet
extra paradiſum hincinde fluūt in ipſum: vel mutatio oris, q̄a mutatur à facie ſeu diſpoſi-
tiōe, quā habet in paradiſo. Mutatur q̄ppe ſecūdū diuerſa loca in tribus, videlicet in colore,
quoniam alibi clarus eſt, alibi turbidus: in quantitate, q̄a alicubi paruus, alicubi magnus: in
ſenſu, nā in aliquibus locis eſt calidus, in alijs frigidus. [Ipſe eſt q̄ circuit oēm terrā Euilath.]
id eſt, Phiſon hincinde decurrit ꝑ Indiam, quæ dicta eſt Euilath, ab Euila filio Iechtan, de q̄ Gen. 10.
infrà habetur. ¶Quocirca ſciendum quod infrà legitur de duobus qui dicti ſunt Euila. Et
India dicta eſt Euilath, ab Euila illo qui fuit filius Iechtan, propter quod ait Gloſſa: Euilath
regio Indiæ, poſt diluuium poſſeſſa eſt ab Euila filio Iechtan, filij Heber, patriarchę Hebręo
rū. Porro an Phiſon ita circumeat Indiā, vt faciat eā inſulā, certū nō habeo. [vbi naſcitur au-
rum.] Plinius etenī dicit, ꝙ regiōes Indiæ p̄ cæteris abundēt aureis venis. i. ſubterraneis ve-
nis & locis, in q̄bus naſcitur auꝝ. In Scholaſtica q̄q; hiſtoria dicitur, ꝙ fluui⁹ iſte aureas tra-
hit arenas. [Et auꝝ terrę illi⁹] videlicet Indię [optimū ē,] vtpote magis decoctum, purū, pre-
cioſum ac virtuoſum in proprietatibus auri, quarum vna eſt exhilarare videntē. [Ibiq; inue-
nitur

nitur bdellium.]Circa hoc habet in Gloſſa:Bdelliũ, ſecundũ Pliniũ,eſt arbor aromatica ma
gnitudine oleagina,cuius lachryma.i.humor ſeu gutta,eſt lucida,guſtu amara,ac boni odo
ris,ſed odoratior fit vini infuſione.[& lapis onychinus.] Onyx,vt ait Gloſſa,eſt lapis precio
ſus ſic dictus,q̃a ꝑmixtum habet candorẽ, ad ſimilitudinẽ vnguis humani. Vnguis etenim
Græce vocatur onyx.Itaq; lapis ille coloratus eſt inſtar humani vnguis. Antiq̃ trãslatio ha
bet carbunculũ,qui ignei eſt coloris,& dicit illuſtrare tenebras noctis. [Et nomen fluuij ſe-
cundi]eſt[Geon.Ipſe eſt q̃ circuit oẽm terrã Aethiopiæ:]& inde deſcẽdit in Aegyptũ, & ibi
vocat Nilus,& eſt turbidus.[Nomẽ vero fluminis tertij,Tigris.]q̃ ita vocat, q̃a velociſſime
currit inſtar tigridis,quę eſt celerrimũ animal.[Ipſe vadit cõtra Aſſyrios].i.ꝑ terrã Aſſyrio-
rũ,deinde ꝑ maiorẽ(vt fertur)Armeniã.Et dicit ire ſeu currere cõtra Aſſyrios,q̃ſi ex oppoſi
to Aſſyrioꝝ,reſpectu pergentiũ illuc ex altera parte.[Fluui⁹ aũt quartus,ipſe eſt Euphrates]
q̃ currit ꝑ Chaldæã,& eſt vnus terminus terræ Iſrael, immo ſecundũ Gloſſam,in vicino ir-
rigat terrã ꝓmiſſiõis:ideo Moſes nõ expreſſit,ꝑ quã terrã decurrat, q̃m ſatis innotuit filijs Iſ
rael, q̃bus hæc ſcripſit. Currit q̃q; per minorẽ Armeniã & Perſiã,vt legit. Porro aduerſarij
legis Moſis q̃dã hęretici atq; philoſophi,dixerũt hęc oĩa q̃ de ortu fluuioꝝ iſtoꝝ recitat Mo
ſes,eſſe cõficta & fabulã falſam, q̃a ad oculũ cõſtat, ꝙ fluuij iſti habẽt ortũ extra paradiſum,
& in terra habitabili.Phiſon nanq; oritur in locis Caucaſi mõtis, Geon nõ ꝓcul ab Atlan-
Beda. te,q̃ eſt mons Africę ad occidentẽ.Tigris & Euphrates ex Armenia, vt etiã Beda refert.Ad
Euſebi⁹. iſtud reſpondet in Scholaſtica hiſtoria: Quatuor flumina iſta ab eodẽ fonte paradiſi ema-
nant,ac ſeparant.Et q̃dam eoꝝ iteꝝ inter ſe commiſcent,& iteꝝ ſeparant. Sæpe q̃q; abſor-
Auguſt. bẽtur à terra,atq; in pluribus locis rurſus erũpunt. Hinc Auguſtinus octauo libro ſuper Ge-
neſim ait,ꝙ ſicut in alijs cõtingit fluminibus,vt alicubi intrent terrã, & alibi exeãt,ita de flu
uijs iſtis credendũ.Vnde & aliqui dicũt,ꝙ Phiſon currit per deſerta Indiæ quãdoq; ſub ter
ra,aliquando ſuper terram.Hinc ortus fluuiorum horum diuerſi leguntur.

¶Elucidatio reſiduæ partis huius capituli,Tulit ergo dñs. Arti. XX.

TVlit ergo dñs Deus hoĩem, & poſuit eũ in paradiſum voluptatis.] Cõmuniter dicitur,
ꝙ Deus formauit primũ hominem in agro Damaſceno,de terra,limo ſeu puluere ter-
ræ illius:ſed ex quo fundamento ꝓcedat hoc dictũ,ignoro,niſi forte quis dicat,ꝙ in eo
loco formatus eſt Adam,ad quem poſt tranſgreſſionem ſuam reiectus eſt,ſicq; poſt expul-
ſionem à paradiſo,credat habitaſſe in loco illo ac prope. Nam & ſepultus credit in ſpelunca
Ioſu. 14. duplici prope Hebron,ſicut in libro Ioſue legit:Adam maxim⁹ ibi inter Enachim ſitus eſt.
¶Sed quæri poteſt,q̃liter Deus tulit hoĩem de loco ſuæ formationis,an ꝑ ſeipſum,vtpote ſo
lo imperio,an ꝑ ſubiectã creaturam ſeu famulatu angelico,an forſitan iuit pedeſter vſq; ad
paradiſum,cuius exiſtẽtiã & locũ ſcire nõ poterat, niſi ex reuelatiõe: ergo nec viã ad paradi
ſum,niſi eodem modo ſeu ducatu angelico. Et reor ꝓbabile, ꝙ obſeq̃o angelico facta ſit illa
Dan. 14. trãslatio etiã ſubito,q̃uis nõ in inſtãti, quẽadmodũ angel⁹ tulit Abacuc de Iudæa in Babylo
Gene. 5. nẽ.Et infrà habet ꝙ dñs tulit Enoch, quẽ etiã in paradiſum tũc trãſtulit. Poſuit itaq; eũ in
paradiſo voluptatis, ꝓpter cauſas p̃cedẽti articulo tactas. Factus eſt aũt extra paradiſum,&
deinde cõſtitutus eſt in eo, [vt operaret] hoc eſt,vt ipſe homo operaret paradiſum, faciẽdo
in eo aliqua opera delectabilia & iucunda per agriculturam,nõ ex neceſſitate aut indigen-
tia,ſed potius ex abũdanti lætitia, ad experientiã & exercitationẽ naturalis virtutis. Nec ta
men operatio talis corporalis exterior,fuit ratio principalis, ꝓpter quam in paradiſo eſt po
ſitus:immo principaliter cõſtitutus eſt ibi, vt operaret actus ſpirituales interiores diuinos
vacando contẽplationi ac laudibus creatoris, quouſq; peregrinatione completa,transferre
tur ad vitam perfecte beatam & paradiſum cæleſtem.[& cuſtodiret illum].i.ipſe primus
homo cuſtodiret ſibijpſi paradiſum, ne peccando mereret priuari habitatiõe tam delicioſa,
& tam gratioſe conceſſa,nõ autem indiguit paradiſum ab impugnatoribus cuſtodire.Po-
teſt & ita intelligi:Poſuit eũ in paradiſum,vt ipſe Deus operaret hoĩem,i,exerceret & cole-
ret eum,perficiẽdo eũ in oĩ virtute & profectu aſſiduo, & cuſtodiret hominẽ in paradiſo ab
oĩ exteriori læſiuo,atq; ab omni periculo,quantum in ſe fuit.[Præcepitq; ei,dicens:Ex oĩ li-
gno paradiſi comede:]hoc eſt,de fructibus omnium arboꝝ paradiſi manduca, excepto eo
quod ſubdit:[De ligno autem ſcientię boni & mali ne comedas.]Deus in omnibus agit, q̃d
ſuam bonitatem,ſapientiam & excellentiam decet.Nec ideo omittit id facere,quoniã præ-
uidet creaturas abuſuras & ingratas futuras beneficijs ſuis,pręſertim quia ex eaꝝ abuſione,
ingratitudine & peccatis,nouit multa bona elicere, & praua per iuſtitiã ordinare.Quem-
admodũ ergo nõ omiſit angelos repbos condere, quia p̃uidit eos mox æternaliter peritu-
ros:ita nõ omiſit primo hoĩ dare p̃ceptũ, q̃uis ſciret eũ illud protinus tranſgreſſuꝝ, & po-
ſteritatẽ ſuam perditurum.Hinc aſſerit Auguſtinus:Oportebat vt homo ſub domino poſi-
Auguſt. tus,ab aliq̃ re prohiberet,vt virtus ei eſſet ꝓmerẽdi ipſa obedientia,quę ſola veriſſime virt⁹
eſt rationali creaturę ſub Dei poteſtate degẽti: quẽadmodũ primus & maximus tumor eſt,
velle

velle vti ad libitũ ꝓpria poteſtate, quod eſt inobediẽtia. Nec erat vnde homo cogitaret do-
minũ ſe habere,niſi aliquid ei iuberet.¶Deniq; ſecundum Bonauenturam,Deus prohibuit
hoĩ eſum ligni illius,propter meritum obediẽtiæ,acquirendũ ex parte hoĩs,& propter oſtẽ
dendum iuriſdictionis ſuæ imperiũ, q̃d habebat in hoĩe. Et quia prohibuit illud ꝓpter obe
dientię meritũ,idcirco vt meritũ illud eſſet plenũ,à tali re prohibuit hoĩem,à qua nõ debuit
abſtinere,niſi obedientiæ ſolius intuitu:& ideo ꝓhibuit eũ à re in ſe bona,ſcilicet à fructu li-
gni illius,ab actu nõ malo in ſe,hoc eſt,ab eſu fructus illius. Rurſus,q̃a prohibuit ad oſtẽdẽ
dũ ſuæ iuriſdictiõis dñium, ideo à tali re debuit prohibere, à qua homo non deberet manũ
retrahere, niſi propter ſolũ Dei imperium, & hoc fuit res bona. Hinc mandatũ illud, vocat
mãdatũ diſciplinæ:q̃a ad hoc homo nõ obligabat ex ſe, aut ex aliquo naturalis rõnis dicta-
mine,ſed ex ſola Dei præceptiõe.Itaq; ſicut prætactum eſt, decor qui attenditur in operib⁹
Dei ſecundũ regulã diuinæ ſapientiæ, intermitti nõ debet propter cõmodũ creaturæ.Et q̃-
niam homo timore pœnæ frequẽter retrahit ab iniquitate, Deus cõminationẽ adiecit: [In
q̃cunq; em̃ die]naturali quæ noctẽ includit,[comederis ex eo,morte morieris].i. neceſſita-
tẽ moriẽdi in corpore mox incurres. Vnde alia trãslatio habet, mortalis eris,atq; in aĩa ꝑ-
tin⁹ ſpiritualiter morieris peccãdo mortaliter. Nec iſtud fuit cõminatio tm̃, ſed etiã vera &
abſoluta p̃nunciatio.¶Circa hoc quæri poteſt,cur ait, Morte morieris,cũ ſufficeret dicere,
Morieris.Ad q̃d reſpõdendũ, ꝙ talis replicatio ſeu ingeminatio,eſt Hebræi ſermõis proprie
tas, ſicut in libris veteris teſtamenti vberrime innoteſcit. ¶Porro Henricus de Haſſia circa
hoc ſcribit:Eſt,inquiẽs,vita ad mortẽ, & eſt mors ad vitã. Quidã em̃ dũ viuũt moriũtur:& Ambro.
q̃dam dũ moriunt, viuũt.Fiũt ergo,vt ait Ambroſius,quatuor diſtinctiões ſeu cõbinationes,
quæ ſunt:Vita viuere,morte mori,vita mori,& morte viuere. Vita viuere,eſt virtute & gra
tia viuere,& merita vitę beatæ habere in huius corporis vita.Morte mori,eſt cũ morte cor
poris aĩam non habere meritũ vitæ æternę. Sed vita morit, qui vitioſe viuendo, mortẽ da-
mnatiõis meret.Morte aũt viuũt,q̃ moriunt vt viuãt,vt martyres ſancti.[Dixit q̃q; dñs De-
us:Non eſt bonũ hoĩem eſſe ſolũ].i.viꝝ ſine vxore manere nõ expedit, habẽdo reſpectũ ad
finẽ conditi hominis & inſtitutiõis humanæ, qui eſt, vt ꝑ eũ impleatur numerus electoꝝ in
patria,ad q̃d requirit multiplicatio hoĩm,quę ſine vtriuſq; ſexus cõmixtione naturaliter fie-
ri nequit.[Faciamus ei adiutoriũ ſimile ſibi].i. ꝑſonã eiuſdẽ ſpeciei, ſed alterius ſexus ꝓdu-
camus,quæ viro cooperetur ad hominũ multiplicationẽ.His dictis,adduxit Deus animalia
bruta ad Adã,primo,vt Adæ pateret ad oculũ,nõ eſſe inter aĩalia aliquod ſuppoſitũ aptum
ad prolificãdũ ex eo.Secũdo,vt animalibus imponeret nomina.Vnde ſubiũgitur:[Forma-
tis igitur dñs Deus de humo cũctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cæli,adduxit
ea ad Adã].i.poſtq̃ Deus vniuerſa animalia terræ & volucres cæli fecit de terra,præſentauit
ea oculis Adæ,[vt videret quid vocaret ea.]hoc eſt, vt ipſe Adã diligẽter attenderet,quo no
mine vnũquodq; illoꝝ eſſet vocandũ,cõſiderando ſinguloꝝ naturas & proprietates,ex qui
bus ſunt nomina imponẽda. ¶Circa hoc triplex eſt quæſtio.Prima, quomodo aues dicun- Gene. 1.
tur nunc factæ de humo,cũ capitulo præcedẽti ꝓductæ legãtur de aqua. Secunda,q̃liter ani
malia ſunt adducta ad Adam.Tertia,cur voluit Deus vt eis imponeret nomina.Ad primam Auguſt.
Auguſtinus reſpõdet,q̃d humus ſeu terra nũc ſumitur,ꝓut alia elemẽta includit,quẽadmo-
dũ in exordio primi capituli,In principio creauit Deus cælũ & terrã.Poteſt & aliter reſpõ-
deri,q̃d ideo dicunt aues factæ de terra,q̃niam in eaꝝ corporibus elementũ terræ prædomi
natur,quantũ ad materiæ quantitatẽ.Ad ſecũdã ſimiliter Auguſtinus reſpõdet, q̃d nõ violẽ
tia,nec voce formata in aere,ſed miniſterio angeloꝝ animalia ſint adducta. Alij dicũt,quod Idem.
ſolo iuſſu oĩpotẽtis.Quidã etiã opinati fuerũt,q̃d adductio illa animaliũ fuerit ſolũ ſpiritua-
liter facta, ita q̃d imaginationi Adæ repſentata fuerũt, vt cõſideraret ꝑ intellectũ ꝓprietates
ipſoꝝ, & apta cũctis noĩa daret. Præterea quamuis ſecũdũ ordinẽ recitationis textus iuſti⁹,
adductio hęc animaliũ videatur facta in paradiſo,quidã tñ dixerũt q̃d extra paradiſum per-
acta ſit,quia ſcriptura frequẽter non ſeruat ordinẽ reꝝ geſtaꝝ in deſcribendo,ſed aliqua di
cit ꝑ recapitulationẽ,aliqua ꝑ anticipationẽ. Sed magis cõſonat expoſitioni ſanctoꝝ ac te-
xtui,q̃d in paradiſo adducta ſint corã Adã.Ad tertiã reſpõdetur,quod appellatio illa anima
lium,facta eſt ab Adã ad poſteroꝝ informationẽ.Quẽadmodũ em̃ conditor fecit Adã perfe-
ctũ,quantũ ad corpus in ętate virili ac robore ad prolificãdũ:ita fecit eum pfectũ in aĩa,quã-
tum ad ſciẽtiã naturalẽ,ꝑ quã poſſet inſtruere poſteros. Sicq; Adã impoſuit nomina omni-
bus illis,vt poſteros edoceret nomina eorũdem.Deniq; ante ſuã trãſgreſſionẽ fuit ꝑſpicacio
ris ſcientiæ atq; maioris dignitatis,vt angelico famulatu fieret corã eo illa adductio.Poteſt
etiã dici,quod ideo ei adducta ſint,quatenus omniũ illoꝝ cõſiderãdo naturas & ꝓprietates,
magis incitaretur ad creatoris reuerẽtiã ac amorẽ,& ei gratior eſſet pro excellẽtia & domi-
natiõe,quas ei ſup irrationabilia cõtulit.Ex quibus oſtẽditur,q̃d Deus cõcreauit Adę nõ ſolũ
ſciẽtiã reꝝ,ſed & notitiã cuiuſdã loquelę.Quod ſi q̃ratur,*cuius & in quo idiomate Adã im
poſuit

poſuit animalibus nomina: reſpõdet, ꝙ linguæ Hebrææ, & ꝙ in ea impoſuit animalibus no
Hieron. mina. Vnde Hieronymus: Videt, inqt, ꝙ lingua Hebræa fuit prima hominibus, q̃m noĩa q̃
vſq; ad diuiſionẽ linguaꝝ in Geneſi legimus, ſunt Hebræa. ¶ Quæri inſuꝑ poteſt, an etiã pi-
ſces adducti ſint. Et dicũt qdã, ꝙ immo. Veruntamẽ Auguſtin⁹ videt ſentire ꝙ nõ, nam ait:
De piſcib⁹ nõ dicit ꝙ Adã eis impoſuit noĩa, ſed credibile eſt, q̃d piſcib⁹ paulatim cognitis,
Auguſt. iuxta gentiũ diuerſitatẽ noĩa extent impoſita. Hinc cũ author Scholaſticæ dixiſſet hiſtoriæ,
Euſebi⁹. In animãtibus terrę & aeris, intelligẽda ſunt animantia aquę: mox addidit, Vel potius piſces
poſtea ab hoĩbus ſunt cogniti & nominati, qa æquiuocãtur cũ animalib⁹ terræ, eo ꝙ deprę
hẽſi ſunt ſimiles illis eſſe. ¶ Iteꝝ quęri poteſt, an vniuerſa & ſingula aĩalia illa adducta ſint.
Ad q̃d reſpondendũ videtur, q̃d ſi in qualibet ſpecie ꝑ cõmixtionem ſexuũ generãte, nõ ſunt
niſi duo indiuidua primo creata, vt aliq̃ opinãtur, vniuerſa & ſingula ſunt adducta. Si vero
in eadẽ ſpecie plura indiuidua ſimul facta fuerunt, ſufficiebat tamen adductio duoꝝ indiui
duorum, cũ eadem noĩa cõpeterent eis & cæteris ſuæ naturæ cõſortib⁹. Irrationabilib⁹ qppe
nõ videtur impoſuiſſe nomina ꝓpria, ſed cõmunia ſolũ. [Omne eñ q̃d vocauit Adã animæ
viuentis, ipſum eſt nomen eius]. i. omne animal viuũ, vocatur veraciter nomine illo q̃d Adã
ſibi impoſuit: quod primo de Hebræis verificatur noĩbus, deinde proportionabiliter q̃q; de
alijs. Nam quãuis beſtiã, quæ equus vocat in Latino, nõ vocauerit hoc noĩe, equus: tamẽ vo-
cauit eã nomine Hebræo, cui correſpondet hoc nomen Latinũ, equus. [Appellauitq; Adam
noĩbus ſuis cũcta animãtia.] Si hoc abſolute accipiat, ſequeret ꝙ & piſcib⁹ noĩa apta impo
ſuit. Si vero accipiat ſolũ pro his, de qbus in ſpeciali ſubiũgitur, [& vniuerſa volatilia cœli,
& oẽs beſtias terræ,] nõ teneret cõſequentia illa. [Adæ vero non inueniebatur adiutor ſimilis
eius]. i. nulla reperiebatur nec fuit ꝑſona eiuſdem ſpeciei cũ Adã, quæ poſſet ei cooperari in
ꝓlificando. Ex hoc vero apertiſſime ſeqtur, ꝙ vir fuit prius tẽpore factus q̃ mulier. [Immiſit
ergo dñs Deus ſoporẽ in Adam.] Iſte ſopor ſecundũ doctores catholicos, nõ fuit ſomnus na
turalis aut corporalis, ſed potius obdormitio, quies, ecſtaſis ſeu abſorptio mentis in Deo, ex
ꝓfunda ac intenſiſſima contẽplatione Dei ac ſecretoꝝ myſterioꝝ ipſius. Ex qua obdormi-
tione corp⁹ & vires ſenſitiuę ſopiebãtur, atq; à vita animali actuali & actibus circa ꝓpria ob
iecta ſuſpendebãtur, donec mens redijt ad ſeipſam. Vnde qdam dicũt Adam tũc ſupernæ cu-
riæ interfuiſſe: q̃d tamẽ intelligendũ nõ eſt, quaſi anima eius fuerit realiter ſeparata à corpo
re, aut translata in cælũ, vel quòd viderit Deũ tunc clare per ſpeciem, ſed ꝙ anagogica con-
templatione multũ ſublimi contemplatus ſit Deũ, & illuminatus ab eo de qbuſdã ſecretis, vt
ſtatim dicetur. [Cũq; obdormiſſet] modo pręfato, [tulit] dñs [vnã de coſtis eius.] Hoc factum
eſt ſuꝑnaturaliter & immediate à Deo, & ſine Adæ euigilatiõe atq; dolore: immo ad ſeipſum
Augu. reuerſus, nõ ſenſit inde dolorem. Veruntamen Auguſtinus tangit, ꝙ coſta potuit miniſtrari
ꝑ angelos. i. miniſterio angelorum auferri, Deo iubente. [& repleuit carnem pro ea]. i. loco
coſtæ ſublatæ poſuit carnem, extendendo ſeu augendo carnẽ quæ ꝓpinqua fuerat coſtæ, ita
ꝙ locũ illũ repleuit. [Et ædificauit dñs Deus coſtã, quam tulerat de Adã, in mulierẽ]. i. de co
ſta illa formauit corp⁹ Euæ per ſeipſum immediate, ſupernaturaliter & inſtãtanee, ſicut &
corpus Adæ, quoꝝ vtrũq; fecit ſolo iuſſu oĩpotentis ſapientiæ ſuæ. In eodem quoq; inſtanti
creauit & corpori ſuo infudit aĩam Euæ. [Et adduxit eã ad Adã, tanq̃ ad ſuperiorem ſeu per
fectiorem, & tanq̃ ad caput ſuum atq; principium, & q̃m fuerat ei matrimonialiter & ſo-
cialiter ac amicabiliter copulanda: in ſignum q̃q;, quòd fœmina maritanda, debet duci ad vi
rum. [Dixitq; Adam: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea]. i. perſona iſta fœ-
minea, quæ noĩe oſſis & carnis ſignificat, q̃m ex oſſibus & carne cõpoſita eſt, eſt iam forma
ta, q̃tum ad corpus ſuum, ex vno de oſſibus meis, puta ex coſta mea & etiã de carne mea, q̃m
Deus tollendo coſtã ex Adam, tulit ſimul cum coſta aliquam partem carnis, qua coſta fue-
rat tecta. [Hæc vocabit virago, q̃niam de viro ſumpta eſt.] Apparet qbuſdam q̃d impropria
ſit nominatio iſta, qa virago magis deſignat mulierem viriliter agẽtem, quàm de viro ſum
ptã: ideo magis ꝓprie diceret vira, ſi ſermo Latin⁹ hoc pateret. Sed vltimũ iſtud nõ videt ido
nee dictum, qa & ſi dictio iſta, vira, eſſet in vſu, per eam non deſignaretur mulier facta de
viro, ſed ſolum perſona fœminei ſexus, ſicut per virum perſona ſexus virilis. Nam ita habe-
rent ſe ad inuicem vir & vira, ſicut dñs & domina. Per dominam autem non deſignatur, q̃d
res illa q̃ domina dicitur, ſit facta de dño. Vnde apparet q̃d appropriatius diceretur viracta,
quaſi de viro facta, quàm vira: quãuis, inquãtum mulier, diceretur proprie vira, quẽadmo-
dum in Hebręo dicitur Iſſa, q̃d interpretatur mulier. Sũpta eſt itaq; mulier illa de viro quan-
tum ad corpus, non quãtum ad aĩam, quæ nequaq̃ã ex aĩa viri traducta eſt, ſed immediate
à Deo creata, Nec tñ Moſes hoc expreſſit, qa iã ſatis dedit illud intelligi, per hoc q̃d aĩam vi
ri inſinuauit ab extrà infuſam ac inſpiratam. Pręterea ſicut dicit Gloſſa, Theodotio aliã ety-
mologiã ſuſpicatus eſt, dicens: Hæc vocabitur aſſumptio, qa de viris ſumpta. Iſſa eñ, ſecun-
dum varietatem accentus, etiã aſſumptiõem deſignat. [Quãobrem]. i. cum tanta ſit propin-
quitas,

quitas, & quodammodo vnitas viri & coniugis ſuæ, [relinquet homo] ſcilicet vir [patrẽ ſu-
um & matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ.] Hoc dupliciter explanatur. Primo, ꝙ maritus relin-
quet proprios parentes cõmuniter, quantũ ad cohabitationẽ, menſam & lectum, & vxori
ſuæ adhærebit in his, quia ad ꝓlificandum accipit eã: ideo habet prouidere ſibijpſi & conto-
rali ac proprię proli, nec manet ſub cura parentũ vt ante, ſed emancipatus efficitur, & ſuam
accipit portionem. Secundo, ꝙ homo relinquet parentes ſuos, quantum ad ineundũ coniu
giũ, q̃m nunq̃ licuit filio cum matre ſua cõtrahere, nec filiæ cũ proprio patre, quia concubi-
tus eſt contra reuerentiã quam proles ſuis tenet parentibus: cæteræ aũt perſonæ, quantum-
libet cognatæ, potuerũt aliquãdo matrimonialiter ſociari. Poteſt & tertio exponi de dile-
ctiõis derelictione. Nã vir cum ducit vxorẽ, q̃uis non deſinat parentes ſuos diligere, attamẽ
incipit plus amare cõiugem, q̃ parentes, quãtum ad amorẽ illum zelotypũ. [Et erunt duo in
carne vna]. i. tam familiariter ac intime copulabunt, quaſi ſint vna caro: & iteꝝ erunt duo
ſuppoſita, vtpote vir & vxor, in carne vna, hoc eſt, caro vnius erit alterius, & caro vniuſcui-
uſq; ipſoꝝ, erit ambobus cõmunis, vni ad eſſendum, alteri ad vtendũ: vir quippe ſui corpo
ris poteſtatem non habet, ſed mulier, & econtrà. Erunt q̃q; duo in carne vna, hoc eſt, in vno
carnali oꝑe ſeu cõmercio, atq; in vna prole cõmunicabũt, concurrent, & vnũ fient, vnum, in-
quã, per cõmunionẽ, cauſalitatẽ, & dilectionẽ. [Erat aũt vterq; nudus, Adam ſcilicet & vxor
eius]. Non eñ indiguerũt veſtitu contra intemperiẽ aeris, aut aliquam læſionem. Nec erube-
ſcebant ex mutuæ nuditatis genitaliũq; membroꝝ intuitu. Erubeſcentia nanq; eſt timor ſeu
pudor de re turpi, turpitudo aũt non erat in mẽbris aut corpore ex creatione, aut ipſa origi-
nali conditiõe. Et ideo q̃niam non erat in eis aliqua appetitio, aut motio inhoneſta, nec ſu-
ſpicabant ſibi tale qd imminere, non erubuerũt, ſicut nec glorificati in corpore poſt diẽ iu-
dicij. Ideo Ioſephus delirauit, dicẽdo ꝙ inerubeſcentia illa prioꝝ parentũ, venit ex imperi- In Ioſe-
tia & puerili ſimplicitate. Sic eñ ſtatus eoꝝ fuiſſet ex peccato melioratus, vtpote maiori vſu phum.
rationis & pleniori ſcientia decoratus. Iam q̃q; præhabitũ eſt, ꝙ Adam fuit in naturali ſcien
tia perfectus creatus. Nec aliter potuiſſet animalibus apta imponere nomina. In præfato itẽ
ſopore fuit mirabiliter illuſtratus, idcirco nequaq̃ erant aſinina & brutali ſimplicitate obfu-
ſcati, ſed magis illuminati q̃ ante ſuam tranſgreſſionem, quæ non mediocriter vulnerauit in
eis naturalia, abſtulitq; gratuita ſaltem nonnulla. Itaq; nihil putabant celandũ, quia nil ſen-
ſerunt reprimendum, & q̃m membra præfata rationi omnino obediebant: nunc autem præ
cipue ſunt erubeſcenda, quoniam rationi ſunt præſertim rebellia.

¶ Introductio & ſolutio quæſtionum, concernentium paſſum textus iſtius articulo præcedenti expoſitum. Art. XXI.

QVæritur circa illud, Tulit dñs Deus hoĩem, & poſuit eũ in paradiſum: A qua parte ter-
ræ tulit eũ, hoc eſt, in qua parte terræ factus eſt primus homo. Ad hoc reſpõdet Henri-
cus de Haſſia: De hoc nõ eſt certitudo. Sed Ioſephus dicit, ꝙ in agro Damaſceno, hoc Ioſeph⁹.
eſt, in agro iuxta quẽ poſtea eſt ædificata Damaſcus vrbs Syriæ. Dixitq; Ioſephus, ꝙ ibi fact⁹ li. 1. ca. 1.
ſit Adã de terra rubra cõſperſa ſeu humida. Nã & Adã vno modo interpretat ac ſonat, rubẽs, antiqu.
vel rubra terra. Alij dicũt, ꝙ factus ſit in medio terræ habitabilis, vtpote circa Hieruſalẽ, q̃m Iudaic.
ibi aut ꝓpe naſciturus & cõuerſatur⁹ fuerat Chriſtus. In Elucidario, in q̃ multa notabilia bre
uiter cõtinet, quãuis nõ cũcta authẽtica ſint, dicit ꝙ Adã in Hebron. i. agro vbi nũc Hebron
eſt, formatus ſit, & illuc poſt eiectionẽ ſuã reuerſus ac cõuerſatus. Cui dicto apparentiã facit,
ꝙ ibidẽ ſepultus deſcribit. ¶ Secũdo q̃ritur, cũ vir ſit dignior muliere, cur mulier in paradiſo Ioſu. 14.
formata eſt, vir extra paradiſum. Reſpõdet, ꝙ viro extra paradiſum plaſmato, ad innuẽdum,
ꝙ mãſio paradiſi ſibi naturaľr nõ deberet, ſatis innotuit, ꝙ mulieri mãſio illa nõ debebat, cũ
eſſet imꝑfectior viro: idcirco ad illud deſignãdũ, nõ oportebat eã extra paradiſum formari.
Aſſignant q̃q; & aliæ cauſæ, videlicet ꝙ De⁹ in hoc honorauit ſexũ fœmineũ. Vnde & de no
biliori materia eã formauit, q̃ virũ, puta de coſta viri, de limo formati. Et qa ipſe creator oĩ-
potẽs ꝓuidit ſe ex ſexu illo incarnãdũ. Et rurſus, ne viri cõiuges ſuas cõtemnãt, ſed venerent.
¶ Tertio quærit circa illud, Pręcepitq; ei, dicens: Ex oĩ ligno paradiſi comede: q̃t ꝓcepta de-
dit Deus Adæ in principio ſeu paradiſo. Ad hoc cõmuniter reſpondet, ꝙ tria. Vnũ fuit, Cre Tria prę
ſcite & multiplicamini. Et hoc ꝑtinebat ad cõſeruationẽ ſpeciei. Veruntñ hoc ꝓceptũ, ſecun cepta A-
dũ ordinẽ hiſtoriæ textus, datũ eſt Adæ ante trãslationẽ ſuã in paradiſum. Secundũ præce- dę data.
ptũ fuit, Ex oĩ ligno paradiſi comede, q̃d pertinet ad cõſeruationẽ indiuidui. Et hęc duo prę-
cepta erãt affirmatiua. Tertiũ extitit negatiuũ, videlicet: De ligno ſciẽtiæ boni & mali ne co
medas. ¶ Quarto quęrit, an etiã mulieri data ſint iſta præcepta. Et videt ꝙ nõ, Nã in ꝓlatio-
ne primi præcepti nõdũ fuit ꝓducta. Porro duo vltima iſta præcepta, ſoli Adę data legũtur.
Oppoſitũ tñ apparet ex eo, ꝙ infrà mulier reſpõdet ſerpenti: De fructu ligni q̃d eſt in medio
paradiſi, ꝓcepit nobis Deus ne comederemus, ne forte moriamur. Ad hoc Auguſtinus quaſi
dubitatiue reſpondet, ꝙ præcepta iſta ſic data ſunt viro, vt per eum deuenirent ad Euam. In

Scholaſtica hiſtoria datur iſta reſpõſio aſſertiue. Et addit ibi, ꝙ iuſſio iſta dicitur Adæ facta
forte ꝑ anticipationẽ, qm̃ muliere formata, vtriſq; eſt data. Veruntñ hoc nõ habet ex textu,
niſi forte ex reſpõſione Euæ ꝑallegata: quę tñ ita intelligi poteſt, ꝙ iuſſiones hę primo & im
mediate factæ ſunt viro, & mulieri per eũ. ¶Quinto quæritur, an ne etiã alia præcepta data
ſunt eis. Et videt ꝙ immo, qm̃ tenebantur ad legẽ naturalẽ & eius præcepta. Tenebant q̃q;
Luc.10. vitare peccata mortalia, diuinis pręceptis directe cõtraria: immo obligabãtur credere & ſpe
Eccl.15. rare in Deũ, & diligere eũ præ oĩbus. Deniq; in Eccleſiaſtico ſcriptũ eſt: Deus ab initio con-
ſtituit eũ, adiecit illi ꝑcepta & mãdata. ¶Amplius tria præcepta nõ erãt niſi de corporali-
bus rebus, ſed Deus exegit à primis parentibus ſpiritualẽ ſubiectionẽ & cultũ internum, er-
go dedit eis præcepta de talibus. Ad iſtud reſpõdendum eſt affirmatiue, ſicut argumẽta hæc
Eccl.17. ꝓbant, q̃d etiam clarius cõprobatur ex his, quæ in Eccleſiaſtico ſcribunt: Deus de terra crea-
uit hoĩem, creauit ex ipſo adiutoriũ ſimile ſibi. Diſciplina intellectus repleuit eos, creauit il-
lis ſciẽtiã ſpiritus, ſenſu impleuit corda illoꝝ, bona & mala oſtendit illis, iuſtitiã & iudicia
ſua oſtendit illis, & dixit illis: Attẽdite ab omni iniquo. ¶Sexto q̃ritur, qualiter & in qua lin
August. gua loquutus eſt illis Deus, & qualiter potuerũt intelligere aliquod idioma? Ad hoc Augu-
ſtinus obſcure reſpõdet, & ſentire videt, ꝙ ꝑ creaturã ſubiectã, puta per angelũ, loquutus ſit
& iuſſerit illis duo illa ꝑcepta. Scholaſtica q̃q; hiſtoria & Henricus de Haſſia, clarius id affir
mant. Et addit Henricus, ꝙ in Hebræo facta ſit illa loquutio. Atq; ſecũdũ Auguſtinũ, dicen
dũ ꝙ ſicut Deꝰ cõcreauit illis ſcientiã, ita & Hebręę loquelę peritiã. ¶Septimo q̃ritur, quali-
August. ter & quibus dixit Deus: Nõ eſt bonũ hoĩem eſſe ſolũ, faciamus ei adiutoriũ ſimile ſibi. Reſpõ
det ꝙ Deus hoc dixit .i. intra ſe cogitauit ac definiuit, ita ꝙ dicere ſumit hic eſſentialiter ꝓ
Dicere eſſentialiter. practica intellectione. Et iſta loquutio eſt totius ſuperbeatiſſimæ trinitatis ad ſe, vel patris
ad filium ac ſpiritũ ſanctũ, quẽadmodũ dictũ eſt ſuper illud: Dixit Deus, Faciamus hoĩem ad
imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã. ¶Octauo querit, cur dñs volẽs tollere vnã de coſtis Adę, &c.
miſit ſoporẽ in eũ. Ad hoc q̃dam reſpõdet, ne Adã videret coſtę ſuæ amotionẽ. Sed cõtra hoc
Gene.1. obijci poſſet, q̃a ſecundũ Auguſtinum, ſopor ille nõ eſt miſſus in Adã, ne ſentiret dolorẽ ex
August. coſtæ abſtractiõe, q̃a & vigilanti potuit eã ſine dolore auellere, ergo à fortiori apparet ꝙ nõ
ſit facta ſoporis immiſſio, ne Adã videret coſtæ ſuę ſublationẽ, q̃a & inuiſibiliter potuit eam
Deus auferre. Deniq; ſublatio coſtæ, nõ eſt corporaliter & viſibiliter facta, ꝑ applicationem
manus aut alteriꝰ mẽbri aut inſtrumẽti, ſed iuſſu oĩpotentis, aut etiã inuiſibili aliquo coope-
ratu angelico. ¶Sunt igit huius rei aliæ ratiões, Prima, qm̃ Deus dũ coſtã abſtulit, voluit vi-
ro reuelare myſteriũ ſeu cauſam ablationis illius: ideo miſit in eũ contẽplationis ſoporem &
ecſtaſim, in qua reuelauit ei multa ſecreta & ſpiritualẽ rationẽ facti illius, quæ tñ ratio in ſe
ſpiritualis, fuit literalis ibidẽ, ſicut & ſequẽs, ſecundũ Auguſtinũ. Secũda itaq; ratio eſt, q̃a ꝑ
Idem formationẽ Euæ ex Adã, voluit Deus ꝑfigurare formatiõem eccleſiæ ex Chriſto: idcirco ex
Adã dormiente & ſoporato Deꝰ formauit Euã, quia ꝓuidit ꝙ ex Chriſto dormiẽte in cru-
ce, formãda eſſet eccleſia. ¶Nono quæritur, cur Deus formauit mulierẽ ex viro, & nõ potius
ambos ſimul ꝓduxit de cõmuni materia, ſicut in cæteris aĩalibꝰ fecit. Et reſpõdendũ ꝙ ideo.
Idem Primo, vt vir cõiugem magis diligeret, nõ ſolũ tanq̃ aliq̃d ſimile ſibi, ſed & tanq̃ aliq̃d ſui,
& tanq̃ quendam ſui effectũ. Hinc duodecimo de ciuit. Dei loq̃tur Auguſtinus: Quod ex la-
tere viri facta eſt mulier, ſignat q̃ chara debet eſſe cõiunctio mariti & cõiugis. Secundo, vt in
hoc q̃q; primus homo Deo aſſimilaret, ꝙ ſicut oĩa ſunt ex Deo, ſic vniuerſum genus huma-
nũ ꝓdiret ex vno hoĩe primo. Tertio, qm̃ vir caput eſt mulieris: idcirco ex eo tanq̃ à quodã
principio fuerat ꝓcreanda. Quarto, vt fœmina ſuo marito fidelius & amoroſius adhæreret
tanq̃ prĩcipio ſuo. Quinto, ꝓpter ſignificationẽ myſterij, vtpote ꝙ tota eccleſia eſſet forman
da à Chriſto. ¶Decimo quærit, quare potius de coſta & latere Adæ ſumpta eſt Eua. Reſpon-
Ioan.19. detur, ad deſignandũ ꝙ eccleſia eſſet formãda de ſanguine ex Chriſti latere ꝓfluente. Itẽ ad
innuendũ, ꝙ vxor ſit iuxta ſui mariti latus ponẽda & tanquã ſocia, nõ quaſi ancilla aut dña
à viro ſuo habẽda: idcirco de media corporis parte, videlicet coſta, nõ de capite aut pede vi
ri eſt facta. ¶Vndecimo q̃ritur de cõtemplatiõe Adę in ꝑfato ſopore, q̃liter viderit Deũ, & q̃d
ex diuina reuelatiõe tũc cognouerit. Reſpõdet ꝙ nõ vidit Deũ clare ꝑ ſpeciẽ, ſed cõtempla-
tione anagogica ac myſtica multũ ꝑclara, quæ fuit quaſi medio modo ſe habẽs inter beatifi
cã patriæ viſionẽ, & cõmunem contẽplationẽ Dei in via. Deniq; ſecundũ Doctores, ex diui-
na reuelatione tũc cognouit Dei filiũ incarnandũ, nõ tñ cognouit tũc cauſam incarnatiõis,
videlicet ꝙ ꝓ diluẽdis mũdi peccatis eſſet incarnãdus: non em̃ ꝑſciuit ruinam ſuã. Et ꝙ iſtud
ſit veꝛ, ex eo ꝑpenditur, ꝙ Adã euigilãs & reuerſus ad ſe, ꝓphetauit: Relinquet homo pa-
Ephe.5. trẽ ſuũ & matrẽ ſuã, & adhærebit vxori ſuæ, & erũt duo in carne vna. q̃d exponẽs Apoſtolꝰ:
Sacramentũ, inq̃t, hoc magnũ eſt: ego aũt dico in Chriſto & in eccleſia. Intellexit itaq; Adã
in raptu illo, fœminã de coſta ſua eſſe formatã, & rationẽ formatiõis illius ac deſignationẽ
matrimonij tũc inſtituti, vt eſt in naturæ officiũ. In Scholaſt. q̃q; hiſtoria fert: Euigilãs pro-
phetauit

phetauit de cõiunctiõe Chriſti & eccleſiæ, & ibidẽ cognouit de futuro diluuio, iudicio q̃q;
futuro ꝑ ignẽ, ac ſuis liberis indicauit. Veruntamẽ iſtud reor incertũ, ꝙ cognouit de futuro
diluuio atq; iudicio Dei ꝑ ignẽ. Sic em̃, vt apparet, ꝑcognouiſſet ſui ac poſteritatis ſuę ruinã,
eo ꝙ diluuiũ & ignis iudiciũ, directe inſinuẽt pœnã. In cuiꝰ ratiõe dat intelligi culpa præce-
dẽs, q̃d illũinatiſſimũ Adã nõ latuit. Et q̃uis poſt primã ꝓtoplaſti trãſgreſſionẽ, interdũ infli
git pœna abſq; pręuia (ꝓ qua infligat) culpa, tñ ſi primꝰ homo nõ peccaſſet, nõ infligeret po
ſteris pœna ſine ꝓuia culpa, q̃d etiã S. Thomas affirmat. Porro incarnatio filij Dei nõ ſuppli
ciũ, ſed potius bñficiũ denotat. ¶Duodecimo q̃ritur, an de coſta Adæ poterat Eua formari.
Et apparet ꝙ nõ, qm̃ ex tã parua materia nequiuit fieri corpus tã grande, niſi forte ꝑ rarefa-
ctionẽ: corpꝰ aũt Euæ nõ erat raꝝ, ſed groſſum, ſpiſſum ac ſolidũ. Reſpõdet, ꝙ de hoc duæ
ſunt opiniões. Vna Hugonis & Magiſtri ſentẽtiaꝝ, q dicũt corpus Euæ formatũ ex coſta illa
abſq; additiõe alicuiꝰ exterioris materiæ, ꝑ creationẽ aut cõuerſionẽ alicuius in ipſam. Si em̃
(vt aiũt) Deus potuit materiã de nihilo facere, potuit eã in ſeipſa multiplicare abſq; alicuiꝰ
additiõe. Alij dicũt ꝙ factũ ſit illud ꝑ additionẽ alterius materiæ, & ꝓbabilius reputat Tho-
mas, ꝙ factũ ſit hoc ꝑ additionẽ materiæ ꝑexiſtentis, eo ꝙ ſancti cõmuniter dicant, oĩa ad
minus in materia ſimul eſſe creata. Sed iſtis difficultatibꝰ ſcholaſticis, quæ ſuꝑ Sentẽtias dif-
fuſe diſcutiunt, nequaq̃ intẽdo immorari hoc loco. ¶Tertiodecimo q̃ritur, q̃liter coſta de
qua facta eſt Eua, fuit primo in Adã. Aut em̃ fuit ei ſuꝑflua, aut de eius integritate conſiſtẽs.
Si ſecundũ, ergo ea ſublata, factus eſt imꝑfectus ac diminutus. Si primũ, ergo fuit monſtro-
ſus, ſicut q habet ſex digitos. Monſtrũ q̃ppe eſt effectus ſuæ inconueniẽs ſpeciei. Reſpondet
breuiſſime, ꝙ coſta illa fuit Adæ neceſſaria, ſecundũ q̃d erat ſuæ ſpeciei principium, non in-
quantum fuit indiuiduum certum. Ideo coſta ablata, manſit integer homo. ¶Quartodeci-
mo quæritur, an Eua fuerit filia Adæ. Et apparet ꝙ immo, q̃a ex ſubſtantia eius eſt facta. co-
ſta nanq; magis fuit de ſubſtãtia Adæ, q̃ ſemen. Reſpondet ꝙ formatio Euæ non extitit ꝑ na
turalẽ gñationẽ, ſed ꝑ ſupernaturalẽ plaſmationẽ, idcirco nõ extitit filia Adæ. Poſtremo cir- Rabbi Salomõ
ca illud, Aedificauit dñs coſtã quã tulerat &c. Lyra allegat & approbat Rabbi Salomonẽ, di
centẽ: Formatio mulieris deſcribit noĩe ædificationis, qm̃ ſicut ædificiũ communiter groſ-
ſius latiuſq; eſt inferiꝰ, q̃ ſupra, ſic corpora mulieꝝ cõmuniter groſſiora inferius, & ſubtilio-
ra extãt ſuꝑius. Et hoc ꝓpter debilitatẽ calidi naturalis in muliere, ꝓpter q̃d maior pars ali-
menti manet inferius. Sed circa hoc ſcribit Rabbi Paulus, ꝙ iſtud ſit improprie dictũ, incõ-
ueniẽſq; ad ꝓpoſitũ declarandũ: qm̃ ad ſcripturã nil pertinet, an mulier ſit groſſior inferiꝰ
an non. Ideo aliã rationẽ adducit, dicẽdo ꝙ ſicut in ædificio manet eadẽ res numero in ædi-
ficato, quæ fuit ante ædificationẽ, & ex qua ædificiũ fit, vt patet dũ ex lignis & ſaxis fit do-
mus, ita dicit ꝙ inter Adã & Euã manſit quodãmodo indiuidualis idẽtitas, inquantũ eadẽ
coſta numero mãſit in Eua, quæ ante fuit in Adã. Sed iſtud ſatis imperite prolatũ cenſetur.
Dum em̃ ex aqua fit aer, non manet identitas indiuidualis inter aquã, & aerẽ, quanuis mate
ria prima eadẽ numero ꝑſeueret in aere q̃ fuit in aqua: ſic quanuis coſta in Eua mãſit eadem
numero, quãtũ ad primã materiã quæ fuit in Adã, nõ tñ ob hoc manſit eadẽ numero coſta
in vtriſq;, qm̃ ſub alia forma ſubſtãtiali ſtetit in Adã q̃ in Eua. Quẽadmodũ aũt materia ſu-
mit eſſe à forma ſubſtãtiali, ita & diſtinctionẽ, vnitatẽ aut numerationem à forma ſortitur.
Poſſent demum circa hunc paſſum alia dubia multa moueri, videlicet quàm diu fuit Adam
in paradiſo, & quàm diu formatio eius, introductionem eius in paradiſum præceſſit, ac cõ-
ſimilia, quæ in expoſitione ſequentis tangentur capituli.

¶Elucidatio ſpiritualis eiuſdem capituli. Art. XXII.

IGitur ꝑfecti ſunt cæli & terra, & oĩs ornatus eoꝝ. Per cælos angelici intellectus, ꝑ terrã
mẽtes humanę recte intelligunt, q oẽs ꝑfecti ſunt, qñ angeli electi ad Deũ cõuerſi, ꝑ dona
gloriæ ſunt beatificati & roborati, immo & plene cõſummati in Deo, hoĩes q̃q; ꝑ dona
gratiæ gratũ faciẽtis formati. Deniq; cæteræ vniuerſę creaturę cõpletionẽ quandã ſortiri vi
dent, dũ electis hoĩbus, ꝓpter q̃s ſpecialiter factæ ſunt, obſequunt. Rurſus, ꝑ cælos intelligunt
contẽplatiui & religioſi ac ꝑſidentes: ꝑ terrã, actiui ſeculares ac ſubditi, q oẽs in eccleſia ſunt
ſuo modo ꝑfecti, dũ vnuſq̃ſq; eoꝝ ſecũdũ exigẽtiã ſuę vocationis digne Deo conuerſat, q̃ꝝ
oĩm ornatus, ſunt virtutes ac dona ſpũſſancti & meritorij actus. Cõpleuitq; Deus die ſepti-
mo opꝰ ſuũ. Per ſeptimũ diẽ, intelligit Iſidorus diẽ glorificatiõis & req̃etionis electoꝝ in re
gno cæleſti, in q̃ die req̃eſcet Deus pleniſſime in electis glorificatis, faciẽdo eos plene & con
tentatiue conq̃eſcere in ſe, ita vt ſatiati plenarie, nil plus neq; q̃d amplius queant appetere.
Deniq; illi diei .i. electis & beatis in die illo æternitatis, Deus pleniſſime bñdicet ꝑ infuſionẽ
ſeu cõſeruationem & cõſummationem muneꝝ gloriæ. Iſtæ ſunt gñationes cæli & terræ in
die q̃ fecit dñs cælũ & terrã. Gñationes naturales ſunt, ꝑ quas res temporales acq̃rũt eſſe ſub-
ſtãtiale ſpecificũ. Generationes aũt ſpũales, ſunt reformatiões ꝑ quas creaturę rationales ac-
q̃rũt eſſe ſpũale, q̃d eſt eſſe gratiæ ac virtutũ. Iſtæ ergo ſunt generationes cæli & terræ .i. refor

mationes

matis igiť de humo cũctis aĩantibus &c.]Per hoc ſpũaliter præfiguratũ eſt,ꝙ oĩa genera ho
minũ,q̃ ſecũdũ diuerſitatẽ vitioꝝ aut virtutũ, diuerſis exprimunť noĩb⁹ auiũ ac brutoꝝ,De
us ſpũaliter p̃ſentauit aĩæ Chriſti,ad cognoſcendũ,& item ad intelligendũ, qui ex eis eſſent
electi,q̃bus iuxta hoc Chr̃s impoſuit nomen.[Adæ vero nõ inueniebať adiutor ſimilis eius]
hoc eſt,Chr̃o null⁹ electoꝝ æqualis inuẽtus eſt. Nec Chr̃s inuenit ſpõſam illã in terra,ꝓpter
Mat. 27. quã ex ſe formãdam deſcẽdit in mundũ.[Immiſit ergo dñs De⁹ ſoporẽ in Adã].i.voluntatẽ
ſubeũdi mortẽ pro mũdi ſalute Chr̃o inſpirauit,& eũ in cruce mori voluit. [Cumq́ obdor
Ioan. 19. miſſet,tulit vnã de coſtis eius]hoc eſt,Chr̃o in cruce defuncto,lancea militari lat⁹ ei⁹ ꝑfora-
Acto. 3. ri ꝑmiſit,immo & ꝑforauit, eo modo q̃ beatiſſimus princeps Apoſtoloꝝ teſtať Deus qui p̃-
nũciauit ꝑ os oĩm ꝓphetaꝝ pati Chr̃m ſuũ,impleuit ſic.ſicq́ formauit ex eo eccleſiã, qm̃ ſa
cramẽta qb⁹ formať eccleſia,de latere Chr̃i ꝑfoſſo fluxerũt.Oĩa etem̃ ſacramẽta,oẽm ſuã vir-
tutẽ à dñica paſſiõe & merito ei⁹ ſortita ſunt.[& repleuit carnẽ ꝓ ea].i.pro latere Chr̃i ſic ꝑ-
forato,cõiunxit & dedit ei eccleſiã, q̃ precio ſanguinis Chr̃i redẽpta eſt & Chr̃o vnita, quẽ-
Eſa. 53. admodũ in Eſaia legiť:Si poſuerit aĩam ſuã ꝓ peccato,videbit ſemẽ longæuũ,& diſpertiã ei
plurimos.[Et adduxit eã ad Adam].i.eccleſiã adduxit ad Chr̃m,tanq̃ ad caput,ꝑ fidẽ,ꝓpter
Ioan. 6. q̊d ait:Om̃e q̊d dat mihi pater,ad me veniet.[Dixitq́ Adã:Hoc nũc os ex oſſib⁹ meis,& caro
de carne mea].i.eccleſia iſta ſanguine corporis mei formata eſt,& mihi tã chara eſt,vt ꝓpriũ
Eph. 4. os & caro.Vnde & Paulus teſtať:Vos eſtis corpus Chriſti, & mẽbra de mẽbro.[Hæc voca-
biť virago, qm̃ de viro ſumpta eſt.] Recte nomẽ iſtud eccleſiæ cõpetit, q̃ de Chr̃o eſt ꝓcrea-
Hier. 31. ta,de qua cecinit Hieremias:Mulier circũdabit viꝝ.Eccleſia q̊q; fortiſſima eſt in Deo,& vi
riliſſime agit, ſicq́ virago rite vocať. [Quamobrẽ relinquet homo patrẽ ſuum & matrẽ].i.
Chr̃s ipſe patrẽ ſuũ q̊ſi reliq̃t,veniẽdo in mundũ,& matrẽ,vtpote ſynagogã,& adhæſit vxo-
ri ſuę,i.eccleſię.Factiq; ſunt [duo]ſ. Chr̃s & eccleſia[in carne vna].i. vnũ myſticũ corpus cõ-
ſtituunt,cuius principale caput eſt Chr̃s. [Erat aũt vterq; nudus, Adam ſ.& vxor eius, & nõ
Zach. 9. erubeſcebãt.]Sic Chriſtus in mũdo iſto cõuerſans, nud⁹ & pauper fuit,nec inde erubuit:pri
mitiuaq́ eccleſia extitit nuda & egena,nec inde verecundabatur,ſed gloriabatur in dño.

¶Elucidatio capituli Tertij: Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus
terræ &c. Art. XXIII.

DESCRIPTO qualiter primus homo cõſtitutus ſit in paradiſo, & qualiter ex
eo formata ſit fœmina, nũc recitatur qualiter ambo de paradiſo eiecti ſunt. [Sed
& ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat dominus Deus.
Qui dixit ad mulierem:Cur præcepit vobis Deus,vt non comederetis ex omni li
gno paradiſi?]Sicut ait Bonauentura ſuper ſecundũ,diſtinctione viceſimaprima, quanuis
ſunt animalia quædam bruta callidiora,& quaſi prudentiora ſerpentibus,ſerpens tamẽ cal-
lidiſſimum animal eſt ad inſidiandum atq; nocendum corporaliter homini: ideo immen-
ſitas diuinæ ſapientiæ ſic ordinauit, ꝙ callidiſſimus inuiſibilis hoſtis, ſpiritualiter inſidians
ac lædens,per ſerpentem aggreſſus eſt hominẽ impugnare,vt inter inſtrumentũ & eius mo
torẽ eſſet proportio.Sed cur nõ acceſſit in ſpecie columbæ, aut ſplendidiſſimi angeli,aut ho
minis religioſi? ſic em̃ perſuaſio eius apparentiã habuiſſet maiorẽ,& fraus eius amplius latu-
Auguſt. iſſet. Ad hoc ſuꝑ Geneſim Auguſtinus reſpõdet:Nõ eſt putandũ ꝙ diabolus ſerpentẽ ꝑ quẽ
tẽtaret,elegerit:ſed cũ tẽtando decipere cuperet,nõ eſt permiſſus hoc attentare, niſi ꝑ ſerpen
tẽ. Hinc Magiſter ſententiaꝝ libro ſecũdo,diſtinctiõe viceſimaprima,diffuſius ait:Quia dia-
bolus ꝑ violentiã nocere nõ poterat,ad fraudẽ ſe conuertit,vt dolo hoĩem ſupplantaret,quẽ
virtute ſuperare nequiret.Porro,ne fraus illius nimis manifeſtareť,in ꝓpria ſpecie nõ venit,
ne aperte cognoſceretur.Iteꝝ, ne fraus eius eſſet valde occulta, quæ caueri vix poſſet,& ne
homo videretur pati iniuriam,ſi taliter circunueniri permitteretur,vt præcauere nõ poſſet,
permiſſus eſt diabolus in ſpecie aliena venire,ſed in tali, in qua eius malitia poſſet facilitet
depræhẽdi.Vnde ꝓpria eius factum eſt voluntate, ꝙ in propria forma non venit: vt autem
veniret in forma ſuæ malitiæ congruẽti,videlicet ſerpentina, diuinitus factum eſt.Et ſi per-
miſſus fuiſſet,forte veniſſet libentius in forma columbę.Hęc Magiſter. ¶Sed circa hoc quę-
ri poſſet:Cum diabolus ſit inuiſibilis ſpiritus in ſua natura, q̃modo venire potuiſſet in pro-
pria forma ſeu ſpecie.Reſpõdetur ꝙ in propria natura non poterat viſibiliter apparere, at-
tamẽ horribiliſſima,teterrima atq; turpiſſima forma,qua pingi ſolet,dici poteſt quodãmo
do ꝓpria ſpecies eius, q̃a per eã aptius deſignať. Et ſi apparuiſſet in ea, fuiſſet mox cognitus.
¶Inſuper quæritur,quid mouit diabolum ad tentandum hoĩem? Ad q̊d reſpondetur,ex eo
q̊d in libro Sapiẽtiæ ſecũdo habetur: Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarũ. Itaq;
Bonauẽ. Bonauentura ad iſtud reſpondet in ſcripto ſecũdi:Duo iſta peccata,ſuperbia & inuidia,ma-
xime poſſidẽt mentẽ diaboli.Et ſunt hæc duo peccata quaſi inſeparabilia, ita ꝙ inuidia cõ-
comitatur ſuperbiã:ſuperbus nanq; amat excellentiã, ideo nõ vult habere parẽ:ſicq́ mox ap
petit excellẽtiam ſingulariter poſſidere,propter quod ſtatim inuidet actu vel habitu.Diabo
lus ergo

lus ergo vidẽs hominẽ conſtitutũ in ſtatu,in quo poterat ſub ſua cadere ſeu redigi poteſta-
te,in quo etiã poterat ad felicitatẽ ſupernã aſcẽdere,à qua corruerat ipſe,mot⁹ eſt ex ſuper-
bia atq; inuidia ad hominẽ impugnandũ:ex ſuꝑbia,vt eum ſibi ſubijceret:ex inuidia,vt eum
ab æterna beatitudine impediret.Sicq́ ſuꝑbia fuit,quaſi mouẽs primũ:inuidia aũt,ſicut mo
uẽs immediatũ & proximũ.Nã dato ꝙ nõ potuiſſet hoĩem ſibi ſubijcere,attñ ſtuduiſſet eum
felicitate ac gaudijs paradiſi priuare.Hinc potiſſime diciť ex inuidia hominẽ tẽtaſſe.Hęc Bo
nauẽtura.¶Amplius quęriť:Cur diabolus nõ acceſſit hoĩem inuiſibiliter,tentãdo eum inte-
rius ſuggeſtione peſtifera. Ad hoc reſpõdet Albertus,ꝙ ſuggeſtio dęmonis interior cõpetit
ſenſualitati corruptæ,idcirco Chr̃m & hoĩem in ſtatu innocẽtiæ tẽtauit diabol⁹ ſuggeſtio- Albert⁹.
ne exteriore.Vnde Thomas apertius ait in prima parte,& ſuꝑ ſecũdũ,ꝙ q̃ diu ſuperior pars Matt. 4.
animæ mãſit in hoĩe Deo ſubiecta, nihil inordinatũ cõtingere poterat in inferioribus viri- Marci 1.
bus animæ. ¶Quæritur rurſus: Quis dæmonũ tẽtauit homines protoplaſtos. Ad hoc patet Lucę 4. Thomas
reſpõſio ex eo, q̊d in Scholaſtica fertur hiſtoria: Lucifer deiectus à paradiſo ſpirituũ, puta
cælo empyreo,inuidit homini,eo ꝙ poſitus eſſet in paradiſo corpoꝝ,ſciẽs ꝙ ſi faceret eum
trãſgredi,inde eijcereť. Hinc cõmuniter diciť, ꝙ Lucifer qui tẽtauit Chriſtũ, tẽtauit & pri- Matt. 4.
mos parẽtes.¶Quærendũ eſt quoq;,cur primo aggreſſus eſt fœminã,& nõ potius virũ. Ad
hoc ſuꝑ ſecundũ Bonauẽtura reſpõdet:Ratio huius accipiť tã ex parte ſapiẽtiæ Dei,q̃ ex par
te verſutiæ diaboli.Ex parte Dei, qm̃ Deus ꝑmiſit diabolũ ſic tẽtare.Primo,ꝓpter viri ſ.Adę Bonauẽ.
exercitationẽ.Nã adeo fortis fuit & ſpũali mẽte præditus,ꝙ poterat reſiſtere nõ ſolũ tẽtatio-
ni ſerpẽtis,ſed ſuggeſtioni etiã mulieris,vnde & fortius tẽtari permiſſus eſt.Secũdo,propter
remouendã mulieris excuſationẽ.Nempe ſi vir primo peccaſſet,nõ videretur multũ miran- 1. Cor. 7.
dũ,ſi ei mulier cõſenſiſſet,cũ vir caput ſit mulieris. Tertio,ꝓpter noſtrã informationẽ,quia
ex modo & ordine illius primæ tẽtationis, cognoſcimus modũ atq; progreſſum inuiſibilis
noſtræ tẽtationis.Quẽadmodũ em̃ illa tẽtatio peruenit à ſerpẽte ad virũ per fœminã,ſic no
ſtra tẽtatio ꝑuenit à ſenſualitate ad rationẽ ſuperiorẽ per rationem inferiorem.Pręterea,ex
parte verſutiæ diaboli ſumiť ratio. Diabolus nãq; cõſiderauit mulierẽ eſſe minoris ſapiẽtiæ,
debilioris cõſtantiæ, & importunioris adhærẽtiæ: Quia minoris ſapiẽtiæ fuit, facilior erat
ad ſeducendũ,idcirco diabolus voluit ſibi ꝑ eã facere viã ac trãſitum:Quia debilioris con-
ſtãtiæ,facilior erat ad ꝑuertendũ,idcirco tẽtator aggreſſus eſt hoĩem primo ex ea parte,qua
fuit minus munitus:Quia importunioris adhęrẽtiæ,cõijciebat diabol⁹,ſi eã vinceret primo,
ipſa nõ quieſceret quouſq; peruerteret virũ. Hæc Bonauentura.In Scholaſtica quoq; hiſto- Euſebi⁹.
ria dicitur,ꝙ diabolus metuens depræhendi à viro,aggreſſus eſt fœminam primo.Nam &
magis flexibilem vidit eandẽ.Deniq; aſtutiſſimus ille tentator,acutiſſime penſans q̃ intenſe
primus vir ille diligeret fœminã ex ſe ſumptam,perpendit ꝙ ſi primo vinceret fœminam,
ipſa virum ſuo amore ad idem alliceret. ¶Quæritur denuo: Cur diabolus tẽtationem illam
incepit ab interrogatione,dicendo: Cur præcepit vobis Deus &c. Ad hoc patet reſponſio
ex verbis Magiſtri,libro 2,dicentis:Stans hoſtis ſuperbus corã fœmina,non audebat in ver-
ba perſuaſionis prorumpere,metuẽs depræhendi:ſed ſub interrogatione aggreſſus eſt eam,
quatenus ex reſponſione eius colligeret,qualiter in tentando procedere poſſet. Itaq; diabo
lus dixit: Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradiſi, hoc eſt,de
fructibus arborum om̃ium, vna excepta? ¶Poſtremo quidã hic ſcribit, ꝙ diabolus non eſt
permiſſus tentare hominem in ſpecie gratioſa. Et addit:Aliqui tamen dicunt,ꝙ ſerpens il-
le habuit faciem gratioſam ac virginalem, quod de ſcriptura nullam habet authoritatem.
¶Quocirca ſciendum ꝙ Beda hoc dicit,& Bonauentura allegat.In Scholaſtica quoq; hiſto Bonauẽ.
ria additur, ꝙ rectus ſeu erectus inceſſit, atq; adhuc,vt traditur,phareas erectus incedit. In Euſebi⁹.
geſtis quoq; Alexandri habetur, ꝙ † †Hoc in loco aliquid in originali deſideratur.
quibus conſonare videtur textus mox explanandus,ſicut patebit.Sicq́ dictum illud cenſe-
tur ſatis authenticum. ¶Deniq; loquutus eſt diabolus per ſerpentem, formando verba per
linguam ſerpentis, ita ꝙ ſerpens nõ intellexit verba illa,quemadmodum loquitur per ener
gumenos atq; phanaticos,hoc eſt,arrepticios & obſeſſos,quos intellectu rationeq́ priuat,
vt Strabus ait.Sic quoq; angelus bonus loquebatur per aſinam Balaam. ¶Sed mirum appa- Num. 22
ret,ꝙ mulier ex alloquutione ſerpentis non timuit.Ad q̊d Magiſter libro 2.reſpõdet, ꝙ pu
tauit eũ accepiſſe à Deo loquẽdi officiũ.Et aliq̃ dicũt,ꝙ æſtimauit ſerpentẽ illũ eſſe aliquam
rationalẽ creaturã.ex quibus pręfacta poſitio de virgineo vultu & recto inceſſu ſerpẽtis il-
lius,apparentiã habet maiorẽ. Sed & Bonauẽtura ſuꝑ ſecundũ teſtať, ꝙ mulier credidit eũ, Bonauẽ.
qui loquebať in ſerpẽte,nõ eſſe aduerſariũ,ſed bonũ conſiliariũ. ¶Porro Thomas ſuꝑ ſecun Thom.
dũ diſtinctione 25. effatur:Mulier credidit ſerpentẽ accepiſſe vſum loquendi, nõ quidẽ per
cõditionem naturæ, ſed ꝑ miniſteriũ ſpiritualis creaturæ. Nec cõtulit,an hoc fieret virtute
angeli boni,an mali:aut vtrũ fieret Deo ꝑmittente,an Deo iubẽte.Et iſtud dicit Thomas,ſol
uẽdo & exponendo authoritatẽ Magiſtri ſententiaꝝ 2.libro,diſtinctione 21. dicentis:Mu-

lier ideo ſerpentē nō horruit,qm̄ quē à Deo creatū ſciuit,vſum loquēdi ab eo accepiſſe cre-
didit.Ex his ſequitur,ꝙ mulier nō putauit ſerpentē illū eſſe rationalis naturæ. Veruntamen
expoſitio iſta nō apparet cōſona intentioni Magiſtri. ſi enim mulier æſtimauit rationalem
ſpiritū loqui ꝑ ſerpentē,habuiſſet cauſam horrēdi. Nec horrēdi cauſa fuiſſet ei ablata ex ta-
li opinione, ꝓſertim q̄a nō erat aſſueta aliquid tale ſentire, quēadmodū Balaā ariolus. Nec
Num. 22 ex hoc dicitur creaturā proprie accepiſſe vſum loquēdi à Deo, qm̄ ab extrinſeco principio,
ſcilicet angelo aut diabolo,ad loquendū mouetur.Sed cum actualis recordatio præcepti ſo
leat à peccato retrahere,mirum ꝙ tentator à cōmemoratione diuini pręcepti tentationē il-
lā exorſus eſt:Cur,inquiēs,præcepit vobis Deus,&c. Ad hoc Auguſtinus ſuper Geneſim ait,
Auguſt. quatenus per hoc mulieris trāſgreſſio grauior & inexcuſabilior redderetur.Quęſiuit igitur,
vt ex mulieris reſpōſione inueniret occaſionē ducēdi illā ad malū intentum,quēadmodum
factum eſt. ¶Deniq; quidā hic ſcribit:Stāte ſtatu innocētiæ,nō poterat eſſe deordinatio in
viribus inferioribus,niſi prius eſſet in ratione. Iſtud cōſonat dictis authēticoꝝ Doctoꝝ,ſed
ex iſto cōcludit,& ideo diabolus nō tētauit hominē primo de comeſtiōe ligni,ſed de reſtri-
ctione præcepti.Hoc aūt cōſequēs nō videtur.Primo,qm̄ Chr̄m qui erat in ſtatu perfectio-
nis innocētiæ,qua primi parētes,tētauit primo de gula,dicēdo:Si filius Dei es,dic vt lapides
Matt. 4. iſti panes fiāt.Secūdo,q̄a cū gula ſit ex ſuo gn̄e peccatū mortale,poterat circa eā deordina-
ri nō ſolū inferior pars animę hoīs,ſed itē ſuperior.Tertio,q̄a Gregori⁹ dicit:Primū paren-
Gregor. tē diabolus trib⁹ modis tētauit,videlicet gula,vana gloria,& auaritia.Gula,cū cibū vetitum
comedēdū ſuaſit &c.[Cui reſpōdit mulier:De fructu lignoꝝ q̄ ſunt in paradiſo,veſcimur:]
hoc eſt,licētiā ac præceptū comedēdi tēpore opportuno habemus. Si aūt tā modico tēpo-
re in paradiſo fuerūt, vt cōmuniter dicitur & infrà tāgetur, nō videt̄ multū ꝓbabile ꝙ ede-
rint ex fructibus paradiſi.[De fructu vero ligni, q̊d eſt in medio paradiſi,] videlicet de fru-
ctu ligni ſciētiæ boni & mali,quę arbor forſitā erat magis ꝓpinque ſtās ad mediū paradiſi,
ſiue directe in medio eius:vel ideo ſpecialiter dicitur * eum in medio paradiſi,tanq̄ notabile
aliquid, vtpote ſingulariter, vetitū.[præcepit nobis Deus] vel immediate ſimul nobis am-
bobus,aut viro per ſe,& mihi ꝑ virum,vt tactū eſt ſuprà.[ne comederem⁹, & ne tāgeremus
illud]ad comedendū,vel ad abſtrahendū aliquid de fructibus eius.[ne forte moriamur] in
corpore,neceſſitatē moriēdi incurrēdo ꝑ inobedientiā, atq; in anima ꝑ diuini præcepti trāſ
greſſionē.Iſtud aduerbiū, forte, adiecit mulier ex ſuo, qm̄ Deus aſſertiue fuerat cōminatus:
In quacūq; die comederitis &c.vbi Septuagita pluraliter trāſtulerūt,comederitis. Itaq; mu
lier addidit notā hanc dubietatis,nō per reſpectū ad Dei præceptum,quia de illo iam aſſer-
tiue diſſeruit, De fructu ligni q̊d eſt in medio paradiſi,præcepit nobis Deus &c. ſed ꝑ reſpe-
ctū ad pœnā deſuper cōminatam.Ideo non eſt cōuenienter dictū q̊d quidā hic ſcribit: Ap-
poſuit de ſuo,forte,q̊d eſt aduerbiū dubitādi,cum tn̄ Deus aſſertiue præcepiſſet.Vbi dicen-
dū erat,Cū tamē Deus aſſertiue cōminatus fuiſſet.Eſt etem̄ quædā cōminatio abſolute affir-
matoria,vt illa:Niſi pœnitētiā egeritis,oēs ſimiliter peribitis.Rurſus idem ſcribit hoc loco:
Luc. 13. Vltimū iſtud,videlicet, ne tāgeremus illud,addidit mulier de ſuo. Nō em̄ Deus ꝓhibuerat
tactū ligni,ſed guſtū tantū:ideo mulier addidit hoc ex diſplicētia præcepti,qm̄ ille cui diſpli
cet præceptū impoſitū, libēter aggrauat illud referēdo. Aliqui tn̄ dicunt ꝙ etiā tactus ligni
fuit eis ꝓhibitus,vt magis elōgarentur à guſtu.ſed q̄a hoc nō habetur ex litera,vel ex eius cir
cunſtātia,prima expoſitio melior eſt. Et quia ad diſplicentiā præcepti quod reputat̄ indebi
tum,ſequitur dubitatio de pœna impoſita pro trāſgreſſione,ideo mulier ſubdidit:Ne forte
moriamur.Hæc ille. In his verbis multa patēt rationabili reprobationi.Primū eſt, q̄a ſi De⁹
tantū prohibuit guſtū ligni & nō tactum,ergo mulier mētiebatur,dicendo ꝙ Deus ꝓhibuit
ſibi ac viro etiā tactum.mendacium aūt omne,peccatū eſt.Et quia ſecundū Doctores com-
muniter,primū peccatum primoꝝ parentū non fuit,immo nec eſſe potuit,veniale,menda-
cium illud fuiſſet mortale, & ita peccaſſet mortaliter ante ſuggeſtionem ſerpētis. Secūdum
eſt,ꝙ dicit iſtud non haberi ex litera, ſcilicet ꝙ Deus prohibuit tactum ligni: immo haberi
videtur ex litera, eo ꝙ litera dicat mulierē hoc dixiſſe ante ſuā ruinam.Deniq; ꝙ mulier di-
xit,& ne tāgeremus illud, non oportet exponi de ſolo tactu, ſed accipi poteſt (vt tetigi)de
tactu tendente ad eſum. Tertium eſt, quod dicit mulieri diſplicuiſſe illud præceptum.Nam
diſplicentia illa fuiſſet grande peccatum, & præceſſiſſet ſuggeſtionem ſerpentis. Quartum
eſt,quod aſſerit,quia ad diſplicētiam pręcepti quod reputatur indebitū, vbi inſinuat quod
mulier reputauit diuinum præceptum indebitum,quod fuiſſet enormis blaſphemia atq; ꝑfi
dia,ſicq; omnia vitia iſta fuiſſent in Eua ante ſuggeſtionē ſerpentis, dicētis: Nequaq̄ morte
moriemini.Quintum eſt,ꝙ ait mulierē ex diuini præcepti diſplicentia addidiſſe, & ne tan-
geremus illud,immo hoc potius dixiſſe videt̄ ex ponderatione iuſſionis diuinæ, inſinuando
q̄ diligenter eis eſſet prohibitum veſci de ligno illo.Is quoq; cui præceptum aliq̊d diſplicet,
nō ſemꝑ aggrauat illud dum recitat ipſum,immo ſępe extenuat, vt videat̄ minus culpabili-
ter illud

ter illud infringere. ¶Porro,ꝙ mulier addidit,forte,nō fuit ex hoc ꝙ dubitauit de veritate
verboꝝ Dei,ſed q̄a nō ſciuit plenarie qualiter cōminatio illa eſſet intelligēda, an ſ.ſolum ad
ꝑterrendū & refrenandū,an etiā ad abſolutā aſſertionē,vt Thomas,Bonauētura,& alij ſcri- Thomas
būt ſup ſecūdū. Ait em̄ Bonauētura ſup ſecundū diſtinctiōe 22. Mulier nō dubitauit verum Bonauē.
eſſe q̊d dn̄s dixerat,ſed de hoc dubitabat,qualiter dn̄s intelligebat, an ſcilicet intelligeret de
morte corporali vel ſpirituali, aut alio quocunq; modo. ¶Sed circa hoc argui poteſt, quia
Magiſter ait libro 2. Attēde ordinem & progreſſum humanæ perditionis. Primo dixerat
Deus,quacunq; hora ex eo comederis,morte morieris.Deinde mulier dixit,ne forte moria
mur.Nouiſſime ſerpens dixit,Nequaq̄ morte moriemini.Deus affirmauit,mulier quaſi am
bigens dixit, ſerpens negauit.Quæ ergo dubitauit,à Deo affirmante receſſit, & dæmoni ne-
ganti appropinquauit.Sed à Deo affirmante recedere,& diabolo verū neganti appropin-
quare,nō caret culpa.Rurſus,de verbis Dei ambigere,eſt peccatū:ergo in muliere fuit pec-
catū ante ſuggeſtionē ſerpentis, cuius oppoſitum Magiſter libro 2. determinat, & Docto-
res concorditer ſcribunt.Et reſpondendum,ꝙ non omnis receſſus à Deo eſt culpa, ſed re-
ceſſus à Deo per mētis auerſionem. Receſſus autē per ſolā diſſimilitudinem, nō eſt ſemper
peccatū:& ita fuit in muliere,quæ pro tāto dicitur à Deo affirmante receſſiſſe,quia à perfe- Receſſus
cta cognitione ſenſus verborū Dei, defecit.Et q̄uis de veritate verborum Dei ambigere,im- a Deo.
pium ſit,nō tamē ſemper iniquum eſt, dubitare de intellectu verborum ipſius:& quantum
ad hoc,appropinquauit diabolo,ꝙ à perfectione defecit.Hinc ait Bonauentura, ꝙ dubita-
tio illa nō fuit culpa nec pœna,ſed neſcientia tantū,quæ etiam in angelis locum habet.[Di- Bonauē.
xit aūt ſerpens ad mulierē: Nequaq̄ morte moriemini.] Circa hoc ait Magiſter libro 2. Vt
diabolus libere perſuaderet mulieri malū culpæ quod intendebat,malum q̊d mulier timuit,
ſcilicet mortem, negando remouit, promiſſionemq; addidit. Atq; vt eius promiſſio citius
reciperetur,duplicauit promiſſionem. Vnam nanq; comeſtionem vetiti ligni ſuadens, duo
pro mercede propoſuit,vtpote ſimilitudinē Dei,& ſcientiā boni ac mali.Nam ſubdit:[Scit
em̄ Deus,ꝙ in quocunq; die comederitis ex eo, aperient̄ oculi veſtri.].i.corda veſtra imple
buntur ſciētia, [& eritis ſicut dij].i.diuini,& angelis ſimiles,immo & Deo, [ſciētes bonum
& malū.]In quibus verbis,ſecundū Magiſtrū,immo ſecundū Gregoriū in homilia, diabo-
lus hominē tētauit de tribus:puta de gula,perſuadēdo cibū, cū dixit:In quacūq; die come- Gregor.
deritis.inani gloria,addēs: Eritis ſicut dij.auaritia,ſubdens: Sciētes bonū & malū.Auaritia
quippe nō ſolū eſt auiditas pecuniæ,ſed altitudinis quoq; & ſciētiæ,dū ſublimitas ſupra mo-
dū ambitur.Attn̄ auaritia ſic accepta, nō eſt vitiū ſpirituale, nec ꝓprie ſumitur ita. Nā talis
auiditas ſcientiæ, eſt curioſitas magis q̄ auaritia proprie dicta. ¶Inſuper circa hæc verba in
Scholaſtica hiſtoria legitur:Cū mulier quaſi dubitādo dixiſſet,Ne forte moriamur,diabo-
lus quaſi ſecurus de victoria,qm̄ dubitās in vtranq; partē facile flectit̄, dixit:Nequaq̄ morte
moriemini,immo Deus nolēs vos ei in ſciētia aſſimilari, & ſciēs ꝙ quādocūq; comederitis
de hoc ligno,eritis ſicut dij,ſciētes bonū & malū,quaſi inuidus prohibuit hoc: ſed mirū ap-
paret,ꝙ mulier credere potuit tentatori,tam ꝑuerſe de Deo loquēti.Et reſpondendū,ꝙ mu
lier ex ꝓmiſſione ſerpētis,quandā cōcepit elationē, quæ deinde corrupit rectæ rationis iudi
ciū.Et q̄uis non crederet Deū falſa dixiſſe,credidit tn̄ vera eſſe verba ſerpentis, & verba Dei
eſſe prolata ad perterrendū, vel ad aliq̄d deſignandū, vt ſuper Geneſim loquitur Auguſti-
nus.Hinc ait Magiſter libro 2.Talis fuit ꝓceſſus tētationis:diabolus tētando dixit:Si come- Auguſt.
deritis,eritis ſicut dij,ſciētes bonū & malū.quo audito,ſtatim ſubrepſit mulieri elatio quæ-
dā & amor propriæ poteſtatis,ex quo mulieri cōplacuit facere quod diabolus ſuadebat, &
fecit:ſicq; elationē ſequuta eſt peccatū operis, & pœna peccati. ¶Præterea Auguſtinus ſu-
per Geneſim ait:Cōſtat,prætactis verbis diaboli,ꝑſuaſum eſſe peccatū per elationē, qm̄ di- Auguſt.
xit:Eritis ſicut dij,&c.vbi notat̄ tantū perſuaſum eſſe,vt ſub dn̄o nollent eſſe,ſed in ꝓpria po
teſtate,ne legē Dei obtēperando ſeruarēt,q inuideret eis ꝙ regerēt ſemetipſos, nō indigētes
interno lumine creatoris, ſed vtētes prudentia propria quaſi oculis ſuis ad cognoſcendum
bonū & malū q̊d Deus prohibuiſſet:ſicq; ꝑſuaſum eſt eis,vt propriā poteſtatē nimis amarēt:
ideo amiſerūt q̊d acceperūt,qm̄ vſurpauerunt q̊d non acceperūt, videlicet vt ꝑ ſuā poteſta-
tē,Deo nō regēte,beati eſſent.Et quantū ad hoc,voluerūt eſſe Deo quodāmodo pares. Hoc
quippe eſt propriū Deo, propria poteſtate eſſe beatū, nullo alio ſe regente.Ex his Auguſti-
ni eloquijs ſumit̄ expoſitio huius literæ talis:Scit Deus ꝙ in quocunq; die comederitis ex eo,
aperient̄ oculi veſtri interiores ꝑ ſcientiā perfectiorē:& eritis ſicut dij, hoc eſt,Deo conſimi
les,quantū ad hoc,ꝙ non eritis ita arctati aliqua prohibitione,nec ſubiecti alicui ad obedi-
endū,ſciētes bonū & malū.i.per voſipſos ſcientes ac ꝓprio corde intelligentes,q̄d expediat
vobis,& itē q̄d agere,q̄d reſpuere debeatis. ¶Circa hæc ſcribit quidā:Secundum prędicta,
mulier peccauit elatione & dubitatione, anteq̄ comederet fructum prohibitū: quod vide-
tur aliquibus falſum.Ad quod dico,ꝙ nullus intelligens dicit hoc eſſe falſum, quia interior
culpa

culpa exteriorem præceſſit. Deinde tamē concedit, ꝙ elatio mulieris ſecuta eſt ſuaſionē ſer
pentis. Verum per hoc non euadit ea, quæ iam in iſto articulo contra eum inducta ſunt.

¶ Proſecutio expoſitionis huius tertij capituli ab illo loco: Vidit igitur mulier.

Articulus viceſimuſquartus.

Curioſitas & trāſgreſſio mandati. CONſequenter deſcribitur lapſus primoꝝ parentū. [Vidit igitur mulier ꝙ bonum eſſet
lignū ad veſcendū.] hoc eſt, poſtq̄ verba ſerpentis audiuit, atq; elatione permota, eiſdē
verbis credidit, atq; tētatori cōſenſit, adſpexit oculo corporali & etiā interiori arborē
illā ſcientiæ boni ac mali, & cōſiderauit ꝙ fructus arboris illius, ſecundū ſe cōſideratus, ſeu
ex ſua natura, eſſet cōueniens eſui, q̄uis fuerit primis parentibus nociuus & malus ex prohi-
bitione. Vidit itaq; ꝙ fructus illi⁹ ligni eſſet cōueniens ad veſcendū, q̄d ex odore & tactu fru
ctus illius perpēdere potuit. [& pulchrū oculis] ad intuendū [adſpectuq; delectabile.] Nam
pulchrū naturaliter viſum oblectat, ſicut ſuaue guſtū. Et q̄uis oēs arbores paradiſi eſſent nō
mediocriter pulchræ ac delectabiles ad videndū, vtpote paulo ante productæ cū fructibus
& virore ac folioꝝ frōdiumq; ornatu, tñ hęc arbor extitit ſpecialiter pulchra ad intuēdum,
& dulcis ad comedendū. [& tulit de fructu eius.] Vnde patet, ꝙ decor, amabilitas, & dulce-
do ligni & fructus ſui, mouerūt etiā fœminā ad trāſgreſſionē præcepti. Et primo ad concu
Sapi. 14. piſcentiā malā, ſicq; tūc cœpit impleri illud Sapiētiæ: Creaturæ Dei factæ ſunt in muſcipu-
lā & laqueū pedibus inſipientiū, & in deceptionē animæ hominū. [& comedit.] Sed vbi fuit
tūc Adā? Et plane apparet ꝙ per aliq̄d ſpatiū abſens fuit à fœmina, ita ꝙ nec ſerpentē vidit
Gene. 2. eā affantē, nec eā de fructu arboris māducantē. Quia em̄ ſpirituali mente ꝑditus fuit, Deo
vacauit, nec tunc de corporali mulieris curauit præſentia, q̄uis paulo ante fuiſſet ex eo for-
mata, & ei adducta. [Deditq; viro ſuo, qui comedit.] Nempe cū iuxta ſuggeſtionē ſerpētis
ediſſet, puto ꝙ ſerpēs mox ei ſuggeſſerat, vt virū ad idem alliceret. Ipſa quoq; volēs virum,
quē valde amauit, habere facti ſui ſociū & conſortem, & quia ipſa iam delectata fuit in eſu
fructus prohibiti, atq; ex hoc putauit ſe adepturā quæ ſerpēs promiſit, voluit virū ſuum hęc
eadē obtinere. Eſtq; probabile, ꝙ retulit viro quæ à ſerpente audiuit, & per verba conſuluit
viro ſuo, vt de fructu illo comederet. Cui vir cōſenſit, q̄uis non crederet verba ſerpētis eſſe
vera, nec ex eſu illo cōmoda adipiſci. Cur ergo cōſenſit & manducauit, & qualiter ipſe per
elationē peccauit? Ad quæ patet reſponſio ex verbis Magiſtri libro ſecundo, diſtinctione
viceſimaſecunda, dicentis: Solet etiā quæri, vtrum talis elatio & amor propriæ poteſtatis in
viro fuit. Ad quod dicimus, ꝙ Adam non fuit ſeductus eo modo quo mulier, nec prior ſe-
ductus eſt, nec in eo in quo mulier, vt crederet Deum prohibuiſſe tangere lignum illud id-
1. Tim. 2. circo, quia ſi tāgerent, fierent ſicut dij. Verūtamen præuaricator fuit Adam, vt teſtatur Apo
1. Co. 15. ſtolus. Potuit ergo aliqua elatio eſſe in mēte eius ilico poſt tentationē, ex qua voluit lignum
vetitū experiri, cum mulierem non videret mortuā eſca illa percepta. Hinc ſuper Geneſim
loquitur Auguſtinus: Non credidit Adam, ꝙ Deus prohibuerit ideo tāgi lignum illud à ſe
Auguſt. & à muliere, ꝙ Deus ſciret eos quaſi deos futuros, ſi tangerent illud, tanq̄ inuideret eis diui-
nitatē, qui eos fecerat homines. Sed & ſi virum ex aliqua mētis elatione ſolicitauit quædam
experiendi cupiditas cū mulierem videret, accepta eſca illa, nō eſſe mox mortuā, nō tamen
arbitror eum credidiſſe, quod ſuggerebat diabolus. Rurſus ait Magiſter libro ſecundo, ex
Auguſt. verbis Auguſtini: Adam conſenſit perſuaſioni vxoris, tanq̄ morē ei gerens, & eam cōtriſta-
re nō volens, nec à ſe alienatā relinquere, ne periret: putās vtrūq; fieri poſſe, vt ſcilicet & vxo
ri morem gereret, & per pœnitentiam de ſua culpa veniam impetraret. Hinc iterum Augu-
Idem ſtinus: Poſtquā, inquit, mulier ſeducta comedit, viroq; dedit, noluit eam cōtriſtare, quā cre-
debat ſine ſuo ſolatio cōtabeſcere, atq; à ſe alienatā penitus interire, nō quidē carnali con-
cupiſcētia victus, quā nondū ſenſit, ſed amicabili quadā beneuolētia, qua plerunq; fit, vt of-
fendat Deus, ne offendat amic⁹. Ex his innoteſcit, ꝙ Adā comedit ex fructu ꝓhibito ex ea ra
3. Re. 11. dice, qua Salomon idola adorauit, vtpote ne ſuas cōtriſtaret delicias, i. vxorem. Vnde 14. de
Auguſt. Ciui. Dei aſſerit Auguſtinus: Nō eſt credibile, Salomonē ex errore putaſſe idolis eſſe ſeruien
dū, ſed blāditijs fœmineis eſſe inductū ad ſacrificia illa, ita credendū eſt, ꝙ Adā acquieuerit
1. Tim. 2 Euæ ad Dei legē tranſgrediendā, nō tanquā verum loquēti, ſed ſociali quadā neceſſitudine
Euſebi⁹. fecit hoc. ideo dicit Apoſtolus, ꝙ Adā nō eſt ſeductus in præuaricationē, ſed mulier. ¶ Por-
ro in Scholaſtica hiſtoria dicit: Adā facile acquieuit vxori, q̄a cū crederet ſtatim moriturā,
& vidiſſet nō eſſe mortuā, verba Dei de morte inferēda, æſtimauit tantūmodo ad terrorem
Thomas ꝓlata. Hinc etiā Thomas ſup ſecūdū ſententiaꝝ diſtinctione 22. teſtat: Nō crediderūt primi
parētes Deū dixiſſe falſum, ſed verba eius forte aliter eſſe intelligēda, aut metaphorice dicta,
ſiue ad aliud ſignificandū. Verūtñ difficultas hic oritur: Si em̄ Adā non credidit verbis dia-
boli quibus promiſit, Eritis ſicut dij, eſſe vera, ergo nō peccauit ex elatione, neq; ex deſide-
rio inordinato aſſimilationis diuinæ. Ad hoc Thomas reſpōdet ibidē: Elatio quę mouit mu
lierē, maior fuit q̄ quę mouit virū. In muliere nanq; talis fuit elationis ꝓgreſſus, ꝙ ad verba
ſerpentis

ſerpētis tantū excellētiæ appetitū concepit, ꝙ iudiciū rationis ꝑuertit, & verū atq; poſſibile
credidit quod dixerat ſerpens: ideo dicit fuiſſe ſeducta. In viro aūt non tantū creuit in prin
cipio amor excellentię ſuæ, ꝙ iudiciū ſuæ rationis peruertit, ita ꝙ crediderit hoc eſſe futuꝝ.
Sed quia id voluit, ſi fuiſſet aut foret poſſibile, ideo dicit nō fuiſſe ſeductus: attñ talis elatio
incitauit eū ad experiendū. Vnde elatio eius quādā dubitationē in eo ꝓduxit, quæ in mulie
re firmā fecit æſtimationē: idcirco volūtas mulieris, ꝑfectum habuit appetitū diuinæ aſſimi-
lationis ꝑfatæ: volūtas viri imperfectū & conditionatū, videlicet ſi eſſet poſſibile. Hæc Tho-
mas. Verū vt tactū eſt, in hoc Adā fuit aliq̄ modo deceptus, ꝙ putauit peccatū illud non eſſe
tā graue vt fuit, & poſt trāſgreſſionē ſuā veniā cōſequi, nec de paradiſo expelli, atq; in ſuo
ſtatu manere. [Et aperti ſunt oculi amboꝝ.] Hoc de corporalibus & ſpiritualibus ſeu inte-
rioribus & mentalibus primoꝝ parentū oculis poteſt exponi, cū nec exteriores nec interio-
res eoꝝ oculi fuerint ante penitus clauſi, quia iam ante peccatū viderūt ſeinuicē & fructū li-
gni, quē comederūt, vtebāturq; ratione: ſed oculi eoꝝ tam corporales q̄ intellectuales poſt
tranſgreſſionē aperti dicunt, qm̄ per vtroſq; oculos aliter viderūt & cognouerūt, poſtq̄ pec-
cauerunt, q̄ ante. Nā ante peccatum viderunt inuicem corpora ſua & genitalia mēbra ſua
abſq; erubeſcētia, eo ꝙ nulla motio inhoneſta orirét in eis. Sed cū peccando priuati fuiſſent
originali iuſtitia, cœperūt ſe mutuo cū verecūdia intueri, quia ſenſerūt in ſe ex mutuo adſpe
ctu mot⁹ libidinoſos. Per habitū nāq; & virtutē originalis iuſtitiæ eis cōcreatæ, fuit ratio eo
rū & voluntas Deo ſine rebellione ſubiecta, ſenſitiua quoq; pars rationi, & caro ſpiritui, nec
poterat in eis oriri motus inordinatus aut culpa in ſenſitiua parte aut corpore, q̄diu ſupe-
rior pars animæ manſit Deo obediens ac ſubiecta. Quòd autem iſta expoſitio apta ſit, patet
ex conſueto modo loquendi ſcripturæ. Nam infrà habetur, ꝙ angeli percuſſerunt Sodomi- Gene. 19.
tas cæcitate, nō ꝙ penitus nil viderunt. Similiter quarto Regum Heliſeus orauit: Domine, 4. Re. 6.
aperi oculos horum, quos etiam dominus cæcitate quadam percuſſerat, qui tamen ante il-
lam oculorum apertionem videbant, etiam durante illa eorum excæcatione: ſed non eo mo-
do, quo poſtquam aperti fuerunt oculi eorundem, quanuis non ſit per omnia ſimile. ¶ Præ-
terea, interiores oculi primorū parētum fuerunt aperti poſt culpam, quam poſt eam cœ-
perunt aliter videre viſione intellectuali, quàm ante: quia quod ante ſciebāt ſimplici & ſpe-
culatiua notitia, tunc per experientiam cœperūt cognoſcere, vtpote quid interſit inter bo-
num obedientiæ, & malum inobediētiæ, quod ex proprijs motibus inordinatis, & interio-
ri rebellione carnis aduerſus animā, & ſenſitiuæ partis contra rationis imperium, tunc ſcire
cœperūt. [Cumq; cognouiſſent ſe eſſe nudos,] hoc eſt, per experientiā iam præfatam conſi
deraſſent nuditatē ſuā corporalē, confuſibilē, inhoneſtā, quā & corporaliter appræhende-
re inceperūt, quia intellectiua cognitio ex ſenſitiua notitia ſumit exordiū. Nec dubiū quin
& ante trāſgreſſionem cognouerūt ſe eſſe nudos, quod viderunt ad oculū, ſed nō cognoue-
rūt hoc eo modo quo poſtea. Hinc ait ſuper Geneſim Auguſtinus: Aperti ſunt oculi am- Auguſt.
borū ad concupiſcendū inuicem, & ad pœnam peccati, vt haberēt nō ſolū corpus anima- Roma. 7
le, ſed etiā corpus peccati, in quo lex, hoc eſt, cōcupiſcentia membrorū repugnat legi men-
tis. Non em̄ cæci facti fuerunt, neq; palpādo decerpſerunt fructus prohibitos: ſed ſicut in
fractione panis aperti ſunt oculi diſcipulorū, ita ꝙ cognouerunt quē prius cognoſcere non Lucę 24.
valebant, quanuis præſentem vidiſſent, ſic horum oculi ſunt aperti ad id quod ante nō po-
tuerūt: qm̄ anima rationalis beſtialem motum in carne ſua erubuit, habuitq; pudorem non
ſolū, q̄a hūc ſenſit quē ante nō ſenſerat, ſed & ideo, qm̄ motus ille ex trāſgreſſione deſcēdit.
Ibi etem̄ eū ſenſit, vbi gratia ante veſtiebat, cū in nuditate nil indecēs patiebat. Hinc in Scho
laſtica hiſtoria legit: Sicut primi parētes inobediētes fuerūt ſuo ſuperiori, ſic & mēbra eoꝝ Euſebi⁹.
cœperūt moueri cōtra ſuū ſuperius, ſ. rationē: & primū cōcupiſcētię motū rationi cōtrariū,
ſenſerūt in genitalibus: ſuaq; mēbra circa ſe moueri vidētes, erubuerūt. ideo mēbra illa ſunt
dicta pudēda. Nā cætera mēbra ad nutū hominis ſtant aut mouētur, nō aūt pudēda. Deniq;
q̄a iſta eſt porta ꝓpaginis, ideo inobediētia mēbroꝝ, quaſi ſignū inobediētię primoꝝ paren
tū, ſcripta eſt in porta ꝑfata. Cū itaq; cognouiſſent ſe taliter nudos, conturbati & cōfuſione
operti, dolentes & deceptos ſe eſſe videntes, vtpote priſtina tranquillitate ac ſpūalitate pri-
uati, [cōſuerūt folia ficus, & fecerūt ſibi perizomata] .i. ſuccinctoria & velamēta, q̄bus coope
ruerūt ſua pudēda, fecerūt ex folijs fic⁹, ea cōnectēdo. Dicūt q̄q; nōnulli, atq; (vt fert) Hebręi
idē affirmāt, ꝙ arbor fici fuit arbor illa ꝓhibita: & ſicut ſub ea comedendo peccauerūt, ſic
mox ei⁹ folijs velamina ſibi fecerūt. [Et cū audiſſent vocē dñi Dei deābulātis in paradiſo ad
aurā poſt meridiē.] Scriptura loq̄t more humano de incircūſcriptibili ac ſimpliciſſimo Deo.
Ideo nō eſt ſic intelligendū, ꝙ De⁹ in deitatis forma aut ꝓpria ꝑſona ita deambulauerit, ſed
ꝑ creaturā ſubiectā, ita ꝙ angel⁹ in Dei ꝑſona apparēs, in forma ſic ambulauit humana: quē-
admodū Deus dicit appariuſſe Abrahæ in cōualle Ebron, & Moſi, alijſq; ꝓphetis ac ſanctis: Gen. 18.
ideo Auguſtinus fatet, ꝙ deambulantis Dei vocem audierūt, nō niſi per creaturā ſubiectam Auguſt.
factum

factũ eſt, ne ſubſtãtia inuiſibilis & vbiqꝫ tota, quę eſt patris & filij & ſpũs ſancti, corporali-
bus ſenſibus locali tẽporaliq́ꝫ motu apparuiſſe credatur. Deniqꝫ dñs deambulauit, quaſi ſuo
motu deſignãs ſe receſſiſſe ab eis, in qbus ante per gratiã mãſit, qa in ſua obedientia nõ ſtete
rũt. [abſcõdit ſe Adã & vxor eius à facie dñi Dei in medio ligni paradiſi] .i. inter arbores il-
Cogni- las abſcõderunt ſe, quia male ſibi cõſcij erant, & increpari ac caſtigari iã verebãtur. Et q̃uis
to pecca ſcirẽt Deũ in ꝓpria eſſentia inuiſibilẽ eſſe, & oĩa intuentẽ, nec quicq̃ ſe poſſe ab eius adſpectu
to, Adã abſcondere: attñ qa in forma viſibili audierũt eũ deambulare, erubuerunt corã eius præſen
& Eua tia apparere, quẽadmodũ modo nudus verecundaẗ corã venerabilibus apparere perſonis.
ſufiugi- Porro q̃d ait, In medio ligni paradiſi, nõ eſt intelligendũ, ꝙ præ timore & pudore intraue
unt faciẽ rint ipſum lignũ, ſed ponitur ſingulare pro plurali, iuxta ſenſum prætactũ. [Vocauitq́ꝫ dñs
Dei, ex- Deus Adã, & dixit ei: Vbi es?] Quaſi cõpatiens dicat, Vide in quãta ſis modo miſeria conſti
cuſantes tutus. nec quaſi ignorãs quærit, ſed vt iuxta exigentiã reſponſionis Adæ, cõuenientius repræ
peccatũ. hendaẗ à dño. Et qm̃ angelus Dei perſonã reprę́ſentauit, atqꝫ in eius perſona loquebaẗ, ideo
quicqd Deus fecit & dixit per angelũ illũ, Deo aſſcribitur. Vocauitq́ꝫ Deus Adam magis q̃
Euã, qm̃ principalior fuit, ad inſinuandũ ꝙ ſuperiores, dũ peccãt, ſpecialiter fiãt repræhenſi
biles apud Deũ. [Qui ait: Vocẽ tuã* dñe audiui in paradiſo: & timui, eo ꝙ nudus eſſem] .i. ex
propria nuditate cõfuſibilis factus per culpã. [& abſcondi me:] metuens & verecũdans co-
rã te taliter præſentari. Verũtñ iſta reſpõſio, quantũ ad formã verboꝝ, fuit inſipiens. Cũ eñ
à creatore nudus eſſet formatus, & in nuditate relictus ſine pudore, nõ debuit dicere, abſcon
di me, qm̃ nudus ſum: ſed potius, quia peccãdo nũc habeo erubeſcibilẽ nuditatẽ. [Cui dixit
Deus: Quis eñ indicauit tibi ꝙ nudus eſſes?] .i. qualiter nũc aduertis & experimẽtaliter no-
ſcis ex ꝓprio pudore & horrore, ꝙ nudus ſis, [niſi ꝙ ex ligno] .i. fructu arboris. [de quo tibi
præceperã ne comederes, comediſti?] .i. non aliũde accidit tibi cognitio iſta experimẽtalis
& pœnalis propriæ nuditatis, niſi qa trãſgreſſus es præceptũ meũ, per q̃d meruiſti priuari
iuſtitia originali & inordinationẽ incurrere paſſionum. ¶Circa hæc loquitur Auguſtinus:
Auguſt. Probabile eſt, Deũ per congruã creaturã in forma humana ſolere primis hominibus appa-
rere, q̃s nõ permiſit nuditatẽ ſuã aduertere, in ſuperna eos ſuſtollẽs, niſi poſt peccatũ eorum.
Sic ergo pudore affecti ſicut ſolẽt hoĩes nudi ſub oculis hominũ, q̃d erat de pœna peccati,
vtpote velle eũ latere, quẽ nihil latere poteſt, & carnẽ ei abſcõdere cũ corda inſpiciat, volen
teſq́ꝫ eſſe ſicut dij, euanuerũt in cogitationib9 ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiẽs cor eoꝝ, & Deo
Roma. 1. faciẽ auertente, ſtulti facti ſunt. Erubeſcebãt erga ſeipſos, & ſuccinctoria faciebãt, ſed magis
Pſal. 103. verebãtur ſuccincti videri ab illo, q tanq̃ familiari tẽperamento per creaturã viſibilẽ offere-
bat ſe vidẽdũ oculis humanis. Sic etẽm apparebat, vt loqueret̃ hoĩbus tanq̃ homo, quemad-
modũ Abrahæ ad quercũ Mãbræ. Et hac amicitia auxit & onerauit pudorẽ in eis poſt cul-
pam, qui antea dabat fiduciã, nec audebãt nuditatẽ ſuã oſtẽdere talibus oculis, q diſplicebãt
& oculis proprijs. Dñs ergo nolẽs peccatorẽ punire, niſi pœna qua cogebatur erubeſcere,
Gregor. dixit: Quis eñ indicauit tibi ꝙ nudus eſſes &c? [Dixitq́ꝫ Adã:] ſeipſum inaniter excuſando,
ſicq́ꝫ culpã culpę adijciẽdo, qa mortale peccatũ mox põdere ſuo trahit ad aliud. [Mulier quã
dediſti mihi ſociã, dedit mihi de ligno, & comedi.] Quaſi dicat, culpa mea imputãda eſt con
iugi, immo & quodãmodo tibi, qui mihi talẽ ſociã præſtitiſti, ſicq́ꝫ peccatũ ſuum retorſit in
Ioſeph9 mulierẽ, & ex obliq̃ aliq̃liter in creatorẽ. Ioſephus tñ ait, ꝙ Adã peccati veniã poſtulauit, ac
li. 1. ant. Deũ rogauit, ne eũ nimis affligeret. [Et dixit dñs Deus ad mulierem: Quare hoc feciſti? Quę
cap. 3. reſpõdit:] ſimili modo, ſicut maritus, ſe excuſando, & exceſſum ſuũ ſerpẽti imponẽdo: [Ser-
pens decepit me, & comedi.] Erat aũt excuſatio Adæ irrationabilis valde, quia cum eſſet ca-
put vxoris, & ſapiẽtior ac virtuoſior ea fuiſſet, nõ ſolũ non debuit ei conſentire in malo, ſed
debuiſſet eã corripere. Debuit quoqꝫ culpã ſuã humiliter cõfiteri, veniãq́ꝫ precari: ſimiliter
fœmina. ¶Præterea per hoc, ꝙ Deus interrogauit Adam & Euã, & excuſationem eoꝝ, q̃uis
iniuſtã, audiuit, antequã tulit cõtra eos ſententiã: deſignatur, ꝙ nemo debeat condẽnari an-
tequã inquiratur, & locũ reſpondendi accipiat. Vnde in Actibus Apoſtoloꝝ legũtur etiam
Acto. 26. Romani adhuc gentiles, hoc reſeruaſſe, dicẽte Feſto: Nõ eſt cõſuetudo Romanis condẽnare
aliquẽ hoĩem, antequã is q accuſaẗ, p̃ſentes habeat accuſatores, & locũ defendendi accipiat
ad crimina abluẽda. [Et ait dñs Deus ad ſerpentẽ:] Cur nõ interrogauit ſerpentẽ? Et reſpon
dendũ, qa ſerpẽs ex proprio motu nõ fecit hoc, nec capax fuit cognitionis intellectualis: &
qa diabolus qui per ſerpentẽ id egerat, iã ante dãnationis ſentẽtiã ſumpſit. Serpẽs quoqꝫ con
fiteri nequiuit, nec habuit facultatẽ ſe excuſandi. Et rurſus, qm̃ ſerpẽs nõ peccauit revera, q̃-
uis fuerit inſtrumentũ peccãdi, ſicut & lapis ſeu enſis. [Quia feciſti hoc, maledictus es inter
Maledi- oĩa animãtia & beſtias terræ.] Scriptura hic difficultatibus & quæſtionibus plena eſt. Si et-
citur ſer eñ ſerpens nõ peccauit, quare maledicitur ac punitur tam dire. Cur etiã dictũ eſt ſerpenti,
pens. Super pectus tuũ gradieris, quaſi hoc nõ fuerit ante naturale ſerpẽti, cũ à ſerpẽdo ſerpẽs vo-
catus ſit? Cur itẽ bruto locutus eſt Deus hæc verba, q̃d ea intelligere non valebat? Itaqꝫ pro-
pter

pter has ratiões q̃dã dixerũt, iſta nõ poſſe exponi ad literã de ſerpẽte, ſed de diabolo ſub ap
pellatione ſerpẽtis. Verũtñ rationes iſtæ nõ conuincũt hoc ipſum, idcirco exponenda ſunt
iſta tã de ſerpẽte, q̃ de diabolo. Itaqꝫ dixit dñs ad ſerpentẽ. Nã quia trãſgreſſio iſta à ſerpente
mulierẽ interrogãte, cepit exordiũ, ſerpẽs primo punit: non quia peccauit, ſed in deteſtatio-
nẽ tãti peccati, ad inſinuandũ quantũ diſpliceat Deo peccatũ. Locutus eſt quoqꝫ De9 ſerpen
ti, nõ propter ſerpentẽ, vt intelligeret ſerpẽs, ſed propter primos parẽtes, vt ipſi ex diuina
locutione & ſerpẽtis punitione addiſcerẽt diuinæ rigorẽ iuſtitiæ, q de miſericordia Dei ni-
mis p̃ſumpſerant. Quia hoc feciſti. i. qm̃ tãtæ nequitiæ inſtrumẽtũ fuiſti, maledictus eris in-
ter oĩa animãtia & beſtias terrę. i. prę oĩbus brutis tẽporalibus pœnis eris addict9 ac ſubdit9,
ſpecialiterq́ꝫ cõtemptus, vilis & exhorrẽdus, cũ ante habueris ſtaturã erectam, faciem quaſi
virginalẽ ac gratioſam, prout præcedẽti articulo eſt probatũ. [Super pectus tuũ gradieris]
.i. de cætero rependo ſeu ſerpẽdo procedes, q ante per pedes ambulaſti erectus. [Et terram
comedes cunctis diebus vitæ tuæ] .i. tu qui antea veſcebaris fructibus arborum, de cætero
veſceris inſipido cibo telluris. [Inimicitias ponam inter te & mulierẽ] .i. ſpecialiter odio- *al. in-
ſum te faciã mulieri, immo & viro, totiq́ꝫ generi humano, ideo ſubditur: [& * ſemen tuũ & ter ſemẽ
ſemen illius] .i. inimicitiã iſtam inducam non ſolũ inter te & fœminam iſtam, ſed & inter
cæteros tuæ ſpeciei ſerpẽtes, & filios primoꝝ parentum. Vnde in hac locutione magis ex-
primitur mulier q̃ vir, quoniã ſerpens mulierẽ immediate fefellit, ſpecialiterq́ꝫ & directe in
eã peccauit. [Ipſa cõteret caput tuũ] .i. qa repẽdo progredieris, mulieri cõculcabilis eris, &
ſuppeditare te poterit, cum tamen læſio capitis tui ſit tibi ſingulariter periculoſa. Vnde ſer-
pens caput ſuum naturaliter valde cuſtodit, tanquam ſedem propriæ vitæ.

Hoc loco vulgatæ Biblioꝝ editionis apud Latinos hucuſque legitur, nõ Ipſe, neque Ipſum, ſed
IPSA: idq́ꝫ ſic olim Hebraice lectũ fuiſſe, teſtis eſt Ioſephus capit. 3. libri 1. Antiquit. vbi hæc eius
ſunt verba: Abſtulit aũt ſerpenti vocem, iratus eius malignitati, quam geſſerat in Adam: & vene-
nũ ei ſub lingua ponẽs, quod eſſet hoĩbus inimicũ, præcepit vt mulier eius capiti plagas inferret,
&c. Eant nunc igitur curioſi magis q̃ pij, hodiernis Iudæorum exẽplaribus freti, & oſtendant vetu
ſtiores Iudæos, ſi forte Chriſtianis non fidunt, aliter q̃ legit Ioſephus, legiſſe: vt ſic illis aduerſus ec
cleſię catholicæ & ſenſum & lectionẽ, credi quicq̃ poſſit, maxime cũ facilior multo ſit lapſus in pun
ctulis vocales reddentibus apud Hebræos, q̃ in vocalibus ipſis apud Latinos.

[Et tu inſidiaberis calcaneo eius] .i. mordere eã conaberis in inferiori parte pedis ipſi9, qui
erigere te nequibis ad mordendũ & inficiendũ eã ſuperius. ¶Sed cõtra hãc expoſitionẽ ar-
gui poteſt, ſicut prætactũ eſt: Primo, qa videtur diuinæ derogare iuſtitiæ pœnã infligere ſi-
ne præuia culpa, atqꝫ punire innoxiũ ſeu innocẽs animal. Secũdo, qa nõ decet ſapientẽ allo-
qui beſtiã. Tertio, qa ſtatura erecta ſoli videẗ cõpetere homini. ¶Ad primũ hoꝝ eſt reſpon-
dendũ, ꝙ cũ medijs vtendũ ſit ſecundũ exigentiã finis, & oĩa bruta ꝓpter hominẽ ſint pro-
ducta, nequaq̃ derogat diuinæ iuſtitiæ, ſed cõgruit ſapiẽtiæ Dei, vt brutis vtatur ſecundũ q̃d
expedit ad hominũ inſtructionẽ, perterritionẽ aut punitionẽ. Ideo ſerpẽs ille taliter eſt pu-
nitus ad hominũ, & ſpecialiter protoplaſtoꝝ, informationẽ. Porro nõ infligere pœnã ſine
culpa patiẽtis, fallit in caſibus multis: immo Deus in veteri teſtamẽto præcepit occidi iumẽ
ta, nõ ſolũ ſi qs per ea peccauerit, ſicut in Leuitico iuſſit occidi pecus, cũ quo qs coierit, ſed Leui. 20.
etiã ſi ab homine repreſſa nõ eſſent ab actu ſolũ exteriori, q tñ in ſe nõ fuit culpabilis, ſicut
in Exodo præcepit interfici pec9 ſi montẽ attingeret. Vnde in epiſtola ad Hebræos ait Apo Exo. 19.
ſtolus: Et ſi beſtia tetigerit montẽ, lapidabiẗ. Vel inquantũ pertinebãt ad hominẽ, ſicq́ꝫ man Heb. 12.
dauit nõ ſolũ bruta, ſed & inanimata ꝓpter hominũ vitia deſtrui, vt patet in libro Ioſue de
oĩbus quæ erãt in Hiericho. De equis q̊qꝫ & curribus Amorrhæoꝝ, de qbus locutus eſt dñs Ioſue 6.
ad Ioſue: Equos eoꝝ ſubneruabis, & currus igne cõbures. Et primo Regũ, vbi Deus præce- Ioſu. 11.
pit Sauli, occidere Amalechitas viros & fœminas, infantes ac paruulos & iumẽta, ꝓpter pec 1. Re. 15.
cata parentũ diu ante cõmiſſa: quæ oĩa facta ſunt ad cõmendationẽ diuinę iuſtitiæ, ac homi
nũ inſtructionẽ atqꝫ terrorẽ. ¶Ad ſecũdũ dicẽdũ, ꝙ Deus ſæpe legitur in ſcripturis, brutis eſ
ſe locutus, nõ vt intelligerent bruta, ſed ex alijs rationabilib9 cauſis. Nã ſuprà habetur, ꝙ be- Gene. 1.
nedixit Deus piſcibus & auibus, dicens: Creſcite & multiplicamini, atqꝫ in libro Ionæ dixit Ionæ 2.
dñs piſci. Nec obſtat, ſi quis dicat illas allocutiones nõ fuiſſe vocales, quoniã bruta non ma
gis incapacia ſunt allocutionis exterioris q̃ interioris. Præterea Ezechieli dñs dixit: Fili ho- Ezec. 39.
minis, dic omni volucri cæli, quæ allocutio fuit imaginaria, quẽadmodũ illa, de qua in Apo Apoc. 8.
calypſi ait ſanctus Ioannes: Vidi angelũ ſtantẽ in ſole, & clamantẽ omnibus auibus quæ vo Dani. 3.
labãt per mediũ cæli. Inſuper, nõne quotidie pſallimus, Benedicite oẽs beſtiæ & pecora do- Pſal. 148
mino? Et, Laudate dñm de terra dracones & omnes abyſſi, beſtiæ & vniuerſa pecora, ſerpen
tes & volucres pennatæ? ¶Ad tertiũ reſpondendũ, ꝙ ſtatura perfecte erecta, cõpetit homini
ex tota ſpecie ſua. Per quod non excluditur, quin cuidam ſerpentum generi cõpetebat ſta-
f tura

tura aliquo modo erecta, immo & vſq; nunc cõpetat, vt præcedenti articulo continetur. Nec tamen ex hoc mutatus eſt naturalis ordo vniuerſi aut ſpecies rerũ, quoniã maledictionẽ primi ſerpentis, nõ oportet ad vniuerſa ſuæ ſpeciei indiuidua referre. ¶Ex his conſtat, ꝗ inſufficienter quidã reprobet expoſitionẽ præfatã, & argumenta ipſius nunc plene ſoluta ſunt. Præinducta quoq; ſolutio à viris authenticis approbatur. Nã & Hieronymus libro de quæſtionibus Hebraicis eam cõmendat, & cõſonat literæ ac dictis Strabi ac Bedæ. In Scholaſtica itẽ hiſtoria dicitur: Serpens, vtpote diabolus, per ſerpentẽ peccauit in tribus, quia inuidit, & mẽtitus eſt, ac decepit: Quibus tribus peccatis, redditæ ſunt tres maledictiones. Nam qui inuidit hominis excellẽtiæ, humiliatus eſt, & dictum eſt ei: Super pectus tuũ gradieris. Quia mẽtitus eſt, punitus eſt in ore, cũ dictũ eſt, Terrã comedes: immo abſtulit ei vocẽ, & poſuit ei venenũ in ore. Quia decepit, recepit viciſſitudinẽ hanc: Inimicitiã ponã inter te & mulierẽ. Vbi innuitur, ꝙ Eua pœnituit, vtpote facta ſerpẽti cõtraria ſeu inimica. Nã ſicut naturale eſt odiũ inter equos & gryphos, inter lupos & canes, ſic inter homines & ſerpẽtes. Quẽadmodũ enĩ venenũ ſerpẽtis interficit hominem, ſic ſputũ hominis ieiuni necat ſerpentem. Et quoniã nudi erant primi homines quãdo per ſerpentẽ prolapſi ſunt, ſerpẽs adhuc timet ac fugit hominem nudũ, & inſilit in veſtitũ. Hæc in hiſtoria illa. Ioſephus quoq; teſtatur, ꝙ Deus poſuit ſerpenti venenũ ſub lingua, & abſtulit ei vocẽ. Nunc exponendus eſt paſſus iſte de diabolo per ſerpentẽ loquuto: [Et ait dñs ad ſerpẽtem] id eſt, diabolũ, qui fuit vſus ſerpente ad maleficia ſua. [Quia feciſti hoc] .i. primos parentes ſic ad vitia induxiſti. [maledictus eris inter om̃ia animãtia & beſtias terræ] .i. om̃ibus illis vilior & miſerior eris ꝓpter tuam nequitiã, quibus per naturã multo ſublimior es. Nam vt ait philoſophus, Impius decies millies vilior extat brutis. [ſuper pectus tuũ gradieris] id eſt, per ſuperbiã ſerpes ſeu gradieris ad homines impugnãdos. Superbia quippe deſignatur per pectus, in quo animoſitatis impetus dominatur. [Et terrã comedes,] id eſt, terrenis & carnalibus hominũ actibus reficieris, hominesq; terrenos iniquos tibi incorporabis, qui ad tuũ corpus myſticũ ꝑtinebunt. [om̃ibus diebus vitæ tuæ.] ex quibus miſeria tua augebit. Quẽadmodũ enĩ accidẽtale præmium angelorũ augetur ex eorũ cõſortio, qui per ipſorũ cuſtodiã euadunt pericula & ſaluãtur, ita & pœna ſenſus dæmonũ augetur ex ſocietate & cõdemnatione eorũ quos vincunt, quãuis ob hoc nõ ceſſent ab hominũ tẽtatione ex nimia ſua inuidẽtia atq; malitia. [Inimicitias ponam inter te & mulierẽ, & * ſemen tuũ & ſemen illius.] Auguſtinus ſuper Geneſim dicit, per mulierẽ hic deſignari rationẽ inferiorẽ, ſeu partem ſenſitiuã ac animalẽ: per ſemẽ mulieris, actum virtuoſum: per ſemen ſerpẽtis, prauã ſuggeſtionẽ, vt ſit ſenſus: Inimicitias ponã inter te & mulierem, id eſt, inter te & rationẽ inferiorem, ſeu partem ſenſitiuã, quã immediate potes tentare: & inter tuã prauã ſuggeſtionem & bonã rationis illius operationem, per quã rationem inferiorem ſeu ſenſitiuã partem, tentare potes rationẽ ſuperiorem. [Ipſa conteret caput tuũ,] id eſt, exordiũ tuæ ſuggeſtionis calcabit ac vincet. [Et tu inſidiaberis calcaneo eius.] hoc eſt, ab inferiori conaberis ei nocere ac præualere, proponẽdo ei obiecta carnalia & mũdana. ¶Porro ratio eſt idẽ quod intellectus. Et dicitur ratio ſuperior, inquantũ reſpicit ſpiritualia ac diuina: inferior autẽ, inquantũ reſpectũ habet ad temporalia & caduca. Porro multi ſanctorũ per mulierẽ iſtã intelligũt virginẽ glorioſam, quã dæmones ſpecialiſſime timent ac odiũt, quæ & dæmonibus valde grauis & metuẽda effecta eſt, & vndiq; cõterit caput ſeu poteſtatẽ diaboli ac ſeminis eius, vtpote dæmonũ cæterorũ. Eſtq; inimicitia iſta poſita etiã inter ſemen mulieris iſtius, & ſemen præfatum diaboli .i. inter Chriſtum & dæmones, quoniã Chriſtus oẽs illos deuicit ac ſpoliauit, quaſi dicat Deus iudex iuſtus ac ſapiens: Quia tu ſerpens nequiſſime decepiſti hanc fœminam primã ac fragilẽ, creabo fœminã vnam, quæ tanta gratia ac virtute implebitur, ꝙ per filium ſuum & per ſe, te atq; ſatellites tuos penitus ſupplantabit, & tibi terribilis erit quaſi caſtrorum acies ordinata.

Strabus. Beda. Euſebi⁹. Tres maledictiones ſerpentis.

*inter ſemen Auguſt.

Pſal. 7.

Cant. 6.

¶Elucidatio reſiduæ partis huius tertij capituli, Mulieri quoq; dixit Deus. Art. XXV.

CONſequenter deſcribitur punitio mulieris, quæ ſecũdo loco narratur, qm̃ per ſerpentem inducta eſt ad peccandũ anteꝗ vir peccauit. Et qm̃ grauius viro peccauit, grauius ac multiplicius eſt punita ꝗ vir, ſicut ſubiungit: [Mulieri quoq; dixit] Deus: [Multiplicabo ærũnas tuas & cõceptus tuos:] quẽadmodũ multipliciter exceſſiſti, videlicet ſuperbiendo & ſerpenti credendo, ac fructũ prohibitũ comedendo, atq; ad idẽ tuũ inducẽdo maritũ, te quoq; inaniter excuſando, ſic & ego multas calamitates tibi inſligã, & diuerſos habebis cõceptus, vt frequentius crucieris in portãdo pariendoq; fœtũ. Non enĩ ſimul cõcipies niſi vnũ aut duas proles, de curſu cõmuni. [In dolore paries * filios.] Magnus enĩ eſt dolor in pariendo, & forſan maior, ꝗ delectatio in cõcipiendo. In ſtatu aũt innocentiæ fuiſſet cõceptio ſine indecentia, turpitudine, atq; libidine: deportatio prolis ſine grauamine, & partus ſine dolore. Porro ꝑ filios, intelligunt & filiæ, vt nomen filij notet hic prolẽ duntaxat, nõ ſexum. Itaq; qm̃ mulier peccauit in fructu ligni, punita eſt in fructu vteri ſui, vt pœna correſpondeat

Mulieris ærumnæ ob peccatum.

* filios tuos.

deat culpæ. Et illud Sapiẽtiæ impletur: Per quæ quis peccat, ꝑ hæc & punitur. ¶Inſuper, quia peccauit ſuperbiẽdo, punita eſt ꝑ ſubiectionẽ & humiliationẽ pœnalẽ ſub viro, ſecundũ quod ſubditur: [& ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabit tui] .i. marito eris ſubiecta cũ timore, correctione & pœna, quæ ſi nõ peccaſſes, nõ fuiſſes ei ſubiecta, niſi cũ delectatiõe, amore & naturali habitudine ac directione cõuenientiſſima. ¶Circa hæc quæri poſſet, an in ſtatu innocẽtiæ fuiſſent dominatio & ſeruitus, imperiũ atq; ſubiectio, & quõ mulier diuerſimode ſubiecta fuit viro ante peccatũ & poſtea. Ad quod infrà in introductiõe & ſolutione quæſtionum patebit reſpõſio. [Adæ vero dixit:] Nã quia & vltimo peccauit, & minus ꝗ mulier, idcirco vltimo ſibi inſligit pœna iſta exterior & etiã mitior. Subtractio aũt originalis iuſtitiæ, fuit viro ac mulieri cõmunis, ꝗ etiã fuit pœna interior & ambobus ſimul inflicta. Ordinati quoq; motus carnales, & cæteræ culpæ ſubtractionẽ illã ſecutæ, ſunt pœnæ ſimul & culpæ: Pœnæ quidẽ illius primæ ꝑuaricationis, qm̃ propter illã hoĩes meruerũt eos incidere: culpæ vero, inquãtũ ſunt legi Dei cõtrarij. [Quia audiſti vocẽ vxoris tuæ] nõ ſolũ exteriori auditu, ſed & interiori cõſenſu cõtra iuſſionẽ diuinã, [& comediſti de ligno, ex quo præceperã tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo.] Nõ eſt hoc intelligẽdũ de terra paradiſi, ꝗ in ſua ꝑmanſit integritate, fertilitate atq; decore, ſed de terra extra paradiſum, ad quã Adã erat mox expellẽdus, quæ dicitur maledicta .i. naturalib⁹ quibuſdã donis Dei priuata, puta ſolita fœcunditate, ornatu ac colendi & fœcũdandi facilitate, quod factũ eſt in opere Adæ .i. demerito ſuæ trãſgreſſionis, vt qui peccauit edendo de vetito fructu, puniret in procuratione fructuũ terræ pro ſuſtẽtaculo vitæ ſuæ, immo & cõiugis ac ſobolis ſuæ: qm̃ ꝑtinet ad maritũ, ꝓuidere de neceſſarijs vitæ tã ſibi ꝗ ſuis domeſticis. Vnde ſecundũ Lyrã in Hebræo habet: Maledicta terra ꝓpter te, hoc eſt, ꝓpter tuã trãſgreſſionẽ. Vel, maledicta terra in opere tuo, hoc eſt, in cultura & operatione, quas facies circa terrã fœcundandã & circa fructus ipſius, ſubiacebit terra maledictioni ꝑfatæ, experierisq; eã, ita ꝙ terra quæ ante peccatũ tuũ ꝓtulit vberes fructus atq; ſpõtaneos, ſ. ſine humano labore, decætero indigebit laborioſa cultura, & minus ſolito fertilis erit, immo & aliqñ ſterilis. Si aũt quærat, cur maledicatur terra, ꝗ nõ peccauit, & non potius Adã qui peccauit: Reſpondet, ꝙ terra maledicta eſt, tanꝗ res ad hoĩem pertinens, & ꝓpter eũ creata, ita ꝙ ipſe homo maledicit in re ſua, puta in terra. Maledictio enĩ iſta homini eſt nociua atq; pœnoſa, nõ terræ, quẽadmodũ pãdunt verba ſequẽtia: [In laborib⁹ comedes ex ea] .i. fructus terræ quibus veſceris, laborioſe acquires. [cũctis diebus vitæ tuæ ſpinas & tribulos germinabit tibi] Cõmuniter dicũt Doctores, ſicut ꝑhabitũ eſt, ꝙ terra ante primorũ peccata parentũ ꝓtulit ſpinas ac tribulos, maxime cũ ſpinæ & tribuli pertineãt ad ordinem vniuerſi: ſed tũc nõ producebãtur homini ad tormentũ, nec ad pœnã peccati, quẽadmodũ poſtea: nec generabant tunc tã abundãter, neq; tã copioſe inter cæteros comeſtibiles ac neceſſarios fructus, vt poſtmodũ. Hinc Rabanus ait: Spinæ antea erãt, ſed nõ vt homini laborẽ inferrẽt, cui poſt peccatũ ad laborem fuerunt & afflictionem, ſicut ſerpẽtes & quæcunq; noxia, erãt homini ante innoxia. Hinc ſcriptura nõ ait abſolute, ſpinas & tribulos germinabit, ſed addit, tibi .i. ad tuæ miſeriæ cumulũ. [& comedes herbas terræ] .i. quia peccãdo brutis ſimilis es effectus, & brutales ſuſtines mot⁹, in hoc aſſimilaberis beſtijs, ꝙ herbis terræ veſceris, non tñ eas ore carpẽdo de terra inſtar brutorũ. Comedes itaq; herbas terræ, qui ante comediſti fructus paradiſi, vt aliqui exponẽdo adijciũt, & verũ eſt, ſi Adã in paradiſo actualiter mãducauit de aliarũ arborũ fructu: ſin aũt, ſic intelligendũ eſt, qui ante comediſti .i. comedendi licentiã habuiſti de fructibus paradiſi. [In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.] .i. cibũ quotidianũ cũ tribulatione & anguſtia ac grãdi conatu acquires ac præparabis tibi ac tuis, aut etiã ſumes. [donec reuertaris in terrã de qua ſumptus es] .i. vſq; ad finẽ vitæ tuæ, quia hæ pœnæ ꝑdurãt ꝑ vniuerſam hominis vitã in via huius exilij. Sumptus eſt aũt homo de terra, quantũ ad corporis ſui materiã prædominantẽ in eo ſecundũ quantitatẽ, vt plenius dictũ eſt ſuprà. [quia puluis es] .i. pulueri ſimilis, quantũ ad tuã fragilitatẽ, incõſtantiam & leuitatem. Vnde in Eccleſiaſtico legitur: Quid ſuperbit terra & cinis? Et ſanctus Iob ꝓfitetur: Aſſimilatus ſum fauillæ & cineri. Vel puluis es .i. de pulueribus humore conglutinatis, puta de limo formatus, quantũ ad corpus, quẽadmodũ ſcriptum eſt: Formauit dñs Deus hoĩem de limo terræ, vbi (vt fertur) in Hebræo habetur, de puluere terræ. [& in puluerẽ reuerteris.] id eſt, corpus tuũ in puluerẽ reſoluetur. Vnumquodq; enim in illa reſoluitur, ex quibus componitur. Per hæc verba deſignatur fragilitas naturæ & conditionis humanæ, & primus homo aptiſſime humiliatus eſt, quaſi dñs dicat: Tu qui voluiſti inordinate deificari, & tibi ex teipſo ſufficere, iuxta ſenſum inductum, tot ſubiacebis miſerijs, ꝙ puluis rite vocaris, atq; in puluerem reſolueris. ¶Circa præhabita ait Alcuinus: Deus maledixit terræ, non aquis: quoniam homo cõtra præceptũ comedit de fructu terræ, nec ſic bibit de aquis. In aquis quoq; peccatum fuerat abluendum, per fructum terræ contractum. Animalia item terreſtria plus habent maledictionis ꝗ aquatica, quia plus viuunt de terra maledicta. Inde eſt ꝙ Chriſtus

Sapiẽ. 11.

Adæ & aliorũ, ob peccatũ ipſius pœna.

Homo addicitꝰ labori.

Eccl. 10.

Iob 30.

Gene. 2.

poſt reſurrectionẽ ſuam manducauit de piſce, non de animali terreſtri. His conſonat illud
Scholaſticæ hiſtoriæ: Terræ maledixit, quia de fructu terræ trãſgreſſio facta eſt, & nõ aquis.
Hinc Chriſtus comedit piſcẽ, ſed nõ legitur comediſſe carnẽ animaliũ viuentiũ de terra ma
ledicta, niſi forte de agno paſchali pro obſeruãdo legis præcepto. Veruntamẽ eſt probabile,
Actor. 1. ꝙ Chriſtus qui cœpit facere & docere, ꝗ ſuis dixit diſcipulis, Edentes & bibentes quę apud
Lucę 10. illos ſunt, fecit hoc ipſum. Amplius circa pſcriptas maledictiões ſeu pœnas, penſandũ ꝙ Ra
ban⁹ ait: Adæ imponiť pœna extrinſeca, cũ diciť: Maledicta terra in opere tuo: Mulieri aũt
pœna intrinſeca, cũ dñs loquiť: Multiplicabo ærũnas tuas, &c. ꝗa ſeducta, ſeduxit virũ. Sed
ſerpẽs .i. diabolus, ꝗ ſumme peccauit, malediciť in ſeipſo, cũ fertur: Maledictus inter omnia
eris, &c. [Et vocauit Adã nomẽ vxoris ſuę Eua] cuius appellationis ſubiungitur ratio, [eo ꝙ
mater eſſet oĩm viuẽtiũ] .i. vniuerſoꝝ hominũ naſcituroꝝ genitrix immediata aut media-
Heua q̃ ta eſſet futura. Eua quippe in Hebræo ſonat vitã, tamen pœnalitatibus ſubditã, vt ait hic Ly
re ſic di- ra. Vnde in Scholaſtica hiſtoria legitur: Tunc Adam deplorans poſteritatis ſuæ miſeriam,
cta. vocauit vxorẽ ſuã Euam, quaſi alludens eiulatui paruuloꝝ. Maſculus eñ recens natus dicit
A, quaſi filius Adæ, & ſimilis ei in ſexu: Fœmina vero, E, quaſi filia Euæ, & ei ſexu cõſimilis.
Iſidorus quoq; teſtatur: Poſt peccatũ, iudicisq́; ſentẽtiã, vocauit Adam vxorẽ ſuã Euã, quia
ſit mater viuoꝝ, cũ iam meruit parere mortẽ & fœtus mortales. Verũtñ Rabbi Paulus con-
tradicit verbo Lyræ, dicẽtis ꝙ Eua in Hebræo ſonat vitã pœnalitatibus ſubditã. Et aſſerit
Paulus iſte, ꝙ Eua in Hebræo ſonat vitã ſimpliciter, non connotando ꝙ ſit pœnalitati ſub-
iecta. Deinde adiũgit, licet Adã ſciuit naturas oĩm animaliũ, & oẽm ſcientiã habuit, de qui-
bus homo natus eſt inſtrui, nõ tamẽ habuit notitiã contingentiũ futuroꝝ, niſi inquantum
ex reuelatione diuina accepit, aut experimẽtaliter acquirere potuit: idcirco mulier ei addu
cta, ſtatim quãdo formata eſt, vocata eſt ab eo virago, ad denotandũ ꝙ erat ſibi data in con
ſortiũ domeſticæ cõuerſationis, nõ declarãs, an eſſet ſibi data etiam ad prolis propagatio-
nem, ita ꝙ tũc neſciuit, an Deus diſponeret eos ſic remanere, & alios homines de nouo pro-
creare, an ex muliere illa eſſet proles per propagationẽ procreanda. Poſtea vero ex diuina
ſentẽtia cõtra ipſum & vxorem prolata, cognouit duo: Vnum, ꝙ eſſent morituri: ſecũdum,
ꝙ eſſent generaturi: idcirco vocauit cõiugem ſuã Euam, quod nomen interpretatus eſt ipſe
Adam, dicẽdo, eo ꝙ eſſet mater cunctoꝝ viuentiũ. Sed quicꝗd ſit de ſignificatione hui⁹ no
minis Eua iuxta Hebræũ, iſta additio Pauli iſtius videtur nimiũ imperita & ſcripturę cõtra-
Gene. 1. ria. Scriptũ eſt eñ ſuprà: Maſculũ & fœminã creauit eos, benedixitq́; illis Deus, & ait: Cre-
ſcite & multiplicamini & replete terrã, quod dictũ eſt Adæ euidenter, & ipſe intellexit hoc
de multiplicatione hoĩm ex ſe per generationẽ. Vnde ſecundũ expoſitores, ꝑ illa verba de-
dit ei præceptũ de multiplicatione ſpeciei, ſicut præhabitũ eſt. Et illud præceptũ per Adã de-
Gene. 2. uenit ad Euã. Rurſus habeť ſuprà, quẽadmodũ Eua ex coſta Adæ formata, locutus eſt Adã:
Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: quãobrem relinquet homo patrẽ ſuum
& matrẽ, & adhærebit vxori ſuę, & erunt duo in carne vna. per quæ vtiq; verba inſinuauit ſe
ſcire, ꝙ mulier illa eſſet ſibi data in coniugem, ad prolificandũ ex ea per carnalẽ cõmixtio-
nẽ. ¶ Deniq; Adã in ſtatu innocẽtiæ nõ indiguit muliere, nec adiutorio ei⁹ ad domeſticam
cõuerſationẽ, qm̃ ſine oĩ cura & conatu habuit neceſſaria vitę: ideo Adã ſciuit ante ſuam
trãſgreſſionẽ, ꝙ fœmina eſſet ei collata in adiutoriũ generãdi. [Fecit quoq; dñs Deus Adę &
vxori eius tunicas pelliceas.] Circa hoc Strab⁹ ait: Ipſi fecerũt ſibi perizomata, vt peccatum
ſuũ abſconderent. Deus aũt fecit eis pelliceas tunicas, quibus induit totũ corpus amboꝝ, ꝗa
in corpore & anima iuſte eos puniuit. Stulta quoq; eſt quęſtio, ſi quærať, qualiter aut in quo
operante pelles ab animalibus ſunt deductæ: qui eñ de nihilo oĩa condidit, fecit hoc quoq;
& qualiter voluit. Hæc Strabus. ¶ Porro in Scholaſtica hiſtoria legiť, ꝙ de pellib⁹ mortuoꝝ
animaliũ factæ ſunt tunicæ illæ. Eſtq́; credẽdũ ꝙ totũ hoc fecit Deus angelico famulatu. [&
induit eos] vt ſignũ ſuæ mortalitatis ſecũ efferrẽt, ſeq́; morituros ſemꝑ attẽderent, & itẽ vt
cõtra intẽperiem loci ac tẽporis, eſſent operti, quia de paradiſo erant protinus expellendi.
Specialiter quoq; induit eos veſtes has ex pellib⁹ mortuoꝝ animaliũ factas, ad iuſtã deriſio-
nẽ ipſoꝝ, qui ad immoderatã Dei aſſimilationẽ aſpirauerũt. Vnde ſubiungitur: [& ait: Ecce
Adã quaſi vnus ex nobis factus eſt] .i. per immortalitatẽ, ſapientiã, & ſui in ſe ſufficientiam,
aſſimilatus eſt nobis. Et eſt iuſta ironia, implicitaq́; negatio, quaſi dicat: Iã apparet ad ocu-
lũ, q̃ vane ſe habuit in peccãdo, & quantũ deceptus ſit, deiectus, & depauperatus, eſtq́; vox
ſummæ trinitatis ad ſe, vel Dei ad angelos: immo dñs dixit hæc potius quaſi cõpatiendo, &
humanã ſuperbiã corrigẽdo, q̃ inſultãdo. [ſciens bonũ & malũ] .i. ſufficiẽter edoctus ad ſui-
ipſius & inferiorũ gubernationẽ, prout ſerpens promiſit. [Nũc ergo] aliqui aũt textus ha-
bent, videte, q̃d tñ non eſt in Hebræo. Si aũt nõ habeatur in textu, ſubintelligendũ eſt. Itaq;
dñs ait ad angelos, ꝗbus paradiſi cuſtodiã, & primoꝝ parentũ inde expulſionẽ, cõmiſerat:
Nũc ergo videte .i. pcauete [ne fortę mittat manũ ſuã] hoc eſt, ne extẽdat, [& ſumat de ligno
vitæ,

vitæ, & comedat, & viuat in ęternũ.] Totũ hoc dupliciter accipi poteſt. Primo, quaſi ironice
dictũ, quẽadmodũ præcedẽtia verba, quaſi dñs dicat: Ex quo Adã ita deiectus eſt, & tot mi
ſerijs neceſſitatiq́; mortis & redactioni in puluerẽ, adiudicatus à me, nõ eſt periculum neq;
poſſibile, ꝙ de cætero comeſturus ſit de ligno vitæ ad viuendũ in ſempiternũ, ideo nõ opor
tet hoc pcauere. Secũdo intelligi poteſt, quaſi ſerioſe & præceptiue prolatũ, quaſi dñs dicat:
Ex q̃ Adã ita peccauit & lapſus eſt, ꝓhibete ne præſumat manũ extẽdere ad ſumendũ de fru
ctu arboris vitæ, quo ſe fecit indignũ. Sed huic expoſitiõi videť obſtare, ꝙ q̃uis poſt pecca-
tũ fuiſſet permiſſus edere de ligno vitæ, nõ tñ ex hoc fuiſſet immortalitatẽ ſeu vitã æternam
ſortitus. Reſpondeť ꝙ nihilo minus vita ſua potuiſſet multũ ꝓlongari ex eſu huiuſmodi, &
talis diuturnitas deſignať per verbũ hoc, in æternũ. Sic nãq;, in æternũ, in ſcripturis frequen
ter accipiť, ſicut & Achis 1. libro Regũ dixit ad Dauid: Erit mihi ſeruus in ſempiternũ. Hinc 1. Re. 27.
in Scholaſtica hiſtoria cõtinetur: Nõ eſt mirũ ſi etiã poſt peccatũ, per eſum ligni illius vixiſ Euſebi⁹.
ſent diutius, cũ adhuc ſint quædã viuentiũ inſulæ, in quibus nemo moritur .i. vix aliquis, vt-
pote quia diu valde viuunt ibidem. Sicut fit etiã lanugo in folijs arboꝝ apud Seres, cuius vſu
protelať vita. Alexãder quoq; Ariſtoteli ſcripſit de ſacerdotibus Solis & lunę, ꝙ ex eſu quo-
rundã pomoꝝ longiſſimã vitã ducãt, vtpote quadringẽtis annis viuendo, vt legiť. Et [Emi- Eijcitur
ſit eum dñs Deus] .i. exire præcepit ipſum [de paradiſo voluptatis, vt operaretur] .i. coleret, Adã de
fœcũdaret, exerceretq́; [terrã de qua ſumptus eſt] .i. formatus ſecundũ corpus, iuxta expoſi- paradi-
tionẽ præhabitã. ¶ Porro ex hoc verbo accipiũt multi, ꝙ Adam in illũ locũ reductus eſt, in ſo.
quo fuit formatus: qui vbi fuerit, ſuperius dictũ eſt, quãtum poterat dici. [Eiecitq́; Adã] mi-
niſterio angeloꝝ, qui eiectus, cœpit cũ muliere paulatim ꝓgredi cum mœrore. Nec fit hic
mẽtio de Eua, ſed tantũ de Adã, tanq̃ de principali. Sed quare Deus nõ dixit de vtriſq;, Ec-
ce Adã & Eua quaſi duo ex nobis facti ſunt, ſciẽtes bonũ & malum, &c.? Reſpõderi poteſt, ꝙ
Deus cõdoluit & pepercit in hoc mulieri, quæ adhuc virgo fuit, propter teneritudinem ve-
recundiæ ſuæ & fragilẽ ſexum, ne abũdantiori abſorbereť triſtitia. Veruntamẽ ambos ſimul
eiecit, nec priuauit eos in toto mutuę ſocietatis ſolatio, neq; cuſtodia angeloꝝ, à quib⁹ prius
dirigebanť, deinceps grauiter ac intime pœnitẽtes. [Et collocauit ante paradiſum volupta-
tis Cherubin, & flãmeum gladiũ atq; verſatilẽ, ad cuſtodiendã viã ligni vitæ] Per Cherubin
intelligitur angelicus ſpiritus ſeu angelus ſanctus: per flãmeum atq; verſatilẽ gladiũ, effica-
ciſſima ac pauẽda poteſtas ipſius, quæ inſtar ignis gladijq́; ancipitis eſt actiua ac ſuperatiua
vniuerſæ contrariæ poteſtatis: quẽ angelũ, talem gladium ſemper in prõptu habentem, po-
ſuit Deus ante fores paradiſi, ad cuſtodiendã viã ligni vitæ .i. ad hoc, vt iter ad paradiſum fa-
ceret omni homini inacceſſibile. ¶ Porro in Scholaſtica hiſtoria diciť: Miniſterio angelorũ
poſuit ignẽ, qui intercluderet paradiſi ingreſſum. Qui ignis dicitur gladius, nõ qualiſcũq;,
ſed verſatilis, vtpote vtrobiq; ſecans & puniens, quia per eũ punitus eſt homo in corpore &
anima, per hoc ꝙ irreuertibiliter de paradiſo eſt expulſus. Vel dictus eſt verſatilis .i. aptus
eſt verſari ac tolli cum Deo placeret, ſicut ablatus eſt, dũ primo Enoch, deinde Helias, illuc
tranſlati ſunt. ¶ Prætereа quidã dicẽtes paradiſum ſitũ ſub circulo æquinoctiali, ꝑ flãmeũ
gladiũ intelligũt torridã zonã, q̃ eſt inter paradiſum & habitabilẽ terrã, q̃ zona vocať ver-
ſatilis gladius, qm̃ ſol cauſans impertrãſibilẽ illũ calorẽ, accedit ad nos in æſtate, & elõgatur
in hyeme. Alij opinãtes paradiſum eſſe circa tropicũ cãcri, per gladiũ iſtũ intelligũt ignẽ ali-
quẽ materialẽ, diuina virtute ibi factũ & cõſtitutũ, ac exurgẽtẽ de terra, quẽadmodũ de ꝗbuſ
dã mõtibus ignis erũpere legiť, pſertim de mõte Aetnę, qui iugiter ardet, ꝗ ignis dicitur gla
dius, qm̃ aſcendẽdo inſtar gladij, paulatim in ſuperiori ſui parte acuitur. Per Cherubim au
tẽ angelica deſignatur cuſtodia, quia ſecundum Auguſtinũ, tota corporalis creatura ꝑ ſan- Auguſt.
ctos adminiſtratur ac regitur: quod factum eſt, ad cuſtodiendã viam ligni vitæ .i. totius pa-
radiſi, à parte totum intelligendo, pſertim à parte tam principali, vt fuit hoc lignum: ad cu
ſtodiendũ, inquam, ne primi parentes, nec alij, poſſent naturali virtute illuc reuerti aut ag-
gredi, ita ꝙ ignis ille eſt ante paradiſi introitum, impediens acceſſum ad ipſum.

¶ Explanatio ſpiritualis eiuſdem capituli tertij. Artic. XXVI.

ADam, vt ait Apoſtolus, erat forma futuri .i. figura Chriſti, nec ſolũ Chriſti, ſed & cui- Roma. 5.
uslibet Chriſtiani. Quẽadmodum ergo diabolus inuidit primis parentibus in para-
diſo cõſtitutis, atq; ex inuidia eos tentauit, ita inuidet vniuerſis fidelibus, qui in ſpiri-
tuali paradiſo, videlicet in eccleſia militãte, ſunt poſiti: vel in ſpirituali paradiſo, hoc eſt, in
afflueẽtia ſpiritualiũ cõſolationũ ac diuinoꝝ chariſmatũ. Itaq; ait ſcriptura: [Sed & ſerpens
erat callidior cũctis animãtibus terræ.] Per ſerpentẽ deſignať diabol⁹, veneno nequitię atq;
malitiæ plenus, ꝗ callidior eſt cunctis animãtibus terrę .i. hominibus, quos naturali acumine,
experiẽtia ac ſcientia, & pſertim in omni verſutia ac fraudulẽtia antecedit. [qui dixit ad mu
lierẽ.] Per mulierem, vt habitũ eſt, intelligitur ratio inferior ſeu ſenſitiua pars animæ, q̃ in-
ſtar fœminarũ, mollis, fragilis atq; incõſtans eſt. [Cur præcepit vobis Deus, vt nõ comede-

 retis

retis ex om̃i ligno paradiſi?]Per ligna paradiſi,poſſunt intelligi eccleſiaſtici viri, virtutibus
ac ſapiētia decorati.Porro ꝑ lignū ſciētiæ boni & mali, Chr̃s,in quo ſunt oēs theſauri ſapi-
Colo.2. entię & ſcientiæ abſconditi,q inter bonū & malū ꝑfectiſſime diſcreuit, & diſcernere docuit
ac pręcepit.Præcipit igit̃ nobis Deus comedere ex om̃i ligno paradiſi,vno,vtpote Chriſto,
dēpto,hoc eſt,oīm reliquoꝝ ſanctoꝝ ac deuotoꝝ,q ſunt in eccleſia militante,verbis & acti-
bus refici,ędificari & informari,ita vt ꝑfectionē eoꝝ attingere ſtudeamus. Nec deſperemus
nos poſſe eis parificari in ꝑfectione gratię ac virtutū,immo vnuſquiſq; conari debet,vt aliū
præueniat ac vincat in omni humilitate,patiētia,māſuetudine,cuſtodia,diligētia,puritate ac
Hebr.10 charitate.Vnde hortatur Apoſtolus:Cōſideremus inuicē in prouocatione charitatis & bo-
noꝝ opeꝝ. Sic aūt nō licet nobis refici verbis & actibus Chriſti, vt ſ. arbitremur nos poſſe
ei coæquari in ſapiētia & virtute. Nec debemus p̃ſumere, poſſe nos eius perfectionē attin-
Ioan.12. gere,ſed imitari pro viribus,quēadmodū dixit:Qui mihi miniſtrat, me ſequat̃. Itaq; diabo-
lus tētat nos dicens,cur Deus iſtud præceperit nobis.Conatur em̃ ad hoc, vt trāſgrediamur
terminos nobis præfixos,& plus ſentiamus de nobis ipſis q̃ veritas habet, aut proprijs viri-
bus innitamur,& cōfidamus nos ex nobis ipſis poſſe ꝓficere ac ſaluari,ſicq; parificemus nos
quodāmodo Chriſto:quod faciendo, comedimus de fructu ſciētiæ boni & mali: atq; peri-
mus,dū vir,i.ratio ſuperior cōſentit huiuſmodi ſuggeſtioni ſerpētis antiqui,quæ ſuggeſtio
venit ad rationē ſuperiorē per inferiorē.Deniq; dū ratio inferior recolit ſibi à Deo eſſe pro-
hibitū tale, immo & om̃e peccatū, ne moriat̃ nūc morte culpæ,deinde morte æternæ miſe-
riæ,diabolus intus reſpōdet: [Nequaq̃ morte moriemini]qm̃ perſuadet licitū eſſe, q̊d extat
illicitū,& ſub ſpecie boni mala ꝓponit:ꝙ ſi ꝑſuadere nequiuerit,tale quid licitū eſſe, ſugge-
rit Deū eſſe benignū,& hoīem poſtea pœnitentiā eſſe actuꝝ,vel ſaltem in fine vitæ ſola con
tritione faciliter poſſe veniā impetrare.¶Inſup ſæpe ſuadet quibuſdā plus ſapere q̃ oportet,
& maieſtatē ſcrutari, atq; incōpræhenſibilia fidei velle nimiū ꝓfundare,diſcutere,ac rima-
ri:qua ſuggeſtione decepit hæreſiarchas,& per illos innumerabiles alios ſimplices & carna
les,quibus occulte promiſit interioꝝ oculoꝝ apertionē ſeu illuſtrationem,ita ꝙ eſſent quaſi
dij inter cæteros futuri, præfulgēdo in ſapiētia, vita & fama:ſicq; receſſerūt ab eccleſiaſtica
vnitate,opinātes ſe nō indigere doctrina eccleſiæ,eo ꝙ ipſimet ſufficiēter cognoſcerēt bo-
nū & malū.¶Deniq; generalius loquēdo,quādocūq; ſenſualitas aut ratio inferior ex diabo-
lica ſuggeſtione afficit̃ cū delectatiōe alicui rei ſenſibili ſeu carnali, eo ꝙ habeat aliquid dul-
cedinis aut decoris ſeu appetibilitatis vel vtilitatis, tūc impletur q̊d dicitur: [Vidit mulier ꝙ
bonū eſſet lignū].i.terrenū obiectū inſtar ligni terræ infixū,bonum inquā[ad veſcendum,]
hoc eſt,ad oblectandū ſe in eo,[aſpectuq; delectabile,& tulit de fructu eius, & comedit,de-
ditq; viro ſuo qui comedit:]hoc eſt,ſuperiorē rationē ad conſenſum ꝑtraxit.[Et aperti ſunt
oculi amboꝝ.]Multi dū ex vehemētia paſſionum inclinātur ad mala agēda,ita ꝓprijs paſ-
ſionibus obfuſcātur,ꝙ nō aduertūt ſuū errorē & magnitudinē ſui periculi.Cū aūt ſatisfece-
rūt motibus paſſionū ſuaꝝ,motibus ipſis ſedatis,aperiūtur oculi cordis eoꝝ,& vidēt q̃ tur-
piter ſint deiecti ac victi. [Cumq; cognouiſſent ſe eſſe nudos, cōſuerūt folia ficus,& fecerunt
ſibi perizomata.] Sic multi quotidie,dum ſe peccaſſe cognoſcunt, & gratia Dei nudatos,ac
erubeſcibiliter ſupplantatos,faciunt perizomata ſibi,excuſando ſeipſos,& velando turpitu
Ecci.3. dines paſſionum & præuaricationum ſuarum. In quibus impletur quod ſcriptū eſt:Pecca-
tor adijciet ad peccandū. [Et cum audiſſent vocē dn̄i Dei deambulantis in paradiſo ad au-
rā poſt meridiē, abſcōdit ſe Adā & vxor eius à facie dn̄i.] Ambulat dn̄s inceſſanter in para-
Prou.8. diſo.i.in militāte eccleſia,ſpatiādo in cordibus electoꝝ ac deuotoꝝ ſuorum, cum quib⁹ eſſe
Epheſ.3. ſunt ſuæ deliciæ, quia ꝑ fidē & charitatē eos inhabitat:& ipſi portāt eū in cordibus ſuis,q̊d
modo fit poſt meridiē,i.poſt ardentiſſimū illū ſpiritusſancti feruorē, qui fuit in primitiua
eccleſia;& poſtea diu ac ſæpius interim:q̊d dum fit,quidā imitātes trāſgreſſionē primorum
parentū,abſcondunt ſe,quantū in ipſis eſt,à facie dn̄i, à quo impie ſe auertūt,& fugiunt lu-
Ioann.3. cem,ſicut ait ſaluator:Om̄is qui male agit, odit lucem:& nō venit ad lucem, vt nō arguātur
opera eius.¶Deniq; qui retrahunt ſe à ſuperioꝝ ſuoꝝ pręſentia,nec volūt verba correptio-
nis ac ſalutis audire, ne increpent̃, & iuſte cōfundantur,abſcōdunt ſe à facie dn̄i,quales ſunt
qui in prauitatibus ſuis latere nitunt̃. Abſcōdunt ſe quoq; in medio ligni paradiſi, q autho-
ritatibus & allegationibus ſcripturaꝝ ſe excuſare ac iuſtificare conātur. Nā & ipſa ſcriptu-
Damaſ. ra per paradiſum ſignificatur,ſecundū Damaſcenum. [Vocauitq; dn̄s Deus Adam, & dixit
ei:Vbi es?]Sic benigniſſim⁹ Deus quotidie vocat auerſos à ſe,vt attendāt in quātis miſerijs,
periculis,vitijsq; ꝓſtrati ſint:vocat, inquā, per inſpirationē internā, per angelicā cuſtodiā,
ꝑ ꝓlatos & p̄dicatores eccleſię,ꝑ proximoꝝ exhortatiōes,ꝑ correptiōes,ꝑ miracula,ꝑ benefi
cia, ꝑ aduerſa. [Qui ait:Vocē tuā *dn̄e audiui in paradiſo,& timui.]Sic quidā in ſuis iniqui-
tatibus depræhenſi,qn̄ ſe vidēt nō poſſe latere,neq; euadere,ſe peccaſſe fatentur,ac metuunt
ſaltem ſeruili timore.[Cui dixit dn̄s Deus:Quis enim indicauit tibi,ꝙ nudus eſſes, niſi ꝙ ex
ligno,

ligno,de quo præceperam tibi,ne comederes,comediſti?]Quaſi dn̄s dicat vnicuiq; peccato
ri huiuſmodi: Vnde iā ꝑ experientiā ſcis te eſſe nudatum donis ac gratijs ſpiritus ſancti,niſi
quia conſcius tibi es,te egiſſe cōtra meū p̄ceptū,& præſumpſiſti de viribus proprijs ac extu-
liſti inaniter temetipſum? [Dixitq; Adā:Mulier quā dediſti mihi ſociā,dedit mihi de ligno,
& comedi.]Sic multi q̊tidie ſeipſos excuſant ꝑ alios, à qbus ſe ad mala attractos cauſantur,
quaſi nō ſponte peccaſſent,& q̈ſi nō magis debuiſſent Deū,q̃ hoīes attendiſſe,aut q̈ſi nil me-
lius cognouiſſent. ¶Præterea qdā excuſant ſe ꝑ mulierē.i. per ꝓpriā ſenſualitatē,ſeu carnis
fragilitatē,quā ſuo ſpiritui ſociatā cōmemorant,dicentes:Homo non eſt angelus,humanū
eſt peccare,quis ꝑfectus niſi Deus? & ita palpāt ac fallunt miſeri ſemetipſos,immo peccata
ſua occulte atq; implicite retorquēt in creatorē,qui tā fragilē eis cōtulit carnē, & ſenſualita
tem ad mala tā pronā.Nec attendūt,q̃ multa & magna remedia & auxilia præſtiterit eis De
us cōtra peccata ac hoſtes ſuæ ſalutis. [Et dixit dn̄s De⁹ ad mulierē: Quare hoc feciſti? Quæ
reſpōdit: Serpens decepit me.]Sic & ratio inferior,ſeu homo ex parte ſuę ſenſualitatis ſolet
ſe excuſare,eo ꝙ diabolica fraude, aut tentatiōis feruore deceptus ſit. Hæc eſt culpa grauiſſi
ma & inſipientia miſerāda,excuſare ſeipſum,& aliū potius accuſare. Propter q̊d orauit Pſal
miſta:Ne declines cor meū in verba malitię,ad excuſandas excuſatiōes in peccatis.Vnde & Pſa.140.
Salomon loqtur:Qui abſcondit ſcelera ſua,nō dirigetur: qui aūt confeſſus fuerit, & relique- Pro.28.
rit ea,miſericordiā conſequet̃.[Et ait dn̄s ad ſerpentē: Quia hoc feciſti,maledictus es.]Dia
bolus em̃ homines decipiendo, meretur ſuæ maledictionis augmentū, præſertim quantū ad
accidentalis ſui ſupplicij cumulum, ſicut & angeloꝝ ſanctoꝝ accidentale præmiū augmen
tatur ex eoꝝ,quos cuſtodiunt,ſaluatione.Quæ aūt ſequuntur,videlicet,[Super pectus tuum
gradieris] vſq; ad illud, Mulieri quoq; dixit Deus,in p̄cedēti articulo ſatis ſpiritualiter ſunt
tractata.[Mulieri q̊q; dixit Deus: Multiplicabo ærumnas tuas & cōceptus tuos.] Hoc ſpiri
tualiter factū eſt,qm̃ homo male agēdo,incurrit calamitatē multiplicē,& ſenſitiua pars ra-
tioq; inferior difficultatē incurrit ad bene agendū,ad reſiſtendū peccato,ad fructificandum
iuſtitię,& in dolore parit opera bona.[Et ſub viri poteſtate eris,& ipſe dominabit̃ tui.] hoc
eſt,ꝓpter peccata tua ſubiacebis actibus tuis, atq; laboribus pœnitētiæ ac flagellis,iuxta ſu-
perioris ratiōis imperiū,quæ ſi non peccaſſes, ſine huiuſmodi caſtigatione poſſes rationi ſu
periori parere.[Adæ vero dixit: Quia audiſti vocē vxoris tuæ, maledicta terra in ope tuo:]
id eſt,vnicuiq; peccatori loqtur Deus in ſcripturis: Quoniam ſenſitiuæ parti,& inferiori ra
tioni impie conſenſiſti,caro tua multis ſubiacebit miſerijs, & motus rebelles tanquā ſpinas
ac tribulos pariet tibi,multiſq; modis impediet te à bonis,& terrenis reficieris operib⁹. Nec
ſine gemitu & ſudore exercebis aſſidue opa bona. Iſtud eſt graue iugum ſup oēs poſteros
Adæ inductū,de q̄ in Eccleſiaſtico legit̃:Occupatio magna creata eſt oībus hoībus,& iugū Ecci.40.
graue ſup oēs filios Adā,à die exitus de ventre matris eoꝝ, vſq; in diē ſepulturæ in matrem
oīm,cogitatiōes eoꝝ & timores cordis &c. In Zacharia q̊q; habet̃: Homo agricola ego ſū, Zach.13.
& Adā exemplū meū ab adoleſcētia mea.[Et vocauit Adā nomē vxoris ſuæ,Eua,eo ꝙ mater
eſſet oīm viuentiū.]Sic peccator poſtq̃ vere cōuerſus eſt, carnē ſuam nominat Euā.i.vitam,
qa ꝑ eam efficit de cætero opa bona,quæ ſunt ſpiritualiter viua ac meritoria. [Fecit q̊q; De-
us Adæ & vxori eius tunicas pelliceas,& induit eos.] Per tunicas pelliceas deſignantur pœ
nalitates & defectuoſitates vitæ mortalis, quibus hoīes peccatores in ſeculo iſto implent̃, &
operiūtur ita,vt iuſte ac pie derideantur à Deo de ſuis præſumptionibus,elatiōibus,vanitati-
b⁹q; diuerſis.[Nūc ergo ne forte mittat manū ſuā,& ſumat de ligno vitę &c.]Sic De⁹ ꝑ ange
los ſanctos reprimit,& miſericorditer impedit hoīes à multis p̄ſumptiōibus & peccatis.[Et
emiſit eū dn̄s De⁹ de paradiſo voluptatis,vt oparet̃ terrā.]Quàm diu homo manet in chari-
tate & gratia ac gaudio ſpūali, manet in eccleſia, & itē in interiori ſuæ aīæ paradiſo. Cū aūt
mortaliter peccat,vtroq; hoc paradiſo priuat̃,& de myſtico corpore Chr̄i eijcit̃,atq; diabo-
lo incorporat̃.Verunt̄n fit hoc vt ſe emēdet,& terrā, vtpote ꝓpriā carnē, ꝑ opa pœnitentiæ
exercere & caſtigare feſtinet.[& collocauit]De⁹[an̄ paradiſum Cherubim & flāmeū gladiū]
.i. eccleſiā ſuā muniuit angeloꝝ cuſtodia,ac plenitudine ſapiētiæ ſalutaris, rigore q̊q; iuſti-
tiæ[ad cuſtodiēdā viā ligni vitæ].i. ingreſſum & aditū ad eccleſiaſticā vnitatē & Chriſti cō-
munionē,ad quas iniqui redire nō valēt,niſi ꝑ pœnitentiā verā. ¶Deniq; eiectio Adæ de pa-
radiſo,fuit q̈ſi excōmunicatio eius,quæ in ſolēni pœnitētia ſpecialiter deſignat̃.Fiat aūt pœ Pœnitētia ſolennis.
nitētia ſolēnis hoc modo:In capite ieiunij tales pœnitētes p̄ſentant ſe cū preſbyteris ſuis epi
ſcopo ante fores eccleſiæ,ſacco induti,nudis pedibus,vultibus inclinatis, & coma depoſita.
Cū aūt in eccleſiā fuerint introducti, Epiſcopus cū oī clero dicit ſeptē pſalmos pœnitentia
les,deinde manū eis imponit,aquā benedictā adſpergit,cinereq; imponit eoꝝ capitib⁹, cili
cio q̊q; operit colla eoꝝ,& lachrymabiliter eis denunciat, ꝙ ſicut Adā eiectus eſt de paradi-
ſo,ſic ipſi de eccleſia eijciūtur,& iubet miniſtris,vt eos ab eccleſia pellāt,clero eos perſequen
te cū reſponſorio iſto: In ſudore vultus tui. In cœna autē domini quolibet anno à ſuis pre-

ſbyteris in eccleſiam reducūtur, & erunt in ea vſq; ad octauas paſchæ, ita tñ ꝙ nō cōmunicabunt nec pacem accipiēt. Sicq; fiet omni anno quādiu aditus eccleſiæ ipſis eſt interdictus, quoꝝ vltima reconciliatio reſeruatur epiſcopo, ad quē ſolū ſpectat impoſitio pœnitentiæ huius ſolennis. Quæ etiā poteſt imponi viris ac mulieribus, ſed nō clericis, ꝓpter ſcādalum euitandum, & ne ordo veniat in cōtemptum. Nec debet imponi pœnitentia talis, niſi ꝓ peccato q̊d totā cōmouerit vrbem. Hæc Thomas ſuper quartum decimaquarta diſtinctione.

¶Porro in Scholaſtica hiſtoria dicitur: Eiectionē primoꝝ parētum repræſentat eccleſia in capite ieiunij, cum eijcit extra pœnitētes, quibus cilicium dat in ſignum tunicaꝝ pelliceaꝝ, [Eccl. 10.] cinerem q̊q; ſub his verbis: Cinis es, & in cinerē reuerteris. In memoriam maledictiōis, eiecti candelas ferūt ardētes: quia pro ope, quo porrexerunt manus ad pomū vetitum, appoſita eſt ignea romphæa paradiſo. Tranſeunt item ad aliā eccleſiā, cuius fores coram eis clauduntur, in ſignū aditus paradiſi quondā occluſi, nō ad mēſam, ſed ſup terrā comedūt, quaſi dicat eis: Maledicta terra in opere tuo. Nemo dicit eis, Aue, qa nondū mutatū erat nomē Euę. Pręterea in modo tentatiōis primoꝝ parentū, ꝑfiguratus eſt ordo tentationum noſtrarū quotidianaꝝ. quēadmodum eñ ſerpens tētauit primo mulierē, & ꝑ eā viꝝ, ſic dæmon ꝑ ſenſitiuam partē & inferiorē rationē, tētat in nobis rationē ſuperiorē. ¶De hac materia ait Magiſter Sententiaꝝ libro ſecundo: Duæ ſunt ſpecies tentatiōis, interior atq; exterior. Exterior tentatio eſt, qñ nobis extrinſecus viſibiliter ſuggerit̃ verbo aut ſigno, vt ad peccati conſenſum trahamur, & talis tentatio nō fit niſi ab aduerſario, ſcilicet diabolo, vel ab hoīe malo. Interior vero tentatio eſt, qñ inuiſibiliter ſuggeritur nobis malū intrinſecus, quæ tentatio aliquando fit ab hoſte, quādoq; à carne. Nā & diabolus inuiſibiliter ſuggerit mala, & ex carnis corruptiōe ſuboritur motus illicitus & titillatio praua: idcirco tentatio quæ fit ex carne, nō eſt ſine peccato: quæ aūt ab hoſte fit, niſi ei cōſentiatur, non habet peccatū, ſed eſt materia exercendę virtutis. ¶Circa hęc verba Magiſtri ſcribit Thomas ſup ſecundū diſtinctione viceſimaprima: Peccatum vnius nō conſiſtit in actu alterius, ſed in ꝓprio actu. In tentatiōe aūt carnis, ipſe appetitus illicitus ſecundū quem aliq̇s tentari dicit̃, eſt actus eius qui tentatur. Non eñ ſola caro concupiſcit, ſed totus homo: ideo talis tētatio eſt peccatū in eo qui tentatur. Tentatio aūt quæ eſt à mūdo, vel ab hoſte, eſt à principio extrinſeco: vnde actus nō pertinet ad tentatum, ſed paſſio tantū: & ꝓpter hoc non eſt peccatū in tali tentatione, niſi ꝑ delectationem & conſenſum tentati, qm̄ tunc tentatus incipit cooperari tentanti. Porro motus cōcupiſcibilis dupliciter poteſt conſurgere. Primo ex qualitate organi, ſicut corpore calefacto, inſurgit motus libidinis ſine oī imaginatiōe, & iſte motus eſt pure naturalis, nec habet rationē peccati: ad hūc q̊q; motū excitādū in nobis poteſt virtus dæmonis ex poteſtate ſuæ naturę, qua poteſt corpora trāſmutare, niſi cohibeatur virtute diuina. Alius motus concupiſcibilis eſt, qui inſurgit ex apprehænſione rei delectabilis. Et ex hac parte appetitus concupiſcibilis aliquā habet libertatē in hoīe, ſecundū q̊d poteſt obedire imperio rationis, ſed hunc motū diabolus extorquere non valet. Hęc Thomas. ¶At vero Bonauentura in ſcripto [Tentare] ſecundi circa hæc ſcribit: Tentare multa ſignificat, ſed ꝓprie idē eſt q̊d probare, idcirco tentatio dici poteſt qdā tactus, quo probatur res illa quæ tangitur, quēadmodum dicit̃ cæcus tētare, qñ tactu ſuo certitudinē aliquā vult habere de eo q̊d tāgit. Iuxta hūc modū in ſpūalibus tentatio dicit̃ qdam tactus ad probandū ordinatus, q̊d q̊druplicitér fieri poteſt: Aut eñ ille q pulſat ſeu tentat, intēdit ꝓbare & approbare, ſeu probatū oſtēdere: & hoc modo tentare [Sapi. 3.] cōuenit Deo, ſecundū q̊d dicitur à Sapiente: Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos ſe. Aut qa ille qui pulſat, intendit ꝓbare & reprobare ſeu reprobū facere, ſicq; tentat diabolus, [Acto. 5.] ſecundū q̊d ſcribitur in Actis: Cur tentauit ſatanas cor tuū? Aut intēdit ſolū probare, & experimentū ſumere de eo quod eſt in hoīe: & ita tentare dicitur homo cautus. Aut qa & ſi pulſans nihil intēdit, ad eius tñ pulſationem ſeqtur approbatio aut reprobatio hominis: ſicq; [Iacob. 1.] tentare dicit̃ caro & concupiſcentia eius, vt Iacobus ait: Vnuſquiſq; tentatur à concupiſcentia ſua &c. A carne eñ ſeu carnis cōcupiſcētia homo pulſatur, & quaſi tāgitur: cui pulſationi ſi conſenſerit, probatur & reprobatur: ſi diſſenſerit, probatur & approbatur.

¶Introductio & ſolutio q̄ſtionum cōcernentiū ꝑſens tertiū capitulū. Art. XXVII.

MVlta occurrūt q̄renda circa capitulū iſtud: Primū eſt, Cur Deus ꝑmiſit primos parentes tentari, q̊s pręſciuit mox eſſe vincendos? Et an decuit Deū hoc ipſum permittere, ꝑſertim cum viderit tot mala ex originali illo peccato eſſe ꝓtinus ſecutura. Quanuis aūt Magiſter ſententiaꝝ libro ſecūdo hanc moueat quæſtionem & ſoluat, ſimiliter doctores ibidē, videt̃ tñ hæc quæſtio poſſe reprimi per multas quæſtiones conſimiles. Nam ſimili modo quæri poſſet, Cur Deus creauit Lucifeꝝ, quē vidit cōfeſtim caſuꝝ? Et cur ꝑmiſit [3. Reg. 12] eū peccare, ex cuius caſu nouerat ſecutura ſtatim tot mala? immo cur cōdidit eū, per quem nouerat tot millia angeloꝝ eſſe cōfeſtim caſura? Iteꝝ q̄ri poſſet: Cur Deus promouit Hieroboā filiū Nadab in regē decē tribuū Iſrael, quē nouerat ſtatim tot horribilia mala actuꝝ, &

auerſurum

auerſuꝝ ſubditos ſuos à cultu Dei, atq; ad idololatriam inductuꝝ? Item, cur creauit ſcelerātiſſimū Machometum, ꝑ quem nouerat pene tertiam aut quartā mūdi partem eſſe decipiēdam? Cur itē nequiſſimos hæreſiarchas, Manichæum, Arrium, Neſtoriū, &c. à quibus ſciuit tot millia hoīm eſſe fallenda? In his atq; ſimilibus debemus incompręhenſibilia Dei iudicia potius formidare ac venerari, q̄ diſcutere ac ſcrutari. Nihilominꝰ rationabiles cauſæ horū aſſignant̃. Deus eñ cuncta ꝓpter bonū finē creauit, nec debuit omittere q̊d eſt ſuū, propter abuſiones reꝝ factaꝝ: quas tñ non permiſiſſet, niſi ſciuiſſet, potuiſſet, ac voluiſſet multa bona ex malis alioꝝ elicere. Porro ſolutio quæſtiōis de parentibus primis ꝓpoſitæ, patet ex ſolutione quæſtionis ſuperius motæ, videlicet cur Deus cōdidit hoīem, quem nouerat mox caſuꝝ. ¶ Secundo q̄ritur, An primi parētes fuerint creati in gratia gratum faciente, & virtutibus ei annexis. Et reſpondendū eſt, ꝙ circa hoc eſt triplex opinio: Prima dicentiū, ꝙ nō fuerūt creati in gratia tali, nec eā ꝓmeruerunt poſt creationē & ante lapſum, ſic ꝙ nunquā habuerūt grām gratum facientem in paradiſo. Hanc aūt opinionem reprobat Magiſter libro ſecundo ꝑ multas authoritates ſanctoꝝ, quæ infrà tangent̃. Secūda ergo eſt opinio ipſius Magiſtri, qui libro ſecūdo dicit primū hoīem nō fuiſſe creatum in gratia gratificante, ſed meruiſſe eandem ante ſuā ruinam: ad q̊d adducit quaſdam authoritates, ꝑcipue Auguſtini. [Auguſt.] Hanc opinionē ſequunt̃ Bonauētura & alij multi. Tertia opinio tenet, ꝙ primus homo fuit in gratia gratū faciente creatus, ſicut & angeli, quā opinionē ſequunt̃ Albertus & Thomas, [Albertꝰ.] multiq; alij. [Thom.] ¶Et ſanctus Thomas in prima parte, quæſtione 95. probat hoc ſic: Deus creauit primos parentes in originali iuſtitia, quēadmodū ait ſcriptura: Deus fecit hoīem ab initio rectū. Hæc autē iuſtitia ſeu rectitudo conſiſtit in ſubiectione rationis ac volūtatis ſub Deo, inferioꝝq; virium ſub ratiōe, corporis q̊q; ſub aīa. Porro ſubiectio inferioꝝ virium ſub ratione, dependebat ex ſubiectione ratiōis & voluntatis ſub Deo: ſubiectio aūt carnis ſub aīa, ex vtraq; pendebat, ſed talis rectitudo ſine gratificante gratia eſſe nō potuit, alioquin manſiſſet in illis poſt culpam. Hinc inſuper ſcribit Thomas, ꝙ primus homo habuit ante ſuum lapſum quodāmodo oēs virtutes, quia præfata rectitudo hoc exigit. Sunt tñ quædam virtutes, quę in ſua ratione nullam impfectionem includunt, ſicut iuſtitia, charitas, prudentia: & hæ erant in eo ſecundū actum & habitum. Aliæ aūt impfectionē includūt, vel ex parte actꝰ, aut ex parte obiecti: & iſtæ etiā in eo fuerūt actu & habitu, ſi impfectio illa impfectioni primi ſtatꝰ, vtpote innocētiæ, nō derogauit, vt fides & ſpes: ſi aūt derogauit, erāt in ipſo ſecūdū habitum, nō ſecundū actum, vt pœnitētia q̄ eſt dolor de peccato, & miſericordia quę eſt cōpaſſio miſeriæ alienæ. Hæc aūt opinio verior rationabiliorq; videt̃. Primo, qm̄ ratio & volūtas nō potuerūt Deo eſſe ſubiectæ ſine fide & charitate. Inferiores q̊q; vires, ſine virtutibus moralibus ſubiectæ nequeunt eſſe ratiōi & voluntati. Secundo, qm̄ Auguſtinꝰ in q̄dā loquit̃ [Auguſt.] homilia: Adā ꝑdita charitate, malus inuentꝰ eſt. Itēq;, princeps vitioꝝ diabolus, dum vicit Adā, de limo terræ ad imaginē Dei factū, pudicitia armatū, tēperantia cōpoſitum, charitate ſplēdidū, primos parētes illis bonis expoliauit, pariterq; peremit. Ambroſiꝰ q̊q; ad Sabinū [Ambro.] diſſeruit: Quādo Adā ſolus fuit, ꝑuaricatus nō eſt, qa mēs eius Deo adhæſit. Et rurſus Auguſtinus fatet̃, ꝙ ſpūali mente ꝑditus fuit. Superius etiā dictū eſt ſup illud, Miſit dñs ſoporē in Adam, ꝙ tunc in altiſſimā cōtemplationē huic vitæ poſſibilē, eſt ꝑductus. Iteꝝ S. Bernardus: Cum oīm, inqt, hoīm æmulus videret patrē noſtrū Adā charitate circundatum, & oī virtute [Bernar.] veſtitū, inuidit ei. Inſup Damaſcenus libro ſecundo fatet̃: Deꝰ fecit hoīem rectū, innocentē, [Damaſ.] virtuoſum, oī virtute decoratū, oībus bonis comatum, velut quēdā mundū ſecundum. Poſtremo in Eccleſiaſtico legit̃: Deꝰ de terra creauit hoīem, & ſecundū ſe veſtiuit illum virtute. [Ecci. 17.] ¶Tertio q̄rit̃, vtrum iuſtitia originalis fuit donū gratiæ gratis datę, an potius gratiæ gratum faciētis. Et reſpōdēdum, ꝙ circa hoc eſt duplex opinio: Vna, ꝙ ſit donū gratiæ gratificātis: & hoc dici oportet ſecundū ꝑtactā Thomæ opinionē, ita ꝙ ſine charitate haberi non poſſit. Sed cōtra hoc eſt duplex obiectio. Prima, qa Magiſter ſententiaꝝ & alij multi, dicentes primum hominē eſſe creatum in originali iuſtitia, negāt eum eſſe creatum in gratia gratificante. Secundo, qm̄ ſi originalis iuſtitia ꝑtinebat ad dona gratiæ gratificātis, ſtare nō potuit cum mortali. Ergo Eua cum cōſenſiſſet comedere de fructu ꝓhibito, & ꝑſertim cū inde māducaſſet, mox fuiſſet priuata originali iuſtitia. Similiter Adā cum cōſenſiſſet in illum eſum, q̊d tñ factum nō fuit. Alioquin erubuiſſent ꝓpriā nuditatē añ fructus ꝑceptionē, vel ſaltē Eua poſt illius comeſtionē. Hinc alij dicunt, ꝙ originalis iuſtitia fuit gratia gratis data, & ſtare potuit cum mortali culpa, q̊d etiā dicit Lyra in expoſitiōe tertij capituli Geneſeos. [Rabbi Paulus] Cōtra q̊d Rabbi Paulus ſic arguit: In ſtatu innocentiæ, in q̊ homo inſtitutus fuit in originali iuſtitia, nulla erat rebellio carnis ad ſpūm, nec ſpiritus cōtra Deū: ergo impoſſibile erat, ſtante illo ſtatu, ineſſe peccatū mortale, cū mortale peccatū (ſecundum Ambroſium) ſit trāſgreſ- [Ambro.] ſio legis diuinę, & cæleſtiū inobediētia mandatoꝝ. Et iſtud argumētum videt̃ ſatis concludere. Nō eñ ſimul ſtare potuit auerſio mētis à Deo ꝑ mortale peccatum, & rectitudo pręfa-

ta ori-

ta originalis iuſtitiæ,ꝑ quā mens erat Deo ſubiecta,& recte ac ordinate ſe habens. Sed iuxta
hāc viā videtur difficile, q̄liter originalis iuſtitia mā ſit in Eua poſt conſenſum & eſum, atqꝫ
in Adā poſt conſenſum iniquū vſqꝫ ad manducationem prædictā. Ad hoc Rabbi Paulus re-
ſpōdet, ꝙ quanuis tranſgreſſio diuini præcepti fuiſſet incepta ꝑ manducationem mulieris,
non tn̄ fuit conſummata niſi per viri comeſtionē. Veruntamen iſtud nō videt̄ euadere vim
argumenti, & Paulus iſte ꝓprio argumento confodit ſe. Dicit nanqꝫ ꝙ in ſtatu innocētiæ
mortale peccatū incurri non poterat,ſtatu huiuſmodi ſtante,ita ꝙ ſimul eſſe non poterant
originalis iuſtitia,mortaliſqꝫ culpa.Sed conſtat Adam & Euā peccaſſe mortaliter actu inte-
riori ante realē fructus comeſtionem, ergo per actū illū interiorē amiſiſſent originalē iuſti-
tiā.Rurſus,q̄uis trāſgreſſio p̄cepti ambobus dati de nō comedēdo fructū prohibitū,non fue
rit cōſummata,quantū ad ambos ante Adę comeſtionē:tn̄ quantū ad mulierē,extitit cōſum
mata ꝓtinus vt comedit.¶Inſuꝑ Rabbi Paulus dicit: Sola comeſtio illa fuit prohibita Adę,
nō aūt deliberatio ſeu cōſenſus p̄cedēs.Vnde ſicut de quibuſdā p̄ceptis veteris teſtamēti à Do
ctoribus dicit̄,ꝙ lex prohibuit manū,nō aīm, ſic in propoſito dici poſſet.Iſtud non videtur
poſſe ſaluari. Primo,qa ſi deliberatio & cōſenſus illius vitioſæ comeſtionis nō erāt à Deo ꝓ-
hibiti,ergo Adā & Eua non peccauerūt, ſaltē mortaliter, proponēdo & cōſentiendo in op⁹
illud.Secūdo,qm̄ conſenſus in rē illicitā extat illicitus.Tertio,qa volūtas deliberatiua repu-
tat̄ à Deo pro ope. Quarto, qm̄ actus exterior inordinationē & culpā ſuā ab interiori deor-
dinatiōe ſortit̄.Quinto,nā quāuis Doctores dicāt,ꝙ lex veteris teſtamēti ꝓhibuit manū,nō
aīm,non tn̄ intelligūt hoc ſic,ꝙ abſolute loquēdo,non prohibuit aīm,ſed ꝙ non prohibuit
aīm ita explicite ſicut manū. Vel ideo, quia nō infligebat pœnā temporalē in lege taxatam
pro aīo ſolo.Hinc opinor ꝙ mox priuati fuerūt originali iuſtitia,quando interius mortali-
ter peccauerūt.Quod aūt de ſua nuditate non erubuerūt ante comeſtionē ipſius Adæ, arbi-
tror accidiſſe vel ex vehementi atqꝫ intenſa valde occupatiōe circa alia, vel ex diſpenſatiōe
diuina.Poterat em̄ eſſe,ꝙ mulier p̄ceptū trāſgreſſa, fuit ita attonita & occupata q̄liter ad idē
ꝑduceret viꝝ,ꝙ nuditatē ſuā non aduertit,nec carnaliter ſtimulata fuit ex nudi viri intuitu.
Similiter Adā poſt elationē & aſſenſum vſqꝫ ad comeſtionem,ſatis erat occupatus circa fa-
ctū illud & op⁹ mulieris cōmiſſum, & ſuā deliberationem ſeu alia conſiderādo quę ꝑtinebāt
ad illud,ꝙ ꝓpriam nuditatem non aduertit,neqꝫ erubuit, nec ſtimulū ſenſit:ſed ſtatim poſt
comeſtionē,ceſſantibus occupationib⁹ illis.Et ſi ita nō contigit,dici poteſt ꝙ diſpenſatione
diuina, repreſſa & dilata fuit erubeſcētia Euæ,quatenus vir tentaret per fœminā: quæ ſi iam
erubuiſſet ſuā nuditatē, nō fuiſſet auſa viꝝ nuda accedere. Et ſi acceſſiſſet cū tali rubore, vir
vidēs eā ſic erubeſcentē, non cōſenſiſſet eidem: ſicqꝫ potius ex cōſideratione pœnæ,q̄ amore
virtutis,diſſenſiſſet. Deus aūt voluit viꝝ probari ac tentari, quanuis non vt vinceret & pec
caret,ſed vt vincēs coronaret̄.Iſtud opinatiue ſit dictū. ¶Quarto q̄ritur, qs graui⁹ peccauit,
Adā an Eua? Et videt̄ ꝙ Adam,qa ſapientior & virtuoſior fuit q̄ Eua,Oppoſitū vero appa-
1. Tim. 2. ret,qm̄ Eua grauius eſt punita. Adam q̊qꝫ ſecūdum Apoſtolū non eſt ſeductus,ſed Eua.Re-
ſpondent Doctores concorditer, ꝙ Eua magis peccauit.Primo,quia ex maiori elatiōe trāſ-
greſſa eſt Dei p̄ceptum,q̄ vir.Credidit em̄ abſolute verum eſſe quod ſerpens dixit,atqꝫ poſſi-
bile eſſe quod promiſit,& ita abſolute appetijt inordinatam Dei aſſimilationem. Secundo,
quia ſeducta eſt credendo ſerpenti, quam tamen ſeductionem elatio eius præceſſit. Tertio,
qm̄ viꝝ ad tranſgreſſionem induxit.Adam aūt peccauit ex aliquali elatione & quadam be-
neuolentia amicabili,quaſi fœminæ morē gerens, vt dictū eſt plenius. ¶Quinto q̄ritur,q̊d
fuit principale & primū peccatū amboꝝ.Reſpondet̄ ꝙ elatio, ſ. amor ꝓpriæ excellētiæ, ꝓut
Roma. 5. ſuprà ſatis expoſitū eſt.Nec obſtat illud Apoſtoli,ꝙ ꝑ inobediētiā vnius hoīs mors introiuit
in orbē terraꝝ.Ibi em̄ inobediētia ſumit̄,prout eſt vitiū gn̄ale,ſecundū q̊d oīs tranſgreſſio p̄-
cepti,eſt inobediētia q̄dam,ſicqꝫ elatio inobediētia eſt.Veruntn̄ in peccato primoꝝ parentū
multæ deformitates fuerūt,ſed elatio erat principalior atqꝫ formalior:& cæteræ ordinaban
Damaſ. tur ad finē elatiōis,vtpote ad excellentiā ꝓpriā.Hinc in fine libri ſecūdi aſſerit Damaſcenus:
Inuidia diaboli victus eſt homo.Nō em̄ ferebat inuidioſus diabolus per ꝓpriā elationē deie-
ctus, nos ſuperius fortunari, vnde & deitatis ſpecie mendax decepit miſerum hoīem,atqꝫ ad
propriā altitudinem per elationem illum reducens,ad ſimile intulit barathrū caſus.Auguſti
Auguſt. nus q̊qꝫ libro de virginitate:Diabolus,inquit,in cælo voluit eſſe ſicut Deus:cadenſqꝫ perſua-
ſit hoī ſimilitudinē ſuæ voluntatis: ſicqꝫ diabolus in ſeipſo expertus quantū Deo diſpliceret
ſuꝑbia,maxime illa qua rationabilis creatura vult ſibi ꝑ ſe ſufficere, conatus eſt primos parē
tes ſui imitatores efficere,& p̄ualuit in hoc ipſo. ¶Sexto quærit̄,an in ſtatu innocētiæ fuiſſet
gn̄atio,& q̄liter.Et an cōmixtio illa fuiſſet ita delectabilis,vt eſt modo,Et reſpōdendū ſecun
dū q̊d refert ſanctus Doctor in Summa cōtra gētiles,atqꝫ in prima parte Summę ſuę q̄ſtio-
ne nonageſima octaua: Quidā antiq̇ Doctores attendētes cōcupiſcētię fœditatē in coitu,po
ſuerūt ꝙ nō fuiſſet multiplicatio hoīm in ſtatu innocentiæ ꝑ generatiōem & coitū, ſed ꝑ di-
uinam

uinam virtutem eo modo,quo multiplicati ſunt angeli.Et iſta fuit opinio Gregorij Nyſſeni Gregor. Nyſſce.
in libro ſuo de homine,quam Damaſcenus videtur ſecutus,qui ait:Poterat Deus genus hu-
manum abſqꝫ generatione multiplicare, ſi homo mandatum ſuum ſeruaſſet vſqꝫ in finem.
Sed iſtud non eſt rationabiliter dictum,nec ſcripturæ conſonum,cum ante præuaricationē Gene. 1.
Deus locutus ſit:Creſcite & multiplicamini,& replete terram.Maſculum quoqꝫ & fœminā Gene. 2.
creauit eos, & muliere nōdum formata,dominus dixit:Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Gene. 1.
Originale item peccatum non abſtulit naturæ humanæ naturalem propagationem,quæ eſt
per ſexuum cōmixtionem. Deniqꝫ cōmixtio illa fuiſſet delectabilis, ſicut & nunc: immo &
plus,quanto natura tunc fuiſſet integrior, & ſenſus viuacior, & naturalis virtus perfectior.
Delectatio enim coitus non eſt in ſe vitioſa, ſed naturalis & inſtituta à Deo:nec impediſſet
in aliquo actum rationis & contemplatiōis in primo ſtatu,qm̄ ſenſitiua pars animæ fuit ra-
tioni perfecte ſubiecta:ideo in coitu illo non fuiſſet aliqua indecentia, turpitudo aut feruor
libidinis,ſed ratio delectationi dominans,retuliſſet eam in debitum. Hanc opinionem ſequi
tur Thomas.Alia aūt eſt opinio dicentium, ꝙ delectatio fuiſſet in coitu illo, ſed nō tanta vt
modo:qm̄ ratio ad libitum ſuū temperaſſet eandē, ita ꝙ ſenſitiua pars nō tendiſſet toto im-
petu in ſuū obiectum.Et iſtud approbat Bonauentura. Tertia q̊qꝫ fuit opinio,ꝙ in coitu illo
nō fuiſſet maior delectatio,q̄ in applicatiōe man⁹ ad barbā,aut manus ad manū. Ad q̊d ap
probandū allegauerūt quędā verba Auguſtini.Vnde & Magiſter ait libro ſecundo:Si primi Augu.
hoīes nō peccaſſent,ſine oī peccato & macula in paradiſo carnali copula cōueniſſent.Et eſſet
tūc torus immaculatus, & cōmixtio ſine concupiſcētia:atqꝫ genitalibus membris, ſicut cæ-
teris,imperarēt,vt ibi nullū motū ſentirēt illicitū: ſicut alia corporis mēbra alijs admouem⁹,
vt manū ori ſine ardore libidinis, ita genitalibus mēbris vterent̄ ſine oī pruritu carnis. Haꝝ
opinionū prima rationabilior eſſe videt̄,nec eſt contraria verbis Auguſtini & Magiſtri iam
tactis.Delectatio qppe oritur ex coniunctiōe cōuenientis cum conueniēti,ſeu potentię cum
congruenti obiecto & ſenſu,ſeu perceptiōe eiuſdem:ideo dicunt naturales, delectationē eſſe
in coitu ex trāſitu humoꝝ ꝑ locū neruoſum,in quo maxime viget ſenſus.¶Deniqꝫ cōmuni-
ter dicit̄,ꝙ in ſtatu illo oēs genuiſſent, & ex quolibet coitu proles fuiſſet ſecuta. Viri quoqꝫ
& fœminæ æquali numero fuiſſent multiplicatæ. Veruntn̄ in paradiſo nō coierūt primi pa
rentes,cuius rationē aſſignat Magiſter libro ſecūdo,dicēs: Quia muliere formata,mox trāſ-
greſſio facta eſt,& eiecti ſunt de paradiſo:vel quia Deus nondū p̄cepit hoc, quia præuidit ca
ſum eoꝝ.¶Septimo quæritur:Si primi parentes nō peccaſſent, an pueri ex eis nati,mox ha-
buiſſent ꝑfectū robur & vſum membroꝝ,ita ꝙ protinus potuiſſent ambulare, operari & lo
qui,an ꝑ tempoꝝ interualla ꝓfeciſſent & pertigiſſent ad iſta, vt modo? Ad iſtud reſpondet
Magiſter libro ſecundo multum rationabiliter, ꝙ de hoc certitudinem nō habemus,quan-
uis certū ſit ꝙ paruuli naſcerent̄,ꝓpter materni vteri & membri genitalis, quo egrederētur,
paruitatem. Auguſtinus quoqꝫ circa hoc dicit:Quanuis exigua corporis pars ſit coſta,nō tn̄ Auguſt.
ꝓpter hoc Deus fecit viro paruulā coniugē. Vnde & oīpotentia creatoris poterat paruulos
natos mox facere grandes,& poterat eis præſtare ꝑ gratiā, q̊d multis animalibus præſtitit ꝑ
naturā,quoꝝ pulli quanuis ſint paruuli,tn̄ mox vt naſcuntur, currunt, & matrē ſequuntur.
Porro Thomas dicit ſuper ſecundū:Probabilius tenetur,q̊d naturalis curſus habet, vbi ſcri-
pturæ authoritas non repugnat:ideo Thomas potius tenet, ꝙ pueri paulatim creuiſſent &
confortati fuiſſent,ac loqui addiſcerent.Idem dicit Bonauētura.Teneritudo em̄ cōplexio-
nis pueroꝝ hoc magis exigeret. Veruntamē reor, ꝙ citius & expeditius perueniſſent ad ꝑfe
ctionem ſtaturæ ac roboris & loquelæ, q̄ modo, quia & cibi eoꝝ fuiſſent vigoroſiores, vi-
res vegetatiuæ ac ſenſitiuæ & rationales efficaciores,fuiſſetqꝫ ibi conuenientior aer & locus.
¶Octauo quæritur:An pueri nati,ſtatim habuiſſent ꝑfectū vſum ratiōis. Reſpondetur pro-
portionabiliter ad prædicta. Qui em̄ dicunt ꝙ mox fuiſſent perfecti à Deo effecti,quantū ad
corporis robur, ſtaturam, operationem & loquelam, etiam dicūt ꝙ confeſtim fuiſſent per-
fecti in ſcientia & cognitione.Qui aūt alterius opinionis ſunt, dicere habent, ꝙ nō habuiſ-
ſent mox vſum rationis ꝓpter cerebri humiditatem, & organoꝝ indiſpoſitionem ad hoc.
Quidā etiā dicunt, ꝙ ſcientiæ fuiſſent eis concreatæ quantū ad habitū.Alij dicūt, ꝙ in ſcię
tia atqꝫ notitia ꝓfeciſſent paulatim inueniēdo ac addiſcēdo, quanuis multo citi⁹ faciliuſqꝫ q̄
modo.¶Nono q̄rit̄,an pueri fuiſſent nati in originali iuſtitia.Reſpōdet̄ cōmuniter ꝙ immo.
Et qa iuxta p̄habita originalis iuſtitia nō habet̄ ſine gratia gratū faciēte,cōſequēter dicēdū,
ꝙ etiā cōcreata eis fuiſſet gratia illa,& chariſmata inſeparabiliter eis annexa in via, videlicet
virtutes theologicę & infuſę,ac dona ſpūſſancti, ſicut de pueris dicim⁹ baptizatis. Sed huic
obuiare videt̄,q̊d ait Hugo de ſancto Victore:Prim⁹ homo an̄ peccatū generaret filios abſqꝫ
peccato,nō tn̄ hæredes paternæ iuſtitiæ.Hoc tamē Thomas ſoluit,dicendo, intelligendum
hoc eſſe q̄tū ad actus exequutionē, nō quantū ad habitū. Præterea dicit Thomas: Rationa-
lis creatura nō cōfirmat̄ in bono, niſi per immediatā vnionē cū Deo, quę vnio eſt beatitudo
æterna.

æterna. Ideo primus homo quàm diu generaſſet, nec Deũ per ſpeciem conſpexiſſet, potuiſ-
ſet peccare, nec confirmatus fuiſſet in bono. Vnde nec pueri tũc nati, fuiſſent confirmati in
originali iuſtitia, ſed tempore ꝓcedente potuiſſent peccare. Veruntamẽ huius contrarium
Anſelm⁹ multi dicunt, præſertim cũ dicat Anſelmus in libro, Cur Deus homo: Si primi parentes nõ
fuiſſent victi in ipſa eoꝝ tentatione, ita confirmarent̃ cũ omni ſua propagine, ꝙ vltrà pec-
Luc. 1. care non poſſent. Deniq; beatiſſimus Iohannes Baptiſta in vtero, glorioſi q̊q; apoſtoli in die
Acto. 2. pentecoſtes fuerunt confirmati in gratia, ita ꝙ vltrà peccare mortaliter nõ valebant. San-
ctiſſima aũt virgo ſic fuit confirmata in gratia etiam in vtero matris, ꝙ nunquam poterat
venialem incurrere culpam. Multa præterea poſſent obijci & moueri circa opinionẽ illam
Remittit Thomæ prætactam. Qui aũt de his & multis conſimilibus quæſtionibus cupit plenius in-
ad ſecun formari, legat ſecundũ ſententiaꝝ & ſcripta Doctoꝝ circa eundẽ. ¶Decimo quæritur, an in
dũ ſentẽ ſtatu innocentiæ hoĩes fuiſſent ſucceſſiue tranſlati ad paradiſum cæleſtẽ, an potius pariter
tiarum. oẽs. Ad hoc videt̃ Magiſter libro ſecundo ſentire, ꝙ omnes pariter fuiſſent tranſlati, dicens:
De hoc ſtatu transferendus erat homo cũ vniuerſa ſua poſteritate, ad meliorẽ dignioreḿq;
ſtatum, vbi æterno & cæleſti bono, ſibi in cælis parato, perfrueret̃. Alij dicũt, ꝙ parentes an-
te filios fuiſſent paulatim tranſlati, & glorificati in carne & aĩa abſq; intermedia morte, q̃a
diſpendium magnũ fuiſſet parentibus, retardari à gloria quouſq; electoꝝ numerus implere
Pro. 13. tur, præſertim quoniam ſpes quæ differtur, affligit: nec videtur ꝙ oẽs potuiſſent cõtineri de
center in paradiſo. Deniq; Deus vnumquẽq; prædeſtinatum elegit ad certũ gradũ atq; mẽ-
ſuram felicitatis æternæ, quem cũ ſufficienter meruerit, ſatis cito hinc tollitur: qui aũt in pa
radiſo manſiſſent, fuiſſent viatores quàm diu manſiſſent in eo. Ideo non videt̃ ꝙ manſiſſent
ibi diutius, quàm quouſq; meruiſſent gradum beatitudinis, ad quẽ pręordinati fuiſſent, nec
fuiſſet ratio tantæ dilationis. Ideo iſta opinio probabilior eſſe cenſetur. ¶Vndecimo quęrit̃,
an in ſtatu innocentiæ fuiſſet dominiũ: Videtur ꝙ nõ, quia omnes fuiſſent æquales, ſeruitus
Grego. quoq; in pœnam peccati inflicta eſt, ſecundum Gregorium. Reſpondet Thomas in prima
parte quæſtione nonageſimaſexta: Dominiũ accipitur vno modo, prout opponitur ſeu re-
pugnat libertati eius, cui quis dominatur: ſićq; dñs appellatur qui ſeruũ habet, ſeruus autẽ
opponitur libero: liberꝝ quippe vocatur, quod eſt cauſa ſui: ſeruile vero, q̊d ordinatur ad aliũ
Domi- ud. Dominiũ ergo ſic ſumptum, eſt prout aliquis principatur ſubiectis, nõ ad illoꝝ vtilita-
nium. tem, ſed ad propriũ cõmodum, & tale dominium non eſt ſine pœna inferioꝝ. quemadmo-
dum eñ vnicuiq; naturale eſt & iucundũ, ꝓpriam perfectionẽ acquirere, ita pœnale eſt ei,
vt bonum quod habet vel eſt, non ſibi, ſed alteri cedat in cõmodum: hinc tale dominium
in ſtatu innocentiæ non fuiſſet. Secundo, dominiũ nuncupatur quæcunq; pręlatio, ſuperio-
ritas aut præſidentia: ſićq; etiã is dominari aſſeritur, qui alios dirigit ad vtilitatem ipſorũ,
vel ad bonum cõmune, & tale dominium in ſtatu innocentiæ extitiſſet. Primo, q̃niam homo
naturaliter eſt animal ſociale, ſecundũ philoſophum. Vitam ergo ſocialẽ hoĩes in ſtatu in-
nocentiæ habuiſſent: talis aũt vita cõuenienter duci non poteſt, niſi ſit aliquis præſidens, qui
ad oĩm cõmune bonum reſpiciat. Præterea in ſtatu innocẽtiæ fuiſſet optima ordinatio, quę
ſine pręlatione & ſubiectione eſſe nõ valuiſſet. Iterum in ſtatu innocentiæ vnus fuiſſet ſapiẽ-
tior, perfectior & ſanctior alio. Quemadmodũ eñ de ſingulis ſanctoꝝ angeloꝝ ordinibus
aliqui corruiſſe credunt̃, ſic hoĩes ſinguli ad ſingulos angelicoꝝ ſpirituum choros aſſumen
di fuiſſent. Sapientiores ergo & ꝑfectiores ſic dominati fuiſſent minus ſapientibus & ꝑfe-
ctis, viri vxoribus, parenteśq; filijs. Vnde conſtat, ꝙ oẽs non fuiſſent æquales in accidentali-
bus atq; gratuitis. Primo nempe fuiſſet ibi diſparitas ſexuum & ætatũ, ꝓut generatio exigit
corporalis. Fuiſſet q̊q; diſparitas circa animam in ſciẽtia & virtute, q̃niam homo ꝑ liberum
operabat̃ arbitrium. Ideo vnus potuiſſet ſe intenſius applicare ad appetẽdum & cognoſcen
dũ, ad contẽplandum & operandum q̃ alter, ſićq; vn⁹ plus ꝓfeciſſet, q̃ alter. Inſuper ex par-
te corporis potuiſſet eſſe diſparitas. Non eñ exemptum erat corpus humanũ ab influentia
corporꝝ ſuperioꝝ. Idcirco ſecundum diuerſum reſpectũ ſtellaꝝ & diſpoſitionẽ materiæ aut
influentiã exterioꝝ cauſaꝝ, quidam fuiſſent alijs pulchriores, robuſtiores, ac melius comple
xionati. Hęc Thomas. ¶Duodecimo quæritur: An irrationabilia animalia habitaſſent cum
Damaſ. hoĩbus in paradiſo. Ad hoc Damaſcenus libro ſecundo reſpondet: Paradiſus fuit diuina re-
gio & digna habitatio eius, qui ſecundũ imaginem Dei erat creatus, in quo nullum irratio
nabilium habitabat, ſed ſolus homo. Et iſtud Thomas allegat. Sed videtur cõtrariari, q̊d de-
Augu. cimoquarto de ciuitate Dei loquit̃ Auguſtinus: Cum duobus illis hominibus maſculo & fœ
mina, ſcilicet Adam & Eua, aĩalia etiam terreſtria cætera, ſubdita & innoxia verſabantur in
Damaſ. paradiſo. Damaſcenus q̊q; libro ſecũdo fatetur: Ante tranſgreſſionẽ oĩa homini erant ſub-
iecta, ſed & ſerpens homini erat aſſuetus, magis alijs ei adhærens, & delectabilibus motib⁹
ei adiunctus. Vnde & ꝑ eũ peſſimã ſuppoſitionẽ inſeruit diabolus primis parẽtibus. Ad has
authoritates arbitror poſſe reſpõderi, ꝙ intelligi poſſint ꝓ tẽpore illo q̃ aĩalia erãt corã Adã
in para-

in paradiſo adducta. ¶Tertiodecimo quęrit̃, q̃ diu fuerat Adã extra paradiſum ante trãsla-
tionẽ ſuã in paradiſum. Et itẽ, q̃ diu ipſe & Eua in paradiſo fuerũt. Ad huius quæſtionis pri
mã partẽ cõmuniter reſpõdet̃, ꝙ Adã ſtatim poſt ſuã ꝓductionẽ, in paradiſum trãſlat⁹ eſt,
ꝑ modũ ſuperius tactũ. Verũtñ Hẽricus de Haſſia ſuꝑ Geneſim tangit, ꝙ aliq̃ imaginantur
Adã trãſiſſe pedeſtrẽ à loco ſuæ formatiõis vſq; in paradiſum, vt reꝝ naturas & animalium
ꝓprietates, diſpoſitionẽq; terrę eũdo cõſideraret, ſecundũ quã imaginationem diu fuiſſet in
via, ad q̊d poſſet quis retorquere verba Damaſceni vltimo iã inducta: ſed imaginatio iſta ap
parentiã paruã habet, cũ & ꝓfataꝝ reꝝ ſciẽtia fuerit Adæ in pricipio cõcreata. Ad aliã quę-
ſtionis partẽ aliqui dicũt, ꝙ Adã fuit hora tertia fact⁹, & in paradiſum ꝑductus, animalibus
q̊q; impoſuit noĩa: hora aũt ſexta dicũt Euã formatã, & ſtatim p̃uaricatã, horáq; nona dicũt
ambos eiectos. Verũtñ in textu habet̃, ꝙ audierũt vocẽ dñi in paradiſo poſt meridiẽ ambu- Gene. 3.
lãtis ad aurã, & poſt hoc legunt̃ eiecti. Cõmuniter q̊q; tenet̃, ꝙ eodẽ die Adã eſt factus & la- Lucę 1.
pſus, & Chriſti cõceptio virgini nũciata, ipſeq; Chr̃s cruci affixus. Verũ q̃ diu fuerint Adam Ioan. 19.
& Eua in paradiſo, nõ ſcitur ꝓ certo. ¶Poſtremo q̃rit̃ an vltra paradiſum ſit habitatio ho-
minũ. Ad q̊d ſancti & docti viri reſpõderũt, ꝙ nõ. Verũtñ q̃dã in itinerario ſuo dicit oppoſi
tũ, aſſerẽs illic, ſ. vltra paradiſum, terrã inhabitari in maxima multitudine ciuitatũ ac regio-
nũ, quaꝝ inſtitores (vt dicit) Indiã viſitãt ꝑ mare Oceanũ. Principes q̊q; & gentes ex vtraq;
parte manẽtes, viſi ſunt inuicẽ nuncia deſtinare. Iſtud nec rationi nec fidei Chriſtianæ con
ſentaneũ eſſe cẽſetur. Oẽs nãq; hiſtoriographi & q̃ vſq; fines terræ habitabilis deuenerũt, te-
ſtati ſunt vltra loca illa ad q̃ deuenerũt, aut de q̃bus ſcripſerũt, nõ eſſe hoĩm mãſionẽ, ad q̊d
multa poſſent adduci ex geſtis Alexãdri & Herculis, diuerſiſq; chronicis: ſed & in viſionibus
& reuelationib⁹ quarundã ſanctaꝝ ꝑſonaꝝ fideliũ idẽ aſſerit̃. ¶Deniq; ſecundũ fidẽ catho-
licã, ſicut Chr̃s eſt totius gñis humani ſaluator, ſic fides Chriſtiana ꝑ totũ orbẽ eſt p̃dicata,
q̃uis aliq̃ paruæ ꝓuincię eſſe dicant̃, in q̃bus nõdũ p̃dicatũ eſt euãgeliũ Chr̃i. Verũtñ nequaq̃
cõuenit veritati noui & veteris teſtamẽti, aſſerere, ꝙ ſint multæ & maximæ regiones ac vr-
bes, in q̃bus p̃dicata nõ eſt euãgelica lex. Nõ aũt legit̃ vltra ſuperiorẽ Indiã prædicata. Am-
plius aliq̃ Indi interdũ venerũt & ſæpe ſcripſerũt ad loca iſta, & tñ tale nil inſinuauerũt. Cre
dimus itẽ, ꝙ poſt Antichriſti occiſionẽ totus mũdus, pauciſſimis Antichriſti indurãdis ſatel
litibus dẽptis, cõuertet̃ ad Chriſtũ, & ipſe Antichriſtus ꝑ totũ orbem ſuos mittet miniſtros:
quæ ſtare nõ poſſent, ſi vltra paradiſum eſſet huiuſcemodi hoĩm multitudo. Verũtñ eſſe po
teſt, ꝙ aliq̃ ꝑ mare Oceanũ ad Indiã veniãt ex aliquibus terris, à paradiſi latere ſitis. ¶Præ-
terea cõmuniter dicit̃, ꝙ Hieruſalẽ vel Iudæa aut Syria, ſaltẽ ſit in medio terræ habitabilis:
q̊d ſecũdũ illã aſſertionẽ ſtare nõ poſſet. Legim⁹ inſuꝑ in ꝓphetis, quẽadmodũ De⁹ quatuor
principalibus regnis, p̃ſertim Romano imperio, cõtulit monarchiã: q̊d veꝝ nõ eſſet, ſi tot
regiões eſſent vltra paradiſum. Amplius vir ille in itinerario ſuo ait, ꝙ ex q̃ de fonte paradiſi
exeũt quatuor flumina ab hac parte paradiſi, merito videat̃ credẽdũ, alia quatuor flumina
ab eodẽ ꝓcedere fonte verſus paradiſi aliã partẽ directe oppoſitã. Iſtud cõſequẽtiã nullam,
immo nec apparẽtiã, habere cẽſet̃. Videmus eñ in terra fontes multos & magnos, ex q̃bus
diuerſi fluuij oriunt̃ verſus vnã terræ habitabilis partem, non tñ verſus partem oppoſitam.

¶Expoſitio IIII. capituli. Adã vero cognouit vxorem ſuam, &c. Art. XXVIII.

DEſcriptis primoꝝ parentũ productione, trãſgreſſione & eiectione à paradiſo, conſe-
quẽter deſcribitur generatio eorũdem, & multiplicatio generis humani. [Adã vero co
gnouit vxorem ſuã Euã, quę cõcepit & peperit Cain.] Ex hoc loco duplex Iudęorum
error reprobatur. Vnus eſt, quo dicũt Adam habuiſſe duas vxores: vnã & primã, de qua il-
lud Geneſis primo ſcriptũ, Maſculũ & fœminã creauit eos, intelligunt. Aliam, quæ in para-
diſo legitur facta de coſta Adæ. Aliã eñ dicũt factã de limo terræ cum Adã. Vnde & Ioſe-
phus dicit mulierem extra paradiſum formatã, ſimul cũ viro in paradiſum trãſlatã. In hũc,
inquiẽs, hortum, vtpote paradiſum, introduxit Deus Adã & Euã, præcipiens eis ſolicitudi-
nẽ habere plãtationis. Atq; ex his duabus Adæ vxoribus, interminabiles cõfingunt genealo-
gias, immo (vt fertur) dicũt ſimias ex vna illaꝝ vxoꝝ natas. Sed ex textu eoꝝ error oſtendi-
tur, quia in proceſſu textus nõ fit mentio, niſi de vna Adæ vxore, & de hominũ generatione
ex ea, ſolaq; vna vxor legitur à ſerpente tentata, victa, & cum Adam expulſa. Certuḿq; eſt
& facilime poteſt probari, ꝙ ſimiæ ab hominibus diſtinguãtur ſpecifice. Secũdus error eſt
Iudæoꝝ, quo dicũt ꝙ Adã & Eua genuerũt Cain & Abel in paradiſo. Ad quod probãdum
allegãt, ꝙ Geneſis primo legitur Deus dixiſſe, Creſcite & multiplicamini. quod argumen-
tũ nil valet, quia cũ hoc fuerit præceptũ affirmatiuũ, obligauit ſemꝑ, ſed nõ ad ſemper: idcir
co executio illius præcepti fuit intelligenda pro tempore determinato, certo & apto. Vnde August.
Auguſtinus teſtat̃, & præcedẽti articulo tactũ eſt, ꝙ nõ genuerũt in paradiſo, quia expecta-
bãt præceptũ Dei, quãtum ad tẽpus gignendi. Et item, ꝙ nondũ acceperũt generãdi pręce-
ptũ, videlicet quo ad temporis determinationẽ aut operis executionem. Hi aũt errores tam
 ſtolidi

ſtolidi ſunt,textuiq́; cõtrarij,vt cõtra eos arguere ſit indignũ. Cognouit itaq; Adã vxorẽ ſuã Euã. Circa ꝗd quidã ſcribit:Eiecti de delicijs paradiſi,recurrerũt ad delicias carnis. Ex quo ſequi videtur,ꝙ deſiderio voluptatis carnalis fuerint moti ad cõmixtionẽ carnalẽ,ꝗd nõ apparet cõſonum veritati, qm̃ Adã & Eua poſt ſuã expulſionẽ,ſuã trãſgreſſionẽ non mediocriter deplãxerunt, atq; in cõpunctione & cõtritione diu mãſerunt. Experti quoq; pœnam trãſgreſſionis diuini præcepti de nõ edẽdo ex pomo,ſtuduerũt implere præceptũ Dei de ge-

Primoꝝ parentũ pœnitẽtia.

nerãdo ex zelo iuſtitiæ & prolis amore. Nec dubitandũ eſt, eos poſt expulſionẽ à paradiſo, religioſe vixiſſe. Peperit ergo Eua primogenitũ ſuũ Cain,[dicens: Poſſedi hoĩem per Deũ,] i.naturali dono,virtute ſeu beneficio Dei,peperi & adeptus ſum ex viro meo filiũ iſtum, vo-

Hieron.

cauitq́; eum Cain,qm̃ Cain(ſecundũ Hebraicã veritatẽ atq; Hieronymũ)interpretat̃ acquiſitio ſiue poſſeſſio. Cõſuetudo aũt fuit antiquis,imponere nomina pueris ſuis ex aliqua proprietate aut ſignificatiõe. Dixit ergo, Poſſedi hoĩem per Deũ,ac ſi gratulãs & ſeipſam cõſolans,dicat: Quãuis paradiſo priuata ſum,& in exiliũ iſtud ꝓiecta,ac multis ærũnis addicta, attñ Deo largiente, ex copula viri adepta ſum fructũ iſtum. [Rurſumq́; peperit fratrẽ eius Abel.] in cuius ortu nõ legitur aliqd ꝓtuliſſe, ꝗuis forſitan ꝓtulerit, licet ſcriptum non ſit. Moſes eñ trãſilit multa,immo de multis ſcripſit perpauca. Porro Abel interpretat̃ vno modo luctus. Hinc in Scholaſtica hiſtoria legitur: Abel ſonat luctus vel vapor, quaſi cito hinc tranſiturus,tanq̃ ipſo noĩe fuerit ꝓpheratũ ſeu deſignatũ,ꝗd de ipſo erat futuꝝ. Abel tñ ſecundũ Ioſephũ,interpretatur,hoc nihil,qm̃ non reliquit ſemen ſuper terrã. Hinc aliqui dicunt,ꝙ vocatus ſit Abel,i.luctus ab euentu,quia ob eius interfectionẽ,fuerunt parentes eius in grauiſſimo diuturnoq́; luctu. Aliqui quoq; dicunt,ꝙ vocatus ſit Abel.i.vanitas, quia natura humana iã erat vanitati mortalitatis & inſtabilitatis ſubiecta. Abel quippe alio modo interpretatur vanitas, vt ait hic Lyra. Sed cõtra hoc ſcribit ſic Rabbi Paulus: Abel, dum in Hebraico ſcribitur cũ prima litera a, ſignificat proprie luctũ: ſed dũ ſcribitur cũ litera h, vt

Eccẽs 1.

dicatur Habel,nõ ſignificat luctũ,ſed vanitatẽ duntaxat, prout in principio Eccleſiaſt. quo legitur, Vanitas vanitatũ, habetur Habel, vt hic. Et ratio huius nominationis poteſt accipi ex hoc,ꝙ Abel nõ remãſit poſteritas,& ita quo ad mundũ ſenſibilẽ,videbat̃ quaſi in vanum productus,ꝗuis quo ad Deũ,manſit in vita immortali. Sed ex his Rabbi Pauli verbis conſequens videretur,ꝙ in textu dici debeat Habel,ꝗd cõmuniter nõ tenetur. Cõſequenter exprĩmitur diuerſitas officioꝝ hoꝝ fratrum. [Fuit aũt Abel paſtor ouiũ,& Cain agricola.]Abel tanq̃ vir ſimplex & innocẽs, elegit ſibi officiũ ſimplex ac facile, ſcilicet pecora cuſtodire ac paſcere,ꝗd & poſtea patriarchæ fecerunt. Et poſſunt hoc loco nomine ouiũ, etiam alia pe-

Gen.47.

cora domeſtica deſignari. Vnde & infrà fratres Ioſeph leguntur dixiſſe: Paſtores ouium ſumus. De quibus conſtat ꝙ non ſolũ oues,ſed & alia diuerſa pecora aluerũt, puta camelos,capras,vaccas & boues. Cain aũt tanq̃ verſutus & cupid⁹,coluit terrã tanq̃ rem magis lucro-

Euſebi⁹.

ſam. Hinc in Scholaſtica fertur hiſtoria: Cum eſſet maligniſſimus,primus coluit terrã,vt inde cõſuleret auaritiæ ſuæ. Porro Rabbi Paulus ait: Diſtinctio officioꝝ Cain & Abel, poteſt ſic conſiderari. Sciens aũt Abel Deum iuſte maledixiſſe terræ propter peccatum Adæ, ſeparauit ſe à terræ cultura, tanq̃ à re maledicta à Deo,elegitq́; officium paſtoris ouium, qm̃ pecora non fuerant maledicta. Cain vero elegit ſibi agriculturã,quaſi non curans de Dei ſententia,quod reputatũ eſt ei ad contemptum. Veruntamẽ iſtud non videtur idonee dictum. Deus eñ non maledixit terræ ſecũdum ſe,nec agriculturæ quaſi rei illicitæ, præſertim cum in præcedenti capitulo ſcriptũ ſit: Emiſit dñs eum,videlicet Adam,de paradiſo,vt operaretur terrã de qua ſumptus eſt. Vnde oſtẽditur,ꝙ & Adã coluit terrã, cum dictũ ſit ei à dño: In labore comedes ex ea. Et rurſus alia litera habet: Cum operatus fueris terram, non dabit fructus ſuos. Idcirco ꝙ Cain dicitur primus terrã coluiſſe,nõ videtur cõgrue dictum,niſi forte intelligat̃ quantũ ad filios Adæ. [Factũ eſt autẽ poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera dño,] cũ ſcilicet fructus maturi erant & apti ad immolandũ. Circa quod dicit quidã,ꝙ obtulit de fructibus terræ vilioribus & corroſis. Quocirca loquit̃ Rabbi Pau-

Offert Cain domino munera.

lus: Nõ habetur ex litera,ꝙ Cain obtulit de peioribus & corroſis. Simpliciter enim dicit ſcriptura,ꝙ obtulit Cain de fructibus terrę munera dño. Sed ex prouidentia & diligentia Abel, intelligitur improuidentia & negligentia Cain. Veruntamẽ per hoc ꝙ ſcriptura manifeſte teſtatur ipſum Abel obtuliſſe de primogenitis gregis ſui, adipibusq́; eoꝝ, probabiliter elici poteſt,ꝙ Cain obtulit de vilioribus fructibus terræ: erat eñ indeuotus & cupidus. ¶Quocirca quæri poteſt,quis docuit filios Adæ Deo hæc immolare. Ad hoc cõmuniter dicitur,ꝙ Adam docuit eos. Vnde in Scholaſtica hiſtoria fertur: Creditur Adam docuiſſe filios ſuos, vt Deo offerrent decimas atq; primitias. Deniq; ſicut Thomas cõſcribit in ſecũda ſecundæ, quæſtione 84. Offerre ſacrificiũ Deo,eſt de lege naturæ. Naturalis eñ ratio dictat, vt homo recognoſcat ſe Deo eſſe ſubiectum,eandemq́; recognitionẽ per exteriora ſigna aliqua proteſtetur. Naturale quippe eſt homini,ſenſibilibus ſignis vti ad ſpiritualia & interiora ſignificanda.

cãda. Hinc ex naturali ratione ꝓceſſit, ꝙ homo ſenſibiles res obtulit Deo in ſignum debitæ ſubiectionis ac reuerẽtiæ,atq; ad proteſtandũ ſe oĩa ſua à dño ſuſcepiſſe: talis aũt oblatio ſacrificiũ appellatur. Veruntamẽ determinatio ſacrificioꝝ eſt ex inſtitutione diuina aut humana. Ideo quãtum ad hoc,variata ſunt ſacrificia ſecundũ tempoꝝ interualla & hominum ſtatus. Hæc Thomas. ¶Inſuper,qm̃ ſacrificiũ exterius deſignat ſacrificiũ illud interius, quo homo intus ſeipſum offert Deo tanq̃ principio ſui eſſe & fini ſuę ſalutis: hinc quẽadmodum Deo ſoli debetur ſacrificiũ iſtud interius,ita & ſacrificium illud exterius. Rurſus de qualibet re licite poſſeſſa, oblatio fieri poteſt in euãgelica lege,ſimiliter in lege naturæ,vt dicitur: in aliquibus tñ caſibus nõ recipitur oblatio de re iuſte poſſeſſa. [Abel ꝗq; obtulit de primoge-

Abel offert munera dño

nitis gregis ſui].i.optima & primitiua pecoꝝ ſuoꝝ, [& de adipibus eoꝝ].i.de pinguioribus ac melioribus partibus pecoꝝ,ita ꝙ ſiue integra animalia, ſiue animaliũ partes obtulerat, meliora obtulit ſemper. Ioſephus dicit ꝙ obtulit primogenita agnoꝝ & lac. [Et reſpexit dñs ad Abel & ad munera eius].i.approbauit & accepta habuit tã offerentẽ Abel q̃ oblatiões ipſius,ita ꝙ primo per approbationẽ reſpexit Abel ꝓpter ipſius deuotionẽ, charitatẽ & gratiã,deinde ad munera eius. Oblationes eñ legis naturæ & etiã legis ſcriptę,nõ erãt ex ſeipſis ſanctæ aut acceptabiles Deo,ſed ſolũ ex offerẽtiũ dignitate aut bonitate. Vnde cõmuniter dicit̃,ꝙ placuerũt nõ ex opere operato,ſed ex opere operãte. Hinc Ioſephus: Abel,inquit,iuſtitiã coluit,& in oĩbus quæ gerebat,Deũ putauit præſentẽ. [Ad Cain aũt & ad munera illius nõ reſpexit.]quia nec ipſe Cain Deo erat acceptus,ſed reprobus propter ſuas malitias,idcirco nec ſacrificia ſeu dona ipſius Deo cõplacuerũt. [Iratusq́; eſt Cain vehemẽter].i. cõtra fratrẽ ſuum innocentẽ indignabatur,inuiditq́; ei,vidẽs eũ ſibi eſſe prælatũ in bonitate & gratia corã Deo,per ꝗd reputauit ſibi quaſi primogenito ac ſeniori derogatũ, ſiue iniuriã factã à fratre iuniore,idcirco optauit ſe vindicare de eo. [& concidit vultus eius.].i.præ verecũdia & triſtitia tabeſcebat,nõ ſolũ in corde,ſed item in facie,quia in vultu paſſiones affectionesq́; animę cito apparẽt. Propter ꝗd in libro Prouerbioꝝ ſcriptũ eſt: Cor gaudẽs ex-

Prou. 15.

hilarat faciẽ,in mœrore animi deijcit̃ ſpũs. Et iterũ ait ſcriptura: Cor hominis immutat fa-

Ecci 13.

ciem eius,ſiue in bonum,ſiue in malũ. Sed cum neſciat homo,an amore ſit dignus an odio,

Eccẽs 9.

qualiter Cain cognouit fratrem ſuũ cum oblationibus ſuis Deo eſſe acceptũ,ſe aũt reprobatum? Ad hoc patet reſpõſio ex eo quod ait Hieronymus: Vnde hoc potuit ſcire Cain, niſi

Hieron.

vera eſſet interpretatio Theodotionis,qua dicitur: Et inflãmauit dñs ſup Abel, & ſuper ſacrificiũ eius: ſuper Cain & ſup ſacrificiũ eius nõ inflãmauit? Quoꝝ verborũ iſte eſt ſenſus,ꝙ ipſe Abel offerẽte,deſcẽdit ignis,& incẽdit ſacrificiũ eius,quẽadmodũ factũ legitur in Leui-

Leuit. 6.

tico de ſacrificio Aaron,atq; in libris Regũ de ſacrificijs Salomonis & Helię. in libro quoq;

3.Reg. 8.

Iudicũ legitur ignis cõſumpſiſſe ſacrificiũ Gedeonis & Manuæ. Ex iſta igitur inflãmatione

3.Re. 18.

ſenſibili cognouit Cain quod dictũ eſt. [Dixit quoq; dñs ad eũ: Quare iratus es,& cur conci

Iudic. 6.

dit facies tua?]quaſi dicat: Non habes rationabilẽ cauſam harum deteſtabiliũ paſſionũ tua-

Iudic. 13.

rum, videlicet iræ, impatientiæ, indignationis, inuidiæ, & mœroris peruerſi, quia potius deberes cõgratulari fratri tuo in bonis,& gratię eius cordialiter cõgaudere,immo & ędificari virtutibus eius,atq; ex acceptiõe & inflãmatione munerũ eius,de tuis puerſitatibus corrigi,atq; ad meliora mox prouocari. Nã gratia eius tibi non nocet,& ego paratus ſum tibi retribuere bona,quẽadmodum ei,ſi egeris virtuoſe. ideo ſubditur: [Nonne ſi bene egeris].i. deuote obtuleris,virtuoſeq́; vixeris,& fratri tuo fauorabilis fueris,[recipies?]ſ.iuſtam mercedẽ à me,q non ſum perſonaꝝ acceptor, & inflãmabo munera tua,ſicut & fratris tui. [Sin aũt male].i.ſi peruerſe te habeas,peiora & indeuote immolãdo, ac fratrem innoxiũ odiendo,[ſtatim in forib⁹ peccatũ tuũ aderit?].i.mox & euidẽter corã te reus eris, ac pœnis obnoxius. quẽadmodum id quod prę foribus ſeu ante ianuam ſtat,manifeſte aſpicitur. Rurſus peccatũ tuũ in foribus aderit.i.iniquitas tua comitabitur te intrantẽ & exeuntem. [Sed ſub te erit appetitus eius].i.peccãdi affectio & paſſio, ex qua inclinaris ad opus iniquũ, eſſe debet rationi ſubiecta, ita ꝙ potes reſiſtere, cũ liberi exiſtas arbitrij. [& tu dominaberis illius] .i.dominari merito debes,quia ad hoc obligaris,vt vitioſis motibus domineris,nõ ipſi motus aut vitia tibi. Porro S. Hieronymus literam LXX. interpretum ponens,ſic ait: [Dixit do

Hieron.

minus ad eũ: Quare concidit vultus tuus? Nonne ſi recte offeras,non recte autẽ diuidas,peccaſti? quieſce. Ad te cõuerſio eius, & dominaberis illius.] Hæc eſt litera LXX. deinde ſubdit Hieronymus: In Hebręo alius ſenſus eſt: [Quare iraſceris? & quare cõcidit vult⁹ tuus? Nonne ſi bene egeris,dimittetur tibi? Et ſi male egeris, ante fores peccatũ tuũ ſedebit? Ad te ſocietas eius,ſed tu magis dominare eius.] Quaſi dicat, Quare iraſceris,& inuidia cruciat⁹, vultũ in terrã demittis? Nõne ſi bene egeris,dimittet̃ tibi om̃e delictũ? Vel ſecundũ Theodotionẽ,[acceptabile erit].i. munus tuũ ſuſcipiã,ſicut ſuſcepi munus fratris tui. [Quod ſi male egeris,ilico peccatũ tuũ ante veſtibulũ tuũ ſedebit,] & tali ianitore comitaberis. Sed quia liberi arbitrij es, moneo vt peccatũ non tibi,ſed tu peccato domineris. Hæc Hieronymus. ¶Circa

hæc verba in Scholaſtica hiſtoria dicitur: Recte obtulerat Cain, quia Deo: ſed non recte di-
uiſerat, quia ſeipſum, qui erat dignior ſua oblatiõe, dedit diabolo. Vel, nõ recte diuiſit, quia
meliora ſibi retinuit. Spicas vero attritas & ſecus viã corroſas, obtulit Deo. Porro ꝙ LXX.
trãſtulerunt, [Ad te cõuerſio eius,] ſic poteſt intelligi. i. peccatũ ſe vertet ad te, blandieturq́
tibi, qm̃ ſua voluptate & praua libertate delectat & allicit atq; impugnat. ¶ Quæritur circa
August. prædicta, qualiter Deus loquebatur ad Cain. Ad hoc beatus Auguſtinus 15. de Ciuit. Dei, 8.
capitulo breuiter dat reſponſum: Locutus eſt, inquiens, Deus ad Cain eo modo, quo cũ pri-
mis parentibus, per creaturã ſubiectã, velut eoꝝ ſocius, cõgrua forma. i. per angelũ in huma
na effigie apparentẽ. In eodẽ quoq; capitulo Auguſtinus hũc paſſum, elegãter & ꝓlixe expo
nit, inter cætera dicens: Obſcuritas huius verbi, Nõne ſi recte offeras, recte aũt non diuidas,
peccaſti? multos peperit ſenſus, quia non elucet, cur vel vnde ſit dictũ ad Cain. Recte quip-
pe offertur ſacrificiũ, cũ vero Deo offertur, cui ſoli eſt offerendũ. Non recte aũt diuidit, dum
nõ diſcernũtur recte loca & tẽpora, in q̃bus eſt offerendũ, vel res ipſæ quę offeruntur, vel qui
offert, nõ diſcernit ſeipſum, & eũ cui offert, aut eos quib⁹ diſtribuitur ad veſcendũ q̊d obla
tũ eſt, aut electiora ſibi reſeruat, vt per diuiſionẽ intelligamus hic diſcretionẽ. In quo autem
horum Cain diſplicuerit Deo, nõ poteſt faciliter inueniri. Sed quia Ioannes apoſtolus in
1. Ioã. 4. prima ſua epiſtola de his duobus fratribus loquẽs: Diligatis, inquit, alterutrũ, nõ ſicut Cain,
qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuũ. Et propter quid occidit eum? Qm̃ opera eius
maligna erãt, fratris aũt iuſta. Ex q̃bus daẽ intelligi, ob hoc Deũ nõ reſpexiſſe munera Cain,
quia in eo male diuiſit, ꝙ dedit Deo aliquid ſui, & ſeipſum ſibimetipſi, immo & dæmoni.
quod faciũt oẽs iniqui, qui nõ Dei, ſed propriã voluntatẽ ſectantur, per q̊d ſeipſos tradunt
diabolo. Hæc ſentẽtialiter Auguſtin⁹. [Dixitq́; Cain ad Abel fratrẽ ſuũ: Egrediamur foras.]
Cõplexum iſtud, egrediamur foras, nõ habetur in Hebræo. Vnde ait Hieronymus, [Dixitq́;
Cain ab Abel,] ſubaudi ea quæ locutus eſt dñs. Superfluũ eſt ergo quod in Samaritanorum
Hieron. & noſtroꝝ voluminibus reperitur, Tranſeamus in agrũ. Hæc Hieronymus. ¶ Quocirca ſci-
endum, ꝙ Samaritani à rege Aſſyrioꝝ miſſi, eorumq́; poſteri, receperunt Pentateuchum. i.
quinq; libros Moſis, & aliqua addiderũt ac mutarunt in eis, atq; ex hoc deuenit additio iſta
ad fideles. Porro Hieronymus in libro de Hebraicis quæſtionib⁹ ait, ꝙ Cain dixit fratri ſuo
Abel, verba increpatiõis & exhortatiõis ſibi à dño dicta. Hebræi vero affirmant, ꝙ dixit ſibi
verba iniurioſa. [Cũq́; eſſent in agro,] Secũdũ Hieronymũ, Cain blãde induxit ſanctũ Abel
ad exeundũ ſecũ in agrũ, recitãdo ei verba p̃fata diuinitus ſibi dicta. Hebræi aũt, qui dicũt
ipſum Cain dixiſſe verba dura ad Abel, aſſerũt impiũ Cain obſeruaſſe, quãdo & qualiter re-
periret fratrẽ ſuũ in agro ſolũ. [*conſurrexit Cain aduerſus fratrẽ ſuum Abel, & interfecit
* inſurrexit eum.] Ecce quãta malignitas, & quanta obſtinatio huius infeliciſſimi Cain, qui viſibiliter
ac ſenſibiliter ac dignãtiſſime informatus, admonitus & blande increpatus à Deo, nequaq̃
Occiditur Abel pœnituit, neq; cõpunctus eſt, ſed auxit contẽptum in dñm. Hinc 15. de Ciui. Dei loquitur Au
guſtinus: In electis operatur ſpiritusſanctus intrinſecus, vt valeat aliqua medicina. i. exhor
tatio ſeu increpatio, quæ adhibetur extrinſecus. Alioquin etiam ſi Deus ipſe vtens creatura
ſibi ſubiecta, in aliqua ſpecie humana alloquatur ſenſus humanos, ſiue exteriores, ſiue quos
intus ſimilimos iſtis habemus in ſomnis, nec tamẽ interiori gratia mentẽ regat & agat, nil
Roma. 9. prodeſt homini omnis prædicatio veritatis. Facit autẽ hoc Deus, à vaſis miſericordiæ, vaſa
iræ diſcernens, diſpẽſatione ſibi nota, multũ occulta, ſed iuſta. Deinde ſequenti ibi capitulo
Auguſtinus applicat iſtud ad Cain, oſtendẽs qualiter ex Dei admonitiõe nõ ſit correctus, ſed
August. poti⁹ peioratus. ¶ Pręterea & alibi R. Paulus ait: Notãda eſt hic Gloſſa ſeu trãslatio Chaldai
ca ipſius Ionathæ, quę apud Hebręos quaſi tãtę authoritatis eſt ſicut textus, in qua legiẽ: Di
xit Cain ab Abel: Nõ eſt iuſtitia neq; iudex, neq́; ſeculũ aliud, neq́; remuneratio iuſtis, neq́;
punitio impijs. Cũq; Abel hæc oĩa renuiſſet, cõſurrexit Cain, & occidit eũ. Ex quibus patet,
ꝙ Abel fuit primus martyr, & primus ſacerdos, & primus virgo. Vnde Auguſtinus in libro
August. de mirabilibus ſacræ ſcripturę: Triplex iuſtitia primo in Abel fuit, q & munera placita Deo
obtulit, vt ſacerdos: & proſapiã generis. i. poſteros, nõ reliquit in ſeculo: & coronã martyrij
proprij ſanguinis effuſione promeruit. Merito ergo dñs Ieſus cõmiſit ei primatũ iuſtitię ho
Matt. 23. minũ: A ſanguine, inquiẽs, Abel iuſti &c. Hęc Auguſtinus. Hinc aliqui dicunt, ꝙ in Abel re-
fulſit & cõmendatur triplex primatus, vtpote ſacerdotij, virginitatis, martyrij. Verũtamen
circa hoc oritur quæſtio, quia (vt Hugo de ſancto Victore & alij cõcorditer proteſtantur)
in lege naturæ primogeniti erant ſacerdotes. Cain aũt fuit primogenitus Adæ, vel ſaltem
ſenior ipſo Abel, ergo potius fuit ſacerdos q̃ Abel. Rurſus ſi ideo fuit ſacerdos, qm̃ obtulit
ſacrificium Deo, ergo & ſimili ratione Cain. Adã quoq; indubitãter obtulit Deo oblatio-
nes frequẽter ante filios ſuos, ergo ipſe fuit primus ſacerdos. Ad iſtud videtur mihi poſſe re-
ſpõderi, ꝙ inter filios ac poſteros primoꝝ parẽtũ, Abel vocatur primus ſacerdos, vel quia
bonus fuit ſacerdos, & prim⁹ ſacerdotũ bonoꝝ: vel q̃a ius ſacerdotale fuit ei deſuper datũ,
& à Cain

& à Cain in ipſum trãslatũ, quẽadmodũ 2. libro Paralipomenon, primogenita dicunẽ tranſ- 2. Para. 1.
lata à Rubẽ, eo ꝙ violaſſet torũ patris ſui, & data filijs Ioſeph. Vel Abel vocatus eſt ſacerdos, Gen. 35.
ab actu & deuotione immolãdi. Nam & filij Dauid dicunẽ fuiſſe ſacerdotes 2. Regũ. [Et ait 2. Reg. 6.
dñs ad Cain: Vbi eſt Abel frater tuus?] interrogat dñs nõ quaſi ignorãs, ſed quaſi redarguen
do, fratricidiũ improperãs, atq; vt impiũ ex ſua reſpõſione directius iuſtiusq́; cõuincat. [Qui
reſpõdit: Neſcio.] Ecce manifeſtũ mendaciũ. Nã ſciuit vbi corpus eius remãſit, q̊d ſecũdum
Ioſephũ occultauit, & de anima eius poterat ſcire ꝑ fidẽ, ꝙ in refrigerio eſſet. Deinde ſcele-
ratã & falſam excuſationẽ ſubiũgit: [Nũq̃d cuſtos fratris mei ſum ego?] q. d. Ego nõ teneor
curã habere de fratre meo, nec eũ ab aduerſis tueri aut cuſtodire, cũ tñ ex naturali lege fue-
rit obligatus ad iſta ſaltẽ in caſu, qm̃ tenebaẽ eũ diligere, ſicut ſeipſum. O quãta fuit duritia
& impudẽtia Cain, q tã frõtoſe & quaſi imperterrite auſus eſt reſpõdere, quaſi crimẽ ſuum
poſſet Deũ latere: ſicq́; impletũ fuit in Cain q̊d Salomon ait: Impius cũ in profundũ pecca-
toꝝ venerit, cõtemnit. [Dixitq́;] dñs [ad eũ: Quid feciſti?] q. d. enorme nimis facinus ꝑpetra-
ſti. [Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.] Iſta eſt metaphorica & tanq̃ figurati- Prou. 18.
ua locutio, in qua nõ oportet ſingula verba accipere iuxta primã & ꝓpriã ſignificationem
eoꝝ. Eſt itaq; ſenſus: Manifeſtũ eſt q̊d feciſti: quia ipſa effuſio ſanguinis fratris tui hoc indi-
cat & teſtaẽ, & quaſi cõtra te clamat, vltionẽ tãtæ tuæ impietatis exigẽs à me. Qui aũt curio-
ſius inueſtigat, q̊d ꝑ vocẽ ſanguinis Abel deſignetur, audire poteſt, ꝙ vox ſanguinis dicitur
ſanguis ipſe vociferãs & vindictã expoſtulãs. Quod totũ attribuitur ſanguini, nõ effectiue,
ſed materialiter, iuxta quẽ modũ irrationalia & inanimata dicunẽ Deũ benedicere & lauda- Dani. 3.
re. Vel vox ſanguinis, appellaẽ ius ſeu debitũ vltionis in ſanguinis effuſorẽ. ¶ Deniq; quatu- Pſal. 148
or peccata leguntẽ in ſcripturis ad Deũ ꝓ vltione clamare, quæ & peccata clamãtia nominã-
tur. Primũ eſt homicidiũ, & p̃ſertim fratricidiũ, vt patet hoc loco. Secundũ eſt vitiũ cõtra na
turã, vt infrà habetur: Clamor Sodomoꝝ venit ad me. Tertiũ eſt detentio mercedis opera- Gen. 18.
rioꝝ, de quo Iacobus: Clamor, inquit, eoꝝ in aures dñi Sabaoth introijt. Quartũ eſt oppreſ Iacobi 5.
ſio infirmoꝝ. De hoc clamore ſanguinis Abel, ad Hebræos ſcriptũ eſt: Acceſſiſtis ad mõtem Heb. 12.
Siõ, & ſanguinis adſperſionẽ, meli⁹ clamãtem q̃ Abel. ¶ Inſuꝑ, vt refert Lyra, in Hebręo ha-
beẽ: Vox ſanguinis fratris tui, & dicũt Hebræi, ꝙ ait pluraliter ſanguinũ, qm̃ Cain interfici-
endo Abel iuſtũ, factus eſt reus nõ ſolũ ſanguinis Abel, ſed etiã oĩm quos generaturus erat,
ſi viuus mãſiſſet. Ex hoc paſſu ſcripturę accipiẽ, ꝙ euidẽtia patrati facinoris, nõ indiget accu
ſatore ſeu ꝓbatione. ¶ Circa q̊d in Scholaſtica hiſtoria additur: Inde eſt ꝙ ſuſpecti in eccle-
ſia de effuſione ſanguinis, etiã ſi nemo accuſet, trahũtur in cauſam. Quod ſi negauerint, iu-
dicio Dei examinentẽ. Hęc ibi. Porro q̊d ait, iudicio Dei examinentẽ, exponiẽ ſic. i. iuramẽto, vel
per ignẽ aut aquã. Verũtñ iudicia iſta ꝑ ignẽ & aquã, ſunt modo ꝓhibita, qm̃ potius ꝑtine-
re videtur ad Dei tentationẽ, q̃ hominis examinationẽ ſeu ꝓbationẽ. ¶ Poſtremo per vocẽ
ſanguinis Abel, quidã intelligũt parẽtes & ꝓpinquos ipſius, qui eiuſdẽ ſanguinis ſecũ fuerũt,
& cõtra Cain clamauerũt ad dñm vel directe, vel occaſionaliter: quia aut vltionẽ tanti cri-
minis optauerũt, aut ex eoꝝ plãctu, dolore ac gemitu, Deus magis ꝓuocat⁹ fuit ad punitio-
nẽ fratricidij Cain. Deinde deſcribitur punitio Cain: [Nũc igitur maledict⁹ eris ſuper ter-
rã.] Maledictus fuit Cain de cætero ſuꝑ terrã à Deo & corã Deo, itemq́; ab hominib⁹ & co Maledicitur Cain
rã hoĩbus: A Deo, qm̃ plus q̃ ante fuit deinceps à Deo reprobatus, relictus, & à donis gratiæ
elongatus. Quẽadmodum aũt benedictio Dei vocatur collatio gratiæ eius, ſic maledictio
eius, vno modo accipitur retractio ſeu denegatio gratiæ ſuæ. Fuit quoq; maledictus coram
Deo, hoc eſt, vere ac iuſto iudicio Dei. Fuit recte ab hoĩbus maledictus, qm̃ zelo iuſtitię ma-
ledixerũt ei frequẽter ꝓpter tantũ exceſſum in propriũ fratrẽ, & quia tã ineffabiliter cõtri-
ſtauit ſuos parẽtes. Sed & corã hoĩbus extitit maledictus, qm̃ reputauerũt eũ maledictiõe &
oĩmi aſpernatione digniſſimũ. Sed ſi verba hæc ita erãt intelligẽda, videẽ ꝙ Cain deſperaue-
rit iuſte, vtpote qui ab ineffabili iudice ſe dãnandum audiuit. Et reſpondendũ ꝙ non opor-
tebat Cain ita intelligere verba iſta per oĩa, ſicut modo expoſita ſunt, q̃uis ſint ita in eo im-
pleta, & ſecundũ prædeſtinationẽ Dei ſic erat decretum, immo potuit ea intelligere per mo-
dum cõminationis, & quãtum ad temporalem maledictionẽ ſeu pœnã. Verum & Alexan- Alexãd. Hales.
der de Hales, & Guilhelm⁹ Antiſiodorẽſis, teſtãtur in Sũmis ſuis, ꝙ Deus nõ poſſet de poten Guilhel. Antiſio.
tia ordinata alicui viatori ſuã dãnationem abſolute prædicere: quia ſi ſic, homo viator ha-
beret ſeu teneretur deſperare, nec videretur deſperãdo peccare. Itaq; maledictus eris ſuꝑ ter
rã in vita p̃ſenti, deinde ſub terra in inferno, in ſtatu futuro. [q̃ aperuit os ſuũ, hoc eſt, intra
ſe recepit, & deglutiuit fratris ſui cruorẽ. Vnde quaſi expoſitorie ſubdit: [& ſuſcepit ſangui-
nem fratris tui de manu tua.] hoc eſt, effuſi per manus tuas ſceleratiſſimas. Itaq; Cain male-
dictus eſt in propria perſona à Deo, & cũ hoc in re ſibi cõceſſa ad vſum, ſcilicet in terrę ma
ledictione. Sicq́; punitus eſt grauius multo q̃ Adã, quia grauius valde deliquit, qm̃ ſciẽs pa-
tris ſui iuſtã punitionẽ, non timuit Deum, ſed fratricidiũ addidit. [Cũ operatus fueris eam]

per agriculturã, [nõ dabit tibi fructus ſuos].i.ſterilis erit ꝑ parte, & frequẽter*ac magis,q̊d
ex maledictione ei illata ꝓpter peccatum Adæ*. [Vagus]per diuerſa & incerta loca eundo,
[& profugus]ab hominibus fugiendo,[eris ſuper terram.]

¶Expoſitio reſiduæ partis huius capituli, ab eo loco quo habetur:Dixitq́ꝫ
Cain ad dominum. Articulus XXIX.

INiqui ſemper ad cõmoda propria ſunt reflexi,idcirco nõ timẽt directe Dei offenſam &
elõgationẽ ab eo,ſed ꝓprias pœnas.Et qa nõ habẽt affectũ ad Deũ,nec eũ ſynceriter cõ-
tẽplant,aut nimis p̃ſumũt de miſericordia eius, quaſi & male viuẽdo poſſint ſaluari, aut
Deſperatio Cain nimis diffidũt de illa,quaſi & pœnitẽdo nequeãt veniã ꝓmereri,q̊d totũ ita fuit in Cain,ſic-
ut ſubiungit: [Dixitq́ꝫ Cain ad dñm: Maior eſt iniquitas mea, q̃ vt veniã merear.] hoc eſt,
tam magna eſt,vt veniã ꝓmereri non valeã.Hæc fuit deſperatio eius, in qua grauius Deum
Hieron. offendit,q̃ in fratricidio,p̃ſertim cũ & Iudas ſecũdũ Hieronymũ grauius peccauit deſperan-
do, q̃ Chriſtũ tradẽdo. Hebræi tñ(vt dicitur)exponũt verbũ iſtud interrogatiue,& negati-
ue.Quaſi dicat:Eſt ne iniquitas mea tã grauis, vt nõ queã veniã obtinere? q.d. non. Per q̊d
innuiſſe videt, ꝙ Deus nimis dure egit ſecũ. Vnde & Ioſephus dicit, ꝙ Cain ſacrificauit, &
Deũ rogauit,ne irã,hoc eſt,vltionẽ ſuſciperet.Et ob hoc ſæuiorẽ homicidij pœnã ei dñs re-
laxauit.Sed prima expoſitio, quæ eſt ſanctoꝝ, eſt melior:quia ſubiungitur, [Ecce eijcis me
hodie à facie terræ,]hoc eſt,à loco iſto expellis me,vel à cõſortio hoĩm me repellis. [& à fa-
cie tua abſcõdar].i.ab adſpectu miſericordię tuę,& à protectione tua ero alienus. Quo con-
tra S.Iob exorauit:Ne abſcõdas me à facie tua. Peccatũ em̃ eſt medium inter Deum & pec-
Iob 13. catorẽ,& quaſi abſconditũ vnum ab alio,quẽadmodum loquitur Eſaias:Iniquitates veſtræ
Eſai.59. diuiſerunt inter Deum veſtrũ & vos,& peccata veſtra abſconderũt faciem eius à vobis. Vel,
A facie tua abſcondar, hoc eſt, à præſentia tua me ſubtrahã,nec corã te apparere audebo ti-
Geneſ.3. more pœnaꝝ:quẽadmodum Adã & Eua,voce Dei audita,ſe abſconderunt. Quanuis enim
omnipotẽs Deus omnia iugiter intueatur,impij tñ quantũ in ipſis eſt, ab eo ſe ſubtrahunt,&
quærũt latere.Non em̃ recogitãt Dei p̃ſentiã.[Et ero vagus & profugus in terra.] iuxta ſen-
ſum expoſitum.[Om̃is igitur qui inuenerit me, occidet me.] Quaſi dicat: Quicunqꝫ primo
occurrerit mihi,me trucidabit,tanq̃ à te maledictum,& om̃ibus odioſum. Hoc dixit,timen-
do ne ſic eueniret.Aliqui vero dicunt,ꝙ ex deſperatione hoc dixit,quaſi optãdo hoc ipſum,
quatenus breui ac celeri morte multas ac diuturnas calamitates ſibi imminentes euaderet.
[Dixitq́ꝫ ei dominus:Nequaq̃ ita fiet.] hoc eſt,tã auſterus tibi non ero, ſed tẽpus pœnitendi
præſtabo,nec te omnium occiſioni expono,quaſi poſſis à quocunqꝫ impune occidi. Vel,
Nequaquam ita fiet, id eſt, miſerias tibi inſtantes non euades celeri morte, [ſed omnis qui
occiderit Cain, ſeptuplum punietur.]Verbum hoc,ſecundum ſuperficiem ſuam, facile eſ-
ſe videtur, vtpote ſi quis occiderit ipſum Cain, punietur ſepties plus q̃ Cain pro fratrici-
dio ſuo. Sed iſte ſenſus non videtur poſſe defendi. Cum enim pœna correſpondeat culpæ,
ſequeretur quòd occiſor ipſius Cain,ſepties plus peccaſſet occidendo Cain, q̃ ipſemet Cain
peccauit,occidendo proprium fratrem,iuſtum ac innocentẽ,ex deliberatione ac mera ma-
litia:quod nequaquam apparet, nec aliquis dicit hoc, immo cõmuniter dicitur,quòd La-
mech ſagittando occidit Cain neſcienter,putans occidere beſtiã. Hinc diuerſi diuerſimode
expoſuerunt hoc verbum, tam Hebræi q̃ doctores catholici. Itaqꝫ ſanctus Hieronymus ait:
Hieron. Quod Aquila tranſtulit, Septempliciter, & Symmachus, Septimus vlciſcetur:maiores ita
intellexerunt,ꝙ Cain interfectus eſt à Lamech ſeptima generatione poſt Adam. Alij,quia
ſeptenarius numerus plenus eſt & perfectus,ita dicunt: Qui occiderit Cain, ſeptẽ vindictas
exoluet.Sicq́ꝫ ab ingẽti pœna ꝙ omni trãſeunti ſupplicio liberauit eũ,ſcilicet Cain. Alij de
ſeptem peccatis Cain ſuſpicãtur,Primũ peccatum eius dicũt, ꝙ non recte diuiſit. Secũdum,
quòd fratri inuidit. Tertium, quòd doloſe egit,dicendo, Tranſeamus in agrum. Quartum,
ꝙ eum occidit. Quintum,ꝙ procaciter negauit ſeu excuſauit ſe. Sextum, ꝙ deſperauit. Se-
ptimum, ꝙ nec poſtea ſe correxit. Inde dicunt eum vſqꝫ ad ſeptimam generationem dila-
tum ſeu à morte protractũ,vt ſaltẽ aduerſis cõpulſus,pœnitentiam ageret, & abſolui mere-
retur.Sed ex verbis his non videtur haberi manifeſta expoſitio & intelligẽtia huius textus.
Gloſſa. ¶Porro in Gloſſa introducitur alia expoſitio plana & bona,quę etiã aſſcribitur ſancto Hie
Hieron. ronymo:[Om̃is qui occiderit Cain,ſeptuplum]hoc eſt,valde graui vltione [punietur.] Non
em̃ debuit homo occidere eum, cui Deus reſeruauit vitam vel ad pœnã ipſius, vel ad alio-
rũ correctionẽ.¶Porro ſeptuaginta ſic tranſtulerunt:[Om̃is qui occiderit Cain, ſeptẽ pœ-
nas exoluet.]Quod aliqui ſic exponũt:Qui occiderit Cain,imponet finem pœnis tempora-
libus Cain,quæ vſqꝫ ad generationem ſeptimam durauerũt. ¶Porro Lyra dicit,ꝙ verbum
iſtud,ſeptuplũ punietur, nõ poſſit intelligi de interfectore ipſius Cain, propter motiua ſu-
perius tacta,ideo addit:Propter q̊d aliter exponũt Hebræi, dicentes ꝙ iſta punitio ſeptupla,
refertur ad mortẽ Cain,exponendo ſic literã: [Omnis qui occiderit Cain,] ibi eſt punctus
&finis

& finis ſententię,& ſubintelligitur,grauiter punietur.Sed modus punitionis non exponitur:
Quod aũt ſubditur,[Septuplum punietur:]ſecundum proprietatem ſermonis Hebraici,tã-
tum eſt dicere:Septennis punietur. Et intelligitur de ipſo Cain, qui in fine ſeptem gñatio-
nũ à Lamech occiſus eſt. Sed contra iſtud Rabbi Paulus ſcribit prolixe. Primo dicit,ꝙ iſta
ſit expoſitio Rabbi Salomonis, & valde importuna textui, vtpote ꝙ ibi ſit finis ſententiæ,
[Omnis q occiderit Cain,]& ſubintelligatur,grauiter puniendus,& ꝙ ſubticetur modus pu
nitionis. Totũ hoc,inqt,fundatur in vacuo,& cõtra literã,quę ſtatim exprimit quantitatem
punitionis illius,qui occiderit ipſum Cain, ſequitur em̃ immediate:[ſeptuplum punietur.]
idcirco ab alijs expoſitoribus Hebræorum magis authenticis, aliter exponitur litera ab iſto
loco,[maior eſt iniquitas mea.]Ad quod ſciendũ,ꝙ ſententia Dei contra Cain lata,fuit gra
uior q̃ ſententia cõtra Adã lata,in tribus.Primo, qm̃ Deus nõ maledixit Adæ,ſed terræ.Ma-
ledixit aũt Deus ipſi Cain.Secundo, qm̃ in ſententia contra Adam lata, non dicitur ꝙ terra
nõ daret ei fructus,ſed ꝙ in labore & ſudore perciperet fructus eius.Sed econtra Cain dictũ
eſt:Cũ opatus fueris terrã,nõ dabit tibi fructus ſuos.Tertio,qm̃ De⁹ dedit Adæ congruũ lo-
cũ ad habitandũ,videlicet terrã,vbi formatus eſt.Sed ad Cain locutus eſt:Vagus & ꝓfugus
eris ſuper terrã,qbus auditis, Cain deſperauit. Petiuit tñ ne puniret plusq̃ audiuit à Deo,vt-
pote,ne occideretur.Et in hoc dñs condeſcendit ſuæ petitioni tanq̃ iuſtę,& duo fecit ad tui-
tionem ipſius Cain.Primo, qa magnam pœnam minabatur cuicũqꝫ occiſori ipſius, ꝙ ſ. ſe-
ptuplum puniretur,prout litera tam Hebraica q̃ Latina plane ſonat. Secũdo, qm̃ poſuit ſi-
gnũ in Cain,ꝙ eſſet ab occiſione ſecurus, ſicut in textu ſubiungit:ideo expoſitio iſta conſo
nat rationi & textui, ꝙ ſ.ſepties plus puniretur, qui occideret ipſum Cain,q̃ erat ipſe Cain
punitus.Hæc Rabbi Paulus.¶Deniqꝫ ad obiectiones contra hoc introductas, reſpondet du
pliciter:Primo,ꝙ iſte q occidiſſet ipſum Cain, fuiſſet ſepties plus punitus, inquantũ feciſſet
hoc cõtra ſpecialẽ aſſecurationẽ, qua Deus aſſecurauit ipſum Cain ab occiſione,cũ appoſi-
tiõe ſigni aſſecuratiõis. Secũdo, qa interdũ maiores pœnæ taxantur minoribus criminibus,
ad q̃ hoĩes ſunt ꝓniores, & ita in ꝓpoſito fuit, qa ad ipſius Cain occiſionẽ multi fuiſſent ꝓ-
niores,ꝓpter ipſius malitiã exceſſiuã,q̃ ad interficiendũ hoĩes alios.¶Deinde Rabbi Paulus
fortiter dicit & tenet, ꝙ Cain nõ fuit occiſus à Lamech,nec ab aliq̃ alio hoĩe. Ad q̊d primo
allegat Hieronymũ in libro de q̃ſtionibus noui ac veteris teſtamẽti,dicentẽ: Fruſtra putant Hieron.
q arbitrant,ꝙ Lamech dixerit de Cain:Occidi viꝝ in furore meo,& iuuenẽ in vulnere meo.
¶Deinde ꝓbat iſtud ex textu,qa cum Cain dixiſſet Deo,Oĩs igitur qui inuenerit me,occidet
me,Deus ſtatim reſpõdit:Nequaq̃ ita fiet. Vnde nõ videt rationabiliter dictũ,ꝙ diuina aſſer
tio fruſtraret.ideo ſecundũ expoſitionẽ iſtã tenetur ꝙ Cain nunq̃ fuit occiſus,ſed ſolum pu-
nitus iuxta diuinã ſententiã cõtra eum latam vſqꝫ diluuium, in quo diluuio ſecundũ q̊ſdam
de antiquis Hebræis,ſubmerſus fuit cũ oĩ ſua poſteritate.ideo dicunt, ꝙ ſcriptura nõ dicit,
quãto tẽpore vixerit Cain,nec etiã aliquis de ſucceſſoribus ſuis,ſicut de alijs, eo ꝙ oẽs pari-
ter ſint ſubmerſi.Et probabiliter dici poteſt,ꝙ Deus voluit ipſum Cain ab occiſione tueri,vt
pœna ſui facinoris ab hoĩbus diutius videretur, propter q̊d etiam voluit eum vagũ & ꝓfu-
gũ ꝑ mundũ diſcurrere, vt in pluribus locis iuſtitia Dei circa ipſum oſtenderet. Hæc Rabbi
Paul⁹.¶Præterea circa hæc verba primo penſandũ eſt, ꝙ expoſitio iſta,quã acriter reprobat
Rabbi Paulus, nõ ſolũ eſt Rabbi Salomonis & Lyrę, ſed etiã multoꝝ catholicoꝝ & antiqꝝ
doctoꝝ fideliũ. Ait em̃ author Scholaſticę hiſtorię:Oĩs q occiderit Cain,ſupplendũ eſt,libe-
rabit eũ à laboribus atqꝫ miſeria. Et tũc addit impſonaliter, ſeptuplũ punietur.i. punitio fiet
de eo.i.de Cain dũ viuit in pœna vſqꝫ ad ſeptimũ Lamech. Hæc expoſitio conuenit cum p̃-
fata in hoc,ꝙ facit punctũ & finẽ ſententiæ ibi, Omnis q occiderit Cain:& aliqd ibidẽ ſub-
audit,& deinde de ipſo Cain exponit,Septuplũ puniet.Quod aũt ſubaudit,Liberabit eũ,po
tius q̃,Grauiter punietur, ꝓcedit ſecundũ expoſitionẽ, qua Cain dicitur optãdo dixiſſet Oĩs
qui inuenerit me,occidet me,ſicq́ꝫ habet in Gloſſa:Nõ morieris cito ſicut vis,qa puniet(im
pſonaliter.i.punitio fiet de te)ſeptuplũ, qm̃ viues in cruciatu vſqꝫ ad ſeptimã gñationem,in
qua à Lamech occideris.Ergo oĩs q occiderit,ſubaudis, liberabit te ab illo malæ cõſcientiæ
cruciatu.Hęc Gloſſa.Simili aũt ratiõe,ſecundũ expoſitionẽ qua Cain dicitur timẽdo dixiſſe,
Oĩs q inuenerit me,ſubintelligẽdũ eſt poſt verbũ iſtud,Oĩs q occiderit Cain,grauiter punie-
tur.Propter q̊d etiã nõ oportuit illã expoſitionem Hebræis aſſcribere, quaſi ipſi in hoc meli
us exponerẽt literam iſtam, q̃ Doctores catholici.Ex his primo habetur, quòd expoſitio illa
quam Rabbi Paulus tam abſolute & acriter reprobat, non eſt taliter reprobanda. Secundo,
ꝙ Rabbi Paulus affirmat Deum aſſecuraſſe ipſum Cain, quòd non occideretur ab aliquo,
eſt cõtra expoſitionẽ catholicorũ expoſitoꝝ communiter, ſicut iam patuit. Non enim De-
us aſſecurauit eum de occiſiõe abſolute,ſed ꝙ nõ occideretur eo modo quo timuit vel opta-
uit,vtpote cito ſeu à quocunqꝫ homine aut beſtia occurrente. Ideo Paulus iſte inconuenien-
ter infert: Vnde non videt rationabiliter dictum,ꝙ diuina aſſertio fruſtraretur,quaſi illi hoc
dicant,

dicant,q̃ aiunt ipſum Cain interfectũ à Lamech,immo nullus ſanæ mentis audet hoc cogi-
tare. Tertio,ꝙ Rabbi Paulus ait,ipſum Cain nõ eſſe occiſum à Lamech, neq; ab alio,nõ ſo-
lũ eſt cõtra cõmune dictũ catholicoꝝ,ſed & cõtra dictũ Hebræoꝝ multoꝝ,vt Lyra allegat.
Hieron. Hieronymus quoq; hoc loco ita ſentire videt̃,vt verba eius ꝑallegata teſtant̃. Quarto,ꝙ ait,Ca
in periſſe diluuio,nõ apparet,ſic eñ vixiſſet multo plus q̃ mille annis, cum tñ nullus legatur
tãdiu vixiſſe. Siquidẽ Mathuſalẽ q̃ vixit annis nõgentis ſexagintanouẽ,obijt ante diluuiũ an
no immediate præcedẽte,ſecundum Hieronymũ. Mathuſalem aũt fuit ſextus aut ſeptimus
poſt Seth,qui natus eſt poſt Cain,immo ſecundũ dictum iſtud, Cain vixiſſet plus q̃ mille &
Idem. quadringentis annis. Poſtremo obiectionẽ illã,ꝙ verbũ illud,Septuplũ punietur,non poſſet
exponi de interfectore ipſius Cain,Rabbi Paulus ſatis ſoluit:Frequenter eñ cõtingit,vt ait,
ꝙ pro minoribus culpis infligitur maior pœna,eo ꝙ hoĩes proniores ſint ad culpas illas mi
nores, quatenus terrore pœnaꝝ retrahãtur à vitijs illis. Pœnæ quippe vitæ ꝓſentis nõ ſolum
ſunt ſupplicia,ſed itẽ remedia vitioꝝ. Hinc quoq; ſecundũ iura ciuilia,maior pœna infligit̃
pro vxoricidio,q̃ pro matricidio, cum tñ matricidiũ ſit grauius crimẽ. [Poſuitq; dñs in Ca
in ſignũ,vt nõ interficeret eũ oĩs qui inueniſſet eũ.] Signũ iſtud fuit plaga quędã inflicta ipſi
Cain à Deo,vt ꝑ plagam illam oẽs cognoſcerent eũ eſſe punitum, excõmunicatũ & maledi-
ctum à dño ꝓpter innocentis fratris ſui occiſionẽ,& ita abſtinerẽt ab interfectiõe ipſius,quẽ
Deus prohibuit trucidari,& ſuã ꝓhibitionem declarauit hoc ſigno, q̃d ſignũ ſeu plaga, fuit
(vt aliqui dicunt) vehemens capitis tremor. Alij dicũt,ꝙ fuit horribilis tremor oĩm mem-
broꝝ ipſius,& cũ hoc impreſſio quædã in vultu eius. Porro ſecundũ Strabũ,fuit in Cain tre-
mor corporis & agitatio furiatę mẽtis. Vnde ſupius vbi noſtra trãslatio habet, Vagus & ꝓfu
gus eris ſup terrã,Septuaginta trãſtulerũt, Gemens & tremens eris. [Egreſſuſq; Cain à facie
dñi] Corporaliter eñ receſſit à viſibili ꝓſentia angeli,q̃ ei apparuit in ꝑſona Dei,in forma hu
mana. Spũaliter vero egreſſus eſt ꝑ mẽtis auerſionẽ,elõgationẽ,deſperationem & induratio
Oſe 7. nẽ à Deo & à gratioſa eius ꝓſentia,de q̃ receſſu loquit̃ dñs ꝑ Oſeã: Væ eis q̃a receſſerunt à me.
[habitauit ꝓfugus in terra ad orientalẽ plagã Edẽ.] Noĩe Edẽ intelligit̃ paradiſus terreſtris.
Itaq; Cain recedẽs à loco habitatiõis patris ſui Adæ, ꝓrexit verſus oriẽtem, & ꝓfugus cœpit
morari ad oriẽtalẽ plagã paradiſi ab iſta parte, remote tñ à paradiſo, nec amore paradiſi ꝓ-
rexit illuc,ſed Deo ſic ordinãte,ad maiorẽ eiꝰ punitionẽ,vt recordãdo paradiſi delicias ma-
gis affligeret̃. De hoc Ioſephꝰ ait: Peragrãs Cain multã terrã cũ vxore ſua Calmana, colloca
tus eſt in loco,q̃ Naida appellat̃,vbi & filij nati ſunt ei. Septuaginta q̃q; trãſtulerũt,[habitauit
Hieron. in terra Naid.] Circa q̃d ait Hiero. In Hebræo Nod dicit̃.i.inſtabilis & fluctuãs & ſede incer
ta. Nec eſt terra naid,vt vulgus noſtrũ putat,ſed ſenſus eſt,ꝙ iuxta ſententiã Dei vagꝰ & ꝓfu
gꝰ huc illucq; oberrauit. [Cognouit aũt Cain vxorẽ ſuã, q̃ cõcepit & peperit Enoch.] Vxor
Cain,fuit etiã ſoror ſua carnalis. Quocirca ſciendũ,ꝙ S. Methodiꝰ martyr & ꝓſul,cũ eſſet in
carcere,Deũ rogauit,vt ſibi aliq̃d reuelaret de principio mũdi & fine eius. Et q̃d Deꝰ ſibi re-
uelauit,reliquit in ſcriptis, inter cætera dicẽs: Adã & Eua de paradiſo egreſſi ſunt virgines.
Cũq; Adã XV. eſſet annoꝝ,genuit Cain & ſororẽ eiꝰ Calmana. Poſt alios XV. annos natus
eſt ei Abel & ſoror eiꝰ Delbora. Quãuis aũt Adã factus ſit in ætate & robore virili q̃ſi eſſet tri
ginta annoꝝ,tñ qñ primo plaſmatus eſt,fuit vnius diei,deinde vnius anni & duorum ac tri
um,&c. aſſcendẽdo paulatim. Et ſicut in Scholaſt. hiſtoria tangit̃,potuit añ Cain multos fi-
lios genuiſſe,qui hic tacentur. Et ſimiliter inter Cain & Abel. Iuxta Methodiũ q̃q;, Abel fuit
centum annoꝝ qñ occiſus eſt. Itaq; ſicut ait Methodius,Eua in quolibet partu genuit bi-
nos.i.maſculum & fœminã, q̃d etiã dicunt Hebræi. Sicq; Calmana ſoror ipſius Cain, fuit
vxor ipſius. [Et ædificauit ciuitatẽ] ipſe Cain nõ ſolus,ſed ſimul cũ adiutoribus ſuis,ex ſuo ſe
mine natis. [& vocauit nomẽ eius,ex noĩe filij ſui Enoch].i. Enochiã,ſecũdũ Ioſephũ. Hanc
ciuitatẽ Cain ædificauit,nõ ſtatim aut immediate poſt natiuitatẽ primogẽiti ſui, ſed cũ mul
Auguſt. ti fuiſſent ex ſe nati. De hoc loq̃tur Augu. diffuſe 15. de ciuitate Dei, oſtẽdẽs ꝙ primi hoĩes il
li tã diu viuẽdo poterãt valde multiplicari, cũ filij Iſrael ſic multiplicati fuerint in Aegypto
infra modicũ tẽpus. ¶Prȩterea Ioſephus ait: Cain rapinis & violẽtia opes cõgregans,ſuos
ad latrocinia & luxuriã inuitabat, ſimplicitatẽq; vitȩ hũanæ adinuẽtiõe mẽſuraꝝ ac põderũ
ꝑmutauit,atq; ad calliditatẽ & corruptiõem ꝑduxit, terminos terræ poſuit primꝰ, ciuitates
q̃q; murauit,& timẽs eos q̃s lęſit,ſuos in vrbibus cõgregauit. Rabbi Paulꝰ aũt teſtat̃,ꝙ Cain
primo inuenit prudentiã politicam. Ad q̃d dicendum videtur,ꝙ cum vitioſis,teſte philoſo
pho,nõ inſit prudentia,ipſe prauiſſimꝰ Cain prudentiã veram nõ habuit, nec inuenit,nec vr
bes inſtituit ꝓpter cõmune bonum, ſed ſicut prætactum eſt, ob finem peruerſum: ſed habuit
aliq̃d ſimile verę prudentiæ, ſicut & cæteri impij,vtpote vulpinam verſutiã. Iterum dicit,ꝙ
ex q̃ terra nullum fructum dedit ipſi Cain,idcirco reliq̃t agriculturam, quam primo elegit.
Et ipſe ac ſua poſteritas ſtuduit artibus mechanicis inueniẽdis, q̃ ad hoĩm cõuictũ ſunt vti-
les. Verũtñ ſicut ex ꝓhabita expoſitione innotuit,nõ eſt intelligendũ,ꝙ terra nullũ fructum
protulit

protulit Cain,ſed minorẽ q̃ alij. [Porro Enoch genuit Irad,& Irad genuit Mauiael,& Ma-
uiael genuit Mathuſael,& Mathuſael genuit Lamech. Qui accepit vxores duas: nomẽ vni
Ada,& nomen alteri Sella.] Lamech iſte qui ſeptimus fuit ab Adam,tam prauus fuit,ꝙ pri
mus bigamiam induxit,duas accipiendo vxores ſine diſpenſatione diuina, cõtra Dei decre
tum & legem naturæ,ac morẽ laudabilẽ, qui habet vim legis. In prima quippe inſtitutione
matrimonij,facta eſt vnica vxor vnico viro. Et Deus ꝑ Adã,decreuit ac dixit: Erunt duo in
carne vna. Sicq; Lamech cũ ſecũda vxore adulteriũ perpetrauit, q̃a non fuit veraciter vxor,
iuxta quẽ modũ vſq; in præſens adulterãt Sarraceni,qui plures ducunt vxores,ſicut hoc ple
nius demõſtraui in libro quẽ edidi cõtra Alchoranum.i. librũ legis eoꝝ. Gulhelmus quoq;
Pariſienſis idem teſtat̃ in libro de fide & legibus. Refert Ioſephus,ꝙ Lamech ex duabus ſuis
vxoribus habuit filios ſeptẽ & ſeptuaginta. [Genuitq; Ada Iabel, qui fuit pater habitãtium
in tentorijs atq; paſtoꝝ.] Iſte Iabel vocat̃ pater habitantiũ in tentorijs & paſtoꝝ,qm̃ fuit ma
giſter eoꝝ,& præcipuus inter eos,quantum ad multa. Inuenit nanq; artẽ faciendi portati-
lia,hoc eſt,tentoria ſeu portatiles domus paſtoꝝ,quæ tẽtoria paſtores ſecum ferebant tẽpo
re opportuno,qñ pergere voluerũt ad alia paſcua. Ordinauitq; pecoꝝ greges,& characteri
bus ſeu ſignis diſtinxit eos ab inuicẽ. Sed & greges ouiũ ab hœdoꝝ gregibus ſeparauit,tam
ſecundũ qualitatem,videlicet vnicolores à multicoloribus, q̃ ſecundũ ætatem, vt agniculos
à maturioribus. Conſiderauit quoq; cõmixtiones pecoꝝ certis temporibus faciendas,pro-
ut in Scholaſtica fertur hiſtoria. [Et nomen fratris eius Tubal.] quẽ genuit Ada ex Lamech.
[Ipſe] Tubal [fuit pater canentium] in [cithara & organo.] hoc eſt,magiſter & princeps vtẽ-
tium atq; ludentium in his muſicis inſtrumentis,qm̃ primo inuenit muſica inſtrumenta, vt
aliqui dicunt,& inuentor muſicæ ſecundũ Gloſſam. Veruntamen author Scholaſticæ hiſto-
riæ refert, ꝙ non fuit inuentor muſicorum inſtrumentoꝝ, quæ diu poſtea ſunt inuenta,ſed
ꝙ fuit inuentor conſonantiarum,vt labor paſtoralis hoc releuaretur ſolatio,& quaſi in deli
cias verteretur. ¶Deniq; vt recitant Rabanus & præfata hiſtoria,ex quo Tubal iſte percepit
ipſum Adam prophetaſſe de duplici iudicio mũdi,vno per aquam,alio per ignem: ideo ſcri
pſit muſicæ artem in duabus columnis,& in qualibet totam,hoc eſt,in columna marmorea,
quæ non diſſolueretur diluuio,& in columna latericia quæ non diſſolueretur incẽdio. Iſtud
ex Ioſepho ſumptum eſt,qui etiam narrat columnam illam marmoream adhuc in terra Sy
riaca eſſe. Veruntamen Ioſephus recitat iſtud aut ſimile huic de filijs Seth,vt infrà dicet̃. [Sel
la quoq; genuit] ex Lamech [Tubalcain,qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris &
ferri].i. ad faciendũ oĩa quæ fiunt ex ære & ferro. Hic eñ primus inuenit artem ferrariã,atq; Ioſeph.
vt Ioſephus ſcribit,alios docuit artẽ iſtã, & res bellicas fecit, & fortitudine cũctos excellẽs, li. 1. Anti
res bellicas decẽter exercuit. Aliqua q̃q; ad oculoꝝ cõcupiſcentiã ſpectantia,ſ. ſculpturas & qui. Iu-
picturas inuenit. De hoc in Scholaſtica refert̃ hiſtoria, ꝙ iſto Tubalcain fabricãte ex ære & di. ca. 4.
ferro,& ſculpturas in metallis faciẽte, ꝓfatus frater eius Tubal delectatꝰ ſono malleoꝝ,cõſi
derauit & excogitauit ex põderibus malleoꝝ ꝓportiões & cõſonãtias muſicæ q̃ naſcunt̃ ex Euſebiꝰ.
illis. Quã inuentionẽ Grȩci Pythagorȩ attribuũt fabuloſe. ¶Deniq; Tubalcain iſte excogita
uit ex ope fruticũ opari in metallis. Cũ eñ frutices incẽdiſſet in paſcuis,venȩ metalloꝝ fluxe
rũt & eruperũt in riuulos ſuos, & laminȩ inde ſublatȩ,referebãt figuras locoꝝ in q̃bus iacue
rãt. [Soror vero Tubalcain] fuit [Noema.] quæ dicitur inueniſſe artẽ variæ texturȩ. Et aliqui
dicunt,ꝙ inuenit lanificiũ, ad faciendũ veſtes ex lana, cũ hoĩes antea induerentur animaliũ
pelles,ſicut induti erãt à Deo primi parẽtes. Refert hic Lyra,ꝙ Hebrȩi dicũt ꝓfatũ Iabel feciſ
ſe tentoria ad ponendũ in eis idola,& ꝙ Tubal canebat in inſtrumẽtis muſicis corã idolis il
lis,eadem venerãdo: ex quo infert, ꝙ iſti q̃ deſcenderũt de Cain, fuerunt malitioſi: q̃d quan-
uis ſit veꝝ,tñ dictũ illud Hebrȩoꝝ videtur cõtrariari cõmuni dicto Doctoꝝ,dicentiũ ꝙ ido
lolatria poſt diluuiũ cœpit,nec ante fuit,ꝓpter recentem memoriã creationis mundi,ex qua
cũctis innotuit vnitas veri Dei. ¶Prȩterea Rabbi Paulus ait hoc loco,ꝙ Lamech adinuenit
tres artes pro filijs ſuis,videlicet artem faciendi tentoria, artẽ faciendi muſica inſtrumenta,
& artẽ ferrariã ad arma bellica fabricãda. Sed iſtud videtur contrariari textui,verbiſq; Ioſe
phi & Doctoribus catholicis ꝑallegatis. Nempe ſi Lamech inueniſſet has artes,inuẽtio haꝝ
artiũ nõ aſſcriberet̃ filijs eius, nec vnus eoꝝ vocaret̃ pater habitãtium in tentorijs atq; paſto
rũ,alter vero pater canentiũ cithara &c. [Dixitq; Lamech vxoribꝰ ſuis Adæ & Sellȩ: Audite
vocẽ meã] ò [vxores Lamech,auſcultate ſermonẽ meũ].i. auribus corporis & cordis diligẽ-
ter aduertite verba mea,q̃ nũc magni põderis erunt, [qm̃ occidi virũ].i. ſagittando interfeci
Cain [in vulnus meũ].i. ad meijpſius dolorẽ & cõſcientiæ meæ remorſum. [& adoleſcentu-
lũ] occidi [in liuorem meũ] hoc eſt,zelo furoris & rancoris cõtra iuuenẽ illum cõcepto, [ſe-
ptuplũ vltio dabit̃ de Cain,].i. ego ipſe grauiter valde puniar, eo ꝙ occiderim Cain,iuxta
ſenſum in iſto articulo præinductũ. [de Lamech vero ſeptuagies ſepties].i. ſi quis occiderit
me, quaſi incõparabiliter plus punietur pro ſuo peccato quo me ſponte occideret,q̃ ego pu
niri pro-

niri ꝓmerui,ꝗ ſine ꝓpoſito meo,& neſciẽter occidi Cain,nõ ex inuidia aliqua:& de eius oc
ciſione vehemẽtiſſime doleo,tantũq; dolui,ꝙ adoleſcentulũ interfeci ob hoc, ꝙ ex ei⁹ erro-
nea directiõe ipſum Cain occidi. Probabile reor, ꝙ cũ Lamech occidiſſet Cain,timuit ab
aliꝗ poſteroꝝ ipſius Cain interfici,in vltionẽ ſanguinis Cain, eo ꝙ Cain erat poſt Adã pri-
mus & cõmunis pater totius plebis illius maleuolæ.Ideo Lamech dixit hæc verba, ad repri-
mẽdũ oẽs illos à ſui occiſiõe.Aliꝗ aũt dicũt,ꝙ vxores iſtius Lamech, tractabãt eũ valde ma-
le in ſenio ſuo.ideo ꝓtulit verba hęc ad eaꝝ terrorem, ne auderent eũ ita affligere.Et ſicut in
Scholaſtica habeꝭ hiſtoria, Hebræi hoc dicũt,& ꝗuis quidã hoc reprobet, rationes tñ eius fa
cilime ſolui poſſent, nec dignũ arbitror circa hoc immorari.¶Rurſus Lyra adducit hic ali-
am expoſitionẽ, dicẽdo ꝙ vxores Lamech refugiebãt eius cõcubitum,eo ꝙ occidiſſet Cain
& adoleſcẽtulũ,quẽ ꝗdã Hebręi dicũt fuiſſe Tubalcain filiũ ſuũ:ꝓpter ꝗd metuebãt,ꝙ ſi cõ-
ciperẽt ex Lamech, proles naſcitura eſſet à Deo plagãda. Hinc Lamech excuſando ſe dixit,
[qm̃ occidi viꝝ &c.]iuxta ſenſum p̄habitũ. Deinde cõſolãdo vxores ſuas,adiecit: [Septuplũ
vltio dabiꝭ de Cain,&c.q.d. Si Cain, ꝗ inuidioſe occidit Abel, nõ fuit interfectus vſq; ad ſe-
ptimã ĝnationẽ:multo fortius ego,ꝗ ignorãter occidi Cain,nõ puniar in prole mea vſq; ad
ĝnatiões multo plures,vel vſq; in ĝnationes ſine termino.Sed huic expoſitioni obijciꝭ,ꝗa ſe-
cundũ eã,verbũ hoc Lamech fuiſſet in ſe falſum. Ipſe em̃ in prole ſua fuit punit⁹ diluuio diu
añ ſeptimã ĝnationẽ poſt eũ,immo tota ſua ꝓgenies perijt ante illã.Nõ aũt videꝭ ꝙ ſcriptu-
ra iſta canonica tã põderoſe recitaſſet vnũ mendaciũ Lamech,p̄ſertim cũ recitatio illius nõ
videaꝭ vtilis aliũde. ¶Præterea Rabbi Paulus improbat hãc ipſam expoſitionẽ.Id quoq; ꝗd
recitatũ eſt de vxorib⁹ Lamech, ꝙ eius vitabãt cõcubitũ,nõ habet authoritatẽ aut certitudi
nẽ ex ſcripturis,nec ex dictis authẽticis.Hinc Rabbi Paulus aliã ponit,& approbat expoſi-
tionẽ quã Rabbi Moſi aſſcribit, dicẽti ꝙ vxores Lamech vidẽtes fieri diuerſa opa ex ære &
ferro, formidabãt ꝙ ex arte illa introducerẽt arma ad vulnerãdũ & occidẽdũ:ideo Lamech
retraxit eas ab iſto timore,dicẽs: [Occidi viꝝ in vulnus meũ]q.d. Poſſum occidere in vulne
re aut liuore ſine armis. Veꝝ hæc expoſitio videꝭ valde impropria,vt ſ.verbum iſtud p̄teriti
tẽporis, occidi,exponaꝭ ꝑ iſtud cõplexũ, poſſum occidere. Hinc prima quã poſui,expoſitio
aptior mihi videꝭ.Quocirca ſciendũ,ꝗa vt dicũt author Scholaſticę hiſtorię,Gloſſa,& Raba
nus,Lamech vir ſagittarius extitit & venator,ac diu viuẽdo incurrit oculoꝝ caliginẽ: ideo
duxit ſecũ adoleſcẽtẽ,ꝗ ſibi mõſtrauit beſtias ſagittãdas,ꝗ vidẽs Cain iacentẽ retro frutetã,
putauit beſtiã eſſe: ſicq; ex directiõe adoleſcẽtis, Lamech direxit ſagittã in Cain, & eũ occi
dit.Quo cognito, ita accẽſus eſt ira cõtra adoleſcentẽ, ꝙ verberauit eũ vſq; ad mortẽ. Cain
aũt ita hincinde latebat,eo ꝙ abomĩabilis & in timore iugiter fuit. Lamech ꝗq; venabaꝭ &
beſtias ſagittabat,nõ vt eaꝝ carnib⁹ veſcereꝭ,qm̃ añ diluuiũ nõ erat mãducatio carniũ,ſed ꝓ
ſua delectatiõe & vſu pelliũ ad veſtitũ.Deinde deſcribiꝭ ꝗliter ĝnatio electoꝝ ꝗrundã ꝓceſſit
ex Adã,cũ ſubdiꝭ: [Cognouit ꝗq; adhuc Adã vxorẽ ſuã: & peperit filiũ, vocauitq; nomẽ eius
Seth,]ꝗd vno modo interpretaꝭ poſitio,& ita accipiꝭ hic.nã ſubdiꝭ:[dicẽs] ipſa vxor Adæ:
[Poſuit mihi De⁹ ſemẽ aliud ꝓ Abel].i. aliũ filiũ,ſ.iſtũ Seth, cõtulit mihi De⁹ ſuccedentẽ in
locũ Abel:[quẽ interfecit Cain.]Circa hoc in Scholaſtica hiſtoria ferꝭ: Dicit Strab⁹, ꝙ Adã
poſt mortẽ Abel,vouit nõ ſe ampli⁹ cognituꝝ vxorẽ.Veruntñ Strab⁹ recitatiue magis ꝗ aſ-
ſertiuẽ hoc ait:Ferũt,inqens, poſt mortẽ Abel vouiſſe Adã, ſe vltrà vxorẽ nõ cognituꝝ, nec
filiũ ĝnatuꝝ:ſed Deo iubente ꝑ angelum, fregit votũ, vt Dei filius de eo naſceretur,& homo
redimeretur.De Cain em̃ naſci nõ debuit. Veruntamen Ioſephus ſcribit, ꝙ Abel extincto,&
Cain eiecto,amor generatiõis vehemẽter angebat Adam. Iſtud aũt quod dicitur de voto ſeu
ꝓpoſito Adæ de cõtinendo in reliquũ, reprobat Rabbi Paulus. Sed dicẽdum ꝙ dictũ illud
ſatis probabile eſt ex duobus.Primo,ex vehementiſſimo mœrore, quẽ de Abel occiſiõe cõ-
cepit.Nõ em̃ ſolũmodo doluerũt ipſe & Eua de Abel interfectiõe,ſed etiã ineffabiliter de tã-
to maleficio ꝓprij filij,ſcilicet Cain:& ideo potuerũt cogitare,melius eſſe non generare,ꝗ in
filijs genitis talia fieri ac videre.Et timuerũt, ne talia de cætero fierẽt. Sciebãt eꝗdẽ veꝝ eſſe
Ecci.16. ꝗd diu poſtmodũ ſcriptũ eſt:Bonũ eſt mori ſine filijs,ꝗ poſt ſe relinquere filios nequã.Secun
do,ꝗa habeꝭ in textu,ꝙ Adã erat centũ & triginta annoꝝ dum genuit Seth.Ex ꝗ elicitur,ꝙ
poſt occiſionẽ Abel diu cõtinuit, ſaltẽ ſecũdũ cõputationẽ ſeptuaginta interpretũ atq; Me-
Fabula thodij,niſi dicaꝭ alios genuiſſe inter Abel & Seth, quos ſcriptura nõ exprimit. ¶Deniq; Ly
Iudaica. ra refert,ꝙ Hebræi dicunt ipſum Lamech cõueniſſe cõiuges ſuas corã Adam,qui erat pater
& iudex coꝝ,eo ꝙ nollent ſibi miſceri.Cũq; Adã vellet eas inducere, vt redderẽt debitũ viro
ſuo,dixerunt ad Adã:Caſtiga primo teipſum,qm̃ diu continuiſti ab Eua. Tunc Adã cogno-
uit cõiugẽ ſuam.Iſta fabula ſtulta eſt,& manifeſte mendoſa. Iam em̃ expoſitum eſt, ꝙ ſecun-
dũ Doctores catholicos & Hebræos atq; Ioſephũ,Lamech ex ſenectute incurrit oculoꝝ ca-
liginẽ, anteꝗ interfecit Cain & adoleſcentem, ꝓpter ꝗd factũ, dicunt Hebræi iſti vxores La
mech abhorruiſſe eius concubitum,ſicq; Lamech fuiſſet antiquus atq; cæcutiẽs,anteꝗ Adã
genuit

genuit Seth, quẽ genuit cũ eſſet centũ triginta annoꝝ,quæ ætas fuit tunc adhuc iuuenilis.
Sicq; Lamech fuiſſet ſenior ipſo Adã. Rurſus generatio Cain non potuit protendi vſq; ad
ſeptimã generationem ante natiuitatem Seth, ſeu anteꝗ Adã fuit centum triginta annorũ,
præſertim quia homines tunc multis annis vixerunt anteꝗ genuerũt. Sed ad hoc quidã re-
ſpondet,quaſi ſaluando fabulam Hebræoꝝ,ꝙ filij Cain erant luxurioſi,ideo feſtinabant ac-
cipere cõiuges.Sicq; anteꝗ Adã eſſet centum triginta annoꝝ,poterant vſq; ad ſeptimam ge
nerationem venire. Quod ſi verum eſſet,generatio illa fuiſſet adhuc multiplicata per pluri-
mos gradus ac numeros ante diluuiũ,ꝗd eſt contra Doctores ſanctos, & cõtra textũ,qui ge
nealogiam Cain terminat in filijs Lamech.[Sed & Seth natus eſt filius].i.ipſe Seth ex coniu
ge ſua genuit filiũ,[quẽ vocauit Enos.]quod nomen interpretatur,homo ſeu vir:& optime
cõueniebat homini huic,qui rationabiliter ac virtuoſe ſe habuit,ꝗa ſubiũgiꝭ:[Iſte cœpit in-
uocare nomen dñi.]Non eſt dubiũ quin Adã & Eua,& Abel quãm diu vixit,Seth ꝗq; quoti-
die ac deuote inuocauerint Deũ:ſed iſte diciꝭ ſpecialiter cœpiſſe dñm inuocare,qm̃ cum p̄-
cipua deuotione hoc fecit, & forte cũ ſpecialibus orationibus & ritibus, cæremonijſq; de-
centibus.¶Circa hoc refert Lyra,in Hebræo haberi, Tunc cœpit inuocare nomẽ dñi,pro-
pter ꝗd Iudæi exponũt hanc inuocationẽ de idololatria,ꝗa (vt dicũt) tunc aliqui inceperũt
nomẽ Dei attribuere creaturis,videlicet ſoli,lunæ,ac idolis: non tñ ab iſto deuoto Enos, ſed
à filijs Cain ei contẽporaneis,factũ eſt hoc. Iſtud aũt ſtolide dictũ eſt,qm̃ inuocatio noĩs Dei
ſemꝑ in bono accipiꝭ:nec ſequiꝭ,ſi tunc idololatria cœpit,ꝙ tũc cœpit inuocare nomẽ dñi,
ſed potius nomẽ diaboli,qm̃ ab idololatris,etiã ſi hoc neſciãt,inuocatur. Verũtñ S.Hierony Hieron.
mus ait:Pleriq; Iudæoꝝ arbitranꭲ, ꝙ tunc primo in noĩe & ſimilitudine dñi fabricata ſint Euſebi⁹.
idola.Circa ꝗd aliqui dicunt,& in Scholaſtica hiſtoria tangitur,ꝙ Enos iſte excogitauit &
fecit imagines ad Dei honorẽ,& excitandam memoriæ humanæ pigritiã,nõ vt coleret illas.
Ex hoc tñ vt diciꝭ,alij quidã ſumpſerũt occaſionẽ erroris. Iam aũt ſuperius dictũ eſt,& Tho-
mas in ſecũda ſecũdæ teſtaꝭ,ꝙ in prima mundi ætate non fuit idololatria, ſed vnius Dei ſo-
lius notitia,ex recenti creationis mundi memoria. ¶Circa pręhabita Ioſephus ſcribit:Seth
ad ætatẽ diſcretiõis ꝑueniẽs,virtutibus ſtuduit:& cum eſſet vir egregius,imitatores ſui filios Ioſeph⁹
dereliqt, qui diſciplinã reꝝ cæleſtiũ, & ornamentũ eaꝝ primitus inuenerunt: & ne perirẽt li.1.Anti
quæ inuenerunt,cũ prædixiſſet Adã exterminationẽ oĩm reꝝ,vnam per ignẽ,aliã per aquã, qui Iud.
fecerunt duas columnas, vnam ex lateribus,aliã ex lapidibus,in ambab⁹ quæ inuenerãt,cõ- cap.4.
ſcribẽtes:vt ſi conſtructa ex lateribus exterminareꭲ imbribus, lapidea permanens, præberet
hominibus ſcripta cognoſcere,quæ lapidea permanet hactenus in Syria.

¶Elucidatio ſpiritualis ac myſtica eiuſdem capituli. Art. XXX.

ADam cognouit vxorem ſuam.]Per Adam intelligitur Chriſtus:per Euam,primitiua
illa eccleſia ex Iudaiſmo nata,quæ Chriſto adhuc corporaliter in mũdo inter homi-
nes conuerſanti adhæſit.Hanc Chriſtus cognouit,quando poſt ſuam aſſcenſiõe eidẽ
ſpiritum ſanctum miſit,eiuſq; donis eccleſiam illam exuberantiſſime fœcundauit,ita ꝙ tũc Act.2.4.
cõcepit & peperit Cain,hoc eſt, Iudaicũ populum ſpiritualiter regenerauit in Chriſto, qñ
in die ſancto pentecoſtes, beatiſſimus princeps Apoſtolorum Petrus tria millia,& paulo-
poſt quinq; millia Iudæorum conuertit,atq; quotidie plurimi Iudæorum in oĩ Iudæa, Gali-
læa,atq; Samaria conuertebantur ad Chr̃m,& baptizabantur. Vnde eccleſia iſta primitiua,
tunc gratulans,dixit:[Poſſedi hoĩem per Deũ.]hoc eſt,diuina virtute ſubieci Chriſto & mi
hi per fidem ac euangelicam legẽ populum iſtum Iudaicũ,qui comparatione gentilium,di
gnus erat homo vocari,hoc eſt, rationalis, vnũ Deũ colendo. Rurſus [peperit fratrem eius
Abel.]Per Abel intelligiꭲ plebs gentilis, ad Chriſtũ per primitiuã eccleſiã illã conuerſa,cui⁹ Act.9.10
cõuerſio cœpit in glorioſo Cornelio centurione & cõgregatis cũ eo, quos p̄fatus archiapo-
ſtolus Chr̃o incorporauit,ſicut in Actibus apoſtoloꝝ teſtaꭲ: Vos,inqens,ſcitis ꝗmodo De- Act.10.
us primũ elegit per os meũ ex gẽtibus aſſumere populum nomini ſuo. [Fuit aũt Abel paſtor
ouiũ].i.multi ex gentilitate cõuerſi,facti ſunt euãgelicæ legis pręaicatores, & alioꝝ prælati,
fideliũq; paſtores,qui fideles ſunt oues Chr̃i,de quibus p̄dixit:Alias oues habeo quę nõ ſunt Ioan.10.
ex hoc ouili.[Et Cain agricola].i.cõuerſi ex Iudaiſmo, laborauerunt vt aliquos ex ſynago-
ga,quæ erat ager ac vinea Dei,ad Chr̃m conuerterẽt. Fuit quoq; Abel paſtor ouiũ.i.cultor
ſimplicitatis ouinę & innocẽtiæ. Cain aũt agricola.i. cultor agri interioris,videlicet ꝓprij
cordis. Vel agricola fuit,qm̃ multi ex ſynagoga cõuerſi, adhuc circa legalia obſeruãda erãt
intenti, quẽadmodum Actibus apoſtoloꝝ ſanctus Iacobus loquiꭲ Paulo:Vides frater quot Acto.21.
millia crediderunt in Iudæis,& omnes æmulatores legis ſunt. [Factum eſt autem poſt mul
tos dies,vt offerret Cain de fructib⁹ terrę munera dño.]hoc eſt,multi ex Iudęis cõuerſis ad-
huc obtulerunt Deo carnalia ſacrificia legis.[Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis ſui
& de adipibus eorum:]id eſt, plebs ex gentilitate conuerſa, & alijs præſidens,multos excel-
lentiores ex gregibus ſibi commiſſis, induxit ad hoc, quòd per palmam Martyrij ſeipſos
domino

dño deuotiſſime obtulerũt. Rurſus Abel ſeu populus iſte Chrĩfidelis, obtulit Deo primoge-
nita gregis ſui. i. quicq̃d in virtutib⁹ & actib⁹ ſuis virtuoſis ꝑcipuũ fuit, diuinæ pietati & gra
tiæ Dei, nõ viribus ſuis, adſcripſit. Et de adipibus. i. ſpũali feruore & opulẽtia diuinoꝝ cha-
Ecci. 35. riſmatũ obtulit Deo ſacrificiũ laudis & obſeruantiã mandatoꝝ: ſiquidẽ ſacrificiũ ſalutare,
Pſal. 49. reſpicere in mãdatis. Et dñs ait: Sacrificiũ laudis honorificabit me. [Et reſpexit dñs ad Abel
& ad munera eius:] qm̃ plebs iſta Chrĩfidelis ex gentilitate electa, fuit acceptiſſima Deo in
ſe & in actibus ac ſacrificijs ſuis ſanctis. [Ad Cain aũt & ad munera illi⁹ nõ reſpexit.] Hoc in-
telligendũ eſt de Iudæis illis cõuerſis, qui tandẽ ꝑtinaciter aſſeruerũt legalia ſimul cũ Euãge
lio eſſe ſeruãda, q̃ hæretici facti, Deo diſplicuerũt cũ ſacrificijs ſuis. Ideo populus iſte [iratus
Acto. 15. eſt vehemẽter, & cõcidit vultus eius.] Vt eñ in Actibus legit̃, quidã de hęreſi phariſęoꝝ eoꝝ
qui crediderãt, ſurrexerũt, dicẽtes: Quia oportet circũcidi, & ſeruare legẽ Moſis, q̃d etiã alij
Ibidem. multi ex Iudæis cõuerſis dixerũt, ſicut ibidẽ habet: Deſcendẽtes quidã à Iudæa Antiochiã,
docebant fratres, q̃a niſi circũcidamini, nõ poteſtis ſalui fieri. Cũ aũt apoſtoli cũ cõſilio ſuo
Malac. 1. determinaſſent oppoſitũ, irati ſunt illi. Hinc dñs ait de populis iſtis Malachiæ: Non eſt mihi
volũtas in vobis, & mun⁹ nõ ſuſcipiã de manu veſtra. Ab ortu eñ ſolis vſq; ad occaſum, ma
gnũ eſt nomẽ meũ in gẽtibus, & in oĩ loco ſacrificat̃ & offertur nomini meo oblatio mũda.
Quod ad literã dictũ eſt de ſacramẽto, ſacrificioq́; altaris. [Dixitq́; dñs ad Cain: Quare ira-
tus es?] Sic dñs ꝑ ſanctos apoſtolos increpauit & docuit Iudæos illos, in ſuis erroribus ꝑti-
naces, quoꝝ facies cõcidit, qñ videbant oẽm grãm Dei à ſynagoga ad Chrĩfideles transfer
ri, & gentiles ſibi ꝑferri ac ꝑfulgere in donis ſpũsſancti atq; miraculis. [Nõne ſi bene egeris,]
credẽdo & obtẽperando apoſtolicis documẽtis. Vel, iuxta Septuaginta, [Nõne ſi recte offe-
ras, recte aũt nõ diuidas, peccaſti?] Recte obtulerũt Iudæi iſti, qñ tempore opportuno obtu
lerũt legalia: ſed recte nõ diuiſerũt, dũ ſub tẽpore euangelicæ legis ac gratiæ aſſeruerũt cæri
monialia legis ꝑcepta oportere ſeruari, etiã Euangelio diuulgato, atq; ab his q̃ ex gentibus
erant cõuerſi. Deniq; qui agit bonũ ex genere, recte offert: ſed nõ recte diuidit, niſi cũ diſcre
tiõe & debitis circũſtantijs agat hoc, vtpote loco & tẽpore cõgruo ac recta intentiõe, immo
& excluſiõe vitioꝝ, ne praua bonis admiſceant̃. Propter q̃d dixit Apoſtolus: Rationabile ob
Rom. 12. ſequiũ veſtrũ. Et Deus ꝑ Hieremiam: Si ſeparaueris precioſum à vili, quaſi os meũ eris. Niſi
Hier. 15. iſtud impleuerimus, culpabiles ſum⁹, etiã ſi bona agere videamur. [Sub te erit appetitus ei⁹,
& tu dominaberis illius.] Hoc loco edocemur à dño, ſuperare noſmetipſos ac ꝓprio aĩo do
minari, paſſionesq́; refrenare, & ſenſitiuã partẽ rationi tenere ſubiectã, ſicq́; oĩa ponere ſub
Matt. 11. ordine diuini amoris. Regnũ eñ cæloꝝ vim patitur, & violenti rapiũt illud. [Dixitq́; Cain
ad Abel fratrẽ ſuũ: Egrediamur foras]. i. populus iſte Iudaicus credens & legalia ſeruãs, pro-
uocauit cõuerſos ex gentibus ad diſputationis conflictũ. [Cũq́; eſſent in agro] ſeculi huius,
[*inſurrexit Cain aduerſus fratrẽ ſuũ Abel, & interfecit eũ.] Cum eñ Iudæi nõ potuiſſent ra
tione & ſcripturaꝝ allegatione catholicis ꝑualere, cœperũt eos corporaliter ꝑſequi ac neca
re. Et in hoc hæretici atq; increduli fuerunt concordes, quamuis in alijs diſcordarẽt. [Et ait
Mat. 23. dñs ad Cain: Vbi eſt Abel frater tuus?] Sic dñs repræhẽdit ꝑſequutores fidelium, quoꝝ ſan-
guinẽ req̃rit & vindicat de ꝑſequutoribus eorundẽ. [Qui reſpõdit: Neſcio, Nunquid cuſtos
fratris mei ſum ego?] Iudęi nãq; ꝑſequutores catholicoꝝ in primitiua eccleſia, nõ fatebant̃
ſe reos ab interfectiõe fideliũ, nec arbitrabant̃ illoꝝ curã ꝑtinere ad ſe, ſed potius reputabant̃
Ioan. 16. ſe obſequũ Deo præſtare in ꝑſequutione & interfectione credentiũ, ſicut ſaluator ꝑdixit: Ve
nit hora, vt oĩs qui interficit vos, arbitretur obſequiũ ſe ꝑſtare Deo. [Dixitq́;] dñs [ad eum:
Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.] Hoc dñs ꝑ prædicatores euan
Apo. 6. gelicæ legis dixit illis ꝑuerſis Iudæis. Hinc eñ in Apoca. habetur: Animæ interfectoꝝ cla-
mabant voce magna: Vſquequo dñe ſanctus & verus, nõ iudicas & non vindicas ſanguinẽ
noſtrũ de his qui habitant in terra? Deniq; iſtud generaliter accipi poteſt de omnibus iniu-
Eſa. 26. ſte & inordinate occiſis. Vnde loquitur Eſaias: Reuelabit terra ſanguinẽ ſuũ, & non operiet
Iob 16. vltrà interfectos ſuos. Et ſanctus Iob ait: Terra, ne operias ſanguinem meũ. [Nũc igitur ma
ledictus eris ſup terram.] Hoc clare impletũ eſt in Iudæis illis peruerſis, qui ob perſequutio-
nẽ ſuã in Chriſtum & eius diſcipulos, temporaliter & æternaliter, corporaliter & ſpũaliter à
Deo & hominibus maledicti ſunt: quia vt ait Apoſtolus, Ira Dei peruenit ſuper eos vſq; in
1. Theſ. 2 finem. De quibus loquutus eſt Pſalmiſta Deo: Effunde ſuper eos irã tuã, & furor iræ tuę com
Pſal. 68. præhẽdat eos. Deniq; etiã in Alchorano Machometi habetur, ꝙ Iudæi à Deo relicti ſunt, eo
ꝙ Ieſum non receperũt pro Chriſto eis promiſſo. Sarraceni quippe fatẽtur, quôd Ieſus Na
zarenus ſit Chriſtus in lege & prophetis promiſſus, ac ſummus propheta, ſed negant deita
tem ipſius. Machomet nãq; fuit inſtructus à Sergio monacho Neſtoriano hæretico. Neſto-
rius aũt hæreſiarcha & inimicus Dei, dixit Chriſtum eſſe hominem purum. [Cum operatus
fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos.] Hoc fuit impletũ in Iudæis, quãdo propter impieta-
tem ſuam in Chriſtum, à Romanis vaſtati ſunt, & terra eoꝝ vndiq; demolita. Spiritualius
autem

aũt loquendo, quando terram ſuã. i. corpora ſua exercuerunt in obſeruantijs legis, non recte
credendo in Chriſtũ, corpora eorum nullum protulerunt fructum virtutum, ſed putredinẽ
vitioꝝ. [Vagus & profugus eris ſuper terram,] ſeu gemens & tremens, ſecundum aliorum
translationem. Nil certius iſto. Iudæi eñ vndiq; ſunt diſperſi, & dura captiuitate premunt̃,
atq; ſub Chriſtianorum aduerſarioꝝ ſuorum tenẽtur imperio, ſub quo gemunt & tremũt.
Vnde Danieli Gabriel angelus ait de ipſis: Non erit populus Chriſti qui eum negaturus eſt,
& finis eius vaſtitas, & vſq; ad finem perſeuerabit deſolatio. [Dixitq́; Cain ad dominũ: Maior Dan. 9.
eſt iniquitas mea, q̃ vt veniam merear.] Hoc competit infideli populo Iudæorum, qui licet
ſe neget profugum à terra promiſſionis, & vagum per mundum propter Chriſti occiſionẽ,
& primitiuæ eccleſiæ perſequutionem, fatetur tñ ſe perpetraſſe crimen tam grande, vt veni-
am nequeant impetrare, ita ꝙ liberentur ab iſta captiuitate. Veruntamẽ captiuitatem ſuam
populus iſte deplorat, dicendo: [Ecce eijcis me à facie terræ] patrum meorum, [& à facie tua
abſcondar.] ſed inter hęc metuit mortem temporalẽ magis, q̃ Dei offenſam, & propriarum
animarum interitum, ideo ait: [Omnis qui inuenerit me, occidet me. Dixitq́; ei dominus:
Nequaquam ita fiet, ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur. Non eñ vult Deus
vt incredulus Iudæorum populus penitus occidatur, nec quiſquam eorum eſt occidẽdus, eo
ꝙ patres eoꝝ Chr̃m occiderũt, & perſequuti ſint eius primitiuam eccleſiam. Si tñ aliunde
meruerint mortem, poſſunt occidi. Qui vero ſine cauſa rationabili occiderit quenquã eoꝝ,
ſeptuplum. i. valde dure & perfecte punietur, tanquam homicida crudelis. Non eñ eſt mi- Iaco. 5.
ſeris & afflictis illis addenda afflictio ſine cauſa idonea, ſed pro eorum cõuerſione orare de
bemus. [Poſuitq́; dñs in Cain ſignum]. i. in populo illo incredulo, [vt nõ interficeret eũ oĩs
qui inueniſſet eum.] Hoc ſignum eſt prophetia per multos ſanctos veteris teſtamẽti prænũ-
ciata de reſeruatione Iudæorum in vita vſq; in ſeculi finem, vt ex eorum adſpectu inducan-
tur Chriſtiani ad conſiderationẽ diuinæ iuſtitiæ, ad recordatiõem quoq; paſſionis domini-
cæ, atq; ad confirmationem fidei Chriſtianæ, quæ ex illorum tam diuturna derelictione cla-
re probatur, ex quorum etiam libris probamus quæ credimus, ideo ſcriptũ eſt: Ne occidas
eos, ne quando obliuiſcantur populi mei. [Egreſſusq́; Cain à facie domini] . i. à Deo eiectus Pſal. 58.
ac derelictus populus ille, [habitauit profugus ad orientalẽ plagam Eden.] Per Eden, intelli
gitur eccleſia Chriſti: per orientalẽ plagã eius, doctrina legis & prophetarum, ex qua tanq̃
ex oriente, orta eſt lux ſapiẽtiæ ſalutaris vniuerſæ militanti eccleſiæ. In hac itaq; plaga habi-
tauit ac habitat vſq; nunc perfidus populus Hebræorum, inquantum aliqualẽ habẽt cogni-
tionẽ ſcripturaꝝ illarum, atq; in ea quotidie ſtudẽt, ſcripturasq́; illas habẽt & veras credũt.
Porro eiectionẽ ipſius Cain repræſentat eccleſia, ſanguinarios excõmunicando, præcipue cũ
candelis accenſis, qm̃ vitam hominum extinxerunt. Præterea omnis qui per mortale pecca-
tum à facie Dei egreditur, mentẽ ſuã auertendo à creatore, habitat profugus à myſtica vni-
tate eccleſiæ, vagus q̃q; inſtabilisq́; in terra, quãtum ad corpus diaboli pertinet: & corde in- Pſal. 11.
ſtabiles ſunt, paſſionibusq́; ſubduntur, & vndiq; euagantur à Deo iniqui. In circuitu etenim Eſa. 57.
impij ambulant, qui ſunt tanquam mare feruẽs, q̃d nõ poteſt quieſcere, & tanquam puluis Pſal. 1.
quẽ proijcit vẽtus à facie terræ. [Cognouit aũt Cain vxorẽ ſuã, q̃ cõcepit & peperit Enoch.]
Per q̃d deſignatur, ꝙ ex prauæ cogitatiõis radice & interiori aĩæ paſſione procedit opus ꝑ-
uerſum. Rurſus quaſi ſpiritalis vxor incredulæ plebis Iudæę eſt ſcriptura veteris teſtamenti,
ſecundũ occidentẽ literam intellecta, quam plebs iſta ſic cognoſcit, ſeq́; in ea exercet, & gi-
gnit ex ea Enoch. i. poſteritatem ſibi in infidelitate & carnali intellectu ſcripturæ conſimilẽ.
[Et ædificauit] Cain [ciuitatem.] In exordio mũdi vrbem conſtruxit, per quod ſignificatum
eſt, ꝙ amatores mundi & oẽs iniqui in hoc ſeculo remanere, proſperari, ac locupletari deſide
rant, & via vtuntur pro patria. Quo cõtra de ſanctis patriarchis ait Apoſtolus, ꝙ in caſulis Heb. 11.
habitabãt tanq̃ hoſpites & peregrini. Et rurſus: Non habemus hic, inq̃t, manentem ciuitatẽ, Heb. 13.
ſed futuram inquirimus. [Et vocauit nomẽ eius ex nomine filij ſui Enoch.] quod interpreta-
tur dedicatio, ſecundũ Hieronymum. Tales nanq; ſeipſos, & pertinentes ad ſe, ac ſua, dedi- Hieron.
cant & mancipant ꝓſperitati terrenæ ac vitæ præſenti. [Lamech accepit vxores duas] Per
Lamech intelliguntur laſciui, præſertim adulteri & cõcubinarij. Similiter illi qui cum ſapi-
entia euangelicæ legis, quam ſibi deſponſarunt, amplectũtur ſecularem prudentiam, atq; in
ſeculo hoc cupiũt videri ac reputari prudentes. Genuit quoq; Lamech tres filios, quoꝝ pri-
mus, ſcilicet Iabel, [pater habitantium in tẽtorijs ac paſtorum,] deſignat cupidos & auaros,
qui hincinde mouentur, vt colligãt ſibi terrena & paſcant pecora. i. deſideria ſua brutalia. Se
cũdus, videlicet Tubal, [pater canentiũ cithara & organo,] eos deſignat, q̃ exterioꝝ ſẽſuum
q̃rũt & amplectunt̃ oblectamẽta. Tertius, puta Tubalcaim, malleator & faber ſignificat bel-
licoſos, cõtentioſos, iracũdos, & alioꝝ tribulatores, qui ꝓximos ſuos cædũt verbis duris aut
ictibus ſeu ſcandaloſis operibus, aut etiã omiſſiõibus & negligẽtijs vitioſis. Soror demũ fra-
trũ iſtoꝝ Noema ſenſualitatẽ deſignat. [Dixitq́; Lamech vxorib⁹ ſuis, Adæ & Sellæ: Qm̃ oc-
h cidi virum

cidi viꝝ in vulnus meũ,& adoleſcentulũ in liuorẽ meũ.] Libidinoſi nanq;, oĩm ætatũ hoĩes
ſcãdalizant ad ſuijpſius perniciẽ, immo ſæpe violẽter aut fraudulenter interimũt viros & fi-
lios mulieꝝ quas appetũt,vt eis fruantur ſecurius. Veruntñ nõ vult Deus vt quis ſcãdalizet
tales libidinoſos,aut inordinate perimat eos, ſed potiꝰ ad pœnitẽtiã reſeruẽtur & retrahant
à vitijs.[Cognouit quoq; adhuc Adã vxorẽ ſuã:& peperit filiũ,vocauitq; nomẽ eiꝰ Seth].i.Chri
ſtus ex eccleſia poſt ſanctos martyres genuit cõfeſſores,ita ꝙ eccleſia dixit:[Poſuit mihi De
us ſemẽ aliud ꝓ Abel,quẽ interfecit Cain.]Confeſſores etẽm ſancti poſt martyres in eoꝝ lo-
cũ ſurrexerũt ac poſiti ſunt.[Sed & Seth natus eſt filius, quẽ vocauit Enos. Iſte cœpit inuoca
re nomẽ dñi.]Per hũc Enos intelliguntur deuotiſſimi religioſi, p̄ſertim primi illi anachoretę
ac eremitæ ſanctiſſimi,Paulus,Antonius, Macarius, Hilarion,Pacomius,atq; innumerabi-
les,q cœperũt Deũ cũ inaudita deuotiõe,inſtãtia,puritate die ac nocte exorare,laudare & co
lere,abſtinẽtiſſima & rigoroſiſſima cõuerſatiõe. Præterea, ꝑ Adã poteſt intelligi Deus oĩm
pater,q ex Eua.i.ſynagoga ſibi olim ꝑ fidẽ deſpõſata,genuit Cain.i. populũ Iudęoꝝ, q fuit
Ioan.19. tẽpore Chr̃i,& Abel.i.dñm Ieſum,quẽ Iudæi illi crucifixerũt,quẽadmodũ Cain occidit in-
noxiũ Abel,q in multis Chr̃m præfigurauit,videlicet innocẽtia, iuſtitia, immolatione,mar
tyrio. Inflãmauit quoq; Deus ſuꝑ dñm Ieſum, qui obtulit ſemetipſum oblationẽ & hoſtiã
patri in odorẽ ſuauitatis,ex ardẽtiſſima charitate deſuper aĩæ ſuę infuſa,quę immolatio pa
1.Cor.15 tri ſuperacceptiſſima fuit. Similiter per Seth,qui interpretatur poſitio & reſurrectio,deſignatꝰ
eſt Chr̃s primitię reſurgẽtiũ,& primꝰ reſurgẽs ex mortuis,ꝓpria poteſtate,primuſq; digni
tate.Et ſicut ex Seth nati ſunt electi & virtuoſi,ita ex Chr̃o oẽs re & noĩe Chriſtiani.

¶Expoſitio literalis cap.V. Hic eſt liber gñationis Adam. Art. XXXI.

REpetit & recapitulat Moſes in exordio huius cap.generationem Adæ, vt eam plenius
proſequatur.[Hic eſt liber].i.ſcriptura ſeu litera [generationis Adam,]hoc eſt,genera
tionem actiuam ipſius Adæ deſcribens, quam generationem Adam exercuit ſeu in-
cepit.[in die qua creauit].i. tempore quo formauit [Deus hominem,] ſcilicet ipſum Adam
& eius vxorem.Ex quo nunc dictum eſt,[in die qua creauit Deus hominem] Hebræi(vt fer
tur) dicunt ipſum Adam genuiſſe in paradiſo, ſicut & ante narratum eſt. Sed argumentum
eorum nil valet,quia dies nunc capitur pro tempore,prout ſæpiſſime in ſcripturis contin-
Eſa. 4. git,ſicut in Eſaia:In illa die erit germẽ domini in magnificentia & gloria. In Iohele:In die
Iohel.3. illa ſtillabunt montes dulcedinem. Poteſt etiam dici,ꝙ dies nunc capitur pro diebus, quẽ-
admodum frequẽter ſingulare ponitur pro plurali: & ita ſupponit ſimpliciter ſeu confuſe,
vt ſuprà ſecundo capitulo:Iſtę ſunt generationes cæli & terræ,in die quo fecit Deus cælum
& terram & omne virgultum agri. [ad ſimilitudinem Dei fecit illum, maſculum & fœmi-
nam creauit eos,& benedixit illis.]Omnia verba hęc habentur circa finem primi capituli,&
ibi diffuſe expoſita ſunt,ideo procedendum eſt modo.[Et vocauit nomen eorum, Adam]
id eſt,vtrunq;,ſcilicet tam virum quàm Euam,vocauit hoc nomine Adam.Adam etenim in
Hebræo eſt nomen cõmune, ſignificans tantũ ſicut hæc dictio, homo. ideo ſicut in Latino
tam vir q̃ mulier dicitur homo,ita in Hebræo vterq; dicitur Adam. Attamen Adã etiam in
Hebræo frequẽter ſingulariter ſumitur pro hoĩe illo primo. Sic ergo vocauit eos Deus, id
eſt,vocãdos inſtituit,aut per ſubiectã creaturam expreſſe vocauit:[in die quo creati ſunt].i.
formati. Ambo eñ ſecundũ corpus ex præiacẽti materia ſunt plaſmati, Adam ex limo,Eua
ex viri coſta. [Vixit aũt Adã cẽtum triginta annis,& genuit filiũ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ
Adę ętas ſuam].i.ſimilẽ ſibi in ſpecie,immo & ſimilem ſibi in proprietate, hoc eſt,in defectuoſitate,
Eph.2. vtpote deſtitutũ originali iuſtitia,mortalem,paſſibilẽ, & natura filium irę.Vnde ait Apoſto
1.Cor.15 lus:Qualis terrenus,tales & terreni.[vocauitq; nomen eius Seth.]Præcedenti capitulo ſcri-
ptum eſt,ꝙ Eua vocauit eum Seth. Itaq; ambo ſic eum appellabant, ſeu nomen ab Eua im-
poſitum,Adã confirmauit. Sicq; Eua nomen primo expreſſit, deinde Adam. Veruntamen
Adam anteq̃ eſſet tantæ ætatis,genuit Cain & Abel.¶Circa hæc oritur quæſtio duplex:Pri
ma eſt,quomodo veꝝ ſit ꝙ Adam genuit Seth,cum eſſet cẽtum triginta annoꝝ,cũ Septua-
ginta & Ioſephus, itemq; Methodius dicant eum fuiſſe ducentorũ & triginta annoꝝ dum
genuit ipſum Seth. Reſpondetur ſecundum quoſdam, ꝙ Moſes omittit hic centum annos
quibus Adam & Eua luxerunt Abel.Sed iſtud non videtur ſufficiens ratio, quia non ſolũ in
Adam,ſed etiam in poſteris eius ommittuntur centum anni in Hebræo & translatione Hie-
ronymi,quo ad translationem Septuaginta.Vnde ait Hieronymus,& habetur in Gloſſa:Vſq;
diluuium,vbi in noſtris codicibus legitur aliquis genuiſſe ducentorum annorum: Et q̊d ex-
currit in Hebræo,habet centum annos & reliquos qui ſequũtur. Porro per codices noſtros
Hieron. intelligit Hieronymus textus Septuaginta interpretum, quorũ translatio fuit Hieronymi
tẽpore in vſu cõmuni.¶Secũdo q̃ritur circa id quod in Gloſſa tangitur,& in Scholaſtica hi
ſtoria clarius fertur, Adã ad imaginẽ & ſimilitudinem Dei factus eſt, reliqui ad ſimilitudinẽ
& imaginẽ Adę, qualiter hoc ſit verũ. Reſpondetur, quod loquendo de his in quibus ima-
go &

go & ſimilitudo Dei in homine principaliter conſideratur,oẽs homines ad imaginem & ſi
militudinem Dei producti ſunt,inquantum memoriam,intellectũ,voluntatẽq; habent.Sed
quantũ ad accidẽtalia aliqua,in quibus imago & ſimilitudo ſecundario conſiſtit,cæteri ad
Adæ imaginẽ,ſimilitudinẽq; plaſmati ſunt, iuxta ſenſum p̃habitũ. [Et facti ſunt dies Adam
poſtq̃ genuit Seth,octingenti anni].i. vſq; ad tot annos creuerũt & multiplicati ſunt ſucceſ
ſiue.[Genuitq; filios & filias,]immo vt dictũ eſt, Eua in oĩ partu peperit ſimul filium ac fili-
am,ſecundũ Methodium & Hebræos.Hoꝝ aũt filiorũ & filiaꝝ nomina non exprimuntur,
qm̃ Moſes breuitati ſtudens,ad tempora Abrahæ ac Iudæoꝝ feſtinauit:ideo eorum nomi-
na exprimit,ex quibus patriarchæ & prophetę ac populus Iudæoꝝ,immo & Chriſtus,exor
ti ſunt.Alioꝝ quoq; filiorum ac filiaꝝ Adæ progenies diluuio periJt.Deinde in textu deſcri
bitur,quemadmodũ Seth genuit Enos, & Enos Cainan,& Cainan Malaleel,& Malaleel Ia
red,& Iared Enoch.Et item quo anno vitæ ſuæ genuerunt hi viri,atq; quàm diu vixerũt,in
quibus cõputationibus ſcriptura nõ attẽdit nec curat minutias tẽporis,an ſcilicet modicum
magis aut minꝰ fuit, ſed integros exprimit annos. Quæ aũt facilima ſunt, nec aliqd circa ſe
dici requirũt,trãſilire intendo,quia in textu ſatis habentur.Quemadmodũ aũt in Scholaſtica
hiſtoria dicitur,quidã incipiunt primã ætatem ab Adã,quidam à Seth,qa de Abel nullus eſt
natus,tota gñatio Cain diluuio eſt deleta,ſicq; Seth fuit primus gradus gñationis humanę.
Porro Enoch vixit ſexagintaquinq; annis,& genuit Mathuſalem.] Iſte Enoch fuit ſeptimꝰ
ab Adam in gñatione Seth,quemadmodum Lamech in generatione Cain. Et ſicut ſeptimꝰ
ille Lamech fuit prauiſſimus,ita ſeptimus iſte Enoch extitit optimus.[Et ambulauit Enoch
cum Deo].i.iuxta beneplacitum Dei,adhærẽdo eidẽ, & ſequendo voluntatem ipſius ꝑ vitã
iuſtã.[Et nõ apparuit].i.à cõuerſatiõe,ſocietate,atq; pręſentia hoĩm repente ſublatus eſt,[qa
tulit eũ Deus].i.trãſtulit de medio hoĩm ad alium locũ, videlicet paradiſum terreſtrẽ,quẽ-
admodum poſtea diu Heliam. Qualiter aũt translatus eſt Enoch,ſcriptura nõ exprimit,& 4.Reg.2
an aliqs translationi eius interfuit, ignoratur. Creditur tñ ꝙ angelico miniſterio ſit transla
tus.De hoc in Scholaſt. hiſtoria dicitur: Tranſtulit illum Deus in paradiſum,vt in fine tẽpo Euſebiꝰ.
rum cũ Helia veniens,cõuertat corda patrũ in filios. Iudæi tñ cauſam translatiõis Enoch ma Mala.4.
gis attribuunt myſterio numeri ſeptenariJ,q̃ ſanctitati ipſius Enoch,cũ plures fuerint eo ſan
ctiores,quoꝝ nullus translatus eſt.In tãtum eñ aiunt Deum oĩa ſub ſeptenario diſpoſuiſſe,
ꝙ dicunt eum ſeptem cælos creaſſe & ſeptem terras,quas(vt dicunt)Dauid appellat montiũ
fundamenta. Hæc ibi. Lyra quoq; refert:Dicunt Iudæi, ꝙ licet Enoch eſſet iuſtus, magnas
tamen pronitates habuit ad malum,quibus cum difficultate reſiſtebat. Ideo mortuus eſt an
te finem vitæ ſuæ naturalis,ne vinceretur malitia. Hæc ille.Et poteſt eſſe ꝙ aliqui Iudæi hoc
dicant,quoꝝ aſſertio falſa eſt, quantum ad hoc ꝙ dicunt eum mortuum eſſe. Non eñ ſcri-
ptura iſta refert de eo ſicut de cæteris cunctis ꝙ mortuus ſit, ſed quòd non apparuit,quoniã
dominus tulit eum.Porro quod dicũt de pronitate eius ad malum, apparẽtiam habet ex eo,
quod ſcriptum eſt in libro Sapientię: Placens Deo factus dilectus,& viuens inter peccatores Sapi. 4.
translatus eſt. Raptus eſt,ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animã
illius.Conſummatus in breui,expleuit tempora multa.Placita eñ erat Deo anima illius: ꝓ-
pter hoc properauit educere eum de medio iniquitatum. Quod totũ de Enoch vno modo
exponitur.De quo etiam in Eccleſiaſtico aſſeritur:Enoch placuit Deo,& translatus eſt in para Ecci. 40.
diſum,vt det gentibus ſapientiã.Hinc ſancti Doctores teſtantur, ꝙ circa finẽ mundi cũ He-
lia venturus ſit ad prædicandũ cõtra Antichriſtũ, ſicut de hoc in Apocalypſi multa leguntur, Apo.1.
Deo dicente:Dabo duobus teſtibus meis &c. Tunc quoq; ab Antichriſto interficientur,& de- Gloſſa.
bitum mortis ſoluent.Deniq; Gloſſa & Alcuinus affirmãt,Enoch tanto tempore præſerua- Alcuinꝰ
tur à morte,in ſignum,qa homo iugiter viueret, ſi nõ peccaſſet. De hoc Enoch in Scholaſti Euſebiꝰ.
ca fertur hiſtoria:Enoch literas quaſdã inuenit,& aliquos libros ſcripſit,ſub quo Adam cre
ditur mortuus.Huic dicto cõſonat, q̊d Iudas apoſtolus in ſua allegat canonica: Propheta- Iudas
uit aũt de his ſeptimus ab Adã, Enoch,dicẽs:Ecce venit dñs in ſanctis millibus ſuis.Dicitur au apoſtolꝰ
tẽ Enoch ſeptimus poſt Adã,ipſum Adã includendo, vt patet ex textu,intermedios nume-
rando,qui fuerũt,Seth,Enos,Cainan, Malaleel, Iared. [Vixit quoq; Mathuſalẽ centũ octo-
gintaſeptem annis,& genuit Lamech.] Mathuſalẽ qui tam diu in virginitate ꝑmanſit,vide
tur fuiſſe vir magnæ deuotiõis. [Et facti ſunt oẽs dies Mathuſalẽ nongenti ſexagintanouem
anni:& mortuꝰ eſt.]Ad quãtã ætatẽ nullus alius legitur perueniſſe. Vnde antiquiſſimus hoĩm
creditur extitiſſe,quantũ ex ſcripturis habetur,fuitq; annis trigintanouẽ ſenior q̃ Adã.Verun-
tamẽ de ætate Mathuſalẽ fuerũt diuerſę opiniões:nempe ſecundũ cõputationem & textum
Septuaginta, vixiſſet quatuordecim annis poſt diluuiũ: q̊d ſtare nõ poteſt, qa nõ fuit in ar-
ca,legiturq; obiJſſe.AlJ quidã dixerũt eum obiJſſe ante diluuiũ ſeptẽ annis, quod minus abſur
dum eſt.Sed beatus Hieronymus vere & ſapienter teſtatur,ꝙ eodem anno quo diluuium in Hieron.
undauit,defunctus ſit modicũ ante diluuiũ,& hoc probat ex textu ſecundum Hebraicam ve
 ritatem.

ritatem. Mathuſalē nãq; vixit cētū octogintaſeptē annis anteꝗ̃ genuit Lamech, q̄bus ſi ad-
dant̄ centū octogintaduo anni, q̄bus vixit Lamech anteꝗ̃ genuit Noe, vt ſtatim dicet̄, atq;
ſexcenti anni q̄bus vixit Noe ante inundationē diluuij, vt infrà habetur, inueniunt̄ anni nō-
genti ſexagintanouē, q̄bus vixit Mathuſalē. Translatio aūt Septuaginta, quantū ad taxatio
nē numeri annoꝝ Mathuſalē, fuit corrupta hoc loco, ſicut in alijs multis ſecūdū Hierony-
mū, & habet̄ in Gloſſa. De hoc loq̄tur Auguſtinus, ponens diuerſas opiniões de ætate & vita
Mathuſalē, & q̄liter aliqui volentes ſaluare cōputationē Septuaginta, dixerūt ipſum Mathu
ſalē, durāte diluuio, fuiſſe cū patre ſuo Enoch in paradiſo, deinde reductū ad terrā mortaliū.
August. Quod reprobat Auguſtinus, & dicit eū obijſſe eodē anno q̃ venit diluuiū, ſecundū Hebraicā
veritatē, atq; ex vitio & errore ſcriptoꝝ potuiſſe accidere errorē, q̄ in cōputatiōe Septuagin
ta inuenit̄. [Vixit aūt Lamech centū octogintaduob⁹ annis, & genuit filiū, vocauitq; nomē
eius Noe, dicēs: Iſte cōſolabit̄ nos ab opibus & laboribus manuū noſtraꝝ in terra cui maledi
xit dn̄s.] Videt̄ Lamech iſte fuiſſe vir caſtus & bonus, q̄a tādiu cōtinuit anteꝗ̃ generauit. Vi
det̄ itē ꝓphetali gr̄a ſplēduiſſe, q̄a de filio ſuo Noe talia ꝓnūciauit. Queadmodū aūt in Actis
Acto. 4. apoſtoloꝝ legunt̄ glorioſi & ſancti apoſtoli Ioſeph Cypriū appellaſſe Barnabā, i. filiū cōſola
tiōis, q̄a de eius cōuerſiōe, ſanctitate & fructuoſitate ꝓmitiua eccleſia magnā cōſolationē ac-
cepit, ſic Lamech Deo reuelāte cognoſcēs, q̄ virtuoſe, fructuoſe ac dulciter fili⁹ ſu⁹ Noe eſſet
inter hoīes cōuerſaturus, p̄dixit: Iſte cōſolabit̄ nos ab opibus & laborib⁹ manuū noſtraꝝ, hoc
eſt, ſuis virtutibus & fructuoſitatib⁹ dabit nobis releuamē atq; ſolatiū inter ipſos labores &
opa, q̄bus occupamur & fatigamur in terra hac à dn̄o maledicta ꝓpter primoꝝ parētū pec
cata, iuxta ſenſum in expoſitiōe ca. tertij introductū. Et aliq̄ dicūt ꝙ Lamech p̄dixit hæc ver
ba de Noe, q̄a p̄uidit ꝙ erat reparatur⁹ terrā & aīalia ac gen⁹ humanū poſt diluuiū, & iuxta
hoc Lamech iſte cognouiſſet ꝙ diluuiū erat venturꝝ ſub filio ſuo Noe: q̄d tñ non videtur ex
ſcripturis euidēter poſſe haberi, q̄a ſequenti capitulo legit̄ Deus reuelaſſe ipſi Noe de inun-
datiōe diluuij tēpore ſuo. Nec legit̄ hoc alicui alteri antea reuelaſſe, ſtatim quantū ad tēpo-
Noe quare ſic dictus. ris determinationē. Præterea Lyra dicit ꝙ in Hebræo habet̄, [Iſte quietabit nos.] Nā & no-
men hoc Noe, requies interpretat̄. Et dicūt Hebræi, ꝙ Lamech p̄dixit hæc verba de Noe, nō
ꝓpter ſeculi reparationē poſt finē diluuij, ſed q̄a primo inuenit artē arandi, cū hoīes antea
colerēt terrā ꝓprijs manibus ſine ſubſidio iumētoꝝ, q̄d erat valde laborioſum, à quo ope &
labore releuauit & quietauit eos Noe, inueniēdo artē præfatam. Vnde infrà capitulo nono
Noe vocatur agricola. Sed ſi Lamech præuidit ꝙ Noe eſſet inuēturus hanc artē, ergo & La
mech aliq̄ modo eam p̄ſciuit. Ad q̄d dici poteſt, ꝙ non ſequitur, ipſum Lamech eam præſci
uiſſe in ſpeciali atq; diſtincte. Veꝝ Rabbi Paulus repræhēdit vtrūq; iſtoꝝ dictoꝝ. Dicit eñ
ꝙ in Hebræo habetur, Iſte cōſolabitur nos: & non, Iſte quietabit nos. verius tñ reor ꝙ verbū
Hebraicum ſit æquiuocum ad vtrunq;. Dixit quoque: Si Noe fuiſſet primus inuentor artis
arādi, ſcriptura hoc expreſſiſſet, ſicut præcedenti expreſſit capitulo de Iabel, ꝙ fuit pater ha-
bitantiū in tentorijs & paſtorum, atq; de Tubal, ꝙ fuit pater canentium cithara &c. Verun-
tamē dictū illud Hebræorū eſt ſatis conſonū textui, idcirco argumentū Rabbi Pauli nō præ-
ualet. Nā dici poteſt ꝙ ſcriptura iſta ſatis inſinuauit hoc, vtpote ꝙ Noe inuenit artem aran-
di ꝑ verba hæc Lamech. Nec obſtaret q̄d obijcit Rabbi Paulus, videlicet ꝙ infrà nono capi-
tulo legitur: Cœpit aūt Noe vir agricola exercere terrā. Hoc eñ nō dicitur ad hunc ſenſum,
ꝙ tunc & nō añ cœpit eſſe agricola, ſed ꝙ tunc cœpit hoc facere, quantū ad tēpus poſt dilu
uium, immo ſtare nō poteſt q̄d Rabbi Paulus ait, ipſum Noe tūc primo cœpiſſe eſſe agricolā
in plantatiōe vineæ, & nō ante: qm̄ & ſi artē arandi nō reperiſſet, attamen potuit eſſe agrico-
la ante diluuiū, cū ſcriptū ſit quarto capitulo, ꝙ Cain fuit agricola. idcirco nec ex iſta autho
ritate ſatis ꝓbatur, ꝙ Noe inuenit artē arādi. Nihilominus apparentiā poteſt habere, ꝙ ſicut
Noe inuenit artē plantandi vitē, ita & artē arandi, cū & textus videatur hoc ipſum innuere.
August. Ego tñ de his quæ certitudinem nō habent, nil aſſero. ¶Circa p̄habita quæritur: Primo, q̄-
modo hoīes potuerūt ante diluuiū viuere tam diu. De iſto multa ſcribit Auguſtinus vbi enar
rat, qualiter quidā fideles cōſiderantes qualiter multi retraherentur à fide, quoniam incredi
bile reputabāt hoīes tunc tā diu vixiſſe, opinati ſunt ꝙ anni de quibus loq̄tur ſcriptura hęc,
non fuerūt anni ſolares duodecim menſium, ſecundū quod annos cōmuniter computamus:
ſed anni breues, ita ꝙ vnus annus ſolaris comprȩhenderet decem annos huiuſmodi. Diuerſi
eñ diuerſimode computāt annos. Iſtud vero ſanctus Auguſtinus multipliciter reprobat, &
ſpecialiter ex duobus. Primo, qm̄ Seth cum eſſet centum & quinq; annoꝝ, genuit Enos: er-
go ſecundū illā cōputationem genuiſſet filiū ſuū Enos, antequā habuiſſet vndecim annos.
Cainan q̄q; cū eſſet ſeptuaginta annoꝝ, genuit Malaleel, ſicq; genuiſſet, cū erat ſeptem an-
norum. Secundo, qm̄ infrà habetur, ꝙ ſexcenteſimoprimo anno vitæ Noe, primo menſe, pri
ma die menſis, imminutæ ſunt aquæ. Deinde quod menſe ſecundo, viceſima & ſeptima die
menſis, arefacta eſt terra, & paulo ante: Requieuit arca menſe ſeptimo ſuper montes Arme-
niæ. Ex

niæ. Ex quibus conſtat, ꝙ anni illi cōputantur ſicut & modo. Præterea ſanctus Thomas di-
cit ſimpliciter ſupnaturale fuiſſe, ꝙ hoīes illi tam diu vixerunt, ita ꝙ Deus ſupernaturaliter
cōſeruauit eos in vita tam diu ꝓpter celeriorem humani generis multiplicatiōem, p̄ſertim
cum ſanctus Dauid ante tot millia annoꝝ loquutus ſit: Dies annoꝝ noſtroꝝ in ipſis ſeptua Pſal. 89.
ginta anni: Si aūt in potentatibus, octoginta anni, & amplius eoꝝ labor & dolor. Propter
q̄d etiā de Berzellai ſcriptum eſt, ꝙ erat ſenex valde. i. octogenarius. ¶Veruntamen aliquæ 2. Re. 19.
rationes aſſignantur, quæ poterant naturaliter cōferre ad vitā illorū hoīm tam longæuā. Pri
ma eſt, ꝙ hoīes, potiſſimum viri iſti boni qui tam diu vixiſſe leguntur, erant tēperatæ ac ſo
briæ vitæ. Secunda, qm̄ terræ naſcentia & fructus ac herbæ quibus ſuſtentabantur, erant an
te diluuiū multo maioris efficaciæ ac virtutis, q̄ poſtea. Tertia, quia natura humana quę pau
latim declinat, erat tunc vigoroſior in ſeipſa. Quarta, qm̄ præcipua bonitas cōplexiōis pri
morum parentū, immediate à Deo factoꝝ, magis remanſit in poſteris in prima mundi æta-
te, q̄ poſtea. Quinta eſt bona influentia, cōueniēſq; adſpectus ſtellarū ac planetaꝝ ſup locum
in quo habitauerunt, quæ duo per aſſiduū motum cæli ſunt tempore procedēte mutata. Se-
xta, quoniam Adam qui erat in naturalium reꝝ ſcientia multum excellēs, ſciuit, & ſobolem
ſuam docuit, vires lapidum ac herbaꝝ, quæ ad vitæ conſeruationē ac ꝓlongationem pluri-
mū conferunt. Septima, vt hoīes diu viuendo, magis proficerent in naturali ac morali ſciē-
tia, p̄ſertim in aſtronomia. Hinc Ioſephus primo antiquitatū libro diſſeruit: Nemo ex cō-
ſideratione & cōparatione breuitatis vitæ humanę quę nunc eſt, putet falſa eſſe, quę de diu-
turnitate vitæ antiquoꝝ illoꝝ dicūtur. Illi eñ cū eſſent religioſi, & à Deo ipſo formati, eiſq;
pabula opportuniora ad manus ad tempus parata exiſterent, tantorū annoꝝ circulis rite vi
uebant. Deinde propter virtutes & glorioſas vtilitates, quas iugiter ſcrutabantur. i. aſtrolo-
giam & geometriam, Deus eis vitæ ſpatia amplius prolongauit, quæ nunquam ediſcere po
tuiſſent, niſi ſexcentis viuerent annis. Per tot eñ annoꝝ curricula magnus annus impletur.
Deinde Ioſephus probat illos tā diu vixiſſe ꝑ varia, diuerſoſq; hiſtoriographos gētium plu
rimarum. Sed Rabbi Paulus, qui vbiq; ſatis pronus eſt reprȩhendere Nicolaum de Lyra, cō
tra rationes has arguit, & argumentando aliqua dicit, quæ vident̄ ſatis faciliter poſſe redar-
gui. Primo etenī dicit, Nunquam reperitur aliq̄s à tertia ætate mūdi, quæ ſcilicet incepit ab
Abrahā & infra, attigiſſe fere ducentos annos, cōtra q̄d videt̄ ſanctus Iob, qui fuit ſecundum Iob. 41.
quoſdam poſt Abrahā, vixitq; poſt ſuā percuſſionē & curationē cētum quadraginta annis,
qui & ante ſuam percuſſionem fuit maturę ætatis. Vnde & oēs pueri eius qui decē erāt, ante
eius percuſſionē ad virilē ætatem ſeu annum viceſimum perueniſſe vident̄, vel ſaltem multi
eoꝝ. Vnde probabile eſt, primogenitum inter eos inter triceſimum & quadrageſimum an-
num fuiſſe aut circiter, ita ꝙ Iob oībus annis eius ſimul acceptis, videtur ad minus fuiſſe du-
centoꝝ annoꝝ. Superius quoq; ex epiſtola Alexandri ad Ariſtotelem allegatum eſt, quem-
admodum ſacerdotes ſolis & lunæ virtute pomorum, quibus veſcuntur, viuant annis qua-
dringentis aut circiter. Legit̄ item in Chronica Martini, ꝙ tēpore Caroli Magni fuit qui-
dā noīe Ioannes, qui vixit pene quadringentis annis, propter q̄d vocabatur Ioannes de Tē-
pore. immo de pluribus legitur qui poſt Abraham extiterūt, & plus q̄ ducētis annis vixerūt.
Deinde argumēta quæ facit cōtra ea quæ dicta ſunt de valore terræ naſcentium ante diluui
um, de bono adſpectu atq; influxu cæleſtium corpoꝝ, aliquam apparentiam ſortirentur, ſi
vnaquæq; cauſaꝝ illaꝝ aſſignaretur, quaſi per ſe ſolam ſufficiens cauſa tantæ diuturnitatis
vitæ patrū illorū. ¶Inſuper dicit ꝙ tanta prolongatio vitæ, non contulit ad celerē multipli-
cationem hoīm magis q̄ breuitas vitæ humanæ in poſteris, immo potius minus: in quo non
ſolū cōtradicit Thomæ, alijſq; antiquis Doctoribus, ſed & experientiæ, vt apparet. Quod ve
ro allegat hoīes tunc vixiſſe centum annis antequàm genuerunt, non videtur omnifarie rite
dictum: quia vt ait Auguſtinus, Non eſt putandum, ꝙ illi fuerint ſemper primogeniti, q̄ pri-
mo nati leguntur: ſed illi primo nati leguntur, per quos ordo ſucceſſionis ad Abrahā eſt de- August.
ductus: cæteri frequenter tacentur. ¶Præterea dicit: Curſus ſiderum fuit perfecte declara-
tus tempore Græcorū, qñ Ptolemęus ſcripſit librū qui dicitur Almageſti, in quo omnes cur
ſus ſiderum plene traduntur. Iſtud eſt contra Ptolemæum & oēs maiores Aſtrologos, Alba-
tegni, Albumaſar, Alfraganum, qui faſſi ſunt neminem in vita præſenti poſſe pertingere ad
plenam notitiam omnium curſuum & motuum, virtutum, influētiarum, atq; effectuum ſi-
derum ac cælorū. Propter q̄d dixit Sedulius verſificator egregius: Qui ſtellas numeras, qua-
rum tu nomina ſolus, Signa, poteſtates, curſus, loca, tempora, noſti. ¶Amplius dicit ꝙ inue-
ſtigatio Ptolemęi incepit à tempore cuiuſdam qui eum præceſſit fere per annos trecentos.
Iſtud nō poteſt abſolute ſic verificari. Conſideratio eñ Aſtronomiæ incepit pluſq̄ per duo
millia annoꝝ ante Ptolemæū, vt patet ex his quæ Auguſtinus ait in libro de Ciuitate Dei in August.
multis locis, p̄ſertim cū & Abrahā patriarcha fuiſſe legatur magnus aſtronomus, immo &
multi añ diluuiū. Ptolemęus aūt ſtuduit libro antiquiſſimorū aſtronomorū q̄s poterat repe

rire. Iteꝝ dicit ꝙ ad cognoſcendũ effectus ſiderum ſufficit tm̃ tempus, vt fuit inter ꝓdeceſſo
rem Ptolemęi & Ptolemæũ, quẽ iſte trecẽtis annis præceſſit. Ad q̃d reor dicendũ, ꝙ nec tria
millia annoꝝ cũ trecentis annis, ſufficiũt ad cognoſcendũ per inueſtigationẽ & ſtudiũ vni-
uerſos effectus ſtellaꝝ in ſpeciali, ꝓſertim cũ nullus valeat naturali inueſtigatiõe cognoſcere
numerũ ipſum ſtellaꝝ ac ſingulas ſtellas, quarũ quælibet propriã virtutem ac influentiã ha-
bet, vt in libro de radijs ſtellicis ait Alkindius. ¶Poſtremo allegat Rabbi Moſen, qui in libro
de directione perplexoꝝ, diuturnitatẽ illã vitæ patrũ ante diluuiũ, diuino aſcribit miracu-
lo, & ait ꝙ Deus voluit viros illos, de q̃bus in litera ſcribitur, tam diu viuere, vt fides de crea
tiõe mũdi, magis infigeret cordib⁹ poſteroꝝ. Alios vero qui non exprimunt in litera, dicit
Rabbi Moſes nõ vixiſſe tã diu, ſed tanto tẽpore vt poſt diluuiũ. Veruntñ huic obuiare vide-
tur ꝙ fuerũt gñationes nõ pauciores ab Adã per Seth, & eos quoꝝ ætas in litera enarrat vſq;
diluuiũ q̃ ab Adam ꝑ Cain vſq; ad illud, cum tñ Cain fuerit plusq̃ cẽtum annis, vt cõmuni-
ter dicitur, ante Seth natus, immo ſecundum Methodium, annis centum & quindecim.

¶Expoſitio capituli VI. Noe vero cum quingentorum eſſet annorum, genuit
Sem, Cham & Iaphet. Art. XXXII.

CONſequenter deſcribitur qualiter mundus diluuio perijt, & prima ætas acceperit fi-
nem, & qualiter reparatum ſit ſeculum. Porro prima ætas ſeculi quæ ab Adam vſq; ad
Noe durauit, ita ꝙ Noe cœpit eſſe in ea, continet duo millia ducentos ſexagintaqua-
Hieron. Metho- dius. tuor annos, ſecundum Septuaginta: ſecundũ Hieronymum vero, nõ plene duo millia: ſecũ-
dum Methodium autẽ, duo millia. Methodius tamen per chiliades, hoc eſt, millenarios ſeu
mille annos ſecula ſeu ætates diſponit & cõputat: idcirco nil certũ de annoꝝ numero tradi-
dit, vt in Scholaſtica hiſtoria ſcribitur. [Noe vero cũ quingẽtoꝝ eſſet annoꝝ, genuit Sem,
Cham & Iaphet]. i. hos tres cœpit generare, ſeu genuit ſucceſſiue, cum haberet annos quin-
gentos. Quis horũ trium fuerit primo natus, infrà dicet. Sed mirum ꝙ Noe tam diu diſtulit
generare, cũ nullus ante eum pro media tẽporis parte legat tam diu continuiſſe, gñationẽq;
Auguſt. diſtuliſſe. Ad q̃d iuxta cõſiderationem Auguſtini ſuperius tactã, poſſet quis dicere, ꝙ forſan
ante hoc tẽpus generarit alios, q̃uis nõ ſint deſcripti, q͂a eoꝝ genealogiã nõ ꝓſequit hęc ſcri
ptura. ¶Porro Hebręi, vt Lyra refert, reſpõdent ꝙ Deus voluit iuſtũ Noe cũ tota ſua poſteri-
tate à diluuio ꝓſeruare. Si aũt tã cito generaſſet, vt alij ante eũ, poſteri eius fuiſſent tã abũdan
ter multiplicati, ꝙ inter eos fuiſſent plurimi mali, q̊s in arca ſaluari dignũ nõ extitiſſet: & q͂a
tot hoĩes cũ neceſſarijs vitæ nõ potuiſſent cõuenienter collocari in arca. His rationib⁹ obijci
poſſet, ꝙ etiã inter hos tres, vnus, ſ. Cham, extitit malus, & tñ in arca fuit. Deniq; cũ arca fue-
rit ita magna, plures hoĩes potuiſſent in ea facilime cõtineri, ideo dici poteſt, ꝙ Noe videns
tot ſcelera fieri, & ea quotidie multiplicari, forſan retrahebatur à gñatiõe, & cogitauit poti⁹
cõtinere. Sed cũ Deo reuelante cognouiſſet genus humanũ diluuio occidendũ, & illud ꝑ ſu-
os poſteros reparandũ, ꝓpoſuit generare. Quod tñ adhuc diſtulit quaſi ꝑ annos viginti. De-
Hoc in loco ple- raq; bi- blia par tiuntur ſextum caput. us q̃ppe ꝓdixit ei de aduentu diluuij per annos centũ & viginti, anteq̃ inundauit, vt infrà pa-
tebit. [Cumq; cœpiſſent hoĩes multiplicari ſuꝑ terrã, & filias procreaſſent.] Iſtud intelligit
de multiplicatione hoĩm pręcipue copioſa atq; malitioſa, quę fuit ſecundũ numeꝝ, nõ ſecũ-
dum meritũ. Alioquin nõ dubiũ, quin à tẽpore q̃ Adam cœpit generare hoĩes, cœperũt mul
tiplicari. [videntes filij Dei filias hoĩm ꝙ eſſent pulchræ, acceperũt vxores ſibi ex oĩbus quas
elegerãt.] hoc eſt, vnuſquiſq; illoꝝ accepit vxorẽ pulchrã, quæ iuxta ſenſualitatẽ ſuã ſibi ma-
gis cõplacuit, ſaltẽ inter illas quas vidit aut æſtimauit ſe poſſe acq̃rere. ¶Circa hæc antiqua
1. Ioan. 3 & magna eſt quęſtio, q̃ fuerũt illi filij Dei. In ſcripturis nãq; filij Dei dici nõ ſolent niſi boni,
Iob. 38. videlicet hoĩes virtuoſi, de q̃bus ait in prima ſua epiſtola Ioannes apoſtol⁹, Nũc filij Dei ſu-
mus: & angeli ſancti, de quibus dñs ait ad Iob: Vbi eras cũ me laudarẽt aſtra matutina, & iu-
bilarent oẽs filij Dei? Sed nec virtuoſis hoĩbus, nec angelis ſanctis competit actus ille libidi
noſus iam dictus. Et reſpondendum ꝙ verba hæc à diuerſis, tam Hebręis quàm Chriſtianis,
Ioſeph⁹. li. 1. anti qu. Iuda. cap. 1. expoſitoribus ab antiquo diuerſimode expoſita ſunt. Quidam nanq; per filios Dei intellexe
runt dæmones incubos, q̃ dicunt filij Dei per naturalẽ ſimilitudinẽ intellectualis & ſpiritua
lis ſuæ naturæ cũ Deo. Vnde & Ioſephus: Multi, inquit, angeli Dei cũ mulieribus coierunt.
De talibus ait Apoſtol⁹: Neſcitis q̃m angelos iudicabimus? Sed huic expoſitioni obijcit, q͂a
1. Cor. 6. diluuiũ fuit illatum ꝓpter peccata iſtorum, de quibus hic agitur. Et certum eſt ꝙ diluuium
inflictum eſt propter vitia hominum, non dæmonum. Præterea, quanuis dæmones incubi
interdum mulieribus ſint admixti, nõ tñ leguntur eas duxiſſe vxores, quanuis quandoq; mo
leſti fuerint viroꝝ vxorib⁹. Iterum de iſtis filijs Dei filiabuſq; hominum dñs ſubdit: Non ꝑ-
manebit ſpiritus meus in homine in æternũ, quia caro eſt. Quod non competit dæmonibus
Rabbi Paulus incubis. Septuaginta q̊q; pluraliter trãſtulerũt, in hominibus iſtis. Hinc expoſitionem iſtam
reprobat Lyra. ¶Cõtra quẽ more ſolito inuehitur Rabbi Paulus. Hæc, inquiens, expoſitio
eſt cõſonãs literæ, & etiã ſententiæ Auguſtini. Nam vbi litera noſtra habet, Gigantes erant
super

ſuper terrã: Hebraica veritas dicit, Nephilin, quod aliud nihil ſignificat niſi cadẽtes, per q̃d
ꝓprie deſignãtur dęmones lapſi de cælo. Iſti in corporibus aſſumptis mulieribus cõmiſce-
bantur. Auguſtinus quoq; de Ciuit. Dei, dicit eſſe credendũ ꝙ dæmones incubi interdũ mo Auguſt.
leſti ſunt fœminis. Sed mirũ apparet, ꝙ Paulus iſte ſic ſcribit. In litera eñ non dicitur, ꝙ gi-
gantes videntes filias hominum ꝙ eſſent pulchræ, acceperunt vxores &c. ſed ꝙ videntes fi-
lij Dei filias hominum ꝙ eſſent pulchræ &c. ¶Deinde litera dicit, ꝙ gigãtes nati ſunt ex con
cubitu iſto filioꝝ Dei filiarumq; hominum. Et hoc dicunt expoſitores cõcorditer, & etiam Ioſep. li.
Ioſephus, Rabbi Salomon, alijq; Hebræi: idcirco de gigantibus cõſtat, ꝙ erant veraciter ho- 1. Antiq.
mines, nõ dæmones incubi. ¶Amplius quoq; ꝙ Rabbi Paulus dicit expoſitionẽ illã eſſe con Iud. c. 5.
ſonã Auguſtino, manifeſte erroneum eſt: q̃uis eteñ Auguſtinus fateat dęmones incubos in-
terdũ miſceri cũ fœminis, non tñ fatet ꝙ filij Dei, de quibus hic agitur, erant dæmones incu Auguſt.
bi, immo ex propoſito & aſſertiue hoc reprobat. Siquidẽ 15. de Ciuit. Dei loquitur: Non au
tem illos ita fuiſſe angelos aut filios Dei, vt homines nõ eſſent, ſicut quidam putant: ſed ho-
mines proculdubio fuiſſe, ſcriptura ipſa ſine ambiguitate declarat. Cum eñ pręmiſſum eſt,
ꝙ videntes angeli Dei filias hominũ, quia bonæ. i. pulchræ ſunt, ſumpſerunt ſibi vxores &c.
mox adiunctum eſt, Et dixit dñs Deus: Non ꝑmanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis in
æternum, eo ꝙ caro ſunt. Rurſus in eodẽ libro aſſerit Auguſtinus: In apocryphis legitur, ꝙ Idem.
Enoch ſcripſit, ꝙ gigantes, de quibus habet in Geneſi, nõ ſunt nati ex hoĩbus: ſed quia hoc
falſum eſt, nõ credit Enoch iſtud ſcripſiſſe. Hæc Auguſtinus. ¶Vt aũt hæc clarius pateãt, ad-
uertendũ ꝙ Thomas ait in prima parte quæſtione 52. Teſte Auguſtino, multi ſe expertos af Idem.
firmant, vel ab expertis audiſſe, Syluanos & Faunos quos vulgus incubos vocat, mulieribus
frequẽter improbos extitiſſe, atq; eaꝝ expetiſſe & peregiſſe cõcubitũ: ideo hoc negare, im-
pudẽtiæ ac imprudẽtiæ eſt. Si ergo ex coitu dæmonũ aliq̃ interdũ naſcũtur, hoc nõ erit per
ſemẽ deciſum ab eis, aut eoꝝ corporibus, ſed aliũde acceptũ, ita ꝙ dæmõ qui viro eſt ſuccu-
bus, mulieri ſit incubus, quẽadmodũ aliaꝝ reꝝ ſemina cõgregãt ad ꝓducendũ quoſdã effe-
ctus, vt 3. de Trinitate Auguſtinus teſtat. idcirco ſic natus, nõ eſt filius dæmõis, ſed viri cuius Idem.
ſemẽ dæmõ accepit, & mulieri infudit. Hæc Thomas. Hinc ſuꝑ Lucã loquit Beda: Quidam
dęmões dicunt ſuccubi, q̃ ſupponũt ſe viris in ſpecie mulieris: q̃dã incubi, q̃ cognoſcũt mu-
lieres in ſpecie viri, forte nõ luxuria tracti, ſed vt hoĩbus illudãt, nec ſemẽ emittũt. Iſtud autẽ
q̊d Beda ait, ꝙ nõ emittũt ſemẽ, intelligi poteſt, ꝙ nõ emittũt ꝓpriũ ſemẽ, & forte interdũ nõ
emittũt. Porro Hieronym⁹ ait: Verbũ Hebraicũ Eloim, vtriuſq; eſt numeri, ita ꝙ ſignificat Hieron.
Deũ aut deos, ideo Aquila auſus eſt trãsferre filios deoꝝ, deos intelligẽs ſanctos vel angelos,
quẽ ſequẽs Symmachus, trãſtulit: Videtes filij potẽtũ filias hoĩm. Hinc quidã dixerũt, ꝙ in
Hebræo habeatur: Filij iudicũ potentũ. Et ita exponunt, ꝙ potentes & iudices, corruperunt
ſponſas & filias ſubditoꝝ: quod q̃uis potuerit eſſe verũ, nõ tñ fuiſſet ſufficiens ratio genera-
lis diluuij. Eſt ergo abſolute tenendum, ꝙ iſti filij Dei, fuerũt poſteri nati ex ſemine Seth &
filioꝝ eius. Erantq; primo deuoti vel ipſi, vel patres eoꝝ: idcirco vocati ſunt filij Dei ſeu an
geli eo modo, quo in ſcripturis quidã hoĩes, ratiõe vitæ aut officij, nũcupati ſunt angeli, ſic-
ut ſacerdotes vocant in Malachia propheta, angeli dñi exercituũ. Et de beatiſſimo Ioanne
Baptiſta ꝓdictũ eſt: Ecce mitto angelũ meũ. Dicunt quoq; filij deoꝝ. i. hoĩm diuinoꝝ. Per fi- Malac. 2.
lias aũt hoĩm, intelligunt filiæ natæ ex ſemine Cain, quæ erãt laſciuæ, ſuꝑbæ, curioſæ & pul- Malac. 3.
chræ, quaꝝ amore capti filij Seth, duxerũt eas cõiuges: tũcq; cõmuniter inualuerũt vitia ſuꝑ
terrã, ita ꝙ pauciſſimi boni manſerũt. ¶Quocirca quæri poteſt, quo tẽpore, ſeu q̃ diu ante
diluuiũ factũ ſit iſtud. Ad hoc in Scholaſtica hiſtoria reſpõdet: Tẽpus q̃ñ hoc factũ fuit, vtrũ
ſub Noe, an ante: & vtrũ diu aut parũ ante, non determinat ſcriptura. ¶Porro Ioſephus di-
cit, ꝙ filij Seth vſq; ad ſeptimã generationẽ boni mãſerunt. Poſt ad vitia ſunt delapſi à pa- Ioſep. li.
ternis ſolẽnitatibus. i. ritibus ſeu obſeruãtijs recedẽtes. Methodius vero cauſam diluuij & tẽ- 1. Anti.
pus vitioꝝ illoꝝ diffuſius exequit, dicẽs: Anno q̃ngẽteſimo primæ chiliadis, hoc eſt, primi Iudai. 5.
millenarij, filij Cain abutebant vxorib⁹ fratrũ ſuoꝝ nimijs fornicationibus. 600. anno mu-
lieres in amentiã verſæ, ſuꝑgreſſę ſeu ſuꝑiacentes viris abutebãtur. Mortuo Adã, Seth ſepa-
rauit cognationẽ ſuã à cognatiõe Cain. De iſto multa dicunt in ꝓfata Scholaſtica hiſtoria,
quæ requirant ibidẽ. Alibi legit, ꝙ anno ſexcẽteſimo vitæ Adę, cœperũt filij Cain abuti vxo
rib⁹ fratrũ ſuoꝝ ꝑ nimias fornicationes. Octingẽteſimo anno vitæ Adæ, dilatatę ſunt forni
catiões ſuꝑ terrã nimis & immũditiæ à filijs Cain. Pręceperat aũt Adã filio ſuo Seth, ne co-
gnatio ſua miſceret nationi Cain. Quadrageſimo anno Iared, in 2. millenario ſeculi, fue-
rũt viri malefici, & artis peſſimæ inuẽtores de filijs Cain, & oĩs immũditia atq; ſpurcitia fi
liorum Lamech poſt annos ſeptingẽtos ſub tẽpore vitæ Iared, cœpit multa malitia peior
priore creſcere ſuper terrã, quę à nobis eſt omittẽda. Tũc cõcupierunt filij Dei filias hoĩm,
& genuerũt ex eis gigantes, qui erant atrociſſimi præ cunctis hominibus. [Dixitq; Deus:]
Cui, vel qualiter dixit, hoc ſcriptura non exprimit. Itaq; dixit vel in ſeipſo hæc cogitans,

ac decernẽs ſiue definiẽs, vel per inſpirationẽ internã, aut angelicã reuelationẽ ac apparitio-
nem, locutus eſt alicui ſancto viro, potiſſime ſancto Noe: [Non permanebit ſpiritus meus
in homine in æternũ, quia caro eſt.] Hoc multis modis exponitur. Primo ſic: Non ꝑmane-
bit ſpiritus meus, hoc eſt, ira ſeu indignatio mea [in hoĩem]. i. cõtra homines, [in æternum,]
hoc eſt, abſq; fine. Quaſi dicat: Tẽporaliter puniã eũ, nõ æternali ſupplicio, [quia caro eſt.]. i.
Hieron. pronus ad vitia, fragilis, atq; multiplici infirmitate circundatus. Ita exponit Hieronymus,
dicens: Quia fragilis eſt hominum conditio, non eos æterno cruciatui reſeruabo, ſed hic eis
retribuã quod merẽtur. Clemẽtia ergo eſt, nõ ſeueritas, ꝙ peccator hic ꝓ ſcelere viſitatur.
Hieron. Vnde ſecundũ Hieronymũ, in Hebræo eſt: Non iudicabit ſpiritus meus hominem in æter-
nũ. Quidã exponunt ſic: [Non permanebit ſpiritus meus] hoc eſt, anima humana à me crea-
ta, nõ ꝑſeuerabit [in homine in ęternũ:] quia ꝑ diluuiũ aĩæ hoĩm auferenť à ſuis corporibus.
Alij ita exponũt: [Nõ ꝑmanebit ſpiritus meus in hoĩe] hoc eſt, ſpũſſanctus nõ ꝑmanebit de
cætero in iſtis hoĩbus, in quibus erat, q̃ diu filij Dei erant. [quia caro ſunt]. i. totaliter carna-
Bernar. les & turpes effecti ſunt. Hunc ſenſum ſæpe tangit S. Bernardus. [Eruntq; dies illius centum
viginti anni]. i. hominibus iſtis dabo adhuc tẽpus pœnitendi, & dilationem debitæ pœnæ,
vt corrigãt ſe per centũ & viginti annos. Hoc addidit Deus, ne quaſi crudelis, videreť locum
& tẽpus pœnitendi nõ præſtitiſſe peccatoribus illis. ¶ Deniq; Strabus ait, ꝙ Deus hæc dixit
eodẽ anno quo arca cœpit ædificari. Sed quia iniqui illi non correxerunt ſe, Deus per vigin
ti annos anticipauit vindictã, inducendo diluuiũ per tot annos citius q̃ prædixit. Hierony-
Hieron. mus vero circa hæc verba dicit, ꝙ Deus dixit ea ad Noe ꝑ viginti annos anteq̃ arca cœpta
Strabus. eſt fieri. Verũtñ alibi tangit & approbat ſenſum, qui ſecundum Strabũ iam tactus eſt. Itaq;
Deus nõ dixit hæc verba, præſcribẽdo ſpatiũ vitæ humanæ poſt diluuium, ſed determinãdo
Hieron. tẽpus pœnitẽdi, & ad inundationẽ diluuij, ſecundũ Hieronymũ. Idem ait Auguſtinus 15. de
Auguſt. Ciuit. Dei, vbi ait, aliquos poſt diluuiũ exceſſiſſe quingẽteſimum annum. Et infrà habetur,
ꝙ plurimi poſt diluuiũ pluſq̃ ducentis annis vixerunt. Verũtamen Ioſephus opinatus eſt,
Ioſe. lib. 1. An. Iuda, ca. 5. Deum dixiſſe hæc verba, ſtatuẽdo terminum vitæ humanæ poſt diluuium. [Gigantes autem
erant ſuper terrã in diebus illis] in quibus filij Dei acceperãt filias hominum in vxores: idcir
co mox ſubditur, qualiter factũ ſit, ꝙ gigãtes tũc erant in terra. [Poſtq̃ eñ ingreſſi ſunt filij
Dei ad filias hominũ]. i. viri nati ex Seth, qui ad tẽpus erant deuoti, cognouerunt coniuges
ſuas ex ſemine Cain ortas, [illęq;] filiæ [genuerũt, iſti ſunt potentes] robore corporali & do-
minatione terrena alijs præſidendo, [à ſeculo]. i. à prima mũdi ætate, ſeu ab antiquis tempo
ribus, & [viri famoſi]. i. multũ noĩati, q̊s exceſſiua ſua malitia fecit famoſos, & etiã in qbuſ-
dã naturalibus donis ac bonis fortunæ fuerãt excellẽtes. Erãt nãq; gigãtes valde ꝓcerę ſtatu-
ræ, excellẽtis potẽtiæ, ac pluribus præſidẽtes: erãt & mẽte feroces, ſuperbiſſimi corde, incir-
cũciſiq; moribus, carnales, violẽti, ac vitijs pleni. Cum itaq; filię iſtæ genuiſſent, [iſti ſunt po
tentes] hoc eſt, nati ex illis, ſunt potẽtes [à ſeculo] ac [famoſi] puta gigantes. Circa hęc ſcribit
Rabbi Paulus, quod ex quo in Hebræo habetur, Nephilim, q̊d interpretatur cadentes, ideo
per gigãtes primo ac proprie atq; ad literã dæmones deſignantur, qui corruerunt de cælo.
Sed ſicut præhabitum eſt, iſtud nõ valet, & eſt cõtra Auguſtinũ aperte aliosq; doctores, im-
mo & ſcripturæ huic nõ cõſonat, quę loquitur de gigãtibus iſtis tanq̃ de hominibus, & aſſe-
rit eos in cõcubitu natos, ita ꝙ non ſunt ſpirituales ſubſtantiæ, nec dæmones incubi. Argu-
mentũ quoq; ipſius infirmũ eſt. Nõ eñ ex nominum interpretatione poteſt ſemꝑ ſumi ex-
poſitio literalis, immo ſenſus qui ex interpretatiõe huiuſmodi ſumitur, eſt cõmuniter ſpiri-
tualis, ex quo argumentũ ſumi nõ valet. ¶ Deniq; caſus eſt multiplex: idcirco q̊d dicitur ca-
dentes, multipliciter accipi poteſt, immo in bono & malo. Nam & prophetæ quãdo augu-
Origen. ſtius aliquid cõtemplabantur, cadebãt in terrã & ſuper facies ſuas, vt Origenes diſſeruit, &
Ezech. 2. ipſi prophetæ inſinuãt, Ezechiele dicẽte: Vidi, & cecidi in faciẽ meã. Eſaias quoq;: Corrui,
Eſaię 21. inquit, cũ viderem. Queadmodũ aũt dæmones appellãtur cadẽtes, qm̃ ceciderunt de cælo,
atq; ad ſpiritualia vitia corruerũt: ita gigãtes vocãtur cadẽtes, qm̃ ad carnalia, immo ad oĩa
pene corruerũt facinora. Vnde in Scholaſtica hiſtoria fertur: Gigãtes dicuntur à geos, q̊d eſt
terra quaſi terreni. Cui cõcordat q̊d ait Gloſſa: Gigãtes filij terræ dicũtur. ¶ Primo quæri po
teſt, an ne in terra fuerũt gigãtes ante cõcubitũ filioꝝ Seth cum filiabus Cain. Ad quod bea
Auguſt. tus Auguſtinus manifeſte reſpõdet ꝙ immo, & probat hoc ex litera iſta. Veruntamẽ proba-
tio Auguſtini procedit ſecundũ literã LXX. Vnde Auguſtinus ita allegat hunc textum: Fa-
ctũ eſt poſtq̃ cœperũt homines multi fieri ſuꝑ terrã, vidẽtes angeli Dei filias hoĩm &c. Gi-
gantes aũt erant ſuper terrã in diebus illis. Et poſt illud: Cum intrarent filij Dei ad filias ho-
minũ, & generabãt ſibi, Illi erãt gigãtes à ſeculo homines nominati. Ex his verbis literæ Au
guſtinus cõcludit: Hęc verba libri diuini ſatis indicãt, iã illis dieb⁹ fuiſſe gigãtes ſuꝑ terram,
quãdo filij Dei acceperũt vxores filias hominũ. Deinde addit: Sed & poſtq̃ hoc factũ eſt, nati
ſunt gigantes. Sic eñ ait ſcriptura: Gigantes aũt erãt ſuper terram in diebus illis. Et poſt il-
lud: Cum

lud: Cũ intrarẽt filij Dei ad filias hoĩm. Ergo & ante,* illis diebus, & poſt illud fuerũt. ¶ Por
ro ex noſtra trãſlatione iſtud nõ ſequitur, ſaltẽ tã euidẽter: quia cũ dictũ eſt, Gigantes erãt ſu
per terrã in diebus illis, mox ſubditur: Poſtq̃ eñ ingreſſi ſunt filij Dei &c. In quibus verbis
reddiť cauſa, cur dictũ ſit, ꝙ gigãtes tũc erãt ſuper terrã. Quod tñ poſſet exponi de cauſa à po
ſteriori, quæ diciť cauſa effectus. Verbis aũt Auguſtini cõcordat, quod ait Methodius mar-
tyr: Natus eſt Adæ filius nomine Seth, vir gigas magnus. Ex quo ſequereť, ꝙ nõ oẽs gigan- Methõ.
tes mali fuerũt. ¶ Præterea, ſicut loquitur Auguſtinus, hoc mouet quoſdã, ꝙ ex filijs Dei & fi Auguſt.
liabus hoĩm, nõ quaſi homines noſtri generis, ſed gigantes legimus eſſe natos. Ad quod ibi-
dem Auguſtinus reſpõdet: Quaſi etiã non noſtris tẽporibus nata ſint corpora hoĩm, longe
excedẽtia modũ noſtrũ. Nõne ante paucos annos nata eſt Romæ puella, quæ fuit ibi cũ ſuis
parẽtibus, & corpore gigãteo lõge cæteris pręminebat? Ad quã vidẽdã fiebat mirabilis po
puloꝝ cõcurſus. Et hoc erat maximæ admirationis, ꝙ ambo parẽtes eius nõ erãt tã magnæ
quãtitatis, ſicut quoſdã videmus. Hæc Auguſtinus. ¶ Inſuꝑ infrà in libro Numeroꝝ & Deu- Num. 13
teronomio, & in Paralipo. ſcribunť fuiſſe gigãtes, quos ipſa ſcriptura docet ex hoĩbus na- Deu. 23.
tos, q̃uis R. Paulus ſcribat circa hũc paſſum, etiã gigãtes q fuerũt poſt diluuiũ, ex dæmoni- 2. Pa. 11.
bus incubis natos, q̊d nec ſcripturis, nec doctoribus cõſonat, prout Deo præſtãte, ſuis locis
pleni⁹ oſtẽdeť. Vnde in Scholaſtica hiſtoria legiť: Poſt diluuiũ nati ſunt alij gigãtes in Ebrõ,
& poſt in Tãnis ciuitate Aegypti, à qua Titanes vocati ſunt. De quoꝝ ſtirpe fuit Enachim,
cuius filij habitauerũt in Ebrõ, de qbus ortus eſt Goliath, & alij quidã. Ex qbus oĩbus inno-
teſcit, gigãtes naturaliter generari, q̃uis ad eoꝝ generationẽ cõcurrant cæleſtes influentiæ
naturalesq; cauſæ ſatis ſpeciales atq; occultæ, nec ad eoꝝ generationẽ requiriť cooperatio
dæmonũ, ſeu adhibitio quorũdã ſeminũ occultoꝝ per dæmones, vt Rabbi Paulus affirmat,
q̃uis fortaſſis interdũ ita cõtingere queat. ¶ Poſtremo, qui dicũtur eſſe homines paruuli na-
turaliter, diſtãt valde à noſtroꝝ corpoꝝ quãtitate: ſic gigãtes poſſunt naturaliter noſtram
quantitatẽ multum excedere. [Vidẽs aũt * dñs ꝙ multa malitia hoĩm eſſet in terra] hoc eſt, *Deus
ꝙ hoĩes multa & magna facinora perpetrarẽt, [& cũcta cogitatio cordis] humani [intenta
eſſet ad malũ omĩ tẽpore] hoc eſt, ꝙ hoĩes illius temporis indeſinẽter excogitabãt ſtudioſe,
qualiter poſſent ſua prauiſſima deſideria adimplere, atq; ad libitũ ꝓuaricari ac delectari, ita
ꝙ ex ꝓpoſito & certa malitia, nõ ex ignorãtia & infirmitate, ſeu paſſiõe ſolũmodo peccaue
rũt, queadmodũ ſcriptũ eſt de qbuſdã, Scrutati ſunt iniqtates. [pœnituit eũ, ꝙ hoĩem feciſſet Pſal. 63.
in terra]. i. ꝑ modũ pœnitẽtis ſe habuit circa hoc. Nõ eñ mutatio aliq̃, nec paſſionũ affectus,
nec pœnitudo de facto ꝓterito cadere poteſt in Deo abſolute ꝑfecto, in q̃ eſt ſapiẽtia infini- Malac. 3.
ta, beatitudo immẽſa, inuariabilitasq; ęterna. Vnde ꝑ Malachiã teſtať: Ego dñs, & nõ mutor.
[Et ꝓcauẽs in futuꝝ]. i. ꝓfatis malitijs hoĩm obicẽ ponere, ac finẽ imponere ꝓponẽs. [& ta-
ctus dolore cordis intrinſecus] hoc eſt, ſuis effectibus, ꝓſertim hoĩbus ad ſuã imaginẽ cõdi-
tis, quaſi intime cõdolẽs inſtar ꝑijſſimi pr̃is, vtpote ꝑ modum cõtriſtatiſſimi habẽs ſe, cũ tñ
in ſeipſo incõmutabiliter infinita iucũditate ſuppleniſſimus eſſet: iuxta quẽ modũ loquẽdi
ſcriptũ eſt in libro Iudicũ, Dñs doluit ſuꝑ miſerijs eoꝝ: de quo nihilo minus 1. Regũ Samuel Iudic. 2.
ait: Triũphator in Iſrael pœnitudine nõ flecteť: neq; eñ homo eſt vt agat pœnitentiã. [De- 1. Re. 15.
lebo, inquit, hoĩem quẽ creaui, à facie terræ]. i. vniuerſum genus humanũ, ꝑpaucis dẽptis, oẽ
cidã diluuio. [ab hoĩe vſq; ad animãtia]. i. tã hoĩes q̃ animalia terreſtria. [à reptili vſq; ad vo
lucres cæli.] hoc eſt, tã reptilia terræ q̃ aues cæli aerei. [pœnitet eñ me feciſſe eos]. i. ꝑ mo-
dũ eius quẽ pœnitet ea feciſſe q̃ deſtruit, habeo me, in eo ꝙ intẽdo ꝓfata oꝑa mea occidere.
Quãuis aũt irrationalia nõ peccarunt, nihilo min⁹ iuſto Dei iudicio ſunt punita, in deteſta
tionẽ exceſſuũ hoĩm, ꝓpter q̊s facta erãt, ſicut hoc diffuſe expoſitũ eſt ſuprà. Sed cur tũc pi-
ſces nõ fuerũt deleti, cũ & ipſi ꝓpter hoĩes eſſent facti? Reſpõdeť ꝙ terra & aer quodãmodo
inquinati fuerũt ꝑ ſcelera hoĩm, qui in terra & aere, nõ in aquis moranť. Ideo aĩalia ad orna-
tũ terrę aerisq; ſpectãtia, ſunt necata. Natura etiã piſciũ eſt, aquis nõ mergi & perire, ſed fo-
ueri & delectari. Quid aũt dicẽdũ ſit de auib⁹, quaꝝ natura eſt ſuꝑ aquas natare, infrà pate-
bit. ¶ Pręterea ſcriptura nõ ſine grandi pondere ac rationabiliſſima cauſa ita de inuariabili
Deo locuta eſt, vtpote ꝙ pœnituit eũ, & ꝓcauerit in futuꝝ, atq; interno cordis dolore ſit ta-
ctus, cũ tñ ꝓuidiſſimi ſit authoris, vniuerſa futura ſic ꝓuidere, vt prorſus nil agat, de q̊ poſt-
modũ doleat. Cur ergo ſpũſſanctus ꝑ Moſen ita locutus eſt, niſi vt addiſcamus & cõtẽple-
mur, quantũ diſpliceãt Deo, eſſentialiter ſancto, iuſto & bono, peccata nr̃a, & diligentius ea
vitemus? Hinc loquiť gratioſiſſimus Auguſtinus: Ira Dei, nõ ꝑturbatio animi eius eſt, ſed iu
diciũ q̊ irrogať pœna peccati. Cogitatio vero cordis ipſi⁹, eſt immutabilis ratio reꝝ mutan Auguſt.
daꝝ. Neq; eñ Deũ cuiuſq̃ facti ſui ꝓprie pœnitet, cui⁹ eſt de oĩbus reb⁹ tã fixa ſentẽtia, q̃ cer
ta ꝓſciẽtia. Sed niſi ſcriptura vtereť talib⁹ verbis, nõ tã familiariter inſinuaret ſe oĩ gñi hoĩm
qb⁹ vult eẽ cõſultũ, vt & ꝑterreat ſuꝑbiẽtes, & excitet negligẽtes, exerceatq; q̃rẽtes, & alat in-
telligẽtes: q̊d nõ faceret, ſi nõ pri⁹ ĩclinaret ſe, & q̊dãmodo deſcẽderet ad iacẽtes. Porro ꝙ &
interitum

interitũ animalium terrrenorum, volatiliumq́; denunciat, magnitudinem cladis deſignat.

¶Proſecutio expoſitionis huius capituli, à loco: Noe vero inuenit gratiam coram domino. Articulus triceſimuſtertius.

NOe vero inuenit grãm corã dño] hoc eſt, Deo accept⁹ fuit ac placẽs, & grãm quã optauit, à dño impetrauit. [Hæ ſunt gñationes Noe. Noe vir iuſt⁹ atq; pfect⁹ fuit in gñationibus ſuis].i. inter hoĩes ſui tẽporis ſuiq́; generis fuit notabiliter iuſtus, dãdo vnicuiq; ꝗd ei debebat, Deo cultũ, ſibiipſi cuſtodiã, ꝓximis ſuis virtuoſum exẽplum. Fuit ꝗq; pfectus, ſecundũ ꝗd viatori & viro heroico cõpetere ſolet pfectio. Fuit ergo iuſt⁹, ſeruãdo præcepta:
Tit.1. & pfectus, ꝑ multa ſupererogationis virtuoſæ opera. Rurſus iuſtus fuit, ſeipſum debite gubernãdo: pfectus, ꝓ cõmuni bono curã gerẽdo, & alijs ꝓ poſſe benefaciẽdo. ¶Porro ꝗd addit, In gñationib⁹ ſuis, exponi ſolet dupliciter. Primo, depreſſiue, ita vt ſonet in minorationẽ ſui præconij: quaſi dicat, pfectus fuit inter ſuos & tẽpore iſto, qñ pene oẽs peſſimi erant, ꝗuis tẽpore euãgelicæ legis cõuerſatio ſua nõ fuiſſet magnæ reputationis. Alio modo ꝓmotiue, ita vt ſonet in excellẽtiã ſuæ laudis: quaſi dicat, Tẽpore illo quo ſic abũdauit iniquitas, fuit pfectus, & inter peſſimos optimus, ꝗd præcipui meriti eſt, vtpote non vinci à malo, nec à peruerſis puerti, ſed ecõtrario cõſtãter pſiſtere in omĩ virtute. Sicq́; de beato Loth ait prin
2. Pet. 2. ceps Apoſtoloꝝ: Quod vita & adſpectu iuſtus erat, habitãs apud eos, qui de die in diẽ animã iuſti iniquis operibus affligebãt. Et ita intelligendũ eſt iſtud de Noe, per quẽ Deus fecit
Ecci 44. tam grande bonũ, Vnde de eo ſcriptũ eſt: Noe inuẽtus eſt perfectus & iuſtus, & in tempore iracũdiæ factus eſt reconciliatio, ideo dimiſſum eſt reliquũ terræ cum factũ eſt diluuiũ. Teſtamẽta ſeculi poſita ſunt apud illũ, ne deleri poſſit diluuio omĩs caro. Hinc Ioſephus nar-
Ioſeph⁹ li. 1. Anti. Iudai. rat: Noe grauiter ferens actus & cõſilia iniquoꝝ illoꝝ, agebat vt ad meliora mentẽ eorum actusq́; trãsferret: quos cũ videret ſibi nõ acquieſcẽtes, ſed vehemẽter libidine detineri, metuẽs ne ipſum cũ vxoribus & filijs ſuis occiderẽt, diſceſſit à terra illa. [Cũ Deo ambulauit] ſecundũ Dei beneplacitũ cõuerſando, & ei fideliter adhærẽdo, quẽadmodũ præcedẽti capitulo dictũ fuit de Enoch. [Corrupta eſt aũt terra corã Deo.].i. habitatores terræ ꝑ carnalia vitia exteriora infecti ſunt. [& repleta eſt iniquitate.] Hoc eſt, etiã per vitioſos affectus, cogitationesq́; peſſimas intus corrupti ſunt. [Cumq́; vidiſſet Deus terrã eſſe corruptã,] iuxta ſenſum inductũ. [omĩs quippe caro].i. oĩs homo, pauciſſimis dẽptis, loquẽdo de hoĩbus adultæ ætatis, [corruperat viã ſuã ſup terrã,] hoc eſt, ordinẽ legitimæ gñationis, per quã generabilia intrãt in mundũ, & ptingũt ad eſſe ſpecificũ, ſubuertit ꝑ fornicationes, adulteria, & innaturalem modum coeundi, vt tactũ eſt ſuprà, ꝙ mulieres aſſcẽderant viros, & itẽ per vitia cõtra naturã. Poteſt ꝗq; per viã intelligi tota eoꝝ vita, quæ fuit vitijs plena. Eſt aũt cõſuetudo ſcripturæ, per oẽm carnẽ, oẽm hoiem deſignare, iuxta illud in Eſaia: Videbit omĩs caro
Eſai. 40. ſalutare Dei noſtri. Aliqui ꝗq; dicũt, ꝙ hoĩes ex puerſitate fecerunt bruta innaturaliter commiſceri, cõtra id ꝗd in Leuitico dicitur: Iumẽta tua nõ facies cũ alterius gñis iumẽtis coire.
Leui. 19. [dixit] dñs [ad Noe:] per ſubiectã creaturã, ſeu angelũ in humana ſpecie, vt creditur, apparentẽ: [Finis vniuerſæ carnis venit corã me].i. iuſto iudicio inſtat mors cũctis mortalibus propter eoꝝ exceſſus. [Repleta eſt terra iniquitate à facie eoꝝ].i. habitatores terræ propria iniquitate repleti ſunt. Vel ipſa terra dicit vitijs ſuoꝝ habitatoꝝ impleta, quẽadmodũ locus dicit adĩpleri operatiõe & culpa locati. [Et ego diſperdã eos cũ terra.] hoc eſt, tã habitatores terræ, ꝗ ipſam eoꝝ terrã, diuerſimode perdã: hoĩes hincinde fugãdo, terrẽdo, ac ſubmergẽdo, ipſamq́; terrã ſuis fructib⁹ ac ſolita fœcũditate & fructuũ ſuoꝝ virtute priuãdo, ſuperiora etiã terræ loca per aquas diluuij corrũpendo, ſecundũ ꝗd vnũ elemẽtum eſt alterius corruptiuum. Hinc in Scholaſtica hiſtoria fertur, & idem habetur in Gloſſa: Tradunt Doctores, vigorem fœcunditatemq́; terræ lõge inferiorem, ſeu multo minorem poſt diluuiũ eſſe, ꝗ ante: & ideo eſum carniũ hominibus eſſe cõceſſum, cum ante ſolis terræ fructibus ſuſtentarentur. ¶Deniq; Lyra refert, quẽadmodũ Iudæi dicunt, ꝙ terra in ſuperficie ſua per quantitatẽ triũ palmoꝝ fuerit ꝑ aquas diluuij tabefacta, & in aquã cõuerſa. Verũtamẽ iſtud de quantitate triũ palmoꝝ reor incertum, præſertim cum terra non fuerit vbiq; ad talẽ corruptionem æque diſpoſita, nec æque diu aquis operta. Eſt quoq; probabile, ꝙ per ſalſedinẽ aquarũ abyſſi, quæ pro magna parte cauſauerunt diluuium, terra fuerit vitiata. [Fac tibi] hoc eſt, ad præſeruationẽ tuiipſius atq; tuoꝝ à ſubmerſione diluuij. [arcã de lignis leuigatis].i. complanatis, dolatis, & alleuiatis, ſeu bene ſiccatis, vt facili⁹ ſuper aquas leuetur. ¶Porro in Gloſſa dicitur, de lignis leuigatis, videlicet fortioribus & imputribilibus ac bene coarctatis, quæ alia translatio vocat quadrata, vt arca nec vi ventoꝝ, nec inundatione aquaꝝ poſſet diſſolui. Hãc arcã aliqui vocãt nauẽ, ꝗd verũ eſt, quantum ad hoc, ꝙ inſtar nauis ſuper aquas ferebatur, & contẽta in ſe, à ſubmerſione protexit. Veruntamen non habuit formã nauis, ſed erat quadrata, latera tñ ipſius inæqualia erãt. [Mãſiunculas in ea facies].i. diſtincta loca, vt diuerſa reponãtur in eis. [Et bitumine linies eam intrinſecus & extrinſecus.] Hoc fuit, ne arca aqua-

ꝝ impetu læderetur. Dicitur nãq; in Scholaſtica hiſtoria: Bitumẽ eſt glutinũ feruentiſſimũ ac tenaciſſimũ, ꝗ ligna lita, nõ diſſoluunt aliqua vi vel arte.i. nõ niſi difficilime, nec ſine mẽſtruo ſolui poteſt materia bituminata. Auguſtinus quoq; teſtat, ꝙ ligna arcæ cohære- August.
bãt ſibiinuicẽ partim bitumine, per epiroſq́; & clauos atq; teſtudines. [Et ſic faciẽs eã: Trecentoꝝ cubitoꝝ erit lõgitudo arcæ, quinquaginta cubitoꝝ] erit [latitudo] ipſius, [& triginta cubitoꝝ altitudo illius] De qualibus cubitis iſtud dicat, infrà tractabit. [Feneſtrã in arca facies] Iſta feneſtra ſtetit altius ipſo oſtio arcæ. Atq; vt Scholaſtica ait hiſtoria, Hebræi dicũt Euſebi⁹.
eã fuiſſe cryſtallinã, ꝗ copioſe lumẽ ſolis reciperet, & aquas repelleret. Sed tñ aquæ vſq; ad eã aſſcẽderant, ꝗd nõ videt, niſi forſan ex vehemẽtia impulſionis interdũ. & vocat in Hebræo meridiana, à Symmacho aũt diluculũ. Lyra dicit, ꝙ Hebræi dicãt, Lucernã facies in ea, quã lucernã aliqui putãt fuiſſe lapidẽ precioſum ac ſplendidũ, arcã ſuo lumine illuſtrantem, vt facit carbũculus, ſed primũ melius ſonat. Aliqui quoq; opinant, ꝙ feneſtra ponitur hic pluraliter, pro feneſtris: qm̃ dicunt, tantũ ædificium nõ potuiſſe per vnã feneſtrã ſatis illuminari. [& in cubito cõſummabis ſummitatẽ eius.] Fuit nanq; hæc arca in fundamẽto quadrata, atq; in forma lõgiori altera parte ab angulis in altũ cõſcendens, quouſq; tectũ incepit ſe angulariter ſtringere, donec ſummitas eius in cubito cõplebatur, ita ꝙ latera tecta ſuperiora nõ diſtabãt ab inuicem, niſi per cubitũ: ſicq́; per ſpatiũ cubitale fuit arca ſuperius plana, quatenus pluuia ſup tectũ deſcendẽs, deflueret facilius extra arcã, ipſaq́; firmius ſtaret inter vndarũ impulſus. [Oſtiũ aũt arcæ pones *in latere deorſum.] Oſtiũ iſtud factũ eſt in latere arcæ, *ex
in ea parte, in qua iungebant manſio animaliũ & apotheca, ſeu victualiũ locus, ita ꝙ fuit in hoꝝ cõfinio & ſupra duas cameras inferiores, vt infrà plenius exponetur. Ideo dicit Stra- Strabus.
bus, ꝙ oſtium fuit inter apothecariã & animaliũ habitationẽ. [Cœnacula & triſtega facies Beda.
in ea] Secundũ Bedã, ϛέγη Græce, Latine dicitur tectum. Inde triſtega dicunt triplicia tecta, i. interſtitia ſeu operimenta. Vnde LXX. tranſtulerunt, bicamerata & tricamerata facies in ea, hoc eſt, locũ habentẽ cameras duas inter ſe diſtinctas, & aliũ locũ habentẽ tres cameras. ¶Circa quod ſcribit Strabus: Bicamerata facies in inferioribus, & tricamerata in ſuperioribus. Quinq; eñ manſiones diſtinctæ fuerunt in arca. Infima fuit ſtercoraria, ad quam ſtercora deſluebãt, ne exiſtentes in arca, læderentur fœtore. Secũda, apothecaria. Tertia, immitiũ animaliũ & ſerpentũ. Quarta, animaliũ mãſuetorũ. Quinta, hominũ & animalium. Veruntñ diuerſi diuerſimode diſponũt has manſiones. Nam aliqui dicunt, ꝙ vna fuit directe ſuper aliã, ſecundũ totã longitudinẽ ac latitudinẽ arcæ, abſq; hoc ꝙ aliqua eaꝝ eſſet diuiſa ſeu diſtincta in duas aut tres cameras: & dicunt ꝙ infima, fuit ſentina ſeu ſtercoraria: ſecunda, apothecaria: tertia, habitatio animaliũ immitiũ: quarta, mitiũ: quinta, hoĩm & auiũ. Porro alij dicunt, ꝙ in arca erãt aſſcendendo tres mãſiones, vna ſup aliam ſita, ita ꝙ infima fuit (vt dictũ eſt) ſtercoraria ſeu ſentina, ad quã fæces deſluebãt, quã dicũt non fuiſſe interclusam, ſeu in aliquas mãſiones diuiſam. Secũda fuit apotheca, quã dicũt fuiſſe in cameras duas diſtinctã, ita ꝙ in vna camera erãt fructus quib⁹ quædã bruta veſcũtur, in alia herbæ quibus veſcũtur cæteræ beſtiæ. Tertia fuit tricamerata, ſeu tres cameras habẽs collaterales, quarum duæ extremæ erant pro beſtijs, vna pro mitibus, alia pro immitibus, media pro auibus atq; Euſebi⁹.
hoĩbus. Inſup in Scholaſtica hiſtoria dicitur: Arca habuit cameras quinq;, quas Auguſtinus Auguſt.
etiã præter ſentinã dicit ibi fuiſſe, aſſerẽs ſup tabulatũ ſentinæ eã fuiſſe bicameratã ꝑ longũ. Vna camerarũ erat ſtercoraria, alia apothecaria, & ſup hãc mãſionem fuit alia manſio tricamerata ꝑ longũ, ita ꝙ * laterales cameræ erat vna immitiũ animaliũ, alia mãſuetoꝝ, media hoĩm & auiũ. Alij has cameras in altitudine ſola diſponũt, inferiorẽ & ſentinã vocãtes ſtercorariã: ſecundã ſuper illã, apothecariã: tertiã, immitiũ: quartã, mitium animaliũ: quintam,
hoĩm & auiũ. Ioſephus tñ ait, arcã quatuor cameras habuiſſe, quia ſtercorariã ſeu ſentinã Ioſeph⁹
forſitan nõ includit nec cõputat. Hæc ibi. Itaq; cœnacula poſſunt referri ad bicamerata, tri- lib. 1. antiq. Iud.
ſtega ad tricamerata. Præterea præinductũ textũ quidã ſic pũctuat: [Oſtiũ aũt arcæ pones in cap. 7.
latere:] dicẽs ꝙ ibi ſit punctus ſecundũ Hebræos, ita ꝙ verbũ iſtud, deorſum, refertur ad textũ ſequentẽ, q̃a (vt dicũt) oſtiũ arcæ nõ poterat cõuenienter poni in inferiori parte, qm̃ arca fuit multũ profundata in aqua, & expoſitores catholici dicũt oſtiũ illud fuiſſe in cõfinio habitatiõis aĩalium & apothecæ. Sed iſtud nõ videt valere, & punctatio catholicoꝝ ꝓbatur aptior eſſe. Nã & expoſitores catholici, q dicũt oſtiũ fuiſſe in latere arcæ in pfato cõfinio, textũ ſic punctuãt: [Oſtiũ aũt arcæ pones in latere deorſum.] Ex hoc eñ ꝙ fuit deorſum, non ſequit ꝙ fuit in infima parte, ſed ꝙ fuit infra habitationẽ oĩm aĩaliũ & hoĩm ac auiũ. Quòd ſi Hebræi & eos ſequẽtes, intelligunt per deorſum, infimã partẽ, nõ poſſunt hoc verbum, deorſum, referre ad literã ſequentẽ, quia dicitur: [Cœnacula & triſtega facies in ea:] quia triſtega fuerunt ſurſum & ſupra oſtiũ, ſicut iam patuit. [Ecce ego adducã aquas diluuij ſup terram, & interficiã omnẽ carnẽ in qua ſpiritus vitæ eſt].i. omẽ animatũ ſenſitiuum habẽs ſpiritum ſeu animã vitalẽ, ſiue rationalẽ ſiue irrationalẽ. [Et vniuerſa quæ in terra ſunt, cõſumentur,] id eſt,

id eſt,oĩa viuẽtia in terra,occidẽtur,dẽptis his quæ in arca ducentur. Piſces aũt morãtur in
aquis, nec ,pprie habẽt carnẽ,q̃uis dicat Apoſtolus, Alia caro piſciũ, large accipiẽs nomen
1. Co.15. carnis.[Ponã'q; fœdus meũ tecũ].i. pactũ amicitiæ ſpecialis tecũ inibo & demõſtrabo in te,
vtpote ꝙ te & eos qui tecum arcã intrabunt,præſeruabo ab imminẽti periculo ex aquaꝝ di
luuio, & ꝙ per te reparaturus ſum ſeculũ. Ideo ait Gloſſa:[Ponã fœdus meũ tecũ,] de te &
familia tua cõſeruanda ad humani generis reparationẽ.Infrà aũt legiť dñs aliud fœdus pepi
giſſe cũ Noe.[Et ex cunctis animãtibus vniuerſæ carnis bina].i.cõbinata ſeu duo,[induces
in arcã,vt viuãt tecũ]in arca,[maſculini ſexus & fœminini,]hoc eſt,vnũ maſculũ & vnã fœ-
mellã.Qualiter factũ ſit iſtud, videlicet qualiter animalia iſta ad arcã venerũt, & de quibus
animalib⁹ iſtud intelligať,infrà diligẽtius exponeť.Sed q̃d eſt q̊d dñs nũc legitur prçcepiſſe,
vt Noe tolleret ſecũ de cũctis animaliũ ſpeciebus duo, cũ ſequẽti capitulo Deus legať iuſſiſſe
vt Noe tolleret ex oĩbus aĩalibus mundis ſeptena & ſeptena,maſculũ & fœminã,de aĩalibus
vero immũdis duo & duo, ſed & de volatilibus cæli ſeptena & ſeptena? Et reſpondendũ ꝙ
iſta cõmiſſio legiť facta ipſi Noe à Deo,anteq̃ cœpit arcã ædificare,& tũc facta eſt ei in gene
rali & indiſtincte: poſtmodũ vero arca iam ꝑparata, facta eſt ei iuſſio illa ſecũda, in qua in
ſpeciali atq; diſtincte Deus expreſſit,q̊d ante in cõmuni & cõfuſe mãdauit.Numerus autem
minor nõ excludit maiorẽ.¶Si aũt obijciať,neceſſariũ aut ſtatim cõgruũ extitiſſe,vt ante fa-
bricationem arcç dñs exprimeret oĩa illa diſtincte, quatenus iuxta hoc faceret mãſiones
arcæ maiores ſiue minores: Dicendũ ꝙ dñs ante hãc iuſſionẽ ſatis expoſuit ſancto Noe ma-
gnitudinẽ arcæ fiendæ.Poteſt q̊q; reſpõderi, ꝙ ante fabricationẽ dñs forſan inſinuauit Noe
iſtud prçceptũ diſticte,ſicut & poſtea: Moſes tñ nõ curauit hoc in iſto capitulo plene expri
mere,quia in ſequẽti capitulo fuit hoc diſtincte expreſſurus ac plene,,ppter q̊d ſatis reputa-
uit nũc dicere in cõmuni.Bina induces in arcã[de volucrib⁹ iuxta genus ſuũ]hoc eſt,de qua-
libet ſpecie ſpecialiſſima auiũ duo.[& de iumẽtis in genere ſuo] .i.de qualibet tali ſpecie iu-
mentoꝝ duo.Iumẽta aũt ,pprie appellanť animalia domita atq; domeſtica,hoĩbus accõmo
da,quæ dicũtur iumẽta quaſi iuuamẽta,vt ſuprà inductũ eſt. Nunc tamẽ per iumẽta intelli-
gi poſſunt bruta in generali,de q̃bus nũc ſit hic mẽtio ſpecialis.[& ex omni reptili terræ].i.
ex qualibet reptiliũ terreſtriũ ſpecie,[ſecundũ genus ſuũ].i.ſecundũ ſuã naturã.Sumitur eñ
hic genus pro ſpecie.[bina de omnibus]iam ꝑfatis,vtpote duo de ſingulis ſpeciebus, [ingre
dienť tecũ]in arcã[vt poſſint viuere.Tolles igitur tecũ ex oĩibus eſcis quç mãdi poſſunt].i.
aliqua accipies de oĩbus rebus aptis eſui hoĩm ac brutoꝝ. Vtrũ vero intelligẽdũ ſit hoc etiã
de animalibus illis,q̃bus hoĩes & quædã bruta naturaliter nutriũtur,infrà diſcutieť.[Et com
portabis apud te].i.in apotheca arcç repones, adiuuãtibus te filijs tuis ac cæteris tuis dome-
ſticis,quãtũ oportet.[Et erũt tã tibi q̃ illis in * eſcã].i. tuipſe cũ domeſticis tuis tecũ ingreſſu
* cibum ris,& irrationalia aĩalia in arca nutriemini comeſtibilib⁹ illis.Vnũquodq; indiuiduũ ſecun
dum congruentiam & diſpoſitionem ſuæ naturæ,ſeu ſinguli ſingulis cibis ſibi competenti-
bus nutrientur. Erant autem comeſtibilia iſta valde multa, quia per integrum annum fue-
runt in arca ipſe Noe cum ſuis ac bruta.[Fecit igitur oĩa quæ præceperat illi Deus.Nõ ꝙ
per ſe ſolum exequutus ſit omnia,ſed per adiutoria opportuna.

¶De obiectionibus infidelium contra prædicta,& de quæſtionibus concernen-
tibus præſens capitulũ,ac ſolutionibus earundẽ.De figura quoq; ſeu for-
ma & quantitate diſpoſitione'q; arcæ. Art. XXXIIII.

Origen. QVemadmodũ ſuꝑ Geneſim in homilia de arca Noe recitat Origenes, quidã, ꝑſertim
Apelles hæreticus,diſcipulus Marcionis hæreſiarchæ,q̃ Apelles fuit inuentor alterius
hæreſis,vltra eã quã didicit à ſuo magiſtro,cũ quo intẽdebat probare,ſcripturã vete-
ris teſtamẽti nõ eſſe à Deo.Hic ergo Apelles dixit,nullo modo fieri potuiſſe,vt tã breue ſpa-
tiũ arcæ cõtineret tot animaliũ genera, eorũ'q; cibos q̃ illis ꝑ totũ annũ ſufficerẽt, immo non
poterat cõtinere ſaltẽ quatuor elephãtes, cũ tñ dicãtur in arca fuiſſe ex immundis animali-
bus bina & bina,hoc eſt,duo maſculi,duæ'q; fœminæ, ſecundũ q̊d indicat ſermo repetitus.
Ex mũdis vero ſeptena & ſeptena.i.paria ſeptena, videlicet quatuordecim talia. Et poſtea
quaſi ꝑ ſingulas ſpecies ſic refragatur Apelles, puta de gryphis. Ex quibus cõcludit, Cõſtat
Auguſt. ergo fictã eſſe hanc fabulã. Quod ſi eſt, cõſtat hanc à Deo nõ eſſe ſcripturã. Inſuper Auguſti
nus tãgit alias quorundã obiectiones.Quidã eñ dixerunt Moſen nõ deſcripſiſſe rẽ geſtam
hoc loco,ſed ea q̃ ſcribit de arca,eſſe intelligẽda duntaxat ſpiritualiter & figuratiue.Ad q̊d
aliqua induxerunt motiua.Primo,q̃a nõ potuit tã magnũ eſſe diluuiũ,q̊d altiſſimis mõtibus
altius eſſet quindecim cubitis, propter altitudinẽ mõtis Olympi,ad cuius verticẽ nequeunt
nubes aſcẽdere,nec eſt in vertice iſto aer hic craſſior,in quo nebulæ,venti ac nubes gignun
tur.Secũdo,quia vt eis apparet,nõ poterat tãtæ magnitudinis arca cõpingi. Tertio, q̃a cum
Deus omnipotẽs oĩa poſſit ſolo imperio reparare, non videtur ad literã ꝙ iuſſit animalia
reſeruari ,ppter deſtructoꝝ reparationẽ. ¶Ad iſta obiecta reſpõderũt viri catholici, atq; ad
primum

primum acceperũt reſpõſionem ex Origene, q̃ ait: Quæ à prudẽtioribus viris & Hebraica-
rũ traditionũ gnaris,atq; à veteribus magiſtris didicimus,ad auditoꝝ notitiã deferem⁹. Di Exo.13.
xerũt ergo maiores,ꝙ Moſes, q̃(teſte ſcriptura)doct⁹ erat oĩ ſapiẽtia Aegyptioꝝ,poſuit in
hoc loco numeꝝ cubitoꝝ ſecundũ geometricã artẽ,qua ꝑcipue callẽt Aegyptij. Vn⁹ aũt cu
bitus apud geometras,cõtinet ſex cubitos noſtros. Hanc Origenis reſpõſionẽ Auguſtinus al Auguſt.
legat & approbat, quã etiã tãgit Hugo de ſancto Victore in libro ſuo de arca Noe. Sic itaq;
quantitatẽ cubitoꝝ accipiẽdo,arca tãtæ fuit extenſionis, ꝙ capere poterat oĩa quæ in textu Hugo.
ſcribunť fuiſſe in ea.¶Ad ſecundũ reſpõdet Auguſtinus,admirando cæcitatẽ adducentiũ il-
lud obiectũ.Si eñ terra q̃ eſt grauior aqua, potuit tã alte aſcendere in mõte Olympo,cuius
ſuprema pars terra eſt,& tã diu in tanta eleuatiõe ꝑſiſtere, cur aqua nõ potuit ad tẽpus breue
oĩ mõte aſcendere altius ꝑ quindecim cubitos? ¶Ad tertiũ q̊q; reſpõdet:Illud q̊d diſputant
tãtæ magnitudinis arcã nõ potuiſſe cõpingi, ineptiſſime calumnianť, cũ ſciãt maximas vr-
bes eſſe cõſtructas, nec attendũt cẽtum annos q̃bus arca illa eſt fabricata,niſi forte lapis lapi
di cohærere poteſt ſola calce cõiunctus,vt murus ꝑ tot milliaria circũducať,& lignũ ligno ꝑ
teſtudines,epiros,clauos,glutẽ bituminis adhçrere nõ valet,vt fabriceť arca lõge late'q; por
recta,nõ curuis,ſed lineis rectis,quã human⁹ conatus nõ miſit in mare,ſed veniẽs vnda leua-
uit,magis'q; diuina ,puidẽtia q̃ humana prudẽtia gubernauit? ¶Ad quartũ reſpõdet,ꝙ pro-
pter deſignãdũ myſteriũ Deus iuſſit aĩalia reſeruari in arca, ſicut in ſequẽti articulo in ſpũa
li huius capituli expoſitiõe patebit. ¶Præterea Auguſtinus: Quæriť,inq̃t,vtrũ tã magna ar-
ca poterat fabricari infra centũ annos à quatuor viris, videlicet Noe & tribus filijs eius: ꝙ ſi
nõ poterat,nõ erat magnũ adhibere & alios fabros,q̃uis accepta laboris ſui mercede,nõ cura
uerint vtrũ Noe ſapiẽter an ĩaniter ageret, nec eã ingreſſi ſunt,q̃a nõ crediderũt q̊d credidit
ille. At vero de forma ſeu figura arcç Origenes ſic ait:Primo q̃riť,qualem oporteat intelligi
formã arcæ.Quã ego,inq̃t,q̃tum dať intelligi ex ſcriptura,puto cõſurgentẽ quatuor angulis
ex imo,eiſdem'q; angulis paulatim vſq; ad ſummũ cõtractis in anguſtũ,ipſam arcã in ſpati-
um vnius cubiti fuiſſe collectã.Sic eñ referť, ꝙ in fundamẽto eius trecẽti cubiti erãt in lon
gitudine,quinquaginta in latitudine,in altitudine vero triginta. Sic'q; collecta eſt in angu-
ſtũ cacumẽ,ita vt cubitus ſit lõgitudo & latitudo ipſius. Et paulopoſt addit Origenes:Quã- Origen.
tum ad neceſſitatẽ pluuiaꝝ atq; diluuij ſpectat, nulla poterat tã conueniens & congrua for-
ma arcæ dari, q̃ vt e ſummo velut ex tecto q̊dam in anguſtũ culmen educto diffunderet im-
brẽ cadentẽ,& per ima in aquis quadrata ſtabilitate conſiſtens,nec impulſu ventoꝝ,nec im
petu fluctuum,nec inquietudine aĩalium, quæ intrinſecus erãt, inclinari poſſet aut mergi.
His cõſonare videtur q̊d ait Alcuinus,& habetur in Gloſſa: Congrue arca in ſummo, velut Alcuin⁹
tecto q̊dam anguſto,cacuminata eſt,vt imbriũ ruinas diffunderet. Veruntñ Hugo de ſancto Hugo.
Victore in libro de arca Noe, verbis Origenis ſic obijcit:Sententię Origenis plura refraga-
ri videnť.Primo,q̃a hæc forma quam aſſignat,non videtur ad natandũ eſſe idonea.Conſtat
nanq; arcã tam magnã,tot aĩalibus cibarijs'q; onuſtam,nõ potuiſſe ſupernatare,venientibus
aquis,quin pro magna parte ſui premeretur deorſum in aquis,vt docet experientia in naui
bus onera magna geſtantibus. Si ergo arca ſtatim ab imo contrahi cœpit, ita vt latera eius
hincinde ſe inclinãtia nõ repellerent,ſed reciperẽt fluctus intumeſcẽtes,& non tã aqua arcã,
q̃ arca aquã portaret,q̊modo fieri poterat, vt nõ tota ſtatim ad ima deſcẽderet? Rurſum cũ
dñs dicit, Pones oſtium in latere deorſum, per latus deorſum, videť ſignificare parietẽ late-
ralẽ,ad differentiam lateris q̊d ſurſum erat in tecto,in quo fortaſſis feneſtra poſita erat:& cũ
iterum infrà diciť, Aperuit Noe tectũ arcæ, ſatis cõſequenter innuit, ipſam arcam deorſum
habuiſſe parietes, quibus ſuppoſitum fuit tectum, quod erat cõtiguum ſupremæ mãſioni in Gene. 8.
qua homines erant.Propter has & huiuſmodi alias cauſas,videtur nobis ꝙ in arca parietes
erant erecti in quatuor partibus, in quibus tectum ſuppoſitũ in cacumine ſuo contrahebať
ad cubiti vnius menſurã.Hæc Hugo. Qui iteꝝ ait:In parietibus huius arcæ foris facti erant
nidi ſiue manſiunculæ quaſi affixi ad ipſos parietes, quorũ nidoꝝ aditus ſeu introitus pate-
bat extrinſecus,ipſo pariete intus integro permanente,erant'q; facti hi nidi pro beſtijs,quç
nec ſemper in aqua,nec ſemꝑ in arida degere poſſunt,vt ſunt luter,vituli q̊q; marini.¶Præ-
terea Hugo ſcribit de iſta materia alia quædam,quæ vel ſtare non poſſunt, vel ego nõ intelli
go ea,q̊d facilius concedi poteſt.Etenĩ ait:Cuius altitudinis fuerint parietes arcæ,non dicit
authoritas:ſed quantũ conijcimus,altitudo parietum vſq; ad fundũ quartæ manſionis excẽ-
debatur.Quomodo veꝝ eſt hoc? Si verum eſt q̊d ſuperius dixit,tectũ fuiſſe ſupremæ manſio
ni contiguũ,parietes nanq; extendebãtur vſq; ad tectum,ergo altitudo parietum pertinge-
bat vſq; ad quintam manſionem.Iterũ ait:Si quæratur, an æqualis fuit altitudo ſingularum
manſionum an nõ,nos ex authoritate probare non poſſumus. Interim vero quod authorita
ti non extat contrariũ,poſtulamus nobis concedi. Volumus enim ſic diſtinguere,vt primç
manſioni demus in altitudine quatuor cubitos,ſecũdç quinq;,tertię ſex,quartç ſeptem,quin
i tæ &

tæ & ſupremę octo.Et ſic altitudo parietum habuit quindecim cubitos,& totidẽ altitudo te
cti.Iſtud nõ videt, quia ſecundũ hoc quarta & quinta manſiones fuiſſent ſub tecto.Secundũ
expoſitores autem oẽs manſiones erãt infra tectum,prout in figuris arcæ,quæ ſecundum du
plicem expoſitionem dupliciter pingitur,deſcribitur. Deniq; ſi tectum fuiſſet tantæ altitu-
dinis ſicut parietes,capacitas ſeu ſpatium intra arcam,fuiſſet per hoc multũ minoratũ. Rur
ſus præhabitum eſt,ꝙ ſecundum expoſitionẽ,quæ textui & præſertim Septuaginta tranſla-
tioni conſonãtior eſt,manſio tertia,quarta & quinta,fuerunt æque altæ,quoniam locus in q̃
erant ſituatæ,fuit tricameratus per tranſuerſum.Præterea his quæ Hugo dixit de nidis,con-
ſonat q̃d ait Gloſſa,q̃ in aqua & terra cõmuniter viuunt,ſicut lutri, vituliq; marini,extra ar
cam habebant loculos ꝑparatos,in qbus recipi poterant velut in arida.De auibus quoq; ma
rinis & fluuialibus idem dicendũ eſt.Hæc Gloſſa,quæ & Auguſtino aſcribitur.¶Ampli' cir
Gloſſa. ca iſtud,[trecentoꝝ cubitorum erat longitudo arcæ,] ſcribit Lyra: Aliqui dicunt ꝙ cubiti
Auguſt. iſti fuerunt geometrici.Sed tũc occurrit dubium, qualiter ædificium tantæ magnitudinis fie
ri poterat.Hebræi aũt dicunt, ꝙ erant cubiti vſuales. Sed dubiũ tunc occurrit,quomodo tot
Auguſt. animalia & cibaria poterant cõtineri in arca.Iſtud tamen dubiũ videtur mihi minus q̃ pri-
mum.Hæc Lyra. Sed ſicut ex verbis Auguſtini iam patuit, minor eſt difficultas dubij illius
Euſebi⁹. prioris. Sciendum quoq; ꝙ aliqui dicũt arcam habuiſſe triginta cubitos in altitudine infra
tectum ſeu præter altitudinem tecti.Vnde in Scholaſtica hiſtoria dicitur,ꝙ arca dicitur ha-
buiſſe triginta cubitos in altitudine,intelligẽdum eſt in corpore eius.i.à fundo vſq; ad tabu-
latum.Impoſſibile em̃ eſſet, operturam eius non plus aſcendiſſe, & ligna triginta cubitoꝝ
tantã lõgitudinẽ ac latitudinem operire. Veruntñ verbum hoc ſatis obſcuꝝ videtur. ¶Cir
ca præhabita q̃ritur primo, cur ſcriptura iſta nil dicat de loco ad quem ſupfluitates anima-
lium deſcenderũt. Secundo, an aĩalia quibus naturale eſt carnibus veſci, veſcebantur eis in
arca.Tertio,an aĩalia commiſcebantur in arca.Quarto,an abſolute de vniuerſis animalium
ſpeciebus fuerint ibi indiuidua aliqua.Quinto de potu animaliũ,qñ fuerunt in arca,& quis
ꝓpoſuit eis quotidie neceſſaria vitæ. Sexto,qualiter deuenerunt ad Noe, & q̃modo ingreſ-
Origen. ſa ſunt arcam.¶Ad primum hoꝝ Origenes reſpõdet:Opportune ſiluit ſcriptura de loco ad
ſimũ aĩalium reſeruato,quia de hoc ſufficienter docuit ipſius conſequentiæ ratio.i. ex his q̃
de aĩalium manſionibus cibarijſq; ſcribuntur, ſatis cõſequẽs fuit ac euidens,ꝙ inferius fuit
huiuſmodi locus.Et qa ad ſpũalem intelligentiã min⁹ digne poterat coaptari, merito ergo
ſcriptura ſiluit inde:quia hoc ipſum,ꝙ ſcilicet ſiluit inde, rationes ſuas magis adaptat intel-
Origen. lectibus allegoricis.¶Ad ſecundũ q̃q; Origenes ſic ait: Neceſſarium videbatur, vt his beſtijs,
quibus natura dedit carnibus veſci,introducta ſint extrinſecus animalia,quoꝝ veſcẽtes car-
nibus, conſeruare vitã valeant gratia reparandæ poſteritatis. Alijs vero alia ſeruarentur ali-
Auguſt. menta,quæ naturalis vſus depoſcit.Porro Auguſtinus de hoc aliter ſentit,dicẽdo: Solet q̃ſ-
dam mouere quæſtio de generibus eſcaꝝ,quæ ibi habere poterant animalia,quæ nõ niſi car
nibus veſci putantur:vtrũ aĩalia quibus veſcerẽtur,erant ibi vltra numeꝝ in ſcriptura taxa-
tum ſine trãſgreſſione ꝓcepti,an q̃d magis credendũ eſt, potuerũt ibi eſſe præter carnes ali-
qua alia alimenta,quæ oĩbus cõmunia exiſtant. Nouimus em̃ q̃ multa animalia,quibus ca-
ro cibus eſt,quæ pomis frugibuſq; veſcũtur, & maxime fico atq; caſtaneis. Quid ergo mirꝝ,
ſi Noe vir iuſtus & ſapiẽs,cuiq; aĩalium generi aptã alimoniã ſine carnibus præparauit atq;
recondidit? Quid eſt aũt quo veſci non cogeret fames? Aut quid non ſuaue ac ſalubre face-
re poſſet Deus? Qui etiã dediſſet illis faciliter viuere ſine cibis,niſi cõueniret impletioni figu-
ræ tanti myſterij,vt paſcerent? Hæc Auguſtinus. Et iſtud verius reor. Quæ em̃ in arca erãt,
Gloſſa. fuerũt(vt apparet)aſſecurata à morte q̃ diu manebant in ea.Hinc Gloſſa, itemq; Scholaſti-
Euſebi⁹. ca hiſtoria iſtud ſequũtur. ¶Ad tertiũ Andreas expoſitor & alij quidã dicunt,ꝙ bruta proli
ficabant in arca. Alij dicunt, ꝙ propter generalẽ mundi afflictionẽ & deſolationem nõ fuit
tunc tẽpus voluptuoſæ cõmixtionis,quoniam dominus de ingreſſu in arcam loquens,ſeor-
ſum nominauit viros,ſeorſumq; fœminas, quemadmodũ in exordio ſequẽtis capituli in-
noteſcit.Quaſi diceret: Tempore tribulatiõis ab amplexibus eſt ceſſandum, prout in Scho-
Ionę.3. laſtica habet hiſtoria.Ad q̃d allegari poteſt,ꝙ imminente ſubuerſione Niniuæ, rex & prin-
cipes Niniuæ ꝓceperũt vt homines & iumẽta, boues & pecora non guſtent quicq̃ nec paſcã-
Auguſt. tur,& aquam nõ bibant. ¶Ad quartũ Auguſtinus reſpondet: Quod autem ſcrupuloſiſſime
quæri ſolet de minutiſſimis beſtiolis, nõ ſolũ quales ſunt mures & ſtelliones,verumetiã qua-
les ſunt locuſtæ,ſcarabæi,muſcæ ac pulices,an nõ fuerũt in numero maiori in arca q̃ in textu
taxatur. Sic admonẽdi ſunt qui hoc quærunt, ſic intelligendũ eſſe quod dominus ait,[quæ
repunt ſuper terrã,]vt neceſſe non fuerit conſeruari in arca,quę in aquis viuere queunt, non
ſolũ merſa vt piſces,verumetiã ſupernatantia,ſicuti multæ aues.Deinde cũ ait, [Maſculus &
fœmina,]pfecto intelligitur ꝙ ad reparandam ſpeciem dicit hoc,: ac per hoc non fuiſſe ne-
ceſſe,vt ibi eſſent ea quæ poſſunt ſine cõcubitu de materijs aut reꝝ corruptiõibus naſci. Aut
ſi in

ſi in arca fuerunt,ſicut in domibus eſſe ſolẽt,potuerunt ibi eſſe abſq; omni numero diffinito
ac certo.Aut ſi ſacratiſſimum myſteriũ, q̃d agebatur tantæ rei figura & etiam facti veritate,
aliter non poſſet impleri, niſi omnia ibi eſſent numero certo in textu expreſſa, quæ in aqua
viuere nequeunt,nõ fuit hoc cura ipſius Noe,filiorumq; eius,ſed Dei. Non ergo fuerũt in ar
ca quæ ſexu carent. Quædã vero de qbuslibet rebus ſine concubitu ita naſcuntur,vt poſtea
concumbant ac generent,ſicut muſcæ.In alijs nil maris & fœminæ eſt,ſicut in apib⁹.Alia ſic
habẽt ſexũ,vt non habeant fœtũ,vt muli & mulæ,de quibus mirꝝ eſt ſi fuerint in arca,quę ta
mẽ fuerũt in arca,ſi hoc ad myſteriũ pertinebat.Nam maſculũ habẽt & fœminã.¶Ad quin-
tum dicendũ, ꝙ nomine cibi intelligitur ſanctus Noe tã ſibi ac ſuis, q̃ irrationalib⁹ ꝓuidiſſe
de neceſſario potu. Qualiter aũt brutis miniſtrabant neceſſaria victui,determinate expone
re reor difficile. Quomodo em̃ octo hoĩes q erant in arca, potuerunt tot brutis antep onere
alimẽta? Si aũt ſupernaturale auxiliũ neceſſariũ fuit,nõ defuit. ¶Ad ſextũ Auguſtinus reſpõ
det,ꝙ non hoĩs actu,ſed Dei nutu,oĩa irrationalia illa, etiã aues, venerũt ad Noe,& ingreſ-
ſa ſunt arcã ſponte:q̃d angelico obſequio creditur factũ,quemadmodũ in exordio adducta Idem.
ſunt ad Adam in paradiſo,vt videret quid vocaret ea.

¶Expoſitio ſpiritualis eiuſdem capituli. Art. XXXV.

Concorditer dicunt doctores, ꝙ ꝑ Noe dominus Ieſus Chriſtus ſignetur. Nec ſolum ꝑ
Noe intelligitur Chriſtus ſecundũ q̃d homo,ſed etiam vt eſt Deus. Quemadmodũ em̃
totius humani generis poſt diluuiũ exiſtẽtis,Noe extat principium,ſic Chriſtus ſecun-
dum quod Deus,eſt cauſale principiũ vniuerſorum quæ ſunt & viuunt ſub ſole. Præterea per
ætatem ſexcentoꝝ annorum,recte ſignificatur æternitas Chriſti,propter numeri perfectio-
nem. Quemadmodum ergo Noe cum eſſet quingẽtorum annoꝝ, genuit Sem,Cham & Ia
phet,ſic Chriſtus in ſua æternitate conſiſtens, condidit tria hominum genera in hoc mũdo,
videlicet gentilem, qui fuit ſub lege naturæ:Hebraicum, qui fuit ſub lege ſcripta: Chriſtia-
num, qui eſt ſub lege gratiæ. [Cumq; cœpiſſent homines multiplicari ſuper terrã,] hoc eſt,
vltra modum & ſolitum plurimi eſſent, quod videtur fuiſſe ſub monarchia Romanorũ, qñ
inaudita pax fuit in terra, prælijſq; ceſſantibus, homines quaſi arena ſunt multiplicati. [Vi-
dentes filij Dei filias hominum ꝙ eſſent pulchræ,acceperunt vxores ſibi ex omnibus quas ele
gerant.]Illis quippe temporibus temporali proſperitate vndiq; arridente,etiam illi qui fue-
runt boni in lege naturali aut ſcripta,carnales effecti ſunt.i.laſciuis curioſiſq; iuncti ſunt fœ
minis, propter quod ſpiritusſanctus receſſit ab eis.Ex illoꝝ quoq; connubio geniti ſunt gi-
gantes.i.hoĩes animoſi,ambitioſi,& magni ac præpotentes in oculis ſuis,aut etiam in exte-
rioribus rebus:quoꝝ omnium prauitatẽ indeſinentẽ, atq; ad oĩa ſcelera pronitatem conſi-
derans dominus,quaſi pœnitẽs ꝙ illos feciſſet,[Delebo,inquit, hominẽ].i.iſtos æterna mor
te damnabo,[vſq; ad animantia,]hoc eſt,homines rurales,brutales,indomitos,ſimul cum il
lis damnationi adijciam.[Noe vero inuenit gratiam coram dño].i.Chriſtus acceptiſſm⁹ fu
it patri æterno, immo Chriſtus ſecundũ naturam humanam plus placuit & charior fuit ſu-
perbeatiſſimæ trinitati,q̃ cæterorum vniuerſitas electoꝝ.[Et genuit tres filios,]Per iſtos tres
filios,quos genuit Chriſt⁹ adhuc inter homines cõuerſans in terris, intelligi poſſunt tres or
dines hoĩm quos conuertit, videlicet ordo apoſtoloꝝ, chorus ſeptuagintaduoꝝ diſcipulo-
rum,& reliquorum in eũ credentium multitudo. [Cumq; vidiſſet Deus terrã eſſe corruptã,
oĩs quippe caro corruperat viam ſuã ſuper terrã.] Tunc em̃ vitia carnalia ac ſpiritalia,præ-
ſertim idololatria,vehementiſſime inualuerãt,immo & ſcelera contra naturã in multis.[di
xit ad Noe].i.ad Chr̃m:[Finis vniuerſæ carnis venit coram me].i.reproboꝝ carnalium ho-
rum iniqtates nõ ferã diutius, ſed[diſperdam eos cũ terra.]hoc eſt,cũ operibus ſuis carnali-
bus ac terrenis,ſecũdum q̃d Deus in veteri teſtamẽto per prophetas prædixit de populo Iu- Hier.21.
dæoꝝ,alijſq; diuerſis linguis ac gentibus.Vnde Hieremias ait Iudæis:Non poterat vos domi
nus vltrà ſuſtinere propter malitiã ſtudioꝝ veſtroꝝ.Nempe vt in libro de doctrina Chriſtia Auguſt.
na loquit Auguſtinus, Deus à quolibet peccatore dignatur certũ aliquod põdus ſeu certam
menſuram exceſſuũ tolerare:qua mẽſura impleta,nõ ſuffert diutius. Propter q̃d infrà teſta-
tur: Nõdũ impletæ ſunt iniqtates Amorrhæorũ. [Fac tibi arcã de lignis leuigatis].i.electos Gen. 18.
à me & vaſa miſericordiæ,cõuerte per te ac tuos diſcipulos, atq; ex eis eccleſiam cõſtrue,ex-
tra quam nullus ſaluetur,ne totũ hoĩm genus damnetur.Hinc de Chriſto Zacharias prædi- Zach. 6.
xit:Ecce vir oriẽs nomẽ eius, & ædificabit templũ dño. De qua eccleſia Chriſt⁹ fatetur:Erit
vnus paſtor & vnũ ouile.Itẽq;:Nemo venit ad patrẽ niſi per me. Hanc arcam Chriſtus ædifi Ioan.10.
cauit,cõiungẽdo electos per fidem & charitatem,ſicq; efficiendo ex eis vnum myſticũ cor- Ioan.14.
pus,cuius ipſe eſt caput.Hinc em̃ ait:Supra hãc petram.i.fidei firmitatẽ,ſeu ſupra meipſum, Ephe. 2.
ædificabo eccleſiam meã.Chriſtus quippe non ſolum eſt caput eccleſiæ,influẽdo fidelib⁹ vi Mat. 16.
tam gratiæ ac motũ iuſtæ cõuerſationis,ſed etiã fundamentum,cuius pietati & veritati inni
tuntur fideles,& à q̃ fundãtur & firmãtur ſeu ſtabiliuntur in cognitione & gratia Dei. Vnde

proteſtatus eſt Paul⁹: Fundamentũ aliud nemo ponere poteſt, prꝺter id q̊d poſitũ eſt, q̊d eſt
1. Cor. 3. Chriſtus Ieſus. Deniq; arca iſta verſatur & mouetur in hoc mari magno, vtpote in hoc ſe-
culo nequam inter tribulationũ & tentationũ ꝓcellas, quibus ſæpe agitantur fideles. Sed in-
ter eas ipſe dñs omnium & ſaluator, regit, dirigit, & conſeruat eandẽ, atq; ad portũ ſalubris
quietis gratiæ in p̃ſenti, ac ſalutis æternæ gloriæ in futuro eã perducit. Et ſicut exiſtẽtes in ar
ca Noe, per lignũ arcę & aquas diluuij ſunt ſaluati à morte temporali: ſic exiſtẽtes in eccleſia,
ꝑ lignum crucis & aquas baptiſmi ſaluanť a ſupplicio infernali. Ideo beatiſſimus princeps
1. Pet. 3. apoſtoloꝝ: In arca, inq̃t, octo animæ ſaluatæ ſunt ꝑ aquã, ſic & vos ſaluos facit ſimilis for-
mæ baptiſmus. Eſt q̊q; eccleſia ex leuigatis lignis. i. firmis & iuſtis hominibus ædificata, qui
recte vocantur ligna quadrata, polita, imputribilia, cũ ſint in æternum victuri, virtutibus
decorati, atq; in oĩ euentu cõſtãtes, & recti inſtar quadrati, q̊d quocũq; proijciatur, ſtat firmi
Apo. 3. ter & erectũ. [Manſiunculas in ea facies.] Manſiunculæ iſtæ ſunt particulares eccleſiæ, diuer
ſæ quoq; religiones & ordines. Item variæ diſtinctiones virtutũ ac meritoꝝ, & varia dona
cæleſtium gratiaꝝ, in quibus requieſcũt fideles. De q̃bus dñs per Eſaiã fatetur: Sedebit popu
Eſa. 32. lus meus in pulchritudine pacis & in tabernaculis fiduciæ & in requie opulẽta. Et rurſus: Va
Eſa. 26. de popul⁹ meus, intra in cubicula tua, abſcondere parumper donec trãſeat indignatio mea.
His manſiunculis correſpõdent manſiones in patria. i. diuerſi gradus præmioꝝ cæleſtium,
Ioan. 14. de quibus ſaluator: In domo, inq̃t, patris mei manſiões multæ ſunt. [Et bitumine linies eam
intrinſecus & extrinſecus.] Per bitumen q̊d feruentiſſime atq; fortiſſime nectit, ſancta chari
tas, qua nihil feruentius, nihil robuſtius, nil'q; indiſſolubilius colligat, deſignatur. Tũc ergo
Ioan. 12. eccleſia intus & extrà linitur bitumine, quãdo fideles ſe corde & opere diligũt, dũ omne q̊d
Phil. 3. agunt, ex Dei amore ꝓcedit, dũ vniuerſi per dilectionem vniuntur in Deo, ita vt dicere que
Rom. 8. ant: Quis nos ſeparabit à charitate Dei? Dum'q; ſoliciti ſunt ſeruare vnitatem ſpiritus in vin
Eph. 4. culo pacis. Ideo Paulus hortatur, ſuper oĩa charitatem habere, quod eſt vinculũ perfectiõis.
[Et ſic facies eã: Trecentoꝝ cubitoꝝ erit latitudo arcæ.] Longitudo eccleſię, eſt diurna atq;
longanimis ſpes Chriſtifideliũ, quæ trecentoꝝ eſt cubitorũ. i. perfectæ durationis ab exor-
dio conuerſionis vſq; ad beatificum finem, ad omnes pertinens Chriſtianos, fide trinitatis
ſuperbeatiſſimę inſignitos. Vniuerſitas aũt fidelium per centenarium deſignatur, dum Chri
Mat. 12. ſtus in Euangelio loq̃tur: Quis ex vobis homo qui habet centum oues, &c? Quoniam ergo
Luc. 15. vniuerſitas iſta ex ſumma trinitate ſubſiſtit, longitudinẽ'q; dierum æternitatis ſortitur, recte
longitudo ipſius per centenariũ triplicatũ exprimitur. [Quinquaginta cubitorum latitudo]
1. Cor. 13 eius. Per latitudinem intelligitur charitas ad oĩa ſe extendens, quam oportet quinquaginta
cubitoꝝ conſiſtere, vtpote tantæ exiſtentiæ ac vigoris, vt ad quinquageſimum annũ remiſ-
ſionis oĩm peccatorum, requiẽ'q; æternæ felicitatis, in qua omnia bona omiſſa, pleniſſime &
ſupereminenter reſtituunť, pertingat. [Et triginta cubitoꝝ altitudo illius.] Altitudo eccleſię
eſt cõtemplatio fidei in hac vita, quæ per obſeruantiam decem præceptorũ pertingit ad bea
Lucæ. 6. tificæ gloriam viſionis. In qua quicquid hic promeremur, triplicatũ recipimus, ſicut iudex
ipſe teſtatur: Menſuram bonã & cõfertam & coagitatam & ſupereffluentẽ dabũt in ſinum
veſtrum. [Feneſtram in arca facies.] Per feneſtrã ipſa fides ſeu donũ ſapientiæ rite accipitur,
per quam cæleſtia intuemur, lumen'q; gratię & ſplendorem virtutum atq; deinde claritatem
luminis gloriæ obtinebimus. [Et in] vno [cubito cõſummabis ſummitatem eius]. i. vertex ec
cleſiæ tantus erit, tam ſtrictus & arduus, vt vni ſoli, videlicet Chriſto capiti eccleſiæ, cõperat.
Hic etenim vertex eſt ſuprema ꝑfectio propria ſoli Chriſto. [Oſtium aũt arcæ pones * in la-
tere deorſum.] Oſtium eccleſiæ eſt ipſemet Chriſtus, qui ait: Ego ſum oſtium ouium. Po-
Ioan. 10. ſuit autẽ ſeipſum in latere eccleſiæ deorſum, q̃a totius humilitatis prębuit ſe exemplũ, & vni
Mat. 11. uerſis exhibuit ſe paratum, ita vt cũctis per eum pateret ingreſſus in ſanctã eccleſiam. Poſu
it q̊q; ſe in latere eccleſiæ, applicando ſe pie nõ ſolũ iuſtis, ſed etiam cæteris. Rurſus oſtium ec
cleſiæ eſt fides, ꝑ quam primo in eccleſiam fit ingreſſus, ſeu ſacramentũ baptiſmi, qui eſt re-
generatio ſpiritalis, cæterorum'q; ianua ſacramentoꝝ, vel pœnitentiæ ſacramentũ, q̊d eſt ſe
cunda poſt naufragiũ tabula, & primus poſt lapſum ingreſſus, quæ oĩa oĩbus patẽt tanquã
in latere deorſum locata. Poſtremo oſtium in latere deorſum, eſt vuln⁹ lateri Chr̃i infixum,
de quo ſacramẽta profluxerunt eccleſiæ. [Cœnacula & triſtega facies in ea.] Cœnacula ſunt
officia prælatorum atq; doctoꝝ, quoꝝ eſt corda multitudinis ſubditoꝝ ac vulgi multipli-
Hiere. 3. ci cibo ſpiritaliter reficere, ſicut per Hieremiã aſſerit De⁹: Dabo vobis paſtores iuxta cor me
um, & paſcẽt vos ſciẽtia & doctrina. Triſtega ſunt tres ſtatus ac gradus fideliũ, vtpote incipi-
entiũ, ꝓficientiũ, & ꝑfectoꝝ: ſeu virginũ, viduarũ, & cõiugatorũ. In quibus vnuſquiſq; iuxta
ſuæ vocatiõis exigentiã cõquieſcit. [Ecce ego adducã aquas diluuij * ſuper terrã, & interficiã
Origen. oẽm carnẽ.] Per diluuiũ illud intelligit ſpiritaliter Origenes futurũ in fine mũdi exterminiũ
omnimodũ terræ per ignẽ, quo oĩa viuẽtia in hac terra penitus extinguẽtur. [Ponam'q; fœ-
Mar. 1. dus meũ tecũ.] Hoc eſt, fœdus ſummæ amicitiæ inter patrẽ & filiũ, de q̊ in filij baptizatione
& transfi-

& transfiguratione loquutus eſt pater: Tu es filius meus dilectus. [Et ingredieris arcam tu Mar. 1.
& filij tui, vxor tua & vxores filioꝝ tuoꝝ tecum.] Chr̃s nanq; fuit in ipſa eccleſia, quẽadmo Lucæ. 3.
dũ ait ad patrem: In medio eccleſiæ laudabo te. Ad diſcipulos quoq;: Ego, ait, in medio ve- Pſal. 21.
ſtrum ſum ſicut q̃ miniſtrat. Filij aũt Chriſti fuerunt eius diſcipuli, de q̃bus per Eſaiã teſtať: Luc. 22.
Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dñs. Vxor Chr̃i, quæ cũ ipſo intrauit eccleſiã, eſt cõ- Eſai. 8.
gregatio ex Iudaiſmo ad euangelicã legẽ per Chr̃m conuerſa. Vxores filioꝝ Chr̃i, ſunt par-
ticulares eccleſiæ ab apoſtolis & apoſtolicis viris cõuerſæ, & bene rectę, q̃ oẽs vniuerſalẽ in-
troierunt eccleſiã. [Et ex cunctis aĩantibus vniuerſæ carnis bina induces in arcã, vt viuãt te-
cũ maſculini ſexus & fœminini] hoc eſt, ex oĩ genere hominum q̊ſdam vtriuſq; ſexus cõuer
tes & tibi incorporabis, vt viuant tecum modo per gratiã, & in cælis ꝑ gloriam. [Tolles igi-
tur tecũ ex oĩbus eſcis quæ mandi poſſunt]. i. omni genere ſpiritualiũ ferculoꝝ implebis ec-
cleſiam, ſ. ſacramentis, ſcripturis, doctrinis, varijs'q; donis & gratijs ſpiritusſancti, & actibus
virtuoſis. [Et erunt tam tibi q̃ illis in * eſcã]. i. ſpiritalẽ refectionẽ. His etẽ reficiunť ſuauiter
& vere ſalubriter mentes fideliũ, quoꝝ ꝓfectus & ſalus eſt refectio ſaluatoris, cui cũ incor-
poranť fideles, quaſi comeduntur ab ipſo, q̃n per cõuerſionẽ ad ipſum, efficiũtur mẽbra ipſi-
us, quod per ignem charitatis peragitur. [Fecit igitur Noe omnia quę pręceperat illi Deus]
. i. Chriſtus ſecundũ naturã aſſumptã patri per oĩa obediuit, quẽadmodum ait: Sicut manda Ioan. 14.
tum dedit mihi pater, ſic facio. ¶ Inſuper de hac ſpiritali expoſitione arcæ loquitur Augu- Phil. 2.
ſtinus: Menſura longitudinis, latitudinis & altitudinis arcæ, ſignificat corpus humanum, in Auguſt.
cuius veritate Chr̃s venit ad hoĩes. Longitudo q̃ppe corporis humani à vertice vſq; ad veſti
gia, ſepties tantũ habet, quantũ latitudo quę eſt ab vno latere ad aliud latus. Et decies tantũ,
quantũ altitudo. i. profunditas, cuius altitudinis mẽſura eſt à latere vſq; ad ventrẽ, vt ſi metia
ris hoĩem iacentem ſupinũ ſeu pronũ, ſexies tantũ lõgus eſt à capite vſq; ad calcaneum, q̃ la-
tus eſt à dextera in ſiniſtrã, ſeu à ſiniſtra in dexterã. Et decies tantum lõgus eſt, quantũ altus
à terra in qua iacet. Dicitur aũt arca inferius bicamerata, quia ex Iudæis & gentibus eſt col
lecta, & cõtinet illos in ſe: ſuperius vero tricamerata ꝓpter fidem, ſpem & charitatẽ. Aut pro Lucę 18.
pter fructũ centeſimũ, ſexageſimum atq; triceſimũ. Vel ꝓpter tres filios Noe, ex quoꝝ ſemi-
ne nati ſunt oẽs eccleſiæ filij. Inſup ꝙ ea q̃ de arca ſunt ſcripta, ſunt ſpũaliter de eccleſia expo Auguſt.
nẽda, ꝓbat ex hoc Auguſt. ꝙ Deus iuſſit de aĩalib⁹ mũdis ſeptena & ſeptena duci in arcã: de
immũdis vero, bina & bina, cũ tñ mũda poſſẽt reparari ꝑ bina & bina, ſicut immũda. Et q̃m
Deus potuit omnia reparare eo modo q̊ cõdidit ea. Hæc Auguſtinus. Prętereа Gregorius di Gregor.
cit: Arca in inferioribus fuit lata, in ſuperioribus vero anguſta, atq; in ſummitate ſua ad vni
us cubiti menſurã ꝑuenit. Inferius eñ quadrupedia & reptilia, ſuperi⁹ vero aues & hoĩes cre
ditur habuiſſe. Ibi lata, vbi beſtiæ: ibi anguſta, vbi hoĩes erant. Hęc verba Gregorij, cõſona- Gregor.
re videnť verbis Origenis ſupradictis de figura ſeu forma arcæ, ꝙ ab imo forma cœperat cõ-
trahi. Deinde addit Gregorius: Arca in ſummis anguſtatur vſq; ad cubitũ vnũ, q̃m in eccle-
ſia quanto aliqui fuerint ſanctiores, tanto ſunt pauciores, qui in ſummo perducunť ad illũ,
qui ſolus ſine cõparatione natus eſt ſanct⁹ in terra. Ait q̊q; Hugo de ſancto Victore: Trecen
toꝝ cubitoꝝ lõgitudo deſignat ſeculũ præſens, q̊d tribus decurrit temporibus, ſ. tẽpore le-
gis naturalis, tẽpore legis ſcriptæ, & tẽpore gratiæ, ꝑ quæ ſancta eccleſia à principio mundi
tendit ad patriã. Quinquaginta cubitoꝝ latitudo, vniuerſos fideles ſignificat, qui ſub vno Epheſ. 2.
capite Chr̃o ſunt cõſtituti. Nam quinquaginta cõſtant ex ſepties ſeptẽ, qui numerus vniuer
ſitatem fideliũ ſignat, vno adiuncto q̊d Chr̃m ſignificat, qui eſt caput eccleſiæ & finis deſide
rioꝝ noſtroꝝ, propter q̊d arca in vno cubito cõſummatur. Porro altitudo cubitoꝝ trigin-
ta, deſignat triginta libros ſacrę ſcripturę, videlicet vigintiduos veteris teſtamẽti, & octo no
ui, in quibus ſumma omniũ cõtinetur, quæ ꝓpter eccleſiam ſuã Deus fecit aut faciet. Centũ
anni quibus ædificata eſt arca, ſignificant tẽpus gratiæ quo eccleſia eſt formata. Hæc Hugo.
Poſtremo iuxta tropologiam, ꝑ arcã exprimitur mentis noſtræ ſecretũ, in quo ab inquietu
dine mundi & tentationum q̃eſcere & latere debemus. Huius arcæ oſtiũ, eſt exitus ad ope-
ra bona: feneſtra vero, ingreſſus eſt ad meditandum ac contẽplandum. Manſiones huius ar
cæ, ſunt diuerſa genera cogitationum. In hac arca omnia intellectualiter cõtinentur & ſpi
ritalia alimenta habentur. Verum hæc proſequi prohibet breuitas, cui inſudo.

¶ Expoſitio literalis capituli VII. Dixit'q; dominus ad eum. Art. XXXVI.

Conſequenter deſcribitur exequutio diuinæ cõminationis de adductione diluuij. [Di-
xit'q; dominus ad eum] ſcilicet ad Noe: [Ingredere tu & omnis domus tua]. i. omnes
domeſtici tui, videlicet vxor tua & filij tui, eoꝝ'q; coniuges, [in arcã.] Veruntñ ingreſ-
ſionis huius p̃ceptum impleuit Noe, nõ ſtatim q̃n dñs loquutus eſt verba hæc, ſed tẽpore op
portuno, vt paulopoſt ſcribitur. [Te eñ vidi iuſtũ coram me]. i. veraciter virtuoſum, in tan
tum vt propter te parcã domeſticis tuis. [in generatiõe hac.] Hoc in præcedentis capituli Gene. 6.
expoſitione dupliciter explanatum eſt. [Ex omnibus animantibus mundis tolles ſeptena &
i 5 ſeptena,

ſeptena, maſculū & fœminam.] Veruntamē iſtud videtur obſcurū, idcirco doctores in eius
expoſitione diuerſificantur. Quidā eñ exponunt ſic, Ex omnibus animantibus mundis .i. ex
qualibet ſpecie ſpecialiſſima animaliū mundoꝝ, accipe ſeptē mares & totidē fœminas: &
iſti dicunt, ꝙ ex qualibet ſpecie tali fuerūt in arca quatuordecim indiuidua, & hoc videtur
textus ꝓtendere, dicēs: Septena & ſeptena, maſculū & fœminā. quaſi dicat, Septē & ſeptē, ita
ꝙ ſeptem ſint mares, ſeptē'q; fœminę, q̊d etiam verba textus paulopoſt ſequētia, inſinuare vi
dētur, ſicut patebit. [De aīantibus vero immūdis] tolles [duo & duo, maſculū, & fœminā] .i.
bina & bina ſeu q̄tuor, ſecūdū iſtos, ita ꝙ duo erūt maſculi & duæ fœminæ, ex oī huiuſmodi
ſpecie. [Sed & de volatilib⁹ cæli ſeptena & ſeptena, maſculū & fœminā.] hoc eſt, quatuorde
cim iuxta ſenſum de aīalibus mūdis inductū. [vt ſaluet ſemē ſup faciē vniuerſæ terræ] .i. vt
aīalia iſta poſt diluuiū reparēt ſpecieꝝ ſuaꝝ ruinā, & generādo multiplicēt ſuaꝝ indiuidua
ſpecieꝝ vbiq; terraꝝ. ¶ Circa hoc quæri poteſt, an de qualibet ſpecie auiū fuerūt indiuidua
tot in arca, & cur nō diſtinguit Moſes inter aues, vocādo aliquas mūdas, quaſdam vero im-
mūdas, potiſſimū cū ſecundum legē quædā aues fuerunt immūdæ, quædā mundæ. Ad iſtud
nō legi reſponſionē, nec vidi quæſtionē hanc motā, idcirco eam determinare nō audeo, nec
incerta pro certis in expoſitione ſcripturæ ſcribere volo. Qui aūt vult dicere, ꝙ diſtinctio fu
it inter aues quantū ad munditiā & immūditiā, & quantum ad numeꝝ, ſicut de aīalibus di-
ctum eſt, dicere poteſt ꝙ Moſes breuitati ſtudens, non diſtinxit inter aues: ſed de ſolis ſepte-
nis & ſeptenis introducendis in arcā, loquutus eſt, intelligēdo ꝑ iſta ſeptena aues mūdas: qa
q̊d de aīalibus terræ iam dixerat, quantū ad diſtinctionē & numeꝝ variū, de auibus q̊q; intel
ligi voluit. Qui vero ſuperficiē literæ ſeqtur, dicere habet, ꝙ de qualibet ſpecie auium nō flu-
uialium & ſexum vtrunq; ad generandū habentiū, ſeptena & ſeptena in arcā deducta ſunt .i.
quatuordecim ſecundū iſtam expoſitionē, & forſitan totidem de auibus fluuialibus genera-
tiuis, in nidos præfatos arcę affixos. Et ꝙ ꝓpter myſterium non ſit diſtinctio inter aues cæli,
ſicut inter beſtias terræ, vtpote propter myſticā ſignificationē infrà tangendam. Deniq; ex-
poſitioni huic conſonare videtur q̊d paulopoſt ſubditur: De aīantib⁹ mūdis & immūdis &
de volucribus duo & duo ingreſſa ſunt in arcā ad Noe, maſculus & fœmina. Ex quo (vt ap-
paret) cōſequitur, ꝙ ea quæ introierunt, ingreſſa ſunt oīa cōbinata, atq; in numero pari, ſiue
in quaternario ſiue in quatuordenario, ita ꝙ non introierūt ſeptē tantū de animalibus mun
dis. ſic nanq; ſeptimū intraſſet nō cōbinatum, & maſculus ſine fœmella, contra q̊d rurſus in
iſto capitulo ſubditur: Ingreſſa ſunt ad Noe in arcā bina & bina ex omni carne, in qua erat
ſpūs vitæ: & quæ ingreſſa ſunt, maſculus & fœmina introierūt. Vnde in præcedenti capitu-
lo ſcriptum eſt: De volucribus & iumētis & ex omni reptili terræ ſecundū genus ſuū, bina de
oībus ingredientur tecū. Hanc expoſitionē tenet Andreas expoſitor, & cōcordant Hebræi,
Origen. vt legi. Origenes q̊q; hoc ſentit: Bina, inqens, & bina, hoc eſt, bini maſculi & binę fœminę de
immundis aīalibus. Hoc eñ indicat ſermo repetitus. Ex mundis vero ſeptena & ſeptena, q̊d
Auguſt. de ciuit. Dei. eſt, paria ſeptena, in arcam dicunt inducta. Idem Auguſtinus inſinuare videtur, dicens: Di-
cunt quidā quantitatem arcæ nō potuiſſe capere tam multa animaliū genera in vtroq; ſexu,
videlicet bina de immūdis, ſeptena de mūdis. Ad q̊d Auguſtinus ita reſpōdet, vt nō neget tan
tam animalium multitudinē in vtroq; ſexu ibi fuiſſe, ſed arcam fuiſſe maiorem q̄ prima fa-
cie litera ſonare videt. ¶ His autē obijciunt alij, ꝙ arca fuiſſet nimis grauata & occupata tan
ta animaliū & auium pluralitate. Item ꝙ ad multiplicationē & reparationem animalium &
auium nō erat neceſſaria pluralitas tanta. Hi itaq; literam ſic exponunt: Ex omnibus animā-
tibus mundis tolles ſeptena & ſeptena, maſculum & fœminā .i. ſeptem de iſto animalium ge
nere, & ſeptē de illo, ſic'q; de ſingulis, ita ꝙ ibi ſint tria maſculini gñis, & tria fœminini, ſe-
ptimū vero vt immoletur Deo poſt egreſſum ab arca. De animantibus vero immūdis duo &
duo .i. de quolibet illorum genere duo. Et ſimili modo exponūt quod de auibus dicitur, ſe-
ptena & ſeptena. Porro quod ſequit, Bina & bina ingreſſa ſunt, maſculus & fœmina: ſic ex-
ponunt, ꝙ cōbinatio illa intelligitur tantum de animalibus quæ erant ad prolificādum re-
Gloſſa. poſita. Hanc expoſitionem ſequitur Rabanus, Gloſſa, & Scholaſtica hiſtoria, prima tamen
Euſebi⁹. videtur conſonantior textui, & argumenta in oppoſitum facta, faciliter ſoluerētur, ſed iam
adhuc oritur quæſtio duplex. Prima, quæ animalia vocentur munda, quæ itē immūda. Secū-
da, cur inducta ſunt plura, & tam multo plura de mūdis, q̄ de immundis. Ad primam eſt du-
plex reſponſio. Vna, ꝙ ea dicuntur munda & ea immunda, quæ poſt diluuium tempore le-
gis Moſaicæ reputata ſunt munda ſiue immunda. Secunda, ꝙ illa dicuntur immūda, quæ na
turaliter ſunt eſui humano inepta: munda vero, quæ naturaliter ſunt apta ad edendum. Inſu
per in Gloſſa tangit reſponſio tertia, in qua fertur: Omnia munda ſunt naturaliter, ſed com-
paratione melioris naturæ, quędam dicuntur immunda, ſicut bos melior eſt leone, quoniam
Gen. 2. magis neceſſarius atq; vtilior eſt homini propter quem creata ſunt omnia. Ad ſecundum re-
Auguſt. ſpondetur, ſecundum Auguſtinum, ꝙ principaliter cauſa illius rei eſt myſtica ſignificatio,
quæ

quæ tangetur ſequēti articulo. Poteſt & alia ratio aſſignari, ꝙ munda animalia idcirco fue-
rūt plura, vt Noe egreſſus de arca, haberet q̊d immolaret, & item vt ipſe & qui ſecū fuerūt,
haberent ad manducandū, quia poſt diluuiū conceſſus eſt eſus carniū. Has cauſas Rabanus
tangit. Gloſſa quoq; adiungit, ꝙ ideo mūda animalia erāt plura, vt plura eſſent, quæ facto Raban⁹.
diluuio hominibus prodeſſent ac deſeruirēt, q̄ quę poſſent nocere, & ita eſt vſq; ad pręſens.
[Adhuc eñ & poſt dies 7. ego pluam ſuper terrā 40. diebus & 40. noctibus, & delebo oēm
ſubſtantiam quam feci de ſuperficie terræ] .i. oīa viua in terra occidā. Tunc quoq; terræ na
ſcētia ſunt deſtructa, arbōres'q; euerſæ. Deniq; vſq; in præſens inueniūtur corpora arborum
magna & longa ſub terra, quæ aliqui opinātur ex diluuio ſic deiecta ac derelicta. Aliqua et-
enim ligna quaſi imputribilia manēt in terra, ipſa'q; terra interim in pluribus locis eſt *inal-
terata. Dicūt quoq; Hebręi, vt refert Lyra, ꝙ ſeptē iſti dies, quibus differebat diluuiū, fuerūt
dies deplorationis ipſius Mathuſalē, quē dicūt ante hos dies obijſſe, atq; in hoc honoratum
à Deo propter ſuā iuſtitiam. [Fecit ergo Noe oīa quę mādauerat ei dñs. Erat'q; Noe] ſex-
centoꝝ annorū quando aquæ diluuij inundauerūt ſuper terram.] Ex quo patet, ꝙ centum
annis fuit occupatus in fabrica arcæ, quia (vt dictū eſt) in principio ſexti capituli, quingēto-
rum erat annoꝝ, cum dñs ei iuſſit facere arcam. Patet quoq;, ꝙ primogenitus eius fuit cen-
tum annorum quando intrauit arcam: quia cum eſſet quingentorum annorum, cœpit ge-
nerare hos tres qui ſecum ingreſſi ſunt. Dicunt autem doctores, ꝙ infra annos quibus fabri
catus eſt arcam, prædixit hominibus ortum diluuij, eos'q; ad pœnitentiam hortabatur, qui
indurati, non crediderūt nec acquieuerunt. Circa q̊d refert Lyra, ꝙ homines illi induratiſſi-
mi dixerunt ad Noe, quòd interficerent eum ſi introiret arcam, ne eis ſubmerſis, ſuperuiue-
ret ipſe cum ſuis. Sed Rabbi Paulus dicit eſſe fictitium, cum in ſcripturis non habeat funda-
mētum. [Et ingreſſus eſt Noe & filij eius, vxor eius & vxores filioꝝ eius cum eo in arcam.]
ſeorſum viri, ſeorſum'q; fœminæ dicuntur arcam ingreſſi, ad innuendum quòd in arca com
mixti non ſunt. infrà vero leguntur ſimul egreſſi, quum dicitur: Egreſſus eſt Noe & vxor
eius: quia vt Salomon ait, Tempus amplexandi, & tempus longe fiendi ab amplexibus. In- Ecci 3.
greſſi ſunt in arcam. [propter aquas diluuij,] ne mergerentur. Sic'q; ingreſſi ſunt, quando
aqua cœpit multiplicari. [De animātibus quoq; mūdis & immūdis, & de volucribus, & ex
omni quod mouetur ſup terrā] .i. ex omni genere animaliū terrenoꝝ, quæ in ſeipſis habent
principiū vitæ & motus, videlicet animā, [duo & duo] .i. cōbinata, iuxta duplicē expoſitio-
nem præhabitā, ſeu potius iuxta vnam eaꝝ, qm̄ ſimul ſtare non poſſunt. [ingreſſa ſunt in ar-
cam ad Noe.] Ex quo cōſtat, ꝙ Noe ea nō attulit nec collegit, ſed nutu diuino, angelorum'q;
miniſterio ſponte & ſupernaturaliter, quantū ad inductiuū motus, veniētia introire permi-
ſit, intrantia'q; ſuſcepit, & cōgruis māſionibus collocauit, cū adiutorio filioꝝ ſuorum. Vnde
& ipſe Noe videtur ante animalia iſta arcam ingreſſus. Forſitā tñ accepit per ſe & filios ſuos
aliqua animalia domita ex ꝓprijs gregibus. [Anno 600. vitæ Noe, menſe 2.] .i. in Maio, qui
ab Hebræis dicitur Niſan, vt in Gloſſa atq; Scholaſtica hiſtoria fertur. Quidā tñ dicunt, ꝙ
Martius ab Hebręis Niſan vocetur. Hebræi aūt Aprilē vocant primū menſem. Veruntamen
inter Hebræos eſt diuerſa opinio & varius modus loquēdi de primo mēſe anni, vt in expoſi
tione primi capituli tactum eſt. Ioſephus quoq; affirmat ꝙ in legitimis .i. deſcriptione pręce-
ptorum legaliū, præſertim quantū ad eſum agni paſchalis, Moſes ponit Aprilē primum
menſem. In cōtractibus vero & gubernatione ſeculi .i. ſolutione debitorum & locatione do
moꝝ ſeruauit ſolita decreta tēporum, & vſualem ordinē menſium, qui ſcilicet à Calēdis Ia-
nuarij aliquādo inchoat, prout in Scholaſtica hiſtoria, eius'q; Gloſſa habetur. [ſeptimodeci
mo die mēſis] præfati, [rupti ſunt oēs fontes abyſſi magnæ.] Magna abyſſus vocatur Ocea-
num, ex quo oēs fontes & fluuij ac particularia maria originaliter oriri dicūtur. Vnde Salo- Ecci 1.
mon ait: Ad locū vnde exeunt flumina, reuertūtur, vt iteꝝ fluāt. Et rurſus: Oīa flumina in- Ibidem.
trāt mare. Fontes ergo abyſſi magnæ, appellantur aquæ incluſæ in viſceribus terræ, quæ ex
Oceano ducūt originē. Hi fontes tūc rumpebātur .i. repēte eruperūt, ruptis receptaculis ſuis,
ſeu præfatis terræ viſceribus in quibus cōtinebant. Et recte rupti dicuntur, ad inſinuādū, ꝙ
nō effluxerūt ſenſim ſolito more, ſed repētina inundatione terrā operuerūt, vt ait Gloſſa. [&
cataractæ cæli apertæ ſunt.] Per cataractas cæli, intelligit aperturas meatus'q; nubiū, ſeu loca
cæli aerei, per quæ aquæ pluuiales deſcēdūt, quę cataractæ tūc apertæ fuerunt, quia ex nubi-
bus aquæ ſupabūdantiſſime deſcenderūt. Cataractæ aūt ſecundum Rabanum, ſunt propriè Raban⁹.
oſtia .i. capita Nili, ſed abuſiue pro oībus feneſtris ponūtur. Hinc ait author Scholaſticę hi
ſtoriæ: Cataractę ꝓpriè ſunt meatus Nili, cū in ſeptē oſtia ſeparat .i. in ſeptē partes ſeu capita
diuidit, vel loca eiuſdē. [& facta eſt pluuia ſup terram,] hoc eſt, impetuoſiſſime ac ſuperlar-
giſſime cadēs in terrā vbiq;, [quadraginta diebus & quadraginta noctibus,] puta tamdiu, Ioſe. li. 1.
quouſq; aquę in tm̄ aſſcēderūt quātū oīpotēs Deus decreuit. Secundū Ioſephū, ab Adā vſq; ant. Iud.
ad inūdationē diluuij, fluxerūt anni duo millia ſexcēti quinquagintaſex. [In articulo illi⁹ di- cap. 5.

 ei ingreſ-

ei⁹ ingreſſus eſt Noe &c.]De quo die hoc dicit̃,cũ iam pluraliter dictũ ſit,40.diebus? Reſpondendũ,ꝙ per diẽ illum poteſt intelligi tẽpus ſeu prima dies,in quibus ſic pluit. Itaq; in articulo,i.in parte ſeu hora clara vel neceſſitate diei illius, ingreſſus eſt arcã cum ſuis.[& omne animal ſecundũ genus ſuũ].i.quædã de om̃i animaliũ genere, intelligendo per animal feras atq; reptilia.De aliјs quippe ſubiungitur,[vniuerſaq́; iumẽta in genere ſuo].i.quædam animalia domeſtica ſeu domita hoı̃bus deſeruiẽtia,de om̃i ſpecie iumentoꝝ,iuxta quẽ ſenſum nũc ſubditur:[cunctũq́; volatile ſecundũ genus ſuũ] .i.vniuerſæ aues,oẽſq́; volucres.Vnum hoꝝ frequẽter pro alio ponit̃,nũc tñ accipiũtur diſtincte, ſecundũ q̊d aues ſunt diuerſarum proprietatũ & naturarũ, queadmodũ animalia terræ. De qua re in expoſitione primi capituli eſt tractatum.[Bina & bina ex om̃i carne]ingreſſa ſunt arcam,hoc eſt,om̃ia introierunt cõbinata,quantũ ad ſexuũ diſtinctionem,quia ſiue ſeptena & ſeptena de mũdis,ſiue bina & bina de immũdis,om̃ia quantũ ad ſexũ fuerũt diſtincta & cõbinata. Itaq; ex omni carne[in qua erat ſpiritus vitæ].i.ex om̃i genere animalis in quo erat ſpiritus vitalis,videlicet anima ſenſitiua, ingreſſa ſunt bina & bina.[Et incluſit eum dñs deforis].i. Deus miniſterio angeli clauſit ab extrà oſtium arcæ, liniendo illud bitumine, ne ingredi poſſent aquæ per aliquas rimas.Sic autẽ non potuit Noe intus exiſtens oſtiũ claudere,ſeu deforis bituminare,idcirco vbi defuit humanũ ſubſidiũ,adfuit diuinũ.[Et multiplicatæ ſunt aq̃,] qm̃ à ſurſum ac deorſum venerũt ad ſuperficiẽ terrę,& aqua magni maris exiuit terminos ſuos, & fuſa eſt ſuper terrã.[& eleuauerũt arcã in ſublime,à terra,[vtpote ſuper oẽs turres ſeu ędificia ac arbores terræ.[Porro arca ferebatur ſuper aquas]hincinde , non recto proceſſu, iuxta impulſum ventoꝝ ac gurgitũ. Erat tamẽ pro magna parte ꝓfundata in aqua,ex magnitudine & grauitate oneris quod geſtabat.[opertiq́; ſunt omnes mõtes excelſi ſub vniuerſo cælo. Quindecim cubitis altior fuit aqua ſup mõtes quos operuerat.]Voluit nanq; dñs aerem quaſi purgare à ſordibus,quibus impijſſimi homines illum ſuis vitijs,clamoribus,operib⁹,fumis,fœtoribus inquinarunt.Idcirco tam alte aſſcendit diluuiũ, ſicut illa aſſcendere potuerũt.Creditur quoq; ꝙ ignis cõflagrationis in die iudicij tã alte aſſcẽdet. Qualiter aũt poterat aqua intantũ multiplicari atq; aſſcẽdere, præhabitũ eſt.

Gloſſa.

Veruntamẽ Gloſſa ait: Sunt qui putant ante diluuiũ non fuiſſe talẽ terræ qualitatẽ,hoc eſt,baſſitudinẽ:nec tantã montium altitudinem,qualis & quanta eſt poſtea. Nec ſine ratione hoc dicit̃. Ex cõfluxu nanq; & reſidentia aquaꝝ in aliquibus locis terra cõſumpta eſt pro aliqua parte deorſum , & baſſior facta, q̊d circa loca montiũ qui tunc erant, potiſſime accidere poterat. Sicq́; extunc mõtes huiuſmodi altiores apparuerunt. Vnde nec certum eſt,ꝙ mons Olympus tunc fuerit tam ſublimis

Euſebi⁹.

vt modo. De quo monte in Scholaſtica narrat̃ hiſtoria: Mons Olympus vſq; ad liquidum aerẽ tendit̃,ſup quẽ literæ ſcriptæ in puluere,repertæ ſunt manſiſſe immotæ,vbi prę nimia aeris raritate,nec aues viuere queũt,neq; philoſophi aſſcẽdentes potuerũt ibi aliquantulum manere ſine ſpõgijs aqua plenis,quas ſuis naribus apponẽtes,craſſiorẽ inde aerem extraxerũt. His verbis in Gloſſa adijcit̃, ꝙ nec nubes ibi videtur, nec vẽtus ſentitur.¶Quæri poteſt, de q̃bus intelligendũ ſit cubitis,ꝙ aqua fertur fuiſſe 15. cubitis altior montibus cũctis.Si em̃ de cubitis geometricis hoc dicat̃,fuiſſet valde mirabile,ideo creditur eſſe intelligendũ de cubitis vſualib⁹.Nec irrationabile,ſi in deſcriptione eiuſdẽ materiæ,idẽ diuerſimode accipiatur,ꝑſertim quãdo ea de quibus tractat̃, & materiã illã cõcernunt, ſatis oſtẽditur, vnũ illud, vtpote põdus ſeu menſuram,diuerſimode eſſe accipiendũ,& ita eſt in ꝓpoſito.Dum em̃ arca fert̃ fuiſſe trecentoꝝ cubitoꝝ in lõgitudine,& 50.in latitudine, & 30. in altitudine, & tñ tot animalia totq́; cibaria in ea fuiſſe ſcribunt̃,ſatis innuit̃ de maioribus cubitis id eſſe intelligendũ:dum vero deſcribit̃ ipſa aqua fuiſſe altior om̃ibus mõtibus,ſatis inſinuatur ſufficere, ſi de vſualibus & minoribus cubitis exponatur.[Cõſumptaq́; eſt oı̃s caro quæ mouebat̃ ſup terrã,volucrũ,animantiũ,beſtiaꝝ,omniũq́; reptiliũ &c.] hoc eſt,oı̃a iſta occiſa ſunt, & forte pro magna parte penitus putrefacta,& motu aquarum ſublata de terra.[Obtinueruntq́; aquæ diluuij terram 150.diebus] .i. tot diebus operuerũt & occupauerunt totã terrã. Quod tñ dupliciter poteſt intelligi.Primo,incipiendo cõputationẽ hoꝝ dieꝝ à die quo ingreſſus eſt Noe arcã, quo & aqua diluuij cœpit diffundi, vſq; ad diẽ q̊ cœpit aqua diluuij minui ſiue decreſcere.Vnde ſequẽti capitulo legit̃:Poſt dies 150.cœperunt aquæ minui.Et ita exponitur in Scholaſtica hiſtoria.Secũdo,incipiẽdo cõputationem horũ dierum, ab eo die quo

Euſebi⁹.

diluuiũ factum eſt tam altum,ꝙ operuit montes altitudine 15.cubitorum,hoc eſt,à fine defluxus pluuialis,vt ſit ſenſus,ꝙ aquæ in tanta altitudine terram operuerunt per dies 150.quibus expletis,cœperunt decreſcere.¶Circa præhabita quæritur, an vniuerſale diluuium poſſet naturaliter euenire.Et videtur ꝙ ſic, authoritate Auicennæ, & quorundam aſtronomo-

Auicẽna Philpſo.

rum hoc ſentientium.Præterea,coniunctio planetarũ humidorum in pluuialibus ſignis videtur hoc poſſe efficere. Ariſtoteles quoq; in libro Meteoroꝝ teſtatur,ꝙ particularia maria poſt aliqua tempoꝝ ſpatia variant ſua loca. Ergo apparet idem poſſe in toto cõtingere,q̊d ſit in

ſit in parte.Et reſpõdẽdũ,ꝙ vniuerſale diluuiũ,nequaq̃ poſſibile eſt ꝑ naturã.Eſſet em̃ corruptiuũ ordinis vniuerſi.Et multa ex iſta opinione ſequunt̃ abſurda,ꝑ q̃ & Auerrois Auicẽnã ſatis redarguit.Inſup Ariſtoteles libro ꝑallegato edocuit,ꝙ dũ aliq̃ terra ſeu regio operit̃ de nouo aq̃s maris particularis,terra in q̃ pri⁹ mare fuit,ſiccat̃.Et hoc naturaliter fit ex influxu & diuerſo reſpectu cęleſti.Totã ꝟo terrã aq̃s ſimul cooperiri,docet impoſſibile eſſe. Et ꝑſertim impoſſibile eſt ꝑ naturã fieri diluuiũ tm̃,vt mõtes vniuerſos 15. cubitis ſit tranſcendens.

Auerro. Philoſo.

¶Elucidatio ſpiritualis eiuſdem capituli ſeptimi. Art. XXXVII.

SPiritualis intelligẽtia hui⁹ capituli,magna ex parte inducta eſt,patuitq́; in myſtica expoſitione præcedẽtis capituli.[Dixitq́; dñs ad eũ;]hoc eſt, ad Chriſtũ ſecũdũ naturã aſſumptã.[Ingredere tu & omnis domus tua]hoc eſt,cuncti diſcipuli tui [in arcam] .i.eccleſiam vniuerſalem,cuius primitiua iſta eccleſia fuit pars atq; primitiæ, & Chriſtus caput.[Te em̃ vidi iuſtũ corã me.]Chr̃s,inquantũ Deus,eſt ſubſtãtialiter ipſa iuſtitia.Porro ſecundum naturã humanã,vniuerſis ac ſingulis ineffabiliter iuſtior eſt,q̃ppe qui nunq̃ peccauit,& tanta æquitate ac gratia extitit plenus,ꝙ natura creata maioris gratię & iuſtitiæ capax nõ fuit.

Eſaię 53. Ioann.1. Matt.11. Origen.

Ipſe etem̃ patrem perfectiſſime honorauit, & pro cõmuni bono totius generis humani laborauit,& dedit ſeipſum in mortem. ¶Deniq; Noe interpretatur requies, quod potiſſime cõpetit ſaluatori, qui tulit peccata mũdi. Et in Euãgelio proteſtatur: Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiã vos.Iugũ em̃ meũ ſuaue eſt.De hoc loq̃tur Origenes: Noe interpretat̃ requies vel iuſtus,q̃ eſt Chr̃s Ieſus.Neq; em̃ illi Noe cõuenit quod dixit Lamech pater ipſius:Iſte dabit nobis requiẽ ab operib⁹ & triſtitijs manuũ noſtraꝝ in terra cui maledixit dñs. Quomodo em̃ ille Noe dedit requiẽ patri ſuo Lamech, aut populo qui tunc

Geneſ.6. Ioann.1. Galat.4.

fuit,cũ illis tẽporibus iracũdia Dei magis oſtenſa eſt,& Deus ipſe locutus eſt: Pœnitet me feciſſe hoı̃em,& ſuper oı̃a datur ſignũ ſummę offenſæ Dei vniuerſalis interitus cunctoꝝ in terra viuentiũ? Si vero reſpicias ad dñm noſtrũ Ieſum,de quo dicit̃,Ecce agnus Dei,ecce q̃ tollit peccata mũdi: Et iteꝝ:Factus eſt ꝓ nobis maledictũ, vt nos à maledicto legis redimeret:

Matt. 11.

qui etiã ait:Venite ad me,& inuenietis requiẽ animabus veſtris: inuenies hũc eſſe q̃ vere requiẽ dedit hoı̃bus, liberauitq́; terrã de maledicto quo maledixerat ei Deus. Hæc verba Origenis nõ ſunt ſic intelligẽda,quaſi ꝑallegata verba nullo modo cõuenerint ipſi Noe ad literã,ſed q̃a nõ cõuenerũt ei ita ꝑfecte vt Chr̃o. Inſup ſicut Noe tãtã inuenit gr̃am corã Deo,ꝙ

Gene. 6. Epheſ. 1. Ioann.1.

ꝓpter merita eius De⁹ pepercit domeſticis eius q̃ ſecũ fuerũt in arca,ſic ꝓpter Chr̃m miſertus eſt dñs vniuerſis qui ꝑ Chr̃m ſaluant̃ in eccleſia: immo ſecundũ Apoſtolum:Deus elegit nos in Chriſto,de quo Ioannes ait:Gratia & veritas per Ieſum facta eſt.Chriſtus em̃ vt homo ſaluator, eſt cauſa meritoria oı̃s gratiæ quæ mẽbris ſuis cõfertur. Vnde in ipſo ponitur gratia capitis,qua influit mẽbris ſuis.[Ex oı̃bus animãtibus mũdis tolle ſeptena & ſeptena, maſculũ & fœminã. De animãtibus vero immundis duo & duo,maſculũ & fœminam.Sed & de volatilibus cæli ſeptena & ſeptena,maſculũ & fœminam,vt ſaluetur ſemẽ ſup faciem vniuerſæ terræ.] Per animalia mũda,intelligi poſſunt hi,qui ante euãgelicæ legis prædicationem aliquo modo honeſte vixerũt in lege naturæ, aut etiam in lege ſcripta, ita ꝙ cõparatione alioꝝ quaſi mũdi fuerunt. Iſti in maiori numero fuerunt conuerſi tempore euange

Eſaię 11. Actor.2.

licæ prædicationis,inquantũ ſe præparauerunt ad gratiã Chriſti. Et recte per ſeptenarium numerum exprimũtur, quoniam ſeptiformi gratia ſanctiſpiritus ſunt repleti.Et qui inter eos fuerũt perfectiores,ſignificãtur ꝑ mares,alij per fœmellas.Porro per animalia immunda inſinuantur carnales & prorſus indigni, quorũ nonnulli ſunt miſericordiſſime præuenti atq; cõuerſi,qui binario deſignantur, quia binarius primo ab vnitate recedens, diuiſionem & infirmitatẽ frequenter ſignificat. Per volatilia quoq; ingenioſi,periti,& cõtemplatiui intelliguntur,inter quos nullus appellatur immũdus,cum oẽs tales dicantur ſuo modo perfecti,q̃uis non æque perfecti.Vnde & inter eos maſculus & fœmina reperiuntur.Per hos Deus ſaluauit ſemen ſuper terrã,quia per eos conuertit alios multos, qui adoptiui filij Dei exti-

Rom. 8.

terunt. [Poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram 40. diebus & 40.noctibus.]hoc eſt,poſt tempus euangelicæ legis ac gratiæ,infligã obſtinatis atq; incredulis & ingratis plagas temporalis interitus & æternæ damnationis. Septenario quippe exprimitur tempus gratiæ & ſalutis.Per quadraginta vero,tempus punitionis eorũ, qui decem præcepta & quatuor euangeliorum doctrinam per quatuor mũdi partes ſpreuerunt.[Rupti ſunt oẽs fontes abyſſi magnæ,& cataractæ cæli apertæ ſunt.]Per hoc figuratũ eſt ꝙ tribulatio ſuper iniquos conſurget deſuper ac deorſum,ita ꝙ elementa & mixta atq; cæleſtia ad eorum punitionem ex-

Lucæ 21.

citabũtur,ſicut & dñs in euangelio pandit: Erunt,inquiens,terræ motus magni per loca,& peſtilentiæ & fames, terroreſq́; de cælo. Vnde in libro Sapientiæ habetur: Armabit creaturam ad vltionẽ inimicorum,& pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos.Et rurſus in eodẽ libro legit̃: Creatura em̃ tibi factori deſeruiẽs,exardeſcit in tormẽtum aduerſus iniuſtos,& lenior ſit ad benefaciendũ ꝓ his qui in te cõfidunt.Itaq; fontes abyſſi ſunt inun-

Sapiẽ.5. Sapi.16.

dationes

dationes tribulationũ magnarũ.Et cataractæ cæli,ſunt aperturæ quæ vidẽtur in cælis, dum
Lucæ 21. fulgura & cæleſtes impreſſiones apparẽt.Propter q̊d ſtellæ cæli dicũtur caſuræ. [In articulo
illius diei ingreſſus eſt Noe &c.].i.in exordio euangelicæ legis ingreſſus eſt Chriſtus & eius
familia ſanctã eccleſiã,iuxta ſenſum p̃habitũ.[Bina & bina ingreſſa ſunt ex om̃i carne].i.ge-
mina charitate cõiuncti.Vnde & Chr̃s miſit diſcipulos ſuos cõbinatos in oẽm ciuitatẽ & lo
Lucæ 10. cũ quò ipſe erat vẽturus.[Et incluſit eũ dñs deforis].i. Deus pater Chriſtũ ſecundũ ipſiꝰ hu
manitatẽ ab om̃i aduerſitate ꝓtexit, ab om̃i vitio p̃ſeruauit,ab om̃i tribulatiõe eripuit,non
Pſal. 88. ꝙ aduerſitates & tribulatiões ꝑpeſſus nõ ſit, ſed qa ei nil nocuerũt, ſed maxime ꝓfuerũt: nõ
Eſai. 49. ei duntaxat,quantũ ad cumulũ præmij accidẽtalis, q̊d per talia ei accreuit, ſed & toti gene
ri humano,quod per ipſius paſſionẽ ſaluatum eſt. Nihil em̃ profecit inimicꝰ in eo. Propter
quod Eſaias teſtatur:In vmbra manus ſuæ protexit me.Nam & anima Chriſti à ſuæ creati-
onis exordio cõfirmata fuit perfecte in bono, quẽadmodum cõpræhenſores in cælo,immo
præ om̃ibus illis.[Et multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime à terra.]Iſtæ
Pſal. 98. ſunt aquæ tribulationis,quibus fideles exercẽtur in terra. De quibꝰ canit Pſalmiſta: Saluum
me fac Deus, qm̃ intrauerũt aquæ vſq; ad animam meã.Deniq; aquæ iſtæ eleuant arcam in
Iacob. 1. altum,qñ fideles in tẽtationibus & afflictionibus ad Deum cõfugiũt, eumq́; inuocãt,& om̃e
gaudiũ arbitrantur,dũ in varias tẽtationes & aduerſitates labuntur. Tunc quoq; arca fertur
ſup aquas huiuſmodi, quia nõ vincitur eis eccleſia, ſed præualet Deo iuuãte. Quod totũ ad
tempus Antichriſti apte refertur, quãdo grauiſſima tribulatio erit, nec tamẽ eccleſia in to-
to deficiet.[Opertiq́; ſunt mõtes excelſi, &c.] per hoc datur intelligi, ꝙ prælati & ſpiritales
viri in perſecutionibus, tentationibus & tribulationibus opprimuntur. Quod maxime fiet
2. Theſ. 2 ſub perſecutione impijſſimi Antichriſti,qui erit homo peccati,filius perditionis, vaſq́; prin
cipis dæmoniorum. [Obtinueruntq́; aquæ diluuij terrã centum quinquaginta diebus.] Per
dies illos intelligi poteſt tempus quo perſecutio Antichriſti durabit. Quæ tamen diutius q̃
per tot dies creditur duratura.Attamen breuiabuntur illi dies propter electos.

¶Explanatio literalis capituli octaui,Recordatus autem dominus Noe, cun-
ctorumq́; animantium &c. Articulus XXXVIII.

PRæſenti capitulo narrat ſcriptura,qualiter ceſſauit diluuiũ,& quõ Noe egreſſus eſt arcã.
[Recordatus aũt dñs Noe,cũctorumq́; animantiũ & oĩm iumentorũ,quæ erant cũ eo in
arca]hoc eſt,ꝑ pium effectũ oſtẽdit ſe memorẽ eius,minorãdo diluuiũ,vt exiſtẽtes in ar-
ca,cõſolationẽ & habitationẽ in terra reciperẽt. Porro in inuariabili Deo nõ cadit recens
recordatio,neq; obliuio,ſed ſcriptura loquit̃ de incõpræhenſibili Deo more humano,con-
deſcẽdens infirmitati intelligẽtiæ nr̃æ. Itaq; recordatꝰ dñs ipſius Noe,& oĩm animaliũ bru-
torũq́; q̃ erant cũ eo, [adduxit ſpm̃].i. ventũ ſiccantẽ[ſup terrã]vt flatu vẽti aquæ impelle-
rentur ad redeundũ in propria loca,qa tãtus locus in aere nõ fuit eis cõnaturalis. De tali ſpi-
Pſal. 106. ritu fertur in Pſalmo:Dixit,& ſtetit ſpũs procellæ, Itemq́;:Flauit ſpiritus eius,& fluẽt aquæ.
Pſal. 147 [Et imminutæ ſunt aquæ.]hoc eſt,paulatim cœperũt decreſcere. [& clauſi ſunt fontes abyſ
ſi].i. viſcera ſeu vẽtriculi terræ,in quibus cõtinentur ſubterraneæ aquę,recluſi ſunt,ita ꝙ non
emanauerũt aquas ex ſe ſup terrã,ſed effuſas potiꝰ reſorbuerũt.[& cataractæ cęli]ſunt clau
ſæ,[& prohibitæ ſunt pluuiæ de cælo:]hoc eſt,aperturæ & meatus nubium ceſſauerũt, & lo
ca cęli aerei ꝑ quę pluuia deſcẽderat, in ſeipſis recluſa ſunt,ita ꝙ aer nõ diuidebat̃ vt priꝰ per
pluuias.[Reuerſæq́; ſunt aquæ de terra eũtes & redeũtes].i.hinc inde ſe cõcutientes atq; flu-
ctuantes,& ad loca Oceani particulariũ mariũ reuertẽtes. Non em̃ oẽs aquæ in Oceanũ de-
currebãt,ſed multæ in particularibus maribus remãſerũt, & in ſubterraneis locis ac fluuijs,
p̃ſertim in 4. fluuijs paradiſi.[Et cœperũt minui poſt 150. dies.]quibus obtinuerant & ope-
ruerãt terrã,prout in fine p̃cedẽtis capituli dictũ eſt,dupliciterq́; expoſitũ.[Requieuitq́; ar-
ca menſe 7.27.die mẽſis]hoc eſt,27.die mẽſis 7.illius anni quo fuit diluuium. [ſuper mõtes
Armeniæ,] quæ alio nomine dicitur Ararat, ſecundũ doctores.[At vero aquæ ibant & de-
creſcebãt vſq; ad decimũ menſem eiuſdẽ anni.]Non ꝙ decimo menſe illo cõpleta ſit decre-
ſcentia ſeu receſſus aquarũ à terra,vt ſtatim patebit ex textu,ſed decimo menſe facta eſt tan-
ta diminutio aquæ, ꝙ cacumina montium apparuerunt, ſicut ſubiungitur: [Decimo enim
menſe, prima die menſis]decimi[apparuerunt cacumina montium.] & tunc totum corpus
arcæ fuit extra aquam, quando reſedit ſuper montes Armeniæ. Et aqua deſcenderat ad mi
nus per quindecim cubitos, & forte aliqui montiũ illorũ erant ſibijnuicem tam propinqui
in ſitu, ꝙ arca iſta longiſſima ſimul requieuit ſuper capita duorum aut plurium montium:
vel ſi requieuit ſuper vnum montem, ponitur plurale pro ſingulari. Eratq́; mons iſte ma-
gnæ extenſionis in vertice, ita ꝙ ſuper eum potuit arca quieſcere. De hac re in Scholaſtica
Ioſep. li. recitatur hiſtoria:Arca requieuit ſup mõtes Armeniæ,vbi vſq; nũc ꝓuinciales oſtendunt re-
1. Anti. liquias arcæ.¶Deniq; vt Ioſephus refert, hiſtoriographi Barbarorũ mentionẽ faciũt huius
Iud. c. 5. arcæ atq; diluuij.Scribit em̃ Beroſus Chaldæus: Dicitur quædã pars eſſe nauis illius quæ in
Beroſus Armeniam

Armeniã venit,& quoddã bitumen tolli ex ea,quo homines maxime ad piandũ vtuntur.De
eodem ſcribit Hieronymus Aegyptius, Manaſſeus quoq; Damaſcenus:Eſt,inquit,excelſus Hieron.
mons in Armenia, qui Baris appellatur, in quo ſermo eſt quendã deuectum in arca &c. Ex ægyptiꝰ
quibus etiã conſtat,arcam veniſſe ad ipſam Armeniã, & requieuiſſe in mõtibus eius,& men
titos eſſe hæreticos,qui dixerunt hiſtoriã iſtam de arca, eſſe fabulã fictam,propter q̊d etiam
errãt Iudæi,q(vt Lyra refert)affirmãt,arcã quieuiſſe in alia terra,cuius mõtes vſq; Armeni-
am protenduñt, ideo mõtes Armeniæ nominañt.[Cumq́; trãſiſſent 40. dies]à die quo ap-
paruerũt primo cacumina montiũ,[aperiẽs Noe feneſtrã arcę quã fecerat]quę feneſtra fuit
facta in tecto arcæ,vt dictũ eſt in expoſitione ſexti capituli.[dimiſit coruũ] vt per eũ explo-
raret,an terra eſſet ſiccata in ſua planitie.[q egrediebat̃ & nõ reuertebatur,donec ſiccaren-
tur aquæ ſup terram] .i.donec terra ſiccaret̃ ab aquis, quæ defluxerũt à terra,non ꝙ coruus
poſt illã ſiccationẽ ad Noe redierit, ſed qa nec ante eã,nec poſtea eſt reuerſus ad arcã. Sicq́;
donec,excludit tẽpus p̃cedẽs,nec ſtatuit ſequẽs, iuxta quẽ modum fertur in Pſalmo: Sede à Pſal. 109.
dextris meis,donec ponam inimicos tuos &c. Atq; in Matthæo:Non cognouit eam,ſ. Io- Matt. 1.
ſeph Mariam,donec peperit filiũ ſuũ primogenitũ. Iuxta hanc expoſitionẽ coruus nunq̃ re- Auguſt.
uerſus eſt,ideo ſecundũ Auguſtinũ intelligendũ eſt ꝙ manſit alicui cadaueri inſidẽs.Verun- Ioſep. li.
tamẽ Ioſephus dicit,ꝙ redijt. Et Lyra dicit ꝙ in Hebræo habetur, qui egrediebatur exiens 1. Anti.
& reuertẽs.Et idem ait Hieronymus libro de Hebraicis quæſtionibus. ¶Circa q̊d dicũt He Iud. c. 5.
bræi,ꝙ coruus legationẽ ſuam non fecit,ſed circa arcam volitãs,eo ꝙ vndiq; aquam conſpi Hieron.
ceret,quæſiuit reingredi,& intrauit vt nutrimentũ haberet. In Gloſſa vero ſic dicitur:In He
bræo habetur,Egreſſus eſt exiens & nõ reuertẽs,donec ſiccarẽtur aquæ.[Emiſit quoq; co-
lumbã poſt eũ,vt videret].i.ex colũbę effectu cognoſceret,[ſi iam ceſſaſſent aquę ſup faciem
terræ].i. an à ſuperficie terræ om̃ino abijſſent. Siue em̃ coruus dicat̃ ſtatim reuerſus ad Noe,
ſiue nunq̃ reuerſus,nõ ſciuit ex corui effectu an planities terræ eſſet ſiccata. Poterat em̃ ma
nere ſuper cadauer natans in aqua, aut circa alicuius mõtis cacumẽ iacens.] quæ cũ non in-
ueniſſet vbi requieſceret pes eius,] quia columba abhorret ſup cadauer ſedere, montiũ q̊q;
capita adhuc erãt lutoſa ac nimiũ humida, [reuerſa eſt ad eũ in arcã,]propter quietẽ & pa-
ſtũ.[Aquæ em̃ erant ſuper vniuerſam terrã.] hoc eſt,adhuc operuerãt totã terram planam,
non mõtoſam. Terra etem̃ mõtoſa,fuit pro magna parte iam nudata ab aquis. [Extenditq́;
manũ ſuam,& appræhenſam intulit in arcã,]forte em̃ ſedebat ſup tectũ arcæ iuxta feneſtrã.
Vnde q̊d iam ante ſcriptũ eſt,eã redijſſe in arcã, intelligendũ eſt,ꝙ redijt vſq; ad tectũ arcæ
per ſe,& tũc Noe appræhendit eã ac introduxit.[Expectatis aũt vltrà ſeptẽ diebus alijs,]Ex
quo ſequitur,ꝙ Noe poſt emiſſionẽ corui expectauit ſeptẽ dies, anteq̃ emiſit colũbam:& ea
reuerſa,rurſus denuo euolutis tot diebus,[rurſum dimiſit columbã ex arca. At illa venit ad
eũ ad veſperã,] forte eiuſdẽ diei, quo eam emiſit,[portãs ramũ oliuæ virentibus folijs in ore
ſuo.]An colũba tulit ramũ illũ de arbore oliuæ adhuc ſtãte, an potius reperit eum in terra,
non exprimit textus. Et videtur ꝙ tulit eum de arbore,qm̃ ramus iſte fuit folijs virens. Op-
poſitũ tñ apparet, quia ſubiungitur: [Intellexit ergo Noe ꝙ ceſſaſſent aquæ ſuper terram:]
quod nõ potuiſſet,ſi ramus fuiſſet ſublatus de arbore.¶Quocirca rurſus inqritur,quia ſi co
lumba iã reperit vbi requieſceret pes ſuus, cur reuertebatur ad arcam? Dici poteſt, ꝙ terra
erat adhuc nimis mollis ac lutea ad manendũ in ea,prout infrà clarebit. Nutu tamẽ diuino
creditur factũ,vt ita rediret cũ ramo pro certificatione ipſius Noe.[Expectauitq́; nihilo mi
nus ſeptẽ alios dies,]vt poſt tãtũ tẽpus maiorẽ certificationẽ de terræ ſiccatiõe acciperet. [&
emiſit columbã]tertia vice,[quæ nõ eſt reuerſa vltrà ad eũ,]qm̃ terra fuit iã ſatis ſolida pro
colũba,& potuit in ea inuenire neceſſaria pabula. [Igitur 601. anno]vitæ Noe, [primo men
ſe]anni apud Hebræos,puta Aprili,ſecundũ doctores præallegatos,vel Martio,vt aliqui di
cunt,[prima die mẽſis]illius[imminutæ ſunt aquæ ſup terrã,]ita ꝙ totaliter receſſerunt à ter
ra ad habitandũ præordinata. Coruus nanq; fuit emiſſus 11. menſe,vtpote euolutis quadra-
ginta diebus à decimo menſe. Poſt emiſſionẽ aũt corui vſq; ad tertiam columbæ emiſſio-
nem,fluxerũt tres hebdomadę,ſic ꝙ columba fuit tertio emiſſa 12. menſe. [Et aperiens Noe
tectum arcæ,adſpexit.].i.feneſtram quæ erat in tecto, ſicut aliquis dicitur aperire domum
dum aperit ianuam domus. Aliqui tamẽ dicũt ꝙ nunc aliud deſignatur ꝑ apertionem tecti
arcæ,q̃ ſuprà per apertionẽ feneſtræ,q̊d ad literã nõ videtur. Poterat em̃ ꝑ feneſtrã ſatis cir-
cũſpicere terrã.[viditq́; ꝙ exiccata eſſet ſup̃ficies terrę.]nondum tñ exiuit de arca, qm̃ terra
nõ erat adhuc ſatis dura & ſolida facta pro inhabitatione animaliũ terreſtriũ & hominũ:&
qm̃ expectauit reuelationẽ Dei de tẽpore exeundi.[Mẽſe ſecundo]anni præfati, [ſeptimo &
viceſimo die mẽſis]ſecundi,[arefacta eſt terra].i.ſatis ſiccata & indurata ad habitandum &
operandũ in ea. Siquidem quaſi duo mẽſes fluxerũt interim à prima die primi mẽſis anni il-
lius.[Locutus eſt aũt dñs ad Noe, dicẽs:Egredere de arca tu & vxor tua,& filij tui & vxores
filiorũ tuorũ tecũ:Cuncta animantia quæ ſunt apud te ex omni carne, tam in volatilibus q̃
in beſtijs

in beſtijs & vniuerſis reptilibus quæ reptant ſup terrã, educ tecũ, & ingredimini ſuper ter-
ram.] Itaq; ſicut ex Dei imperio arcam intrauit, ita ex Dei imperio eſt egreſſus, atq; vt di-
ctum eſt, qñ iuſſit eũ exire, mixtim expreſſit eum & cõiugẽ eius, eiuſq; filios & eoꝝ vxores,
ad innuendũ ꝙ de cętero eſſet tẽpus maritalis amplexus. Dicũt quoq; expoſitores cõcordi-
ter, ꝙ Noe cũ ſuis fuit integro anno in arca, eodemq; die exijt quo intrauit. Nec obſtat ꝙ in
præcedẽti capitulo legit̃, diluuiũ incepiſſe anno 600. vitæ Noe, mẽſe 2. ſeptimadecima die
menſis illius. Nũc vero dicit̃ exiuiſſe anno 605. vitæ Noe, menſe 2. 27. die menſis, qm̃ annus
ſolaris excedit lunarẽ in diebus qui ſupercreſcunt in mẽſe iſto 2. ſexcenteſimiprimi anni vi-
tæ Noe vltra dies taxatos in mẽſe 2. anni ſexcenteſimi vitæ illius. Iudæi aũt cõputant mẽſes
ſecundũ lunationes. [Creſcite & multiplicamini ſup] terrã. i. per generationem augeant̃ in-
diuidua veſtra, q̃d dictũ eſt ad Noe pro om̃ibus domeſticis eius qui ſecũ erant in arca, & ani
mãtibus vniuerſis, vt ſ. de cætero gñationi inſiſterent. An vero & ipſe Noe poſtea genuerit,
poſtea inquiret̃. [Aedificauit aũt Noe altare dño:] quia in lege naturæ offerebãtur ſacrifi-
cia Deo, vt dictũ eſt de Abel & Cain. Aedificauit aũt altare iſtud ſtatim poſt egreſſionẽ de
arca, de qua exiuit in Armenia, atq; vt in Scholaſtica fertur hiſtoria, Armenij vocãt locũ vbi
exiuit, egreſſoriũ. Filij vero Noe vocauerũt eum Thanon. i. octo, eo ꝙ octo homines ibi ex-
Euſebi⁹. ierint arcã. Vnde & aliqui imaginati ſunt ꝙ Noe fecit altare illud de octo lapidibus, atq; (vt
Ioſephus ait) ꝓuinciales ibidẽ nũc vſq; oſtendũt reliquias arcæ. In eadẽ hiſtoria legitur, ꝙ
Ioſe. li. 1. vxor Noe vocata ſit Puarphara: vxor Sem, Pharſia: vxor Cham, Cathaflua: vxor Iaphet,
Anti. Iu Flua. [Et tollẽs de cũctis pecoribus & volucribus mũdis.] Quæ cur mũda vocata ſint, patuit
da, ca. 6. in expoſitiõe præcedẽtis capituli. [obtulit holocauſta ſup altare.] Et hoc pro gratiaꝝ actio-
ne liberatiõis ſuę & domeſticoꝝ ſuoꝝ, atq; in recognitionẽ ſummi & vniuerſalis ac indepen
dentis dñi Dei, beneficiorumq; eius. Porro holocauſtũ ꝓprie appellatur ſacrificiũ, q̃d ad di
uinæ reuerentiã maieſtatis totũ cõburit̃. Aliqui quoq; dicũt, ꝙ de qualibet ſpecie pecorum,
volatiliũq; mundoꝝ obtulit indiuiduũ vnũ, vt tactũ eſt, exponẽdo pręſens capitulum, & ſuc
ceſſiue hoc facere potuit, adiuueruntq; eũ filij ſui in ædificando altare & immolatione, in-
quantũ fuerat opportunũ, applicãdo ſeu præparando materiam. [Odoratuſq; eſt dñs odo-
rem ſuauitatis]. i. holocauſtũ iſtud cõplacuit ei nõ ſecundũ ſe, ſeu ex ope operato, ſed ex ope-
re operãte, videlicet fide & deuotione offerẽtis. [& ait ad eum: Nequaq̃ vltrà maledicã terrę
propter hoĩes]. i. propter vitia hominũ non inducam de cætero habitatoribus terræ, ipſiq;
terræ & brutis tã grauẽ & vniuerſalẽ vindictã ſeu plagã, nec ipſos homines propter eorum
peccata ita ſimul plagabo, vſq; in finem mundi excluſiue, quia in fine ſeculi erit horribilior
plaga q̃ fuit diluuiũ, vtpote cõflagratio mũdi per ignẽ, quo tũc oẽs in terra viuentes extin-
guentur. Deniq; Ioſephus refert, ꝙ Noe formidans, ne Deus rurſus induceret humano gene
Ibidem. ri diluuiũ, dñm exorauit ne hoc amplius faceret, & ſacrificauit ei pro cauſa hac. Tunc Deus
reſpõdit ſe exaudiſſe preces illius, & cætera quæ hic legũtur. [Senſus em̃] nõ ſolũ exteriores,
ſed etiã interiores. [& cogitatio humani cordis,] hoc eſt, ipſa vis cogitatiua ſeu intellecti-
ua, & itẽ volũtas, [in malũ prona ſunt] culpæ, vtpote ad peccandũ, præſertim ex infectione
originalis peccati ſeu fomite. Præſertim quoq; quatuor vires hominis ſunt infectæ & pro-
næ ad vitia, ſ. vis cõcupiſcibilis, iraſcibilis, rationalis & voluntas. In q̃bus ponunt̃ 4. vulnera
animæ, quæ ſunt, cõcupiſcẽtia, infirmitas, error, malitia. Cõcupiſcibilis, prona eſt nimis ad
appetendũ illicita. Iraſcibilis, debilis eſt ad reſiſtendũ prohibitis. Intellectus, pronus eſt ad er
rores & falſa: volũtas, ad peruerſa ac vitioſa. Et ꝓnitas iſta ad vitia, partim alleuiat & aliquo
modo excuſat hominũ culpas, quia diminuit rationẽ voluntarij, quod proprie eſt de ratio-
ne peccati. Prona ſunt ergo hæc ad malũ [ab adoleſcẽtia ſua]. i. à tẽpore quo homo vti inci-
pit ratione. Tũc em̃ radicalia mala illa incipiũt in actũ erumpere, niſi per Dei gratiã & vir-
tutes frenẽtur. [Nõ igitur vltrà percutiã oẽm animã viuentem]. i. om̃e animatũ tam rationa-
le q̃ irrationale in terra, [ſicut feci,] perpaucis indiuiduis dẽptis. ¶ Quocirca poſſet quis di-
cere: Nõne Deus ante diluuiũ ſciuit hanc hoĩm pronitatẽ in malũ, quare ergo tunc induxit
diluuiũ? Et reſpondendũ, ꝙ Deus interdũ oſtẽdit rigorẽ ſuæ iuſtitię, interdũ vero dulcorem
ſuæ clemẽtiæ, ſecundũ beneplacitũ & ordinẽ imperſcrutabilis atq; immẽſæ ſapiẽtię ſuę. Oĩa
etem̃ facit, vt ſua perfectio in rebus reſplẽdeat. [Cunctis diebus terræ, ſementis & meſſis]. i.
ſemen ſeu ſeminatio ac ſeges ſeu fructificatio terræ, [frigus & æſtus, æſtas & hyems, nox &
dies nõ requieſcẽt]. i. nõ ceſſabũt in toto, ſed vſq; in finẽ mũdi ſucceſſiue & ordinate eueni-
ent. Solemus aũt frigus & hyemẽ pro eodẽ accipere, ſeu vnũ pro qualitate alterius, ſimiliter
æſtum atq; æſtatẽ: ſic & nũc poteſt frigus pro qualitate ſeu rigore hyemis accipi, & hyems
pro parte anni ſeu tẽpore hyemali. Similiterq; dicendũ eſt de æſtate & æſtu. Vel frigus ſu-
mitur ꝓ frigidiori hyemis parte, & æſtus ꝓ calidiori æſtatis parte: ſicq; reſiduũ tẽpus hye-
mis & æſtatis, accipi poſſet quaſi ꝓ tẽpore q̃d in ver & autũnum diuidimus, potiſſimum iu-
xta vulgarẽ modũ loquendi, quo totũ annũ in hyemẽ & æſtatẽ diſtinguimus. Diſtinctio aũt
iſtorum

iſtoꝝ, quã introducit hic Lyra, ſecundũ Hebræos nõ habet generaliter veritatẽ nec locũ, niſi
in certis terris: q̃d breuitati ſtudẽs, declarare omitto cum parui ſit ponderis. ¶ Poſtremo in
expoſitiõe huius capituli facit Lyra grandẽ diſcuſſionẽ, q̃ ꝓfunde ſeu ꝑ quot cubitos arca
intrauit aquas diluuij. Et primo dicit, ꝙ nõ intrauit 15. cubitis: quia ſi ſic, nõ potuiſſet ſuper
aquas flotare, ſed tetigiſſet capita montiũ, qm̃ aqua erat altior montibus 15. cubitis tantum.
Secũdo dicit, ꝙ arca tantũ præciſe intrauit aquã, quantũ aqua excedebat mõtes, quando ar-
ca primo requieuit ſup montes. Tertio tandẽ cõcludit, ꝙ arca intrauit aquã 15. cubitis & pa
rũ plus, ſecundũ textũ noſtrę trãslationis. ¶ Circa hæc Rabbi Paulus ſcribit, ꝙ inquiſitio iſta R. Paul⁹.
ſit magis curioſa q̃ vtilis, quia nõ confert cognitionẽ vtilem in credẽdis, nec requirit̃ ad ple-
nã literæ expoſitionẽ. Ex quibus cõcludit, Ideo Gloſſa noſtra mentionẽ nõ facit de hoc, nec
(vt credo) aliquis ſanctoꝝ, nec etiã Hebręoꝝ doctoꝝ, niſi ſolus Rabbi Salomon, qui in hui-
uſmodi vanis quæſtionibus longã facit altercationẽ. Deinde reprobat argumentũ primi di R. Salo.
cti Nicolai de Lyra, qm̃ & ſi arca intraſſet aquã 15. cubitis, nõ ſequeretur ꝙ mõtiũ capita teti
giſſet, nec flotare quiuiſſet. Potuiſſet em̃ flotare in terris planis, quæ multo plures & maiores
ſunt montoſis. Deinde reprobat ſecundũ dictũ illius. Nã quãdo arca requieuit ſup mõtes Ar
meniæ, nõ intrauit tantũ præciſe aquas, quantũ aquæ erãt montibus altiores, niſi quis dicat,
ꝙ montes illi Armenię fuiſſent altiſſimi mõtes totius terræ, q̃d nõ apparet, præſertim ꝓpter
altitudinẽ mõtis Olympi. Et ideo potuit aqua alibi altior eſſe q̃ fuit ſpatiũ ꝓfunditatis qua
arca intrauit aquas, qñ primo ſuper montes quieuit. Cõſequenter reprobat tertium dictum In R. Sa-
illius. Quod, prolixitatẽ vitans, proſequi ceſſo. Vltimo addit: Hęc introduxi, ad oſtenden- lomonẽ.
dum ineptitudinẽ Rabbi Salomonis in expoſitione ſcripturæ, licet Lyra eũ frequenter alle-
get. Hæc Rabbi Paulus. ¶ Verũtamen Hugo de ſancto Victore in libro ſuo de arca Noe, ali
quid tangit de quãtitate profundationis arcæ in aqua, dicendo: Veriſimile eſt ꝙ duæ inferio
res mãſiones arcæ, arca natãte, premebantur inter aquas deorſum, videlicet manſio infima
in qua recipiebãtur ſuperfluitates naturæ, & ſecũda in qua cõtinebantur cibaria. Tertia ve-
ro in qua animalia erãt, quæ ſpiramẽto aperti aeris eguerũt, prima ſup aquas eminebat, ſed
iuxta hãc poſitionẽ dici nõ poteſt, ꝙ arca intrauerit tredecim cubitis aquas, qm̃ Hugo dicit
infimã manſionẽ arcæ, habuiſſe in altitudine cubitos 4. ſecundam cubitos 5. & ita arca non
intraſſet aquã niſi per cubitos circiter nouem. Attñ magna & exquiſita inquiſitio de quan-
titate ꝓfundationis arcæ in aqua, videtur inutilis. Vnde nec Hugo multũ ſuper hoc tractat.

¶ De ſpirituali intelligentia eiuſdem cap. octaui. Art. XXXIX.

PEr recordationem, qua dñs recordatus eſt ipſius Noe & exiſtentiũ ſecũ in arca, deſigna- Iudit. 8.
tur ꝙ Deus ꝑmittit electos ſuos in eccleſia militãte ad tẽpus affligi, tentari, & varijs tri-
bulationibus exerceri, ſed nõ ſupra vires eoꝝ, neq; in finẽ deſerit eos, ſed per miſericor- Pſal. 89.
diæ ſuæ effectus oſtẽdit ſe memorẽ eorundẽ, pie viſitãdo, cõſolando ac cõfortando, ita vt di 2. Cor. 1.
cãt: Lætati ſumus pro diebus q̃bus nos humiliaſti, annis q̃bus vidimus mala. Itemq;: Benedi Pſal. 93.
ctus Deus q conſolat̃ nos in om̃i tribulatione noſtra. Et denuo: Secundũ multitudinẽ doloꝝ
meoꝝ in corde meo cõſolatiões tuę lętificauerũt aĩam meã. Ideo nõ debemus in aduerſis de-
ficere, nec puſillanimitate tabeſcere, nec vnq̃ de gratioſa Dei ſubuentiõe diffidere. Præterea Pſal. 21.
recordatus eſt dñs Noe. i. Chr̃i. Cuius intantũ videbat̃ oblit⁹ tẽpore paſſiõis, vt Chr̃s ipſe cla Matt. 27.
mauerit: Deus me⁹ Deus meus, vt q̃d dereliquiſti me? Et rurſus in Pſalmo: Repleta eſt malis Pſal. 87.
anima mea. Aeſtimat⁹ ſum cũ deſcẽdẽtibus in lacũ. Sicut vulnerati dormiẽtes in ſepulchris,
quoꝝ nõ es memor ampli⁹. Vnde de ipſo dictũ eſt in Eſaia: Vidimus eũ quaſi leproſum & Eſai. 53.
ꝑcuſſum à Deo & humiliatũ. Itaq; recordat⁹ eſt De⁹ pater hoĩs Chr̃i, qñ ipſo dño Ieſu Chr̃o Pſal. 30.
in cruce clamãte: Pater, in manus tuas cõmendo ſpm̃ meum: Deus pater ſpm̃ Chr̃i ſuſcepit, Lucæ 23.
& paulopoſt eundẽ ſpiritũ ſeu animã reuniuit corpori eius, illud mox glorificãdo, & tã cor
pus q̃ animã Chriſti ab omni paſſibilitate penitus exaltãdo. Tunc quoq; recordatus eſt dñs
cunctoꝝ animantiũ quæ erãt cũ eo, hoc eſt, oĩm diſcipuloꝝ Chriſti, qui in eius ſocietate &
cõgregatione fuerũt ante paſſionẽ ipſius. [Et adduxit ſpm̃ ſup terrã]. i. ſpm̃ ſanctum miſit
illis in ſigno ſenſibili in die ſacratiſſimo pentecoſtes, ꝑ cuius chariſmata illos excellentiſſime
viuificauit, exhilarauit & ſublimauit. [Et imminutæ ſunt aquæ]. i. tribulationes atq; formi-
dines quas ante habuerũt diſcipuli, tũc ceſſarunt, quẽadmodum de ſacratiſſima illa eccleſia
primitiua Actuũ 2. ſcriptũ eſt: Oẽs qui credebãt, erant pariter, & erant eis omnia cõmunia, Actor. 2.
ſumebantq; cibũ cũ exultatione & ſimplicitate cordis, collaudãtes Deum, & habentes gra-
tiam ad oẽm plebẽ. Cæteroꝝ aũt nemo audebat ſe cõiungere eis, ſed beatificabat eos popu-
lus, & metus magnus erat in omnibus alijs. [Et clauſi ſunt fontes abyſſi] magnæ. Per fon-
tes abyſſi intelligũtur ſcribæ & phariſæi, ſacerdotes atq; pontifices ſynagogę, quæ erat in- Actor. 5.
ſtar abyſſi repleta aqua ſapiẽtiæ legis, & doctrina ꝓphetaꝝ, legaliũq; doctoꝝ: ſed oẽs fontes Actor. 2.
iſti clauſi ſunt, Chr̃o ſermocinãte, & eius apoſtolis atq; diſcipulis poſt ſuſceptionẽ ſpũſſan-
cti, qñ nõ potuerũt reſiſtere & cõtradicere ſpũiſancto qui loquebatur per os Chriſti, diſcipu Lucæ 21.

lorumq;

lorum'q; eius,quibus ante paſſionẽ promiſit:Ego dabo vobis os & ſapientiã, cui non pote-
Act. 5.6. rũt reſiſtere & cõtradicere oẽs aduerſarij veſtri.Hinc de Christo Euangeliſta teſtatur,ꝙ erat
7. docẽs ſicut poteſtatẽ habẽs,non ſicut ſcribæ & phariſæi,ita ꝙ oẽs mirabantur in verbis gra
Lucæ 21. tiæ quæ procedebant de ore eius,propter q̃d quidã ex aduerſarijs Chriſti,euidentia verita-
Matt. 7. tis cõpulſi,dixerũt: Nunq̃ locutus eſt homo ſicut hic loquitur. [Et cataractæ cæli.]Catara-
Marci. 1. ctæ cæli.i. feneſtræ ſynagogæ, erant præcepta cæremonialia legis, per quæ olim ſol ſapien-
Lucæ 4. tiæ ſplẽduit & refulſit in ſynagoga, quæ feneſtræ euangelio diuulgato ſunt clauſæ,quia tũc
Ioann. 7. finem ſumpſerunt,& per eorũ obſeruantiã non fiebat illuminatio,ſed excæcatio & condẽna
Galat. 5. tio obſeruantiũ ea,ſicut dixit Apoſtolus: Quia ſi circũcidamini, Chriſtus nihil proderit vo-
bis.[Et prohibitæ ſunt pluuiæ de cælo].i.gratia atq; authoritas prædicandi,ablata eſt ſyna-
gogæ,in qua Deus olim per gratiam quaſi in cælo regnauit, quẽadmodum nunc in eccleſia
regnat.Tota aũt gratia,ſapiẽtia,& multiplex eminẽtia,quæ olim in ſynagoga fuerũt,ad ec-
cleſiã Chriſti per glorioſos apoſtolos ſunt trãſlatæ cũ ineffabili ſuperabundantia & profe-
ctu.[Reuerſæ'q; ſunt aquæ de terra euntes & reuertẽtes] .i.vera intelligẽtia ſcripturarũ & ſa-
piẽtia ſalutaris,fidei'q; doctrina reliquerũt Iudæã ſeu ſynagogã,euntes ad Chriſti eccleſiam
& gentilitatẽ cõuerſam.[& cœperũt minui poſt cẽtum quinquaginta dies.]Per hos dies in-
ſinuat tẽpus euangelicæ prædicationis vſq; ad eius diuulgationẽ,qua facta,legalia erãt mor
tifera.Ideo extũc cœperũt præfatę aquæ à Iudæis deficere & abire.Tunc'q;[requieuit arca ſu
per mõtes Armeniæ].i.cõgregatio eccleſiaſtica innitebat apoſtolorũ doctrinis.Tunc quoq;
apparuerũt cacumina montiũ.i.dignitas,ſanctitas & eminẽtia multiformis apoſtolorum &
apoſtolicorum virorũ ac cæterorum eccleſiæ prælatorum cœpit vndiq; declarari atq; agno
Pſal. 86. ſci,& à fidelibus latiſſime honorari ac allegari, de quibus ait Pſalmiſta: Fundamenta eius in
Eſaię 2. montibus ſanctis. Et Eſaias:Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus dñi in verti-
ce montiũ.[Cum'q; tranſiſſent quadraginta dies,aperiens Noe feneſtrã arcæ,quã fecerat,di
miſit coruũ.]Per 40.dies,tempus luctus ac pœnitentię deſignatur,poſt quod Chriſtus emit-
tit coruũ.i.homines ſeculares permittit ad exteriora ſua redire negocia, qui frequẽter rema
nent extrà,inordinate adhærẽdo rebus terrenis,& obliuiſcũtur deuotionis & compunctio-
nis præhabitæ.Tũc'q; ſaluator emittit poſt eos colũbam.i.viros innocẽtes ac ſimplices præ-
dicatores & contẽplatiuos,vt reuocẽt illos ad viã ſalutis, obediẽtiam'q; & charitatem eccle
ſiæ,denũciando eis ſeculi vanitates, impiorũ'q; clades ac futura ſupplicia. Cũ'q; colũba hæc
non inuenit ſibi quietẽ in exterioribus rebus & actibus, nec pedẽ ſuum figere poteſt in eis,
fructificando in cõuerſione prauorũ,& reducendo eos iuxta deſiderium ſuum ad dñm,redit
in arcã,hoc eſt,ad interna exercitia eccleſiaſticæ politiæ, & ſuſcipit eam Chriſtus ac intro-
ducit in ſanctuariũ ſuũ,in contemplationis ſecretum,in cellã vinariam,quæ eſt ſpiritalis in-
ebriatio,& ſuauis refectio ex copioſa deguſtatione increatæ dulcedinis, copioſa'q; partici-
patione ſupernorũ chariſmatum ac valida inflãmatione ſpũsſancti. [Aquæ eñi erant ſuper
vniuerſam terram.] Iſtæ ſunt aquæ mũdanæ prudentiæ, quæ ſuperfuſa eſt cordibus homi-
Lucę 16. num mundanorum:quia vt ait ſaluator, Filij huius ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis in ſua
generatione.Sed & aquæ.i.multitudo & inquietudo tentationum,vitiorum,paſſionũ,atq;
multipliciũ tribulationũ abundant in terrenis & corporalibus iſtis hominibus. [Expecta-
tis aũt vltrà ſeptẽ diebus alijs,rurſus dimiſit columbã ex arca.] Sic Chriſtus non ſemel dun-
taxat,ſed iterum ac frequenter mittit prædicatores & vicarios ſuos ac ſeruos feruentes ad
prauorũ cõuerſionem: nec fruſtra, quia interdũ aliqui cõuertuntur:ſic'q; redit columba ad
Chriſtũ ad veſperam,portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore ſuo.i.deuoti prædicato-
res & fideles prælati,ac feruidi famuli creatoris, dum fructũ fecerunt in alijs, ad dñm ſe con
uertunt,& ei omne bonũ cum gratiarum actione præcordiali aſſcribunt, ramum'q; oliuæ,
i.meritũ quod aſſecuti ſunt,& pietatis opus quod exercuerũt, Deo præſentant humiliter ac
deuote,ad veſperã,hoc eſt,poſt expletionẽ occupationis ſuæ circa exteriora,in quibus quan
dam obſcurationẽ ſplẽdidæ cõtemplationis quandoq; incurrunt:ſed redeũtes ad domum,
mox recuperare amiſſa conãtur,& magis q̃ ante illuminãtur.[Intellexit ergo Noe ꝙ ceſſaſ-
ſent aquæ ſuper terrã.] Sic Chriſtus in tali caſu videt,ꝙ præfatæ aquæ vitiorum,paſſionum
ac mundanæ prudentiæ, ablatæ ſunt à cordibus horum qui vere ad ipſum cõuerſi ſunt.De-
inde emittit rurſus columbam,quæ vltrà nõ redit ad eũ.Per hoc deſignatur,ꝙ tales viri vir-
tutũ per columbã expreſſi,poſt frequentẽ ſuã emiſſionem & adminiſtrationem circa exte-
riora agẽda ac alios cõuertendos,tandem relicta eccleſia militante,triumphantẽ ingrediun
tur.[Igitur 601.anno vitæ Noe,imminutę ſunt aquæ ſuper terram.]hoc eſt,infra vnum an-
num deſignatum per annũ quo Noe fuit in arca, cum haberet annos ſexcẽtos, aquæ ſapien-
tiæ & gratiarum fluenta totaliter ſunt ſubtracta Iudæis incredulis. Deinde Iudæa arefacta
eſt.i.indurata in ſua perfidia atq; ab omni humore gratiæ deſiccata. Deniq; per tectum ar-
cæ, puta eccleſiæ, poteſt intelligi diuina protectio ſeu euangelica theoria, qua teguntur ac
defen-

defenduntur credẽtes.Tectũ quoq; eccleſiæ,ſunt prælati & viri pfecti,hoc tectũ aperit Chri
ſtus,dũ corda eorũ reuelat ad intuendum cæleſtia ac diuina ſeu abdita ſcripturarũ,dum item
per eos cõſiderat,ſeu eos ad conſiderandũ inducit,qualiter corda ſubditorũ ac infirmorum
diſpoſita ſint.[Locutus eſt autem Deus ad Noe, dicens: Egredere de arca tu & vxor tua, &
filij tui &c.].i. obſtinatis Iudæis voluit Deus vt Chriſtus & primitiua eius eccleſia, quæ fuit
ſponſa ipſius,hoc eſt,ſancti apoſtoli & plurimi Iudæorum ab eis cõuerſi,ad totius mũdi in-
formationẽ atq; conuerſionem procederent.Non ꝙ Chriſtus in cęlo tũc reſidẽs,corpora-
liter cum ſuis diſcipulis,ſed ſpiritaliter tantũ profectus ſit, quibus iam ante pmiſerat: Ego
vobiſcum ſum cunctis diebus.Et,Non relinquam vos orphanos.Sed quomodo tunc de ar Matt. 28.
ca.i.de eccleſia exierũt? Dicendũ,ꝙ exierunt de ea,non eam relinquẽdo,ſed dilatãdo. Sic'q; Ioan. 14.
eius anguſtias deſerendo, & ipſam vbiq; terrarũ plantando, ſic'q; creuerunt & multiplicati
ſunt in toto orbe ſuper numerũ.[Aedificauit aũt Noe altare dño, & tollens de cunctis pe-
coribus & volucribus mundis,obtulit holocauſtum ſuper altare.]Dñs noſter Ieſus Chriſtus
conſtãtiſſime prædicando, iuſtiſſime cõuerſando, ſtrenuiſſime increpando pontifices,ſcri-
bas & phariſæos Iudæorum, ædificauit ſibi altare.i. crucis patibulum ſibi parari ab illis ac
erigi procurauit,quia ex actibus illis præfatis,moti fuerũt ad interfectionẽ ipſius.Aedifica
uit quoq; ſibi altare.i. aram crucis voluit ſibi parari, in qua obtulit ſemetipſum Deo patri.
[Tollẽs de cunctis pecoribus & volucribus mũdis,]hoc eſt,vniuerſos ſuos electos actiuos ac Hebr. 9.
contẽplatiuos,& potiſſimũ eos quos ex Iudæis collegit,cordi ſuo inſcribens,ac ſuæ memo-
riæ imprimẽs,eos ſecũ patri offerẽs ac præſentãs. [Odoratus'q; eſt dñs odorẽ ſuauitatis].i.
paſſionẽ Chriſti gratiſſimã & ſuperacceptiſſimam habuit,& charitatem animę Chriſti,ex
qua ſpõte oĩa ptulit,maxime approbauit,& vere ſuauiſſimã iudicauit.Nã paſſio Chriſti ex
parte patiẽtis, ſummę cõplacuit patri,propter quod ait Apoſtolus:Chriſtus dilexit nos, & Ephes. 5.
tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorẽ ſuauitatis.Et Eſaias: Eſaię. 53.
Oblatus eſt,inq̃t,q̃a ipſe voluit.Vnde & ipſemet faſſus eſt: Animã meã pono p ouib⁹ meis. Ioan. 10.
[Et ait ad eum:Nequaq̃ vltrà maledicã terrę ppter hoĩem]hoc eſt,virtute & merito tuę paſ
ſionis,O Chriſte vnigenite mi dilecte,ppiciabor hoĩbus,& pijſſimus ero tẽpore euangelicę
legis,vltra oĩne tempus præteritũ.Etenĩ ppter Chriſtũ, & merito ſuæ ſanctiſſimæ cõuerſa-
tionis,ardẽtiſſimæ charitatis,& acerbiſſimæ paſſionis, ſummę & incõparabiliter ppiciatus
eſt Deus pater,immo trinitas tota ſupbenedicta hoĩbus.[Senſus eñi & cogitatio cordis hu-
mani prona ſunt in malũ &c.] Nõ ſolũ ex originalis peccati infectione cõſurgit pnitas iſta
ad vitia.Nã & primi parẽtes,cũ eſſent in gratia & originali iuſtitia cõditi,ante ſuã trãſgreſ-
ſionẽ tam proni fuerunt ad malũ, ꝙ Eua ex vna perſuaſione ſerpentis, Dei mandatũ tranſ-
greſſa eſt,ſimiliter Adam occaſione vxoris.Et quid dicã de primis parentibus aliũde ad ma
lũ inductis,cũ & creatura illa altiſſima atq; digniſſima,angel⁹ primus ac ſummus, ex ſeipſo
ad tantã impietatẽ inductus ſit,tam'q; ſceleratiſſime lapſus,cui & alij angeli multi tam facili- Eſai. 14.
ter cõſenſerũt? Itaq; creatura rationalis & intellectualis,ſecũdũ ſe accepta,& ſibijpſi relicta,
ad malũ eſt pna.Et eo ipſo quo ex nihilo facta eſt,& ad finẽ aliũ à ſe ordinata poteſt defice-
re & peccare, niſi deſup adiuuet:& ſicut indiget creatoris cõſeruatione vt in eſſe ſuo ſubſi-
ſtat,ita volũtas ei⁹ indiget inceſſanter adiutorio grãæ Dei, vt in bono pmaneat & nõ peccet.
Quod ſemp pẽſare debem⁹,& humiliare ac aſpernari noſmetipſos,& iugiter timorati cõſi
ſtere,ac in ſolo creatore cõfidere,ipſum'q; indeſinẽter inuocare: & quicq̃d boni agimus aut
habemus,ipſi cũ oĩni gratiarũ actiõe & pfundiſſima humilitate aſſcribere.[Non ergo vltrà
pcutiã oẽm animã viuentẽ,ſicut feci] Ante aduentũ Chriſti,Deus pene oẽm animã viuẽtem
vita naturæ,pcuſſit plaga iuſtę derelictionis & excæcationis internæ,ſicut in Actibus loqui-
tur Paulus:Deus in pręteritis gñationibus dimiſit oẽs gẽtes ingredi vias ſuas.Et Eſaias:Nos Acto. 13.
oẽs,inquit,quaſi oues errauimus:vnuſquiſq; in viã ſuã declinauit. Sed per Chriſtũ & ei⁹ di Eſaię 53.
ſcipulos cunctis hoĩbus annunciata eſt via ſalutis, neq; deinceps reliquit genus humanum
Deus,vt prius.[Cunctis diebus terræ ſemẽtis]hoc eſt,ſeminatio verbi cæleſtis.[& meſſis,].i.
fructificatio inde proueniẽs.[frigus]hoc eſt,infrigidatio,à concupiſcẽtiæ, iræ,cæterarum'q;
paſſionũ feruore.[& æſtus,]hoc eſt,ardor vehemens diuini amoris.[æſtas] hoc eſt, ſynceri-
tas contẽplationis & gratiæ.[& hyems,].i.rigor cõpunctionis ac pœnitentię.[nox]hoc eſt,
tribulatio ſeu tẽtatio electos exercens. [& dies].i.gratioſa illuminatio eorundẽ.[nõ requie-
ſcent,]hoc eſt,in eccleſia eſſe non deſinẽt,in vaſis miſericordiæ vſq; in finẽ mundi.¶Poſtre-
mo,ſpiritualis intelligẽtia huius capituli poſſet trahi ad tẽpus Antichriſti, ſub cuius perſe-
cutione ſilebit eccleſia pro maxima ſui parte,& multi fideliũ ſe abſcondent,& quaſi in arca
in abſcondito remanebunt. Deinde impijſſimo interfecto,recordabitur Deus ſuæ eccleſiæ,
adducet'q; ſpiritũ ſuper terram,quia fideles exibunt ad prædicandũ liberrime,& totus qua-
ſi mundus conuertetur ad Chriſtũ, ac ſpirituſancto implebitur.Longum eſſet totũ hoc per
ſingula pſequi.Hoc quoq; prędictis adijciendũ,quia per hoc ꝙ columba emiſſa non potuit

in mon-

in montium cacuminibus propter eoꝝ lutoſitatem quieſcere, deſignatur ꝙ ſpiritus ſanctus qui per columbã ſæpe exprimitur, non inuenit ſibi quietem in multis doctoribus, prædicatoribus, ſacerdotibus, principibus ac prælatis, propter carnalem & turpem eorum vitam.

¶ Declaratio literalis capituli noni, Benedixitq́ Deus Noe &c. Arti. XL.

BEnedixitq́ Deus Noe & filijs eius] Hoc de ſpirituali benedictione à quibuſdam exponitur, vt ſit ſenſus, ꝙ dona gratiæ ac virtutum eis infudit, aut infuſa auxit, & fructuoſa effecit. Aliq tñ dicũt, ꝙ Chã filius Noe fuit ſemꝑ iniquus, ꝗuis ꝓpter merita patris ſui fuerat à diluuio ꝓſeruatus. Credendum eſt etiã, ꝙ Deus benedixit vxoribus Noe, filiorumq́ eius. [Et dixit ad eos: Creſcite & multiplicamini] .i. generãdo augete & multiplicate indiuidua veſtræ ſpeciei. [& replete terrã] veſtra poſteritate, hoc eſt, incipite eam implere hoĩbus. Iſtud tñ præceptũ referť ad filios Noe, nõ ad ipſum Noe, niſi dicať poſt diluuiũ genuiſſe. De qua re infrà quæreť. [Et terror ac tremor veſter ſit ſuꝑ cũcta animãtia terræ, & ſuꝑ oẽs volucres cęli, cũ vniuerſis q̃ mouẽt ſuꝑ terrã] .i. oĩa aĩalia terreſtria, cũctæq́ aues cæli aerei, & vniuerſa reptilia terræ, timeãt vos, & ad veſtrũ tremãt adſpectũ. ¶ Quæriť, an dictũ ſit hoc Noe & filijs eius ꝓ ipſis dũtaxat, an etiã ꝓ eoꝝ poſteris vniuerſis. Reſpondetur ꝙ ſic ſpecialiter dictum eſt hoc Noe & filijs eius, vt nihilo minus in eorum perſonis dictũ ſit aliqualiter cunctis hominibus. Dictũ eſt eñ ad illos ſpecialiter, ne, quia pauci erãt, timerẽt à multis ferocibus beſtijs lædi. In eoꝝ q̊q; ꝑſonis dictũ eſt hoc ad oẽs homines, qm̃ irrationalia naturaliter metuũt homines, faciemq́ humanã. Et raro aut nunq̃ inuaderẽt hoĩem, niſi prouocata aut fame impulſa. Præfata tñ irrationabilia non fuerũt Noe & filijs eius tã plene ſubiecta ac obe-
Gregor. dientia, ſicut primis parẽtibus in ſtatu innocẽtię. ¶ Circa hæc verba dicit Gregorius: Homo non hoĩbus, ſed irrationabilibus eſt prælatus natura, .i. naturali dignitate & ordine. Ideo dicitur ei: Vt ab animalib⁹, nõ ab hoĩbus, timeať: qm̃ ab æquali velle timeri, eſt cõtra naturã ſuperbire. Vnde antiqui patres nõ reges hoĩm, ſed paſtores pecoꝝ fuiſſe dicunť. Natura ergo oẽs homines æquales genuit: ſed ꝓ varietate meritoꝝ, diſpẽſatio Dei iuſta, ſed occulta, alios alijs præponit, vt humana formidine peccare metuãt, q diuina iudicia nõ formidãt. Prępoſiti aũt ex hoc timore nequaq̃ ſuperbiãt, in quo nõ ſuã gloriã, ſed ſubditoꝝ quærũt iuſtitiam. Nõ eñ hoĩbus, ſed beſtijs, dominanť: qa ex qua parte beſtiales ſunt .i. carnales ſeu proni ad malũ, ex ea parte formidini ſunt ſubſtrati. ¶ Circa hæc quæri poteſt, qualiter iſta ſint vera, & vtrũ poſt originale peccatũ inductũ ſit dominiũ vnius ſuꝑ aliũ, ex ſolo demerito culpæ, ita ꝙ non ſit de iure naturali atq; diuino. Et obijci poteſt contra verba Gregorij, quia Pau-
Epheſ. 6. lus apoſtolus pręcipit ſeruis, vt cũ timore & tremore dñis ſuis obediãt: ergo & dñi hoc à ſeruis exigere poſſunt vt debitũ, & ꝓſertim prælati à ſibi cõmiſſis exigere poſſunt ac debẽt, vt
1. Petr. 2. debite timeantur. Immo princeps Apoſtoloꝝ iubet in ſua Canonica: Serui, ſubditi eſtote in
Exo. 21. oñi timore dñis, nõ tantũ bonis & modeſtis, ſed etiã dyſcolis. Ius ergo diuinũ ſeu Deus pręm
Gen. 21. tulit hominẽ homini, vultq́ hominẽ ab homine formidari. Antiq etiã patres, nõ ſolũ peco-
2. Re. 2, 5. ribus, ſed & hoĩbus præfuerũt, videlicet Abrahã 500. ſeruis ſuis, & Moſes Iſraelitis ac Dauid populo Iudæorum. Verũ ad oñia iſta patet ſolutio ex his quæ dicta ſunt ſuprà articulo 27. vbi quæſitũ atq; tractatũ eſt, quomodo in ſtatu innocẽtiæ fuiſſet dominiũ, & qualiter non. Tale eñ dominium, quale fuiſſet in innocẽtiæ ſtatu, etiã nũc eſt ex ordinatione diuina, non in pœnã culpę, ſed propter ſubditoꝝ profectũ. Dominiũ vero quod eſt in cõmodum dominantis, nõ ſubditoꝝ, ex culpa inductũ eſt. De duplici iſto dominio dictum eſt ibi diffuſius. [Oẽs piſces maris manui veſtræ traditi ſunt] .i. veſtræ poteſtati & vſui veſtro eos ſubijcio, vt vel arte, vel vi eos capere valeatis, & veſci eiſdẽ. Interdũ tñ beluæ quædã marinæ euertũt naues, & deuorãt hoĩes: quod cõſecutum eſt ex peccato, ideo piſces & cætera bruta nõ ſunt ita perfecte ſubiecta poteſtati humanæ in ſtatu naturæ corruptæ, ſicut in ſtatu innocentiæ. [Et oñe quod mouetur & viuit, erit vobis in cibũ] Non eſt hoc abſolute intelligendũ de omni animato ac mobili ex ſeipſo: nõ eñ venenoſa & alia quædã turpiſſima data ſunt homini ad edendũ: ſed intelligendũ eſt de vniuerſis animalibus humano eſui aptis. [Quaſi olera virẽtia tradidi vobis oĩa] hoc eſt, volatilia cæli, beſtias terræ, & piſces maris vobis concedo in vſum & eſum, nũc poſt diluuiũ, quẽadmodũ ante diluuiũ contuli vobis ad edendum olera, & terræ naſcẽtia cætera. Vel, quaſi olera, hoc eſt, vt eis tam libere veſcamini, ſicut oleribus. [Excepto ꝙ carnẽ cum ſanguine nõ comedetis.] .i. ſuffocatũ ſeu ſtrãgulatũ, ſubmerſum & oñe tale q̊d moritur ſine ſanguinis effuſione. Vel, carnẽ cũ ſanguine, hoc eſt, nõ comedetis ſanguinẽ ſeorſum, ſeu ſeparatũ à carnalibus, vtpote aliquid confectũ ex ſanguine, ſicut poteſtis co-
Acto. 15. medere carnẽ ſanguine eius fuſo. Iſtud quoq; in Actibus apoſtoloꝝ ſanxerũt Apoſtoli. Viſum eſt, inquiũt, ſpũiſctõ & nobis, nihil aliud imponere vobis, niſi vt abſtineatis ab immolatis ſimulacroꝝ, & ſuffocato, & ſanguine, & fornicatione. Poteſt quoq; ita exponi: Carnem cum ſanguine nõ comedetis .i. morticinũ & captũ à beſtia ſeu aucupio, niſi eius quod ita ca-
Eze. 44. pitur, ſanguis primo fundatur. Vnde Ezechiel ait: Omne morticinum & captum à beſtia non co-

eiuſdem loquelæ. Nihilominus Deus (vt reor) ita diſpoſuit, ꝙ in pertinentibus ad ædificati
onem inceptam, nullus eoꝝ alium intellexit: vel quia hi q in ædificando erant pmixti, fue-
runt differentium loquelaꝝ, ſeu alio modo Deo omnipotẽte id diſponente. [Atq; ita diuiſit
eos dñs ex illo loco in vniuerſas terras,] videlicet quoſdam in vnã ꝓuinciam, quoſdã in ali-
am. Qui em̃ eiuſdẽ erant loquelæ, ſibi inuicẽ cohærebant. [& ceſſauerunt ædificare ciuitatẽ]
& turrim. In primis em̃ cum cœpiſſent loqui diuerſis linguis, nec ſe inuicẽ intelligerent, ne-
ſcientes qd eis acciderit, putabant ſe ab inuicem derideri, cœperuntq; indignari & corrixa-
ri. Vno etiam hoc aut illud poſtulante, alter aliud porrigebat. Deinde aduertentes plagã & vl
tionem ſibi à Deo inflictam, exterriti ſunt, formidantes grauiorẽ vindictã, propter q̊d ceſſa-
uerunt ab opere illo. [Idcirco vocatũ eſt nomẽ eius,] videlicet ciuitatis illius, [Babel,] ſeu Ba
bylon aut Babylonia, q̊d interpretaẽ confuſio. [qa ibi confuſum eſt labiũ vniuerſæ terræ]. i.
cuncti habitatores terræ incurrerunt ibi confuſionem & perturbationem ex varietate idio-
matum ſuoꝝ, q̊d intelligendum eſt de his, qui ibi fuerunt & peccauerunt in ædificio illo per
conſenſum, ſuggeſtionẽ, vel actũ. Heber vero & boni viri q fuerunt cũ ipſo, nec cõſenſerunt
opi illi, manſerũt in priſtina lingua, quæ ante fuerat cũctis cõmunis, & vocabaẽ humana, at
q; extunc manſit eis eorũq; poſteris ꝓpria, & Hebræa vocata eſt. [Et inde diſpſit eos dñs ſup
faciẽ cunctaꝝ regionũ,] nõ ꝙ illi ſoli poterãt oẽs mundi regiones implere aut occupare, ſed
per eos inceptũ eſt hoc, & per eoꝝ poſteros cõſummatum. Vnuſquiſq; aũt receſſit ab eo quẽ
intelligere non valebat, tanq̃ non potens cõuerſari & loq cũ eo. ¶ Circa hæc quæriẽ primo,
q̊t nouæ loquelæ fuerunt inductæ ibi. Secundo, an oẽs loquelæ quæ ſunt in mũdo, fuerũt in-
ductæ ibidẽ, dempta Hebræa. Tertio, an oẽs qui erant eiuſdẽ gentis, facti ſint linguæ eiuſdẽ.
Aug. 16. de ciuit. Dei. Ad iſta patet aliqualis rñſio ex verbis Auguſtini, dicẽtis: Ex tribus filijs Noe, ſeptuagintaduę
gentes ac totidẽ linguæ per terras eſſe cœperũt, quæ gẽtes creſcẽdo etiã inſulas impleuerũt.
Auctus eſt aũt numerus gentiũ multo amplius q̃ linguaꝝ. Nã & in Aphrica nouimus mul-
tas barbaras gentes eſſe in vna lingua. Præterea circa hæc mouet Auguſtinus tres quæſtiões:
Prima eſt, qualiter feræ prorſus indomitæ, quæ ex ſola cõmixtione naſcunẽ, potuerunt veni
re & eſſe in inſulis. Ad quod dicit: Credi poſſunt natãdo veniſſe ad proximas inſulas. Sũt aũt
quædã inſulæ tã longe poſitæ à terris feras tales cõtinentibus, vt nulla fera videaẽ potuiſſe na
tando veniſſe ad inſulas illas, ꝙ ſi hoĩes adduxerunt eas ſecũ captas, nõ eſt incredibile venãdi
ſtudio id fieri potuiſſe, q̃uis negandum nõ ſit, eas transferri potuiſſe iuſſu Dei & opa angelo
rũ. Si vero ex terra exortæ ſunt, quẽadmodum in principio mundi, qñ dixit Deus: Producat
Geneſ. 1. terra animã viuentẽ, clariſſime patet, oĩa animalia fuiſſe in arca nõ tã reparandoꝝ animali
um cauſa, q̃ gratia figurandaꝝ variaꝝ gẽtium ꝓpter eccleſiæ ſacramentũ. Secũdo q̃rit, an ex
Adã ſeu filijs Noe, ꝓpagata ſint mõſtroſa hoĩm gña, q̃ gentiũ narrat hiſtoria, q̃ꝝ qdã dicunẽ
habere oculũ in media fronte, qdam plantas habere verſas poſt crura, qdam habere naturã
vtriuſq; ſexus, dexterãq; mamillã virilẽ, ſiniſtrã fœmineã, vicibꝰ q̊q; inter ſe coeũdo & gigne
re & parere. Alij ora nõ habere, ſed p nares ſolo halitu viuere. Alij cubitalẽ habere ſtaturam,
q Pygmęi vocanẽ, & octauũ vitæ nõ excedere annũ. Itẽ dicũt gentẽ eſſe, vbi ſingula crura ĩ pe
dibꝰ haberẽ, nec poplitẽ flectũt, & ſunt mirabilis celeritatis, q̊s ſciopodas vocãt, ꝙ tẽpore ęſtus
reſupini in terra iacẽtes, vmbra pedũ ſe ꝓtegunt à calore. Et qd de cynocephalis dicã, q̊ꝝ ca-
nina capita atq; latratus, magis videntur oñdere bruta, q̃ hoĩes? Ad iſtud Auguſtinus nõ dat
Auguſti. certã rñſionem, ſed primo ait, ꝙ nõ ſit neceſſe credere oĩa huiuſmodi hoĩm gña eſſe. Secũdo,
ꝙ ſi hoĩes ſunt, indubitãter ex primis parẽtibus nati ſunt. Tertio, ꝙ eadẽ ratio poteſt aſſigna
ri de mõſtroſis talibꝰ gẽtibus, q̃lis apud nos redditẽ de mõſtroſis hoĩm mẽbris ſeu partubꝰ. Et
circa hoc qbuſdam interpoſitis, ait: Abſurdũ nobis videri nõ debet, ꝙ ſicut in ſingulis genti-
bus ſunt aliq̃ particulariũ hoĩm mõſtra, ita in toto gñe humano ſint gẽtes aliquæ mõſtroſæ.
Quarto refert de q̊dã, q natus eſt nõ diu ante tẽpora ſua, lunatas habens manus ac pedes, & bi
nos tm̃modo digitos in eiſdẽ. Refert q̊q; de alio mõſtro nõ diu ante ſua tẽpora nato, ꝙ ſupio
ribꝰ mẽbris fuit duplex hõ, inferioribus ſimplex, nã habuit duo capita, duoq; pectora & q̃tu
or manus, ſed vnũ ventrẽ & duos pedes. Quarto cõcedit eſſe hermaphroditas, q̃uis pauciſſi-
mi ſint, in qbus ita vterq; ſexus apparet, vt incertũ ſit ex q̊ potius debeant noĩari. Deinde fina
liter ſic rñdet, ꝙ p̃fata hoĩm aut q̃ſi hoĩm monſtra oĩno nõ ſunt, aut ſi ſunt, hoĩes nõ ſunt: aut
ſi hoĩes ſunt, ex Adã ſunt. Præterea Ioannes Mandeuilla in itinerario ſuo multa ſcribit de p̃-
fatis & alijs q̃pluribus talibus mõſtroſis gẽtibus, aſſerẽs eas eſſe. Alexãder q̊q; de Hales in ſcri
pto ſuo ſup ſecundũ Sententiaꝝ, p̃fatam mouens quæſtionẽ, multa circa eã inducit, non tñ
certitudinaliter ac plene eã determinat, magis tamẽ videẽ declinare ad hoc, ꝙ credẽdum ſit
eas eſſe. Qualiter vero talia naturaliter fieri poſſunt, longum eſt pertractare: ideo hoc in præfa
to

to doctore & in libro Guilhelmi Pariſienſis de vniuerſo, poteſt inqri. Veruntñ certũ eſt, eſſe
Cynocephalas ac Pygmæos, cũ de Pygmæis in Ezechile dicaẽ: Sed & Pygmæi q erant in tur Ezech. 2.
ribus tuis, pharetras ſuas ſuſpenderũt in muris tuis, ipſi cõpleuerũt decorẽ tuum. An tñ ſint
hoĩes, vertiẽ nõnullis in dubiũ. Tertio q̃rit Auguſtinꝰ, An (ſicut narraẽ) ſint hoĩes antipodes, Auguſt.
id ẽ, ex aduerſo ſub terra cõtra nos gradiẽtes, q̊d Auguſtinus dicit neq̃q̃ eſſe credendũ, nec ab
hiſtorijs recitatũ, ſed à qbuſdam q̃ſi rõcinando opinatũ, eo ꝙ terra ſphæricæ ſit figuræ, ideo
partem terræ quæ infrà nos eſt, habitatione hoĩm carere nõ poſſe. Ad q̊d Auguſtinus rñdet,
ꝙ licet terra ſit ſphærica, non tñ eſt certũ ꝙ terra in parte illa q̃ infra eſt, ſit diſcoopta ab aqs.
Et q̃uis diſcoopta conſiſteret, tñ contra ſcripturam hanc eſſet dicere ꝙ ibi hoĩes habitẽt, eo
ꝙ nimis abſurdum ſit dicere aliq̊s hoĩes ex hac terra in illam partem nauigare ac peruenire
potuiſſe, immenſitate Oceani peragrata. Veruntñ ex his quæ in ſphæra mundi ꝓbantur, con
ſtat qualiter partes terræ in qbus homines cõmorantur, multipliciter differunt ſitu, q̃litate,
diſtinctioneq; tempoꝝ. Præterea de turre Babel Ioſephus ſcribit, ꝙ latitudo eius fuit tã ma Ioſep. li. 1. Antiq.
gna, vt ꝓpe eã adſpiciẽtibus longitudo eius videretur minor q̃ latitudo. Dij vero, vtpote an Iu. ca. 9.
geli, ventũ miſerunt, & turrim euerterũt. De hac turre dixit Sibylla: Cum oẽs hoĩes vnius vo Sibylla.
cis exiſterent, qdam turrim ædificauerũt excelſam, tanq̃ per eam aſſcenſuri in cælum. Eſtius Eſtius hi
q̊q; hiſtoriographus ſcribit de campo Sennaar, dicens: Quidam in Sennaar Babylonis vene- ſtoriogr.
rũt, q deinde diuiſi ſunt diuerſitate linguaꝝ & emigrãtes appræhenderũt mediterranea atq;
maritima. Conſequenter reditur ad generationẽ Sem. Quemadmodum aũt aſſerit Auguſti-
nus, omiſſis cæteris filijs Sem, illi deſcribunẽ & connectuntur in ordine generationis, p quas
directe veniret ad Abram, ſicut in his quæ ante diluuiũ erant, connectuntur nati ex Seth, per
q̊s ad Noe peruentum eſt. Itaq; dicitur: [Hæ ſunt generationes Sem]. i. filij generati ex Sem.
[Sem centum erat annoꝝ quando genuit Arphaxat biennio poſt diluuiũ.] Sexto capitulo
dictum eſt, ꝙ Noe genuit Sem, Cham & Iaphet, cum eſſet quingentoꝝ annoꝝ ante diluuiũ,
quod inundauit ſexcenteſimo anno Noe. Ergo Sem fuit centum annoꝝ dum venit diluui-
um, ſeu in ipſo diluuio. Ergo dum genuit Arphaxat, biennio poſt diluuium euoluto, fuit ad
minus centũ & duoꝝ annoꝝ, ſi tamen fuit primogenitus Noe. Quomodo ergo nũc dicitur
fuiſſe centum annoꝝ quando genuit Arphaxat, q̊d fuit duobus poſt diluuium annis? Ex hac
ratione (vt refert Lyra) dicunt Hebræi, ꝙ Sem non fuit primogenitus Noe, ſed Iaphet, quod
nec textui noſtro, nec ſanctis doctoribus cõſonat. Iã em̃ Iaphet vocatus eſt iunior filius Noe,
& ſi primogenitus extitiſſet, ſcriptura non nominaſſet eũ poſt Cham vitioſum, dato ꝙ no-
minaſſet eũ poſt Sem virtuoſum & magis electũ. Dicendũ ergo cũ Auguſtino, Beda & alijs, Auguſti.
ꝙ Sem primogenitus Noe fuit. Ad obiectionẽ vero dicendũ, ꝙ cõſuetudo eſt ſcripturæ, non Beda.
exprimere minutias aut modicũ excremẽtũ numeroꝝ & tempoꝝ. Vel forſitan ipſe Noe nõ
fuit p̃ciſe qngentoꝝ annoꝝ dũ genuit Sem, nec ſexcentoꝝ erũpente diluuio, qa in tãta ætate
non cõputabatur bienniũ ſupcreſcens ſiue deficiens. [Vixitq; Sem poſtq̃ genuit Arphaxat,
qngentis annis.] Deinde litera expoſitione non indiget vſq; ibi, [Vixitq; Thare ſeptuagin-
ta annis, & genuit Abram & Nachor & Aran.] Qualiter veꝝ eſt hoc, cum paulo poſt habea
tur in litera, ꝙ Thare mortuus eſt in Aram, cũ eſſet ducentoꝝ & qnq; annoꝝ, atq; ꝙ Abram
poſt mortem Thare patris ſui egreſſus eſt de * Aram, cũ eſſet ſeptuagintaqnq; annorum, ex * Haran
qbus concluditur, ꝙ Thare erat centum triginta annorum cum genuit Abraham? Reſpon-
detur ſecũdũ Auguſtinũ & eum ſequẽtes, ꝙ Thare ſeptuagenarius generauit. i. generare cœ- Auguſt.
pit p̃fatos filios ſuos, ita ꝙ primogenitũ inter eos genuit ſeptuagenariꝰ, & ille primogenitꝰ
nõ erat Abram, ſed multis annis poſtmodũ Abram natus eſt, cum ſcilicet Thare eſſet cẽtum
triginta annoꝝ, ſecundum vnum modum loquendi tactum ab Auguſtino, qui etiam tãgit
alium modum, ſecundum quem Abram dicitur genitus, cũ Thare eſſet ſeptuaginta annoꝝ:
ſicq; Abram diceretur primogenitus Thare, q̊d tamen non videtur poſſe teneri. Nam infrà
habetur, ꝙ Abraham cẽtenario exiſtẽte, Sara vxor ſua nonagenaria fuit, quæ tamẽ fuit filia
Aran fratris ipſius Abrahæ, ſicq; Aran iunior Abram fratre ſuo, genuiſſet filiã ſuam Saram,
cũ vix decem eſſet annoꝝ. Hinc etiam alij dicunt, ꝙ ſexaginta anni fluxerunt inter natiuita-
tẽ primogeniti filij huius Thare & natiuitatẽ Abrahæ, q inter filios Thare primo exprimiẽ Idem.
ꝓpter multiplicem eminentiã eius. Vnde & Auguſtinus fateẽ, & idẽ in Gloſſa habetur, ꝙ in
enumeratione filioꝝ Thare non attenditur ordo natiuitatis ſeu tẽporis, ſed ſignificatio futu
ræ dignitatis. In Scholaſtica q̊q; fertur hiſtoria, ꝙ in enumeratiõe filioꝝ Thare in litera eſt Euſebiꝰ.
ordo præpoſterus, quoniã Aran fuit primogenitus, Nachorq; medius, & Abraham vltimus.
[Porro Aran genuit Loth] & etiã filias duas, quæ paulopoſt noĩantur. [Mortuuſq; eſt Aran
ante patrem ſuũ in Vr Chaldæoꝝ.] Hoc dupliciter explanatur. Nam aliq dicunt ꝙ Nemrod
rex Sennaar ſeu Chaldææ, proiecit Aran & Abram in ignem, qa nolebant iuxta eius præce-
ptũ adorare & colere ignẽ, & ꝙ Aran fuit cõbuſtus in igne, Abram vero tanq̃ maioris fidei,
exiuit diuina virtute illæſus, p̃ſertim qa de ſemine eius Chriſtus fuerat naſciturus. Et ita per

Gene.15. Vr intelligit ignis. Vnde & infrà dñs ait ad Abraham: Ego ſum q eduxi te de Vr Chaldęoꝝ.
In Eſdra vero dñs ait apertius: Ego ſum q eduxi Abraham de igne Chaldæorum. Dicũt q̊q;
aliq ꝙ factum ſit iſtud in præſentia Thare, immo & ex accuſatione ipſius qua accuſauit fili
um ſuum Aran vel Abram aut ambos ipſi Nemrod de hoc, ꝙ ignem adorare ſpreuerũt, ſicq;
mortuus ſit Aran ante patrem ſuum, hoc eſt, in præſentia eius. Vnde Septuaginta tranſtule-
runt, coram patre ſuo. Secundo exponit, intelligendo p Vr locum in Chaldæa, in q̃ dicunt
Ioſep. li. obijſſe hunc Aran ante patrem ſuum, i. diu ante obitũ patris ſui. Hinc Ioſephus dicit, ꝙ Vr
1. Anti. ſit hic nomen ciuitatis, in qua hactenus ſepultura ipſius Aran oſtditur. Hoc idem Rabbi Ma
Iu. ca. 14. nahen ꝓteſtatur. [Duxerunt aũt Abram & Nachor] frater eius [vxores] i. q̄libet eoꝝ vnam,
Rabbi videlicet [Nomen vxoris Abram, Sarai: & nomen vxoris Nachor, Melcha filia Aran patris
Manahẽ. Melchæ & Ieſchæ.] Aran nãq; frater Abrahę & Nachor, genuit filiã vnã noĩe Sarai ſeu Sara,
q̃ alio noĩe dicta eſt Ieſcha, vel ſecundũ Hieronymũ, cognominata eſt Ieſcha. Haꝝ duaꝝ vnã
Hieron. ſ. Sarai, accepit Abram in vxorẽ, aliam Nachor: immo ſecundũ Scholaſticam hiſtoriã, ipſe
Euſebi⁹. Thare dedit vnã Abrahæ, alterã Nachor. [Tulit itaq; Thare Abram filiũ ſuũ, & Loth filium
Aran, & Sarai nuꝝ ſuam] i. vxorẽ filij ſui, [& eduxit eos de Vr Chaldæoꝝ,] iuxta ſenſum ex-
poſitum, [vt irent in terram Chanaan.] Ex quo videt conſtare, ꝙ Thare nõ accuſauit filium
ſuum Aran aut Abram, de hoc ꝙ ignem non voluit adorare, immo cõcors fuit cum eis, atq;
(vt alij dicunt) idcirco ſumpſit ſecum Abram & Loth & Sarai, vt irẽt ſimul in terrã Chana-
an, qa non voluit ſuſtinere moleſtias Chaldæoꝝ, incitantium eum ad ignis adorationem.
* Aram [Veneruntq; vſq; ad *Haran] ciuitatem Meſopotamiæ, & [habitauerunt ibi.] mutato ꝓpoſi
to eundi in terrã Chanaan. [Et facti ſunt dies Thare ducentoꝝ qnq; annoꝝ, & mortuus eſt
Acto. 6. in Haran] vrbe p̃fata, quã Septuaginta vocant Charrã, ſicq; in Actibus apoſtoloꝝ vocatur.
¶Quæritur, cur de Thare nunc dicitur ꝙ mortuus ſit, q̊d in iſto capitulo de nullo exprimit
Alcuin. à Sem incluſiue vſq; ad Thare. Reſpondent Alcuinus & alij, ꝙ de alijs non dicitur in iſto ca-
pitulo, ꝙ mortui ſunt ſicut de his qui præceſſerũt diluuium, quoniã nullus hoꝝ de lege mor
Gene. 5. tis exemptus eſt, quemadmodum inter illos Enoch de morte eſt p̃ſeruatus. Cur vero Thare
mortuus ſcribit, dici poteſt, ꝙ nõ abſolute dicit mortuus ſine additamẽto, ſed mortuus in Ha
ran, ne putaretur ingreſſus terrã Chanaan ſicut ꝓpoſuit, qa p̃miſit ſcriptura, vt irent in terrã
Chanaan. Inſup cõſtat ex dictis, ꝙ tempore Abrahæ non erat matrimoniũ inter patruum &
Hieron. neptem prohibitum, cum Sarai fuerit filia fratris, ſui mariti, & hoc idem ait Hieronymus.
¶Quæritur, an Thare fuerit idololatra. Et ex prædictis apparet, quod non. Oppoſitũ vero ap
Ioſu. 24. paret ex eo, quod Ioſue loquutus eſt filijs Iſrael: Trans fluuium habitauerunt patres veſtri,
Thare pater Abrahæ & Nachor, ſeruieruntq; dijs alienis. Ad hoc aliqui dicunt, ꝙ Thare &
Nachor ad idololatriam lapſi ſunt in terra Haran ſeu Meſopotamia. veruntamen hoc loco
non legitur ꝙ Thare duxerit ſecum filium ſuum Nachor in Haran. Infra tamẽ ſatis patebit,
ꝙ Nachor habitauerit ibi, vel ſaltem poſteritas eius, & ſi non iuit illuc cum patre ſuo, forſan
Auguſt. ſequutus eſt eum, immo ſecundum Auguſtinum ſequutus eſt ipſum. Opinatur enim Augu-
16. de ci. ſtinus, ꝙ ideo Thare non dicitur ſecum duxiſſe filium ſuum Nachor, quoniam Nachor ad-
Dei. hæſit idololatriæ Chaldæorum, & poſt vel inde pœnitendo, aut perſequutionem fugiendo,
ſequutus ſit Thare patrem ſuum, habitauitq; ſecum cum coniuge ſua in Charran.

¶Spiritalis explanatio eiuſdem capituli XI. Artic. XLIIII.

ERat aũt terra labij vnius & ſermonum eorundem.] Per terram deſignãtur homines car
nales & vani, rebus terrenis potius q̃ diuinis intenti. Quoꝝ vnum eſt labium, qm̃ om̃es
verba iniqua loquuntur, & frequenter concordant in vitijs atq; erroribus. [Cumq; profi
ciſcerentur de oriente] i. veꝝ & æternale lumen ac Chriſti doctrinã dereliq̃ſſent, de q̊ loqtur
Zach. 6. Zacharias: Ecce vir oriens nomen eius. [inuenerunt campũ in terra Sennaar, & habitauerũt
ibi.] Sennaar interpretatur fœtor ſeu excuſſio dẽtium, p q̊d intelligit abundãtia iniqtatum,
qbus nihil fœtidius corã Deo & angelis eius, qbus iniqtatibus deſunt dẽtes, hoc eſt, vis & di
ligentia terendi ſemen verbi cæleſtis ꝓ interiori refectione. In hac terra Sennaar. i. terrenis
cordibus quæ ſubiecta ſunt vitijs & erroribus iſtis, eſt campus. i. lata via pditionis, planaq; q-
es impiæ voluptatis. In quo campo morantur p̃fati terreni, q p lata pditionis itinera gradi-
Eccl. 18. untur, & delectantur in rebus prauiſſimis. Cõtra q̊s ſcriptum eſt: Poſt cõcupiſcentias tuas nõ
eas, & à volũtate tua auertere. [Dixitq; alter ad ꝓximum ſuum: Venite, faciamus lateres, & co
quamus eos igni.] Per lateres deſignãtur magnificæ cogitatiões de ſeipſo, q̃ igni coquũtur,
dum priuati amoris feruore durantur & roborant. Ex his conſtruunt impij turrim ſuperbię,
ꝓpriam excellentiã, p̃ſidentiam, laudem & gloriã hominum appetẽdo, p̃fatoſq; lateres bi-
tumine. i. ſenſuali viſcoſitate ſeu fœditate q̃ſi inſeparabiliter nectunt, qm̃ & carnalium oble-
ctamentoꝝ affectione prauas cogitatiões elationis continnãt & defendunt, ita vt corripi ac
corrigi dedignent. Hanc turrim volunt erigere vſq; ad cælũ, qm̃ Dei voluntati atq; p̃ceptis
Eſai. 14. ſuas ſupbas ac improbas p̃ferunt voluntates, nec ſubijci volunt, tanq̃ filij eius q dixit: In cælũ
con-

conſcendam, & ſimilis ero altiſſimo. Ideo ſcriptũ eſt de ſupbo in Iob: Tetendit cõtra Deum Iob 15.
manum ſuã, & cucurrit aduerſus eum erecto collo. [Et celebremus nomẽ noſtrũ.] Hoc eſt q̊d
homines vani, ſupbi ac ſtolidi præcipue cupiunt ꝓcurare & habere in hac vita, & poſt mortẽ
ab hoĩbus reputari, laudari, ac late famari, non obſtante q̊d ſcriptum eſt: Soli Deo honor & 1. Tim. 1.
gloria. Itemq;: Qui gloriat, in dño gloriet. [Deſcendit aũt dñs, vt videret ciuitatem & turrim 2. Co. 10.
quã ædificauerãt filij Adam.] Hæc ciuitas eſt impioꝝ ſocietas, eccleſia malignoꝝ, congrega
tio infructuoſoꝝ reproboꝝq; hominum, qui ſunt corpus diaboli, & ſpũ elationis, magis au
tem priuato ſuiipſius amore nectunt, mouent ac agitant ad opera mala ac peſſima. Nẽpe duo Auguſt.
amores, duas conſtituunt ciuitates, quoniã amor Dei creſcens vſq; ad contemptum ſui, Dei
conſtituit ciuitatem: amor vero ſui, creſcens vſq; ad contemptum Dei, efficit ciuitatem di-
aboli, quæ Babylon appellat, cuius conſtructor & princeps eſt Nemrod. i. diabolus adeo po-
tens, vt non ſit poteſtas ſup terram quæ ei valeat comparari. Eſtq; animarum venator ac de- Iob 41.
uorator, nam eſca eius electa, & habet fidutiam ꝙ influat Iordanis in os eius. Ille eſt primus Iob 40.
iſte apoſtata, totius elationis inuentor. De hac ciuitate Deus loquitur per Amos ꝓphetam: Eſaię 14.
Non ingrediar ciuitatem, longe quippe eſt dominus ab impijs. Hanc ciuitatem ædificant fi- Amos 3.
lij tranſgreſſoris Adæ ex ſemetipſis, tanq̃ ex putridis ſaxis: qa peccando faciunt ſeipſos mem Prou. 15.
bra diaboli, ac mortuos lapides Babylonicæ vrbis. Hanc ciuitatem & turrim conſiderat De-
us, q loquit p Prophetam: Cognoui ſcelera veſtra. Oculi etem̃ dñi multo lucidiores ſole, cir- Amos 5.
cunſpicientes oẽs vias hominum. [Et ait: Venite igitur, deſcendamus, & confundamus lin- Eccl. 23.
guã eoꝝ, vt non audiat vnuſqſq; vocẽ ꝓximi ſui.] Hoc facit omnipotens, qñ impedit prauos
ab executione cõceptæ elationis atq; malitiæ, & male cõcordes facit diſcordes, ac cõtra ſein
uicẽ incitari pmittit, queãdmodum inter habitatores Sichem & Abimelech miſit ſpm̃ peſſi Iudi. 9.
mum. Ipſe enim appræhendit aſtutos in aſtutia eorum, de quo teſtatur ſcriptura: Qui diſſi- Iob 5.
pat cogitationes malignoꝝ, ne manus eoꝝ poſſint implere q̃ cœperãt. [Atq; ita diuiſit eos
dñs ex illo loco in vniuerſas terras.] hoc eſt, p diuerſos errores ac vitia pmittit impios, p̃ſer-
tim hæreticos, ab inuicẽ ſeparari, q̃uis ad reſiſtendũ catholicis ſint vnanimes. [Idcirco voca-
tũ eſt nomen eius Babel, qa ibi cõfuſum eſt labiũ vniuerſæ terræ.] Ciuitas diaboli, ſeu cõgre
gatio iniquoꝝ, recte vocat Babel, hoc eſt, confuſio, qm̃ corda maloꝝ omni confuſione viti-
oꝝ & deordinatione propriaꝝ peruerſitatum ſunt plena, quoꝝ mens à Deo auerſa eſt, in q
bus caro dominatur ſpũi, immo eoꝝ corpori & animæ dominat diabolus, cui infelices deſer
uiunt, propter quod ſacratiſſimus princeps apoſtoloꝝ Petrus fatetur: Iniqui ſunt ſerui corru 2. Petr. 2.
ptionis. A quo em̃ quis ſupatus eſt, huius & ſeruus eſt. idcirco & Romam appellat Babylonẽ,
dicendo: Salutat vos eccleſia quæ eſt in Babylone* coelecta. Quoꝝ & labia ſunt cõfuſa, quia 1. Petri 5.
loquuntur verba iniqua, & inuicem corrixantur. Quod ſi aliquãdo bona pronunciant, non *collecta
tñ eorum verbis opera propria correſpondent. Et dicitur vnicuiq; talium: Ex ore tuo te iu- Lucæ 19.
dico ſerue nequã. ¶Poſtremo, per hoc ꝙ Deus eduxit Abraham de Vr ſeu igne Chaldęoꝝ,
figuratum eſt ꝙ Deus ſeruos ſuos fideles liberat à tentationibus carnalium deſideriorum, &
inflãmationibus dæmonum. Per hoc quoq;, ꝙ Thare tulit Abram, Loth & Sarã de populo
Chaldæorum, vt iret in Chanaan, deſignatur ꝙ bonus prælatus debet ſibi commiſſos à pra-
uis pro poſſe ſeparare conſortijs, ſeq; cum illis applicare & aſſociare bonis ac iuſtis.

¶Expoſitio literalis capituli duodecimi: Dixit autem dominus ad Abram:
Egredere de terra tua. Articulus XLV.

SAnctus Moſes in præſenti capitulo incipit geſta præcipui patriarchæ, videlicet Abra-
hæ, proſequi ac ſingulatim deſcribere. [Dixit autem dominus ad Abram:] Si quæratur,
qualiter & in qua forma locutus ſit Deus ad Abram, dici poteſt ꝙ per angelum in huma
na ſpecie apparentem, quemadmodum dictum eſt de apparitionibus & locutionibus factis à
Deo ad Adã & Noe. [Egredere de terra tua.] Quãdo & vbi locutus ſit Deus iſta ad Abram, di
uerſi diuerſimode opinãtur, quibuſdam dicentibus, ꝙ ante mortem Thare patris ſui, alijs au
tem ꝙ poſtea. Sic & de loco varie æſtimatur. Ait enim beatus Stephanus protomartyr: De- Acto. 7.
us gloriæ apparuit patri noſtro Abrahã, cum eſſet in Meſopotamia, priuſquam moraretur
in Charran, & dixit ad illum: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terrã quã mon
ſtrauero tibi. Tunc exijt de terra Chaldæorum, & habitauit in Charran. Et inde poſtq̃ mortu
us eſt pater eius, trãſtulit illum in terram iſtam, videlicet Chanaan. Hæc autẽ narratio S. Ste-
phani, immo & Lucæ euãgeliſtæ, diſcordare videtur à litera iſta Geneſeos in tribus: Primo,
in hoc ꝙ dicit, dominum iſta locutum ad Abrahã ante mortem patris ſui. In fine enim præ-
cedentis capituli legitur, quemadmodũ Thare pater Abræ in Haran defunctus ſit, & nũc in
exordio huius capituli legitur, ꝙ dixit dominus Abrahæ verba prætacta, quaſi iuxta ordi-
nem rei geſtæ dictum ſit hoc, ipſo Thare defuncto. Porro ſecundum beati Stephani recitati
onem, Deus locutus eſt iſtud ad Abraham, ante patris ſui deceſſum, quod etiam in ſequenti-
bus clarius innoteſcet. Secundo, ꝙ Stephanus dicit iſta à domino dicta ad Abraham, anteq̃

moraretur in Charran: præcedenti autem capitulo ſcriptũ eſt, ꝙ Thare cũ filio ſuo Abram
de Chaldæa veniens, venit in Haran, id eſt, Charrã, & habitauit ibidem cum Abram. Dein-
de in iſto capitulo ſcribitur, ꝙ ipſo Thare defuncto in Haran, dñs locutus eſt iſta ad Abrahã.
Tertio, ꝙ Stephanus ait ipſum Abrahã de Chaldæa egreſſum, poſtquã audiuit à domino ver
ba præſcripta. Moſes aũt præcedenti capitulo ſcripſit, ꝙ Thare cum Abrahã exijt de Chal-
dæa, & habitauit in Harã Meſopotamię vrbe, & obijt ibi. Deinde in iſto refert capitulo, quẽ-
admodum Thare defuncto, Deus dixerit Abrahæ verba hæc: Exi de terra tua &c. Ad iſta à di
August. uerſis diuerſimode reſpondetur, eſtq; ꝓlixum omnia recitare. Auguſtinus nãq; iſta concor-
16. de ci- dat & ſoluit per modos loquendi ſcripturæ, quibus multa per anticipationem & recapitula
uit. Dei. tionem dicuntur. Hieronymus vero circa hoc dicit, verã eſſe relationem Hebræoꝝ, dicenti
um, ꝙ Abraham liberatus ſit de igne, in quem proiecerãt eum Chaldæi, eo ꝙ ignem nolue-
Hieron. rit adorare, & ꝙ tempus vitæ ſuæ computetur ei ex illo die. Planius autem loquendo, dicen
dum ꝙ Deus locutus eſt verba hæc Abrahæ in Meſopotamia venienti cum patre ſuo Thare
* Haran ex Chaldæa, antequã intrauit aut inhabitauit ciuitatem, quæ dicitur *Aran, ſeu Charran,
Acto. 7. vt Stephanus refert, quod fuit ante obitum Thare. Quod vero nũc legitur, poſt mortẽ Tha-
re Deum iſta dixiſſe ad Abrahã, dupliciter ſoluitur: Primo, vt iſtud nunc dictum intelligat
per recapitulationem, quia ſcriptura non ſemper refert res geſtas eo ordine quo ſunt factæ.
Secundo, vt credamus Deum bis dixiſſe verba iſta ad Abraham: primo ante obitum patris
ſui, & anteq̃ habitauit ſecum in Arã, videlicet quãdo de Chaldæa veniens, Meſopotamiam
eſt ingreſſus, vt tactum eſt. Secũdo, poſt patris ſui deceſſum, vt legitur hic. Nec repetitio iſta
fuit ob inobedientiã aut negligentiã Abrahæ, qa pręceptum affirmatiuũ non obligat, niſi ꝓ
tempore opportuno. Et iſtã ſolutionem tangit author Scholaſticæ hiſtoriæ circa Actus apo
ſtoloꝝ, quã & Lyra ſequit ibi. ¶ Præterra, ꝙ Stephanus narrat ipſum Abraham de Chaldæa
Euſebi⁹. exiſſe, poſtq̃ audiuit verba iſta à dño, duobus ſoluitur modis. Primo, vt Meſopotamia dicat
pars Chaldææ, ſicq; dicatur Abrahã tunc de Chaldæa exiſſe, qa de Meſopotamia, q̃ eſt pars
Raban. Chaldææ, exiuit. Hãc aũt ſolutionem Rabanus ponit, quæ & in Scholaſtica hiſtoria tãgitur,
Euſebi. & ex verbis Auguſtini elicitur. Secundo, vt Abrahã dicat primo de Chaldæa corporaliter
exiuiſſe, ſed cũ ꝓpoſito redeundi: nũc aũt præceptum ſit ei, vt etiã mente inde exiret. i. Meſo
potamiã deſerens, eũdo ad terrã ꝓmiſſionis, abijceret propoſitũ reuertendi in Chaldæã. Hãc
Strabus. ſolutionẽ ponũt Strabus, Beda, Scholaſtica hiſtoria, immo & Gloſſa hoc loco, Auguſtinus
Beda. q̊q;. Sed quidã tã ſuper Actus apl'orum, q̃ circa hunc locũ ſolutionem hãc reprobat, eo ꝙ nõ
Euſebi. videat rõnabile æſtimare, ꝙ Abrahã propoſuerit in Chaldæã redire, in qua Nemrod tyran-
August. nus regnauit. Verum hæc ratio modici eſt vigoris, nec propter eã oportet tãtorum repro-
16. de ci. bare verba doctoꝝ. Siqdem probabiliter dici poteſt, ꝙ quia Abrahã fuit multo iunior ipſo
cap. 16. Nemrod, intendebat redire in Chaldęam, ſi contingeret Nemrod ante ſe mori, & iſtud eſt
multum apparens. Abrahã nanq; quãdo cum patre ſuo Thare exiuit Chaldæam, nullũ ha-
buit præceptũ à Deo relinquendi Chaldæã ſeu terrã natalẽ: ideo ſicut naturale eſt hoĩbus ad
natalem affici terrã, veriſimile eſt eum habuiſſe propoſitũ & affectũ redeũdi ad eã occaſio-
ne oblata. Deniq; pręfatus ita exponit hũc paſſum: [Egredere]. i. lõgius recede [de terra tua]
ſ. de Chaldæa, videlicet qñ de Meſopotamia exeũdo verſus terrã promiſſionis, longius q̃ an
te abijt à Chaldæa. Probat q̊q; conuenientiam expoſitionis iſtius, quia (vt ait) in Hebręo ha
betur: Vade tibi de terra tua. Q. d. Pro vtilitate tua lõgius vade ab ea. Ad q̊d dicendũ videt,
ꝙ expoſitio illa ſit multũ impropria & inuſitata. Nõ eñ ꝓprie aut vſitate loquendo, dicit qs
egredi de aliq̃ ꝓuincia, regiõe aut vrbe, qa recedendo de alia ꝓuincia, regiõe aut vrbe, longi
us recedit ab illa. Litera quoq; Hebraica quã inducit, nõ eſt plus ꝓ expoſitione ipſius, q̃ eoꝝ
q̊s reprobat, ſed potius minus. Siue eñ dicatur Abrahã de Chaldæa exiſſe, quia lõgius receſ-
ſit ab ea, ſiue quia reliquit propoſitũ redeũdi ad illã, totũ hoc fuit pro vtilitate ipſius: immo
magis videt fuiſſe ꝓ ſalute animæ ſuæ, ꝙ ſpiritualiter eã reliquit & exijt, vtpote deponendo
In Rabbi propoſitũ redeũdi ad ipſam, q̃ ꝙ corpore longius receſſit ab ea, cum ratio virtutis ac meritũ
Paulum. magis conſiſtãt in interioribus, q̃ exteriorib⁹ rebus & actibus. ¶ Amplius Rabbi Paulus cir-
August. ca hũc locũ reprobat Lyrã, q per terrã, de q̃ dñs ait: Egredere de terra tua, Chaldęã intelligit,
Strabus. dicens Abram natũ eſſe in terra Chaldææ, q̊d Paulus iſte redarguit, aſſerens Abram eſſe in
Beda. Meſopotamia natũ. Quocirca ſciẽdũ ꝙ Paulus hoc dicẽs, nõ ſolũ cõtradicit Nicolao de Ly
Ioſep. li. ra, ſed & ſancto Hieronymo, Auguſtino, Strabo, Bedæ, cæteriſq; doctoribus catholicis com
1. Antiq. muniter, immo & Ioſepho, multis q̊q; doctoribus Hebræoꝝ. Hieronymus quippe in mul-
Iu. c. 14. tis locis teſtat, ꝙ Abrahã in Chaldæa ſit natus, & inde in Meſopotamiã cum patre ſuo profe-
Hieron. ctus. ¶ Deniq; Auguſtinus ſic ait: Sicut ſcriptura ſancta indicante didicimus, in regione
August. Chaldæorum natus eſt Abram. Deinde Auguſtinus probat hoc per ea quæ ſcripta ſunt in
16. de ci. Iudith hiſtoria, vbi Achior de filijs Iſrael proteſtatur: Populus iſte ex progenie Chaldæo-
Dei.
Iudith 5. rum eſt, & primum in Meſopotamia habitauit, quoniam noluerũt ſequi deos patrũ ſuorum
qui

qui erãt in terra Chaldæoꝝ, & Deus præcepit eis vt exirent inde, & habitarent in Charran.
In litera quoq; pręcedentis capl'i aptiſſime ſcribit: Tulit Thare Abrã filiũ ſuũ, & eduxit de Vr
Chaldæoꝝ, vt irent in terrã Chanaan. Argumẽta quoq; Rabbi Pauli nõ præualent, ſed fal-
ſa includunt. Primo eñ ſic arguit: Conſtat ꝙ Babylonia cũ tota terra Sennaar, quę eſt Chal
dæa, ꝑtinebat ad Cham filiũ Noe, & poſteritatẽ eius. Abram aũt deſcendit de Sem, cuius po-
ſteritas in alijs regiõibus habitauit. Error iſtius verbi, ex pręinductis verbis Auguſtini & Iu- August.
dith, iam patet: qa de filijs Iſrael vniuerſaliter dictũ eſt, ꝙ ſint de ꝓgenie Chaldæoꝝ. Textus
quoq; præcedentis capl'i manifeſte ſic loquit, quaſi Thare genuerit tres filios ſuos, videlicet
Abrã, Nachor & Aran, in Chaldęa, ꝓſertim cũ Aran dicat mortuus in terra natiuitatis ſuæ in
Vr Chaldæoꝝ. ¶ Deniq; decimo capl'o ſcriptũ eſt, ꝙ Sem genuit Arphaxat, à quo ſecũdum
expoſitores, deſcenderunt Chaldæi, vt ibi expoſitũ eſt. In eiuſdẽ etiã expoſitiõe capl'i diceba
tur, ꝙ Aſſur filius Cham, egreſſus eſt de terra Sẽnaar ſeu Chaldæa, expulſus inde à Nemrod,
cum tñ terra illa hæreditario iure ꝑtineret ad ipſum Aſſur: quo patet, ꝙ Nemrod terram il Euſebi⁹.
lam violenter obtinuit, prout ex Scholaſtica eſt ibi allegatũ hiſtoria. Secundo arguit Rab- Rabbi
bi Paulus, quoniã infrà legitur Abrahã præcepiſſe ſeruo ſuo, vt iret in terrã cognationis ſuę, Paulus.
ad accipiendum inde vxorem filio ſuo Iſaac, & dicit ꝙ in Hebræo habet, ad terrã natiuitatis
meæ, vbi noſtra trãſlatio continet, ad terrã cognationis meæ. Ad quod dici poteſt, ꝙ dictio Ioſu. 24.
Hebraica illa ſit forte ad vtrunq; æquiuoca. Tertio arguit, quoniã in libro Ioſue habetur,
qualiter ipſe Ioſue locutus eſt filijs Iſrael: Trans fluuium habitauerunt patres veſtri ab ini-
tio Thare pater Abrahæ & Nachor. Conſtat autem quòd trans fluuium eſt Meſopotamia.
Et cum dicit, Ab initio, ſatis inſinuat, ꝙ inde ſint oriundi. ¶ Ad quod reſpondetur, ꝙ per
terram trans fluuium, intelligitur ibi non Meſopotamia, ſed Chaldæa. Et per fluuium ibi
intelligitur Euphrates, ſecundum expoſitores, qui per Chaldæam decurrit, vt dictum eſt ple
nius in expoſitione ſecundi capituli. ¶ Deniq; Meſopotamia non ſortitur hoc nomen, quia
trans fluuium ſita eſt, ſed quia in medio duoꝝ eſt fluminũ. Dicit enim à meſa, quod eſt me- Euſebi⁹.
diũ, & potamos aqua, quaſi in aquaꝝ medio poſita, quẽadmodũ dicit Aquilegia, quaſi aqs
ligata, prout in Scholaſtica fert hiſtoria. Hæc oĩa dicta ſunt circa exordiũ huius capl'i. [Egre
dere de terra tua]. i. ſic ab Aran ciuitate Meſopotamiæ vade ad terram Chanaan, vt pro-
poſitum & affectum redeundi ad Chaldæã omnino abijcias, [& de cognatione tua]. i. à con-
ſanguineis tuis, quos in Chaldæa & Meſopotamia habes. [& de domo]. i. habitaculo & do-
meſticis ſeu familia [patris tui, & veni in terrã quã monſtrauero tibi] videlicet in terram
Chanaan, quæ non exprimitur in ſpeciali à domino, vt per hoc obedientia Abrahæ maior
monſtraret, dum obedit ꝑgendo ad locũ, cuius nomen & qualitatem nondum à dño didicit.
Vnde ad Hebræos Apoſtolus: Fide, inqt, qui vocat Abrahã, obediuit exire in locũ quem ac- Hebr. 11.
cepturus erat, neſciẽs quo iret. [faciamq; te in gentem magnã]. i. copioſum populũ faciam
naſci ex te ſucceſſiue & mediate, non obſtante ꝙ vxor tua ſit naturaliter infœcunda. [& be-
nedicã tibi]. i. ſpũalia dona gratiæ ac virtutũ, temporaliũ quoq; abũdantiã tibi pręſtabo.
[& magnificabo nomẽ tuũ] dãdo tibi famã præclarã, memoriamq; ꝑpetuã in hoc mundo:
iuxta illud Prouerb. Memoria iuſti cũ laudibus. [eriſq; benedictus] ſublimiter valde. [bene- Pro. 10.
dicã benedicẽtibus tibi, & maledicã maledicentibus tibi.] Aliter Deus benedicit hoĩbus, ali-
ter vnus homini alteri bñdicit. Deus etẽ hoĩbus bñdicit, dona gr̃æ dando & multiplicãdo:
homo aũt homini bñdicit, bona de ipſo dicẽdo, ſeu eũ laudãdo. Prælati tñ dicunt interdum
ſubditos benedicere cõſecrãdo, ſeu ad diuina deputãdo eoſdẽ. Conſtat aũt ꝙ multi infideles
ac reprobi benedixerint Abrahæ in hac vita, ipſum laudãdo, quẽadmodũ infrà de Emor ha
bet, qui dixit: Princeps Dei es apud nos. ſimiliter Sarraceni nunc vſq; magnifice laudãt eum, Gene. 25.
ſicut & impijſſimus ac diabolicus Machometes, q in Alchorano ſuo vocat Abrahã virũ ſan-
ctiſſimũ. Quõ ergo veꝝ eſt q̊d dñs ait, Benedicã benedicẽtibus tibi? Et reſpõdendũ, ꝙ cũ De- Pſal. 7.
us nullũ bonũ deferat irremuneratũ, & ipſa laudatio iuſtoꝝ ſit q̊ddã bonũ ex genere, De⁹ ali-
quo modo remunerat eã, ſaltẽ in vita hac, quę remuneratio bñdictio Dei vocat. Si vero ex-
ponat de fidelibus, q ex charitate bñdicunt Abrahæ, certũ eſt, ꝙ talis benedictio, cũ ſit actus
meritorius, augmẽtum gr̃æ & gloriã promeret, iuxta quem modũ dicit Apoſtolus, ꝙ nemo
poteſt dicere dñs Ieſus, niſi in ſpũ ſancto. [Atq; in te]. i. in Chſo ex tuo ſemine naſcituro, iam 1. Co. 12.
nato. [benedicent vniuerſæ cognatiões terrę] hoc eſt, vniuerſæ gẽtes, tribus & linguæ, creden
do in Chr̃m, gr̃am in p̃ſenti, & gloriã in futuro conſequent, iuxta illud Pſalmi: Benedicẽtur Pſal. 71.
in ipſo oẽs tribus terrę, oñes gentes magnificabunt eum. Vnde ab Eſaia dictum eſt: Seruos Eſaię 65.
ſuos vocabit dñs nomine alio, in quo qui benedictus eſt ſuꝑ terrã, benedicet in Deo, amen.
¶ Porro Iudæi, vt dicitur, ita exponunt: Benedicentur in te &c. id eſt, forma & exemplar be-
nedicendi omni populo eris, ita ꝙ dum quis voluerit alteri benedicere, dicet: Benedicat ſeu
faciat tibi Deus ſicut benedixit Abrahæ. Sed iſtud incõuenienter dictũ cenſet, cũ innumera-
biles gentes extiterint, & innumerabiles tribus ſint, in q̃bus nõ obſeruatur forma aut modus

huiuſmodi benedictionis. ¶Circa hoc Rabbi Paulus ſcribit, licet vera ſit expoſitio illa pri
Rab. Paulus. ma, videlicet, ꝙ benedictio Chriſti ſit ſuper oẽm nationẽ terræ, hoc tñ nõ fuit Abrahæ pro-
miſſum hoc loco. Verũ in hoc Rabbi Paulus nõ ſolum cõtradicit Lyræ, ſed etiã Auguſtino
Iſidor9. & Iſidoro, alijſq; catholicis doctoribus cõmuniter. Ait eñ B. Auguſtinus: Aduertẽdum eſt,
Aug. 16. duas res eſſe promiſſas Abrahæ, in verbis præhabitis, ꝙ ſemen eius poſſeſſurum eſſet terram
de ciuit. Chanaan. Aliã quoq; multo præſtãtiorem, nõ de carnali, ſed ſpirituali ſemine, ſcilicet Chri
Dei. ſto, ꝑ quod pater eſt nõ tantũ vnius Iſraeliticæ gentis, ſed omniũ gentiũ quæ fidei huius ve-
ſtigia conſequent. Idem dicit Iſidorus & habet in Gloſſa. [Egreſſus eſt itaq; Abram de * Ha-
ram] vrbe Meſopotamiæ, [ſicut præceperat ei Deus, & iuit cum eo Loth] qui magis elegit
adhærere ſuo patruo iuſto, videlicet Abrahæ, q̃ inter cæteros conſanguineos ſuos iniuſtos aut
minus iuſtos manere. [Tulit itaq; vxorem ſuã Sarai, & Loth filium fratris ſui, vniuerſamq;
ſubſtantiã quam poſſederãt, & animas quas fecerãt in * Aram]. i. animãtia quæ acquiſierant
ibi, & diſpoſitiue ꝑduxerãt, applicãdo actiua paſſiuis, videlicet mares fœmellis. Vel animas,
hoc eſt, familiã quã ibi acceperãt, ſeu ſeruos & ancillas quos emerãt, aut eos quos forſan ad
vnius Dei cultum attraxerãt, quorũ animas diſpoſitiue produxerãt, quãtum ad eſſe gratiæ.
Ioan. 4. [Cumq; veniſſent in terrã Chanaan, pertrãſiuit Abrahã terrã illam vſq; ad locum Sichem]
hoc eſt, vſq; ad vrbem ſic appellatã, quę in Euãgelio dicit Sichar, quod nomen venit ex cor-
Gen. 19. rupta prolatione. [& vſq; ad conuallem illuſtrem]. i. delectabilem & præclarã, vbi erat Pen-
tapolis, ſeu regio quinq; ciuitatum poſtea ſubuerſarũ, videlicet Sodomæ, Gomorrhæ &c. vt
infrà dicet, quæ regio fuit ante ſuã euerſionem valde amœna atq; præcipua. [Chananæus au
tem tunc erat in terra]. i. Chananæi orti ex Cham filio Noe, tunc habitauerunt in terra illa,
quæ ordinatione diuina & diſpoſitione ipſius Noe, vt dicunt Hebræi, dãda fuit ſemini Abra
hæ, Nam & Melchiſedec, qui credit fuiſſe Sem filius Noe, vt infrà magis patebit, habitauit
atq; regnauit in Salem vrbe terræ Chanaan. [Apparuitq; dñs Abrã] in loco præfato, [& dixit
ei: Semini tuo dabo terrã hãc. Qui ædificauit ibi altare dño qui apparuit ei, & inuocauit no
men eius] gr̃as agens ei de beneficijs ac ꝓmiſſis ipſius, propter q̃d conſtruxit ibi illud altare,
ſup quod obtulit hoſtias ei, prout cõſuetudinis erat in lege naturali, ſicut prædictum eſt de
Gene. 4. Abel & Noe. [Et inde trãſgrediẽs ad montẽ, q eſt] vel, vt aliq habẽt, [vadit]. i. vergit ſeu ſitus
Geneſ. 9. eſt [cõtra orientẽ Bethel] hoc eſt, ex oppoſito oriẽtalis plagæ, ꝑ reſpectũ ad vrbẽ nomine Be
thel, [tetẽdit ibi tabernaculũ ſuũ] inter Bethel & oppidũ Hai. Propter q̃d ſubdit: [ab occidẽte
habẽs Bethel, & ab oriente Hai.] Itaq; ſanctus patriarcha cũ ſua familia in tabernaculis quæ
ſecum detulit, & hincinde expãdit, moratus eſt, queẽadmodũ ad Hebræos ſcribit Apoſtolus:
Fide moratus eſt in terra repromiſſionis, tanq̃ in aliena, in caſulis habitãdo, cum Iſaac & Ia
Hebr. 11. cob cohæredibus repromiſſionis eiuſdẽ. Expectabat eñ fundamẽta habentẽ ciuitatẽ, cuius
artifex & conditor Deus. [Aedificauit quoq; ibi altare dño.] In quo patet feruor ſuæ deuo-
tionis. [perrexitq; Abrã vadens & vltrà progrediens ad meridiem,] hoc eſt, ad partem terræ
Chanaan, reſpicientẽ Aegyptũ, quæ eſt ad meridiem reſpectu Iudææ. Non ex animi leuitate
tantus patriarcha, tam frequenter locum mutauit, ſed ex diuino inſtinctu, vt terram ſemini
ſuo promiſſam circũſpiciens, & ꝑpendens, gratias Deo ageret ampliores. [Facta eſt autẽ fa-
mes in terra Chanaan,] hoc eſt, cariſtia, ſiue ex cauſa naturali, ſiue ob vitia Chananæorum,
vel propter vtrũq;. [deſcenditq; Abram in Aegyptũ, vt peregrinaret]. i. vt tanquã peregrinus
habitaret [ibi] ad tempus, quouſq; ſcilicet fame ſublata, rediret ad terram ad quam deſuper
iuſſus fuit accedere, deſcendit itaque. i. deſcendere cœpit in Aegyptum, eundo ad illam, quæ
in baſſiori eſt ſitu, quàm terra promiſſionis. ¶Circa hoc Ioſephus ſcribit: Audiens Abram
Ioſe. li. 1. Aegyptios feliciter viuere, adijt eos, vt eorũ abundantia participaret, & ſacerdotum auditor
ant. iud. eſſet, atq; cognoſceret quæ de dijs exponerent, vt aut meliores inueniens ſequeretur, aut ſua
cap. 16. prudentia eos in ornatũ meliorem tranſponeret. [Dixitq; vxori ſuæ: Noui ꝙ pulchra ſis mu
lier, & ꝙ cum viderint te Aegyptij, dicturi ſint, Vxor illius eſt, & interficient me,] niſi tu ac-
quieſcas petitioni meæ, [& te reſeruabunt.] Quomodo ſanctus patriarcha, cui Deus pro-
miſerat ꝙ ſemini ſuo daret terrã Chanaan, hoc dicere potuit, aut occidi expauit, cum non-
dum haberet prolem, quaſi diuina promiſſio poſſet fruſtrari in eo? Ad hoc dici poteſt, ꝙ di-
xit hoc ſecundum inferiorũ cauſarũ conſideratiõnẽ. Attenta eñ libidine Aegyptiorũ, proba-
1. Re. 27. bile erat ſic eſſe venturũ, loquendo modo humano. Sic & Dauid cui Deus regnũ Iſrael iam
promiſerat, timuit à Saul occidi, & ſemel deſperauit ſe poſſe euadere, tãdemq; dixit: Aliquã-
do vna die incidã in manus Saul. Iterũ dici poteſt, ꝙ ſicut Abrahã paratus fuit filiũ ſuũ Iſaac
immolare, nõ obſtãte ꝙ Deus ei ſpopõderat, In Iſaac vocabit tibi ſemẽ, nec tamen hæſitauit
diffidentia de veritate promiſſiõis diuinæ, ſciens qa à mortuis potens eſt Deus ſuſcitare: ſic
poterat cogitare de ſemetipſo, & nihilo minus mortem naturaliter formidare, violẽtamq;
mortem velle euadere. ¶Circa hũc locũ quidã ait, ꝙ Aegyptij reputabãt adulterium maius
eſſe peccatum, q̃ homicidium. Hoc tamẽ reor incertũ, neq; ex litera ſequit. Potuiſſent qppe
Aegy

Aegyptij amore libidinis maritum aliquando occidiſſe, vt eius coniuge liberius fruerentur,
quãuis ſcirent homicidiũ adulterio eſſe grauius. Sicut & nunc aliqui impij Chriſtiani, non
obſtãte ꝙ ſciant homicidiũ eſſe enormius adulterio, interdũ occidunt maritũ, vt eius vxore
fruant, immo vir bonus poſſet tentationẽ talẽ incidere, vt patet in Dauid, q fecit occidi Vri 2. Re. 10.
am, ſiue vt eius haberet vxorẽ, ſiue vt crimẽ quod cum illa cõmiſerat, cęlaret, vel potius pro
pter vtrũq;. ¶Deniq; q̃ graue reputabant Aegyptij homicidiũ, quòd item illud morte pu-
niebant, conſtat ex hoc ꝙ ſicut in Exodo legit, cum Moſes audiſſet publicatum eſſe, quali- Exodi 2.
ter ipſe occidit Aegyptium, fugit: quia & Pharao ob hoc voluit eum occidere, non obſtãte
ꝙ talis ac tantus eſſet in Pharaonis palatio. ¶Præterea idem ait circa hunc paſſum, ꝙ De-
us ꝑmiſit famem fieri in terra Chanaan, vt oſtenderet fides Abrahæ, qui ex illo euentu non
diffidebat de veritate diuinę promiſſionis, qua dictum erat ad eum, ꝙ tam ſublimiter eſſet
benedicendus in terra illa, cum tamẽ iam ex indigentia victualium cogeret eam exire. Sed
quãuis hoc poterat eſſe aliqua cauſa præfatæ promiſſionis, non tamen apparet, ꝙ propter
oſtenſionem fidei Abrahæ, Deus induxerit plagam famis ſup gentem illam, tam longe ac la-
te. [Dic ergo, obſecro te, ꝙ ſoror mea ſis] Per hoc Abram non eſt mentitus, nec ꝑſuaſit vxo-
ri vt mentiret, ſed vt veritatem caute celaret, bona æquiuocatione, non fallacia pernicioſa,
vtẽdo. Multis etiam modis dicunt homines fratres ſimul ſiue ſorores, vtpote propter iden-
titatem naturę ſpecificæ, propter amicitiam ſpecialem, propter conſanguinitatem, propter
fidei & religionis cõmunionem, ſicq; Sarai fuit ſoror ſui mariti pluribus modis, quia valde
propinqua, eiuſdemq; ſpeciei, & quia chariſſima ei, & quia eiuſdẽ religionis ac fidei. [vt be-
ne ſit mihi propter te] hoc eſt, quatenus amore tui, & ꝓpter talem aſſertionẽ, ꝙ ſcilicet ſoror
mea ſis, bene faciant mihi Aegyptij, [& viuat anima mea]. i. ego ipſe in vita ꝑmaneam, nec
occidar, [ob gratiam tui] hoc eſt, propter hanc beneficentiam tuam circa me, ſeu propter
gratioſitatem & amabilitatem tuam, qua complacebis Aegyptijs. ¶Circa hoc quærit qui-
dam, quomodo Abrahã per tale mendacium expoſuit cõiugem ſuã periculo adulterij: quæ
quęſtio nõ videt cõgrue mota, quoniã ſicut nunc patuit, verba iſta non erant falſa, nec expo
ſuit coniugem ſuã directe periculo adulterationis. ¶Deniq; ex hoc ꝙ Aegyptij æſtimabãt
fœminam illam non eſſe alicui maritatam, non fuiſſet ibi formalis ratio adulterij, ex parte
ipſorũ, velut ſi quis accedat alienã quã putat ſuã vxorem. Abrahã quoq; cũ eſſet vir ſanctus
atq; propheta, confidebat in dño, ꝙ coniugem ſuam ſeruaret intactam. Attamen fecit & fa-
cere debuit quod in ſe erat, vtẽdo bona ac humana induſtria, & ſibi ac ſuis de neceſſarijs pro-
uidendo: quia vt aſſerit Auguſtinus, qui periculum non cauet, quãtum poteſt, magis tentat August.
Deum q̃ ſperat in eo. ¶Circa hoc quidã ſcribit ꝙ homo in periculis poſitus, ſemꝑ agere de
bet ad ſui liberationẽ, q̃d poteſt ſecundũ viã humanã, vt non tentet Deum. Iſtud non eſt ſatis
idonee dictum, nec vniuerſaliter verũ, cum certum ſit, ꝙ plures martyres vtriuſq; ſexus no-
luerũt imminentẽ occiſionem euadere, cum & apertis carceribus poſſent & rogarent abire,
immo cum beatiſſimus Petrus apoſtolus ad inſtantiã fratrum Romã exiſſet ad euadendum
perſecutionem tyranni, occurrit ei ſaluator: Vado, inquiens, Romã iterum crucifigi. Quo
dicto, diſparuit Chriſtus, & Petrus reuerſus eſt. Rurſus idem ſcribit hoc loco: Sciebat Abra-
ham ꝙ reges tempore illo non accedebant ad vxores ſuas de nouo acceptas, niſi poſt anni Heſter 2.
circulum: quia vt dicit in libro Heſter, ſex menſibus vngebant oleo myrtino, & alijs ſex men
ſibus vtebant quibuſdã pigmentis varijſq; vnguentis. Iſtud nec verum videt, nec apparenti
am habet, nec allegatio libri Heſter eſt ad propoſitum, nec recte adducta. Fuiſſet enim tunc
regibus id & nunc moleſtum tam diu differri, & carere cupitis amplexibus. Ex multis quoq;
antiqs hiſtorijs poſſet probari oppoſitum, immo & ex hiſtoria Heſter. In libro etenĩ Heſter
non legit, ſicut iſte allegat, ꝙ vxores de nouo acceptę, totidem menſibus vngerent: ſed ꝙ pu
ellæ ad cubiculum regis Aſſueri ducendæ, ſic vngebant, quouſq; rex vnam ex illis eligeret in
vxorem: & illæ puellæ erant concubinæ, non coniuges regis. Et dato ꝙ hoc fuiſſet conſue-
tudo apud reges Perſarũ & Medorũ, & tempore Aſſueri, qui plus q̃ per mille quingentos an-
nos fuit poſt Pharaonem iſtum Aegypti regem, nõ tamẽ ſequeret ꝙ apud reges Aegypti, & Heſter 2.
tẽpore Abrahæ fuerat talis conſuetudo. ¶Inſup in libro Heſter habet, ꝙ dum Aſſuerus rex
elegiſſet eam in coniugem, ſtatim dedit requiem in vniuerſo regno ſuo ac munera, & iuſſit
parari conuiuium pro coniunctione & nuptijs Heſter, nec fit ibi aliqua mentio de protra-
ctione carnalis copulæ, poſtquã in coniugem eſt aſſumpta. Similiter in libro primo Macha
bæorum, vbi deſcribit connubium initum inter Alexandrum regem Aſiæ, & Cleopatram fi 1. Mac. 10
liam regis Aegypti, non fit mentio de tali dilatione carnalis coniunctionis. Sed ꝙ Ptolemæ
us rex in Ptolemaide celebrauit nuptias filię ſuæ in gloria magna: nec in aliqua ſcriptura au
thentica inuenit, ꝙ conſuetudinis fuerit regibus poſt nuptiarũ celebrationem abſtinere per
annum à coniugali acceſſu. [Cumq; ingreſſus eſſet Abram Aegyptum, viderunt Aegyptij
mulierem ꝙ pulchra eſſet nimis] Ad corporalem aũt pulchritudinẽ tria requirunt, ſecũdum
Philo

Philoſophum: Primũ eſt elegãs ſtatura, ſeu cõdecens magnitudo; ideo hoĩes paruæ ſtaturæ
non dicunẽ proprie pulchri, q̃uis dici poſſint decori. Secundũ eſt proportionata cohabitu-
do mẽbroꝝ. Tertiũ, ſuꝑfuſio naturalis viuidiꝗ coloris. [& nunciauerunt principes Pharao-
ni]. i. regi Aegypti, cuiꝰ reges tũc cognoĩabanẽ Pharaones, ſicut & poſtea Ptolemæi, & ſicut
reges Frãciæ cognominanẽ Delphini, cum tñ aliud habeãt propriũ nomẽ. Quidã per princi
pes, intelligit cuſtodes paſſagij: q̃d ineptũ videẽ, cũ paſſagij cuſtodia nõ ſit tam altũ officium,
idcirco principes rectius intelligunẽ quidã pręcipui & maiores regis officiati, qui quod ab
inferioribus forſitan ꝑceperũt, regi denunciauerũt ad cõplacendũ eidẽ. [& laudauerũt illam
apud illũ]. i. Sarai apud Pharaonẽ, dicendo ꝙ eſſet pulchra, morigerata, honeſta. [& ſublata
eſt mulier in domũ Pharaonis]. i. Pharao iuſſit vt ſibi adduceret. [Abram vero bene vſi ſunt
propter illã]. i. bene fecerũt ei amore Sarai, quã putabãt ipſius ſororẽ. [Fuerũtꝗ ei oues & bo
ues, aſini & aſinæ & cameli, ſerui & ancillæ.] Aegyptij nãq; cõtulerunt ei munera, honoraue
runtꝗ eum ob cauſam prætactã. Et quoniam in aliq̃bus eos inſtruxit, ditatus eſt ibi in his.
Ioſe. lib. 1. ant. Iuda. ca. 16. Nempe vt Ioſephus refert, & in Scholaſtica recitaẽ hiſtoria, arithmeticã & aſtrologiam do
cuit eos. Quæ ſciẽtiæ poſtea ab Aegyptijs ꝑuenerunt ad Græcos. Ipſeꝗ Abrahã, ſecundũ Ioſe
Euſebiꝰ. phum, primus auſus eſt pronũciare, Deũ vnum eſſe oĩm creatorẽ, quod cõijciebat per muta-
tiones terræ & maris, per ea quę cõtingunt circa ſolem & lunã, atq; ex oĩbus quę circa cælum
Beroſus. ſemꝑ eueniunt. De eodẽ quoq; refert Beroſus: Poſt diluuium decima generatione, fuit apud
Chaldæos vir iuſtus & magnus, in cæleſtibus rebus expertus. Veruntñ reor, ꝙ Noe & Mel-
chiſedec & alij iuſti ante Abram, publice docuerunt ſubditos & poſteros ſuos, vnũ eſſe oĩm
creatorẽ ac Deũ. Et item ꝙ Abram ex ſuꝑnaturali illuminatione magis q̃ ex aſtronomia co
Aug. 16. gnouit hoc ipſum. ¶Si præterea quęraẽ, cur Pharao nõ cognouit coniugẽ Abræ, cum eſſet
de ciuit. in domũ ſuã deducta: Reſpondet Auguſtinus, ꝙ flagellatiõibus diuinis fuit ſuꝑ hoc impedi-
Dei cap. tus. Veruntñ in Gloſſa tangiẽ, ꝙ ex libro Heſter eſt allegatũ de præparatiõe puellaꝝ, quæ ad
19. thalamũ regis ꝑducebantur. In Scholaſtica hiſtoria ſcribiẽ, ꝙ Deus impediuit deſideriũ Pha
Heſter 2. raonis ægritudine & tumultu cauſaꝝ. Hinc ſubdiẽ: [Flagellauit autem dñs Pharaonem & do
Euſebiꝰ. mum]. i. familiã [eius plagis maximis, propter vxorẽ Abram]. i. ob hoc, ꝙ eam iniuſte abſtu
lerant, & Pharao detinere proponeret. ¶Si quęraẽ, quæ fuerũt maximæ plagæ iſtæ: iam ta-
ctũ eſt, ꝙ ægritudines erãt, ſeu impoſſibilitas pariẽdi, puta vxoꝝ Pharaonis, & ſeruoꝝ eius
Gen. 20. concluſio, ſicut infrà habeẽ de domo Abimelech: aut ſeminis fluxus, ſeu terror ſomnioꝝ, ap
paritioꝗ monſtroꝝ. [Vocauitꝗ Pharao Abrã, & dixit ei: Quidnã eſt hoc q̃d feciſti mihi?]
Quaſi dicat: Cur expoſuiſti me huic periculo, & his plagis? [Quare nõ indicaſti ꝙ vxor tua
eſſet? Quã ob cauſam dixiſti ſororẽ tuã eſſe, vt tollerẽ eã mihi in vxorẽ?] An Abrahã ad iſta
reſpõderit, textus nõ exprimit. Potuit aũt cauſam rationabilẽ aſſignare, quæ tacta eſt, ne vi-
hiſt. ſcho delicet propter vxorẽ ſuã occideret à plebe Aegypti. Sed vnde cognouit Pharao, ꝙ Sarai eſ-
laſtica. ſet vxor Abræ? Dicũt aliqui, ꝙ ex reuelatiõe. ¶Porro Scholaſtica hiſtoria dicit, ꝙ dum ſa-
cerdotes Aegypti ſacrificarẽt pro regis ſanatiõe, acceperũt reſpõſum, ꝙ Pharao propter in-
iuriã peregrino illatã in ſublatiõe ſuæ vxoris, eſſet punitus. Sed mirum, ꝙ tantus rex voluit
vxorẽ ſimplicis peregrini, quã putauit eius ſororẽ, accipere cõiugẽ. Ad q̃d dici poteſt, ꝙ pul
chritudo & modeſtia mulieris traxerunt eum ad hoc: honeſtas q̃q; & ſapiẽtia Abræ, quẽ fra
trem illius credebat. ¶Pręterea, circa illud, Flagellauit dñs Pharaonẽ propter vxorẽ Abræ,
recitat Lyra, ꝙ in Hebræo habeẽ, Propter verbũ Sarai vxoris Abræ: q͂a vt dicũt Hebræi, Sa-
rai habuit angelũ ſanctũ corporis ſui cuſtodẽ. Vnde Sarai dicẽte ad angelũ, vt ꝑcuteret Pha
raonem, ꝑcuſſit eum. Sic ſancta Cęcilia dixit ad ſponſum ſuũ: Habeo angelum corporis mei
cuſtodem. Et ſimile legiẽ de beata Agnete. [Nunc ergo ecce cõiunx tua, accipe eam, & vade.
Præcepitꝗ Pharao ſuper Abram viris]. i. miniſtris ſuis præcepit de Abram, vt eum & dome
ſticos eius cum ſecuritate ex Aegypto deducerent, ideo ſubditur: [Et deduxerunt eũ & vxo-
rem eius, & omnia quæ habebat.] puta familiam, pecora, & cætera quæ habebat.

¶Expoſitio ſpiritualis eiuſdem cap. 12. Art. 46.

Dixit aũt dñs ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris
tui, & veni in terrã, quã monſtrauero tibi.] Abram nomine & virtute Chriſtum præfi
gurauit. Abram nanq; per duas ſyllabas, interpretatur pater excelſus: Abraham vero,
pater multaꝝ gentium. ¶Porro Chriſtus, in quãtum Deus, eſt pater excelſus creatione, gu
bernatione, iuſtificatiõe: immo ſic tota ſuperadoranda, ſuperſubſtãtialisꝗ Trinitas eſt vnus
pater excelſus, ſicut & vnus creator, vnus gubernator, vnus iuſtificator, prædeſtinator & glo-
rificator. Sic quoq; Chriſtus eſt multaꝝ gentiũ pater. Itaq; Chriſto, prout eſt verbũ æternũ,
dixit pater nõ præcipiẽdo tanq̃ minori, ſed volendo & quaſi practice intelligẽdo, ſeu per ge
nerationem æternã dando & cõmunicãdo ei totã ſapientiã ſuam, ſicut & deitatẽ atq; eſſen-
tiam. [Egredere de terra tua]. i. per incarnatiõis myſteriũ de cælo in terram deſcende, homi
Pſal. 18. nibusꝗ appare, quemadmodũ ſcriptum eſt: A ſummo cælo egreſſio eius. Vnde & Chriſtus:
Exiui

Exiui, inquit, à patre, & veni in mũdum. Cælum q̃ppe eſt terra viuoꝝ, & patria beatoꝝ. [Et Ioan. 16.
de cognatione tua]. i. multitudine ſupernoꝝ ſpirituũ, qui (in quãtum intellectualis ſimpli- Pſal. 134.
ciſꝗ naturæ ſunt, & Deo beatifice ꝑfruunẽ) quãdam cum verbo æterno, à quo conditi ſunt,
cognationem ſortiri videnẽ. A q̃bus quaſi egreſſus eſt, inter homines conuerſando, nõ illis
diuinam præſentiã ſubtrahendo, ſicut nec locũ mutãdo egreſſus eſt. [& de domo p̃ris tui] de
qua ait: In domo patris mei manſiones multæ ſunt. [Et veni in terrã quã monſtrauero tibi,] Ioan. 14.
hoc eſt, in terrã mortalium, & in Iudæam ſeu ſynagogã. Deſcendit eñi in inferiores partes
terræ, ſecundum Apoſtolum, quã terrã pater Chriſto ſecundũ naturam diuinã monſtrauit, Epheſ. 4.
non de nouo aut temporaliter ei aliquid oſtendendo ſeu inſtruendo, ſed ſicut prætactũ eſt,
per diuinã generationẽ, totam ſuã increatã ſapientiã ei cõmunicãdo. Hinc apud Ioannem Ioan. 5.
locutus eſt: Pater diligit filium, & omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit. ¶Præterea, Chriſtus
ſecundum naturã aſſumptã, eſt pater excelſus, & multaꝝ gentium, in quãtum ſummus pon
tifex, & prælatus ac legiſlator eccleſiæ. Cui ergo pater præcepit, vt egrederẽ de terra ſua. i.
Apoſtolos faceret ire ad gentium conuerſionẽ, relicta Iudæa, ſynagoga ac tẽplo, in quibus
Deus ante per gratiã habitauit. Apoſtoli nãq; Chriſtũ ſpiritualiter ad gentes vndiq; porta-
uerunt. Sicꝗ venit ad terrã gentilitatis, immo ad corda gentiũ electaꝝ, & hoc Chriſtus ho-
mo, Deo patre iubẽte, ſignificauit Apoſtolis ante eoꝝ diuiſionem. Vnde Paulus Barnabasꝗ Acto. 13.
dixerunt Iudæis: Vobis oportebat primũ loqui verbum Dei, ſed quoniã repuliſtis illud, ecce
conuertimur ad gentes. Sic eñi p̃cepit nobis dñs. Hinc pater per Eſaiã locutus eſt Chr̃o: Po- Eſa. 49.
ſui te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſq; ad vltimum terræ. [Faciamꝗ te in gentem ma-
gnam &c.] Iſtud totum incomparabiliter plenius in Chriſto, q̃ in Abrahã eſt completum.
Itaq; Chr̃m fecit Deus pater ſeu Trinitas ſumma, in gentem magnã, cõuertendo ad ipſum
innumerabiles populos nationũ vbiq; terraꝝ, q in Chr̃o ſunt regenerati, & filij eius effecti.
[Et benedicã tibi.] Humanitati Chr̃i Deus pater pleniſſime benedixit, totã ipſius capacita- Pſal. 44.
tem implẽdo ſuꝑnaturalibus donis gr̃æ & glorię, omĩꝗ ſapiẽtia ac virtute, quẽadmodũ ſcri- Ibidem.
ptũ eſt: Benedixit te Deus in æternũ. Itemꝗ: Vnxit te Deus Deus tuus &c. [Et magnificabo
nomẽ tuũ.] Deus etẽi exaltauit Chr̃m, & dedit illi nomen q̃d eſt ſuꝑ om̃e nomẽ, vt in noĩe Phil. 2.
eius om̃e genu flectaẽ, cęleſtiũ, terreſtriũ, & infernoꝝ. Benedixit q̃q; benedicẽtibus Chr̃m, &
maledicẽtibus ei, puta Iudęis, hęreticis, cęteriſꝗ incredulis ac blaſphemis, maledixit. [Egreſ
ſus eſt itaq; Abrã &c.]. i. Chr̃s ꝑ apl̃oꝝ prædicationẽ ad gẽtes tranſiuit. [Et vxorẽ ſuã]. i. pri-
mitiuã eccleſiã. [ac Loth,] eos videlicet q ſecundum carnẽ ei propinqui erãt, fecit ſecum ad
gentes procedere, & ꝑ prędicatores ſuos terrã eoꝝ perambulauit, in qua tunc morabaẽ Cha
nanæus. i. incredulus populus, Chananæoꝝ antiquoꝝ vitijs plenus. Illã igiẽ terrã dedit De-
us ſemini Chr̃i, vtpote populo Chr̃iano, de quo ab Eſaia eſt prædictũ: Si poſuerit animam
ſuam pro peccato, videbit ſemẽ longæuũ. Et alibi: Om̃es q viderint eos, cognoſcẽt illos, q͂a Eſaię 53.
iſti ſunt ſemẽ cui benedixit dñs. [Qui ædificauit ibi altare dño.] Chriſtus eñi vbiq; ædificari Eſaię 61.
fecit eccleſias, atq; in eis altaria, quæ & ſpiritaliter ædificauit ꝑ fidem & charitatẽ in corde fi-
deliũ, in q̃bus & ꝑ quos offert ſacrificiũ laudis patri indeſinẽter, immo & ſeipſum facit offer
ri. [Et inuocauit nomen dñi,] quoniã interpellat pro nobis, & pro noſtra offerẽ ſalute. Vn-
de per Malachiam dñs conteſtaẽ: In omni loco offerẽ nomini meo oblatio munda. [Et inde Malac. 1.
progrediẽs ad montẽ qui eſt cõtra orientẽ Bethel,] hoc eſt, ad Romanũ imperiũ & ad excel-
lentiã philoſophoꝝ, qui erãt per elationẽ erecti contra veræ & ſalutaris ſapiẽtiæ ortũ ac lu-
cem, quæ ſapientia eſt in Bethel. i. in domo Dei. [Tetendit ibi tabernaculũ ſuũ,] hoc eſt, ec-
cleſiã dilatauit ibidẽ, ſubijciendo illos fidei Chr̃ianæ. Vnde ad Corinthios fateẽ Apl̃s: Arma 2. Co. 10.
militiæ noſtræ nõ carnalia ſunt, ſed potẽtia Deo ad deſtructionem munitionũ, conſilia de-
ſtruentes, & omnẽ altitudinẽ extollentẽ ſe aduerſus ſcientiã Dei, & in captiuitatẽ redigentes
omnẽ intellectum in obſequium Chriſti. [Ab occidente habens Bethel, & ab oriente Hai.]
Per occidentẽ intelligi poteſt aduerſitatũ euẽtus, ſeu obſcura Dei cognitio per ſpeculum in
ænigmate: per orientẽ vero, proſperitatis & felicitatis præſentia, charitatiſꝗ feruor, & clara
cognitio deitatis ꝑ ſpeciẽ. Bethel vero interpretaẽ domꝰ Dei, ꝑ quã eccleſia militãs deſignaẽ:
Hai vero, oculus ſeu fons, ꝑ quod triũphans inſinuaẽ eccleſia. Chr̃s itaq; habet Bethel. i. eccle
ſiam militantẽ, ab occidẽte, hoc eſt, in his q aduerſitatibus exercenẽ, & ꝑ fidẽ ambulantes De
um ænigmatice vidẽt. Hai aũt. i. eccleſiã triumphãtẽ in ſuis electis, q plena felicitate & om̃i
proſperitate replenẽ. Inter hos Chr̃s eſt medius, vnius (videlicet militãtis) eccleſię mẽbra tri
umphãti coniungẽs. [Facta eſt aũt fames in terra]. i. oĩm ſpiritaliũ alimẽtoꝝ defectus, ſyna-
goga quęrẽte terrena, p̃ſertim qñ Iudæi prædicationẽ apoſtoloꝝ abiecerũt animo obſtina-
to. [Deſcẽditꝗ Abrã in Aegyptũ]. i. Chr̃s per Apl̃os ſuos ingreſſus eſt gẽtilitatẽ. [vt peregri-
nareẽ ibi]. i. tanq̃ hoſpes & peregrinus habitaret in cordibus creduloꝝ, de q̃ Hieremias præ-
dixit: Quare quaſi colonus vẽturus es in terra, & quaſi viator declinãs ad manendũ? [Dixitꝗ Hier. 14.
vxori ſuæ]. i. primitiuæ eccleſiæ, quã pro magna & p̃cipua parte miſit ad gẽtes conuertẽdas.
[No-

[Noui ꝙ pulchra ſis mulier].i.cõgregatio & ſponſa mea oĩm virtute & grã perornata.]& ꝙ
cũ viderint te Aegyptij,dicturi ſunt, Vxor illius eſt, interficiẽtq́ me,& te reſeruabũt.]Aegy-
ptij iſti ſunt dęmones,q viſa Chri eccleſia,cõtulerunt dicẽtes: Ecce iſta eſt Chri ſponſa,& ni-
ſi ſunt eã à Chro auertere, ac ſpiritaliter conſtuprare ac ꝑdere, immo & Chriſtũ in credẽti-
um cordibꝰ enecare,ita vt ibi amplius nõ eſſet ꝑ gratiã,nec regnaret ꝑ fidẽ.[Dic ergo,obſe-
cro,ꝙ ſoror mea ſis].i.conſtãter me cõfitere,& me veraciter incarnatũ teſtare,ita ꝙ ꝑ aſſum
ptam humanitatẽ tuus ſim frater. [vt bene ſit mihi ꝓpter te].i.regnem in populo Chriano
vſq; ad finẽ mũdi,& viuã in credentiũ mẽte per fidẽ.[Cumq́ ingreſſus eſſet Abram in Aegy
ptũ].i.Chrs in gentilitate cõuerſa regnaret.[viderũt Aegyptij]vtpote dæmones [mulierẽ].i.
eccleſiã.[ꝙ pulchra eſſet nimis,& nũciauerũt Pharaoni,] hoc eſt,principi tenebraꝝ.[& lau
dauerunt illã apud illũ,]virtutes,ſigna & opera eccleſiæ recitãdo principi ſuo.[& ſublata eſt
mulier in domũ Pharaonis].i.eccleſia electoꝝ in medio hoĩm iniquoꝝ q ſunt domus dia-
Mar. 10. boli,poſita eſt in hoc mundo,cui & Chriſtus dixit: Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio
lupoꝝ.[Abram vero bene vſi ſunt ꝓpter illã].i. Chriſti miſericordiã magnificã eſſe dixerũt
& infinitã,vt per hoc facilius allicerẽt ad peccãdum fideles. [fueruntq́ ei oues & boues,aſini
& aſinæ & cameli & ſerui & familiæ,]hoc eſt,non ſolũ innocẽtes & ſimplices,ſed & groſſi,ru
des,duri & male laborioſi,corporaliterq́ robuſti, ad Chrm conuerſi ſunt,quoꝝ & plurimi
de miſericordia Dei temerarie præſumentes, carnales & beſtiales effecti ſunt. [Flagellauitq́
dñs Pharaonem & domũ eius plagis maximis,propter vxorem Abram.]Dñs eñ per ange-
los ſanctos & homines virtuoſos, grauiter ac multipliciter tribulat dæmones, eorũq́ prin-
cipem,refrenãdo eos ac ſuperando & deridẽdo,eo ꝙ Chriſti eccleſiã ſic tentare non ceſſent,
Eſa. 24. & tandẽ eoꝝ miſeria multũ augebit,dum iuxta Eſaiæ oraculum congregabunt congrega-
tione vnius faſcis, & claudent in carcere.[Vocauitq́ Pharao Abrã] &c.Hoc fit, qñ diabolus
videt & confitet ſe victũ à mẽbris Chri,& dimittit victores in pace,vt ſeruiant Chro.Poſtre
mo Abram iuxta tropologiã deſignat vnumquẽq; fidelem, cui iubet aut conſulit Chriſtus,
vt egrediat de terra ſua,relinquẽdo propter ipſum oĩa exteriora:& de cognatione ſua,relin
quendo propinquos:& de domo patris ſui,deſerẽdo domeſticos, quatenus ad nihil hoꝝ in-
ordinate afficiat,immo & ſeipſum abneget, vincat,mortificet,& ſedens in clauſtro,leuet ſe
Thren. 3. ſuꝑ ſe contemplãdo diuina,veniatq́ in terrã quam dñs ei monſtrat,ſanctã ingrediendo reli
gionem,atq; ad patriã feſtinãdo cæleſtẽ,vt faciat eum in gentem magnã,alios ædificãdo, &
conuertendo ꝑ ipſum,& benedicat ei,dãdo centuplum in pręſenti,& vitã gloriæ in futuro.

¶Expoſitio literalis cap.13.Aſcendens ergo Abram de Aegypto. Art. 47.

ASſcendit ergo Abram de Aegypto,] quæ in decliuiori eſt ſitu ꝗ regio Chanaan.[ipſe
& vxor eius,& oĩa quæ habebat, & Loth cum eo ad auſtralẽ plagã] terræ Chanaan.
[Erat autẽ diues valde in poſſeſſione auri & argenti. Reuerſusq́ eſt per iter quo vene
rat].i.per ꝗd Aegyptum intrauerat à meridie.Reuerſusq́ eſt,inquã,[à meridie].i.plaga me-
ridiana,vel ab Aegypto, quæ reſpectu terræ Chanaan,eſt verſus meridiẽ. [in Bethel]vrbem
præfatã. Ait quidã,ꝙ in Hebræo habet, Reuerſus eſt per manſiones qbus venerat: quod ex-
ponendo,affirmat,ꝙ Abram,quãdo intrauit Aegyptũ,nõ habebat ſufficientem pecuniam
ad ſoluẽdũ in hoſpitijs ſuas expẽſas: idcirco per eadẽ reuertebat hoſpitia, vt ſolueret debita
quæ ibi cõtraxit.Iſtud fabuloſum videt, nec apparentiã habet, cum Deus promiſerit Abræ,
benedictionẽ in ſpũalibus ac tẽporalibus anteꝗ exiuit à Meſopotamia ad terrã promiſſio-
nis,nec vnquã fuit tam pauper,vt non haberet tãtillum pecuniæ,qua ſolueret in via ſuas ex-
penſas.Erat quoq; ignotus in illis hoſpitijs,idcirco non habet apparentiã ꝙ dediſſent ei di-
lationem ſolutiõis expenſaꝝ, niſi forſan ſub pignore. [Facta eſt rixa inter paſtores gregum
Abram & Loth.] qa vt habet in litera,vterq; eoꝝ habuit pecora multa,diuerſorumq́ gene
rum,& tabernacula pro ſe & ꝑtinentibus ſibi,videlicet pro ſuis domeſticis & iumentis.[nec
poterat eos capere terra, vt habitarẽt ſimul.] Poterat vtiq́ terra Chanaan capere eos,ſed nõ
ita,vt pacifice ſimul manerẽt,videlicet ſine contentione paſtoꝝ ſuoꝝ,quoꝝ vnuſquiſq́ fe-
ſtinauit meliora paſcua præoccupare,nec ceſſerũt ſibi ad inuicẽ, cum eſſent hoĩes imꝑfecti.
[Eo aũt tẽpore Chananæus & Pherezæus].i.populi Chananæoꝝ ac Pherezæoꝝ,q nati fue-
runt ex filijs Chanaan filij Cham,[habitabãt in terra illa,] Hoc interponit ſcriptura, ſecun-
dum Rabbi Paulum,ad innuendũ ꝙ cauſa ſeparatiõis Abræ à Loth fuit,qm̃ Abram timuit
ꝙ habitatores terræ illius videntes tantã opulentiã ſuã ac ſui nepotis,ſpoliarent aut expelle-
rent ſe & Loth à terra illa.Alij dicũt,ꝙ Abrahã timuit poſſe ex contẽtionibus paſtoꝝ litem
moueri corã infidelibus illis iudicibꝰ.[Dixit ergo Abrã ad Loth: Ne, quæſo, ſit iurgiũ inter
me & te, & inter paſtores tuos & meos:fratres eñ ſumus].i.multũ propinqui. Timuit itaq;
Abrã ne ex occaſiõe contẽtionis paſtoꝝ ſuoꝝ etiã inter eos orirer contẽtio,ꝗ inter domeſti
cos tãto deteſtabilior eſt,quãto mutua pax eoꝝ eſt appetibilior.[Ecce vniuerſa terra coram
te eſt].i.terrã iſtã pręſentialiter vides:idcirco cõſiderare potes ꝗ pars eius aptior tibi ſit.[Re-
cede

cede à me obſecro.]Melius nãq; eſt,ſalua charitate & pace,corporaliter ſeparari & ſeorſum
morari,ꝗ cũ charitatis & pacis detrimento ſimul & corpore habitare.[Si tu ad ſiniſtrã ieris,
ego dexterã tenebo: ſi tu dexterã elegeris,ego ad ſiniſtrã pergam.] In his verbis apparet ex-
imia bonitas Abræ,vtpote charitas,manſuetudo,pietas,& humilitas eius,qa cum eſſet tam
ſublimiter maior ac eruditior,tamẽ in oĩbus detulit ſuo nepoti,electionẽ dans ei,& cõmu-
ni prouidens paci.Ex quo Abræ facto,ſecundũ Auguſtinũ,fortaſſis effecta eſt laudabilis iſta Aug. 16. de ciuit. Dei.
conſuetudo,ꝙ qñ aliquid terrenũ eſt inter homines diuidẽdum,maior diuidat,& minor eli-
gat.[Eleuatis itaq; Loth oculis,vidit oẽm circa regionẽ Iordanis].i.circũquaq; adſpiciens,
conſiderauit regionẽ ſitã circa Iordanẽ, quæ tunc fuit regio Pentapolis.[quæ vniuerſa riga
batur aquis Iordanis, opportune extrà fluentis,aut etiã pluuijs. [anteꝗ ſubuerteret dñs So-
domam & Gomorrham,ſicut paradiſus dñi,] hoc eſt, ſicut paradiſus irrigat fonte ac fluuio
exiſtẽte in eo.[& ſicut Aegyptus] irrigat Nilo. [veniẽtibus in Segor].i.in adſpectu eoꝝ,qui
ab Aegypto vadunt in vrbẽ,Segor vocatã,circa ꝗd iter terra Aegypti eſt pulchra ac fertilis
valde.[elegitq́ ſibi Loth regionẽ circa Iordanẽ,] hoc eſt,in aliqua parte regionis illius ha-
bitare elegit.[Et receſſit ab oriente].i.plaga oriẽtali,in qua erat cum Abrã,quæ reſpectu re-
gionis quã elegit Loth ad inhabitandũ,fuit oriẽtalis.[Diuiſiq́ ſunt alterutrũ à fratre ſuo].i.
vnus eoꝝ receſſit ab altero ſibi propinquo. [Loth vero moratus eſt in oppidis quæ erãt cir
ca Iordanem,] hoc eſt,in vrbibus Pentapolis.[& habitauit in Sodomis].i.ciuitatibus Sodo
moꝝ, præſertim in Sodoma, quæ erat principalis inter quinq; vrbes illas præfatas. Ex quo
videt, ꝙ ſucceſſiue habitauit in pluribus oppidoꝝ illoꝝ,niſi forte plurale pro ſingulari po
natur, iuxta modũ loquendi quo aliquid attribuit multitudini, qa conuenit vni aut alicui
parti eius.Eſtq́ probabile, ꝙ Loth paulatim experiens impietatẽ oppidanoꝝ illoꝝ,receſ-
ſit ab vna vrbe ad aliam, æſtimans habitatores vnius meliores habitatoribus alterius vrbis,
ſi tñ in diuerſis oppidis illis ſucceſſiue moratus eſt. ¶Præterea quęrit,cur Loth cum eſſet vir
iuſtus,elegit habitationem inter peſſimos Sodomitas. Ad ꝗd dicẽdum, ꝙ aliqui aſſcribunt
hoc imꝑfectioni ipſius,& dicunt nõnulli eum peioratũ ex cohabitatiõe illoꝝ: ꝗd non videt
cõſonare verbis digniſſimi principis Aploꝝ,qui in ſua ſecũda ſcribit canonica:Adſpectu & 2. Petr. 2.
auditu Loth iuſtus erat,habitãs inter eos q de die in diem animã iuſti iniquis opibus crucia
bant.Ideo dici poteſt,ꝙ forte non ſciuit tantã facinoroſitatẽ eoꝝ,qñ inter eos habitare ele-
git ac cœpit.Vel diſpenſatiõe & ordinatiõe diuina id factũ eſt,vt virtus Loth magis exerci-
taret & oſtenderet per illoꝝ prauitatẽ nequiſſimã, quatenus eius exemplo diſcamus nõ per-
uerti ab impijs,ſed vt Sodomitæ eius virtutibus ædificarent.[Hoĩes autẽ Sodomitæ peſſimi
erãt &c.] de quoꝝ ſceleribus infrà dicet.[Dixitq́ dñs ad Abrã poſtꝗ diuiſus eſt ab eo Loth.]
Abram qppe in aliena habitans terra, antiquã habuit conſolationẽ ex cohabitatiõe Loth
nepotis ac ſoceri ſui:idcirco dum amore virtutum ſeparaſſet eũ à ſe, meruit cõſolationem
diuinã accipere,& etiam qa contẽtiones iam erãt à domo ſua ſublatæ. [Leua oculos tuos in
directũ,& vide à loco in ꝗ nunc es,ad aquilonẽ & meridiẽ,ad orientẽ & occidentẽ].i.ad qua-
tuor plagas terræ Chanaan in qua ſtas.[omnẽ terrã quã conſpicis].i.vniuerſam terrã Cha-
naan,cuius partem nunc vides oculo corporali. [tibi dabo].i. poſteris tuis. ideo expoſitorie
ſubdit:[& ſemini tuo] videlicet filijs Iſrael. [vſq; in ſempiternũ].i.per ſpatiũ valde longum,
vel vſq; in finẽ mundi, niſi peccãdo meruerint eã amittere. Tales nãq; promiſſiones intelli-
gunt ſub conditiõe.Veꝝ vt ait B.Stephanꝰ,Deꝰ nõ dedit Abrahę hęreditatẽ in terra illa nec Acto. 7.
paſſum pedis. [faciamq́ ſemẽ tuũ ſicut puluerẽ terræ].i.innumerabiliter eos multiplicabo.
[Si qs hoĩm poteſt numerare puluerẽ terræ,ſemẽ quoq; tuũ numerare poterit]q̃ſi dicat:Tã
innũerabilis erit poſteritas tua,vt puluis terrę.Hæc tñ hyꝑbolica locutio eſt,vtpote ꝑ exceſ-
ſum dicta, ad inſinuandũ magnitudinẽ rei,ſeu vehementẽ multitudinẽ poſteroꝝ Abrahę pa
triarchæ, ſicut ad Ioſeph Pharao dixit:Abſq; oris tui imperio nullus mouebit manũ aut pe
dem in omni terra Aegypti,iuxta quẽ modũ etiã de electis & amicis Dei fert in Pſalmo:Di- Pſal. 138.
numerabo eos,& ſuꝑ arenã multiplicabunt.Et ſi iſta ꝓmiſſio verificari poteſt in ſola multi-
plicatiõe filioꝝ Iſrael,ꝗto magis ſi eis addant Iſmaelitę ac alię natiões magnæ & multæ ex fi
lijs Abrahę nati,de qbus infrà habebit.[*Surge ergo & perambula terrã in longitudine & la
titudine ſua,qa daturꝰ ſum eã tibi.] vt ſcias magnitudinẽ beneficij mei, & futurã multitudi-
nem ſobolis tuę,atq; vt obediẽdo mihi in iſta ꝑambulatione terrę,merearis gratiã amplio-
rem,aut etiã huius promiſſi impletionẽ.[Mouens igit Abrã tabernaculũ ſuũ].i.ſecum defe-
rẽs illud,[venit]cum vxore & domeſticis atq; pecoribus ſuis. [& habitauit iuxta conuallem
Mambre] hoc eſt, viri ſic dicti, à quo vallis illa cognominata eſt, ita ꝙ Mambre fuit cum
fratribus ſuis Abræ cõfœderatus,vt patebit ſequẽti caplo.Intelligẽdum eſt tamẽ, ꝙ obedien
tiſſimus Abrã ſtatim diuinũ iſtud impleuit pręceptũ.[Eſt]quoq; hæc cõuallis [in Hebron].i.
iuxta Hebron. [Aedificauitq́ ibi altare dño] eiſdẽ de cauſis, ob quas & alibi, ſicut iam pa-
tuit. ¶Præterea iuxta ſpũalem intelligentiã,per aſſcenſum Abrahæ & coniugis ac domeſti

coꝝ ipſius ab Aegypto ad plagã auſtralẽ,ſignificat aſſcenſio Chriſti & fideliũ eius ad orien-
tem lucis æternæ ac patriã beatoꝝ,in qua feruentiſſimus calor eſt ſolis iuſtitiæ. Per diuitias
vero ipſoꝝ in argẽto & auro,ſpiritalis opulẽtia catholicoꝝ in omni virtute & gr̃a, præſer-
tim in charitate & ſapiẽtia,deſignat. Per rixas demũ paſtoꝝ Abram & Loth,intelligit con
tentio,quæ eſt inter iuſtos & iniuſtos prælatos,ſeu inter catholicos & hæreticos propter gre-
ges eis ſubiectos: q̃m iuſti & catholici pręſidẽtes maxime dolẽt,dũ vidẽt populũ Dei ab im-
Ephe. 4. pijs pfidisve prȩlatis negligi,ſcãdalizari,ac male doceri & decipi. Amplius,exemplo Abra-
hæ diſcamus eſſe ſoliciti ſeruare vnitatẽ ſpũs in vinculo pacis, nec ſolũ ſuperioribus cedere
ac parere,ſed & inferioribus humiliter loqui,pie deferre,& oẽm contẽtionis,iræ,impatien
tiæ,cupiditatis inquietudinẽ euitare, q̊d & religioſis ſumme eſt neceſſariũ, cum ſanctus te-
Hieron̄. ſtet Hieronymus: Nulla vita deterior eſt,q̃ corpore ſimul manere,& animo diſſentire. Et ve
☞ re infelices ſunt,qbus non vnum,ſed diuerſum cor eſt. Inſup promiſſio Abræ facta de mul-
tiplicatione ſobolis ſuæ,multo præclarius eſt impleta in multiplicatione fidelium Chriſtia-
Galat. 3. noꝝ,qui iuxta Apoſtolum ad Galatas per fidẽ ſunt filij Abrahæ. Semini quoq; Abrahæ, vt-
pote Chriſto,ſecundũ naturam humanã data eſt in ſempiternũ, non ſolum Chanaan terra,
ſed totus orbis terraꝝ,cuius ſemen.i. plebs Chr̃iana inſtar pulueris innumerabilis facta eſt.
Pſal. 2. Vnde pater ait ad Chriſtum: Poſtula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam,& poſſeſ-
ſionem tuam terminos terræ. Conſtat item ꝙ Chriſtus per pȩdicatores ſuos glorioſos apo
ſtolos,terram in longitudine ac latitudine perambulauit.

¶Elucidatio literalis cap. 14. Factum eſt aũt in illo tempore. Art. 48.

FActum eſt aũt in illo tẽpore.] In iſto capl'o deſcribit fidelitas Abrahæ, & conſtãtia eius
ac fortitudo,quoꝝ occaſione recitat hic bellũ inter gentiliũ reges pactum, nec eſt diffi-
cultas in litera. [Factũ eſt] inqt, [vt Amraphel rex Sennaar].i. Chaldææ ſeu Babylonis,
atq; vt Lyra refert,Hebræi cõmuniter dicunt, ꝙ Amraphel iſte fuit Nemroth,quẽ dicũt fu-
iſſe binomiũ. Quod ſi veꝝ eſt,vixiſſet Nemroth iſte valde diu. Fuit eñ fili⁹ Chus filij Cham,
Euſebi⁹. qui Cham fuit filius Noe,à quo Abraham decimus fuit. [Et Arioth rex Ponti,& Chodorla
homor rex Elamitaꝝ,] Sicut in Scholaſtica hiſtoria dicit, iam dominãdi libido in tantum
proceſſerat,ꝙ pene quælibet ciuitas habuit regem. Quoꝝ plurimi ſubditi erant alicui regi
maiori,& tandẽ om̃es monarchæ alicui,ac primũ monarchæ Aſſyrioꝝ. [& Thadal rex gen
tium].i.qui rex gentium appellat,vel propter multitudinẽ gentium ſibi ſubditaꝝ,vel quia
in eius dominio erant hoĩes plurium nationũ. [inirẽt bellum cõtra Bara regẽ Sodomoꝝ]&
cæteros quatuor qui in litera exprimunt,qui quinq; regnauerũt in quinq; vrbibus regionis
quæ vocat Pentapolis,à penta quod eſt quinq;,& polis ciuitas, inter quos rex Sodomoꝝ di-
citur fuiſſe principalis. Pro eo aũt quod noſtra tranſlatio habet, cõtra Sennaar regem Ada-
mæ,dicit Lyra in Hebræo haberi,regẽ Balæ,eſtq́ Bala nomẽ ciuitatis,quæ alio nomine di-
citur Segor. Sed nõ apparet ſic eſſe, cum in litera alius rex Balæ introducat, nec aliter eſſent
quinq; reges, de qbus hic ſermo. Adama quoq; fuit alia vrbs q̃ Bala. [Omnes iſti] videlicet
quinq; reges Pentapolis, [cõuenerunt in vallem ſylueſtrẽ,] quæ præcedẽti capl'o appellatur
vallis illuſtris. [quæ nunc eſt mare ſalis].i. poſt ſubuerſionẽ Pentapolis, facta & vocata eſt la
cus ſalſiſſimus & mare mortuum,quoniã nullus piſcis in eo viuere poteſt, propter ſpiſſitu-
dinem & ineptitudinẽ aquæ illius,quæ tam ſpiſſa & ſordida eſt,vt pãnus in ea potius inqui-
netur q̃ lauetur. Deinde ſubiungit cauſa prælij huius. [Duodecim eñ annis ſeruierãt] qnq;
reges pȩdicti [Chodorlahomor regi Elamitaꝝ,] qui ſubiugauerat eos ſibi,ita ꝙ dederunt
ei tributũ duodecim annis. [& in tertiodecimo anno receſſerunt ab eo] per rebellionẽ, non
per loci mutationẽ, de quo receſſu Ioram rex Iſrael loquit in quarto Regũ libro, Moab re-
4. Reg. 3. ceſſit à me. [Igit quartodecimo anno venit Chodorlahomor,& reges qui cum eo erant,per-
cuſſeruntq́ Raphaim].i.quoſdã fortes ſeu gigãtes natos de Raphaim, aut Raphaim nomi-
natos. [in Aſtaroth] hoc eſt,in loco ſic nuncupato. [& Carnaim & Zuzim cum eis].i.ſic ap
Hieron̄. pellatas,quæ erant terribiles & robuſtæ,ſecundum Hieronymũ,occiderunt cum præfatis gi
gantibus Raphaim. [& Emim].i.populum ſic vocatũ, [in Sabe Cariathaim] hoc eſt,in ciui
tate ſeu loco ſic dicto occiderunt. [& *Chorræos in montibus Seir].i. gentẽ ſic nominatã,
habitãtem in montibus Seir, quæ gens infrà vocatur Horræi. [vſq; ad campeſtria Pharan].i.
vrbis ſic nuncupatæ, [quæ eſt in ſolitudine. Reuerſiq́ ſunt] quatuor reges prædicti, [& vene-
runt vſq; ad fontẽ Maſphat].i.ad locũ fontis illius,in quo loco Deus poſtea produxit filijs Iſ
rael aquam de petra. ideo ſubdit: [Ipſa eſt Cades] quia ſic dictus eſt locus ille alio nomine,
Hieron̄. de quo loco infrà habebit. Et ſecundum Hieronymũ,vocat fons iudicij, quoniam Deus iudi
cauit populum Iſrael contra ſe murmurantem; vel,vt alij dicunt,Moſen & Aaron,qui fue-
Nũe. 16. runt ibi increduli Deo,videlicet ad aquas contradictionis, propter quod Deus tulit contra
eos ſententiam,ꝙ non ingrederent terram promiſſionis. Quidam dicit,ꝙ vocetur fons iu-
dicij,quoniam iudices terræ illius conuenerunt ibi ad determinandum iudicia. Sed mirum
ſi in

ſi in loco iſto deſerto cõuenerunt ad iudicandũ. [Et pcuſſerunt oẽm regionẽ Amalechitaꝝ]
id eſt,populũ regionis illius,in quo poſtea habitauerunt Amalechitæ,qui tẽpore huius bel-
li nondũ fuerunt nati. [& *Amorrhæum] hoc eſt,populum Amorrhæoꝝ,natum ex Amor- *Amorrhæoꝝ.
rhæo filio Chanaan,filij Cham,vt dictum eſt capl'o decimo. [qui habitabant in Aſoſontha-
mar].i.in loco ſic nominato,qui in lib. Paralipomenon vocat Engaddi, ſecundum quoſdã.
¶Quȩri poteſt,cur præfati quatuor reges,qui venerunt ad pugnãdum cõtra qnq; reges Pen
tapolis,interfecerunt tot alios populos. Ad quod aliqui dicunt,ꝙ populi illi fuerunt aduer-
ſarij trium regum qui venerunt cum prædicto rege Elamitaꝝ, qui adiuuit eos ad deijcien-
dum aduerſarios eorundẽ,deinde adiuuerunt eum cõtra reges Pentapolis. Scriptura autem
non exprimit illud,vt dicũt, quia non concernit facta Abrahæ & Loth. [Et egreſſi ſunt rex
Sodomoꝝ &c.] Hic recitat qualiter in valle ſylueſtri cõgreſſi ſunt quinq; reges Pentapolis
contra quatuor reges prædictos. [& terga verterunt, cecideruntq́ ibi.] Porro in textu ſtatim
ante hæc verba habet, [Vallis autẽ ſylueſtris habebat puteos multos bituminis.] & ita quod
dictum eſt, cecideruntq́ ibi, exponunt ꝙ rex Sodomoꝝ, & rex Gomorrhæ cum multis de
uo exercitu fugientes,corruerunt in puteos illos, à quibus tñ exiſſe dicunt,vel humano vel
diuino auxilio. Nam paulopoſt ſubdit,ꝙ rex Sodomoꝝ venit obuiam Abrahæ poſt hæc. Po
teſt tamen exponi,ꝙ quidam ex eoꝝ populo ſint occiſi in valle illa. [Et qui remanſerant,fu-
gerunt ad mõtem].i.qui à quatuor regibus illis occiſi non ſunt,ad loca confugerunt mon-
tana. Deniq; vallis iſta habebat bituminis puteos,vel quia ex foueis illis erumpebat & tolle-
bat bitumen, vel quia inde accipiebat materia ex qua cæmentũ ſiue bitumen fiebat. [Tule-
runt aũt omnẽ ſubſtantiã Sodomoꝝ, &c. necnon & Loth & oẽm ſubſtantiã eius &c.] Hoc fe
cerunt quatuor reges victores hoꝝ quinq; regum,quemadmodũ moris eſt in bello,diripere
ſpolia deuictoꝝ. [Et ecce vnus qui euaſerat] de prȩlio,vt quidã de exercitu regis Sodomoꝝ,
[nunciauit Abram Hebræo] id eſt,ex ſemine Heber nato. Ex quo patet, ꝙ Iudæi & Iſraelitæ
dicunt Hebræi non ab Abraham,quaſi Abrahæi,ſed ab Heber,vt dictũ eſt. Iſte fugiens à præ
lio,ſciuit Loth eſſe nepotẽ Abrahæ, ipſumq́ Abrahã eſſe virũ potentem & ſapientem, ideo
nunciauit ei captiuitatem & aduerſitatẽ ſui nepotis. [Qui] Abram [habitauit in valle Mam
brȩ Amorrhæi] id eſt,in valle quæ nomẽ accepit à viro nomine Mambre,qui fuerat Amor-
rhæus. Itaq; in valle Mambrȩ Amorrhæi [fratris Eſchol & fratris * Aner,] quia hi duo vi-
ri,videlicet Eſchol & * Aner,fuerunt fratres carnales iſtius Mambrȩ. [Hi eñ pepigerant fœ
dus cum Abram].i.pactũ amicitiæ ſecum inierãt. ¶Vbi quȩri poteſt,cur vir ille fidelis cum
infidelibus illis pepigerit pactum tale. Reſpondet, ꝙ ex quo inter illos demorabat, poterat
in licitis & honeſtis cum ipſis contrahere fœdus, præſertim quatenus hac occaſione trahe-
ret eos ad cultum vnius Dei. Quod & forſitan antea fecit, quãuis ſcriptura non referat hoc.
[Quod cum audiſſet Abram, captũ videlicet Loth fratrẽ ſuum, numerauit expeditos verna-
culos ſuos] hoc eſt, numerãdo adunauit ſeruos ſuos ad pugnã aptos. [trecẽtos decẽ & octo.]
Ex quo patet q̃ magnus & diues vir fuerit. Accepit etiã ſecum tres fratres præfatos ſibi con-
fœderatos, de qbus probabile eſt, ꝙ & ipſi non paucos de ſuis familijs & propinquis ſecum
aſſumpſerint. [Et pſecutus eſt eos] ſ. quatuor reges prænominatos [vſq; Dan].i. vſq; ad fon-
tem nomine Dan, qui eſt vnus duoꝝ fontiũ ex quibus emanat Iordanis. Circa q̊d ait Gloſ- Gloſſa.
ſa: Ex duobus fontibus non multũ à ſe diſtãtibus,riuus in vnum collectus,vocat Iordanis.
Nam alter fons Ior dicit. Interea Abram pſecutus eſt reges iſtos,non ꝙ reges à facie eius fu-
gerunt,immo nihil ſciuerũt de eius aduentu. [Et diuiſis ſocijs].i. vernaculis ſuis in tres tur-
mas partitis, vt ex tribus locis hoſtes inuaderet. Sic & Gedeon trecentos viros ſuos diuiſit
in totidem partes. Vel,diuiſis ſocijs,id eſt,vernaculis ſuis ſeparatis à tribus fratribus illis & Iudi. 7.
eorum auxiliarijs. [irruit ſuper eos nocte] vtpote improuiſe, [& percuſſit eos].i. dormientes
inuaſit ac trucidauit, [vſq; Hoba].i. locũ ſic dictũ, [& Phœnicẽ] vrbẽ, [quæ eſt ad læuã].i. ſini
ſtram [Damaſci.] Cũ eñ plurimi excitati fugã arriperent, pſecutus eſt,& fugientes proſtra-
uit,qa prȩ ſecuritate incauta erãt pauloante inebriati,& prorſus inepti ad prȩliũ. [Reduxitq́
oẽm ſubſtantiã & Loth, mulieres q̊q;] quas reges illi ex vrbibus Pẽtapolis ſecũ duxerũt ca-
ptiuas. [& populũ] captũ,q erat de exercitu qnq; regũ. [Egreſſus eſt aũt rex Sodomoꝝ in oc
curſum eius,] videlicet Abrahæ, [poſtq̃ reuerſus eſt à cæde].i. occiſione ſeu pcuſſione [regũ]
quatuor prȩdictoꝝ. Egreſſus eſt,inquã,in occurſum ei [in valle * Sabe].i.ſic appellata, [quȩ *Saue.
eſt vallis regis] Nã alio noĩe dicta eſt vallis regis ab aliq̃ rege quicũq; fuerit ille, ꝑpter aliq̃d
ſpeciale quod rex iſte in valle illa cõmiſit aut habuit, aut aliqd tale. [At vero Melchiſedec
rex Salẽ].i. ciuitatis, quȩ poſtea Hieruſalẽ eſt vocata. [proferẽs panẽ & vinũ,] nõ ad reficiẽdum
ipſum Abrahã & populũ eius, vt dicunt infideles Iudæi, quoniã Abrahã & populus eius por-
tauerunt ſecũ ſpolia & victualia regum quos occiderunt, ita ꝙ cibarijs abundabãt: ſed protu
lit panem & vinũ, ad offerendum dño pro gratiaꝝ actione de victoria Abrahæ cõceſſa. Pro-
pter quod ſubdit: [Erat eñ ſacerdos Dei ſummi.] In lege eñ naturæ primogeniti erãt ſacer-

dotes. Et interdum ſacerdotium transferebat à primogenito ad poſterius natum, ſicut & ius
primogeniture ex inſpiratione & ordinatiõe diuina. Sacerdotium quoq; Melchiſedec fuit
figura ſacerdotij Chriſti, vt infrà tangeſ. [& benedixit ei,] videlicet Abrahæ tanq̃ maior mi
nori, imprecando ei bona. [Et ait: Benedictus Abram Deo excelſo]. i. ad laudem & gloriam
Dei ſublimis, eſt Abrahã benedictus & laude dignus, ſeu dño deputatus. [& benedictus Deus
excelſus,] Deus aũt eſſentialiter benedictus eſt, tanq̃ in ſeipſo pfectus & ſanctus, & omni bo-
no nomine ſuperdigniſſimus, omnis etiã benedictionis & gratiæ cauſa. [quo protegente]. i.
auxiliante & defendente te, o Abram, [hoſtes in manibus tuis ſunt]. i. ſubiecti ſunt tibi & vi-
cti à te. [Et dedit ei decimas ex omnibus]. i. Abraham dedit Melchiſedec regi decimas, de
Euſebiꝰ. oĩbus ſpolijs aut etiã alijs rebus tanquã maiori ac ſacerdoti. Deniq; vt in Eccleſiaſtica hiſto-
ria fertur, tũc primo leguntur decimæ datæ. Primitiæ vero ab Abel Deo oblatæ leguntur. [Dixit
autẽ rex Sodomoꝝ] qui egreſſus fuit obuiam Abrahæ, ad honorandũ eum, & ad regratian-
dum ei, ꝙ aduerſarios à qbus ipſe victus erat, proſtrauit & ſpolia retulit. [Da mihi animas,]
hoc eſt, captiuos reſtitue mihi, qui de populo meo ſunt, vt reuertantur ad propria. [cætera tol-
le tibi]. i. ſubſtantiã ſeu ſpolia reſerua pro te & auxiliarijs tuis. [Qui rñdit ei: Leuo manum
meam ad Deum excelſum poſſeſſorem cæli & terræ]. i. per Deum omniũ creatorem ac do-
minum, eleuata manu, iuro. Et dicunt ꝙ iſte fuit modus iurãdi, [ꝙ à filo ſubtegminis vſq;
ad corrigiã caligæ non accipiã], i. penitus nihil, quantumlibet paruum, ſumam [ex omni-
bus quæ tua ſunt]. i. tua erãt antequam ſuccubuiſti, & ea pdidiſti in bello, vel quæ adhuc tua
ſunt de iure aut facto. [ne dicas, ego ditaui Abram] hoc eſt, ne inde te iactes & mihi impro-
peres. Nec ex ſupbia dixit hoc Abraham, ſed quoniam Deus ei promiſerat, ꝙ benediceret ei
in omnibus, ideo noluit ſuã locupletationem aſſcribi hominibus. [exceptis his quæ come-
derunt iuuenes]. i. vernaculi mei qui pugnauerunt, quoꝝ expenſas iam factas ex ſpolijs, non
perſoluo nec reddo. [& partibus viroꝝ,] hoc eſt, ſpolijs ſeu ſtipendijs quæ iuſte debentur viris
Amorrhæis, qui venerunt mecum, videlicet]Aner, Eſchol & Mambre. Iſti accipiant partes
ſuas] quæ iure prælij eis debentur. Circa q̃d ait Gloſſa: Abrahã vir iuſtus manus ſuas excutit ab
omni munere. In quo oſtenditur, ꝙ bella à fidelibus non cupiditate, ſed charitate & æquitate
committenda ſunt. Stipendia quoq; militantium excipit, & partes eoꝝ qui ſecum pugna-
uerunt, partim iuſtitiam ſuam demonſtrãs, partim ſtipendia legitime pugnantibus debita
Hierõ. non abnuens. ¶Preterea de iſto Melchiſedec ſcribit Hieronymus, ꝙ Hebræi dicunt eũ fuiſſe
Sem filium Noe. Et omnes primogenitos à Noe vſque ad Aaron, ſacerdotes fuiſſe, qui in
Euſebiꝰ. cõuiuijs & oblationibus populo benedicebãt. In Scholaſtica quoq; habetur hiſtoria, ꝙ aliqui
dicunt, à pfata victoria Abrahæ & remiſſiõe captiuoꝝ quos reduxit, annũ iubileũ habuiſſe
initium, & ꝙ ideo inſtitutꝰ eſt quinquageſimus, quia Loth tunc erat quinquagenarius. Vel,
quia quinquaginta anni fluxerunt, ex quo dominus erat Abrahæ loquutus, quando egredie
batur de Aran. Veruntamen verius dici videtur, quòd annus Iubileus & quinquagenarius fuit
primo diuinitus p Moſen inſtitutus, atq; in hoc facto Abrahe pfiguratus. Nec illud de annis
Loth ſeu tempore allocutionis illius diuinæ ad Abraham, certitudinem habet. ¶Præterea
Pſal. 109 de excellentia Melchiſedec & ſacerdotio eius, & qualiter Chriſtus dicitur ſacerdos factus in
æternum, ſecundum ordinem Melchiſedec, multa ſcribit Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos,
Hebr. 7. inter cætera dicens: Præcurſor pro nobis introijt Ieſus ſecundum ordinem Melchiſedec,
pontifex factus in æternum. Hic enim Melchiſedec rex Salem, ſacerdos Dei ſummi, cui &
primitias oĩm diuiſit Abrahã, q Melchiſedec interpretatur rex iuſtitię. Deinde aũt & rex Salẽ,
q̊d eſt rex pacis, ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neq; initium dieꝝ, neq; finẽ habens,
aſſimilatus autem filio Dei, manet ſacerdos in ppetuum. Quocirca penſandum, quia vt ſcri
Thomas bit Thomas in tertia parte ſummæ ſuæ quæſtione 21. In officio ſacerdotis duo conſiderantur.
Primum eſt ipſa oblatio. Secundum ſacrificij conſummatio, per quam hi pro quibus ſacrifi
cium immolatur, effectum ſacrificij conſequuntur. Effectus autem ſacrificij Chriſti, quo obtu-
Acto. 3. lit ſeipſum in ara crucis, eſt conſecutio felicitatis ęternæ. Paſſus eſt eñ pro nobis, propter bo
na futura, cæleſtia & æterna. Ideo ſacerdotium Chriſti vocatur æternum. Et item idcirco, quo
niã aliud ſacerdotiũ nõ ſuccedet ei in vita præſenti. ¶Præterea ſacerdotium Chriſti & ſacer-
dotium euangelicæ legis, in multis excellit ſacerdotium veteris legis, quoniam aufert pecca
ta, & æternaliter manet, quod ſignificatum eſt per ſacerdotium Melchiſedec, qui decimas
Hebr. 7. ſumpſit ab Abraham, in cuius lumbis quodãmodo decimatus eſt Leui ſeu legalis ſacerdos.
Vnde ſacerdotium Chriſti, dicitur ſecundum ordinem Melchiſedec, propter eminentiam ve-
ri ſacrificij quod eſt Chriſtus, ſeu ſacramentum altaris ſup ſacrificia legis Moſaicæ. Sacrifici
um eñ Melchiſedec, quod fuit oblatio panis & vini, in eccleſia continuatur & conſummatur
vſq; ad finem mundi. Et quantum ad hoc, ſacerdotium Melchiſedec, pfectius præfigurauit
ſacerdotium Chriſti, q̃ ſacerdotium illud legale. Verũtamen aduertendum, quia vt tactum
eſt, in ſacerdotio Chriſti duo penſantur, puta oblatio, oblationiſq; effectus. Quantum ad pri-
mum

mum, ſacerdotium legale magis pfecte præfigurauit ſacerdotium Chriſti, quàm ſacerdoti-
um Melchiſedec, quia in ſacrificijs legis fiebat effuſio ſanguinis, ſicut & Chriſtus ſe offeren-
do ſanguinem ſuum fudit pro nobis. Sed quo ad effectum quendam oblationis Chriſti, qui
eſt myſtica vnitas eccleſiæ, ſacerdotium Melchiſedec magis pfecte præfigurauit ſacerdoti-
um Chriſti. Obtulit nanque Melchiſedec panem & vinum, per quæ vnitas eccleſiæ deſigna-
tur, quam Chriſtus per fidem charitatemq; colligit. Propterea ſub ſpeciebus panis & vini,
ſacrificium Chriſti atque eccleſiæ frequentatur. Amplius ipſe Melchiſedec, dicitur ſine patre &
matre ac genealogia, non habens dierum initium neq; finem, qm̃ in ſcriptura non legitur
initium aut finis genealogię ipſius. ¶Sed contra hoc obijci poteſt, qm̃ pari ratione & cæ-
teri quoꝝ genealogiæ exordium ac finis non deſcribuntur, dicerentur ſine patre & matre, & non
habentes finem initiumve dierum. Præterea dictum eſt, communiterq; tenetur, ꝙ Melchi-
ſedec fuit Sem filius Noe. Genealogia vero Sem, & initium ac finis vitę ſuæ, in Geneſi deſcri
buntur. Et reſpondendũ quo ad primũ, ꝙ cæteroꝝ de quibus ait ſcriptura canonica, aliquo
modo in ipſis ſcripturis deſcribitur, aut inſinuatur genealogia. Et ita non eſt de patriarcha
Melchiſedec. Ad ſecundum communiter reſpondetur, ꝙ genealogia Melchiſedec, non deſcri-
bitur ſub nomine iſto Melchiſedec, quãuis deſcribatur ſub nomine Sem. Contra quod denuo
obijci poſſet, quòd propter diuerſitatem nominum non fit in re ſignificata mutatio, idcirco
non ſequitur, ꝙ genealogia illius viri in ſcripturis non exprimatur, quanuis non exprimatur
ſub nomine iſto Melchiſedec, immo potius ſequitur ꝙ exprimatur, quia ſub nomine iſto Sem
recitatur. Ad quod poterit reſponderi, ꝙ Melchiſedec dicitur ſine genealogia & ſine patre ac
matre, ac ſine principio & fine, propter nimiam eius antiquitatem poſt diluuium, quæ tan
ta extiterat, ꝙ nullus contemporaneus ei, nouerat tam principium eius quàm finem, ſeu pa
rentes eius ac mortem ſenſitiuam, * & præſentiali cognitione. ¶Inſuper Melchiſedec voca-
tus eſt nomine iſto Melchiſedec, quod interpretatur rex iuſtitiæ, cum antea vocaretur Sem,
propter opportunum regimen quo præfuit ſuis. Et item rex Salem, id eſt, rex pacis, quia in
præcipua pace regnauit. ¶Poſtremo, quia Melchiſedec fuit rex Salem ſeu Hieruſalem, quę
eſt in terra Chanaan, dicunt quidã doctores, ꝙ terra Chanaan ordinatione diuina & inſtitu
tione ipſius Noe, pertinuit ad poſteros Sem ac filios Iſrael.

¶De ſpirituali eiuſdem capituli decimiquarti intelligentia.

Articulus quadrageſimusnonus.

PVgna quatuor infidelium regum, contra quinq; pfidos reges, in primis deſignat, ꝙ in-
ter ambitioſos & ſupbos ſemper ſunt iurgia: ꝙ item iniqui raro concordant adinui- Pro. 13.
cem, immo contra ſe mutuo præliantur frequenter. Et rurſus ꝙ etiam vitia quædam im-
pugnant ſeinuicem, quemadmodum gula inſtigat ad eſum ac potum ſuperfluum, vana glo
ria interdum retrahit inde deſiderio laudis humanæ. Idem quoq; deſignat, ꝙ quatuor pec
cata præcipua, quæ quatuor virtutibus cardinalibus extant contraria, vtpote intemperan-
tia, timor inordinatus, indiſcretio, iniuſtitia, impugnant quinque hominis ſenſus, ſeu poti-
us hominem interiorem per quinque ſenſus exteriores. In huiuſcemodi autem pugna in-
terdum etiam aliqui electi & boni, qui deſignantur per Loth, captiuantur vinculis impie-
tatis, corruendo in vitiorum conſenſum & actum. Quod alius tale malum euadens, & victo
compatens, denunciat [Abræ Hebræo] id eſt, viro contemplatiuo ſeu prædicatori deuoto,
qui virtutibus mox armatus, inſequitur inuiſibiles hoſtes, & orando ſeu prædicando redu-
cit ad viam ſalutis virum bonum qui erat ſeductus, omnemq; ſubſtãtiam eius reportat, dum
ei cooperatur ad recuperandum ſpũalia grãe dona quæ perdidit, quibus cognitis, [Melchiſe
dec] id eſt, quicunque magnus prælatus graditur in occurſum huiuſmodi reductoris, bene-
dicitq; Deo, & gratias agit ei pro eo, quòd dedit ſuo miniſtro victoriam contra inuiſibiles
hoſtes. [Occurrit quoq; ei rex Sodomoꝝ.] Per quod figuratur, ꝙ homini virtuoſo frequen-
ter ſe ingerit vanæ gloriæ & elationis tentatio de opere notabiliter bono ac arduo. Cui vir
iuſtus reſpondere debet cum Abram: Non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt, id eſt, in nul
lo tibi conſentiam. ¶Denique per hoc ꝙ rex Sodomorum dixit ad Abram, [Da mihi ani Iob 41.
mas, cætera tolle tibi:] inſinuatur quòd diabolus rex filiorum ſuperbiæ, non aliud quærit fi-
naliter, niſi animas hominũ, & cætera eis permittit, dummodo animas rapere permittatur.
Inſuper per bellum Abrahæ, qui de fide & obedientia ſpecialiter commendatur, datur intel
ligi quod virtutes contra vitia iugiter prælientur, præfataq; quatuor vitia, immo & vniuer-
ſa peccata per fidem formatam & obedientiam ſanctam vincantur. Propter quod ait Apo- Ephe. 6.
ſtolus: In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extin
guere. Diſcipulus quoque quem diligebat Ieſus: Hæc eſt, inquit, victoria quæ vincit mun- 1. Ioã. 5.
dum, fides noſtra.

¶Expoſitio literalis capituli decimiquinti: His itaque tranſactis, factus eſt ſermo
domini ad Abram. Articulus quinquageſimus.

HIS itaq; tranſactis, factus eſt ſermo dñi ad Abram per viſionem] hoc eſt, alloquutio-
nem internã, imaginariã adſpectionẽ, ſeu exteriorem atq; ſenſibilem apparitionem
in vigilia factã, per modum ſæpe prætactum, [dicens: Noli timere] inordinato, carna
li, aut humano timore, [Abram.] Qui in terra aliena habitauit vt peregrinus, victis tot re-
gibus, poterat formidare, ne impugnaret à ſucceſſoribus & propinquis regum illoꝝ, atq;
vt aliqui dicũt, verebat, ne grãdis illa victoria, qua vicit quatuor reges, eſſet tota merces ſuæ
iuſtitiæ. Sed non apparet, ꝙ vir tantæ illuminationis, putauerit temporalem & exteriorem
illum triumphum, eſſe condignum & ſufficiens præmium actuum meritorioꝝ, & vere vir-
tuoſoꝝ. Abram autem ex multis reuelationibus ſciuit ſe eſſe in ſtatu ſalutis. [Ego protector
Pſal.17. tuus ſum] contra viſibiles & inuiſibiles hoſtes tuos, vt vel ad mortale peccatum induci
non poteris, vel ſi inductus fueris, tamen finaliter non peribis. ¶Deniq; Deus protector eſt
omnium in ſe ſperantium, ac diligentiũ eum, qui tamen interdum vincunt & cadunt, quod
non eſt ex defectu diuinæ protectionis, ſed ex infirmitate & negligentia eorundem. Sunt au
tem diuerſi gradus protectionis diuinæ. Nam virginem glorioſam protexit non ſolum ab
omni mortali, ſed item ab omni veniali peccato: ſanctificatos autem in vtero, & confirma-
tos in gratia, protexit deinceps ab omni mortali, ne laberent in illud. Indiguit aũt Abram,
Pſal.17. protectiõe diuina, ꝓcipue quoniã in medio idololatraꝝ ac peſſimoꝝ tunc morabat, ne cum
peruerſis illis peruerteret. [& merces tua magna nimis.] hoc eſt, magnum valde præmium
tibi paratum eſt pro obedientia tua & cæteris tuis virtutibus. ¶Porro merces illa magna
nimis, non poterat eſſe temporale aut exterius bonum duntaxat, cum illud non ſit ſuffici-
ens præmium operis virtuoſi, ſed beatifica deitatis fruitio, quæ eſt incomparabile bonum, &
quodãmodo infinitũ, vtpote infiniti increatiq; boni immediata, ſecura, & ſempiterna poſ-
ſeſſio. [Dixitq; Abram: Domine Deus, quid dabis mihi? Ego vadam abſque liberis.] Circa
hoc quidã exponendo ſic ait: Ac ſi dicat: Parum valebunt iſta, ex quo filium non habeo. Sed
non videt, ꝙ Abram vir ſpiritalis & ſapiens, magnã illam mercedem æternæ felicitatis atq;
diuinæ fruitiõis taliter paruipendit, ꝙ parum reputauerit eã, niſi prolem haberet antequam
moreretur. ¶Præterea rurſus mirum apparet, qualiter Abrã vir fidelis dixerit, Ego vadam
abſque liberis: cum iam ante Deus promiſerit ei ſemen & copioſam poſteritatem, terrã Cha
naan poſſeſſurã. Itaque quod Abram ait, Domine Deus quid dabis mihi, non dixit paruipen
dendo præmium iſtud magnum nimis ſibi promiſſum, niſi haberet & filium. Sed dixit hoc
quaſi admirando & pie conquerendo & quodammodo per locum à minori argumentãdo,
tanquã diceret: Quid eſt quod promittis mihi illa bona futura, ꝗ maxima, qui non cõfers mi
hi bonum multo minus ac temporale, videlicet prolẽ, pro qua toties oro, & quã ardenter de-
ſidero. Poteſt quoq; ſic exponi: Abrã eñ ex reuelatione diuina nouerat mũdi ſaluatorem ex
ſuo ſemine naſcituꝝ, ſine cuius aduentu & ſaluatiõe nouerat genus humanum nõ eſſe redi-
mendum: quoniã ergo vidit ſe nõdum habere filium, neq; ſecũdum inferioꝝ naturaliumq;
cauſaꝝ proceſſum ac ordinem habituꝝ, admirãdo & pie cõquerendo, nõ diſcredendo, locu
tus eſt: Domine Deus, qd dabis mihi? quaſi dicat, ęternã illã beatitudinẽ qualiter poſſum ſpe
rare? Ego eñ vadã ſine liberis, hoc eſt, ad aliã vitã quæ erit mihi in limbo patrum, tranſibo
per mortem temporalem, non relinquendo nec habendo ſemen ſeu filium. Et hoc ſecũdum
proceſſum inferioꝝ cauſarum, cum vxor mea ſit ſterilis, & ita ſaluator mundi non orietur
ex ſemine meo, nec per eum adepturus ſum maximũ præmium illud. Itaq; verba hæc, Ego
vadã abſq; liberis, Abrã non protulit abſolute aſſerendo, quia ſic fuiſſet mentitus, & diuinæ
promiſſioni incredulus, ſed ſecundum quendã particularem reſpectum, loquendo: [Et filius
procuratoris domus meę iſte Damaſcus Eliezer] hoc eſt, iuuenis iſte nomine Damaſcus, eſt
filius procuratoris domus meæ, qui vocat Eliezer. quaſi dicat: Diſpenſator domus meæ fili-
um habet, non ego: & ita quãtum ad hoc, ſum miſerior eo. Vel, Damaſcus iſte, filius Eliezer
ꝓcuratoris mei, ſupple, erit mihi pro* libero, ſeu filio adoptiuo, & ita erit hęres meus. Loth
etenim nepos Abræ, nondum habebat prolem, quãdo hæc dixit Abrã. Hinc ſubditur: [Mihi
autem non dediſti ſemen.] Cum tamen tantã benedictionem promiſeris mihi. [& ecce ver-
naculus meus] videlicet præfatus Damaſcus, qui vocatur vernaculus, i. ſeruus in domo Abrę
domini ſui natus. [erit hæres meus.] Intendebat nanq; Abram illum adoptare in filium, ſi
proprium ſemen non obtineret. Vnde hæc verba protulit, ſecundum inferiorum cauſarum
Gloſſa. conſiderationem & æſtimationem humanã. Damaſcus iſte (vt in Gloſſa & Scholaſtica hiſto
Euſebi9. ria recitat) condidit vrbẽ, quæ ab eius nomine Damaſcus vocata eſt, & poſtea regnauit in ea.
Hæc eſt Damaſcus illa famoſa. ¶Præterea, S. pñarchę ardẽtiſſime optauerũt Chr̃m ex eoꝝ
ſemine naſci. Cumq; Chriſtus ſit Deus & homo, poterant omnia alia pro modico reputare,
niſi Chriſtus ex eoꝝ ſemine naſceret. [ſtatimq; ſermo dñi factus eſt ad eum, dicens: Non hic
erit hęres tuus, ſed qui egrediet de vtero tuo] i. ex ſemine corporis tui gignetur. Nec eſt ima
ginandum cum Apollinari hæreſiarcha rudiſſimo, ꝙ anima rationalis ſit ex traduce, aut ſi-
mul

mul cum ſemine reſoluat & ꝓducatur ab anima generantis, cum & Ariſtoteles ſatis demon Philoſo.
ſtret, ꝙ intellectus ſit omnino ab extra. [ipſum habebis hæredem. Eduxitq; eum foras] i. do
minus præcepit Abræ vt egrederetur. Ex quo conſtat, ꝙ viſio & alloquutio iſta incepit in do Ezech.3.
mo. Et reor ꝙ in aliquo loco domus ſecretiori, in quo Abram vacabat orationi & deuoti-
oni. Sic & Ezechieli iuſſit domin9, Egredere in campum, & ibi loquar tecum. [& ait illi, Su-
ſpice cælum, & numera ſtellas, ſi potes] i. vniuerſitatem ſtellaꝝ numerando perſtringe & ap
præhende. q̃ſi dicat, hoc nõ potes præ multitudine earũdem, immo hoc Deo aſſcribitur tan
q̃ præcipuum aliquid, iuxta illud Pſalmi: Qui numerat multitudinem ſtellarum, & oĩbus Pſal.146.
eis nomina vocat. Veruntñ ciues ſuperni ſciũt numerum ſiderum, ſed hõ viator naturaliter
nequit ſidera plenarie cõputare. Hinc Auguſtinus loquit: Authoritas libri huius (id eſt, Gene Auguſti. 16. de ci. Dei.
ſis) cõtemnit eos, q vniuerſum ſtellaꝝ numerum cõpræhendiſſe & conſcripſiſſe iactant, ſic-
ut Aratus vel Eudoxus, vel ſi q alij ſunt: q̃a nec omnes ſtellæ videri poſſunt. Nam quantum
quiſq; acutius intuetur, tãto plures videt: exceptis ſideribus, quæ in alia orbis parte à nobis
remotiſſima, oriri & occidere perhibent. Patet q̊q; ex iſto, ꝙ reuelatio iſta facta ſit Abræ in
nocte, quãdo ſyncero aere videri poterant ſtellæ, quanq̃ omnipotẽti creatori extet facilimũ
etiam in die clariſſimo ſtellas ad oculum demonſtrare. [Et dixit ei: Sic erit ſemen tuum,] id
eſt, poſteritas tua innumerabilis erit inſtar ſtellaꝝ, quod tamen hyperbolice dictum eſt, vt-
pote per exceſſum. Abſolute enim loquendo, ſemen Abræ nõ eſſet tã innumerabile, ſi totum
ſimul eſſet collectum vt ſidera cæli. Circa hunc locũ ſcribit Lyra, ꝙ Deus per hãc promiſſi
onem principaliter intendebat promittere Abræ & ſemini eius vitam beatam, quæ erit in
reſurrectione futura perfecte, quãdo reſurgẽtes diſtabunt ab inuicẽ in ſplendore quemad- 1.Co.15.
modum ſtellæ, ſecũdum illud Apoſtoli: Stella differt à ſtella in claritate, ſic erit & reſurrectio Ioan.8.
mortuoꝝ. Atq; ad iſtud ꝓbandum allegat q̊d ait ſaluator: Abrahã pater veſter exultauit vt
videret diem meũ: vidit, & gauiſus eſt. Dies aũt Chriſti vocat tempus ſuæ paſſionis & reſurre
ctionis, in q̃ aperta eſt ianua regni cæleſtis, & patres de limbo educti ſunt. Idcirco in offerto-
rio Miſſæ de functoꝝ cantatur: Signifer ſanctus Michael repræſentet eas in lucem ſanctam,
quã olim Abrahæ ꝓmiſiſti & ſemini eius. Sed cõtra hæc arguit Rabbi Paulus, quia (vt ait)
præallegata Chriſti verba nõ ſunt referenda ad viſionem Abræ, de q̃ agitur in hoc loco, q̃m
hic non fit mentio de Chriſti paſſione aut reſurrectione, nec in re nec in figura. Ad q̊d dice
re poteſt, qui vult verba Lyræ ſaluare, ꝙ hic fit mentio de Chriſti paſſione & reſurrectione Ibidem.
in earum effectu, videlicet de felicitate æterna, quam Chriſtus ſua paſſione generi humano
promeruit & recuperauit. Verum eſt tamen, ꝙ per præinducta ſaluatoris verba, Abraham
pater veſter exultauit &c. aptius referuntur ad aliam viſionem Abræ factam, q̃ iſtam, præſer-
tim quãtum ad id quod dictum eſt Abræ: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes, quod
Abram de Chriſto ad literam intellexit, & tunc diem Chriſti ſpũaliter vidit. Veruntamen R. Paul.
Rabbi Paulus concedit ꝙ Abram intellexit ſibi & ſemini ſuo, hoc loco eſſe promiſſa, non ſo Aug.16. de ciuit. Dei.
lum bona terrena, ſed item cæleſtia. Vnde & Auguſtinus: Videtur, inquit, mihi hoc loco ꝓ-
miſſa poſteritas cæleſti felicitate ſublimis: quia non dixit dominus, Erit ſemen tuum innu-
merabile, ſicut arena terræ: ſed dictum eſt, Sic erit ſemen tuum ſicut ſtellæ cæli. Circa quod
Rabbi Paulus ſcribit: quaſi dicat, cæleſte, lucidum, & incorruptibile erit ſemen tuum, iuxta
illud Danielis: Qui multos erudiunt ad iuſtitiam, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æterni Dan.12.
tates. [Credidit Abram Deo] ſibi hæc promittenti, quæ erãt ſupernaturalia potiſſime, quã-
tum ad bona æterna. Poſteritas q̊q; carnalis ex ſterili cõiuge fuit ſupernaturalis, quãtum ad
modum acquirendi eandem. Et ita hæc credere ex charitate, fuit meritorium, propter q̊d
ſubditur: [& reputatum eſt illi ad iuſtitiã,] id eſt, Deus iudicauit eũ iuſte egiſſe ita credendo,
& iuſtificatus eſt credẽdo hoc ipſum, nõ ꝙ añ nõ fuerit iuſtus, ſed quia nũc iuſtior factus eſt.
Sumitur autem iuſtitia hic, prout eſt virtus communis. Nam omnis virtus eſt quædam iu-
ſtitia, inquantum homo per eam ſe habet vt debet aut decet. Hanc quoq; authoritatem alle-
gat Apoſtolus ad Romanos, & item ad Galatas, ad probandum quòd Abraham per fidem Rom.4.
placuit Deo, etiam ante ſuam circũciſionem. ¶Patet inſuper ex hoc loco, ꝙ fides iuſtificat Galat.3.
hominem: quod intelligendum eſt de fide per dilectionem formata, & de iuſtificatione for
mali. Idcirco in Actis ſcriptum eſt: In hoc, ſcilicet in Chriſto, omnis qui credit, iuſtificatur. Galat.5.
Fides nanq; eſt fundamentum virtutum, & iuſtificationis exordium. [Dixitq; dñs ad eum: Acto.13.
Ego dominus qui eduxi te de Vr] id eſt, igne ſeu regiõe [Chaldæorum,] ſicut hoc ſuprà fuit
diffuſius expoſitum, [vt darem tibi terrã iſtã, & poſſideres eam.] Tibi, inquam, id eſt, poſte-
ris tuis: non tñ poſſeſſio terræ huius, fuit principalis finaliſq; cauſa eductiõis Abræ de Chal-
dæa: ſed expletio myſterioꝝ Chriſti, qui ex ſemine Abræ voluit incarnari, conuerſari, & ge
nus humanũ in terra promiſſionis ſaluare. [At ille ait: Dñe Deus, vnde ſcire poſſum ꝙ poſſeſ
ſurus ſim eam] in poſteris meis? Iam dictum eſt, quòd Abraham credidit Deo. Quod ergo
nunc ait, Vnde ſcire poſſum, non venit ex incredulitate aut diffidentia, ſed deſiderio infor-

mationis maioris de modo q̃ fieret, quemadmodũ beatiſſima virgo, audita annũciatione ſu-
Lucæ 1. perincõprehenſibilis incarnatiõis filij Dei, ait: Quomodo fiet iſtud? Ideo loq̃tur Auguſtinus,
Auguſt. ꝙ ideo dixit Abraham hęc verba, quatenus rei quã credidit, aliqua ſimilitudo adhiberetur,
qua eius modus agnoſceretur. Et qm̃ Abram quæſiuit hoc ſignũ, inoleuit Iudæis mos ſigna
Euſebi9. quærendi, vt in Scholaſtica hiſtoria dicitur. [Et reſpondens dominus: Sume, inquit, vaccam
triennem, & capram trimam,] hoc eſt, trium annoꝝ, [& arietem annoꝝ trium, turturẽ quoq;
& columbam.] Ideo dominus ſpecialiter iuſſit iſta animalia irrationalia, videlicet tria ter-
reſtria, & duo aerea accipi & offerri, quoniam erat futurum, vt ex eis duntaxat fierent ſacrifi
cia in lege per Moſen data, excepto ꝙ in emundatione leproſi, fiebat de paſſeribus oblatio.
Auguſt. Sicq; oblatio illa non fuit communis, ꝓpter quod non fit nunc ſermo de ea. Cur aũt præce-
pit Deus, vt tria animalia iſta terreſtria eſſent triennia? Reſpondetur ex Auguſtino, ꝙ ideo,
quia populus Iſrael in tertia mũdi ætate, quæ cœpit ab Abraham, & durauit vſq; ad Dauid,
adoleuit ſeu creuit. Poteſt etiam dici, ꝙ animalia illa in triennio maiorem habent aptitudi-
nem, viuacitatem, robur, aut ꝓprietatem ad immolandum, & propter commendandũ ſup-
beatiſſimæ trinitatis myſterium, ꝓpter quod etiam tria iuſſa ſunt accipi. [Qui tollens vni-
uerſa hæc,] Non in ipſa nocte, qua facta eſt ei reuelatio iſta, ſed die immediate ſequente. [di
uiſit ea ꝑ medium,] vtpote tria animalia illa terreſtria. [& vtraſq; partes cõtra ſe altrinſecus
poſuit] vtpote ambas partes ſeu medietates cuiuslibet animalis occiſi, ita ꝙ vna animalis
occiſi medietas, ſic iacuit ex oppoſito alterius medietatis, ꝙ inter eas potuit quis tranſire,
propter cauſam infrà tangendam. [aues autem] ſcilicet turturem & columbã [nõ diuiſit] per
medium, vt animalia alia. Videtur tñ ꝙ eas occidit, & forſitan vnam occiſam poſuit iuxta
vnam partẽ animalium diuiſoꝝ, & aliã auem occiſam iuxta aliã illoꝝ animalium partem.
Cur aues non diuiſit? De hoc ſpiritalis ratio aſſignat̃. Primo, ꝙ per animalia deſignãtur car
nales, q diuiduntur per ſchiſmata & peccata. Per aues vero ſpiritales, qui ſoliciti ſunt ſerua-
Ephe. 4. re vnitatem ſpũs in vinculo pacis: Secundo, ꝙ per animalia deſignantur actiui, qui circa
Lucæ 10. plurima diſtrahuntur, quemadmodum dominus dixit ad ſanctam Martham: Solicita es, &
turbaris erga plurima. Per aues contemplatiui, qui circa vnum intenti ſunt, & recolligunt
ſe in Deum. [Deſcenderũtq; volucres ſuꝑ cadauera.] hoc eſt, ſuꝑ carnes illas occiſas, vt ex eis
comederent. Et dicit quidam, ꝙ aues iſtæ erant de nocte volãtes. Quod non videtur cõſona
re verbis, nam ſubditur: [& abigebat eas Abram.] [Quo conſtat ꝙ in die deſcenderunt ſuꝑ ſa-
crificia eius. [Cumq; ſol occumberet, pauor irruit ſuper Abram.] Ex quibus apparet, ꝙ cla-
ra die volucres ſuper carnes illas deſcenderant, quia & Abram vidit eas, & ante ſolis occu-
bitum fuit hoc, Itaq; cum ſol occubuiſſet, pauor irruit ſuper Abram. Aliqui textus habẽt,
ſopor irruit &c. Circa quod Lyra ait, ꝙ in Hebræo habetur, Ecſtaſis irruit &c. Et per ecſta-
ſim intelligit raptum ſeu alienationem ab exterioribus ſenſibus. ¶ Porro, ſecundum Rabbi
Paulum, in Hebræo habetur ꝓprie, ſopor, ſicut in translatione noſtra, in qua ſecundum Ly-
ram dicitur, ſopor irruit: ex quo etiam ſatis apparet, ꝙ Lyra frequenter dicit aliter haberi in
Hebræo, q̃ in noſtra translatione, cum tamen ita non ſit abſolute loquendo. Dicitq; Rabbi
Paulus, ꝙ in Hebræo eadem dictio ponit̃ hic, quæ ſuprà ſecundo capitulo habet̃: Immiſit do
minus ſoporem in Adã. Veruntñ omnia concordãdo, dici poteſt ꝙ verbum Hebraicum ex-
tet æquiuocum. Nam & in verbis illis, Immiſit dñs ſoporem in Adam, ꝑ ſoporem illum in-
telligitur ad literã, non ſomnus quicunq; naturalis aut ſolitus, ſed potius raptus aut ecſtaſis,
vt dictum eſt ibi. Septuaginta quoq; trãſtulerunt, pauor irruit &c. Et potuit eſſe, vt Abram
grauaretur naturaliter quodã ſomno, aut ſupernaturaliter perduceretur ad raptum aut ec-
ſtaſim, per quem raptũ diſponeretur ad reuelatiõem mox ſubditã. [& horror magnus & te-
nebroſus inuaſit eũ.] Quæri poteſt, ex q̃ cauſa oriebatur in Abrã horror iſte tã magnus & te-
nebroſus, id eſt, afflictiuus & grauis ſeu in tenebris ortus. Reſpondetur ꝙ paſſiones animæ
cõmuniter generantur ex aliqua præuia ſenſitiua appræhenſione ſeu ſentatione. Interdũ ve
ro oriuntur ex cauſis valde occultis, aut ſupernaturalibus, ita ꝙ homo ipſe qui patit̃ eas, co
gnoſcere nequit cauſam immediatã & propriam vnde naſcitur: ſed dum aliquis tremit &
pauet ex appropinquatione ſeu præſentia hoſtis ſiue latronis aut periculi imminentis, cum
tñ ignoret ſe illis appropinquare. Sicq; ad propoſitum dici poteſt ꝙ ex operatione occulta
angelici ſpũs, oriebat̃ in Abram magnus pauor iſte. Poteſt enim angelus bonus, immo & an
gelus malus, corporalẽ hominis naturã faciliter ac multipliciter ac fortiter immutare. Pro-
babiliter quoq; dici poteſt, ꝙ in huiuſcemodi tremefactione atq; formidine, præcedit & adeſt
interior quædã imaginatio ſaltẽ occulta cuiuſdã mali ſiue aduerſitatis. Sicq; fuiſſe in Abram
Euſebi9. videtur. Nã & in Eccleſiaſtica fert̃ hiſtoria, ꝙ horror iſte tam ingens, fuit pars ſigni quod
petijt Abram, vt tactum eſt. Ex quo ſequi videtur, ꝙ fuit quodammodo ſupernaturalis, vtpo
te præfiguratiuus futurorum, idcirco ſubiungitur, quod timor iſte ſignificauit. [Dictumq; eſt
ad eum] puta ad Abrã à domino: Scito prænoſcens,] id eſt, prophetaliter iã prænoſcas, [quòd
pere-

peregrinum futuꝝ ſit ſemen tuũ in terra nõ ſua,] hoc eſt, ꝙ poſteritas tua habitabit in terra
aliena. [& ſubijciẽt eos ſeruituti, & affligent] i. hi in quoꝝ regiõibus poſteri tui erunt ꝑegri
ni, ſubdẽt poſteros tuos famulatui graui & tribulationi multiplici [q̃dringentis annis.] non
ꝙ ſeruitus & afflictio tot annis durabunt, ſed q̃a ꝑegrinatio ꝓ̃fata erit tam diuturna, & infra
annos illos euenient & complebuntur prædicta ſeruitus atq; afflictio. Itaq; quod ait, qua-
dringentis annis, determinat complexum illud, peregrinum futuꝝ ſit: non autem verbum
illud, ſubijcient eos ſeruituti. ¶ Deniq; ꝙ ſemen Abrahæ ſeu filij Iſrael non habitauerint in
Aegypto tot annis, facile eſt ex textu ꝓbare. Nam infrà habet̃, ꝙ Iacob deſcendit in Aegy- Gen. 46.
ptum cum filijs ſuis & filijs filiorum ſuorum, hoc eſt, verbi gratia, cum filio ſuo Leui, & cum
Caath filio Leui. Caath vero vero genuit Amram, cuius filij fuerunt Moſes & Aaron, q edu
xerunt filios Iſrael de Aegypto. Caath vero vixit annis centum trigintatribus, Amram au- Exod. 6.
tem centum trigintaſeptem, vt legitur in Exodo. Moſes demum, cum eſſet octoginta anno-
rum, filios Iſrael de Aegypto eduxit. ſicq; totũ tempus vitæ Caath & Amram ac Moſis vſq;
ad octogeſimum vitæ ſuæ annum, non fuit niſi trecenti & quinquaginta anni. Nec tamen fi
lij Iſrael fuerunt tam diu in terra Aegypti, immo ab annis præfatis oportet ſubtrahere to-
tum tempus quo vixit Caath, antequam introiuit Aegyptum, & annos quibus vixit poſt-
quam genuit Amram, tempus quoq; quo vixit Amram poſtquam Moſen generauit. Idcir-
co, vt dicunt Hebræi & multi catholici, filij Iſrael non fuerunt in Aegypto, niſi annis ducen
tis & decem. Nec tamẽ toto tempore illo fuerunt ſeruituti & afflictioni ibidem ſubiecti, im
mo multis annis ibi in honore fuerunt ſub Ioſeph & fratribus eius, vt infrà patebit. ¶ Præ- Gen. 47.
terea anni hi quadringenti, computari poſſunt à natiuitate Iſaac, qui proprie dictus eſt fili-
us Abrahæ prælectus, & per repromiſſionem conceſſus, propter quod dictum eſt Abrahæ:
In Iſaac vocabitur tibi ſemen. Iſaac autem ſeptuagenarius genuit Iacob, qui cum eſſet cen-
tum triginta annoꝝ, Aegyptum ingreſſus eſt, vt infrà in textu habetur: qui anni ducentis &
decem annis ꝓ̃fatis appoſiti, faciunt adæquate annos quadringentos, quibus ſemen Abrahæ
extitit ꝑegrinum in terra nõ ſua, partim in Palęſtina, videlicet in terra Chanaan & Geraræ, Auguſt.
partimq; in Aegypto. Veruntamẽ Auguſtinus ab anno natiuitatis Iſaac vſq; ad annũ egreſ- 16. de ci-
ſionis de Aegypto, computat annos quadringentos & quinq;, & dicit ꝙ ſcriptura non facit uit. Dei.
mentionem de illis quinq; annis, quia conſuetudo eſt ſcripturæ, non curare minutias nume
ri aut temporis. Computat autem Auguſtinus ſecundum translationem ſeptuaginta. Sed Idem.
circa hæc oritur difficultas, quoniam in Actis loquitur Paulus apoſtolus: Deus ſorte diſtri- Acto. 13.
buit eis terram, quaſi poſt quadringẽtos & quinquaginta annos. Porro ad Galatas ait: Quæ
poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex, non irritum facit, &c. Reſpondetur ꝙ tem Galat. 3.
pus illud quadringentorum quinquaginta annorum, computatur à natiuitate Iſaac vſq; ad
diuiſionem terræ ꝓmiſſionis factam ſub Ioſue, vt in Ioſue libro legitur: anni vero quadrin- Ioſu. 15.
genti & triginta, computantur à tempore quo iſta promiſſio facta eſt Abræ. Sed rurſus ob-
ijcitur contra prædicta, quoniam in Exodi libro ſcriptum eſt: Habitatio filiorum Iſrael, qua Exod. 12.
manſerunt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum. Ergo non ſolum annis
ducentis & decem, ſed amplius quàm quadringentis in Aegypto morati ſunt. Huius ſoluti-
onem vſq; ad locum illum ſuſpendo, quanquam breuiter dici poſſet, quòd in authoritate
hac Exodi, ꝑ habitationẽ in Aegypto, datur intelligi habitatio filioꝝ Iſrael in Aegypto, &
habitatio patrum eorum in Chanaan. [Veruntamen gentem cui ſeruituri ſunt] puta Ae-
gyptijs, [ego iudicabo,] id eſt, iuſte indurabo, reprobabo, ac puniam plagis temporali-
bus, quæ in Exodo deſcribuntur: deinde damnatione æterna, quia per plagas temporales Exo. 7. 8.
non erant conuerſi & emendati. Iſtud dominus dixit ad Abram pro conſolatione ipſius, & 14.
qui de futuris ſuæ poſteritatis tribulationibus poterat contriſtari. [Et poſt hæc egrediẽtur
cum magna ſubſtantia] Nam multi filiorum Iſrael egredientium de Aegypto, fuerant di-
uites valde, habueruntq; pecora multa, & vltra hoc, Deo iubente, egreſſuri mox de Aegy-
pto, mutuarunt ab Aegyptijs vaſa aurea atq; argentea, veſteſq; precioſas ac plurimas, pro-
ut in Exodi libro recitatur. [Tu autem ibis ad patres tuos in pace, hoc eſt, per mortem tem
poralem tranſibis ad ſanctos patriarchas in limbo patrum detentos, de quorum ſemine na- Exod. 12.
tus es, quanuis aliqui patrum tuorum qui fuerunt poſt illos, fuerint vitioſi, & item idolola-
træ. [ſepultus in ſenectute bona,] hoc eſt, virtuoſo ſenio conſummatus, & in ſtatu ſalutis de-
functus. Veruntamen ante corporis ſepulturam diſceſſit anima ſancti viri ad limbum, ſi
tamen nihil purgandum detulit ſecum. ¶ Deniq; per hunc modum loquendi inſinuauit
Moſes animæ immortalitatem, & vitam aliam poſt præſentem, quoniam mortem no-
minat tranſitum ad prædeceſſores defunctos, qui niſi eſſent poſt mortem, nullus iret ad eos
poſt mortem. Rurſus per verba hæc Deus aſſecurauit Abram de ſua ſalute, præſertim ſi ver-
ba hæc intellexit per modum abſolutę aſſertionis abſq; conditione implicita. [Generatio-
ne autem quarta reuertentur huc,] hoc eſt, quarto viro nato poſt eũ, qui ſimul cũ ſobole ſua
intra-

intrabit Aegyptũ,redibunt poſteri tui ad terrã hanc Chanaan,& hoc in computatione ſuc-
ceſſionis tribus ſacerdotalis ſiue Leuiticæ. Leui enĩ genuit Caath, Caath Amram, Amram
Aaron, Aaron Eleazaꝝ, ꝗ cũ patre ſuo Aaron exiuit Aegyptũ.Sicq; Eleazarus fuit quartus
poſt Leui,ipſo Leui excluſo.Quidã cõputationem iſtã à Leui incipiũt incluſiue, & dicũt ꝙ
ſecundũ ſucceſſionẽ tribus ſacerdotalis, qnta gñatione egreſſi ſunt,ſecundum q̃d Septuagin
ta translatio cõtinet,qnta gñatione redibũt.Alij vero dicunt hoc adimpletũ in regia tribu,
Matt. 1. videlicet gñatione Iudæ,ꝗ genuit Phares patrẽ Aram,ꝗ Aram genuit Aminadab,patrẽ Na-
aſon,ꝗ cum patre ſuo Aegyptum eſt egreſſus.Cõputationum vero diuerſitas faciliter cõcor
datur ꝑ diuerſam inceptionem,atq; ꝑ terminoꝝ incluſionem aut excluſionem. ¶ Porro q-
dam incipit computationem iſtã à Iacob,& dicit ꝙ ſi computẽtur gñationes ab eo ꝑ lineam
generationum,inueniũtur quatuor vſq; ad reditum in terram ꝓmiſſionis,qm̃ Iacob genuit
Gene. 29. Iudam,Iudas vero Phares,Phares autem Eſrom,Eſrom vero Caleph,qui terram promiſſio
Matt. 1. nis intrauit. Quod autem Caleph ſit filius Eſrom, probaẽ ex primo libro Paralipomenon.
Gene. 38. Sed aduertendum,ꝙ iſtud ſtare non poteſt,quoniã Caleph ille filius Eſrom,alius fuit ab iſto
Matt. 1. Caleph,qui terram promiſſionis ingreſſus eſt. Siquidem Caleph iſte, fuit pater ipſius Hur,
1. Para. 2. qui genuit Huri patrem Beſeleel,qui Beſeleel exiuit Aegyptum cum patre ſuo, fuitq; quar-
tus vel ſaltẽ tertius poſt illum Caleph.Caleph vero ꝗ terram ꝓmiſſionis intrauit,erat ſolum
quadraginta annoꝝ,vel potius minus,qñ exiuit Aegyptum.Nam quadragenari⁹ erat,quan
Ioſu. 15. do cum cæteris ad explorandum terram à Moſe miſſus eſt. ¶ Deinde ſubditur cauſa tantæ
Nu. 14. dilationis,qua filij Iſrael protracti ſunt ab ingreſſu terræ eis promiſſæ. [Necdum enim com
Ioſu. 14. pletæ ſunt iniquitates Amorrhæorum vſq; ad præſens tempus],id eſt, nondum impleuerũt
menſuram ſeu pondus facinoꝝ, quod ab eis pietas mea ſuſtinere decreuit, anteq̃ eijciantẽ de
terra ſua.Ex hoc accipit Auguſtinus,q̃d ſcribit in libro de doctrina Chriſtiana, ꝙ Deus di-
gnatur ab vnoq̃q; homine ſeu populo ſuſtinere certam menſuram culpaꝝ,qua impleta, nõ
tolerat eum diutius.Expectat enim vt miſereatur,vt loquitur Eſaias,hoc eſt, vt homines ſe
Auguſt. emendent,qbus miſericordia Dei abutentibus adhibet vltionem. Propter q̃d aſſerit Hiere
mias:Non poterat vos dñs vltrà ſuſtinere ꝓpter malitiam ſtudioꝝ veſtroꝝ.Veruntñ quicum
Eſaię 30. q; peccat mortaliter,non ſolum meretur damnationẽ æternam,ſed etiam immediate mortẽ
Hier. 44. corporalem,& omnium exterioꝝ rerum priuationem.Eſtq; indignus pane quo veſcitur,&
omnium creaturaꝝ obſeq̃o,vſu,ac ope.¶Conſequenter redit Moſes ad proſecutionem hi-
ſtorię.[Cum ergo occubuiſſet ſol,]vt dictum eſt paulo ante:[facta eſt caligo tenebroſa.]Hoc
non fuit miꝝ ꝙ poſt ſolis occaſum caligo inducta eſt,ſed caligo iſta fuit tenebroſior ſolito,
& forte apparuit denſiſſima nubes,quæ fuit pars ſigni petiti,& ſignificauit vehemẽtiam ad-
uerſitatum tribulationumq; filioꝝ Iſrael in Aegypto.[& apparuit clibanus fumans, & lãpas
ignis.]Iſtud fuit ſignum veritatis diuinæ ꝓmiſſionis præfatæ. ¶ Circa verba hæc duo quæ-
runtur.Primo,an iſta fuerunt ibi realiter,ſcilicet fornax fumans,& lampas ignis,an ꝑ ſimili-
tudinem & imaginariã viſionem duntaxat. Secundo,an ibi apparuerunt duo ignes, videli-
cet ignis fornacis,& ignis lãpadis.Ad primũ iſtoꝝ videẽ quibuſdã dicendum, ꝙ ibi appare-
bat realiter ignis,vt dicunt nonnulli,ꝙ apparuit ibi ad repræſentandum diuinę maieſtatis ꝑ-
ſentiam,ſicut in rubo monteq; Sinai. His conſonat q̃d in Scholaſtica hiſtoria ferẽ, ꝙ ignis
Exod. 3. ille cõſumpſit ſacrificium Abræ,hoc eſt,carnes illas diuiſas.Vnde ſi realẽ habuit ignis actio-
Exo. 29. nẽ,videẽ fuiſſe realiter ignis,non ſimilitudo duntaxat.Ad ſecundũ aliq̃ dicunt,ꝙ nõ fuit niſi
Euſebi⁹. vnus ignis.Ait nãq; ꝑfata hiſtoria,ꝙ apparuit ignis q̃ſi clibani.veruntñ textui magis cõſo-
nare cenſeẽ,ꝙ duo ignes ibi fuerunt: vnus fornacis ardentis ac fumigantis, ſtans fixe in loco
ſuo:alter lampadis, ꝗ pertranſiuit inter partes prædictas,ſubditur enim in textu:& lampas,
ignis [tranſiens inter diuiſiones illas.]vtpote inter carnes ab inuicẽ diuiſas ac poſitas. Nam
& Septuaginta tranſtulerunt:Cum aũt iam ſol erat ad occaſum,flamma facta eſt, & fornax fu
mibunda,& lampades ignis,quæ ꝑtranſierunt ꝑ media illa diuiſa.Et forſitan ex clibano illo
ardente erũpebant quaſi lampades ignis,volitantes inter carnes illas,& cõburentes eaſdẽ:in ſi
gnum,ꝙ ſacrificium Abræ extitit Deo acceptum.Fuit itaq; ibi reale aliq̃d ſimile clibano,&
miniſterio angeli tota viſio iſta exhibebaẽ. ¶Præterea quæriẽ, cur ignis lampadis ꝑtranſiuit
partes præfatas.Rñdetur,qm̃ inter antiquos fuit cõſuetudo,vt ꝑcutientes pactum ſeu fœdus
pariter ineuntes,occiderent atq; diuiderent aliq̃d animal,& inter partes diuiſas tranſirẽt,q̃ſi
ad innuendum ꝙ morte efficerenẽ condigni,ꝗ pactum infringerent.Hinc apud Hieremiam
Hier. 34. ait dñs de obſtinatis Iudæis:Non obſeruauerunt verba fœderis mei,in qbus aſſenſi ſunt: Vi
tulum quem conſciderunt in duas partes, & trãſierunt inter diuiſiones eius. Qm̃ itaq; dñs in
hac viſione pepigit fœdus cum Abram,vt protinus ſubiungetur,idcirco ignis iſte Dei ꝑſen-
tiam repſentans,tranſiuit inter illa diuiſa,ſicq; Deus cũ Abram agẽs, habuit ſe modo huma-
no.[In die illo]Iſtud q̃d ſubditur,videẽ factum in nocte,ſicut & viſio iam deſcripta, idcirco
ꝑ diem illũ intelligiẽ dies naturalis,ꝗ noctẽ includit.[pepigit dñs fœdus cũ Abram].i.firmi-
ter

ter ei promiſit,[dicẽs:Semini tuo dabo terrã hanc à fluuio Aegypti vſq; ad fluuium magnũ
Euphraten.]Secundũ Auguſtinũ,nõ dixit,à flumine magno Aegypti,hoc eſt,à Nilo,ſed à flu Auguſt. 16. de ci.
uio paruo,ꝗ diuidit inter Aegyptũ & Palæſtinam,& vocaẽ fluuius iſte Rinocorula, eſtq; ter- Dei.
minus terræ ꝓmiſſionis à parte auſtrali verſus Aegyptũ: Euphrates vero eſt terminus ter-
ræ eiuſdem ex parte oppoſita verſus Chaldæos, inter q̃s Euphrates currit. [Cinæos & Cene-
cæos & Cethmonæos & Ethæos,&c.]Nominanẽ hic decem gẽtes, quarum terras Deus pro-
miſit ſemini Abræ. Et eſt ſenſus, gentes has.i. terram eaꝝ dabo poſteris tuis. Prænominatæ Gene. 10.
q̃q; gentes iſtæ,ſunt ex Chanaan natæ,vt ſuperius dictũ eſt,q̃uis aliqua nomina varientur.

¶ De ſpiritali ſenſu eiuſdem XV. capituli. Arti. LI.

HIs itaq; tranſactis,factus eſt ſermo dñi ad Abram,dicens:Noli timere.]Quẽadmodum
Deus confortauit & cõſolatus eſt Abram cum infideles viciſſit, ſic admonet & conſola
tur vnumquẽq; fidelẽ, ꝗ tentationibus viriliter reſtitit,& vitia expugnauit, ne timeat
inordinate ob hoc,ꝙ inuiſibiles hoſtes ſemel victi ſolent acrius impugnare,atq; callidius im
petuoſiusq; inſurgere ac tentare. Tali ergo fideli loq̃tur dominus: [Ego ꝓtector tuus ſum,]
ꝗ cõteram ſatanã ſub pedibus tuis velociter. [& merces tua magna nimis.] quemadmodum Rom 16.
ait Ap̃lus,Id q̃d in præſenti eſt modicum & leue tribulationis noſtræ,ſupra modũ in ſublimi 2. Cor. 4.
tate æternum gloriæ pondus operaẽ in nobis. Itẽq;:Stabiles,inq̃t, eſtote & immobiles,abun 1. Co. 15.
dantes in opere dñi ſemper,ſciẽtes ꝙ labor veſter nõ eſt inanis in dño. Talis ergo Dei pugna-
tor indiget aſſidua armatura virtutũ,vt cum om̃i humilitate & firmitate ſperet in domino,
& iugiter inuocet eum, nec vnq̃ inani ſecuritate torpeſcat, immo quotidie cuſtoditior fer-
uentiorq; reddaẽ,atq; ꝙ nõ ſunt condignæ paſſiones huius tẽporis ad futuram gloriã,effi caci
ter cõtempleẽ. [Dixitq; Abram:Dñe Deus, q̃d dabis mihi?Ego vadã abſq; liberis.]Vir fide- Roma. 8.
lis ꝑ Abraham deſignatus,diuini amoris ardore ſuccẽſus, & fraternæ ſalutis zelo tranſuerbe
ratus,ꝓpria ſalute nequaq̃ cõtentus eſt,& q̃cquid ſibi ꝓ præmio deſuꝑ promittaẽ,non con-
quieſcit niſi & alios verbo aut oratione,bonæq; vitæ exẽplis ac meritis trahat ad creatorẽ,&
q̃ſi ſpiritaliter pariat Chriſto:q̃d dum ſe videt aut arbitraẽ nõ facere,conqueriẽ ſe ſine ſpirita
li ſemine recedere de hac vita,cũ tñ videat ſeu cõfidat q̃ſdam bonos actiuos & ſeculares, tra
here proximos ad ſalutem.[Et ecce vernaculus meus,erit hæres meus].i.proximus meus ſer
uus,ſanguine Chriſti emptus,in domo eccleſiæ cõſtitutus,obtinebit,alios cõuertẽdo,mune-
ra gratiaꝝ quæ mihi dediſti,qbus priuatũ modo me vereor,eo ꝙ nullũ tibi gignere queam.
Nẽpe vir talis dum ſe putat nõ fructificare in alijs,æſtimat Deũ ſibi iratum,ſeq; priſtina gra
tia deſtitutũ,quẽ dñs protinus per inſpirationem internã aut alio modo conſolaẽ,dicendo:
[Nõ erit hic hæres tuus,ſed ꝗ egrediẽ de vtero tuo].i.quẽ ſemine verbi cæleſtis ex corde tuo
egredientis cõuerteris,& charitate mẽtis tuæ ſpiritaliter genueris, [ipſum habebis hæredẽ,]
gratiã tibi collatã adminiſtrãdo in ipſum,& cõmunicando eidẽ,& relinquendo eũ poſt te in
eccleſia militãte ſucceſſorem tuæ gratiæ ac virtutis, ita ꝙ q̃ſi ſtella pulcherrima fulgebit in
ea,immo & plures cõuertes, q̃d credens vir talis, iuſtificaẽ à Deo.[Ego dñs ꝗ eduxi te de Vr
Chaldæoꝝ,vt darẽ tibi terrã, & poſſideres eã].i.de igne carnaliũ deſiderioꝝ & feruore tẽta-
tionũ te erui,vt terrenos & carnales meritis tuis cõuerterem,& eos in ſpiritales filios poſſide
res,q̃d fructuoſis paſtorib⁹ ac ꝑdicatoribus virtuoſis potiſſimũ condonaẽ & cõpetit.Præter-
ea vir talis,ꝓpriam fragilitatẽ inſufficientiãq; ꝑpendens,ait:[Domine Deus,vnde ſcire poſ-
ſum ꝙ poſſeſſurus ſim eã?].i.ꝙ terrenos ſic trahã ad te, ſpiritaleſq; natos habebo eos, q̃d nõ
niſi ꝑ ſpecialem atq; præcipuam tuã gratiam fieri valet.[Et reſpõdens dñs:Sume,inq̃t,mihi
vaccã triẽnem,& caprã trimam,& arietẽ annoꝝ triũ].i.ꝓpriam carnem tuã,ex ſeipſa inſtar
vaccæ pigrã ac tardam ad bona,& q̃ſi capram ad praua ꝓnam ac proſiliẽtem, laſciuam q̃q;
tanq̃ arietẽ.[turturem q̃q; & columbam].i.ſpm̃ tuum rõnalem, inſtar turturis ad futura ſu-
ſpirantẽ,& propter mala gemẽtem,ac ſimplicem veluti columbam.Hæc,inquã,tolle & offer
mihi in holocauſtũ,vt te totũ meo cultui mancipans, merearis tanta gratia adimpleri,ꝙ in
alios poſſis eam transfundere.Hoc itaq; ait vir talis,carnemq; ꝓpriam diuidit,caſtigando & Pſal. 43.
flagellando eam quotidie,ita vt dicat:Quoniam propter te mortificamur tota die. Sed ſpm̃
ſuum non diuidit,immo eum totum in Deo recolligit,integrat & adunat.[Deſcenderuntq;
volucres ſuꝑ cadauera.]Volucres iſtæ ſunt dæmones,qui ſemen verbi ac gratiæ Dei nitũtur Lucæ 8.
de agro cordis auferre,& ſacrificia orationum noſtrarum contaminare, corpus & animam
inquinare,atq; per euagationes & prauas affectiones,ac ſiniſtras intentiones, quicquid Deo
offerimus,facere inacceptum.Quas aues peſtiferas volitantes,oportet nos cum omni agilita
te & diligentia ſemꝑ abigere,vt ſtabiles ſimus ac puri,præſertim in deitatis obſeq̃o ſacrifici Col.
oq; altaris.[Cum ergo occubuiſſet ſol, pauor]ſeu ſopor [irruit ſuꝑ Abram.]Sic plane dũ ſol
ſapientiæ atq; iuſtitiæ Chriſtus dominus paululũ ſubtrahit homini ſpiritali lucem contem-
plationis & rorem conſolationis ſuꝑnæ,irruit ſuper eũ ſopor pigritiæ,negligẽtiæ ſomnus,&
multiplex timor grauis.Nã & interdũ vereẽ ſe diuinitus derelictum ac perituꝝ. Deinde dñs
con-

conſolatur eundem, prænuncians ei, ꝙ ſemen ſuum futurum ſit peregrinum in terra nō ſua,
& affligendum. Electi nanqȝ & boni ſunt in ſeculo iſto quaſi in graui exilio, in quo multipli
citer tribulantur, atqȝ nonnunquam ſeruituti inuiſibilium hoſtium ac vitiorum ſubdūtur:
immo ad minus ſeruire cogūtur neceſſitatibus miſeri corporis, à prauis & reprobis affligun
tur hominibus, quos iudicaturus eſt dominus. Deinceps electi taliter exercitati & expurga-
ti, reuertuntur cum ſpiritali opulentia grandi ad dominum. Et quarta generatiōe, videlicet
poſt interiorum reformationem, verborum directionem, operum debitorū exequutionem
& proximorum ædificationem, ingrediuntur triumphantis eccleſię patriam eis promiſſam.
Ecci 27. Interim vero apparet eis clibanus fumans, lampaſqȝ ignis tranſiens inter præfatas diuiſiōes:
Sapi. 3. quia vt ait ſcriptura, Vaſa figuli ꝓbat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis. Itēqȝ:
Tanq̄ aurum in fornace probauit electos dominus. Poſtremo Auguſtinus tangit aliam ſpi-
Iſidor. ritalem huius capituli intelligentiam, quam & Iſidorus ac Richardus inducunt, ſed prolixita
tem deuitans, pertranſeo. Præterea, quoniam Abram figura eſt Chriſti, poteſt capitulū iſtud
allegorice de Chriſto exponi, ita: Factus eſt ſermo domini ad Abram per viſiōem, dicēs: No-
li timere, id eſt, verbum æternum ſeu Deus pater, aut trinitas Deus, dixit Chriſto ſecundū ſu-
am humanam naturam, ne timeas inter aduerſa, quæ tibi intulerūt aut inferre conati ſunt
Iudæi increduli, non ꝙ aliquis timor inordinatus potuit eſſe in Chriſto, qui ſecūdum natu-
ram aſſumptam fuit perfecte confirmatus in bono: ſed ne naturali timore, quem interdum
ſponte aſſumpſit, diu immoraretur, & ne eum frequentius q̄ oportebat, aſſumeret. Vnde in
perſona Chriſti cantat eccleſia: In die qua inuocaui te domine, dixiſti, ne timeas. Poteſt quo
qȝ exponi hoc verbum, Noli timere, non quaſi hortando ne formidaret, ſed congratulando
Pſal. 148. ſuæ perfectioni, qua inordinate nihil pauebat, quemadmodum canimus: Laudate eum oēs
angeli eius. [Ego protector tuus ſum.] Nam Deus pater ſeu verbum æternum, fuit in om̄ibus
humanitatis Chriſti defenſor ab omni malo culpæ, & item à malis pœnalibus, ita ꝙ animæ
Chriſti nullam læſionem nociuam inducere potuerūt, propter quod apud Eſaiam Chriſtus
Eſai. 49. teſtatur: In vmbra manus ſuæ ꝓtexit me. [& merces tua magna nimis.] Beatificam deitatis
fruitionem, quæ eſt eſſentiale præmium omnium beatorum, habuit anima Chriſti à ſuæ cre
ationis & incarnationis verbi exordio, nec eam promeruit. Poſtmodum vero promeruit ſi-
bi præmium accidentale, videlicet ſui corporis glorificationem & iudiciariam poteſtatem,
ſuiqȝ nominis honorificentiſſimam dilatationē per totum orbem terrarum. Et de hoc præ
mio quod Chriſtus ſua humiliatione, patientia, labore, & paſſione ſibijpſi promeruit, poteſt
exponi quod dictum eſt, Merces tua magna nimis. Vel, merces Chriſti vocatur magnitudo
gratiæ, plenitudoqȝ gloriæ, quam meruit ſuis electis, quibus tota ſua conuerſatio & paſſio in
hoc mundo meritoria fuit, inquantum ex ardentiſſima charitate pro eorū ſalute omnia geſ-
ſit ac pertulit. [Dixitqȝ Abram] .i. Chriſtus: [Domine deus, quid dabis mihi] pro mercede la
Ioan. 5. borum meorum? [Ego vadam abſqȝ liberis,] hoc eſt, Iudæis, propter quos veni in mundum,
Matt. 15. & quibus ſpecialiter miſſus ſum, eos non conuerti, non fructificaui in eis pro maxima parte
eorum, in tantum ꝙ tēpore paſſionis pene omnes corruerunt à fide, & in cruce moriens, non
reliqui ſemen ex eis, niſi perpaucum. Hinc in Eſaia loquitur Chriſtus affectu dolentis de Iu
Eſai. 49. dæorum perditione: Ego dixi, In vacuum laboraui, ſine cauſa & vane fortitudinem meā con
ſumpſi. [& filius procuratoris mei iſte Damaſcus.] Procurator Chriſti, poteſt intelligi Mo-
ſes, qui tanq̄ Dei diſpenſator præfuit ſynagogæ, & multos conuertit: ſicqȝ filius eius fuit po
pulus ſibi ſubiectus atqȝ obediens, præſertim qui terram promiſſionis intrauit. [& ecce ver-
naculus meus erit hæres meus.] Hæreditas Chriſti fuit populus ſynagogæ, ſicut per Eſaiam
Eſaię. 19. fatetur, Hæreditas mea Iſrael: Vernaculus vero Chriſti, fuit cœtus ſacerdotum & cęterorum,
qui tempore Chriſti præfuit ſynagogæ. Ille etenim cœtus, natus fuit in lege diuini obſequij,
atqȝ in domo ſeu populo Dei. Ille itaqȝ impijſſimus cœtus, voluit eſſe hæres ac dominus ſy-
Matt. 21. nagogæ ſeu vineæ Chriſti, ipſo Chriſto expulſo. Nam eo viſo, loquuti ſunt: Hic eſt hæres, ve-
nite occidamus eum, & noſtra erit hæreditas, prout Chriſtus in euangelica docet parabola:
Homo, inquiens, paterfamilias plantauit vineam, & locauit eam agricolis &c. [Statimqȝ ſer-
mo domini factus eſt ad eum, dicens: Non erit hic hæres tuus] .i. impius cœtus iſte non diu
præſidebit ſynagogæ, immo cito poſt tuam paſſionem penitus vaſtabitur, quemadmodum
Dani. 9. factum eſt per Romanos, & à Daniele prædictum eſt: Ciuitatem & ſanctuariū diſſipabit po-
pulus cum duce venturo, & vſqȝ in finem perſeuerabit deſolatio. [ſed qui egredietur de vte-
ro tuo, ipſum habebis hæredem] .i. Iudæos electos, quos proprij cordis tui doctrina docebis
& conuertes, habebis filios atqȝ diſcipulos, & ꝑ eos conuertes innumerabiles alios. [Eduxitqȝ
eum foras] .i. Deus eduxit Chriſtum hominem à præfata conſideratione, ad conſideratiōem
conuerſionis gentium vniuerſarum. [& ait illi: Suſpice cælum, & numera ſtellas, ſi potes] .i.
quia potes. Nam anima Chriſti cuncta creata diſtincte cognouit. [Et dixit ei: Sic erit ſemen
tuum] .i. tam innumerabilis erit populus qui à te Chriſto vocabitur Chriſtianus, & tanq̄
ſtellæ

ſtellæ ſplendidus erit per gratiam in eccleſia militāte, & ſicut ſol fulgebit in eccleſia trium-
phante. Hinc in Eſaia pater loquitur Chriſto: Parum eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tri Eſai. 49.
bus Iacob, & fæces Iſrael conuertendas. Dedi te in lucem gentiū, vt ſis ſalus mea vſqȝ ad ex-
tremū terræ. [Credidit Abram Deo, & reputatū eſt illi ad iuſtitiā] .i. Chrs cognouit pro-
miſſionē hanc verā eſſe, non tamen per fidem, quæ eſt theologica virtus, quæ non fuit in eo,
qm̄ fuit cōpręhenſor perfectus ſecundū ſupremā ſuæ animę portionē. [Dixitqȝ ad eum: Ego
dn̄s qui eduxi te de Vr Chaldæorū] .i. de paſſione & ꝑſequutionibus infideliū Iudæorū, reſu-
ſcitando te tertia die ad impaſſibilē & beatiſſimā vitā. [vt darē tibi terrā, & poſſideres eam]
.i. totū mūdum legi ac ditioni tuæ ſubijcerē, iuxta illud: Reminiſcent & cōuertētur ad dn̄m Pſal. 21.
vniuerſi fines terræ. Itemqȝ: Et dominabitur à mari vſqȝ ad mare, & à flumine vſqȝ ad termi- Pſal. 71.
nos orbis terrę. [At ille ait: Domine Deus, vnde ſcire poſſum &c.] .i. experimentalem modū
ac proceſſum huius rei mihi oſtende. Hoc Chriſtus non ait ex ignorantia aut diffidētia, ſed
ex ſuperabundantia quadā, qua id qd ſcitur, libenter proſpicitur. [reſpondens dn̄s: Sume, in-
quit, mihi vaccā triēnem, & caprā trimam, & arietem annorum trium] .i. laſciuum, petulā-
tem, ac contumacē populū Iudæorū applica tibi, ꝑdicando eiſdē. [turturē qȝ & columbā,]
hoc eſt, qſdam etiā virtuoſos, pudicos & ſimplices ex plebe illa tibi aſſume, hoc Chriſtus fe-
cit omnibus talibus euangelizando, diuiſitqȝ vitioſos illos, qm̄ quoſdā ex eis pie cōuertit, & Ioan. 12.
alios iuſte reliquit, ꝓpter qd dixit: Nunc iudiciū eſt mundi. cæteros non diuiſit, ſed recollegit
in vnum, & fecit ex eis primitiuā eccleſiam. [Deſcenderūtqȝ volucres] .i. dæmones [ſuper ca
dauera,] qm̄ paſſione inſtante Chriſtus loquutus eſt Petro: Simon, ecce ſatan expetiuit vos Lucę 22.
vt cribraret ſicut triticū, ego autē oraui pro te. Chriſtus quoqȝ eos abegit, ſicut dixit ad pa
trem: Pater, quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quenquā. [Cum ſol occūberet, pauor irru Ioan. 17.
it ſuper Abram, & horror magnus &c.] Tunc ſol quaſi occubuit, qn̄ verbū æternum ſolitā
conſolationis internæ redundantiam humanitati Chriſti, quantum ad partem eius ſenſiti- Pſal. 21.
uam, ſubtraxit tēpore ſ. paſſionis, in tantum ꝙ dixit: Deus meus, Deus meus, vt quid dereli- Lucę 22.
quiſti me? Tunc intenſiſſimus pauor & maximus horror Chriſtū inuaſit, qn̄ & ſudor eius fa Mar. 14.
ctus eſt quaſi guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Cœpit etem̄ contriſtari & pauere, di- Mat. 26.
xitqȝ: Triſtis eſt anima mea vſqȝ ad mortem. [Dictumqȝ eſt ad eum: Scito prænoſcens, ꝙ pe-
regrinum futurū ſit ſemen tuum in terra non ſua.] Tunc em̄ Deo volente Chriſtus actuali-
ter conſiderauit omnem aduerſitatem, tribulationem & paſſionem, quam vniuerſi electi in
ſeculo iſto pro fide ipſius ac ſua ſalute erant paſſuri, quod vtiqȝ ab incarnationis exordio ſci
uit. Sed tunc cum vehemētiſſima compaſſiōe hoc ipſum intuebatur. [Tu aūt ibis ad patres
tuos in pace,] deſcēdēdo in limbū patrum, vt eos inde educas, [ſepultus in ſenectute bona,]
non annorum, ſed omni maturitate virtutū. Senectus em̄ venerabilis eſt, non annorū nume
ro cōputata &c. [Necdum em̄ completæ ſunt iniquitates Amorrhæorū &c.] Amorrhęi iſti, Sapiē. 4.
ſunt reprobi qui affligunt & exercent electos vſqȝ ad tēpus præfinitum à dn̄o. [Cum ergo oc
cubuiſſet ſol] .i. dum Chriſtꝰ expalleſcēs penderet in cruce. [facta eſt caligo tenebroſa,] quia
tunc tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram ab hora ſexta vſqȝ ad nonam. [& apparuit Lucæ 23.
clibanus fumās] .i. tribulatio ſumme anguſtians, inuaſit eos qui cruci Chriſti aſſiſtebant, &
pertinebant ad eum. [& lampas ignis, tranſiens inter diuiſiones illas,] hoc eſt, feruor doloris
penetrans corda eorū, quos Chriſtus diuiſit à reprobis & repoſuit ſibi. [In die illo pepigit
dn̄s fœdus cum Abram, dicens: Semini tuo dabo terram hanc.] Cum em̄ Chriſtus paſſione
inſtante factus in agonia prolixius oraret, ſanguinemqȝ ſudaret, apparuit illi angelus de cæ
lo confortans eum .i. per modū confortantis ſe habēs, verba cōfortatiua & cōſolatoria pro- Lucę 22.
ferendo, cōmemorando videlicet fructuoſitatem paſſionis inſtantis, & qualiter propter eā
Deus pater totum mundū euangelicæ legi ſubijceret, & cunctis propiciaretur hoībus, ſicut
per Zachariam pater teſtatur de Chro: Auferā iniqtatem terræ illius in die vna, & poteſtas
eius à mari vſqȝ ad mare, & à fluminibus vſqȝ ad fines terræ. Zach. 9.

¶ Elucidatio literalis cap. XVI. Igitur Sarai vxor Abrā nō genuerat liberos. Art. LII.

PRolificatio Abrahæ conſequenter deſcribitur. [Igitur Sarai vxor Abram non genuerat
ſibi liberos,] immo nullam prolem hucuſqȝ, qm̄ naturali ſterilitate impediebatur cōci-
pere. [Sed habens ancillam Aegyptiā] natiōe, [nomine Agar, dixit marito ſuo: Ecce cō-
cluſit me dn̄s ne parerem] .i. fœcunditatem vteri non contulit mihi. Opera em̄ naturę, ſunt
opera creatoris. Et dicitur Deus Sarai concluſiſſe, quia non aperiebatur vterus eius ad fru-
ctuoſam ſeminis ſuſceptionem. [Ingredere ad ancillam meam] .i. in coniugem accipe eam,
& cognoſce. [ſi forte ſaltem ex illa ſuſcipiam filios,] hoc eſt, quatenus Deo præſtante, ipſa ex
te concipiat, & proles nata ex ea, ſit mea per adoptionē ſeu iure dominij. Refert Lyra ꝙ He
bræi dicāt hāc Agar fuiſſe filiā regis Aegypti, ita ꝙ vna cōiugū Pharaonis cōſiderās ſanctita
tem Saræ, & qualiter ꝓpter eā Deus flagellauit Pharaonē & domū ipſius, tradidit filiā ſuam
Saræ in ancillā, potius cupiēs filiā ſuā ſeruire in domo matronæ tā virtuoſæ, q̄ honorari in

domo paterna. Additq́ Lyra, iſtud nõ eſſe abſonũ rationi, cũ in libro Heſter legaꝛ, ꝙ multi
Heſter 8. gẽtiliũ videntes q̃liter Deus liberauit Iudæos de inſidijs Aman, trãſtulerũt ſe ad legẽ & cære-
R. Paul⁹. monias Iudæoꝝ. Sed Rabbi Paulus dicit iſtud de Agar eſſe fictitiũ, & ꝙ allegatio iſta ex li-
bro Heſter nõ probet intentũ, qa gentiles illi nõ ſubiecerunt ſe dño, ſed ritui Iudæoꝝ. Verũ-
tñ reor probabile, ꝙ Agar iſta erat valde proba, notabiliſq́ puella, eo ꝙ Sara quę multas ha
bebat ancillas, dedit eã ſuo marito præ cæteris. ¶ Sed circa hæc oriunꝛ difficultates. Primo,
Gen. 15. cur Sarai rogauit viꝝ ſuũ, vt duceret aliã cõiugẽ, cũ De⁹ iam ante ꝓmiſerit Abrahæ ꝙ eſſet
ſobolẽ habiturus. Reſpõdeꝛ, ꝙ Sarai ignorauit an ꝓmiſſio illa eſſet implẽda ꝑ ſe, & timuit
ne ex ſua ſterilitate fruſtrareꝛ effectu, idcirco optauit eã impleri ꝑ aliã. Sed tũc rurſus oriꝛ dif
ficultas, cur Abrahã acqeuit precibus Sarę in iſto, nã ſcire poterat ꝙ ꝓmiſſio illa erat ꝑ Sarai
Rabanus adimplẽda. Ad q̃d dicẽdũ, ꝙ hucuſq́ nõ legiꝛ hoc Abrahę reuelatũ. Raban⁹ q̃q́ dicit, Abra
hã ſemẽ ſuũ multiplicandũ audierat, ſed ꝑ quã fœminã, neſciebat. Et qm̃ primã coniugẽ no
uerat ſterilẽ, duxit ſecundã, quã ſperauit fœcũdam. Præterea q̃ritur, qualiter licuit Abræ, ad
inſtantiã cõiugis ſuę, accipere coniugẽ aliã, ſicq́ inducere bigamiã, cũ Lamech de bigamia
Gen. 4. reprę hendaꝛ, & naturalis lex dictet, vt vnicus vnicæ copuleꝛ, nec aliqs ſanctoꝝ ante Abrã le-
gatur ita feciſſe. Ad iſtud Guilhelm⁹ Pariſiẽſis reſpõdet, ꝙ nunq̃ licuit ſine diſpẽſatiõe diui-
na vni viro ſimul habere plures vxores. Nã primę vxori tradidit ſui corporis poteſtatẽ: ideo
Abrahã & cęteri q plures vxores ſine peccato duxerunt, q̊s ſ. à culpa in hoc excuſare oportet,
credunꝛ id egiſſe ex diſpenſatiõe diuina, quã vel ipſi ꝑ occultã inſpirationẽ aut modo alio ac
ceperũt. Abrahã etiam multipliciter excuſaꝛ in facto iſto, qa nõ mouebaꝛ libidine, nec cõtra
vxoris primæ cõſenſum, immo ex eius petitiõe hoc fecit. Nondũ q̃q́ ꝓmulgata fuit lex euã-
gelica de vna ſola vxore ſimul habẽda. Qualiter vero ſit de lege naturali vnã habere, infrà
Aug. 16. de ci. dei dicet. Hinc loqtur Auguſtin⁹: Nullo modo inferẽdũ eſt crimẽ Abrahę de hac muliere. Vſus
qppe eſt ea ad generandũ ꝓlem, nõ ad explendũ libidinẽ, nec inſultans, ſed magis obediens
cõiugi ſuæ, quæ ſuę ſterilitatis credidit eſſe ſolatiũ, ſi fœcundũ ancillæ vteꝝ faceret ſuũ. Ab
vtroq́ nõ culpę luxus, ſed naturæ fructus exquiritur. Veruntñ Auguſtinus hanc Agar vocat
Abrahæ cõcubinam: q̃d non eſt intelligendũ, quaſi nõ fuerit ei⁹ legitima vxor, cũ paulopoſt
in textu habeatur oppoſitũ: ſed quia cõſuetudo ſcripturæ eſt, vxorem, præſertim minus prin
cipalẽ & ſecundariam, dicere concubinam, prout infrà ſæpe patebit. [Cumq́ ille] videlicet
Abram, [acquieſceret deprecanti, tulit] ipſa Sarai [Agar Aegyptiã ancillam ſuam poſt decẽ
annos, q̃ habitare cœperant in terra Chanaan,] ab egreſſu de Meſopotamia: nã infra tantũ
tẽpus poterat ſterilitas Saræ ſatis experimẽtaliter cognoſci. [& dedit eã viro ſuo vxorẽ.] Et
tunc erat Abram octogintaquinq́ annoꝝ, qm̃ lxxv. annoꝝ erat quando Deo iubẽte ex Me
ſopotamia venit ad habitandũ in terra Chanaan, vt dictum eſt, immo (vt fertur) Hebræi di-
cũt, ꝙ decennium eſt tẽpus, infra quod maritus experiri debet de cõiuge ſua, an ſterilis ſit,
& vtrum propter ſterilitatem ipſius accipere aliam poſſit. Veruntamẽ eccleſia determina-
uit breuius tẽpus pro experientia huius rei, videlicet tẽpus triennij, vt in c. fina. extra de fri-
gi. & mu. [& dedit eã viro ſuo vxorẽ.] ita ꝙ Abraham de cõſenſu Saræ cõiugis ſuæ, accepit
Agar ancillã in cõiugẽ ꝑ verba de p̃ſenti, ſiue ꝑ modũ tũc cõſuetũ. Tamẽ vt patet ex dictis,
ex ſola vxoris authoritate ac volũtate nõ licuit viro accipere cõiugẽ aliam. [At illa] ſ. Agar
[cõcepiſſe ſe videns]. i. cognoſcẽs ſeu ex tumore ventris ſui corporaliter cernens, [deſpexit
dominã ſuã,] tanq̃ infœcundã, reputans ſe digniorẽ noĩe contoralis q̃ illam, eo ꝙ fructũ ma
trimonij geſtaret in vtero, atq́ (vt aliqui dicũt) putabat promiſſiones diuinas Abrę factas de
multiplicatione & benedictione ſeminis ſui, cõplendas in prole ſua cõcepta. Proſperitas qp
pe interdũ incitat etiã bonos ad quandã elationẽ, audaciã & gloriam vanam. Idcirco humili
tas in proſperis p̃cipue cõmendaꝛ. [Dixitq́ Sarai ad Abram: Inique agis cõtra me]. i. repræ
henſibilis es, fouẽdo ancillæ meæ audaciam, ſeu diſſimulando & nõ corrigẽdo eius elationẽ
qua ſpernit me. Et poteſt eſſe ꝙ Abraham fuit in hoc venialiter culpabilis ex negligẽtia aut
aliquantula ſenſuali affectione ad vxorem imprę gnatã recenter acceptam, de cuius conce-
Aug. 16. de ci. dei ptu gaudebat, vnde inuite cõtriſtauit eandem. Porro ſecundũ Auguſtinum, Sarai ex quadã
muliebri ſuſpicione elationẽ ſuæ ancillæ imputauit ſuo marito. [Ego dedi ancillam meã in
ſinum tuũ]. i. admonui & conſenſi, ꝙ fieret vxor tua, & tibi legitime miſceretur. quaſi dicat,
Tu es cauſæ meæ deſpectionis, & reddis mihi malum pro bono. [Quæ] ſcilicet ancilla [vi-
dens ꝙ conceperit] de te, [deſpectui me habet,] gerens ſe circa me, quaſi ego ſim eius an-
cilla potius q̃ econtra. [Iudicet dominus inter me & te.] vnicuiq́ noſtrum reddendo q̃d ꝑ-
meretur in iſtis. Hoc Sarai dixit ex quodam zelo iuſtitiæ. [Cui reſpondens Abram: Ecce ait,
ancilla tua in manu]. i. poteſtate [tua eſt. Vtere ea vt libet] . i. fac ei quod tibi placet. Per hoc
tamen Abram non dedit Saræ licentiam affligendi iniuſte ancillam ſuam, ſed ſciens Saram
eſſe virtuoſam & timoratam, commiſit rem iſtam ſuæ diſcretioni, ſeq́ monſtrauit immunẽ
ab immoderata affectione, ſaltem mortali, ad Agar. Circa hæc loquitur Auguſtinus: O viꝝ
viriliter

viriliter vtentem fœminis, coniuge temperanter, ancilla obtemperanter, nulla intemperan-
ter. [Affligente ergo eam Sarai]. i. dum Sarai aſſidue humiliaret & increparet hanc Agar, ca
ſtigando eius p̃ſumptionẽ: q̃d Sarai iuſte fecit, quanuis fortaſſis in hoc aliquantulũ interdũ
exceſſerit. Nec em̃ oportet Saram à venialibus excuſare. [fugam init,] quia volebat ad Aegy
ptũ reuerti. [Cumq́ inueniſſet eam angelus] nõ caſu aut poſt quæſitionẽ reperit eam, ſed in-
uenit. i. p̃ſentialiter ei occurrit, [iuxta fontẽ aquæ in ſolitudine,] iuxta quem fontẽ forſitan ſe
dit & repauſauit ſe Agar, atq́ in ſolitudine illa erexit cor ſuũ ad dñm, cũ eſſet tribulatione
& laſſitudine plena, propter quod dñs naturaliter infiniteq́ bonus ac pius, conſolabatur eã
per angelum ſanctum. Qui [dixit ad eã: Agar ancilla Sarai, vnde venis, & quo vadis?] Vtrũq́
horũ cognouerat angelus, ſed interrogauit, quatenus ex qualitate reſponſionis ipſius Agar
informaret eandem. [Quæ reſpondit: A facie Sarai dñæ meę ego fugio.] Dicunt aliqui quòd
Agar receſſit à Sarai non ſolũ ex quadam impatientia, ſed itẽ ex aliquãta ſuperbia. Ideo an
gelus volens eam humiliare, vocauit eam ancillã Sarai: quo audito, etiã ipſa Agar humilia-
uit ſe, & cõformans ſe verbo angelico, ipſam Sarai vocauit dñam ſuã, quam paulo ante con-
tempſit velut ancillã. Nec legitur Agar reſpondiſſe ad ſecundũ, puta quo tenderet, qa fortaſ
ſis erubuit confiteri, ꝙ à domo fidelis mariti virtuoſæq́ dñæ, ad Aegyptios rediret idolola-
tras. Vel ex vehemẽtia ſuæ deſolatiõis p̃ſcidit verba. [Dixitq́ ei angelus dñi: Reuertere ad do
minam tuã, & humiliare ſub manu ipſius]. i. teipſam ſpõte ſub ea humilia, vt decet ancillam,
& æquanimiter tolera qcquid Sarai fecerit tibi. Angelus iſte in forma hũana viſibiliter ap-
paruit Agar. Scriptura vero iſta nõ exprimit, an ex prima angeli apparitiõe fuerit Agar ꝑ-
territa, & an ſtatim cognouit ꝙ angelus eſſet. Porro angeli qñq́ apparent cum vultu tam
igneo ac ſplendenti, ꝙ prima facie grandẽ incutiunt eis quibus apparent, timorem: aliquan
do vero ſic apparent, ꝙ prima facie ęſtimanꝛ hoĩes eſſe. Vnde mater Samſonis dixit: Vir Dei
venit ad me &c. [Et rurſum: Multiplicans, inqt, multiplicabo ſemẽ tuũ.] Hoc angelus in per Iudi. 13.
ſona Dei loquutus eſt. Et eſt ſenſus: Ex prole quã paries, plurimi valde generabunꝛ ꝑ tẽpoꝝ
ſucceſſiones. [& non numerabitur præ multitudine]. i. poſteritas filij tui erit innumerabilis
hoĩbus prę multitudine ſua. Promiſſio iſta in Sarracenis impleta eſt, q rectius Agareni q̃ Sar
raceni eſſent vocandi, qa de Agar, nõ de Sara, ſunt nati. Qui prę multitudine ſua innumera
biles fuerũt & ſunt: ſed cognomen hoc quo Sarraceni vocanꝛ, ſibi mendaciter vſurpaſſe cen
ſentur, quaſi de principali & libera cõiuge Abrahæ Sara geniti eſſent, ſe cognominantes, cũ
de ancilla & minus principali ſint nati vxore. [Ac deinceps: Ecce, ait, cõcepiſti & paries fili-
um.] Quod conceperat, patebat ad oculum: ſed quod proles concepta extitit filius, exceſſit
naturalem cognitionem humanam, ſed angelum non latebat. [vocabiſq́ nomen eius Iſma
el]. i. imponendo filio tuo nomen, vocabis eum hoc noĩe. Iſmael quippe interpretatur exau-
ditio domini, idcirco ratio nominationis huius ſubiungiꝛ: [eo ꝙ audierit dominus afflictio
nem tuam,] & orationem tuam quam in afflictione magna fudiſti ad eũ. Hinc in Deute. ha-
betur: Cum quæſieris dominum Deum tuũ, inuenies eum, ſi tamen toto corde tuo quæſie- Deut. 4.
ris eum, & tota tribulatione animæ tuæ. Afflictio iſta, eſt vera cordis cõtritio, ſeu quæuis pu
nitio pro peccatis aut alijs cauſis inflicta, ęquanimiter tolerata. Talem etem̃ afflictionem au
dit ſeu pie reſpicit Deus, non illam quæ impatienter ſuſcipitur & inuite ſuffertur. Fuit autẽ
magna afflictio Agar in fuga iſta. Circa hæc ſcribit Lyra, ꝙ in Hebræo habeꝛ, Ecce conci-
pies, ſicut & in libro Iudicum de Samſone prædictũ eſt matri ei⁹: Ecce cõcipies. Nam idem Iudi. 13.
verbum ponitur vtrobiq́. Ideo dicunt Hebræi, ꝙ Agar fuit aborſum paſſa, ita ꝙ proles fuit
in vtero ſuo extincta, & hoc forſan ex labore itineris & acerbitate mœroris, aut ꝓpter prio-
rem eius ſuperbiam in dñam ſuam. Cumq́ pœnituiſſet, & angelo obtemperare diſponeret,
reuiuificauit dñs prolem extinctã. Quæ reuiuificatio vocaꝛ cõceptio. Sed Rabbi Paulus his R. Paul⁹.
contradicit, & dicit in Hebræo haberi: Ecce concepiſti, qm̃ dictio omnino ſimilis poniꝛ hic Gen. 38.
& infrà, vbi Thamar teſtaꝛ: De viro cuius ſunt hæc, concepi. Sicq́, vt ait, non oportet abor-
ſum & reuiuificationem cõfingere. Deniq́ hic primo legitur nomen à Deo impoſitũ homi-
ni ante ipſius natiuitatẽ, q̃d perraꝝ eſt. Sunt quoq́ tres alij, quibus in veteri teſtamẽto nomẽ Gen. 17.
ita impoſitũ eſt, ſ. Iſaac, Samſon & Ioſias. De Iſaac patet ca. ſequenti, de Samſone in Iudicũ Iudi. 13.
libro, de Ioſia in 3. libro Regũ. In nouo aũt teſtamẽto ſunt duo huiuſmodi, videlicet Chri- 3. Reg. 13.
ſtus & Ioannes Baptiſta. Veruntamen nomẽ Cyri regis Perſaꝝ, diu ante eius cõceptionem Lucę 1.
fuit ꝑ Eſaiam p̃dictũ, iuxta illud Eſaiæ: Hæc dicit dñs Chr̃o meo Cyro. In qbus verbis no- Eſaię 45.
men Cyri dicitur potius prophetatũ, q̃ vocatum aut inſtitutum. Inſuper, quia in alijs iam p̃-
fatis, contigit miraculum aliquod quando p̃dicta ſunt noĩa eoꝝ à Deo, aut paulopoſt, (in
natiuitate em̃ Iſaac & Samſonis fuit miraculum, quia eoꝝ matres naturaliter ſteriles erant:
item quando nomen Ioſiæ p̃dictũ fuit, ſciſſum fuit altare ſacrilegũ, & arefactum regis impij Lucę 1.
brachium: Ieſus vero ſine virili cõceptus eſt ſemine, & Ioannes de ſterilibus ſenibuſq́ paren Ibidem
tibus natus) hinc aliqui dicunt, ꝙ etiam in Iſmaele contigit p̃factum reuiuificationis mira-

culum,

culum,quando ꝓdictum eſt nomen eius ab angelo.Sed contra hoc ſcribit Rabbi Paulus,qa
vita Iſmaelis fuit valde diſſimilis à vita illorum iam præfatoꝝ. Et rurſus, quia miraculum
iſtud circa Iſmaelem fuiſſet occultũ,& ita non induceret vtilitatem.Pręterea quicquid ſit de
R. Paul⁹ veritate dicti illius,reprobationes iſtæ prorſus infirmę ſunt.Miracula nanq; cõmuniter ſunt
à bonis & malis,& vtriſq; cõmunia ſunt ſecũdũ doctores,ſicut & cætera dona gratiæ gratis
datę.Miraculũ etiam iſtud Iſmaeli impẽſum, fuiſſet in primis vtile matri ſuæ ac ſibi,dein-
de his ad quoꝝ deueniſſet notitiam. Innumerabilia quoq; miracula Dei manſerũt occulta,
immo plurimi ſancti abſconderunt pro poſſe miracula ſua.Et beatiſſimis eremitis anima-
lia illa ſyluatica fuerunt aſſidue innocua, immo quodãmodo familiaria & ſæpe obſequioſa.
[Hic erit ferus homo.]Iſmael eñ fuit vir durus & ſatis feralis, abundans in iraſcibili etiã ex
Gen. 21. naturali diſpoſitione, quemadmodũ quidam ex naturali diſpoſitione in cõcupiſcibili ma-
Gala. 4. gis abundant.Vnde & infrà habetur: Cum vidiſſet Sara Iſmaelẽ ludẽtem cũ filio ſuo Iſaac,
dixit:Eijce ancillã hanc & filium eius. Siquidem ludus ille erat feralis. Veruntamẽ ſecundũ
Hieron. Hieronymum in Hebræo habetur, Pharaː q̃d interpretatur onager, atq; vt alius ait, in He-
bræo habetur,ſylueſtris.Nam dictio iſta Hebraica,forſitan æquiuoca eſt ad oĩa iſta.Dictus
eſt itaq; Iſmael onager:Primo,ad inſinuandũ ferocitatem tam ſuã q̃ ſuæ poſteritatis.Secun-
Gene.21. do,ad innuendũ,ꝙ habitaturus eſſet tam ipſe q̃ eius poſteritas in locis deſertis ſpecialiter q̃q;
Iſmael nemora & venationes dilexit,qm̃ factus eſt iuuenis ſagittarius,vt infrà habetur.[Ma-
nus eius cõtra omnes,& manus omniũ cõtra eum.]Iſte eſt hyperbolicus ſermo,ad deſignan
Hieron. dum ꝙ poſteri Iſmaelis eſſent multum bellicoſi & inquieti, de quibus ait Hieronymus:Sar
raceni incertis ſedibus vagi,incurſantes oẽs gentes quibus deſertũ ex latere iungitur,impu-
gnãtur ab oĩbus,immo vſq; in præſens Sarraceni legẽ ſuam gladio protegunt, & vniuerſos
aduerſarios ſuæ legis impugnant. [& e regione].i.ex oppoſito [vniuerſoꝝ fratrũ ſuoꝝ figet
tabernacula].i.tentoria ſua,in quibus morari conſueuerũt Iſmaelitæ in ſolitudine hincinde
diſperſi. Vel,figent tabernacula ſua,vt fieri ſolet in prælijs, quaſi parati ad reſiſtendũ aduer-
Euſebi⁹. ſarijs ſuis. Porro ꝑ vniuerſos fratres ſuos,intelligi poſſunt gentes natæ ex cæteris filijs Abra-
Method. hæ,vel quicunq; homines Sarracenis cõtrariantes, qui ꝑ conformitatem naturæ,& ratione
primæ originis, dicuntur eoꝝ fratres. ¶Circa hæc allegantur in Scholaſtica hiſtoria verba
Methodij martyris,de generali perſequutione mũdo per Iſmaelitas futura.Futuꝝ eſt,inq̃t,
vt exeant adhuc ſemel,& obtinebunt orbẽ terræ per ſeptem hebdomadas annorum. In ſacris
locis interficient ſacerdotes, & ibi cum mulieribus dormient, ac ſua iumenta ad ſepulchra
ligabunt ſanctoꝝ, & hoc propter malitiam Chriſtianoꝝ, qui tunc erũt, de q̃bus ꝓdixit Pau
2. Tim.3 lus:In nouiſſimis diebus erunt hoĩes ſe amantes &c. [Vocauit aũt Agar nomen dñi, qui lo-
quebatur ad eam,Tu Deus q vidiſti me].i.per aliquod nomẽ cõplexũ ſeu incõplexũ tantun-
dem ſignificans,Deũ vocauit. Deus eñ ſolet cognoſci & noĩari ꝑ ſuos effectus, idcirco Deũ
ſe miſericorditer intuentẽ,cõſolãtem ac roborãtem, fœmina iſta vocauit huiuſmodi noĩe,
Pſal. 58. ſicut & Dauid in pſalmo:De⁹ meus miſericordia mea,Quaſi dicat, Tu Deus vniuerſoꝝ,q tã
pie me adſpexiſti,es De⁹ meus,ꝑ ſpecialẽ prouidentiã & pietatẽ tuã ad me. Hinc ſubdit ratio
hui⁹ noĩs:[Dixit eñ]hæc Agar:[Profecto hic vidi poſteriora videntis me.] ¶Circa hoc ſcri
In Lyrã bit Lyra: Dicũt expoſitores noſtri, ꝙ angelus iſte apparuit in ſimilitudine aſſumpta, q̃ſi ha-
bens faciẽ auerſam ab Agar,ita ꝙ vidit eum à dorſo,ideo dixit: Vidi poſteriora vidẽtis me,
Circa q̃d dico,veꝝ eſſe ꝙ plures dicũt angelũ iſtũ apparuiſſe in forma hũana,q̃d arbitror ve
rum.Sed nõ videt ꝙ apparuit ei q̃ſi vultũ habẽs ab ea auerſum. Non eñ cõſueuerunt angeli
taliter apparere,immo in pluribus locis apparuiſſe legunt vultu ad eos,q̃bus loquebãtur,cõ
uerſo.Nec legi aliquẽ expoſitorẽ authenticũ hoc dicentẽ. Cur igit Agar nõ dixit, Vidi an-
teriora videntis me? Ad q̃d primo dici poteſt, ꝙ præ claritate & maieſtate vult⁹ angelici nõ
audebat, aut forſitan vix poterat eũ ab ante inſpicere,niſi valde cõfuſe:ſed cũ auerteret ange
lus ſe ab illa,q̃ſi volẽs mox diſparere,reſpexit poſt eũ, & vidit eũ determinatè à tergo. Vnde
Euſebi⁹ in Scholaſt.hiſt.legit:Cũq; loqueret dñs cũ Agar,ptranſijt in turbine. In Hebræo q̃q; ſecun
dũ q̃ſdã habet:Hic vidi poſt videntẽ me.i.poſt angelũ à me recedentẽ cũ admiratiõe adſpe-
Exo. 33. xi.Nec iſtud miꝝ de Agar & angelo,cũ in Exodo ſcriptũ ſit,ꝙ filij Iſrael adſpiciebant tergũ
Exo. 34. Moſis,donec ingrederet tentoriũ.Et tã Aaron q̃ principes ſynagogæ,vidẽtes cornutã faciẽ
Moſis,timuerũt accedere,& receſſerũt ab eo. Secũdo dici poteſt, ꝙ Agar ſciẽs angelũ iſtũ in
Dei pſona ſibi apparere ac loq,formã hũanã aſſumptã ab angelo ſeu etiã angelũ taliter appa
rentẽ,vocauit poſteriora Dei,tanq̃ effectũ ipſius, multũ diſtantẽ à plena Dei repręſentatiõe.
Exo.33. Nã & Moſi dixit dñs:Videbis poſteriora mea,faciẽ aũt meã videre nõ poteris. ¶Iteꝝ quæri
poteſt, cur Agar vocauit eũ q loquebat ſecũ,Tu Deus &c.cũ ſciret angelũ ſecum loq. Ad q̃d
patet ex dictis reſponſio, qa in Dei pſona angelus ei apparuit, & dñs per angelũ loquebatur
ad eã.Refert hic Lyra,ꝙ ſecundũ q̃ſdã Hebræos,iſte eſt verus textus,Vidi per viſum meum:
vt ſit ſenſus,Vidi angelũ in hoc deſerto, poſtq̃ vidi eũ in domo Abræ, cuius angelus iſte fuit
viſitator

viſitator & cuſtos,idcirco nõ fuit territa ex angeli viſione,quia aſſueta fuit eũ in Abrę domo
videre. Nec miꝝ, ꝙ hic atq; in alijs pluribus locis veteris teſtamẽti litera pluribus modis ac
ſenſibus ſumitur,etiam ſecundũ Hebræos doctores:qa Hebręi non habẽt grammaticam ita
diſtinctam & dearticulatam per declinationes noĩm & verboꝝ,ſicut Latini & Græci. Hæc
Lyra.¶Circa quæ dico,incertum eſſe ꝙ angelus ille fuit cuſtos viſitatorq; Abræ. Simili eñ
& forſan maiori apparentia dici poſſet,ꝙ fuerit cuſtos Agar, aut certe filij eius Iſmaelis,qui
in vtero matris habuit angelum,ſicut & cæteri fœtus.Nam ea quæ angelus iſte dixit, magis
pertinebant ad Agar & filium ei⁹, q̃ ad Abrã.Deinde incertum eſt, ꝙ Agar ſolita fuit ange
ſima mẽte intẽtus erat hoſpitalitati & actibus pietatis,ita ꝙ arbitrabat̃ donũ Dei,ſi peregri
nis & pauperibus curã impẽderet hoſpitalẽ. [in ipſo feruore diei] ita ꝙ nec ꝓpter ſolis æſtũ
ceſſauit à tali occupatiõe tã pia,& circa meridiẽ ſpecialiter circũſpexit,q̃a tũc aptũ eſt tẽpus
reficiẽdi pſonas huiuſmodi. His verbis deſcripta eſt viſio iſta in generali,cõſequẽter in ſpe-
ciali deſcribit̃, vtpote q̃liter facta ſit. [Cũq; eleuaſſet &c.] Circa hæc ſcribit Lyra: Quædam
Gloſſa Hebraica dicit hic,ꝙ Abrahã voluit ſurgere ex reuerẽtia apparitiõis diuinæ,ſed dñs
dixit: Sede,tu es eñ ſignũ filijs tuis,q̃a futurũ eſt vt filij tui ſedeãt tãq̃ iudices in cõcilio,& ego
ſtẽ. Quæ Gloſſa cõſonat fidei nr̃æ,atq; impleta eſt qñ ſaluator nr̃ De⁹ & hõ,ſtetit corã prin
Matt. 26. cipibus ſacerdotũ, cõſedẽtibus in cõcilio ad ipſum dijudicãdũ. Neſcio tñ q̃d intellexerit iſte
Joan. 18. gloſſator ꝑ verba ꝓhabita. Cõtingit eñ interdũ, Deo ſic diſponẽte, vt loquẽs præter ꝓpriã
intentionẽ verba ſua ſic ꝓferat,ꝙ cõſonãt fidei orthodoxæ, queãdmodũ in Ioãne legit̃ Cai
phas ꝓtuliſſe: Expedit vt vn⁹ moriat̃ homo ꝓ populo,& nõ tota gẽs pereat. Hæc Lyra. Itaq;
Ioan. 11. apparuit dñs Abrahæ ꝑ angelos,ſicut ſubiũgitur: [Cũq; eleuaſſet oculos] ad circũſpiciẽdum
ex cauſa ꝓ̃tacta, [apparuerũt ei tres viri].i. tres angeli in ſpecie habituq; virili. [ſtãtes prope
eũ].i.nõ remote ab eo. LXX. trãſtulerunt, [propter eũ:] qm̃ propter eũ venerũt, q̃uis nõ tan-
tũ propter eũ. Deniq; cũ eſſet tãta deuotiõe hoſpitalitati intẽtus, meruit pro hoĩbus angelos
ſanctos ſuſcipere. Origenes vtit̃ litera tali, [ſtãtes ſup eũ.] Et dicit ꝙ ſcriptura ſic loquitur,
Origen. ad inſinuandũ præcipua merita Abrahæ,cui angeli ſpiritaliter ꝓpinquiſſimi erãt, eo ꝙ ipſe
vitã angelis ꝯplacentiſſimã duceret. Ait equidẽ Origenes: Cõferamus viſionẽ hãc Abrahæ,
Idem. cũ illa q̃ facta eſt Loth. Tres angeli veniunt ad Abrahã,& ſtãt ſup eũ. Ad Loth veniũt duo,
& ſedẽt in platea. Vide ſi nõ diſpẽſatiõe ſpũſſancti,ꝓ meritis res gerũtur. Etẽ Loth longe
inferior erat Abrahã. Aliàs terra & habitatio Sodomoꝝ ei nõ placuiſſet. Veniũt ergo tres
viri ad Abrahã meridie,ad Loth duo de veſpere. Nõ eñ capiebat Loth magnitudinẽ lucis
meridianę,cuius Abrahã capax fuit. Hæc Origenes. [Quos cũ vidiſſet,cucurrit in occurſum
eoꝝ.] putauit q̃ppe ꝙ hoĩes peregrini eſſent,ideo accelerauit ad ipſos,vt ipſos ad ſuã dedu-
ceret mãſionẽ,& bene reficeret eos. In q̃ innoteſcit mirabilis feruor, deuotio,humilitas,pie-
tas & liberalitas huius beatiſſimi patriarchæ. ¶Circa hęc quærit̃, cur tres angeli ſimul appa
ruerũt. Ad hoc ſancti reſpõdẽt,ꝙ Deus altiſſim⁹ vnus in eſſentia,& trinus in ꝑſonis,miſit an
gelos tres ad ſupbeatiſſimæ trinitatis myſteriũ deſignãdũ. Vnde & Abrahã in tribus vni ſin
gulariter eſt locut⁹,vnũq; adorauit. ꝓpter q̃d cãtat eccleſia: Abrahã tres vidit,& vnũ ado-
Ioſep. li. rauit. Ioſeph⁹ vero & alij multi dicũt,ꝙ vn⁹ angeloꝝ illoꝝ miſſ⁹ fuit annũciare futurã Iſaac
1. Antiq. cõceptionẽ: alij duo,vt euerterẽt Sodomã. Porro,vt recitat Lyra, Hebræi dicunt, ꝙ iſti tres
Iud. c. 19 angeli,fuerũt Michael,Gabriel,Raphael,atq; ꝙ Michael miſſus fuit ad denũciandũ de Iſaac
naſcituro,Gabriel ad Sodomã euertendã, Raphael ad ſanandũ Abrahã adhuc dolentẽ ex
circũciſione. Nã dicũt apparitionẽ iſtã cõtigiſſe tertia die poſt circunciſionẽ illius,& ad eri-
piendũ ipſum Loth cũ ſuis de periculo Sodomoꝝ. Iſta ꝓ maiori parte vident̃ incerta,an ſ.
tres angeli illi,fuerũt ꝑſonæ tres iſtæ ꝓ̃fatæ, & an apparitio iſta cõtigerit 3. die poſt Abrahæ
circũciſionẽ. Itemq;,an vnus miſſus fuit ad Abrahã de illo dolore curandũ,q̃a de hoc textus
nil loquit̃,& etiã an vnus ſpecialiter venit ad Sodomæ euerſionẽ, ꝓ̃ſertim cũ ſequẽti capitu
Gen. 19. lo duo angeli ꝓteſtentur: Delebimus locũ iſtũ. Et iteꝝ: Miſit nos dñs vt ꝑdamus illos. Quo
Ibidem. cõſtat,ꝙ ambo miſſi erãt ad hoc. Ambo q̊q; admonuerũt Loth ad exeundũ de Sodomis, im
mo cogebãt eũ,& appræhenderũt manũ eius & cõiugis ſuæ,&c.& poſuerũt eũ extra ciuita-
tẽ. [& adorauit in terra] Quidã dicũt ꝙ adorauit oẽs tres angelos adoratiõe duliæ,q̃ impen-
ditur rationalibus creaturis,queãdmodũ Nathã & Bethſabee adorauerũt regẽ Dauid,vt le-
3. Reg. 1. git̃ 3. Regũ. Putauit eñ ꝙ hoĩes eſſent. Alij dicũt ꝙ vnum ſpecialiter adorauit, & ꝙ adorauit
eundẽ adoratiõe latrię,q̃d ſaluari poteſt,dicẽdo ꝙ adorauit dñm Deum in angelo. Veruntñ
Auguſti. ſecundũ Auguſtinũ & Gregoriũ,in adoratione hac & poſtea ad tẽpus Abrahã æſtimauit,ꝙ
Gregor. angeli iſti hoĩes eſſent: ideo verius credit̃,ꝙ de adoratiõe duliæ iſtud intelligatur,præſertim
Gene. 19 cũ ſequẽti capitulo Loth legatur angelos adoraſſe. Verũtñ R. Paulus dicit,ꝙ intelligẽdum
ſit de adoratione latriæ,qm̃ ſcriptũ eſt,ꝙ adorauit pronus in terrã,q̃ argumẽtatio nõ proce
In Rabbi dit,qm̃ Ioſue adorauit angelũ pronus in terrã,& Nathã Dauid. Ioannes q̊q; in Apocalypſi:
Paulum. Cecidi,inq̃t,ad pedes eius,videlicet angeli,vt adorarẽ eum. Quæ oĩa certũ eſt de adoratione
Ioſue 5. duliæ dici. [& dixit: Dñe,ſi inueni grãm in oculis tuis].i.ſi corã te placeo,& pietatẽ tuã oſtẽ
3. Reg. 1. dis in me, [ne trãſeas ſeruũ tuũ] hoc eſt,nõ tam cito pertrãſeas me,q̃n primo vtaris obſequio
Apo. 19. & beneficijs meis,de q̃bus ſubiũgitur, [ſed afferã pauxillũ aquæ, & * lauate pedes veſtros.]
& 22. ¶Circa hoc q̃ritur,q̃d ſibi velit iſte modus loquẽdi, ꝙ ſ. trib⁹ viſis ſingulariter loquitur vni,

quẽ & ſpecialiter dñm vocat. Deinde mox rurſus pluraliter eos alloquit̃: Lauate, inquiẽs,pe
des vr̃os. Ad hoc Gloſſa reſpõdet,ꝙ Abrahã Deũ in angelis ſentiẽs, maluit Deo loqui q̃ an- Auguſt.
gelis. Auguſtin⁹ vero: Abrahã,inq̃t,& Loth in viris illis agnoſcebãt dñm,cui ꝑ ſingularem 16. de ci.
numeꝝ loquebãtur,cũ viros illos eſſe hoĩes arbitrarent̃. His cõſonat, ꝙ cum dixiſſet nume- Dei.
ro ſingulari, dñe ne trãſeas ſeruũ tuũ, cum de humanis obſequijs ſubderet, ſtatim pluraliter
addidit: [lauate &c.] Alij dicũt,ꝙ tres angeli ſic apparuerũt,ꝙ vnus videbatur principalior
inter eos,is ſcilicet qui ad annunciandũ natiuitatẽ Iſaac venerat, quẽ dicũt Hebræi Michae
lẽ fuiſſe,vt tactũ eſt. ideo q̃uis Abrahã æſtimauit ꝙ hoĩes eſſent, illũ tñ principalẽ ſingulari-
ter eſt affatus, arbitrãs ſi ille acquieſceret ſuæ petitioni, alij quoq; duo nõ denegarẽt. Et di-
cũt nõnulli,ꝙ principalis ille angelus iuit in medio,ſ. inter alios duos: quia tunc dicũt con-
ſuetudinẽ extitiſſe,ꝙ principalis inter tres gradiẽtes,pergebat in medio,& ꝙ Abrahã ꝑ hoc
principalẽ illũ cognouerat. Aſſerũt q̊q;,ꝙ hoĩes nõ ibant tũc calceati,neq; equeſtres vt mo-
do: idcirco rogauerat Abrahã, quatenus pedes ſuos lauarẽt. Et q̃uis probabile ſit, ꝙ angeli
illi nõ apparuerũt calceati, incertũ tñ videtur ꝙ gñaliter hoĩes tunc inceſſerint nõ calceati,
immo cõſtat ꝙ tẽpore egreſſionis filioꝝ Iſrael ex Aegypto,hoĩes vtebant̃ equis ad equitan
dũ,& calceis ad eundum,cũ de filijs Iſrael pro tẽpore illo dicatur: Nec calceamẽta pedũ ve- Deu. 29.
ſtroꝝ vetuſtate cõſumpta ſunt,atq; de Pharaonis miniſtris: Equũ & aſſcenſorẽ proiecit in Exod. 15.
mare. Itẽq;: Ingreſſus eſt eques Pharao cũ currib⁹ & equitibus ei⁹ in mare. Deniq; lotio cõ Ibidem.
petit etiã calceatis,ꝓ̃ſertim itinerãtibus. [& requieſcite ſub arbore,] quia delectabile eſt,tem-
pore calido ſub ramis arboꝝ repauſare ac refici,& cõtra æſtũ ſolis refrigeratiuũ. Arbor ve-
ro hæc,querc⁹ fuit. Nã alia trãſlatio habet: Apparuit Deus Abrahæ ad quercũ Mãbre. Ori- Origen.
genes etiã vtitur litera tali, Declina ad pueꝝ tuum,& refrigera te ſub arbore. De hac arbore Euſebi⁹.
in Scholaſtica recitat̃ hiſtoria: Habitauit Abrahã circa quercũ vel terebynthũ,cuius radices Ioſep. li.
adhuc apparẽt, quã Ioſephus ꝓprio noĩe expreſſit, dicẽdo: Habitauit Abrahã circa ilicem 1. Anti.
quæ vocat̃ Agygo. Arborq; illa,ſecundũ Hieronymũ,vſq; ad tẽpus Theodoſij Imperatoris Iu. ca. 19.
durauit,& ex ea orta perhibet̃ quæ nũc eſt,quæ q̃uis ſit arida,tñ medicinalis exiſtit,de qua q̃ Hieron.
tulerit ſecũ,nõ ſe ei infundit venenũ. Hæc in ꝓ̃fata hiſtoria. [Ponãq; buccellã panis].i.cibum
& potũ,quæ noĩe panis in ſcripturis frequẽter ſignãtur. Loquitur quoq; Abrahã humiliter
ac modeſte,ꝑ minus ſignificans maius. [* & cõfortate cor veſtrũ,] comedendo. ¶Ex quibus
probat̃,ꝙ Abrahã æſtimauit eos hoĩes eſſe,qui ambulãdo & ieiunãdo fatigarẽtur ac debi-
litarent̃. Cor demũ q̃nq; ꝓ corporali parte ac mẽbro accipit̃, de quo philoſophus cõteſta-
tur,ꝙ ſit primũ viuẽs,& vltimũ moriẽs. Quod cibo & potu directe cõfortat̃. Interdũ vero
accipit̃ cor pro mẽte,intellectu ſeu volũtate,de quo Pſalmiſta fatetur: Cõfitebor tibi dñe in Pſalm. 9.
toto corde meo. Quod cibo & potu indirecte cõfortat̃,ſicut & fame nimia & corporali laſ 85. 100.
ſitudine debilitat̃, inquantũ ex bona & naturali corporis diſpoſitione, mens magis idonea Pſal. 137.
reddit̃ ad act⁹ intellectuales,in q̃b⁹ corp⁹ atq; organicę vires mẽti ſubſeruiũt. [Idcirco eñ de
clinaſtis ad ſeruũ veſtrũ.] vt ſ. exhiberẽ vobis iſta pietatis obſequia. Illa tñ nõ fuit principalis
ratio ꝙ illuc venerũt,ſed Abrahã dixit hoc blãde loquẽdo,& ex quadã pia fiducia,vt moris
eſt inuitantiũ,vt ſic magis alliceret illos. [Qui dixerũt: Fac vt locutus es.] Cur ſtatim acquie
uerũt Abrahæ,cũ ſequẽti capitulo legãtur duo angeli dixiſſe Loth eos inuitãti, Nequaq̃,ſed
in platea manebimus? Reſpõdet Petr⁹ Alphõſi vir Chriſtianiſſim⁹ atq; doctiſſim⁹ ex Iudai-
ſmo cõuerſus,ꝙ ꝓpter reuerẽtiã & excellentiã Abrahę patriarchę mox acquieſcebãt,Loth
vero minoris fuit authoritatis,idcirco prima facie denegabãt. Ex q̃bus idẽ Petrus cõcludit,
ꝙ qñ q̃s inuitat̃ à ꝑſona multũ excellẽti,debet acquieſcere ſine reniſu. [Feſtinauit Abrahã in
tabernaculũ ad Sarã,dixitq; ei: Accelera,& tria ſata ſimilę cõmiſce.] Satũ mẽſurã quandã ſi-
gnificat. Vnde ſecũdũ Iſidoꝝ,ſatũ cõtinet modiũ vnũ cũ medio. Simila vero eſt farina puriſ
ſima. Hic Origenes vtit̃ litera iſta: Cõſperge tres menſuras ſimilaginis. [& fac ſubcineritios Origen.
panes] ex tãta ſimila ſic cõſperſa. Nõne Abrahã habebat in domo panes ſufficiẽtes? Reſpon
dendũ,ꝙ vtiq;,ſed voluit tã venerãdis hoſpitibus recẽtia ac ſpecialia ꝓponere fercula,idcir-
co in Scholaſtica fert̃ hiſtoria: Parauit eis encænia.i. peregrina,precioſaq; fercula,ꝓpter q̊d
ſubdit: [Ipſe v̊o ad armentũ].i.pecoꝝ gregẽ [cucurrit,& tulit inde vitulũ tenerrimũ & opti- Euſebi⁹.
mũ].i.nouellũ,eſuiq; aptiſſimũ,& in ſuo gñe valde bonũ, [deditq; puero].i.miniſtro,& forſi
tã coquo. Nã ſubdit: [Qui feſtinauit & coxit illũ.] Puer ille ſecundũ Hebræos (vt refert Ly-
ra) Iſmael fuit,cui Abrahã vitulũ dedit coquendũ, vt ipſum ad opera hoſpitalitatis faceret
aſſuetũ. Sed ſi iſta (vt dicũt Hebræi) acciderũt tertia die poſt Abrahę circunciſionẽ,in q̃ Iſma
el 13. erat annoꝝ,nõ videt̃ Iſmael in tãtilla ætate aptus fuiſſe ad vituli coctionẽ. [Tulit quoq;
butyꝝ & lac,& vitulũ quẽ coxerat].i.coqui fecerat. Et ſicut Scholaſtica dicit hiſtoria, vitu- Euſebi⁹.
lus fuit aſſatus, forſan eñ pars eius fuit aſſata. [& poſuit corã eis,] ita ꝙ perſonaliter mini-
ſtrauit ad mẽſam. De potu nihil hic dicitur,neq; exprimitur ꝙ pedes ſuos lauerũt,ſed ex alijs
dat̃ hoc ſatis intelligi. Ex prædictis patẽt liberalitas,feruor,pietas atq; alacritas Abrahę iam

centenarij,in charitatis & miſericordiæ actib⁹.Hinc Origenes diſſeruit:Cõſidera,ptinus im
Origen. pigrũ & alacrẽ ſenẽ. Occurrit obuiã, refeſtinat ad domũ, & dixit vxori,Feſtina,&c.Vide in
oĩbus quãta ſit ſuſcipiẽtis alacritas:feſtinatur in oĩbus,oĩa perurgentur,nihil per ocium ge-
rit,Abrahã currit,vxor accelerat, puer feſtinat,nullus piger eſt in domo ſapiẽtis. [Ipſe vero
ſtabat iuxta eos ſub arbore.]Adſtabat edẽtibus,paratus ad miniſtrãdũ,& ,ppter reuerẽtiam
hoſpitũ,atq; ad intuendũ ne qd deeſſet,negligẽterve fieret.Sed mirũ ꝙ nõ inuitabãt tñ pa-
triarchã ad cõſedendũ & reficiendũ cũ ipſis,ad q̃d dici poteſt,ꝙ nõ oĩa ſcripta ſunt,ideo q̃-
uis nõ ſit ſcriptũ ꝙ eũ ad hoc nõ inuitauerint,nõ tñ ſequit ꝙ nõ fecerũt hoc.Vel forſitã tã hu
militer ſe geſſerũt,ꝙ nõ intromiſerũt ſe de hoc,p̃ſertim cũ reficerẽt gratis vt pegrini. [Cũq;
comediſſent,dixerũt ad eũ:Vbi eſt Sara vxor tua?] Veriſimile eſt ꝙ vnus eorũ quæſiuit hoc,
ſed aſſcribit eis cõmuniter,ſecũdũ q̃d ſocietati aut cõmunitati ſolet attribui q̃d cõuenit par-
ti eius.Nec ex ignorãtia venit interrogatio iſta,ſed vt aptius veniretur ad p̃nunciãdũ Iſaac.
[Ille reſpondit:Ecce in tabernaculo eſt.] Quia ex virtuoſo pudore & caſtimonia coniugali
ſubtraxit ſe à virorũ p̃ſentia. [Cui dixit] angelus ille,vt cõmuniter dicit, q venerat nunciare
de Iſaac naſcituro. [Reuertẽs veniã ad te tẽpore iſto] hoc eſt, eodẽ die anno reuoluto, [vita
comite]Hoc addit,loquẽdo more humano,qa adhuc homo æſtimabat,& vt hoĩes talẽ in lo
quẽdo obſeruẽt modeſtiã,ne incaute aſſeram⁹ nos hoc aut illud facturos in poſterũ,ſed ſub
cõditione,videlicet Deo volẽte,& ſi vixerim⁹,ſecundũ q̃d Iacobus apoſtol⁹ in ſua docet ca-
Iacob.4. nonica:Vt dicatis,ſi dñs voluerit, & ſi vixerim⁹,faciemus hoc aut illud. Itẽq;,vt innuat,etiã
eſſe & viuere ſupnorũ ciuiũ, inceſſabiliter depẽdere à Deo, q̃uis certi ſint ſe nunq̃ amiſſuros
q̃d habẽt.[& habebit filiũ Sara vxor tua]infra hunc annũ. [Quo audito,Sara riſit poſt oſtiũ
Auguſt. tabernaculi.]Qui riſus,ſecundũ Auguſtinũ,fuit dubitatiõis:ideo Sara eſt rep̃henſa. Riſus aũt
Abrahę fuit admiratiõis & gaudij.Itaq; Sara dubitauit,& nõ credidit,qa ad naturales cau-
ſas reſpexit,ppter q̃d ſubditur:[Erãt aũt ambo ſenes, ,puectæq; ætatis.]Et ſeniũ iſtud fuit in
Sara vna cauſa infœcũditatis. Alia fuit ſuę infœcũditatis ratio naturalis, q̃ & in iuuẽtute ſua
erat naturaliter infœcũda ſeu frigida. [& deſierãt Saræ fieri muliebria].i.mẽſtrua ampli⁹ nõ
fiebãt in ea,ideo fuit infœcũda.Et iſta ratio ſenectutẽ cõſequebatur.Circa hoc loqtur Aug.
Aug. 16 Sara erat ſanguine mẽſtruo deſtituta,ppter q̃d parere iã nõ poſſet,etiã ſi ſterilis non fuiſſet.
de ciuit. Porro,ſi fœmina ita ſit ,puectioris ætatis,vt ei ſolita muliebria adhuc fluãt,de iuuene pare-
Dei. re poteſt: de ſeniore nõ poteſt,q̃uis ſenior ille adhuc de adoleſcẽtula gignere poſſit,quẽad-
modũ Abrahã poſt mortẽ Saræ de Cethura aliq̃s generauit.Hæc Auguſt.[Quæ riſit occul-
te,dicẽs]q̃ſi arguẽdo de impoſſibilitate diuinæ ,pmiſſionis:[Poſtq̃ cõſenui,& dñs meus vetu
lus eſt,]Maritũ ſuũ ex humilitate dñm ſuũ appellat, q̃d beatiſſ. prĩceps apoſtolorũ in 1. ſua
1.Petr.3. cõmemorãs canonica,ppõnit mulierib⁹ imitandũ:Mulieres,inquiẽs,viris ſuis ſubiectę ſint,
ſicut Sara obediebat Abrahæ, dñm eũ vocãs.[voluptati operã dabo?]q.d.nõ decet.Et verũ
eſt ꝙ nõ decuit ,ppter voluptatẽ marito cõiũgi,ſed ,ppter ,plem deſup repromiſſam. ¶Præ-
terea ex iſtis elicitur verbis,ꝙ Sara iã diu à viri cõtinuerat copula,p̃ſertim à tẽpore q̃ natu-
rale tẽpus cõcipiendi effluxerat.[Dixit aũt dñs ad Abrahã:]Per dñm intelligitur angelus,q
ex pſona Dei Abrahæ filiũ ex Sara ,pmiſit.[Quare riſit Sara vxor tua,] ex diffidẽtia[dicẽs:Nũ
vere paritura ſum anus?]q.d.Ego iã vetula parere nõ potero,reſpiciens ad vim ordinemq;
naturæ,nõ ad efficaciã grãe ac virtutis diuinæ. Et in hoc erat culpabilis. Neſciebat tñ ꝙ iſte
promiſſor angelus eſſet.[Nunqd Deo quicq̃ eſt difficile?] Tanq̃ dicat, cũ Deus oĩpotens ſit,
cui oĩa nõ ſolũ poſſibilia,ſed & facilia extãt,non debuit Sara hæc dubitare de veritate diuini
promiſſi.[Iuxta condictũ].i.ſicut iã dixi,[reuertar ad te &c.]Sara dubitãdo & ridẽdo pec-
cauit,& tñ angelus nõ ſtatim increpauit eã immediate, ſed primo ſciſcitatus eſt eius mari-
tũ,cur ipſa riſiſſet,ad innuẽdũ ꝙ vir caput eſt mulieris,ad quẽ ptinet vxorem dirigere, & in
moribus informare,ac delinquentẽ corripere,ita ꝙ culpa cõiugis in ipſum redũdat, niſi in
p̃dictis iuſte ſe habeat circa illã.[Negauit Sara,dicens:Nõ riſi,]Et in hoc more fœmineo au
xit culpã mẽtiendo,ſeq; non vere excuſando. Mendaciũ tñ illud fuit veniale,nõ ex malitia,
ſed paſſiõe timoris,ad quẽ mulieres naturaliter pnæ ſunt,pdiens.[timore pterrita.] Timuit
qppe,cũ audiſſet ꝙ dñs riſum ſuũ ſecretũ tã cito depræhẽdiſſet.[Dñs aũt:Nõ eſt,inqt, ita,ſed
riſiſti.]Circa hoc quæri poteſt,cur Deus Sarã pro ſua dubitatione,riſu & diffidẽtia, non pu-
Lucæ 1. niuit,quẽadmodum Zachariã? Dicũt aliq ꝙ fœmineæ leuitati pepercit,vel quia in dubita-
tione nõ extitit ptinax,ſed correpta pœnituit, confeſtimq; credidit. Vel multũ excuſabilis
erat,& magis q̃ Zacharias,qa nõ ſciuit eum qui pmittebat,eſſe angelũ Dei,neq; diſtinctã ha
buit de eius pſona notitiã.[Cum ergo ſurrexiſſent inde viri].i.angeli iſti qui facta refectiõe,
promiſſione & collocutione,more hoĩm ſurrexerunt à loco illo,[direxerũt oculos ſuos con
tra Sodomã]q̃ſi indignãtes ſceleratiſſimæ ciuitati,& eam adſpiciẽtes ad puniendũ.[& Abra
ham ſimul gradiebatur] cum illis videlicet angelis,[deducẽs eos,] quẽadmodum moris eſt,
ꝙ hoſpites multum chari ſiue notabiles,deducantur ad ſpatium aliq̃d, Dicuntq; aliqui ꝙ
adhuc

adhuc putabat angelos iſtos hoĩes eſſe. Veruntñ puto ꝙ ab ea hora qua vnus eorũ cœpit ſi-
bi p̃dicere de Sarę cõceptu infra annũ,cœpit coniçere aut ſentire ꝙ angeli eſſent.Nã & an-
te idẽ fuit prænunciatũ p angelũ, vt dictũ eſt ſæpe. [Dixitq; dñs,] vtpote angelus iſte princi-
palis,qui Iſaac conceptionẽ p̃dixit:[Nũ celare potero Abrahã]q.d.Nõ decet vt abſcondam
ab eo,[q̃ geſſurus ſum]in ſubuerſiõe Pentapolis,[cũ futurus ſit in gentẽ magnã atq; robuſtiſ
ſimã]hoc eſt,cũ ſit tãtus patriarcha,ꝙ innumerabiles ex eius poſteritate naſcẽtur, immo cũ
ſit pater oĩm crediturorũ,[& benedicẽdæ ſint in illo]hoc eſt,in Chriſto ex ei⁹ ſemine naſci-
turo,[oẽs nationes terræ?]quæ ſaluant p Chriſtũ,quæ verba ſæpe expoſita ſunt. [Scio eñ ꝙ
præcepturus ſit filijs ſuis,]videlicet Iſmaeli quẽ nũc habet,& Iſaac,alijſq; q̃s habebit,[& do-
mui ſuæ poſt ſe].i.domeſticis ſuis,[vt cuſtodiãt viã dñi].i.Dei pręcepta corde cuſtodito ob-
ſeruẽt,[& faciãt iuſtitiã,]reddẽdo vnicuiq; q̃d ſuum eſt,[& iudiciũ]diſcrete agendo,atq; ſe-
ipſos ac ſubditos ſuos veraciter iudicãdo. [vt adducat dñs ,ppter Abrahã oĩa q̃ locutus eſt
ad eũ].i. vniuerſa q̃ ,pmiſit aut retulit Abrahæ, impleat p merita Abrahæ. Veruntñ merita
Abrahæ nõ promeruerũt de cõdigno impletionẽ oĩm Dei ,pmiſſionũ,videlicet incarnatio-
nẽ filij Dei,& mũdi ſaluationẽ p ipſum,ſed de quodã cõdecẽti ſeu cõgruo,qm̃ fuit vir pręci-
pue iuſtus & magnus,immo & Dei amicus. Amicis aũt, p̃ſertim familiaribus & prædignis,
ſolent reuelari ſecreta,quẽadmodũ Amos ,ppheta teſtat:Nõ faciet dñs verbũ,niſi reuelaue- Amos 3.
rit ſecretũ ſuũ ad ſeruos ſuos ,pphetas,immo viri heroici & pfecti p donũ ſapientiæ cõſum-
matæ,efficiũtur quaſi cõſiliarij ac ſecretarij Dei, ita ꝙ Deus incerta & occulta ſapientiæ ſuę
eis reuelat. Taliſq; extitit Abrahã,q q̃ perfect⁹ fuerit in Dei amore,cõſtat ex hoc,ꝙ ſobolem Pſal.50.
ſuã atq; familiã tã ſolicite induxit ad Dei cultũ.Nã tãto quiſq; in Dei amore pfectior perhi-
bet,quãto plures ad ipſum cõuertit.Nouerat q̃q; tũc Abrahã,q̃d poſt multa tẽpora ſcripſit
Apoſtolus:Si qs ſuorũ & maxime domeſticorũ curã nõ habet,fidẽ negauit,& eſt infideli de- 1.Tim.5.
terior. [Dixit itaq; dñs]ſ.angelus iſte in Dei pſona iam loquens:[Clamor].i. clamoroſa ſeu
clamitãs prauitas.[Sodomorũ & Gomorrhæorũ]p q̃s & aliarũ triũ vrbiũ habitatores turpiſ
ſimi intelligũtur,vtpote Adamæ,Seboim & Segor,[multiplicat⁹ eſt].i. numero & enormi-
tate excreuit.[&] pro.i. [peccatũ eorũ] .i.multitudo iniquitatũ eorũ. [aggrauatũ eſt nimis]
qm̃ peſſima cõſuetudo vicit & oppreſſit eos totaliter,immo ad tantã vitiorũ voraginẽ erant
,plapſi,ꝙ de nulla turpitudine verecũdabant,vt infrà dicet. De quorũ ſceleribus in Ezechie
le habet:Ecce hæc fuit iniqtas Sodomæ,ſupbia,ſaturitas panis,abũdãtia,& ociũ eius,& ma- Ezec.16.
nũ egeno & pauperi nõ porrigebãt.Vnde & Ioſephus:Sodomitæ,inqt,diuitijs elati,hoĩbus Ioſep.li.
cõtumeliã faciebãt,& erãt impij ad Deũ,vt nequaq̃ recordarẽtur beneficiorũ ipſius, auerſiq; 1.an. Iu.
ſunt à ſuſceptiõe peregrinorũ,& circa eos affectũ habere deſtiterũt. Verũtñ ſpeciale ac gra- cap.19.
uiſſimũ ſcelus eorũ,fuit vitiũ contra naturã,q̃d & ſpecialiter dicit clamare ad Deum, qm̃ ſua
enormitate expetit vltionẽ.De 4.aũt peccatis q̃ clamãt ad Deũ,dictũ eſt ſuper illud:Vox ſan
guinis fratris tui clamat ad me de terra.¶Deniq; ſecundũ Gregoriũ,peccatũ cũ voce,eſt cul Gene. 4.
pa interior cũ praua actiõe.Peccatũ vero cũ clamore,eſt culpa cũ irrefrenata libertate,vt dũ Gregor.
quis cũ audacia publice peccat ad libitũ.Secũdũ Gloſſam q̃q;,clamor iniquitatis,eſt euiden
tia publicati flagitij q̃ accuſatore non eget.[Deſcendã,& videbo,vtrũ clamorẽ qui venit ad
me,opere cõpleuerint, an nõ eſt ita vt ſciã.]Iam dñs per ſubiectã creaturã ſtetit in terra, &
loquebat cũ Abrahã,ac aſſertiue recitauit ſcelera Sodomorũ,q̃ & ei certiſſime nota erãt,quõ
ergo nũc ait,Deſcendã & videbo,&c?Quaſi nõ deſcendiſſet,nec vidiſſet, neq; cognoſceret
Sodomorũ facinora. Et reſpondendũ ꝙ Deus in verbis his loquit more & affectu humano
propter cauſas cõdignas:primo,vt inſtruat iudices ac cæteros vniuerſos, ne nimis faciliter
credãt vera eſſe q̃ audiũt,præſertim dũ magna de alijs percipiũt ſcelera, ſed perſonaliter ea
pro poſſe cõſiderent & obſeruent. ideo dicit Gregorius: Mala hoĩm non ante credamus, q̃ Gregor.
probemus:maioraq; crimina tarde credant,& cũ veraciter agnita fuerint, citius puniãtur.
Secũdo,vt cõpeſcat hoĩes à præcipitãti,temerariaq; prolatione ſentẽtiæ, immo anteq̃ ſen-
tẽtiẽt,cauſam quã neſciũt,diligẽtiſſime inueſtigẽt. Tertio,ad inſinuandũ enormitatẽ vitiorũ
Sodomiticorũ,quæ adeo grauia ſunt,ꝙ Deus loquebatur modo p̃fato,quaſi non aut vix cre
dẽs,& velut admirãs ꝙ tã abominabilia ſcelera poſſent inter hoĩes inueniri.Itaq; dixit: De-
ſcendam,nõ locũ mutãdo,quãtũ ad incircũſcriptibilitatẽ atq; inuariabilẽ deitatis naturam,
ſed inferiora cõſiderando,vel potius oſtẽdendo me ea ppendere. [Et videbo] per infallibi-
lem ſapientiæ ac iuſtitiæ meæ intuitũ.[vtrum clamorẽ qui venit ad me].i.an prædictam cla
mitantẽ iniquitatẽ,quæ corã me expetiuit vltionẽ dũ facta eſt, [opere cõpleuerint, an non
eſt ita vt ſciam].i.vt per debitã vindictam oſtendã me ſcire exceſſus illorũ. [Cõuerteruntq;
ſe inde]duo angeli[& abierũt Sodomã.]Et ita dñs etiã per duos angelos illos deſcẽdit ad vi
dendũ vitia Sodomorũ,iuxta illud Gregorij: Ecce dñs per angelos ad cognoſcẽda hominũ Idem.
mala deſcẽdit.[Abrahã vero adhuc ſtabat coram dño].i.angelo illo principali, Dei perſo-
nam repræſentante.[& appropinquãs]dño, vt magis adſpiceretur & citius exaudiretur ab

eo. Ex charitate eñ cõdoluit inſtanti periculo Sodomoꝝ. Et qñ charitas eſt vis vnitiua, ex
interiori charitatis motu ſeu affectione etiã corporaliter vniuit ſe dño, appropinquãdo ad
eũ, ad oſtẽdendũ ſuæ charitatis affectũ, tã ad ipſum dñm q̃ ad ꝓximos. [ait: Nunquid ꝑdes
iuſtũ cũ impio?] q.d. Non decet hoc tuã iuſtitiã. Quocirca ſciẽdũ, ꝙ Deus nunq̃ æternaliter
dãnat iuſtũ cũ impio, ſed in hac vita q̃nq; ꝑmittit iuſtos occidi cũ impijs. Vnde ꝑ Ezechielẽ
Ezec. 11. ad Hieruſalẽ ait: Occidi in te iuſtum & impiũ, q̊d facit ꝓpter maiorẽ iuſtoꝝ mercedem, &
quatenus in hac vita pro ſuis culpis purgẽtur, eorum'q; patiẽtia exerceatur, & fides eorum
probetur. Interdũ vero eripit iuſtos, ne cũ impijs trucidẽtur, ſicut & filios Chore præſerua-
Num. 16 uit, ne cũ ſuo patre abſorberent à terra. Occulta eñ & incõpræhenſibilia, immo & multipli-
Rom. 11. cia ſunt oĩpotentis iudicia. Vnde intelligẽdum eſt, ꝙ dñs non ꝑdit tẽporaliter, hoc eſt, cor-
poraliter nõ occidit, nec occidi ꝑmittit iuſtos cum impijs, niſi ꝓpter maius bonũ iuſtoꝝ, ita
ꝙ talis eoꝝ ꝑditio eſt copioſius lucrũ ipſoꝝ. Quidã vero referũt verbũ iſtud ad Loth, quaſi
Abrahã voluerit dicere: Nõ perdes iuſtũ Loth cum Sodomitis. Cum'q; ſatis certus eſſet de
hoc, cœpit orare ꝓ Sodomitis cõmuniter. Verũtñ ſecundũ expoſitores, intẽtio Abrahæ fuit
orare pro tota Pentapoli. Audierat eñ à dño: Clamor Sodomoꝝ & Gomorrhæorum ve-
nit ad me; atq; à dño intellexit inſtare ſubuerſionem nõ Sodomæ tãtũ, ſed & alijs 4. vrbibus
ei annexis, ſubiectis, & in vitijs cõformatis. Itaq; ait: [Si fuerint 50. iuſti in ciuitate, peribunt
ſimul?] hoc eſt, delebis iuſtos illos tã multos cum iniuſtis? [& non parces loco illi ꝓpter 50.
iuſtos, ſi fuerint in eo?] Interrogatiue & negatiue legendũ eſt iſtud. Tanq̃ dicat: Oĩno decet,
vt merito 50. iuſtoꝝ parcas toti illi cõmunitati reſiduæ. ideo ſubdit: [Abſit à te vt hanc rem
facias, & occidas iuſtũ cum impio] .i. tot iuſtos cũ impijs cæteris. [fiat'q; iuſtus ſicut impius]
.i. impio aſſimilet in plaga illa à tua iuſtitia. [Nõ eſt hoc tuũ] hoc eſt, bonitatẽ, iuſtitiã, & ſa
piẽtiã tuã nõ decet, [q̃ iudicas oẽm terrã] .i. cũctos habitãtes in terra. [Nequaq̃* facies iudi-
ciũ hoc] Sãctiſſimus iſte patriarcha ex abundãtia cordis ſui locutus eſt, & ex feruentiſſimo
cordis ſui affectu fiducialiter iſta effatus eſt, atq; præ nimia ſuæ pietatis cõpaſſione, q̃ſi argu-
mẽtando hæc ꝓtulit, q̃ſi nitẽs cõuincere Deũ, & tñ oĩa iſta ꝑ modũ oratiõis ſunt intelligen
da, vt ſit ſenſus: Spero & oro ꝙ nõ facies tale iudiciũ. Verũtñ ſi interdũ occidãt iuſti cũ im-
pijs, aut etiã ab impijs, nõ hoc derogat diuinę iuſtitię, q̃ ex iuſtis & rationabilibus cauſis hoc
efficit aut ꝑmittit: idcirco ĩ tali occiſiõe nõ ſit iuſtꝰ vt impiꝰ, q̃a nõ ex eiſdẽ cauſis vterq; peri
mit. Et mors temporalis vni eſt ianua vitæ ęternæ, alteri mortis ꝑpetuæ: vni purgatio, alteri
dãnationis inceptio. ¶ Præterea q̃dã dicũt, ꝙ Abrahã iſtud orauit nõ ꝓ ſolis habitatoribus
Sodomæ, ſed ſimul pro eis & habitatoribus aliaꝝ 4. ciuitatum, ita ꝙ exorauit vt Deus par-
ceret quinq; vrbibus illis, ſi oẽs pariter haberẽt in ſe 50. iuſtos. Et dicunt ꝙ in verbis præfa-
tis ciuitas & locus ſumunt pluraliter pro ciuitatibus illis ac locis. ſed his nõ videtur cõſona-
re q̊d ſequitur: [Dixit dñs ad eum: Si inuenero] in [Sodomis 50. iuſtos in medio ciuitatis, di-
mittã oĩ loco] .i. habitatoribus totius loci illius, [ꝓpter eos] hoc eſt, propter merita tot iu-
ſtoꝝ. Ad q̊d dicunt, ꝙ noĩe Sodomæ, quæ fuit metropolis regionis Pẽtapolis, intelligũtur
reliquæ vrbes eius. Et ꝙ dñs ait, Dimittã omni loco, exponunt diſtributiue ꝓ cunctis vrbi-
bus illis. Videt tñ textũ ſequẽdo poſſe dici, ꝙ Abrahã iſtud orauit formaliter directe & im-
mediate pro Sodoma. Sed ꝙ orauit pro ea, intẽdebat orare ꝓ qualibet alia 4. ciuitatũ. Nem
pe ſi iſtud orauit pro 4. vrbibus ſimul, ergo & vltimo orauit, ſi eſſent ibi decẽ, parceretur oĩ-
bus propter decẽ, erit intelligendũ de 5. vrbibus illis, ita ꝙ Deus pepercifſet oĩbus illis ꝓpter
decẽ iuſtos: Et ꝙ nõ fuerũt in oĩbus illis decẽ iuſti, q̊d multis nõ videtur. [*Reſpõdit Abra-
hã: Quia ſemel cœpi, loquar ad dñm meum] .i. eadẽ fiducia, qua ſemel dñm inuocaui, & q̃a
ſemel precatus ſum eũ, adhuc ſemel orabo eũdẽ, ꝓſequẽdo meã petitionẽ. [cũ ſim puluis &
cinis] .i. nõ obſtãte mea ꝓpria fragilitate & corruptibilitate, qua cineri pulueri'q; aſſimilor.
Sic'q; humiliãdo ſeipſum in diuinæ p̃ſentia maieſtatis, exaudibilior factus eſt. [Quid ſi mi-
nus 50. iuſtis 5. fuerint] .i. ſi fuerint ibi 45. iuſti, [delebis propter 45. vniuerſam vrbẽ?] hoc eſt:
Nonne parces vniuerſæ vrbi propter 45. iuſtos? [Et ait: Non delebo, ſi inuenero ibi 45.] iu-
ſtos. Deinde Abrahã orando, deſcendit vſq; ad 10. & dñs dixit, ꝙ parceret vrbi, ſi eſſent in
ea 10. iuſti. Quo audito, Abrahã ceſſauit orare. Vel, quia putauit ꝙ ad minus eſſent ibidem
decem iuſti. Vel, quia non audebat magis deſcendere, nec præſumens pro tanto populo ex-
orare, ſi eſſet tam vitioſus quòd non eſſent in eo ſaltem decem iuſti. [Abijt dominus] .i. ange
lus in Dei perſona apparens & loquens, repente diſparuit, & redijt ad ſuperna. [poſtquam
ceſſauit loqui ad Abraham, & ille] ſ. Abraham [reuerſus eſt in locum ſuum.] Circa hæc ſcri
bit Lyra, ꝙ Abraham non audebat infra 9. deſcendere, quia conſiderabat ꝙ 8. perſonę iuſtæ
erãt in arca Noe tẽpore diluuij, & tamen nullus aliorũ fuit ſaluatus propter eoꝝ iuſtitiã, ſed
vt ex p̃habitis patet, Cham vnus illorum 8. fuit iniuſtus, etiam ante diluuium, & deinceps, &
tñ propter ſui patris iuſtitiam fuit à diluuio præſeruatus. Iterum dicit: Abrahã non deſcen-
dit vltra 10. quoniam 10. homines, & non pauciores, faciunt populum. Quod autem pro iu-
ſtitia

ſtitia minoris populi, petatur liberatio maioris populi iniuſti, nõ videt irrationabile: ſed ꝙ
pro iuſtitia tam paucoꝝ ꝙ nõ cõſtituunt populũ, poſtuletur liberatio populi quinq; ciuita-
tum, videtur magis extraneum: ideo Abraham non fuit auſus vltra decem deſcendere.

¶ De myſticis ſenſibus, quæſtionibus, obiectionibus, concernentibus præſens capitulum decimumoctauum. Art. LVIII.

APparuit ei dñs in cõualle Mambre, ſedẽti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei]
Per cõuallem deſignat humilitas: ꝑ feruorem diei, ardens dilectio euangelicę legis ſeu
tẽporis gratię, de q̃ ait Apoſtolus: Dies appropinquauit. Et itẽ: Nos q̃ diei ſumus, ſo- Rom. 13.
brij ſimus. Eſaias q̊q;: In die, inq̃t, illo erit germen dñi .i. filius Dei, in magnificentia & glo- 1. theſ. 5.
ria. Abrahæ ergo ſedenti in cõualle Mambre in feruore diei, hoc eſt, viro fideli in humilita- Eſa. 4.
te & feruida charitate ꝑmanenti ac fixo, Deus apparet. Talem eñ viꝝ dñs copioſe illuſtrat,
& radio cõtemplationis ꝑfundit, atq; ad myſticæ theologiæ ſacratiſſimas viſiones ꝑducit
eundem, ipſum frequenter p̃ueniendo, validius inflammando, & intra ſe rapiendo. Porro
oſtium tabernaculi eſt fides eccleſiæ, in qua ſedere oportet, ſeu Chrs homo q̃ cõteſtatur: Ego
ſum oſtium ouium. [Cum'q; eleuaſſet oculos] .i. interiorẽ viſum, tam ſpeculatiuũ q̃ practicũ, Ioan. 10.
eleuauerit vir talis ad dñm, vt eum honoret, nõ ſolũ credendo & contẽplando, ſed & præce
pta atq; cõſilia adimplendo. [apparuerunt ei tres viri] .i. ad ſuperbeatiſſimæ trinitatis intui-
tionem amoroſam ac radioſam ꝑducitur, cui occurrit per fidẽ, deſiderãs perduci ad patriã,
vt quam per fidem nũc intuetur, ibi per ſpeciem beatifice cõtempletur. adorat'q; eam, ſciens
ꝙ vnaquæq; diuina ꝑſona ſit verus Deus. In tribus q̊q; perſonis vnitatem eſſentiæ ac deita-
tis adorando, colit ac admiratur, & ait: [Dñe] Tres eñ ſuperſanctæ perſonæ, ſunt vnus De-
us, vnus'q; dominus. [ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruũ tuũ] .i. nõ cito te ſub-
trahas contemplationi animæ meæ, ſed fac me tibi perſeuerãter intentũ, & per ꝑfectum aſſi
duum requieſce in me. [ſed afferam pauxillũ aquæ, & *lauate pedes veſtros.] Per pedes ſum
mæ trinitatis, intelligũtur fideles, q̃ Deum per fidẽ portant in ſe. Orat ergo vir bonus, vt De-
us trinitas ſuos purget fideles per aquas cõtritionis & ſapientiæ ſalutaris. [& requieſcite ſub
arbore.] Arbor eſt homo ſeu eius volũtas, ſiue crux Chriſti. Oramus ergo, vt Deꝰ in noſtra
voluntate dignetur pie per charitatẽ morari, & eos q̃ Chriſti paſſionẽ in iugi habent memo
ria, inhabitare. [ponam'q; buccellã panis] .i. hoſtiam ſacrã altaris proponã & ſumã. [* & con
fortate cor veſtrum,] .i. mecum cœnare ac deliciari digneris, q̃ proteſtaris, delicię meę eſſe Proue. 8.
cũ filijs hoĩm. Item'q;: Si q̃s aperuerit mihi, cœnabo cũ illo. Huic petitioni libenter dñs acq- Apo. 3.
eſcit. [Fac] inquiẽs, [ſicut locutus es. Feſtinauit Abrahã ad tabernaculũ] .i. vir Chriſtifidelis
ad eccleſiæ ſuffragia ꝓperat. [& ait ad Sarã] hoc eſt, ad ꝓpriam mentem fœcundã. [Acce-
lera, & tria ſata ſimilę cõmiſce, & fac ſubcinericios panes.] Tria ſata ſimilæ ſunt, fides, ſpes,
charitas, ꝑ quas dñs nobis mẽſurat aliaꝝ incremẽta virtutũ, & retributionẽ beatã in patria.
Quanto eñ in his tribus virtutibus magis proficimus, tanto maiora aliarũ gratiaꝝ chari-
ſmata, abundantiorem'q; gloriam in cælis à Deo participamus. ¶ Porro ſimila, eſt puriſſima
Chri humanitas, ſeu deitatis ſuæ immenſa ſynceritas. Itaq; tria ſata cõmiſcere, eſt haꝝ triũ
virtutũ actus & oꝑa contẽperare, vt ex charitate credamus atq; ſperemus: ex fide q̊q; & ſpe
diligamus: ex fide item ſperemus, & ſperando credamus. Charitas quippe oĩm virtutum eſt
forma & vertex, ſine qua fides & ſpes extant informes ac mortuæ. Sed & fides eſt oĩm fun-
damentum virtutũ, & oculus charitatis. Oportet etiam oĩa fieri in ſpe. Ex hac ergo horum
trium ſatoꝝ cõmixtione & cõſideratione humanitatis, deitatis'q; Chri per aquas deuotio-
nis & lachrymas cõtritionis, fiunt ſubcineritij panes, hoc eſt, humiles refectiones atq; abſcõ-
dita fercula mẽtis, quæ igne charitatis coquũtur. [Ipſe vero ad armentũ cucurrit, & tulit in-
de vitulum tenerrimum & optimum, dedit'q; puero, qui feſtinauit & coxit illũ.] Per armen-
tum deſignatur quęcunq; particularis eccleſia ſeu cõgregatio vere deuota, in qua oues & pe
cora Chriſti ſunt & paſcuntur. Vitulus aũt tenerrimus & optimus, eſt vir virtuoſus, qui Deo
ſe obtulit, & propter Deũ quotidie ſeipſum mortificat. Chrifidelis igitur penſans ſibi non
ſufficere propria merita, talem viꝝ aſſumit, vt eius orationibus meritis'q; iuuetur, quem dat
puero vt coquat illum, dũ eum cõmittit alicui ad exercitãdum. [Tulit q̊q; butyꝝ] hoc eſt, ſpi
ritalem pinguedinem & contẽplationis dulcorem. Vnde cantamus: Sicut adipe & pingue- Pſal. 62.
dine repleatur anima mea. [& lac] .i. Chriſtianæ ſimplicitatis infantiam & innocentiam in- 1. Pet. 2.
fantilem, de qua princeps apoſtoloꝝ hortatur: Sicut modo geniti infantes rationabiles, ſine
dolo lac concupiſcite. Hæc omnia ponit corã Deo, vt per ea miſericordiam conſequatur, &
alijs valeat ſubuenire, quæ cum comederit dominus .i. grata habuerit, promittit homini tali
& coniugi .i. menti ſeu animæ eius inopinatam fœcunditatẽ, ita vt vix credat, admirando'q;
rideat, p̃ſertim dũ vires naturæ ſibi cernit deficere. Sed hoc redarguit dominꝰ, hortãs vt vir-
tuti ſuæ gratiæ innitatur, ꝑ quã oĩa poteſt, iuxta illud Apoſtoli: Omnia poſſum in eo qui me
cõfortat. Inſuper viro huiuſmodi tam fideli ac diuino, reuelat Deus futura Sodomitaꝝ mol- Phili. 4.

ſium ac luxurioſorum tormenta, pro quibus nihilominus orat talis vir. Amplius, vt tactum
eſt præcedenti articulo, cõmuniter dicitur ꝙ in apparitione trium angelorum, ſuperdigniſ-
ſimæ trinitatis myſterium ſit oſtenſum. Et ꝙ Abraham vidit tunc diem Chriſti, hoc eſt, ſpi
ritaliter cognouit eius aduentum, & mundi redemptionẽ per ipſum fiendam. Poteſt etiam
Ioan. 8. dici ꝙ Abraham vidit diẽ Chriſti, quando promiſſum eſt ei: In ſemine tuo benedicẽtur oẽs
tribus terræ. ¶Inſuper ad literã ex iſto capitulo, ſancti patriarchæ huius exemplo valde cõ-
mendantur nobis opera pietatis & hoſpitalitas pia, & ea exercere docemur toto cordis affe-
ctu, oĩ excluſa cupiditate, acedia, ac cura ſuperflua, ſanctiq́ꝫ Abrahæ alacritatẽ ſectari, hu-
militatẽ amplecti, feruore accendi, peccantibus ac pereuntibus cõdolere, atq̃ꝫ pro ipſis cum
omni inſtantia ardentiſſimo corde orare. ¶Poſtremo, circa capitulũ iſtud quęſtiones naſcũ-
tur. Primo, an angeli ſint materiales. Secũdo, ſi nõ, qualiter aſſumant corpora, in ꝗbus appa
rent. Tertio, an in corporibus illis aſſumptis vere manducẽt, & ꝗd fiat de cibo quẽ ſumunt.
Quarto, an videant per oculos, audiantq́ꝫ ꝑ aures corpoꝝ quæ aſſumũt. Quinto, quomodo
dixit Deus Abrahæ, velle ſe parcere populo Sodomoꝝ, ſi inueniret decẽ iuſtos in eo, cum di
Ezec. 14. cat ꝑ Ezechielẽ, ꝙ Daniel, Noe, & Iob, filium & filiam non liberarent. Sexto, an dñs peperciſ-
ſet populo Sodomitico ꝓpter pauciores iuſtos, q̃ decẽ, ſi Abrahã id oraſſet. Septimo, an talis
ignoſcẽtia fuiſſet indecẽs ſiue extranea. ¶Ad primũ breuiter reſpõdendũ, ꝙ ſicut de hoc fue
rũt diuerſę opiniões inter philoſophos, ita & inter theologos. Auicebrõ eñ in libro fontis vi
tæ, & multi Platonici, poſuerunt ad min⁹ ſpũalem materiam in intellectualibus ſubſtantijs
vniuerſis, ꝗd & Proclus Platonicus in elemẽtatione ſua theologica ſentire videt: immo Por
phyrius, Apuleius, & alij quidam Platonici dixerũt, dæmones aerea corpora naturaliter ſibi
vnita habere. Peripatetici vero dixerũt, intelligentias, quos angelos appellamus, eſſe imma-
teriales & incorporales, propter quod vocabant eos ſubſtãtias ſeparatas. Sic & quidam theo
logi videntur poſuiſſe ad minus ſpũalem materiã, vel aerea quædã corpora in præfatis ſub-
Auguſt. ſtantijs, ſ. Auguſtinus, vt Magiſter libro ſecũdo allegat. Origenes quoq́ꝫ in libris Periarchon
Origen. diſſeruit: Solius Dei eſt, patris & filij & ſpũsſancti naturæ id propriũ eſt, vt ſine oĩ materia-
Damaſ. li ſubſtãtia & materialis adiectionis ſocietate ſubſiſtat. Sed & Damaſcenus ait libro ſecũdo:
Solus Deus eſſentialiter immaterialis, incorporeusq́ꝫ conſiſtit. Bernardus itẽ ſuper Cantica
Bernar. ſcribit: Demus ſoli Deo immortalitatem, ſicut & incorporeitatem, cuius natura ſola, nec
propter ſe, nec propter aliud ſolatio indiget inſtrumenti corporei. Liquet autẽ, omnẽ ſpm̃
creatũ corporeo indigere ſolatio. Alij vero theologi dicũt, ꝙ angeli & dæmones ſunt in ꝓ-
pria natura ſimplices formę & actus in ſe ſubſiſtẽtes. Vnde diuinus Dionyſius, de diuinis no
Dionyſ. minibus ꝓteſtatur, ꝙ immateriales & incorporales exiſtant, ꝗd itẽ dę angelis in libro de cæ
leſti hierarchia frequenter inſinuat. Et iſtud probabilius reputatur, ꝗd etiã Thomas, Alber
tus & Aegidius aſſequuntur. Cum eñ ex oꝑatione agnoſcat ſubſtãtia, & propria angeloꝝ
oꝑatio ſit intellectualis, nõ dependens à corpore, nec indigẽs eo, nõ videt in ſua natura cõ-
munionem ſeu cõiunctionẽ habere materię. Deniq́ꝫ ſi habent corpus ſiue materiã, ergo com
poſiti ſunt ex forma atq́ꝫ materia. Quæretur ergo de forma iſta quæ eſt pars coꝝ, an & ipſa
compoſita ſit ex forma & materia. Si dicat ꝙ ſic, quæret vlterius & ibitur in infinitũ, erũtq́ꝫ
in eodem plures materiæ. Si autem dicatur, ꝙ non, ſequitur ꝙ non ſolus Deus ſit prorſus im
materialis, & itẽ ꝙ aliqua forma creata ſit immaterialis, & ſimili ratione concedendum vi-
detur ꝙ angelus ſit immaterialis. Veruntamen quæſtio hæc locum habet circa ſecundũ ſen-
tentiaꝝ. Et plurima dici poſſent de ea, de ꝗbus ꝑtranſeo, iſta non niſi curſorie tãgens. ¶Ad
ſecundum ꝗdã dixerunt, angelos nunq̃ aſſumere corpora, ſed eos tantũmodo apparuiſſe ſe-
cũdũ imaginariã viſionẽ, in qua res quæ apparet, nõ eſt vere ad extra, ſed in interiori imagi-
natione & viſu videntis. Hoc aũt ſaluari non poteſt, quia ſcriptura frequenter teſtatur an-
gelos ſic apparuiſſe, ꝙ vere extra præſentes fuerunt, atq́ꝫ realia opera exercuerunt, quod in ꝓ-
ſenti ac ſequenti capitulis aptiſſime conſtat: idcirco dicendũ ꝙ interdum aſſumunt corpo-
Gregor. ra &, frequẽter corpera aerea, ꝗ ad libitũ ſuũ poſſunt cõſolidare & figurare. Hinc ait Grego
rius: Abraham angelos nõ potuiſſet videre, hoſpitio ſuſcipere, eiſq́ꝫ cibũ apponere, niſi cor-
pus ex aere aſſumpſiſſent. Non eñ apparerẽt, & cibos acciperent, niſi ſolidũ corpus ex elemẽ
to haberẽt. ¶Ad tertiũ reſpõdet, ꝙ mãducare & bibere nõ cõuenit angelis, ꝓprie atq́ꝫ vniuo
ce cũ hoĩb⁹ & cæteris aĩantib⁹: ꝗa nõ habẽt vim vegetatiuã ac nutritiuã, nec cib⁹ & pot⁹ quẽ
ſumũt, in eoꝝ ſubſtantiã extat vertibilis: ſed q̃ntũ ad hoc dicunt mãducare ac bibere, ꝙ cibũ
Auguſt. ac potũ inſumãt, ac intus traijciũt. De ꝗ cibo & potu aſſerit Auguſtinus, ꝙ ſicut humor à ſo
lis calore cõſumitur, nec tñ in eum conuertit, ita de tali cibo & potu ſit ſentiendũ. ¶Ad quar
tum dicendũ ſecundũ Thomã & alios multos, ꝙ angeli nõ vniũtur corporibus quæ aſſumũt
vt formæ, ſed ſolũmodo vt motores, nec habent in ſe ſenſitiuas potentias, idcirco nõ vident
per oculos, nec audiũt ꝑ aures corpoꝝ aſſumptoꝝ, nec ꝑ ea ſentiũt aliꝗd, nec corpora iſta vi
uũt. ¶Ad quintũ dicẽdũ, ꝙ De⁹ interdũ agit ſecũdũ rigorẽ ſuę iuſtitię vnicuiq́ꝫ dãdo ꝗd me
ruit, nec

ruit, nec vni ꝓpter alterius merita ꝓpiciando. Sicq́ꝫ ꝑ Ezechielẽ loquitur: Terra cũ peccaue-
rit, interficiam de ea hoĩem & iumentum. Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eius, Noe, Dani-
el & Iob, ipſi in iuſtitia ſua liberabunt aĩas ſuas, filium aũt & filiam nõ liberabũt. Interdum Ezec. 14.
vero Deus oĩpotens agit clemẽtius, parcendo vni propter preces & merita alterius, ſicq́ꝫ locu
tus eſt Abrahæ. Quemadmodum aũt miſericordia Dei, ita & iuſtitia eius diuerſos habet effe
ctus. Et ipſe incõpræhenſibilis Deus iuxta ordinẽ ſapientiæ ſuæ immenſæ oĩa operatur irre
præhenſibiliter atq́ꝫ liberrime, cũ ipſe ſit prima mẽſura & ſumma cauſa vniuerſæ iuſtitiæ ac
virtutis. ¶Ad ſextũ dicendum ꝙ de hoc certitudo haberi nõ poteſt, niſi ex reuelatiõe diuina.
Poſſet tñ argui ꝙ Deus peperciſſet Sodomitis propter iuſtos pauciores q̃ decem, qm̃ ꝑ Hie- Hier. 5.
remiam ipſe dñs ait: Circuite vias Hieruſalem, & quærite in plateis eius, an inueniatis virũ
facientem iudicium & quærentẽ fidem, & propicius ero eis, ſcilicet habitatoribus Hieruſa-
lem. Circa hoc ſcribit Hieronymus: Grandis amor iuſtitię, vt non pro decẽ iuſtis, ſicut olim Hieron.
ad Abrahã dixit, liberet ciuitatẽ, ſed ſi inuenerit vnum iuſtũ in Hieruſalẽ, miſereatur ciuita-
tis. Præterea per Ezechielẽ fatetur: Quæſiui de eis viꝝ ꝗ interponeret ſepẽ, & ſtaret oppoſi- Ezec. 22.
tus cõtra me pro terra, ne diſſiparẽ eã, & non inueni, & effudi indignationem meã ſuper eos.
Ad iſta dicendum ſicut prætactũ eſt, ꝙ diuina iuſtitia diuerſis modis agit in peccatoribus,
nunc rigoroſius, nuncq́ꝫ clemẽtius. ꝗd tñ cum Sodomitis egiſſet, ſi Abraham oraſſet, vt par-
ceretur eis pro paucioribus iuſtis q̃ decẽ, non cõſtat, cũ hoc dependeat ex diuina voluntate,
quæ in tantũ innoteſcit hoĩbus, quantum per reuelationẽ & per ſcripturas manifeſtat. Qua
liter vero præinducta Hieremiæ, Ezechielisq́ꝫ verba ſint intelligenda, ſuper eoſdem prophe
tas plenius ſcripſi. ¶Ad ſeptimũ breuiter reſpondet, ꝙ quicquid Deus eſſentialiter bonus, iu
ſtus, ſanctus ac ſapiẽs facit, eo ipſo ꝙ ipſe hoc facit, bonum ac decẽs eſt: ꝗa vt in libro Sapien
tiæ ſcribitur, Virtus eius iuſtitiæ initiũ eſt. ꝗ etiã ait: An non licet mihi, quod volo, facere? Sapi. 1.

¶Elucidatio literalis capituli XIX. Veneruntq́ꝫ duo angeli Sodomam
veſpere. Art. LIX.

SVbuerſio Sodomæ & vrbium ei ſubditaꝝ cõſequenter deſcribitur. Multa aũt quæ cir-
ca expoſitionẽ huius capituli dici poſſent, dicta ſunt in expoſitione præcedentis capitu-
li. [Veneruntq́ꝫ duo angeli Sodomã veſpere] Secundũ expoſitores cõmuniter, iſti fuerũt
angeli boni, & duo ex tribus ꝗ Abrahæ apparuerũt. Verũtñ in Scholaſtica hiſtoria dicit, ꝙ Euſebi⁹.
ſecundũ ꝗſdam fuerunt alij angeli, vtpote mali, ſecundũ quoſdã ꝗ aiunt, ꝙ angeli boni non
puniũt hoĩes, cuius cõtrarium cõſtat ex hoc, ꝙ angelus Dei bonus percuſſit 185. millia homi
num in caſtris Aſſyrioꝝ. Similiter angelus bonus percuſſit primogenita Aegyptioꝝ. [ſedẽ-
te Loth in foribus ciuitatis,] ad videndũ an videret peregrinos aut pauperes, ꝗbus hoſpita-
litatem impenderet, quam ab Abraham didicit, & frequẽtauit. [Qui cum vidiſſet eos, ſurre- 4. Re. 19.
xit & iuit obuiã eis] vt eos ad domum ſuam perduceret, & bene tractaret. [adorauitq́ꝫ] eos Eſai. 37.
[pronus in terram] adoratione duliæ. Apparuerũt etem̃ ei in forma honorabili ac humana, Exo. 11.
quaſi hoĩes multum diuini. [& dixit: Obſecro domini, declinate in domum pueri veſtri] ſ.
mei ſerui veſtri. [& manete ibi. Lauate pedes veſtros] .i. permittite vt lauẽtur in domo mea.
[& mane proficiſcemini in viam veſtram.] Et ex omnib⁹ his innoteſcunt magna pietas, de-
uotio, humilitas, & liberalitas Loth, ſicut de Abraham dictum eſt. [Qui dixerunt: Minime,
ſed in platea manebimus.] Quomodo veꝝ eſt hoc, cũ pauloPoſt ingreſſi ſint domũ Loth?
Et reſpondendũ, ꝙ dixerunt hoc nõ ſimpliciter aſſerendo, ſed more eorum qui inuitantur,
qui ex curialitate ad tempus nõ acquieſcunt & dicũt ſe non venire, vtpote non tam cito ſeu
quãtum in ipſis eſt. Cur aũt nõ acquieuerunt primæ inuitationi Loth, quẽadmodũ Abra-
hæ, dictum eſt in expoſitione capituli præcedentis. [Compulit illos oppido] id eſt, valde, nõ
ꝙ proprie loquendo eos coegerit aut inuitos adduxerit, quod nec decuit, nec ſibi poſſibile
fuit, ſed compulit .i. per modum quodãmodo cõpellentis opportune & importune ac inſtã-
tiſſime eos rogauit, ita ꝙ per charitatem videbat vincere eos. [Ingreſſisq́ꝫ domum fecit cõ-
uiuium.] ꝗa putauit ꝙ hoĩes eſſent. [Coxit azyma] .i. panes nõ fermentatos, qui celeriter fie-
ri poterant, voluitq́ꝫ hoſpites tantos recenti ac delicato reficere pane. [Prius aũt q̃ irent cubi
tum, viri ciuitatis vallauerũt domum illius à puero vſq́ꝫ ad ſenẽ.] Alia litera habet, ab infan
te vſq́ꝫ ad ſenem. ſicq́ꝫ intelligendum eſt excluſiue, ꝗd dicitur, ab infante ſeu puero. Porro,
ſi pueri appellẽtur omnes qui infra viceſimum annum ſunt, ſic veriſimile ꝙ multi pueri in-
ter illos fuerunt. Quidã dicunt iſtud intelligẽdũ ꝑ modum locutionis hyperbolicæ ſeu em-
phaticæ, quia non apparet probabile, ꝙ totus populus Sodomæ confluxerit ad ipſius Loth
domum. Sed huic videtur contrariari ꝗd ſubditur: [omnis populus ſimul.] ideo aliqui dicũt,
ꝙ oẽs omnino fuerunt ibi, & ꝙ Deus idcirco permiſit ſic fieri, vt pateret ꝙ omnes habita-
tores Sodomę pręter Loth fuerũt iniuſti: & ita ſciretur ꝙ Deus cõpleuit, ſicut ad Abrahã di
xerat, qm̃ non puniuit Sodomitas, donec per angelos ſuos fuit repertum, oẽs cõmunicare in
crimine. [Vocaueruntq́ꝫ Loth, & dixerunt ei: Vbi ſunt viri ꝗ introierunt ad te nocte?] id eſt,
de veſpere.

de veſpere. Ex quo cõſtat, ꝙ aliqui Sodomitæ viderũt angelos iſtos. Et q̃a in ſpecie iuuenili
ac pulchra apparuerũt, idcirco qui eos viderũt, nũciauerũt mox alijs, & magis incitati fue-
runt furore libidinis. [Educ illos huc, vt cognoſcamus eos] Ex hoc patet inuerecũda, vſita-
ta & vitioſiſſima turpitudo illorũ. [Egreſſus ad eos Loth] vt inter eos ſtans, efficaci⁹ pſuade
ret eis. [poſt tergũ accludẽs oſtiũ] ne vitioſi illi domũ ſuã impetuoſe intrarẽt, & hoſpites ſu-
os q̃s hoĩes eſſe putauit, inuaderẽt, [ait: Nolite, quæſo, fratres mei, nolite malũ hoc facere.] fra
tres eos vocauit, ex cõmuniõe habitationis ciuilis, & ꝓpter cõformitatẽ naturæ. Manſuete
q̃q; & amoroſe eos alloquebat, vt citius flecterent. [Habeo duas filias, quæ necdũ cognoue-
runt virũ: educam eas ad vos, abutimini eis] tñ in mẽbro ſeu vaſculo ad hoc naturaliter in-
ſtituto. [ſicut vobis placuerit, dũmodo viris iſtis nihil faciatis mali, quia ingreſſi ſunt ſub vm
bra culminis mei] hoc eſt, domũ meam ingreſſi ſunt, vt ibi protegantur ſub tecto meo, cum
naturale ſit hoſpitãti hoſpitatos defendere. [At illi dixerũt: Recede illuc]. i. diſcede à nobis,
& redi ad hoſpites tuos, vt educas eos ad nos. [Et rurſus: Ingreſſus es, inquit, vt aduena, nun
quid vt iudices?] Hoc eſt, veniſti huc inter nos cõmorari tanq̃ extraneus, & nõ vt iudex no-
ſter, ita vt audeas nos increpare, & noſtra opa reprobare. [Te ergo ipſum magis q̃ hos affli-
gemus] niſi acquieueris nobis in eductiõe illorũ. [Vim'q; faciebãt Loth vehemẽtiſſime] hoc
eſt, violentiſſime eũ tractauerũt, forſitan impellendo, trudendo, trahendo. ¶ Circa hæc quæ-
ritur, an Loth peccauit, dicendo: Habeo duas filias, educam eas ad vos &c. Et apparet ꝙ nõ,
q̃a dixit hoc pia intentione, vt ſ. impios illos à grauiſſimis reuocaret ſceleribus, & hoſpites
ſuos ab intolerabilibus ignominijs liberaret, & etiam quia nõ legitur increpatus de iſto ab
angelis, immo tanq̃ iuſtus, ſaluatus eſt de pereuntium plaga. Oppoſitum tamẽ videt, q̃a nõ
ſunt facienda mala vt eueniãt bona, nec debet quis facere cõtra pceptum, vt à peccatis eru-
Mat. 16. at alium, pſertim cum dicat ſaluator: Quid proficit homo, ſi lucretur vniuerſum mundum,
Marc. 8. ſeipſum aũt perdat? Circa huius ſolutionem penſanda ſunt verba Auguſtini, dicentis: Vtrũ
Lucæ. 9. admittenda ſit cõpenſatio flagitiorũ, vel quorũlibet vitiorũ, ita vt faciamus mala minora, ne
Auguſt. fiant grauiora, merito q̃ritur. Ad quod idem ſanctus doctor reſpondet: Periculoſiſſime com
penſatio iſta admittit, & q̃d dixit Loth, non cõſilio, ſed pturbationi eſt attribuendum, quæ
mentis pturbatio nullo modo eſt imitanda. Hinc cõmuniter dicitur, ꝙ Loth ita loquendo,
peccauit nõ venialiter tantũ, immo mortaliter, cõſentiendo in ſtupra filiarũ ſuarũ. Excuſatur
tñ à tanto, quia ex pturbatione ſic corruit, & ex pijs quodammodo cauſis iam tactis, fuerat
motus. Si aũt dicatur ꝙ protulit verba illa nõ ex animo, neq; intentione proſtituẽdi filias ſu
as illis, ſed ſolum animo reuocandi eos à ſcelerato ꝓpoſito: qm̃ probabiliter nouerat ꝙ nõ
curarent de filiabus ſuis, neq; appeterent eas quas videbant quotidie, nec appetebant, excu-
ſari poſſet à culpa ſaltem mortali. Eſt autem inter duo mala minus malum eligẽdum, ita vt
quis faciat leuius, ne cõmittat graui⁹. Veruntamẽ nemo ita perplexus eſt, vt malum culpæ
nequaq̃ queat vitare, alioquin culpa nõ eſſet culpa. Ex præhabitis quoq; patet, in quãtam
criminum profunditatem corruerint Sodomitæ. Vnde loquitur Auguſtinus: Stupra in ma
Aug. 16. ſculos tanta cõſuetudine cõualuerant apud illos, quãtam licentiam aliorum factorum ſolẽt
de ciuit. præbere leges, atq; vt alibi ait, Tantum excæcauit eos prauiſſima cõſuetudo, vt magis repræ
Dei. henderet ab eis repræhẽſor flagitioſitatis, quàm factor. [Iam'q; prope erat vt] Sodomitæ ef-
fringerent fores domus ipſius Loth: & ecce miſerũt manum viri] id eſt, angeli manũ expo
Auguſt. ſuerunt. [& introduxerunt ad ſe Loth] in domũ, quod tamen vnus eorum forſitan fecit, q̃d
& facilimum fuit angelicæ poteſtati. [clauſerunt'q; oſtium, & eos qui foris erant, percuſſe-
runt cæcitate à minimo vſq; ad maximũ] nõ omnimoda cæcitate, ſed tali, ꝙ non videbant
diſtincte & cum diſcretione ſeu notitia id quod quærebant, & cernere cupiebant, quæ cæci-
tas appellat * Auriſia, ab α q̃d eſt ſine, & κρίσις q̃d eſt viſio ſiue iudiciũ, qua percuſſi fuerunt q̃
4. Reg. 1. Heliſeum quærebant, & duo diſcipuli qui ibant, cum Ieſu in Emaus. Hinc in Sapientiæ li-
Luce 24. bro ſcriptum eſt: Percuſſi ſunt autem cæcitate, ſicut illi in foribus iuſti, cum ſubitaneis co-
Sapi. 19. operti eſſent tenebris. Vnuſquiſq; tranſitum oſtij ſui quærebat. De hac cæcitate, vel potius
Aug. 22. de ci. dei ſemicæcitate, beatus Auguſtinus effatur: Cum aliquid videt ab alio, à quo alia quæ aſſunt,
nõ videntur, græce * Auriſia dicitur, quod noſtri interpretes Latine dicere nõ valentes, in li
bro Geneſeos cæcitatem interpretati ſunt, vbi de Sodomitis conſcribit. His verbis in Scho-
laſtica hiſtoria additur: Forte hoc modo quãdoq; quærimus, quod in manu tenem⁹. Verun
tamen hoc alio modo poteſt accidere, vtpote ex intenſa imaginatione & occupatiõe circa
alia, aut certe ex diſtractiõe & inaduertẽtia. Sic ergo percuſſerunt omnes illos hac cæcitate,
[ita vt oſtiũ inuenire non poſſent] hoc eſt, ianuam domus Loth, non valebant determinate
cognoſcere, ſeu ab alijs diſcernere ianuis, quanuis illam confuſe viderunt, quemadmodũ Sy-
ri viderunt perſonã Heliſei, & duo diſcipuli dominum Ieſum, ſed abſq; diſtincta notitia. Vi
derunt quippe ꝙ homines eſſent, ſed nõ cognoſcebant diſtincte eorum perſonas. [Dixerunt
autem ad Loth: Habes hic]. i. in vrbe ſeu domo hac, [quempiam tuorum, generum, aut fi-
lios, aut

lios, aut filias? Omnes qui tui ſunt, educ de vrbe hac, delebimus enĩ locũ iſtum] hoc eſt, ciui-
tatem hanc cum vrbibus ſibi adiũctis ſubuertemus. [eo ꝙ increuerit clamor eorum coram
domino] id eſt, clamitans eorũ iniquitas, ſ. vitium contra naturam, cum cæteris eorum ſcele
rib⁹ intolerabiliter aucta ſit in Dei præſentia, ac iuſto eius iudicio, ita ꝙ eos vltrà tolerare nõ
debuit, ſicut ad impios Iudæos Hieremias locutus eſt: Non poterat vos dominus vltrà ſuſti
nere propter malitiam ſtudiorum veſtrorum. Quæſtio iſta angelorum, ex ignorantia nõ p- Hier. 44
ceſſit. Cur ergo dixerũt ad Loth, Habes hic tuorũ quempiam, generum, aut filios, aut filias,
cũ Loth non haberet, niſi duas filias virgines? Reſpondetur ꝙ hoc dixerunt ad inſinuandũ,
tantam eſſe iuſtitiam Loth, pietatẽ'q; Dei, ꝙ propter merita Loth, Deus paratus fuit parce-
re oĩbus ad ipſum Loth pertinẽtibus cõſanguinitate aut affinitate, ita ꝙ cum Sodomitis nõ
diſperirent in plaga quæ imminebat. Veruntñ vt refert Lyra, Hebræi horũ occaſione verbo
rum affirmant, ꝙ Loth habebat in Sodoma duas filias maritatas, filios'q; habẽtes, quorũ fili-
os aſſerũt hic vocari filios Loth. Cui dicto obijcit, ꝙ (vt paulopoſt ſubditur) egreſſus Loth
ad generos ſuos, qui accepturi erant filias eius, dixit: Surgite, egredimini de loco iſto. Ex q̃
videtur ꝙ ſi habuiſſet in Sodoma alias filias, loquut⁹ fuiſſet eis, earum'q; viris ac filijs eadem
verba: q̃d tamen ſcriptura nõ refert. Rurſus poſt pauca ſubiungitur: Tolle vxorẽ tuã, & duas
filias quas habes, ex q̃ apparet ꝙ non habuit plures. Porro ſanctus doctor Hieronym⁹ circa
hæc ſcribit: Filiæ Loth virgines fuiſſe dicunt. Nunc aũt dicitur habuiſſe generos. Sed aliq̃
arbitrantur eas quæ habuerunt viros, periſſe in Sodomis: & eas quæ virgines erant, cũ Loth
patre ſuo exiſſe. Hebraica aũt veritas habet, Loquutus eſt Loth ad ſponſos q̃ accepturi erãt
filias ſuas: virgines ergo filiæ necdũ fuerant maritatæ. In his aũt verbis non videt Hierony-
mus reprobare, quod aliqui dicũt de filiabus Loth maritatis in Sodomis. Attamẽ in Schola Hieron.
ſtica hiſtoria ſcriptũ eſt: Non eſt credendum (vt ait Hieronym⁹) his, qui dicunt Loth habu-
iſſe duas filias, præter alias virgines, viros habẽtes, & cũ viris ſuis ſubuerſas: ſed generos vocat Euſebi⁹.
ſcriptura hic futuros generos, i. qui futuri erant generi ſui, niſi ſubuerſio Sodomæ interueniſ
ſet. Itaq; ſicut habetur in textu, [Egreſſus Loth loquutus eſt ad gños ſuos, q̃ accepturi erant
filias ſuas, & dixit:] ex quo apparet, ꝙ habitabant aut tunc nõ erant in domo Loth. [Surgi-
te, egredimini de loco iſto]. i. mecum exite, [quia delebit dñs ciuitatem hanc]. i. vrbem iſtã
ſubuertet. [Et viſus eſt eis quaſi ludens loqui.] hoc eſt, verba eius paruipenderũt, & quaſi ludi
cra reputabant, quaſi more ſolito minaretur inaniter. Nam (vt Ioſephus ait) dixerunt hanc Ioſe. li. 1.
eſſe conſuetudinem verborũ ipſius. Vinxerat enĩ & vicerat illos peſſimæ cõſuetudinis amor. anti. Iu.
Forſitan tamen non erant tam vitioſi vt cæteri, quibus iuſtus Loth decreuerat proprias fili- cap. 19.
as deſponſare. [Cum'q; eſſet mane] Nam tota nocte creditur oraſſe pro ciuitate. Iam'q; noue
rat ꝙ angeli eſſent, ab ea hora qua dixerunt ſe miſſos à dño ad Sodomam ſubuertendam.
[cogebant eum angeli, dicentes] maxime ſerioſe: [Surge, tolle vxorem tuam & duas filias, ne
& tu pariter pereas] cum vxore & filiabus [in ſcelere ciuitatis.] hoc eſt, ne moriaris in plaga
ciuitatem hanc mox inuaſura pro eius ſceleribus. [Diſſimulante autẽ illo,] quia diſtulit quã-
tum potuit, ſi forte Deus mitigaret ſententiam & preces ſuas pro populo acceptaret, [ap-
prehenderunt manum eius, & manum vxoris ac duarum filiarum eius, eo ꝙ parceret domi
nus illi. Eduxerunt'q; eum, & poſuerunt extra ciuitatem] eruendo eum ab imminenti peri-
culo, pepercit'q; nõ ſolum ei pro ſua perſona, ſed & pro vxore & filiabus, meritis eius. Vnde
elicitur, ꝙ Deus ſecundum rigorem ſuæ iuſtitiæ, potuiſſet & ipſum Loth cum ſuis domeſti-
cis inuoluiſſe periculo ciuitatis, quia interdum peccauerant. [ibi'q; loquuti ſunt ad eum, di-
centes: Salua animam tuam] id eſt, teipſum à plaga huius interitus erue nobis obtemperan-
do in præcepto quo ſubditur: [Noli reſpicere poſt tergum] tuum, hoc eſt, nõ reſpicias retro,
faciem tuam vertendo ad Sodomam intuendam. Iſtud etiam præceperunt vxori eius ac fi-
liabus, quãuis ſcriptura iſta non exprimat hoc: ſed datur intelligi per hoc ꝙ paulopoſt ſcri
bitur vxor eius plagata, eo ꝙ retroſpexerit. Itaq; prohibuit eis dominus corporaliter retro-
ſpicere, & hoc propter myſticam rationem ſeu moralem doctrinam, quæ tamen eſt litera-
lis cauſa prohibitionis iſtius, videlicet ad inſinuandum, ꝙ non debebant mẽte reuerti ad ea
quæ in vrbe reliquerant. Erat autem Loth diues, vt habitum eſt, & tamen videtur ſua reli-
quiſſe in Sodoma, de quo non debuit contriſtari. Hinc loquitur Auguſtinus: Quo pertinet Aug. 16.
ꝙ prohibiti ſunt reſpicere retro, niſi quia non eſt redeundum ad veterem vitam, ſi cogita- de ci. dei
mus euadere finale iudicium Dei? [nec ſtes in omni] loco [* circa regionem]. i. morã non faci
as in aliquo loco vallis, in qua eſt ſita regio iſta Pentapolis ſubuertenda. [ſed in monte ſaluũ
te fac]. i. aſſcende cum tuis montem huic valli propinquum, vt ibi manendo, euadas euerſio
nem Pentapolis ſituatæ in valle. [Dixit'q; Loth ad eos: Quæſo dñe mi,] Singulariter illũ allo
quitur qui apprehenderat manũ eius, & verbum direxit ad ipſum. Vel in duobus angelis ſin
gulariter Deũ affatur, quẽ in ſuis venerabat miniſtris. [quia inuenit ſeruus tuus gr̃am coram
te, & * magnificaſti miſericordiã tuã quã feciſti mecũ]. i. effectũ pietatis & gratiæ tuæ declara
ſti magni-

ſti magnifice in me,[vt ſaluares animam meam].i.vitam meam de inſtāti interitu Sodomo-
rum. [nec poſſum in monte ſaluari.] Iam angeli ſibi dixerunt, In monte ſaluum te fac:quo-
modo ergo nunc dicit oppoſitum,Non poſſum,inqēs,in monte ſaluari? Reſpondetur,ꝙ ex
ꝑturbatione & humana puſillanimitate nō credebat perfecte verbis angelicis, & in hoc fuit
culpabilis,ſed Deus in tantis anguſtijs condeſcendebat eidē. Vel dixit hæc verba,non diſcre
dēdo aut renitēdo,ſed ex humana cōſideratione humiliter perſuadēdo. Hinc dubitatiue ſub
iungit: [ne forte apprehēdat me malū,& moriar.] hoc eſt, ne forte in monte incurrā aliquā
improuiſam aduerſitatem mortiferā,vtpote frigora montium, aut ipſe mons tangat plaga,
aut aliqua læſione ex vallis ſubuerſione. Hebræi tñ (vt fertur) per montē intelligunt Abrahā
patriarchā,aut montē in quo tūc ipſe manebat,ita ꝙ angelus monuit ipſum Loth,vt iret ad
Abraham, qd Loth facere nō audebat, ne cōparatione tanti patriarchæ videret magis cul-
pabilis, & Dei offenſam ac plagā incurreret, qui cōparatione Sodomitarum iuſtus iam fuerat
iudicatus. Quod ſtare non poteſt,quantum ad hoc ꝙ dicitur Abrahā tunc habitaſſe in mon
te,qa adhuc habitabat in cōualle Mambre, vt elici poteſt ex dictis, & in exordio expoſitio-
nis ſequētis cap. oſtendetur. [Eſt ciuitas hic iuxtà, ad quam poſſum fugere, parua,& ſalua-
bor in ea] à plaga q̄ iminet. [Nunqd nō modica eſt & viuet aīa mea?] Quaſi dicat,imo pmo
dica eſt, nec videt tāta iniqtas eſſe in ipſa, ſicut in Sodomis & cæteris vrbib⁹ eius. Porro ꝙ
Loth orauit pro ſe,orauit qq; pro coniuge ſua ac ſobole. [Dixitq; ad eū] angelus loquēs nūc
quaſi in Dei pſona: [Ecce etiam in hoc ſuſcepi preces tuas, vt non ſubuertam vrbē pro qua
loquutus es.] Iſtud protulit angelus non ꝓpria authoritate, quaſi ex ſuo placito potuerit par
cere vrbi,quæ fuit vna quinq; vrbiū ſubuertendarum: ſed ex inſpiratione oīpotentis,cuius vo-
luntatē eſſe cognouerat,vt ſic exaudiret Loth deprecantē, nec vrbē illam ſubuerteret, q̄ diu
Loth eſſet in ipſa. [Feſtina] ingredi illuc, [& ſaluare ibi] ab vltione præfata: [qa nō potero fa
cere quicq̄].i. nullā vindictā valeo exercere in vrbibus vallis iſtius, [donec ingrediaris illuc.]
Deus nanq; p̄ceperat angelo,vt nō ſubuerteret vrbes illas, niſi ipſo Loth exiſtente in loco tu-
to. [Idcirco vocatū eſt nomen vrbis illius Segor.] qd interpretat parua,qa Loth dixit: Nun
quid nō modica eſt? quæ vrbs ante fuit vocata Bala,de qua fertur in Eſaia: Vſq; ad Segor vi
Eſaię. 15. tulam cōſternantē,nam inſtar vitulę laſciuiētis,fuit plebs vrbis illius laſciua & inquieta. [Sol
egreſſus eſt ſup terrā,] aſſcendendo noſtrū horizontē, ita ꝙ videbat à ſtāte in terra, [& Loth
ingreſſus eſt Segor. Igitur dñs pluit ſup Sodomā & Gomorrhā,] & etiā ſup Seboim & Ada-
mam, [ſulfur & ignē à dño de cælo].i. ſulfureum ignē à ſeipſo. Vel,dñs.i.angelus in Dei vir-
tute hæc miniſterialiter exequēs,pluit ignē iſtum à dño Deo,principaliter hæc agente de cę
lo aereo,puta de aere,in quo virtute diuina, angelicoq; obſequio generabat ſeu fiebat hui-
Exo. 16. uſmodi ignis, ſicut & manna. [& ſubuertit] hoc eſt,per ignem iſtum cōbuſſit, & angelo exe
quente deſtruxit atq; demerſit [ciuitates has,& oēm circà regionem].i.terram illā Pentapo
lis, [vniuerſos habitatores vrbiū] præfatarum, qui fuerunt calidiſſimo ac fœtidiſſimo igne iſto
cōbuſti,vt pœna correſponderet culpę eorum, quia in Sodomiticis vitijs fuit & eſt intenſiſſim⁹
ardor libidinis,ac maximus fœtor turpitudinis tam immanis. De hac euerſione in Schola
Euſebi⁹. ſtica hiſtoria recitatur: Pluit dñs ſup terram illam ignem ſulfureū, vt terra fieret & maneret
ſterilis in æternū ſine ſpe germinandi,& verſa eſt regio illa in lacū ſalſum ac ſterilem, qui di-
citur mare mortuū,quia nec piſces nec aues viuere poſſunt in eo. Nauem nō patitur,nec ali
quam aliā materiā,niſi bituminatam. Si quid non viuens ponatur in eo,ſtatim ſubmergit:
ſi qd viuū aliqua parte ſubmerſeris,ſuperexilit. Lucerna ardēs,in eo ſupernatat: extincta,de
mergitur. In multis locis nigras glebas bituminis euomit, idcirco lacus Aſphalti .i. ſtagnū
bituminis appellatur. Dicitur quoq;,ꝙ poma nata in arboribus circumpoſitis, vſq; ad ma-
turitatem coloris ſunt viridis: ſi aūt ea iam matura ſcindas,intus fauillam inuenies. Lac⁹ iſte
Ioſe. li. 1. vocatur etiam vallis Salinarum. Forte fit ibi ſal,aut lapides ſalis circà inueniuntur. Hęc in p̄-
anti. Iu. fata hiſtoria. Deniq; iſtud quod dictum eſt de pomis illis inciſis, ꝙ intus fauillam habēt q̄ſi
cap. 19. intus combuſta,fidē facit hiſtoriæ huic de ſubuerſione Pentapolis, vt Ioſeph⁹ cōteſtatur,qui
etiā loquit: Præ nimia leuitate materiæ laci illius,etiā grauiſſima in eum proiecta,aſſcendūt.
Nam & Veſpaſianus qdam,vinctis poſt tergum manibus,iuſſit ibi proijci in profundum:
& oēs,tanq̄ vi ſpiritus ſeu venti ſurſum impulſi,deſuper fluitabant. De hac re ſcriptū eſt in li
Sapi. 10. bro Sapientiæ: Sapientia iuſtū,videlicet Loth, a pereuntibus impijs liberauit, deſcendente
igne in Pentapolim,qbus in teſtimoniū nequitiæ,fumigabunda conſtat terra deſerta, & in-
certo tēpore fructus habentes arbores. In quibus verbis tangitur aliud ſignum ſeu teſtimo
nium veritatis præfatæ ſubuerſionis,videlicet fumigatio terræ illius irrecuperabiliter,inha-
bitabiliterq; ſubuerſæ. [Reſpiciēſq; vxor eius poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis.] Et hoc fecit
Deus iuſto iudicio,quoniam cōtra p̄ceptum angelicum corpore ac mente retroſpexit,faciē
ſuā verſus Sodomam dirigendo,cū inordinato affectu ad ea quæ ibi reliqt. Sed cur in ſimi-
litudinem ſalis potiſſimū verſa eſt? Reſpondetur, ꝙ Deus hoc fecit ad innuendum ꝙ ſicut
ſal eſt

ſal eſt condimentum ciborum,ſic punitio mulieris illius ſit condimentum animarum fide
lium: quæ eius exemplo ſic condiuntur ſapore ſapientiæ, ꝙ non audent ſimilia perpetrare,
id eſt,inobedire,& priſtina vitia iterare,vel ad ea quæ propter Deum reliquerant,mente re-
uerti. Ideo ait ſaluator: Memores eſtote vxoris Loth. Itemq;: Nemo ponens manum ſuā ad Lucæ 17.
aratrum,& reſpiciens retro,aptus eſt regno Dei. Refert Lyra,ꝙ ſecundum Hebræos,fœmi- Lucæ 9.
na iſta veſpere præcedente noluit ſuo marito porrigere ſal ad condimentum ciborum pro
angelis, quoniā inſtar conciuium ſuorum Sodomitarum,affectum ad peregrinos & hoſpites Sapi. 10.
non habebat: idcirco in ſalis ſtatuam eſt conuerſa, vt ſua punitio correſponderet ſuo pecca Ioſep. li.
to. Hinc in libro Sapientiæ legitur: Incredibilis animæ memoria ſtans figmentū ſalis, quod 1. Anti q.
Ioſephus recitat ſe vidiſſe,& hactenus permanere. ¶Circa hæc quæritur, quādo & vbi verſa Iud. c. 19.
ſit vxor Loth in ſtatuam ſalis. Nam iuxta ordinem literæ,videtur id factum poſt ingreſſum
Loth in Segor,& poſt deſcenſum ignis in Pentapolim. Et mirum ſi vxor Loth non eſt ſecum
Segor ingreſſa. Ad hoc dici poteſt,ꝙ circa ingreſſum in Segor,antequā vrbem illam intra-
uit,ex inordinata affectione & curioſitate retroſpexit, vt videret quid accidiſſet Pentapoli,
igne mox deſcendente. Inſuper quæritur, vbi manſerit anima mulieris illius. Ad hoc reſpon
dendum videtur,ꝙ violando præceptum,peccauit mortaliter: & ſi ante mortem ſuā nō pœ
nituit,inde dānata eſt. Si vero in ipſo momento conuerſionis corporis ſui in ſtatuā ſalis,pœ
nituit,eſt ſaluata, & mors iſta potuit culpæ ſuæ eſſe purgatio. Deinde quæritur, qua iuſtitia
Deus puniuit infantulos Sodomitarum. Reſpōdetur, quemadmodū ſuprà dictum eſt de in- Gene. 7.
fantib⁹ ſubmerſis diluuio. Expediebat quippe infantibus illis talis occiſio. Filij quoq;,quan
tum ad corpus,interdum puniuntur pro ſuorum peccatis parentum, vt ſuprà dicebatur dif
fuſius. Præterea quæritur, an habitatores Pentapolis per illam punitiōem temporalem &
valde acerbam, euaſerint damnationem æternam. Et videtur ꝙ immo, quia non vindicabit Naum 1.
dominus bis in idipſum. Hieronymus quoq; hoc ſentire videtur. Et reſpondendū,ꝙ tempo
ralis pœna quantumlibet magna,nullum iniquum de culpa purgat,nullum de inferno præ- Hieron.
ſeruat,niſi pœniteat. Idcirco qui in ſua à ſulfureo illo igne incenſione non pœnituerunt ve-
raciter,de temporali incendio ad ignem corruerunt inferni. Poſtremo de celeritate ſubuer-
ſionis illius legitur in propheta: Sodoma ſubuerſa eſt in momento. Pœna etiam Sodomorum Hier. 49.
grauior fuit pœna in diluuio ſubmerſorum,quia & pœna ignis, præſertim ſulfurei, acerbi-
or eſt ſubmerſione in aqua: propter quod multi,vt pœnam ignis euaderent, proſilierunt in
gurgitem. Terra quoq; quæ fuit operta diluuio, poſtea viruit, & protulit fructum: non ſic
terra Pentapolis. Grauius ergo peccauerunt Sodomitæ,q̄ qui perierunt diluuio,vtpote ma- Gene. 8.
gis contra naturam. [Abraham autem conſurgens mane vbi ſteterat prius cū domino].i.in
loco illo in quo die pręcedenti loquebatur cum angelo, qui ſibi in Dei pſona apparuit, [in-
tuitus eſt Sodomam & Gomorrham].i. verſus locum vbi ante ſuam euerſionem ſteterunt,
[& vniuerſam terram regionis illius,] puta Pētapolis, quæ dicitur à penta,quod eſt quinq;,
& polis ciuitas. Porro ꝙ Abraham dicitur adſpexiſſe vniuerſam terram illam, p ſynecdo-
chen accipi poteſt. [Viditq; aſſcendentem fauillam de terra] illa combuſta [quaſi fornacis fu
mum,] qui erumpit de clibano in quo ſaxa coquuntur. Ad iſtud intuēdum exiuit Abraham
ex pia & charitatiua ſolicitudine atq; compaſſione. [Cum enim ſubuerteret dominus ciuita
tes regionis illius, recordatus eſt Abrahæ,] id eſt,p pietatis ſuæ effectum oſtendit ſe memo-
rem eſſe iuſtitiæ,meritorumq; Abrahæ,ꝑpter cuius preces & merita liberauit Loth cum con
iuge ſua ac ſobole. ideo ſubdit, [& liberauit Loth de ſubuerſione vrbium, in quibus].i. in
quarum vna [habitauerat.] vel,in quibus ſucceſſiue moratus eſt. Magis tamē apparet,ꝙ nō niſi
in Sodoma habitauit. Sic ergo Loth fuit de ſubuerſione iſta liberatus,non tantum meritis ſu
is,ſed & meritis Abrahæ,cuius excellens pfectio p verba hæc commendat. Hinc aſſerit Au-
guſtinus: Innuit ſcriptura,Deum liberaſſe Loth magis meritis Abrahæ q̄ ipſius Loth. Verū- Auguſt.
tamē Loth adeo iuſtus fuit,vt princeps apl'us ſacratiſſimus Petrus de ipſo teſtet: Adſpectu & 2. Petr. 2.
auditu iuſtus erat,habitās inter eos q de die in diē animā iuſti iniquis opibus affligebāt. Nā
& angelus dixit ad Loth: Ecce etiā in hoc ſuſcepi preces tuas, vt non ſubuertā vrbē ꝓ qua lo-
quutus es. Si ergo potuit vni vrbi veniā ſeu pœnæ dilationē ſuis precibus obtinere,qd potu
it ꝓ ſeipſo? [Aſſcēditq; Loth de Segor,& manſit in mōte,] in quē nolebat prius aſſcēdere,q̄-
uis dñs hoc moneret. [timuerat enim manere in Segor,] ne forte ſubuerteret. nam vidit faci
nora ciuium eius. [Et manſit in ſpelunca,] quæ fuit in aliqua parte montis, [ipſe & duæ filiæ
eius cum eo. Dixitq; maior ad minorem].i. filia ſenior ad iuniorem: [Pater noſter ſenex eſt,
& nullus virorum remanſit in terra, qui poſſit ingredi ad nos iuxta morē vniuerſæ terræ].i.du
cere nos in vxores & fœcūdare. [veni,inebriem⁹ eū vino,dormiamuſq; cū eo] ſucceſſiue, [vt
ſeruare poſſimus ex patre noſtro ſemē,hoc eſt,vt ꝓlem acqramus ex eo, p quā conſeruet ge-
nus humanū in terra. Iuxta expoſitores cōmuniter,iſtę puellæ ex q̄dam ignorātia & ſimplici
tate putabant genus humanū p ignē Sodomorum deletū,quēadmodum tēpore Noe fuit p aq̄s Gene. 7.

conſumptum,ita ꝙ ſicut tunc nemo remanſit in terra præter exiſtentes in arca,ita nũc ne-
mo remanſiſſet præter patrem eaꝝ & eas in ſpelunca pariter exiſtentes. Nam & à patre ſuo
aliquid didicerunt de cõſummatione mundi ꝑ ignem, quod tamen non intellexerunt per-
fecte:ideo non libidine, ſed poſteritatis amore inuenerunt iſtud cõſilium, ne periret genus
humanum, putantes in caſu tantæ neceſſitatis excuſari inceſtum cum ꝓprio genitore, vel
in toto,vel à tanto:& vtiq; excuſabantur à tanto,non tamen(vt apparet) à toto.Debuerant
enim potius vti conſilio patris ſui,qui ſenex ac ſapiẽs erat, & informationẽ ab ipſo accipe-
re,neq; fœminea leuitate ad tam deteſtabilẽ ꝓrumpere cõmixtionem.Sed miꝝ,ꝙ putabãt
periſſe genus humanũ præter ſe, cum pauloante eſſent de Segor adhuc ſtante egreſſæ. Ad
hoc qdam reſpondent,ꝙ angelus reuelauit ipſi Loth Segor eſſe mox ſubuertẽdã,& ꝙ ei pce
pit vt inde cum ſuis filiabus exiret.Quod ſi veꝝ eſt,non peccaſſet Loth inde egrediẽdo,nec
Hieron. ex infidelitate inde exiſſet, cuius oppoſitũ multi affirmant. Ait qppe Hieronymus: Quare
Loth de Segor tranſiuit ad montẽ,cum prius prætulerit habitationem Segor refugio mon
tis? Reſpõdemus veram eſſe Hebræoꝝ coniecturã de Segor,ꝙ frequẽter ſit obruta terræmo
tu,ꝓpter quod Loth timuit, dicens: Si cæteris vrbibus adhuc ſtantibus, iſta ſic obruta eſt,
quanto magis in cõmuni ruina ſeu plaga non poterit liberari? Et hanc infidelitatis occaſio
nem,cauſam inceſtus fuiſſe.Qui eñ cæteras vrbes vidit ſubuerſas,& Segor adhuc ſtare, ſeq;
Dei auxilio erutũ,nõ debuit ambigere de eo qd audierat ſibi conceſſum,videlicet ſe ſaluan
Strabus. dum eſſe in Segor.His conſonat qd Strabus ait:Loth inexcuſabilis eſt.Primũ,quia non cre
didit angelo à quo audierat ſe poſſe ſaluari in Segor. Deinde, quia inebriatus eſt,& fuit in
eo vnum peccatum cauſa peccati alterius.[Dederunt itaq; patri ſuo bibere vinum nocte il-
la,]hoc eſt,de ſero.[Et ingreſſa eſt maior,dormiuitq; cum patre. At ille nõ ſenſit nec quan-
Hieron. do accubuit filia,nec quando ſurrexit.]Sicut refert Hieronymus,Iudæi iſtud oppugnãt tanq̃
incredibile,qa natura humana nõ capit,aliquem coire,& non ſentire nec ſcire hoc:ideo aliq̃
dicunt ꝙ non ſenſit.i.non cognouit nec aduertit ꝙ fuit filia ſua, ſed ebrietate ſopitus,& im
memor mortis ſuæ vxoris,putauit ſe eſſe cum ſua vxore:idcirco ſcriptura non dicit,ꝙ non
ſenſit quando cognouit mulierẽ ſeu filiã, ſed ꝙ non ſenſit quando accubuit filia ſua & quan
do ſurrexit,hoc eſt,qñ lectum intrauit,& iuxta eum ſe collocauit, nec quando exiuit de le-
cto,quoniã totum hoc fecit patre dormiente.Huic ſolutioni obijci poteſt quod paulopoſt
de alia filia ſubditur:[Et nec tunc quidem ſenſit quando cõcubuerit, vel qñ illa ſurrexerit.]
Hinc reor dicendum,ꝙ vtiq; vigilando cognouit filias,& cognoſcẽdo eas,ſenſit realiter vo
luptatem,ſed non ſenſit intellectualiter.i.nec in copula illa,neq; poſt eam diſcreuit ꝑ ratio-
nis iudicium ꝓprium actum illum,nimia ebrietate ꝓrſus conuictus. In omnibus qdem cõ-
Philoſo. mune eſt,ꝙ tẽpore coitus magnitudo voluptatis rõnem abſorbet, vt Ariſtoteles, Origenes
Origen. & Auguſtinus teſtant̃. Sed Loth fuit tã ebrius, ꝙ nec poſt actũ illũ aduertit aut diſcreuit qd
Auguſti. egerit.[Altera qq; die dixit maior ad minorẽ:Ecce dormiui heri cũ patre meo:dem⁹ ei vinũ
bibere etiã hac nocte,& dormies cũ eo &c.] In iſto ſecundo inceſtu filiæ vident̃ magis inex-
cuſabiles q̃ in primo,poterat eñ ſemen ſeruari ex Loth ꝑ imprægnationem & partũ vnius
filiæ ſuæ,nec ob ſemen ſeruandũ neceſſe fuit ambas à patre cognoſci, cum & totũ genus hu-
manũ ex vno viro, vnaq; fœmina ſit exortum. [Conceperunt ergo duæ filiæ Loth de patre
ſuo.]Iſtud rurſus mirabile eſt,ꝙ vnaquæq; filiaꝝ,quæ virgines erant,cõcepit ex primo con-
Euſebi⁹. cubitu.Nam vt Scholaſtica hiſtoria proteſtat̃,Dicit̃ impoſſibile eſſe vt in defloratiõe fiat cõ-
ceptus. Veruntamen textus non dicit expreſſe, ꝙ ſemel duntaxat vtraq; ſit cognita.ſed do-
ctores affirmant ꝙ non repetebant concubitum,quod ſic accipi poteſt, ꝙ poſt conceptum
non repetebant. [Peperitq; maior filium, & vocauit nomen eius Moab.]quod interpreta-
tur, ex patre.ſicq; filia iſta tanquam impudibunda, ꝑ appellationem filij ſui, publicauit ſu-
um cum patre inceſtum. Ex litera demum ſequi videtur, ꝙ Loth non cognouit ſe cum ꝓ-
prijs filiabus eſſe commixtum,quouſq; illæ hoc aperuerunt. Erat enim tanta ebrietate op-
preſſus,ꝙ ſobrietate redeunte non recordabatur quod in ebrietate commiſit.] Ipſe eſt pater
Moabitarum &c.] quia populus iſte à Moab eſt propagatus. [Minor quoq; peperit filium,
& vocauit nomen eius Ammon,]quod interpretatur, filius populi mei. Quaſi dicat,Iſte eſt
filius quem concepi ex quodam de populo meo.ſicq; verecundior fuit quàm alia,& aliqua-
liter texit inceſtum.[Ipſe eſt pater Ammonitarum vſq; hodie.]

¶De ſpiritalibus documentis & ſenſibus eiuſdem cap.XIX. Arti. LX.

EX huius capituli exordio edocemur, vt exemplo Loth opera miſericordiæ diligamus,
& pegrinis hilariter occurramus,eoſq; rogemus humiliter vt diuertant ad nos,quibus
humanitatis officia affectuoſe ſunt impendenda: paupibus quoq; hoſpitalitas eſt pijſſi
me exhibẽda.Domum viri hoſpitalis ingreſſi ſunt angeli, & liberauerunt eundem. Domos
vero hoſpitibus nõ patentes ingreſſus eſt ignis, & immiſericordes combuſſit. Inſup edoce-
mur ex Sodomoꝝ ſubuerſione,quantũ turpiſſima vitia iſta diſpliceãt Deo eſſentialiter ſan-
cto.

cto.Vitanda ſunt ergo conſortia mollium, & omnis carnalis contactus,ac quicquid carna-
lem prouocat motum: & ſup omnia abominanda ac euitanda eſt conſuetudo prauiſſima,
quæ & pudorem omnem expellit,frontemq; meretricis efficit homini, ita vt de ſuis non ve
recundetur ſpurcitijs,immo vt loquitur Eſaias, Peccatum ſuũ prædicet quaſi Sodoma nec Eſaiæ 3.
abſcondat, ſed glorietur cum impie fecerit, nec æquanimiter correptiones ſuſtineat, ſed in Proue. 2.
corripientem magis conſurgat. Vitemus Sodomoꝝ carnalitatem,inuerecundiam,obdura
tionem,incorrigibilitatẽ.Præterea per generos Loth,quibus ipſe Loth videbatur quaſi lu
dens loqui,ſignificantur inſipientes,vani & obſtinati,qui verba exhortantium & cõminan-
tium eis diuini diſtrictionem iudicij non verẽtur,immo derident, quẽadmodum ad Ezechi Ezec. 33.
elem loqtur dominus de induratis Iudæis: Audiunt ſermones meos ex te,& non faciunt eos,
ſed in canticũ oris ſui vertũt illos. Amplius vnicuiq; noſtrũ dicit quotidie ꝑ inſpirationem
internam angelus cuſtos ſuus:[Salua animã tuam,]virtuoſe viuẽdo.[Noli reſpicere poſt ter-
gum tuũ].i.ad priſtina vitia tua nõ reuertaris, nec ea quæ ꝓpter Deũ deſeruiſti, denuo appe-
tas. Melius nanq; eſt nõ cognoſcere viam iuſtitiæ,q̃ poſt agnitionẽ retrorſum reuerti,ne ti- 2. Petr. 2.
bi cõtingat illud veri Prouerbij:Canis reuerſus ad vomitũ ſuum, & ſus lota in volutabro lu- Prou. 26.
ti.[nec ſtes in omni * circa regionẽ.]hoc eſt,impijs & iniquis in nullo peccato cõſentias, nec *circa re
in aliqua re terrena figas cordis tui affectum.[ſed in monte ſaluũ te fac.]Poteſt ꝑ mõtem in- gione
telligi Chriſtus,& item eccleſia ac celſitudo virtutum,ſeu ipſa perfectio aut eremitica vita.
Qui aũt nondum idoneus eſt perfectionem amplecti, & cõtemplatiuam aut eremiticã aſſu-
mere vitam, dicat cum Loth: [Quæſo domine mi, non poſſum in monte ſaluari, ne forte
apprehendat me malũ].i. ne tentationibus vincar,& complere non poſſim quod inchoaui.
Eſt ciuitas hic iuxtà,ad quam poſſum confugere,parua.] Per ciuitatẽ hanc paruam,poteſt
intelligi deuotum cœnobiũ,ſocialiſq; vita,ſeu cõuerſatio actiua timentiũ Deum & cuſtodi-
entium præcepta,ſine quoꝝ cuſtodia nõ eſt ſalus:in quibus ſaluare ſe debet,q vitam anacho
reticam ꝑfectam ſeu contẽplatiuam aggredi nequit, ſiue non audet. At vero punitio Sodo-
moꝝ ꝑ ignem ſulfureum,fuit figura futuri iudicij & exuſtionis terræ ꝑ ignem conflagrati-
onis,ac typus infernalis incendij,quẽadmodum ſanctus apoſtolus Iudas in ſua ſcribit cano
nica:Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates ſimili modo fornicatæ,& abeũtes poſt car-
nem alterã,factæ ſunt exemplũ,ignis æterni pœnã ſuſtinentes.Per vxorem vero Loth retro Iudas
adſpicientẽ,& verſam in ſtatuã ſalis,intelligunt̃ ingrati & recidiuantes,atq; à religione apo apoſtol⁹.
ſtatantes,qui inſtar ſtatuæ ſalis indurantur & amaricant̃ ꝓprijs puerſitatibus, ac contra alios
faciliter exacerbant̃,quoꝝ tñ periclitationis exemplo,electoꝝ ac ſapientum corda ſalubri-
ter condiunt̃,ita ꝙ timoratiores,cuſtoditioreſq; fiunt, & territi plus purgant̃. [Abrahã autẽ
conſurgens mane vbi ſteterat prius cum dño,intuitus eſt Sodomam.] Sic ſapientes & virtu Ecci. 39.
oſi cor ſuum tradunt diluculo ad vigilandũ ad ꝓprium creatorẽ, maneq; adſtant dño,& vi- Pſalm. 5.
dent qm̃ non Deus volens iniquitatem ipſe eſt.Cuius metuenda penſant iudicia,& perpen-
dunt qualiter ſæpe punit iniquos,quomodo etiã iuſto iudicio ꝑmittit eos quotidie in gra
uiora corruere vitia,quod eſt maxima ira ac vltio Dei,qui ꝓteſtatur:Dimiſi eos ſecundum
deſideria cordis eorum, ibũt in adinuentionibus ſuis. [Aſſcendit Loth de Segor,& mãſit in Pſal. 80.
monte.] Sic aliqui in vita actiua & ſociali bene exercitati, aſſcendere poſſunt aut debent ad
apicem vitæ cõtemplatiuæ,aut ſolitariæ ac perfectæ,in qua tamen niſi valde cuſtodite & tẽ-
perate ſe habeant,poterũt præcipitari & falli.Porro ꝑ duas filias Loth,poſſunt intelligi ra-
tio ſupior atq; inferior,quæ ex patre ſuo cõcipiunt,quãdo à patre luminũ viſitantur & adim
plẽtur.Rurſus hæ duæ filiæ,accipi poſſunt appetitus ſenſitiuus & ſenſus exterior, quæ patrẽ
ſuum vino inebriant,dum hoĩem ad gulam præcipitãt, à quo tũc prauam concipiunt pro-
lem,videlicet paſſionum & concupiſcentiaꝝ exequutionem ac ſenſuum imitatiõem. Patet
demum ex præinductis,quanta vitia oriuntur ex gula.Hoc item ex præhabitis innoteſcit,q̃
ſalubre ſit vrbibus,habere in ſe ciues & habitatores iuſtos, ſeu vere religioſos, ꝓpter qs De⁹
omnipotẽs multa impẽdit bona ciuibus cæteris,& vrbes à diuerſis præſeruat ꝑiculis.Nã So-
domæ pepciſſet,ſi decem iuſti fuiſſent in ea.Poſtremo ꝑ Moab, qui interpretatur, ex patre,
intelliguntur reprobi & iniqui,quibus ait ſaluator:Vos ex patre diabolo eſtis.Per Ammon Ioan. 8.
vero,q interpretatur,filius populi mei,deſignantur hæretici,q ex Chriſtiano populo prodi-
erũt,& Chr̃i noĩe gloriari ſe iactant,immo ſe ſolos veraciter Chr̃ianos dici & eſſe ꝑſumunt.

¶Declaratio cap. XX. Profectus inde Abraham. Arti. LXI.

PEregrinatio Abrahæ in Gerara,& qd ei acciderit ibi,deſcribitur in præſenti cap.[Profe
ctus inde Abraham].i.recedens à conualle Mambre,vt in Scholaſtica hiſtoria exponi- Euſebi⁹.
tur.vnde conſtat ꝙ non habitauit in monte tempore ſubuerſionis Pentapolis.[in ter-
ram auſtralem,] hoc eſt, eundo in terram quæ erat verſus auſtrum, reſpectu vallis præfatæ, Auguſt.
vel ſimpliciter verſus auſtrum.[habitauit inter Cades & Sur,]id eſt, inter loca ſic dicta,] & 16. de ci.
peregrinatus eſt in Geraris,] Secundum Auguſtinum, Gerara fuit ciuitas, cuius rex fuit Dei.

Abimelech, de quo paulopoſt ſubditur, & fuit in Palæſtina. Infrà vero habetur, quòd Abi-
Gen. 20. melech fuit rex Palæſtinorum. Deniq; cauſam, ob quam Abraham locum ſuæ habitatiōis,
ſicut nunc ſcribitur, permutauit, aliqui dicunt fuiſſe, quia ſubuerſa Pentapoli, pauci ibant
circa vallem in qua morabatur, & ita non poterat ibi hoſpitalitatē magnam exercere. ideo
iuit ad locū præfatum, vt ibi copioſius hoſpitalitati inſiſteret. Veruntamen, vt apparet,
ꝓpter hoc non indiguit ingredi Palæſtinam, ſed in terra Chanaan, ad quā erat deſuper vo-
catus, potuiſſet hoc ipſum peragere. [Dixitq; de Sara vxore ſua, Soror mea eſt.] videlicet
ne Palæſtini auferrent eam ſibi violēter, & interficerent eum, ne viderētur adulterium exer-
cere cū ea. Multa circa hæc ſcribi poſſent, de ꝗbus pertranſeo, quia in expoſitione duode-
cimi cap. ſunt inducta. [Miſit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eā] .i. fecit eam ſibi ad-
duci, qa percepit ꝙ eſſet valde formoſa. Mirumq; eſt ꝙ fœmina illa tunc nonagenaria, ad-
huc erat tam cōcupiſcibilis, pulchra, & viuax. Circa quod fertur, ꝙ Hebræi aſſerūt pulchri-
tudinem & viuacitatē atq; teneritudinē ſuæ carnis, manſiſſe in ea vſq; ad vltimū vitæ. Quod
ſi veꝝ eſt, ſupernaturale fuiſſet: ideo credibilius reor, ꝙ ex naturali cōplexione & bono re-
gimine, & iucunda atq; pacifica conuerſatione cū ſuo marito, & forſan ex aliqua ſpeciali,
occultaq; cauſa ſeu influentia naturali, ꝑmanſit in ea tam diu vigor & ſpecioſitas corporis,
non tamē modo prætacto vſq; ad finē vitæ ſuæ, ſed paulatim decreuerunt. Nempe in qui-
buſdā hominibus ex occultis influentijs & naturalibus inexiſtentijs fuerūt aliqua valde ſpe-
cialia dona naturæ, de quo plurima dici poſſent ex aſtrologoꝝ doctrina. [Venit autē Deus
Ioſe. li. 1. ad Abimelech per ſomniū nocte, & ait illi:] Vt enim Ioſephus, expoſitoreſq; referunt, ſta-
ant. iud. tim vt Abimelech tulerat eā, incidit ægritudinem magnā. Deſperantibus autē medicis de
cap. 20. regis curatione, Deus per angelū apparuit regi in ſomno, aperiēs ei cauſam ſuæ infirmita-
tis. Aliam quoq; plagam induxit Deus cunctis mulieribus regis, vt patet in fine huius cap.
[En morieris ꝓpter mulierem quā tuliſti. habet enim viꝝ] .i. propter culpam quam cōmi
ſiſti, tollēdo hanc fœminā à ſuo marito. Iſtud fuit cōminatio, nō aſſertio: vel ſi fuit aſſertio,
nō fuit aſſertio abſoluta, ſed cōditionata. vt ſit ſenſus: Morieris mox de hac ægritudine, niſi
pœnitēs reſtituas fœminā iſtā ſuo marito. [Abimelech vero nō tetigerat eam,] quia diuini-
tus extitit impeditus per ægritudinem grādem. [Et ait: Domine, num gentē ignorantem]
id eſt, quæ ex ignorantia facti peccaſſe videtur, ſed excuſatur, [& iuſtā interficies] quaſi re-
am? Quaſi dicat, Nō decet te. [Nōne ipſe] ſcilicet Abraham [dixit, Soror mea eſt: & ipſa ait,
frater meus eſt? In ſimplicitate cordis mei] .i. recta & ſimplici intentione abſq; palliatione
fallaci, [& munditia manuum meaꝝ] hoc eſt, innocentia & ſynceritate actionū meaꝝ. [feci
hoc,] quoniā intendebam eam vxorē accipere, & maritali affectu accedere. [Dixitq; ad eū
Deus: Et ego ſcio ꝙ ſimplici corde feceris.] An tota colloquutio iſta ſit in viſiōe & ſomno
completa, an potius in vigilia terminata, quæri poteſt. Et tota in ſomno fieri poterat, ſic-
3. Reg. 4. ut & tertio Regū legitur Deus Salomoni apparuiſſe, & facta colloquutio inter eos. Deinde
ſubiungitur ibi: Et intellexit Salomon ꝙ ſomnium eſſet. Talis vero colloquutio fuit intus
in anima ſpiritalis & imaginaria ad aures cordis, non corporis, ad quam homo in ſomnis
Iob 33. eſt aptior, quia tunc exteriores ſenſus quieſcunt, propter quod in Iob ſcribitur: Per ſomni-
um in viſione nocturna, quando ſopor irruit ſuper homines, aperit Deus aures virorum, &
inſtruit diſciplina, vt auertat hominē ab impietate. [ideo cuſtodiuit te, ne peccares in me,
& non dimiſi vt tangeres eam] .i. per iſtā aduerſitatem retraxi te ab illicito cōcubitu, ne me
offenderes peccando in proximum. Et iſtud eſt donum ac pietas Dei, ꝙ per aduerſa ſic im-
pedit hominem à peccato. Quēadmodum autem homo per vnum peccatū meretur relin-
qui à Deo, ita vt incidat in aliud, ſicq; peccatum illud eſt peccatū & cauſa peccati, ſic homo
per opera bona meretur præſeruari à Deo, ne peccet: Meretur, inquam, de condigno aut
cōgruo. Sicq; fuit in iſto Abimelech, vt conſtat ex textu. ¶Præterea peccare in Deum, quan-
doq; diſtinguitur cōtra peccare in proximum, ita ꝙ peccata cōtra tria prima præcepta, di-
cūtur peccata in Deum, quia ſunt directe cōtra eum, & contra præcepta, quæ verſantur cir-
ca ipſum. Peccata vero cōtra alia ſeptem præcepta, vocātur peccata in proximum: quia di-
recte & immediate ſunt contra eum, & ei nociua. Ex conſequenti vero ſunt contra Deum,
quoniā contra eius præcepta. ſed nunc peccare in Deum, acceptum eſt, prout includit pec-
cata in proximum. [Nunc ergo redde viro ſuo vxorem, & orabit pro te, quia propheta eſt,
& viues.] Cum enim ꝓpheta ſit & vir ſanctus, grauius crimen eſſet ei ſuam auferri vxorem.
Eſtq; idoneus orare pro te, nec latet eum, coniugem ſuam eſſe intactam à te. [Et orabit pro
te.] Ex his patet, ꝙ Abimelech aliquātulum erat culpabilis in tollendo Saram ab Abraham,
non ſatis ordinate & caute procedendo & inquirendo de ſtatu Saræ, aut amore pulchritudi-
nis eius ſenſualiter affectatus, quanuis iuxta expoſitionem præhabitam ſimplici corde tu-
lerit eam. Bonis enim operibus ſæpe miſcentur aliqua mala. [Si autem nolueris redde-
re, ſcito ꝙ morte morieris tu, & omnia quæ tua ſunt.] ¶Circa hoc quæri poſſet, quare ꝓpter

peccatum Abimelech Deus occidiſſet oīa ad ipſum ſpectātia, cur etiam ob hoc flagellauit
oēs vxores ipſius: quoꝝ rñſio patet ex dictis in expoſitione duodecimi cap. vbi habet, quali
ter rex Aegypti tulerit Saram, & qualiter ꝓpter hoc ipſe & domus eius fuerint maxime fla-
gellati. Hæc nanq; hiſtoria quaſi omnino cum illa coincidit. [Statimq; de nocte conſurgens
Abimelech.] Si tam infirmus erat ꝙ medici de eius deſperauerāt curatione, quomodo potu
it tam cito cōſurgere? Dici poteſt, ꝙ ſtatim cum obtēperare propoſuit reuelationi diuinæ,
cœperit melius ſentire. Vel alioꝝ ope erexit ſe, & fuit valde perterritus. Timor autem facit
hoīem qñq; ardua attentare, vt euadat periculum. [vocauit oēs ſeruos ſuos &c. Timuerūtq;
omnes viri valde.] omnes ſ. domeſtici eius, iſtis auditis. [Vocauit aūt Abimelech etiā Abra
ham] id eſt, die facta, fecit eum venire ad ſe. [& dixit ei: Quid feciſti nobis?] Quaſi dicat, Ex-
poſuſti nos magno periculo, dicendo ꝙ fœmina iſta ſit ſoror tua. [Quid peccauimus in te,
quia induxiſti ſuper me & ſuper regnum meum peccatum grande?] id eſt, occaſionem dedi
ſti mihi magni exceſſus, & per conſequens populo meo, qui mihi conſentiendo aut me in
ſimilibus imitādo, potuiſſent magnā incidere culpam. Ex quibus conſtat, ꝙ ignorantia fa
cti nō excuſat in toto, niſi debita adhibeatur diligentia, inquiſitio, ſeu cautela. [Rurſuſq; ex-
poſtulans] cauſam verboꝝ Abrahæ, [ait: Quid vidiſti vt hoc faceres?] .i. quid te mouit ad ita
loquendum, & quo intuitu dixiſti ꝙ ſit ſoror tua? Abimelech itaq; vehementiſſime mira-
batur, ꝙ cum Abraham eſſet vir ſanctus ac ſapiens & propheta, dixit verba huiuſcemodi,
ex quibus ſequutum fuit tale malum, & maius ſequi potuerat. [Reſpondit Abraham: Cogi
taui mecum, dicens,] hoc eſt, tacitus intra me, [Forſitā nō eſt timor Dei in loco iſto] .i. in ho
minibus vrbis huius ſiue ꝓuinciæ. [& interficient me ꝓpter vxorem meā] hoc eſt, vt eā libe-
rius habeant, idcirco inueni iſtud conſilium atq; remediū, nec Deum tētaui, ſed eo inſpiran
te cognoui, ꝙ ipſe meā cōiugem præſeruaret in Palæſtina, ſicut fecerat in Aegypto. Quę cir
ca iſtud dicēda eſſent, introducta ſunt in expoſitione præfati capituli duodecimi. [Aliàs au
tē] .i. hoc eſt ſecundū alium reſpectū & ſenſum, ſeu alio modo ꝗ putas, [vere ſoror mea eſt,
filia pr̄is mei] nō ꝙ ipſa ſit filia patris mei, aut matris meæ, tanq̄ nata immediate ab illo aut
illa, ſed filia eſt pr̄is mei, videlicet Thare, qa ille eſt auus ipſius. Aui aūt ſæpe patres vocantur
eoꝝ, ꝗꝝ ſunt aui. [& nō filia matris meæ &c.] qa vt dr̄, Thare pater Abrahæ, habuit plures
vxores, ex quaꝝ vna genuit Abraham, ex alia Aram, ꝗ fuit immediatus pater Saræ & Loth.
Sicq; Sara & Loth attinebant Abrahæ ex parte patris ſui, non ex parte matris ſuæ. ¶Porro
in Scholaſtica hiſtoria tanguntur alij ſenſus hoꝝ verboꝝ, ita ꝙ Abraham vocauit fratrem
ſuum Aram, patrem Saræ, patrē ſuum, qa ſenior eo erat. Vel, vt hoc quod ait, [patris, mei] Euſebi.
intelligatur diuiſim, vt ſit ſenſus: Ipſa eſt filia patris, ſupple ſui: mei, hoc eſt, ꝗ eſt meꝰ frater.
Alij vero dicunt, ꝙ ipſo Aram mortuo, pater ſuus Thare duxit vxorem eius in cōiugem, &
genuit Saram ex illa, ſuſcitans filio ſuo defuncto ſemen ex coniuge eius, & ita Thare fuiſſet
immediatus pater Saræ. Sed prima expoſitio planior eſt, vt ſ. Sara dicatur ſoror Abrahæ eo
modo, quo frater ſuus Loth ſuprà vocatus eſt Abrahæ frater. [Poſtq̄ autem eduxit me De-
us de domo patris mei] id eſt, de terra & cognatione mea paterna, [dixi ad eam: Hanc miſe-
ricordiā] hoc eſt, hunc pium effectum [facies mecum:] vtpote [in omni loco ad quē ingredi
emur] id eſt, in omni populo alieno ad quem veniemus, [dices ꝙ frater tuus ſim.] ne occi-
dant me deſiderio te habendi. nec hoc fuit mendoſum, quia multum propinqui vocantur
adinuicem frater & ſoror: nec fuit illicitum, quia interdum licet veritatem prudēter abſcon
dere, ne malum contingat, q̄uis mentiri non liceat. [Tulit ergo Abimelech oues & boues,
& ſeruos & ancillas, & dedit Abrahā] id eſt, ipſi Abrahæ, pro moleſtia ſeu iniuria aut culpa
circa eum cōmiſſa, atq; ad honorādum eum tanq̄ Dei amicū ac vatē, & itē ad captandum
beneuolentiā ac amicitiā eius, & etiā ꝓuocaret eum ad orādum ꝓ ſe ac mulieribus ſuis, to-
taq; domo ſua. [reddiditq; illi Sarā vxorem ſuā, & ait: Terra corā vobis eſt] .i. tota hæc regio
mea in veſtro proſpectu eſt, & ad vſum ac placitū veſtrum parata. [vbicunq; tibi placuerit,
habita] cum tuis domeſticis. Hoc ſingulariter dixit ad Abrahā, tanq̄ ad patrēfamilias quem
cæteros ſequi oportet ad habitādum quo ipſe elegerit. [Saræ autem dixit: Ecce mille argen
teos dedi fratri tuo] hoc eſt, Abrahæ tuo marito quē fratrē tuū vocaſti. Ex hoc patet ꝙ Abi-
melech dedit Abrahæ tantā pecuniā p̄ter oues & boues, ſeruos ac famulas. [hoc erit tibi in
velamē oculoꝝ ad oēs ꝗ tecum ſunt] .i. donum iſtud pecuniariū ſit tibi ad pepla emenda, ꝗ
bus faciem tuā tegas vſq; ad oculos, inter oēs apud quos fueris, ne ex inſpectione pulchritu-
dinis tuæ te amēt, & viro tuo te ſubtrahāt. Vel, in velamē oculoꝝ tuoꝝ, id eſt, ad opiendum
oculos tuos cum ꝑ mortē fuerint clauſi, vtpote in præparationē funeris tui, vt elegās extet ir
riſio. Q.d. Cum vetulā te eſſe iā nouerim, potius te oportet cogitare de ꝑtinentibus ad fune-
bria, q̄ vti tali modo loquendi ꝑ quē alij inducātur ad appetendū te pro vxore. Vel, hoc erit
tibi in velamē oculoꝝ, id eſt, pro memoriali verecundiæ quam nunc pateris, & ad operien-
dū oculos tuos ac faciē à pudore præſenti, ſeu ad releuandum & eripiendū te à cōfuſione, qa

ꝑ dona iſta te etiam honoraui.[& quocunq; prexeris, memento te deꝑhenſam,]Hoc quidã
exponit ſic.i.acceptã à me in vxorem.Sed non videtur ꝙ Abimelech accepit Saram in con=
iugem,ſicut nec Pharao,ſed vterq; eoꝝ hoc facere intendebat.Eſt igitur ſenſus: [Memento
te deprehenſam]hoc eſt,in modo loquendi illicito, ſeu mendoſo aut ꝑiculoſo inuẽtam, q̃a
virum tuum vocaſti fratrem tuum.Vnde ſecundũ Rabbi Paulum,dictio Hebraica hic poſi
ta,ſonat redarguram.[Orante aũt Abraham]ꝓ Abimelech & mulieribus ſuæ domus,[ſana-
*pepe rerunt uit Deus Abimelech] reddendo eum ſanitati ꝑfectæ,[& vxorẽ ancillasq; eius, * vt parerent.
Cõcluſerat eñ dominus omnem vuluam domus Abimelech ꝓpter Saram vxorẽ Abrahę.]
hoc eſt,ꝓ culpa commiſſa in ablatione Saræ à ſuo marito. Per vxorem aũt Abimelech,in-
telligitur vxor eius vel principalis,vel vnica.Et ꝑ ancillas illius,intelligunt eius concubinæ,
aut coniuges ſeruorum ſuoꝝ.¶Præterea,iuxta ſpiritalem intelligentiã, per Abraham,vt di
ctũ eſt ſæpe,ſignificatus eſt Chriſtus:per Saram, Eccleſia, quæ eſt ſoror Chriſti, & vxor ſeu
ſponſa ipſius.Dicit autem ſoror Chriſti duplici rõne.Prima, propter cõmunionem naturæ
humanæ in vtriſq;.Secundo,ꝓpter ſpũalem regenerationem & obediẽtiam præceptorum,
Matt.12. ſicut ait ſaluator:Quicunq; fecerit voluntatem patris mei,ipſe meus frater & ſoror & mater
eſt.Per Abimelech q̊q; ſignificantur principes mundi,ſeu inuiſibiles poteſtates,qui voluerũt
eccleſiam violare,nec potuerunt,quoꝝ principum mundanoꝝ quidam per inſpirationem,
aut alio modo correpti,conuerſi ſunt,& ex ignorantia ſua aliqualiter excuſabant, quemad
1.Tim.1. modum fatet Paulus:Miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate.
Nam & aliq principes tales,fuerũt corporaliter caſtigati ꝓpter exceſſus ſuos in Chriſti ſpon
ſam,quos & Deus præſeruauit,ne grauius peccarent in eam.Deniq; principes ſic cõuerſi,re-
tulerũt ſeruis q̃ ipſis acciderãt,& quãta eis inſtarent ſupplicia, niſi pœniterẽt de ſua trãſgreſ
ſione cõtra Chr̃i eccleſiã,eãq; Chriſto offerrẽt:& ita plures miniſtri perterriti,ſunt cõuerſi,q
bus Chr̃us aduocatus interpellatorq; hoĩm apud patrẽ veniã impetrauit, q magna dño mu
nera obtulerunt, & ſuos miniſtros fecerunt Chriſto ſubiectos:ſicq; de cætero cũ ſuis familijs
ſpũaliter fœcundi effecti,ſemen,in quo cultus Dei ac fides catholica aucti ſunt, genuerunt.

¶Expoſitio literalis cap.21.Viſitauit autem Deus Saram &c. Art. LXII.

*dñs Viſitauit autem * Deus Saram]hoc eſt, ſupernaturalem fœcunditatem tradidit ei, [ſic-
ut promiſerat] ei per angelicam aſſertionem, [& impleuit quæ locutus eſt. Conce-
pitq; & peperit filium in ſenectute ſua,] videlicet nonagenaria, [tempore quo prædi-
xerat ei Deus]hoc eſt, die eodem quo ei prædictum fuit ab angelo, anno ſcilicet reuoluto
Gen.18. ab illo die, iuxta quod ſuprà dictum eſt:Reuertens veniam ad te tempore iſto, & habebit fi-
lium Sara. [Vocauitq; Abraham nomen filij ſui,quem genuit ei Sara,Iſaac.]Hoc enim no-
Gene.17. men prænunciatum fuit ei ab angelo,quemadmodum ſuprà legitur:Ait dominus ad Abra-
ham:Sara pariet tibi filium,vocabisq; nomen eius Iſaac.[& circuncidit eum octauo die,ſic-
Ibidem. ut præceperat ei Deus]prout ſuperius habitum eſt:Infans octo dierum circuncidetur in vo-
bis.Porro,quod ſequitur,[cum centum eſſet annorum] non refertur ad verbum immedia-
te præcedens,videlicet, præceperat:ſed ad verbum iſtud, circuncidit: quando enim præce-
ptum circunciſionis accepit à domino,fuit nonaginta annorum:ſed dum illud impleuit in
Iſaac,centenarius fuit.ideo ſubditur:[Hac quippe ætate patris,natus eſt Iſaac]id eſt,cum pa
ter ſuus Abraham erat centum annoꝝ. [Dixitq; Sara:Riſum fecit mihi Deus.]Hoc eſt,cau-
ſam ridendi & gloriãdi ac admirãdi de magnitudine beneficioꝝ ſuorum, præſtitit mihi De
us,concedendo mihi hunc filium ſupra naturã.[Quicunq; audierit]iſta non ſolum corpora-
li,ſed interiori auditu,[corridebit]hoc eſt, congratulabitur [mihi] de beneficijs mihi deſu-
per datis.Hinc puer ille vocatus eſt Iſaac,q̊d riſus interpretatur, vt dictũ eſt.[Rurſumq; ait]
*auditurus Sara:[Quis * auditorum]id eſt,eorum qui iſta audierint,[crederet Abrahã] hoc eſt,ipſi Abra
hæ,[ꝙ Sara lactaret filium quem peperit ei]videlicet Abrahæ[iam ſeni.]Iſta ſunt verba ex-
ultantis. Quaſi dicat:Partus iſte tam ſupernaturalis ac mirus eſt, quia & ex naturali diſpo-
ſitione atq; ex ſenio ſterilis fui,ꝙ vix aliquis crederet,ſi recitaretur ei res iſta ab Abraham.
Refert Lyra,ꝙ in Hebræo habetur pluraliter,filios.Deinde narrat fabulã Iudæorum,dicenti
um ꝙ Sara in die ablactationis filij ſui Iſaac, lactauit & filios vicinaꝝ mulieꝝ,q̃ ſuſpicãdo di
cebant,ꝙ Sara non accepiſſet filium illum ex Abraham,ſed ab alia muliere pro precio. Cui
fabulæ obuiat q̊d dictum eſt,quem peperit ei iam ſeni. Certum eſt equidem ꝙ filios illos nõ
peperit Abrahæ.Sara quoq; tãdiu grauida fuit,ꝙ vicini eius eam concepiſſe nouerũt.[Cre-
uit igitur puer]ſ.Iſaac,[& ablactatus eſt]cum eſſet trimus,hoc eſt,trium annoꝝ,vt in Scho-
laſtica habet hiſtoria.Et hoc erat magnæ dilectiõis,ꝙ Sara iam anus lactauit filiũ ſuũ vberi
Euſebi. bus ꝓprijs,q̃ſi cũ lacte corporis cupiens ei bonitatẽ infundere ſuæ mentis. [Fecitq; Abrahã
grãde cõuiuiũ]ſuis domeſticis,vicinis & amicis[in die ablactatiõis eius]videlicet Iſaac, q in
die illa puer primo acceſſit ad mẽſam p̃ris,& q̃a extũc puer tãti roboris fuit,ꝙ maior ſpes ap
parebat de eius perduratiõe in vita. [Cumq; vidiſſet Sara filium Agar Aegyptiæ ludentem

cum Iſaac filio ſuo,dixit ad Abrahã:Eijce ancillã hãc & filium eius:Non eñ erit hæres filius
ancillæ cũ filio meo Iſaac.] Secundũ Lyrã,pro [ludentẽ] in Hebræo habet,Meſſahet, quod
multa ſignificat,videlicet ludentem,idololatrãtẽm,occidẽntẽ,& coeuntẽ,ſeu laſciuientem. In Lyrã ſem.
Et dicit ꝙ tranſlator noſter,videlicet S.Hieronymus,videt hãc ęquiuocationem ignoraſſe, Hieroñ.
aut non aduertiſſe:quod non cenſet bene ſonare,cum B.Hieronymus quàmperitiſſimus fue
rit in Hebræo,quàmq; diligẽtiſſimus in transferendo. ¶Deniq; Rabbi Paulus hic ſcribit,
ꝙ prædictum verbum hebraicum, ſignificat vt frequenter ridentem, quandoque deriden-
tem,interdum gaudentem,aliquãdo vero ludentem:nunquam vero ſignificat idololatran-
tem,nec occidentem,nec coeuntem,ſeu laſciuientem. Vnde tranſlator noſter bene ſe habu-
it,transferendo præfatã dictionem quãdoq; per ludum,interdum per riſum ſeu gaudium,
aliquando per irriſionem,nunquã vero per alia ſignificata prædicta.Hæc R.Paulus.Verum
tam Paulus iſte quàm Lyra affirmant, ꝙ iſtud complexum, cum Iſaac, non eſt in Hebræo, R.Paul9.
neq; de textu. Dicit itaq; Lyra, quòd ſecũdum Hebræos dictio illa hebraica, accipit hic in
triplici ſignificatione. Primo, pro idololatrare,vt ſit ſenſus,quòd Sara vidit Iſmaelem ali-
qua facientem quæ ad idololatriã pertinebant.Vnde in Scholaſtica recitatur hiſtoria:Tra-
dunt Hebræi,quòd Iſmael inſtigabat puerum Iſaac,vt adoraret imagines luteas à ſe factas.
Secundo,pro occidere,vt ſit ſenſus:Quòd Sara conſiderauit,quòd Iſmael quærebat verſute
occidere Iſaac, quatenus hæreditatem acquireret. Tertio, pro laſciuire, ita quòd Sara per-
pendit Iſmaelem eſſe laſciuum,ideo timuit ne filiũ ſuũ ad ſimilia prouocaret,idcirco dixit
marito:Eijce ancillam hanc &c.Veruntamen expoſitiones præfatæ non ſolum ab Hebræis,
ſed & à catholicis ſunt prolatæ. Dicitur enim in Gloſſa:[Vidiſſet ludentem &c.] duplici-
ter hoc exponitur:vel ꝙ Iſmael idolis luſum fecit,vel ꝙ aduerſus Iſaac vendicauit ſibi pri-
mogenita tanquam maior ætate.In Scholaſtica quoque hiſtoria dicitur: Cum pueri lude-
rent ſimul,Iſmael lędebat Iſaac. Intellexitq; Sara in ludo perſecutionem, ꝙ ſcilicet Iſmael Euſebi.
poſt Abrahæ dormitionem vellet dominari fratri ſuo Iſaac,tãquam maior & ſenior eo.His
conſonat illud Apoſtoli ad Galatas: Is qui ſecundum carnem natus eſt, perſequebatur eum
qui ſecundum ſpiritum, hoc eſt, Iſmael Iſaac fratrem ſuum. Rurſus ſuper illud, ludentem, Galat.4.
habetur in Gloſſa:Lubricum & laſciuum eſſe docebat ipſum Iſaac,ſicut & ipſe erat. ¶Inſu-
per Rabbi Paulus teſtatur,ꝙ locus iſte melius exponit ab alijs Hebręoꝝ doctoribus, quàm
à Rabbi Salomone.Nam dicunt ꝙ Iſmael videns tam grãde celebrari cõuiuium in die ab- R.Paul9.
lactatiõis Iſaac,irriſit:ad innuendũ ꝙ nihilo minus ipſe fieret hæres,tanquã maior natu at-
que legitime natus,quod Sara attendens,dixit:Eijce &c.Dicitur autẽ Agar ancilla,quia an-
cilla erat Abrahę,anteq̃ duceret in coniugẽ,& mãſit ancilla Saræ.¶Præterea Sara ex diuino
inſtinctu dixit:Eijce ancillã &c.Nam Deo reuelãte cognouit,ꝙ Iſaac eſſet pręelectus,& prin
cipalis filius Abrahæ,cui primogenita debebãtur ex ordinatiõe diuina.¶Quęritur,quę fuit
hæreditas Abrahæ,quã Sara voluit ꝑtinere ad Iſaac,non ad Iſmaelem,cum Deus nõ dederit
Abrahæ hæreditatem in terra promiſſionis,nec paſſum pedis. Reſpondetur,ꝙ per hæredi-
tatem poteſt intelligi principalis & maior opulentia Abrahæ,quam(vt infrà habetur)reli-
quit Iſaac filio ſuo.[Dure accepit hoc Abraham pro filio ſuo] id eſt,verba Saræ de eiectione
Iſmaelis, diſplicuerunt Abrahæ tanquam inclementia. Multum enim dilexerat Iſmae-
lem,præſertim cum diu habuerit atque dilexerit eum, vt vnicum filium qui valde amatur.
Abraham autem non ſciuit ꝙ Sara protulit verba illa deſuper mota. Grauis etiam videba-
tur Abrahæ eiectio ancillæ,quæ erat coniunx eius:idcirco diſſimulauit ad tempus verba Sa
ræ.[Cui dixit Deus]in viſione nocturna per angelum:[Non tibi videat aſperum] quod locu
ta eſt Sara [ſuper puero & ſuꝑ ancilla tua &c.]hoc eſt,de amborum eiectione,[quia in Iſaac
vocabitur tibi ſemen] id eſt, Iſaac principalis filius tuus eſt, & eius poſteritas à te ſpeciali-
ter proceſſiſſe dicetur, quia in eo & eius poſteritate complebuntur principalia illa, quæ ti-
bi feci promiſſa, & inde Chriſtus naſcet.[Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam]
id eſt,grãdem populum faciam naſci ex Iſmaele.[quia ſemen tuum eſt] hoc eſt, meritis tu-
is.[Surrexit itaque Abraham mane.] Ex quo elicitur, ꝙ in nocte præcedente facta ſit ei re-
uelatio iſta.[& tollens panem & vtrem,] id eſt, vas ſeu lagenam [aquæ, impoſuit ſcapulæ
eius &c.] per panem & aquam intelliguntur quæcunque cibaria & pocula.[Quæ cum abijſ-
ſet,errabat in ſolitudine Berſabee.] de qua dictum eſt ante. [Cumq; conſumpta eſſet aqua]
quæ erat [in vtre,abiecit] id eſt,cum triſtitia poſuit. [puerum] Iſmaelem [ſubter vnam ar-
borem quæ ibi erat,] puta abietem, vt habet tranſlatio alia, forte vt puer ſiti deficiens, ad
arborem reclinaretur,& eius vmbra à ſolis protegeretur ardore.[& abijt, ſeditq; e regione
procul quãtum poteſt arcus iacere:Dixit eñ,nõ videbo morientem puerum] Putabat enim
Agar Iſmaelem mox ſibi periclitatuꝝ.[& ſedens contrà,leuauit vocem ſuã, & fleuit] ex tri-
ſtitia,cõpaſſione & timore afflictionum ſui filij. [Exaudiuit aũt Deus vocem pueri].i.fletum
Agar pro filio ſuo. Vel vocẽ pueri, q̃a & ipſe Iſmael flebat,atq; vt aliq dicũt,de peccatis ſuis

pœnituit. Iam eñ erat decem & ſeptem annoꝝ, aut circiter. Nam tredecim fuit annoꝝ tem
pore circũciſionis. Et poſt hoc anno ſequẽti natus eſt Iſaac, q etiã fuit ad minus triũ annoꝝ
tẽpore ſuæ ablactatiõis, vt credit, immo quidã dicit, ꝙ erat viginti annoꝝ, quod nõ videtur.
[Vocauitq́ angelus dñi Agar de cælo.] hoc eſt, angelus de cælo deſcendẽs, & in aere ſtans, vo
cauit ipſam Agar, dicẽs: Quid agis Agar? Noli timere. Exaudiuit eñ Deꝰ vocẽ pueri &c.] Oĩa
iſta erãt conſolatoria verba. [Tolle pueꝝ, & tene manum eius. Aperuitq́ dñs oculos eius] vi-
delicet Agar. i. fecit eam videre q̃d ante non vidit. ideo ſubdit: [Quæ videns puteum aquæ,
abijt, & impleuit vtrem aqua, deditq́ puero bibere, &c. Factusq́ eſt iuuenis ſagittarius, habi
tauitq́ in deſerto Pharan]. i. vrbis ſeu terræ ſic dictæ. Factus eſt ergo ibi iuuenis ſagittarius,
Gen. 19. quia exercuit ſe ad ſagittãdum beſtias, atq; vt refert Lyra, Hebræi dicũt, quòd exercuit prę-
das & latrocinia de trãſeuntibus. Vnde de eo prædictum eſt: Manus eius contra omnes. [Et
accepit illi mater ſua vxorem de terra Aegypti] de qua erat & ipſa. [Eodem tempore dixit
Abimelech rex Palæſtinæ & Phicol princeps exercitus eius, ad Abrahã: Deus tecum eſt in
vniuerſis quæ agis. Iura ergo per Deũ, ne noceas mihi & poſteris meis &c.] Abimelech iſte
ſciens neminẽ poſſe Deo reſiſtere, cognoſcens quoq; Abrahã eſſe Dei amicũ, timuit eum
Gen. 14. propter aſſiſtentiã Dei, quæ ei in omnibus affuit: & forte Abimelech iſte percepit, qualiter
Abrahã vicerat Dei adiutus auxilio quatuor reges, vt dictum eſt, idcirco inijt pactum pacis
cum Abrahã. Phicol autẽ verba regis approbãdo firmauit, & idem cum rege ſuo petebat.
[Dixitq́ Abrahã: Ego iurabo. Et increpauit] ipſe Abrahã [Abimelech regem [propter pu-
teum aquæ, quem vi abſtulerant ſerui illius.] Ille fuit puteus quem angelus oſtendit Agar,
quem puteum foderat Abrahã ante Agar eiectionem. Serui autem Abimelech abſtulerant
Euſebiꝰ. puteum iſtum Abrahæ violenter pro gregibus alijs adaquãdis, vt in Scholaſtica habet hiſto
ria. [Reſponditq́ Abimelech: Neſciui quis fecerit hãc rem, ſed & tu nõ indicaſti mihi] huc-
uſque. In quo patet patientia Abrahæ, & quòd querulosus non fuit, ſed tantum damnum &
vim ꝑtulit patienter, cum tamen aqua ſit illis in partibus precioſa. [Tulit itaq; Abraham
oues & boues, & dedit Abimelech]. i. de proprijs bobus & ouibus dedit ipſi Abimelech mu-
nera, tanq̃ principi terræ. [Percuſſeruntq́ ambo fœdus]. i. pactum amicitiæ inierunt cum iu
ramento. [& ſtatuit Abrahã ſeptem agnas ſeorſum,] quas dedit regi in teſtimoniũ, & in me-
moriale ꝙ ipſe Abrahã puteum illum fodiſſet, & pertineret ad ſe, ne ſibi amplius auferret.
[Idcirco vocatus eſt locus ille Berſabee]. i. puteus ſeptem, propter ſeptẽ præfatas agnas, vel
puteus iuramenti, qa Abrahã & Abimelech ibi fœdus cum iuramento firmarũt. Beer enim
Hieron. interpretat puteus, Saba ſeptem aut iuramentum. ¶Quocirca ſcribit Hieronymus: Iſaac
Euſebiꝰ. non eſt natus in valle Mambre, ſed in Geraris, vbi Berſabee vſq; hodie oppidulũ eſt. In Scho
laſtica vero hiſtoria continet: A puteo illo circũſtans regio dicta eſt Berſabee. In litera vero
exprimit ratio nominis putei, cum dicit: [Vocatus eſt locus ille Berſabee, quia ibi vterq; iu-
rauit, & inierunt fœdus pro puteo iuramenti &c.]. i. pro hoc ꝙ puteus ille ꝑtineret ad Abra
ham, ſpecialiter tamen pro cauſa alia iam dicta. [Reuerſiq; ſunt Abimelech & Phicol] cum
ſuis miniſtris [in terrã Philiſtinoꝝ.] quę eſt terra Palæſtinæ, ſeu pars ipſius, hoc eſt, ad vrbem
ſuæ habitationis, quę fuit in terra Philiſtijm, quã tamen non erãt in toto egreſſi, veniendo ad
Abrahã. [Abrahã vero plantauit nemus in Berſabee &c.]. i. copiã arboꝝ circa puteũ illũ, for-
Auguſt. ſan vt de fructibꝰ arboꝝ domeſtici & hoſpites ſui reficerent, & ſecundũ Auguſtinũ, ipſe eme
rat ſpatiũ illud, in q̃ nemus plãtauit. [& fuit colonus terrę Philiſtinoꝝ] vel vt alij habẽt, Palæ-
ſtinoꝝ, [multis diebus,] habitãdo in ea quaſi in aliena. dicuntq; aliqui, ꝙ habitauit in ea an-
nis vigintiquinq;. ¶Poſtremo, ꝙ Abrahã dicit non accepiſſe hæreditatem in terra repro-
Acto. 7. miſſionis, ſeu in iſta, nec paſſum pedis, vt in Actis dicit, Auguſtinus intelligit de hæreditate
ſibi à dño danda, nõ de hæreditate precio empta. Iuxta myſticos ſenſus ꝑ ſupernaturalẽ fœ-
Lucæ 1. cundationẽ partumq; Saræ, intelligit ſupadmirabilis natiuitas Chr̃i de virgine, à ſancto ſpi
Agg. 2. ritu fœcundata. Chr̃s quoq; eſt riſus & gaudiũ oĩm electoꝝ, qm̃ ipſe eſt deſideratus cunctis
Lucæ 2. gentibus, eoq́ nato angeli cecinerunt: Gloria in altiſſimis Deo. Et angelus dixit paſtoribus:
Ibidem. Euãgelizo vobis gaudiũ magnũ, qa natus eſt vobis hodie ſaluator. Per Abrahã poteſt intel-
ligi Deus pater: & ꝑ cẽtenariã eius ętatẽ, ęternitas Dei pr̃is, qua inuariabiliter ꝑdurãte, virgo
ſacratiſſima genuit filiũ eius. ¶ Inſup virgo digniſſima dicere quiuit cũ Sara: [Riſum fecit
mihi dñs]. i. materiã ſummæ exultatiõis cõtulit mihi, faciẽdo me matrẽ vnigeniti ſui inuio-
latã. [quicũq; audierit, corridebit mihi:] qa vniuerſi fideles cõgratulant in hoc beatiſſimæ
virgini. Quod aũt hæc virgo filiũ lactauit, tam ſupnaturale erat, ꝙ quaſi incredibile videba-
tur. ¶Præterea, ꝙ Abrahã fecit conuiuiũ in die ablactatiõis Iſaac, hoc deſignat, ꝙ Deo præ-
Eſaię 28. cipue placet abſtractio fideliũ à carnalibus oblectamẽtis. Propter q̃d loquit Eſa. Quẽ doce-
bit dñs ſciẽtiam, & quẽ intelligere faciet auditũ? Ablactatos à lacte, auulſos ab vbere. Per cru
delẽ vero luſum Iſmaelis cũ Iſaac, figurata eſt deriſio Chr̃i & eius fideliũ, ab induratis atroci
Galat. 4. buſq; Iudæis, ac cæteris perfidis. Quod & Apoſtolus ad Galatas exponendo diſſeruit, ꝙ ele-
cti

cti & ſpũales Iſraelitæ à carnalibus illis Iudæis ꝑſecutionem ſunt paſſi. Per electionẽ demum
ancillæ & filij eius de domo Abrahæ, ſignificata eſt reprobatio ꝑfidæ ſynagogæ, & carnali-
um filioꝝ ipſius, ac omniũ qui ex ſolo ſeruili timore ſeruiunt Chr̃o, qui oẽs ab electoꝝ ec
cleſia repellunt. ¶Inſup per hoc ꝙ Abrahã impoſuit ipſi Agar panes & vtrem aquæ, datur
intelligi, ꝙ infideli ſynagogæ Deus reliquit ſua carnalia ſacramẽta, & literalem atq; inſipi-
dã ſcripturaꝝ expoſitionẽ. Propter q̃d errat in ſolitudine, tanq̃ deſerta à Deo, & filijs ſuis in
captiuitatẽ redactis compatit. Per hoc vero ꝙ angelus hanc Agar vocauit, & filio eius ſub-
uenit ꝑ putei aquã, notat finalis cõuerſio Iudæoꝝ, & eoꝝ per baptiſmũ ſaluatio. ¶Inſuper
per hoc, ꝙ Abimelech cum ſuis venit ad Abrahã, eo ꝙ videret Deum eſſe cum eo, ſignatum
eſt, ꝙ principes ſeculi, gloriã Chriſti in eius eccleſia conſpiciẽtes, ad ipſum conuerſi ſunt, &
promiſerunt obedientiam ei, abrenunciãdo diabolo in baptiſmo. Viderunt nanq; qualiter
Chriſtus per ſuos diſcipulos idololatriã vndiq; diſſipauit, & infinita, ſoliq; omnipotẽti Deo
poſſibilia fecit miracula. [Et increpauit Abimelech propter puteum aquæ, quẽ vi abſtule-
rant ſerui illius.] hoc eſt, Chriſtus ꝑ ſuos miniſtros repræhẽdit principes conuerſos, ſaltem
in ſacramẽtali eoꝝ cõfeſſiõe, ꝑ hoc ꝙ ꝑmiſerũt infideles ſatellites ſuos impedire fideles vſu
baptiſmi, gratiamq́ baptiſmatis pręripere ſeu auferre pro poſſe hominibus. Quod tamẽ ali-
qñ contigit, ignorãtibus ipſis principibus, nec cognouerũt q̃ enorme fuerit hoc peccatũ, q̊-
uſq; illuminati fuerunt à Chriſto. At vero ꝑ hoc, ꝙ Abrahã tulit oues & boues, & dedit eas
Abimelech, inſinuat ꝙ conuerſis principibus Chriſtus adiunxit fideles innocentes & onus
diuinoꝝ præceptoꝝ promptiſſime baiulantes, ad ædificandum & confortandum principes
illos. Qui principes quãdoq; tam virtuoſe ſe habuerunt, ꝙ Chriſtus populo ſuo eas præfe-
cit. [Percuſſeruntq́ ambo fœdus.] quia ſaluator veniã & ſalutẽ eis promiſit, ipſi quoq; Chri
ſto ſe obtulerunt, & fidelitatẽ promiſerunt eidem. [Et ſtatuit Abrahã ſeptẽ agnas ſeorſum]
per agnas has intelligunt ſeptem dona ſpiritus ſancti, quæ in eccleſia locum ſortiuntur ſpe-
cialem atq; pręcipuum, quę Chriſtus largit cõuerſis, in teſtimoniũ ꝙ ipſe fodit puteũ iſtum,
hoc eſt, quatenus ipſi ꝑ dona illa clare cognoſcãt & fateant, ꝙ dñs Ieſus Chriſtus ſacramen-
tum baptiſmi primo inſtituit. [Idcirco vocatus eſt locus ille Berſabee.] hoc eſt, puteus ſe-
ptem, ſeu puteus iuramẽti. In baptiſmo etenĩ infundunt his, qui baptizant, ſeptem dona ſpi-
ritus ſancti, & ipſi in baptiſmo ſe obligant Deo. [Abraham vero plantauit nemus in Ber-
ſabee] id eſt, circa fontem baptiſmi in eccleſia fundauit ac ſtabiliuit multitudinem fidelium
copioſam, qui ſunt arbores fructuoſæ ſimul locatæ.

¶Elucidatio literalis capituli viceſimiſecundi: Quæ poſtquam geſta ſunt, ten-
tauit Deus Abraham. Articulus LXIII.

Recitatur deinde magnitudo ꝑfectionis Abrahæ, in obediẽtia & fide, excellentia quoq;
promiſſionũ deſup ſibi factaꝝ. [Quæ poſtq̃ geſta ſunt] hoc eſt, poſt expletionẽ eorum
quæ ſcripta ſunt caplo præcedẽti, [tentauit Deus Abrahã.] Aliter tẽtat Deus, aliter ca
rõ, aliter mundus, aliterq́ diabolus. Deus etenĩ tentat hoĩes, vt probet, vt coronet, vt alios
inde ædificet. Tentat, inquã, vt probet, nõ vt ipſe aliquid diſcat, experiat, aut ſciat, ſed vt eum
quẽ tentat, oſtẽdat probatũ, fidelem, idoneũ. Sicq́ virtus eius alijs ad eoꝝ ædificationẽ pate-
ſcat, ſicq; is quẽ tentat, glorioſius coronet. Diabolus aũt tentat vt fallat, caro titillat, & mate
rialiter ſeu occaſionaliter incitat. Qualiter vero intelligendũ ſit, q̃d ſcriptũ eſt alibi: Deus ne Iaco. 1.
minẽ tentat, & de multiplici tentatiõe, q̃liter etiã tentare diuerſimode cõueniat Deo & mun
do ac carni atq; diabolo, ſup ſeptẽ canonicas, ꝑſertim Iacobi, diffuſe ſcripſi. Itaq; Deus tenta
uit Abrahã. i. experimentũ ſeu probationẽ ſumpſit de fide & obediẽtia eius. [& dixit ad eum]
in viſione nocturna, ſiue in ſomno factũ ſit hoc, ſiue in vigilia, & per angelicã apparitionem
ac ſubminiſtrationẽ locutus eſt: [Abrahã Abrahã.] Repetitio nominis, indiciũ eſt amoris ac
familiaritatis, atq; excitandæ attẽtionis. Circa q̃d loquit Origenes: Vir iſte prius vocabatur Origeñ.
Abram, & nuſquã legimus, ꝙ hoc nomine vocauerit eũ Deus, aut dixerit ad eũ Abram. Non
enim vocãdus fuit à Deo nomine delendo, ſed nomine quod ipſe Deus donauit. [At ille re-
ſpondit: Adſum.] Forſitã ex vocatiõe illa, & nominis ſui ingeminatiõe euigilauit, quemad-
modũ 1. Regũ habet de Samuele, q Deo vocãte eũ atq; dicẽte, Samuel Samuel, ſurrexit de ſo
mno, & cucurrit ad Heli. [Ait illi: Tolle]. i. tecum accipe [filiũ tuum vnigenitũ quem diligis 1. Reg. 3.
Iſaac, & vade in terrã viſionis]. i. in Iudæam, præſertim in illã Iudææ partẽ, quæ inter mon-
tana eſt ſita, quæ dicit terra viſionis, quoniã ipſa à longe, & de ea à longe videri poterat, vt Euſebi.
in Scholaſtica hiſtoria cõtinet, vel qa in ea habuit Abrahã plures viſiones ſeu apparitiões &
reuelatiões diuinas, quẽadmodũ ex ꝓhabitis eluceſcit. Vnde in Eſaia Hieruſalẽ ſeu Iudęa val Eſaię 22.
lis viſionis vocat, quo ſcribit: Onus vallis viſiõis, qm̃ fuit terra habitatiõis ꝓphetaꝝ, qbus co
pioſiſſime factę ſunt reuelatiões & viſiões cæleſtes. Quidã ꝑ terrã viſiõis, intelligit montẽ qui
fuit tũc ꝓpe Hieruſalẽ, in q̃ mõte dñs iuſſit ipſum Iſaac ſibi offerri, q mõs dr̃ terra viſiõis, qa
ab eo poterat terra promiſſionis in circuitu late ac longe videri. Sed hoc reprobat R. Pau-
lus,

lus,qm̃ Deus primo nõ oſtendit Abrahæ montẽ in quo Iſaac immolari debebat,ſed terrã in
qua erat mons ille,& iſtud apparet veꝝ,p̃ſertim qm̃ Deus loquit̃ de terra viſiõis, & de mon-
te iſto quaſi de duobus locis diſtinctis,dicẽdo:[Vade in terrã viſionis,atq; ibi * offer eum in
holocauſtũ ſup vnũ montiũ quẽ mõſtrauero tibi.] Reprobat ꝗq; R.Paulus, ꝙ dictũ eſt,ter-
ram promiſſiõis potuiſſe in circuitu cõſpici à mõte p̃fato: qa viſio talis impediebat̃ per ali-
os mõtes in circuitu Hieruſalẽ exiſtẽtes.Sed iſtud nõ videt̃ efficaciter dictũ.Nam dici poſſet,
Euſebi⁹. ꝙ mõs ille nõ fuit altior alijs mõtibus,immo in Scholaſtica fert̃ hiſtoria:In ſummitate mon-
tiũ Iudææ,erat mõticulus eminẽtior alijs,dictus mõs Moria.Vnde ſubiungit̃: Atq; ibi offer
eum in holocauſtũ, ſup vnũ montiũ quẽ monſtrauero tibi.i.ad maieſtatis meæ honorẽ, fili-
um tuum chariſſimũ macta ſiue occide,atq; occiſum totũ corpus eius cõbure,vt cineres tan-
tum de ipſo remaneãt.Iſtud erat difficilimũ opus,in quo obediẽtia poterat p̃fecte examina-
ri.¶Deniq; Deus volẽs fidẽ & obedientiã Abrahæ plene ꝓbare,iuſſit ei occidere filiũ,de quo
iam ſæpe ꝓmiſſiones à Deo accepit,ꝙ in ipſo vocaret̃ ei ſemẽ,& ꝙ reges & natiões naſceren
tur ex filio illo.Ea ꝗq; verba ꝓtulit Deus, quæ erãt maxime inflãmatiua cordis paterni ad fi
lium illum,dicẽs:Tolle filiũ tuum vnigenitũ quẽ diligis Iſaac,vt ex hoc augeret̃ difficultas
implẽdi præceptũ,& Abrahæ obediẽtia plenius cõmendaret̃.Hinc etiã iuſſit Deus,vt iret ad
Ioſe.li.1. locũ ita remotũ.Vnde Ioſephus refert:Abrahã nimiũ diligebat ipſum Iſaac,cũ eſſet vnige-
ant.iud. nitus,ei'q; à Deo pro munere & in ſenectute cõceſſus, & ipſe puer parẽtes ſuos prouocauit
cap.22. ad ſuum fauorẽ atq; amorẽ,eo ꝙ omni virtuti ſtuderet,& parẽtum haberet ſolicitudinem,&
affectũ circa Dei religionẽ.Erat aũt vnigenitus Abrahæ ex Sara.Nec dubiũ quin Abraham
diligebat Iſmaelem:ſed ꝑ verba illa,[quẽ diligis] datur intelligi, ꝙ valde ſpecialiter dilexit
Iſaac,quemadmodũ Euãgeliſta Ioãnes de ſeipſo dicẽdo,Hic eſt diſcipul⁹ ille,quẽ diligebat
Ioan.13. Ieſus,inſinuat ſe ſpecialiter dilectũ à dño Ieſu. ¶Inſup ſecũdum Hieronymũ, mons in quo
& 21 Hieroñ. dñs iuſſit Iſaac immolari,fuit mons Moria,qui poſtea additus eſt ciuitati Hieruſalẽ,& in ea
2. Par.3. incluſus,in quo Salomon templũ cõſtruxit,iuxta illud: Cœperũt ædificare tẽplum in mõte
R.Paul⁹ Moria.Dicit aũt R.Paulus,ꝙ in mõte hoc celebrata eſt paſſio Chr̃i, & ꝙ in eo Chriſtus ſe
Mat.26. obtulit patri:quod non eſt idonee dictũ,quia in monte Caluariæ paſſus eſt Chriſtus,tamen
Mar.14. in monte iſto aut prope fuit cœnaculũ,in quo ſaluator cum Apoſtolis agnum comedit pa-
ſchalem,& altaris inſtituit ſacramẽtum.]Igit̃ Abrahã de nocte cõſurgens,] In quo patet fer
uida ſuæ mẽtis promptitudo ad obediẽdum,qa nõ præſtolabat̃ vſq; ad auroram.[ſtrauit aſi-
num ſuũ].i.præparauit eũ ad portãdum ligna pro holocauſto penitus cõburendo.[ducens
ſecum duos iuuenes &c.] qui(ſecundũ Hebręos)fuerũt Iſmael atq; Eliezer.Qud nõ videt̃ ve
Ioſep.li. rum,quãtum ad Iſmaelẽ,qui (vt cap̃lo habet̃ præhabito) iam fuit de domo Abrahæ ſepara-
1.Antiq. tus,atq; in deſerto Pharan cœperat cõmorari, Abrahã aũt præceptum hoc Dei nec cõiugi
iud.c.22. ſuæ,nec ſeruoꝝ alicui manifeſtauit,ne impediret̃ per eos,vt Ioſephus ſcribit. [Cum'q; cõſci-
diſſet ligna in holocauſtũ] hoc eſt,pro igne holocauſtũ conſumpturo,quod videt̃ feciſſe an-
teꝗ iter arripuit.[abijt ad locũ quẽ pręceperat ei Deus] accedere.[Die aũt tertio eleuatis ocu
lis vidit locũ] videlicet montẽ [procul,] & Deo reuelãte cognouit,ꝙ ille eſſet mons,in quo
filiũ immolaret.Dicunt vero nõnulli,ꝙ Berſabee,vbi Abrahã habitauit,viginti leucis diſta
bat à mõte hoc.¶Deniq; ſanctus hic p̃riarcha habuit gratiã diſcretiõis ſpirituũ,qua cogno
uit quæ reuelationes eſſent vere à Deo,& ꝙ iuſſio iſta tam mira & inaudita, quæ prima facie
videbat̃ naturali iuri ac legi contraria, erat ab ipſo veraciter. [Dixit'q; ad pueros ſuos: Expe
ctate hic cum aſino.] Noluit enim in illoꝝ præſentia filium immolare,ne illi ex cõpaſſio-
ne reniterent̃ aut vlularẽt.Pueri iſti fuerunt duo ſerui Abrahæ,vt Gloſſa inſinuat.[ego & pu
er illuc vſq; properãtes,poſtquã adorauerimus,reuertemur ad vos.] Videtur ſanctus vir in
hoc eſſe mentitus,hoc eſt,cõtra propriã mentẽ ſeu intẽtionẽ locutus, qm̃ intẽdebat filiũ im
molare,nec reuerti cũ eo. Ad hoc quidã rñdẽt,ꝙ Abrahã dixit verba iſta prophetice,nõ ta-
men aduertẽs quid diceret.Non eñ intendebat ꝙ Iſaac reuerteretur cum eo,idcirco nõ fuit
prophetia proprie dicta,ad quã præcipue ꝑtinet intellectus propheticoꝝ verboꝝ,iuxta illud
Dan.10. in Daniele:Intelligẽtia eſt opus,hoc eſt, principale in viſione. ſed fuit prophetia large acce
pta,quoniã ſpiritu ſancto mouẽte,ſic protulit verba,ſicut futuꝝ erat.Veꝝ contra hoc ob-
ijci poteſt.Nam Abrahã ex deliberatiõe & ꝓpoſito ꝓtulit verba hæc,ergo ſenſum eoꝝ aduer
tit,& aliquẽ ſenſum intẽdebat in eis,ſic'q; aduertit quid dixit.Aut ergo intendebat pueris in-
ſinuare,ꝙ ipſe cum filio ſuo,adoratiõe cõpleta,rediret ad eos,aut non:ſi ſic, ergo videbatur
contra intentionem propriã loqui:ſi non,ergo nihilo minus fuit ibi falſa & fallax ſignifica-
tio horum verboꝝ.Ad iſtud videtur poſſe dupliciter reſponderi:primo,ꝙ verba Abrahæ ve
ra erant iuxta illum loquendi modum,quo duo ſeu plures dicuntur aliqd facere,quod vnus
aut quidam eoꝝ efficiunt:iuxta quod genus loquendi quidam exponũt,ꝙ diſcipuli legun-
Mat.26. tur indignati propter effuſionẽ vnguenti ſuper caput ſaluatoris, & ꝙ latrones impropera-
Lucæ23. bant ei in cruce.Secundo,ꝙ Abrahã indubitanter credebat filium ſuum à dño ſuſcitãdum,
ſi im-

ſi immolaret̃:ſic'q; tam ſe ꝗ filium ſuum credebat redituꝝ ad pueros,ſiue ſimul & ſtatim,ſi-
ue ſeorſum ac ſucceſſiue. At quippe Ap̃lus ad Hebræos: Fide Abrahã obtulit.i. offerre pro- Hebr.11.
poſuit Iſaac,in quo ſuſceperat promiſſiones,arbitrãs quia & à morte ſuſcitare potẽs eſt De
us.Hinc loquit̃ Auguſtinus:Cum Abrahã immolaturus fuiſſet filium,laudat̃ crediſiſſe con- Aug.16.
feſtim ſuſcitãdum eundẽ: nec hæſitauit ꝙ ſibi reddi poterat immolãtus, qui dari potuit de ciuit.
non ſperatus.Alcuinus quoq;: Indubitãti,inquit,animo mactare filium Abrahã voluit,lau- Dei.
dabilis in conſtãtia offerendi,& in fide ſuſcitãdi.[Tulit quoq; ligna holocauſti].i.Abraham Alcuin⁹.
depoſuit ligna illa de dorſo aſini.[& impoſuit ſup Iſaac filium ſuum.] quod factum eſt ordi-
nante ſic ſpiritu ſancto, propter myſteriũ infrà tangẽdum.[Ipſe vero portabat in manibus]
ſuis [ignẽ & gladiũ.] In vna eteñ manu portauit ignẽ, ad cõburendũ corpus filij immolan-
di:in alia,gladiũ ad mactãdum.[Cum'q; duo ꝑgerent ſimul,dixit Iſaac patri ſuo: Pater mi.
At ille reſpõdit:Quid vis fili? Ecce,inquit,ignis & ligna] hic ſunt:[vbi eſt victima holocau-
ſti?].i.hoſtia quæ in holocauſtum offeret̃. ¶Circa hoc loquit̃ Origenes: Quõ,putas,filius Orige.
mox immolãdus,ꝑ verba hęc viſcera concuſſit paterna? Iteꝝ ait circa verba pauloante poſi
ta,ſ.Ego & puer,cũ adorauerimus, reuertemur: Dic mihi Abrahã, vere dicis hoc,an fallis? Idem.
Si vere,ergo nõ offers filium:Si fallis,hoc tantũ patriarchã non decet.Verum,inquit,dico:&
holocauſtũ offero pueꝝ,& cum ipſo redeo ad vos:quoniã fides mea hæc eſt,ꝙ potens eſt De-
us eum ſuſcitare à mortuis.[Dixit autẽ Abrahã: Deus prouidebit ſibi victimã holocauſti
fili mi] Quidã dicunt,ꝙ Abrahã dixit iſtud prophetice,quia arietẽ fuerat oblaturus.Verun-
tamen ſicut Abrahã putauit ſe ſtatim oblatuꝝ proprium filiũ,ita per verba hæc,quibus ve-
ritatem caute celauit, intendebat ad literã dicere,Deus exhibebit mihi, quid immolem ei,
vtpote teipſum,inſpirãdo tibi piã voluntatẽ,qua abſq; rebellione accedes,vt immoleris in
holocauſtum.[Pergebãt ergo pariter,& venerunt ad locum,quẽ oſtenderat ei Deus,in quo
ædificauit Abrahã altare &c.] in quo loco conſtruxit & Salomon poſtea altare,ſecundũ He
bræos.Aliqui etiã dicunt,ꝙ Abrahã fecit altare illud de terra.Vnde in Eccleſiaſtica hiſtoria Euſebi⁹.
legitur:Statuit aram de terra. [Cum'q; colligaſſet Iſaac filium ſuum.] Non ideo ligauit filij
ſui manus ac pedes,ne filius non ligatus,effugeret ſiue reſiſteret,quia nec potuiſſet ligare in-
uitum,& antequã incepit eum ligare,expoſuit ei diuinum præceptũ de ſua immolatione,&
cur ligaret̃.Cur ergo eũ ligauit? Reſpondet̃,vt in hoc ſeruaret̃ ritus quo & alia animalia quę
in holocauſtũ immolabant̃,ligata offerebant̃:& vt ꝑ hoc Chr̃i ligatio atq; in cruce cõfixio fi
gurarent̃: vel etiã ne Iſaac ex naturali mortis horrore ſe forſitan tempore ꝑcuſſionis moue
ret.Mortẽ eñ naturaliter refugiebat,cũ de beatiſſimo principe ap̃loꝝ Chriſtus prædixerit: Ioan.21.
Alius te cinget,& ducet quo tu nõ vis.Et rurſus,quatenus ex iſta colligatiõe magis cõmen-
daret̃ obedientia & cõſtantia Abrahæ, & ſubiectio ac patientia Iſaac. [poſuit eum in altare]
hoc eſt,ſup altare illud,videlicet [ſup ſtruẽ lignoꝝ].i.ſup ligna illa ꝗ ſup altare ordinate cõ-
poſuit,vt ſup ea fili⁹ ſuus apte iaceret ad occidẽdũ & cõburendũ.¶Pręterea circa hoc Ioſeph⁹ Ioſe.li.1.
aſſerit,ꝙ Abrahã dixit ad Iſaac:Sicut ex volũtate Dei ingreſſus es mirabiliter mũdũ,& pre- ant.iud.
cibus magnis impetratus à dño,gaudioſe'q; natus,ſic oportet te mirabiliter egredi mũdum, cap.22.
ideo dñs iuſſit te ei offerri,quaſi quẽ dignũ iudicauit mori non ægritudine,peſte,gladio,aut
aliqua paſſione humana.His verbis(vt recitat Lyra)Ioſephus dicit Abrahã addidiſſe,Sic'q;
Deus recipiet animã tuam ſecũ perpetuo.Subdit'q; Lyra,ꝙ verba Ioſephi vera ſint,dempta Ibidem.
vltima iſta particula,ꝙ ſ.dñs dixerit Iſaac animã ſecũ perpetuo permanſurã.Nã Deus mul-
ta p̃dixit futura per Iſaac,quæ tunc nondũ erãt impleta.Veruntamẽ in Scholaſtica hiſtoria Euſebi⁹.
verba Ioſephi aliter,verius'q; (vt cenſet̃)narrãtur,cum dicit:Deus dignũ duxit,animã tuam
vocare ad ſe cũ ſacrificijs & oratiõibus,& ſuſcitabit te propter promiſſiones implendas, ſic'q;
Iſaac libens & prõptus acceſſit ad arã ac mortẽ. Attamẽ iſtã particulã, ſuſcitabit te &c. non
inueni in Ioſepho,ſed Apoſtolus in ep̃la ad Romanos teſtat̃,ꝙ Abrahã arbitrabat̃ Deũ poſ- Rom.4.
ſe filiũ immolatũ à morte reſuſcitare.Inſup Ioſephus dicit,& cõmuniter ſic allegãt expoſi- Ioſep.li.
tores,ꝙ Iſaac erat tunc trigintaqnq; annoꝝ. Ex ꝗ patet,ꝙ pater ſuus nõ colligauit eũ inui- 1. Anti.
tum.Veruntñ Rabbi Paulus his cõtradicit,qa ſi ſponte acceſſiſſet ad immolationẽ,hoc fu- Iu.ca.22.
iſſet maxime meritoriũ, & nõ minus quàm ꝙ Abrahã voluit eum offerre: ſic'q; valde mira- R.Paul.
bile eſſet, ꝙ ſcriptura iſta nõ cõmẽdaret Iſaac de tantis meritis ſuis,ſicut cõmẽdat Abraham
de obediẽtia ſua.Hinc Rabbi Paulus allegat, & ſequit̃ quoſdã Hebræos,dicẽtes ꝙ Iſaac erat
tunc quindecim annoꝝ,& quaſi inuitus acceſſit ad arã:nec tñ ſit inde culpãdus,qa adhuc in
puerili fuit ętate,in qua nondũ habebat p̃fecte vſum liberi arbitrij,& hoc probat,qa in lite
ra puer vocat̃.Nõ eñ habet̃ in ſcriptura,vt homo triginta annoꝝ,& vltrà vocetur puer. Sed In Rabbi
oĩa iſta Rabbi Pauli verba vidẽtur inepta,& ſæpius miror ꝙ loqtur tã indocte. Nam dato ꝙ Paulum.
Iſaac nõ fuiſſet niſi qndecim annoꝝ,tñ tãtę fuiſſet ętatis,ꝙ ſatis cõpos extitiſſet mẽtis,ſatis'q;
libero vtẽs arbitrio ad ꝓmerendũ ac demerendũ.Et ſi inuit⁹ acceſſiſſet ad ĩmolationẽ,poſtꝗ
pater ſuus vir tam ſanctus retulit ſibi id eſſe à Deo præceptũ,fuiſſet ex hoc valde culpandus.
¶De-

¶Deniq; conſequenter in litera euidenter inſinuat, quantā gratiā Deus p̄ſtiterit ipſi Iſaac,
& benedixerit eum ꝑ quod obediéntia eius manifeſtat, approbata ac remunerata à dn̄o. Io-
ſephus quoq; narrat, ꝙ Iſaac auditis verbis patris ſui, delectatus fuit in ſapientia eius, & li-
Ioſe.li.1. bentiſſime ea accepit, dicens ſe paratū obedire, etiā ſi ſolus pater ſuus id ſibi præciperet, im-
ant. iud. mo melius ſibi eſſe nō naſci, q̄ nō obedire voluntatibus Dei ac patris ſui. In ſcripturis ꝗq; nō
cap. 22. ſolū hoīes triginta annoꝝ & amplius, immo & plus q̄ quadraginta annoꝝ, pueri appellant.
Zach. 2. Vnde in Zacharia habet, ꝙ angelus vnus dixit ad aliū: Curre & loquere ad pueꝝ iſtū, videli-
cet ad Zachariā prophetā, qui tūc erat grādęuæ ętatis. Chrs ꝗq; poſt reſurrectionē dixit apo
Ioan. 20. ſtolis: Pueri, nunqd pulmētariū habetis? Inter ꝗs fuit ſacratiſſimus Petrus, q̄ tunc erat mul-
to plus q̄ triginta annoꝝ, immo Ioannes apl's tūc erat annoꝝ triginta aut plus, ſiquidē ſexa
genariononо poſt Chr̄i paſſionē anno defunctus eſt cū cētenarius eſſet. [Extēditq; manum]
ſuā, [& arripuit gladiū, vt immolaret filiū.] Aſſumpſit etem̄ cor virile & cōſtās, ac animū pro
fidei efficacia rigoroſum, cū tn̄ ſanctus Abrahā eſſet naturaliter valde māſuetus, pius ac dul
cis. [Et ecce angelus dn̄i de cęlo clamauit &c. Nō extēdas manū tuā ſup pueꝝ, neq; facias illi
quicquā] læſionis aut pœnæ. [Nunc] ſatis probata & declarata eſt fides & obediētia tua, nec
innocētis filij tui ſanguinē ſitit Deus, ſed tuaꝝ declarationē virtutū, ad ædificationē alioꝝ.
Hieron̄. Dicit aūt Hieronym9, & habet in Gloſſa pręcedētis cap. Veꝝ eſt illud linguæ hebraicæ idio-
ma, ꝙ om̄is filius ad cōparationē parentis, infans vocat & paruulus. Romæ ꝗq; vſq; hodie,
oēs filij infantes dicunt. Hęc Hieronymus. In ſcriptura etiā ſerui ac ſubditi, cōmuniter pueri
nuncupant. [Nūc cognoui] .i. ꝑ iſtum virtuoſum effectū iam radicaliter alios cognoſcere fe-
ci, [ꝙ timeas Deū] filiali timore, [& nō pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter me] .i. paratus
eras occidere eum mei intuitu & amore, atq; ad maieſtatis meæ honorē. Hanc cōmunē huius
R. Paul9 verbi, cognoui, expoſitionē reprobat aliqualiter Rabbi Paulus, qa ꝑ iſtum effectū ipſe Abra
hā cognoſcere fecit ſe Deū timere, ſicq; aptius dixiſſet ſcriptura ſeu angelus, nūc cognoſcere
feciſti &c. ſed iſta obiectio nullius vigoris eſt, quoniā Deo iubente, inſpirāte & confortante,
Abrahā fecit hoc opus: ideo magis aſſcribendū eſt Deo q̄ Abrahæ. Poſſet tn̄ expoſitio Rabbi
Pauli, verbū præfatū metaphorice exponentis, aliquo modo ſaluari, vt ſit ſenſus: Nunc co-
gnoui .i. ꝑ modū cognoſcentis aliquid de nouo me habeo, quia viſo iſto effectu, maiora tibi
promitto q̄ ante. Hæc aūt verba loquutus eſt angelus in Dei pſona. [Leuauit Abrahā oculos
ſuos, viditq; poſt tergum arietē inter vepres hærentē cornibus, quē aſſumens, obtulit holo-
cauſtū pro filio] .i. loco ſeu vice filij ſui quē obtuliſſet. Dicunt Hebræi, vt recitat Lyra, ꝙ ari-
es ille fuit ibi paratus à creatiōe mūdi, hoc eſt, à ſexta die, qua primo facta ſunt animalia ter-
ræ: ꝗd rationi & ſcripturis contrariat, nec dignū eſt reprobatiōe. Aliqui aūt dixerūt, ꝙ aries
fuit ibi de nouo formatus, ſed verius creditur, ꝙ angelico miniſterio fuit ibi de nouo addu
ctus, ꝗd & Rabanus proteſtat. Præterea dicunt Iudæi, Iſaac ab immolatiōe liberatū, & arie-
tem pro eo oblatū prima die Septēbris, in cuius rei memoria tūc ſolennizāt, & cornibus pe
coꝝ clangūt, ꝗd vocāt feſtū tubaꝝ. [Appellauitq;] Abrahā [nomē loci illius, Dn̄s videt.] Vel
quia Deus ibi pie & ꝑ approbationē adſpexit ipſum Abrahā & opera eius: vel qa fecit ibi
videri ſeu cognoſci obedientiā eius ac filij ſui. [Vnde vſq; hodie dicit: In mōte dn̄s videbit.]
hoc eſt, ipſi Iudæi nomen illud cōplexum, dn̄s videt, traxerunt in verbū vulgare, ita ꝙ quā-
do in anguſtijs poſiti ſunt, dicunt: In monte dn̄s videbit. i. ſicut Deus miſertus eſt Abrahæ &
Iſaac in mōte illo, Abrahā reuocādo ab interfectiōe chariſſimi filij, & ipſum filiū ab occiſio-
ne, ſic miſereat & noſtri. [Vocauit aūt angelus dn̄i Abrahā ſecundo de cælo, dicens: Per me-
Hebr. 6. metipſum iuraui, dicit dn̄s.] De hoc Dei iuramento tractat diffuſe Apl's ad Hebręos, dicen-
do: Abrahæ nāq; promittens Deus, qm̄ neminē habuit, per quē iuraret maiorē, iurauit ꝑ ſe-
metipſum. [qa feciſti rem hanc &c.] .i. paratus fuiſti vnigenitū tuū mihi offerre, & multa ad
hoc diſpoſitiua egiſti. [benedicā tibi,] augēdo in te ſpūalia ac tēporalia bona. [& multipli-
cabo ſemen tuū ſicut ſtellas cæli, & velut arenā quæ eſt in littore maris] hoc eſt, innumerabi
liter, vt ſæpius expoſitū eſt. Tamen ꝗd ait, ſicut ſtellas, coaptat ad bonos atq; electos, qui ſplen
dent inſtar ſtellaꝝ, in præſenti ꝑ gratiā, & in regno per gloriā. Porro ꝗd ait, & velut arenam,
aptat malis & reprobis, tam ex Eſau q̄ ex Iſmaele, & alijs Abrahæ filijs, natis, cupidis ac terre-
nis. Nihilo minus vt in libris Moſis patet, hincinde vtrūq; frequēter ad electos refert. [Poſſi
debit ſemen tuū portas inimicoꝝ ſuoꝝ] .i. poſteri tui aduerſarios ſuos debellabunt, eorumq;
Ioſue 14. vrbes ac patrias poſſidebunt, ꝗd ſub Ioſue ac poſtea ſępe cōſtat impletū. [& bn̄dicent in ſemi-
& 15. ne tuo oēs gētes terræ] hoc eſt, in Chr̄o, videlicet in ipſo credēdo, vt ſuprà plenius fuit eluci
datū. In fide etem̄ Chr̄i, & virtute ac merito ſuæ ſaluberrimæ paſſiōis, multi ex om̄i hoīm na
tione cōſequunt ſalutē. [qa obediſti voci meæ.] Nō eſt hoc intelligendū, ꝙ obediētia Abrahę
promeruit de cōdigno, vt in ſemine ſuo, puta in Chr̄o, oēs gētes benedictionē cōſequerent,
immo hoc Chrs proprie meruit, cuius meriti meritū obediētiæ fuit figura: ſed & de cōgruo
obediētia Abrahę aliquo modo cooperabat ad hoc, vt cauſa meritoria diſpoſitiua. His pro
miſſi-

miſſionibus Dei auditis, Abrahā & Iſaac, qui ambo eas audierunt, oſculabant ſeinuicē cum
gaudio magno, & præter ſpem ſe amplectebant. [His itaq; geſtis, nunciatum eſt Abrahæ, ꝙ
Melcha genuiſſet filios Nachor fratri ſuo] .i. ꝙ ipſa Melcha ſoror Saræ vxoris Abrahæ, pe-
periſſet ſuo marito nomine Nachor, qui fuit Abrahæ frater, filios: [primogenitum Hus] de
quo (ſecūdum Hieronymū) natus eſt ſanctus Iob, in cuius exordio libri habet: Vir fuit in ter Hieron̄.
ra Hus, nomine Iob, vt plenius ſcripſi ibidē. [& Buz fratrē eius] de quo natus eſt Heliu filius Iob 1.
Barachiel Buzites, qui nimis arrogāter ac feruide cōtra Iob diſputauit. ¶Circa hæc ſcribit
Hieronymus, & habet in Gloſſa: De ſtirpe Hus deſcendit Iob. Male ergo exiſtimant ipſum Iob 32.
Iob eſſe de ſtirpe Eſau. Nam quod in fine libri Iob habet, ꝙ de Syro ſermone trāſlatus ſit, & 33. 34.
quartus ab Eſau, & reliqua quæ ibi continent, in Hebraico non habent. Poſt Hus, natus eſt Iob 35.
de Melcha Buz, ex cuius genere fuit Balaam diuinus, ſicut Hebræi tradunt, qui in Iob dicit 36. 37. Nūe. 22.
Heliu, primo vir ſanctus & prophetes Dei, q̄ dum poſtea ꝑ inobedientiā & deſideriū mune-
rum, populum Iſrael maledicere cupiuit, diuinus vocatus eſt. Hæc Hieronymus. [Chamuel
quoq; patrē Syroꝝ] qui ab eo exorti ſunt. Porro (ſecūdum Hieronymū) Chamuel eſt pater Hieron̄.
Damaſci, pro qua hic ponit Syria. [& Bathuel] propter hunc Bathuelē, qui eſt vnus de octo
filijs Melchæ, recitat hic generatio iſta, qa de Bathuele nata eſt Rebecca, de q̄ infrà habetur,
qualiter facta ſit Iſaac vxor. Qualiter aūt Thare habuit tres filios, ſ. Abrahā, Nachor & Aran,
& ꝙ Abrahā duxerit Sarā filiā fratris ſui, nomine Aran, in coniugē: Nachor vero acceperit
Melcham filiam Aran in vxorem, ita ꝙ vxores Abrahæ & Nachor fratris ſui, fuerunt ſoro-
res, quaꝝ frater fuit Loth, ſcriptum eſt ſuprà vndecimo capitulo.

¶Expoſitio myſtica eiuſdem cap. 22. Art. LXIIII.

ABraham frequēter deſignat quēcunq; fidelē ac iuſtū, quēadmodū in exordio huius ca-
pituli tētauit Deus Abrahā, de q̄ ſcriptū eſt in lib. Iudith: Abrahā pater noſter tētatus
eſt, & per multas tribulatiōes probatus, amicus Dei effectus eſt: & in primo libro Ma- Iudit. 8.
chabæoꝝ, Abrahā in tētatione inuētus eſt fidelis: ſic & Deus electos ſuos ac iuſtos in hoc ſe- 1. Mac. 2.
culo multipliciter tētat, exercet, flagellat, quēadmodū ſcriptū eſt, Tanq̄ auꝝ in fornace pro- Sap. 3.
bauit electos. Huius igit patriarchæ exemplo conemur in omni tētatione, aduerſitate & iuſ-
ſione eſſe fideles, cōſtantes, atq; promptiſſime obediētes. [Tolle filium tuum vnigenitū &c.]
Sic & nos debemus Dei intuitu & amore oēm hominē, quātumcūq; nobis dilectū, familia-
rem aut ſingularē hortari, vt Deo totum ſe mācipet, & propter ipſum vniuerſa relinquens,
charitate ſuccēdi, & nil ſui ſibi relinquere: totuſq; Dei eſſe nitat, & ita ſe offerat ſup vnū mon
tium, quē Deus ſibi mōſtrauerit, hoc eſt, in aliquo ordine ſancto, quē ei inſpirauerit ſpūſſan
ctus. ¶Inſup Abrahā, inquātum obtulit ꝑ mentis promptitudinē filium ſuum chariſſimū,
habet figurā Dei patris, qui proprio filio ſuo nō pepercit, ſed pro nobis oībus tradidit illum. Roma. 8.
Sic em̄ (vt Euāgeliſta teſtat) Deus dilexit mūdum, vt filiū ſuū vnigenitū daret. Per hoc ꝗq;, ꝙ Ioann. 3.
Deus præcépit ſibi Iſaac immolari in terra viſionis & mōte ſublimi, p̄figurabat, ꝙ in eadem
terra & mōte Caluarię offerēdus fuerat Chrs. Rurſus ꝑ hoc, ꝙ Abrahā ducēs Iſaac ad offeren-
dum, duxit ſecū & iuuenes duos: ſignificatū eſt, ꝙ Deus pater duos populos, ſ. gētiles & Iudę-
os, Chr̄o per fidē coniunxit, q̄ & eius paſſione redēpti ſunt. Et iuuenes illos nō permiſit Abra
ham intereſſe immolationi filij ſui, ꝑ quod ſignificatū eſt, ꝙ ſolus Chrs pro mundi ſalute ſit
paſſus, & itē ꝙ tēpore ſuæ paſſiōis quaſi oēs receſſerūt ab eo. Vixq; ꝑpauci manſerūt in fide, Mat. 26.
ꝓpter ꝗd ait in Pſal. Suſtinui q̄ ſimul cōtriſtaret, & nō fuit: & q̄ conſolaret, & non inueni. Per
hoc vero ꝙ Abrahā eis loquutus eſt: [Expectate hic cū aſino, ego & puer &c. reuertemur ad
vos,] præfigurabat ꝙ poſt Chr̄i paſſionē multi ex eis fuerāt conuertēdi, ꝑ quoꝝ aſinum po-
teſt eorūdē infidelitas & ſtultitia deſignari. [Tulit ꝗq; ligna holocauſti, & impoſuit ſup Iſaac
filium ſuū.] Hoc fuit p̄figuratio euidens, ꝙ Deo patre volente, vnigenitus filius ſuus proprijs
humeris crucē ſuā baiulauit vſq; ad ſupplicij ſui locū. Nec mirum ſi Deo patri aſſcribat, ꝗd
crudeles ꝑfidiſſimiq; Iudæi animo fecerunt ꝑuerſo, cum princeps apl'oꝝ teſtet: Deus q̄ præ- Acto. 3.
nunciauit ꝑ os oīm prophetaꝝ pati Chr̄m ſuum, impleuit ſic. Nempe ꝗd illi fecerunt inten
tione nequiſſima, Deus fieri voluit, inquātum ꝑ Chr̄i paſſionē procurata eſt mūdi ſaluatio.
Hinc ſubditur: [Ipſe vero in manibus portabat ignē & gladiū.] Per ignē ardor amoris, per
gladium rigor iuſtitiæ datur intelligi. Itaq; pater æternus portauit in manibus, hoc eſt, in
omnipotētia & efficacia ſua habebat tātam ad homines charitatē, tm̄ quoq; iuſtitiæ zelum
cōtra eoꝝ iniqtates, ꝙ vnigenitū ſuum dedit ad patiēdum, vt nec genus periret humanum,
nec peccatū maneret inultū. Inſup per altare ꝗd Abrahā ędificauit, intelligitur mons in quo
paſſus eſt dn̄s, vel charitatis ſublimitas, in qua & ex q̄ tāta pro nobis pati dignatus eſt. Per li-
gna vero, crux ſaluatoris ſuper quam poſitus & affixus eſt. At vero ꝙ non Iſaac, ſed aries pro
eo fuit oblatus: hoc ſignat, ꝙ caro Chriſti ſeu eius humanitas ſupplicia tolerauit ac mortem,
deitate ipſius impaſſibili ꝑmanente. Quēadmodū aūt aries ille inter vepres hærebat, ſic Chri
ſtus inter homines ambulās & conuerſans, ab eis ſuſtinuit multa: immo eoꝝ infidelitas, in-

 gra-

gratitudo,peruerſitas ſup omnia ſibi diſplicuit, propter quod dixit: O generatio incredu=
la,quandiu apud vos ero? quandiu patiar vos? Amplius,locus ſeu lignum in quo paſſus eſt
Marc.9. filius Dei,rite vocatur,[dn̄s videt:] quoniã hoſtia ibi oblata,fuit acceptiſſima patri, ꝗ cru=
cem & vulnera filij ſui intuendo,inuocãtibus ſe propiciat,& inſpicit eos.Vnde vſq; in præ=
ſens dicere poſſumus,In monte dn̄s videbit,hoc eſt,quãdo ſumus in tribulationibus & ten=
tationibus cõſtituti, ad hoc verba iſta proferre debemus, quatenus Deus miſereat noſtri in
eis,ſicut miſertus eſt noſtri,quãdo filiũ ſuum voluit crucifigi pro nobis.Veruntñ(ſecũdum
Rabbi Paulũ)in Hebræo habet,Appellauit nomẽ loci illius,Dn̄s videat: vt nomen iſtud ſit
quaſi oratio,ſic enim Chr̄s orauit patrem,vt merito ſuæ paſſionis miſereret hominibus.Se=
cundum Hieronymũ quoq;,in Hebræo habet:[Vnde vſq; hodie dicit,In monte dn̄s videbi- Hieron.
tur.] viſus eſt em̄ Deus incarnatus in monte Caluariæ pendens, atq; in monte illo nunc vſq;
per fidẽ conſpicit, immo per meditationẽ dn̄icæ paſſionis & crucis,ad deitatis cõtemplatio
nem aſſcendit,eiuſq; beatifica fruitio obtinet.Poſtremo per hoc,ꝙ Deus promiſit cum iu=
ramento tam multa & magna Abrahæ patriarchæ, poſtq̃ Iſaac paratus fuit offerre, vtpote
ꝙ ſemẽ ſuũ innumerabiliter multiplicaret, & in ſemine ſuo cunctis benediceret gentibus,ſu
amq; poſteritatẽ præponeret ac faceret ſuis hoſtibus dominari,ꝗd aliud videt præfiguratum,
niſi ꝙ Chr̄o paſſo, om̄es populi, tribus & linguæ conuerſi ſunt? [Tuncq; reuerſus eſt Abra=
ham ad pueros ſuos].i.gentiles ac Iudæos inuitauit Deus ad Chr̄i cõmunionẽ,fidẽ ac legem,
illorumq; plurimos ac prorſus innumerabiles Chriſto incorporauit,& ſimul cum eis habi=
tauit in Berſabee, quia in eccleſia habitat Deus,& in cordibus demoratur fidelium.

¶Expoſitio cap.23.Vixit aũt Sara centum vigintiſeptem annis. Art. LXV.

SCriptura hic recitat Saræ mortẽ ac ſepulturã, [Vixit Sara centum vigintiſeptẽ annis,&
mortua eſt in ciuitate Arbee,quæ eſt Hebron in terra Chanaan.] Cum em̄ rediſſet Abra
ham cum ſuis à Berſabee ad conuallẽ Mambre,& habitaret ibidẽ,obijt Sara in vrbe Ar=
Hieron. bee, quæ alio nomine dicit Hebron.Et dicit Arbee,ſecundum Hieronymũ,i.quatuor,quo=
niam ibi prope in agro ſepulti ſunt quatuor pr̄iarchæ cũ ſuis vxoribus,ſ.Adã & Eua, Abra=
hã & Sara,Iſaac & Rebecca,Iacob & Lia.Vnde conſtat ꝙ tẽpore Abrahæ nõ eſt vrbs illa hoc
nomen ſortita ſaltẽ iſta ex cauſa,ſed poſtea ex euẽtu. [Venitq; Abrahã vt plangeret & fleret
eam].i.mente & corpore de eius morte lamentaret,quã tam ſingulariter ac ſyncere dilexit.
Veruntamẽ ſicut ſpiritaliter ac ſapiẽter eam amauit,ſic moderate eã defleuit. Sed cum Sara
fuerat mulier ſancta,quare ſcriptura nõ recitat eã obijſſe in ſenectute bona,& plenã dierum,
ſicut refert de Abrahã & alijs ſanctis viris quibuſdã? Forſitan ideo,quia non eſt cõſuetudinis
ſcripturaꝝ,mortẽ fœminaꝝ quãuis ſanctaꝝ,tam ſolẽniter deſcribere ſicut viroꝝ. [Cumq;
ſurrexiſſet ab officio funeris] Ex quo patet ꝙ iſte aduẽtus Abrahæ,quo venit deflere Sarã,
intelligat de celebri & aperto planctu, quẽ in eius fecit exequijs. [locutus eſt ad filios Heth.]
qui habitabant ibidem,& ab illo Heth * Ethæi ſunt appellati. [Aduena ſum & peregrinus
apud vos] quia de terra Chaldæoꝝ ac Meſopotamia huc veni ad habitãdum, tanq̃ in terra
aliena.[date mihi ius ſepulchri vobiſcũ.] Non dixit,Vendite mihi ius ſepulchri, quia nõ li=
cet vendere nec emere ius ſepulturæ,ſicut nec ius primogenituræ, neq; ius patronatus, cum
inter ſacra ſpũalia cõputentur,aut eis annexa ſint.Idcirco quod ſpũale fuit,petijt Abraham
ſibi gratis dari, aut ſi tale ꝗd emit, ſuã vexationẽ intelligit redemiſſe. [vt ſepeliã mortuum
meũ].i.defunctã coniugẽ meã,ſumendo maſculinũ pro fœmineo.Vel,mortuũ meũ,hoc eſt,
exanime corpus ſeu cadauer cõiugis meæ, q̊d meũ eſt, ſeu ad meã pertinẽs curã, quãtum ad
ſepulturã.[Reſpõderunt: Audi nos dn̄e,] Ex curialitate vocabãt Abrahã dn̄m, quia vir ma=
gnus,potens,diues ac ſapiẽs erat.ideo addiderũt:[Princeps Dei es apud nos]Alia lr̄a habet:
Rex Dei es,i.vir principalis,ob tuã ſapientiã ac virtutẽ,quaſi regio dign⁹ honore,quẽ tanq̃
principem honoramus, & cuius prudentia informamur. [in electis ſepulchris noſtris ſepeli
mortuum tuũ].i.in vno ſepulchroꝝ noſtroꝝ honorabiliori.[nullusq; te prohibere poterit,
quin in monumẽto eius ſepelias mortuũ tuum] hoc eſt,in monumẽto q̊d amplius decet ve=
nerabilẽ coniugẽ tuã,ſepelias eã.[Surrexit Abrahã,& adorauit].i.ſuppliciter honorauit, ac
cultu duliæ venerabat [populũ terræ] illius, [filios videlicet Heth]regratiãdo eiſdem de tan
ta beneuolentia & pietate eoꝝ ad ſe,& ad mortuum ſuum.Erãt em̄ inter ſuos excellẽtes per=
ſonæ,ita ꝙ adoratio duliæ poterat eis impendi.[Dixitq; ad eos:Si placet animæ veſtræ,vt ſe=
peliã mortuum meũ,intercedite apud Ephron].i.ipſum Ephron rogate,[vt det mihi ſpelun
cam duplicẽ quã habet in extrema parte agri ſui,pecunia digna tradat mihi eã in poſſeſſio
nem ſepulchri &c.].i.ad hoc,vt in ea iuridice,iuſtoq; titulo mortuũ meũ ſepeliã. Noluit em̄
Abrahã ſepelire coniugẽ ſuam cum infidelibus, aut in eoꝝ ſepulchris,ſed in primoꝝ ſepul=
chro parẽtum:nec voluit vt ibi ſepelirẽtur infideles cum ea:ideo voluit emere agrũ, in quo
erat ſpelunca,ne quis alius haberet intereſſe ad illã. ¶Deniq; ex ſequẽtibus conſtat,ꝙ inten
debat emere agrũ, nõ directe ſpeluncã, ſed ex conſequẽti, inquãtum ꝑtinebat ad agrũ, quod
non

non fuit illicitum.Non em̄ fuit ager iſte conſecratus ad mortuoꝝ ſepulturã.ideo licite eme=
batur:ſicut nunc licite emitur fundus aliquis, pro conſtruẽda eccleſia aut cœmiterio conſe
crãdo.[Reſpõditq; Ephron &c.Agrũ trado tibi,& ſpeluncã quæ in eo eſt &c.Adorauit Abra
ham corã dn̄o & populo terræ,]adorãdo Deum adoratiõe latriæ,ſeu ipſum Ephron reueren
tia duliæ,tanq̃ principẽ inter ſuos. [& locutus eſt ad Ephron:Dn̄e mi,audi me:Dabo pecu=
niam pro agro &c.Reſponditq; Ephron,circũſtante plebe eius:Quæſo vt audias me. Terra
quã poſtulas,quadringẽtos ſiclos argẽti valet: iſtud eſt præcipuũ inter me & te. ſed quãtum
eſt hoc? Sepeli mortuũ tuũ.] Quaſi dicat,modicũ:nec pro tam modico decet me facere diffi
cultatẽ tantã ad ſepeliẽdũ mortuum ſuũ.[Quod cũ audiſſet Abrahã,appendit pecuniã &c.]
id eſt,tantũ dedit ipſi Ephron,vt poſtulauit. ¶Circa q̊d dicũt Hebræi,& idem videt ſentire
Hieronymus & alij multi,ꝙ quãuis Ephron primo ſe habuit circa Abrahã multũ liberaliter Hieron.
& honeſte,præbẽdo agrũ cum ſpelunca om̄ino gratis,poſtea tñ ſe habuit cupide,agrũ valde
care vendendo,ꝗa videbat intenſum Abrahæ appetitũ ad agrũ illum habendum.Vel,ꝗa re=
præhẽſibilis fuit,vendẽdo memorias mortuoꝝ,quãuis quaſi coacte:ideoq; nomen eius mu
tatum eſt partim, ꝗa cum ante vocaret Ephron, q̊d interpretat perfectus ſeu confirmatus,
poſtea dictus eſt Ephran.i.infirmus ſeu impfectus.Circa q̊d ait Gloſſa:Sciant ergo qui ſepul
chroꝝ accipiũt preciũ non à cogentibus,ſed nolẽtibus,nomẽ ſuũ mutari,& aliquid de meri
to eoꝝ perire,cum reꝑhendat & ille qui inuitus iſtud accepit.[Confirmatusq; eſt ager quon
dã Ephronis].i.ager ille de cætero legitime eſt trãſlatus ad dominiũ Abrahæ.[in quo]agro
[erat ſpelunca duplex,reſpiciẽs Mambre &c.]hoc eſt,ſita ex oppoſito vallis Mambre ſeu vr
bis Hebron,quæ fuit ſita ibidẽ,atq; ſic ſepeliebat Abrahã vxorẽ ſuã in ſpelunca duplici.i.in Euſebi⁹.
vna ſpeluncaꝝ illaꝝ,de qua in Scholaſtica recitat hiſtoria:Erat autẽ ſpelunca duplex rupis,
naturaliter vel artificialiter duas ſpeluncas habẽtis, quam emit Abrahã in ſepulturã generi
ſuo.In ſuperiori ſepeliebant viri,in inferiori mulieres. Tamẽ Adam & Eua erãt iam ibi ſe=
pulti.Hæc ibi.Hinc alij dicunt:Duplex quædã ædificatio fuit ibi, prout ſolent monumenta
apud quoſdã ædificari:vna ſuperior,alia inferior. Aliqui vero dicunt, ꝙ ambæ ſpeluncæ erãt
in eadẽ planitie.Cætera patẽt.¶Porro,iuxta ſpũalem intelligentiã,poteſt per Sarã intelligi,
quæcunq; fidelis ac virtuoſa perſona, quæ huic ſeculo ſpontanee morit, vt Chriſto quietius
viuat.Cuius ciuilem mortẽ deplangit bonus prælatus, per Abraham deſignatus, inquãtum
talis perſona fuit ad alioꝝ directionem & informationem quodãmodo neceſſaria aut mul=
tum idonea,quæ in ſpelunca duplici ſepelitur,dum in ſacra religione monaſtica & vita con
templatiua ſeu ſolitaria manſione abſconditur.

¶Expoſitio cap.24.Erat aũt Abrahã ſenex,dierumq; multoꝝ. Art. LXVI.

COnſequenter deſcribit,qualiter Abrahã filio ſuo Iſaac ꝓcurauit vxorẽ.[Erat aũt Abra
hã ſenex,dierũq; multoꝝ.]Erat ꝗppe cẽtum trigintaſeptẽ annoꝝ quando obijt Sara:
nam decẽ annis fuit ſenior ea,quæ cẽtum vigintiſeptẽ annoꝝ exiſtens, defuncta eſt, vt
patet ꝓcedẽti cap.atq; triẽnio poſt hoc cũ iam eſſet cẽtum quadraginta annoꝝ,accepit filio
ſuo quadragenario coniugẽ,prout diſſeruit Auguſtinus. idcirco ſubiungit:[Dixitq; ad ſer= Aug.16.
uum ſeniorẽ domus ſuæ].i.maiorẽ inter cæteros ſeruos ſuos domeſticos,[qui præerat oĩbus de ciuit.
quæ habebat] tanq̃ procurator & diſpẽſator, qui vocabat Eliezer, de quo cap.15. habitum Dei.
eſt.[Pone manum tuã ſubter femur meum,vt adiurẽ te per * dn̄m Deum cæli & terræ,]Cur
Abrahã ſeruum tuũ adiuraturus,præcepit ei manum ſuã ponere ſub femore adiurantis,vi=
delicet Abrahæ? Reſpondet Hieronymus:Dicunt Hebræi,ꝙ ſanctificatiõe Abrahæ.i.per cir Hieron.
cuncifionẽ eius iurauit,ideo fecit ſeruum ponere manũ ſub femore ſuo,quia circa locum il=
lum fit circũciſio.Nos aũt dicimus ſeruum iuraſſe in ſemine Abrahæ,hoc eſt, in Chriſto ſeu
per Chriſtum,qui naſciturus erat ex Abrahã. Generatio autẽ femori ſolet aſſcribi, iuxta q̊d Gen.49.
infrà habet:Non auferet ſceptrum de Iuda, nec dux de femore eius. Itemq;: Omnes animæ Gen.46.
quæ egreſſæ ſunt de femore Iacob.Itaq; ſeruum habentẽ manum ſub femore ſuo, Abraham
adiurauit per Deũ cæli,quoniã Deum cæli nouerat ex ſe & femore ſuo incarnãdum ac naſci= Gregor.
turum.Hinc ait Gregorius:Manum ſub femore iubet ponere,ꝗa per membrũ illud deſcen=
ſura fuit caro illius,qui filius Abrahæ eſſet ex humanitate,& dn̄s eius ex deitate.Quaſi dicat:
Tange filiũ meũ,& iura ꝑ Deũ meũ.vnde nõ ſup femur,ſed ſub femore manũ ponere iuſſit,
quia inde fuerat naſciturus,cuius caro ſup oẽm carnẽ extitit exaltãda.¶Circa hoc quæri po
teſt,an & ſeruus iſte iurauit. Videt ꝙ nõ,quoniã Abrahã ipſum adiurauit,vt textus fatet.Di
cendũ, ꝙ ſicut ex litera mox ſequẽti habet,nõ ſolũ Abrahã adiurauit ſuũ miniſtrũ,ſed & ille
iurauit. Quocirca iteꝝ quærit, an liceat aliquẽ adiurare.Videt ꝙ nõ,ꝗa nõ licet iurare.Vñ &
Origenes affirmat:Nõ oportet vt vir volẽs ſecundũ Euãgelium viuere,adiuret aliquẽ.Si em̄ Origeñ.
iurare nõ licet,nec adiurare. Ad hoc Thomas reſpõdet:Qui iurat iuramẽto promiſſorio per Tho.2.
reuerentiã diuini nominis, ſeipſum immobiliter obligat ad ſoluẽdum q̊d promittit. Quẽ= 2.q.89.
admodũ aũt homo ſeipſum ordinare poteſt ad aliquid ꝑagendũ,ita & alios: ſuperiores qui=

quoq; & decens eſt, quoniam ex diuina inſpiratiõe id petiť, & quia de vna ſunt genealogia,
quos rectũ eſt copulari. Itaq; veritas capiť hic pro iuſtitia, ſicut in pſalmo: Vniuerſæ viæ do
Pſal. 24. mini miſericordia & veritas. Poteſt tñ veritas nunc ſumi ꝑ verificatione, vt ſit ſenſus, ſi faci-
tis veritatem cũ dño meo, i. ſi verba Abrahæ verificatis, implendo quod dixit me ſumpturũ
ex filiabus ſuæ cognationis puellã pro filio ſuo. [indicate mihi: ſi autẽ aliud placet, & hoc di-
cite mihi, vt vadã ad dexterã ſiue ad ſiniſtrã.] hoc eſt, per viam aptiorem qua potero, vel vt
quidã exponunt, alibi quærã puellã, quę fiat vxor filij Abrahæ. Aliqui ſic exponũt, vt vadam
ad dexterã, i. ad quærendum de filiabus Iſmaelis, ad dexterã commorãtibus, quãtum ad lo-
cum iſtum: vel ad ſiniſtrã, hoc eſt, ad quærendum de filiabus Loth, quæ tunc erãt de cogna-
tione Abrahæ & Iſaac. Sed non videť, ꝙ Abrahã coniunxiſſet Iſaac filio ſuo aliquã filiarum
Loth, quæ inceſtum cum patre proprio commiſerunt. [Reſpõderuntq; Laban & Bathuel.]
Euſebi9. Iſte Bathuel, ſecundum quoſdã, fuit frater Rebeccæ, & iunior ipſo Laban: idcirco nomina-
tur poſt eũ. Porro in Scholaſtica hiſtoria tãgitur, ꝙ Bathuel in extremis poſitus, ordinauit
vt filia ſua Rebecca non tradereť alicui in vxorem, niſi exiſtenti de ſua progenie: idcirco nũc
nomine Bathuelis, deſignať mater Rebeccæ, inquãtum viri ſui mãdatum detexit. Alij dicũt
ꝙ pater Rebeccæ adhuc vixit, & nunc nominatur, quãuis filio ſuo poſtponať. Itaq; reſponde
runt: [A domino egreſſus eſt ſermo] id eſt, petitio qua petis dari Rebeccã in coniugium fi-
lio Abrahæ, ex diuina inſpiratione ac ordinatione prolata eſt, vt patet ex ſigno quod recita-
Auguſt. ſti. Vel, vt tãgit Auguſtinus, ideo hoc dixerunt, quoniã crediderũt Abrahã eſſe prophetam,
qui ſeruo ſuo prædixit, ꝙ de ſua cognatione acciperet vnam pro filio ſuo. [Non poſſumus]
licite aut de iure extra placitũ eius] ſcilicet Dei [quicquã aliud loqui tecum. En Rebecca co
ram te eſt, &c. Quod cũ audiſſet puer Abrahã]. i. Eliezer ſeruus ipſius, qui Eliezer fuit iam
grãdæuæ ætatis, vt patet ex præinductis. Quo conſtat, quàm incõſiderate dixerit Rabbi Pau
lus, ꝙ in ſcripturis non voceť aliquis puer, qui eſt vltra triginta annos. Iſte quippe Eliezer
Gene. 15. habuit filium nomine Damaſcum, ante Iſaac conceptionem, vt patuit ſuprà, qui Iſaac nũc
fuit quadraginta annorũ. [procidens adorauit in terra dominum] regratiãdo ei, ꝙ iter ſuum
tam proſpere direxiſſet, per quod patet viri huius deuotio, immo & feruor, quia in aliorum
præſentia ſe ita in terram proſternere non erubeſcebat. [Prolatiſq; vaſis argenteis & aureis,
ac veſtibus] quæ ſumpſit ex repoſitorijs ſeu marſupijs ſuis, [dedit ea Rebeccæ pro munere,]
id eſt, pro donis iocalibus, quæ dari ſolent puellis, quæ de nouo conceduntſ in ſponſas. [Fra-
tribus quoque eius & matri dona obtulit.] Ex hoc apparentiam habet, ꝙ præfatus Bathu-
el fuit frater Rebeccæ. Nam ſi & pater vixiſſet, & præſens fuiſſet, data fuiſſent & ei dona, vt
matri ac fratribus, nec ſcriptura hoc tacuiſſet. [Surgens autem mane, locutus eſt puer] vide-
licet ſeruus: [Dimittite me, vt vadã ad dominum meum. Reſponderunt * frater eius] puta
Rebeccæ, [& mater:] & nomine fratris poſſunt ambo fratres intelligi. [Maneat puella ſal-
tem decem dies apud nos &c.] Hoc dixerunt ex naturali amore, ne tam cito & quodãmo-
do inopinate ſepararenť à tam bona, pulchra, & chara propinqua, quam ſatis conijciebant
ſe poſtea aut raro, aut nunquam viſuros. Vnde quod Rabbi Salomon dicit, Bathuelem pa-
trem Rebeccæ nunc pœnituiſſe de conſenſu ſuo priori, vt filia ſua fieret vxor filij Abrahæ, &
voluiſſe hoc impedire, atque ob hoc percuſſum ab angelo & mortuum, non videtur niſi fi-
ctitium, vt etiã Rabbi Paulus circa hæc ait. [Nolite, ait] ſeruus, [me retinere, qa dñs direxit
viam meã &c.] idcirco non decet vt retardetis iter deſuper proſperatum. Ex quo conſtat, ꝙ
voluerunt ſeruum cum cæteris ſibi adiunctis tenere ſecum per decem dies pariter cum Re-
becca. [& dixerunt: Vocemus puellã, & quæramus illius voluntatem.] Hoc quidã exponunt
de voluntate puellæ ad ipſum coniugium, quia ad matrimonium requiriť conſenſus expreſ
ſus, ſed verba ſequentia nõ videnť ita ſonare. Nam ſubditur: [Cumq; vocata veniſſet, ſciſcita
ti ſunt: Vis ire cum homine iſto?] ſicq; requiſita videť de profectione, non de ſponſalibus
Ambro. aut conſenſu coniugij. Quod & S. Ambroſius proteſtať. Veruntñ dici poteſt, ꝙ ex conſequen
ti per hæc verba requiſita eſt de conſenſu, quia profectio illa ordinabať ad matrimonium.
[Quæ ait: Vadã] Hoc nõ dixit ex carnalitate aut inuerecundia, ſed ex diuino inſtinctu, quo-
Euſebi9. niã totum iſtud fuit opus ſpecialis prouidentiæ Dei. ¶ Præterea circa hæc in Scholaſtica hi-
ſtoria diciť: Hic primo legiť conſenſus mulieris requiſitus, & exinde pro iure habitũ eſt, vt
requirať. [Dimiſerunt ergo eã & nutricẽ illius] quæ infrà Delbora nuncupať, quę forte lacta-
uit Rebeccã infantulã, & cuſtodiuit, erudiuit, educauitq; eã. Iuerunt quoq; & aliæ quædã pu-
ellæ & ancillæ cũ Rebecca, vt paulopoſt ſubdiť, & hoc propter ſolatium eius. [ſeruumq; Abra
ham & comites eius]. i. ſocios ſerui [imprecãtes proſpera ſorori ſuæ]. i. Rebeccæ, quæ erat ſo
ror omniũ propinquorũ ſuorũ, ibi tunc cõgregatorũ, præſentiũ, & valefacientium ei, vt moris
eſt in tali receſſu, & cognata ipſorũ eo modo, quo q de eadẽ progenie ſunt, frẽs & ſorores mu-
tuo appellanť. [atq; dicẽtes: Soror nr̃a es. Creſcas in mille millia]. i. plurima ſeu innumerabi
lia millia ex ſemine tuo naſcanť, poniť eñ hic nũerus iſte indeterminate. [& poſſideat ſemen
tuum

tuum portas inimicorum ſuorum]. i. hoſtibus ſuis præualeat, quod tamẽ in Chriſto ſum-
me impletum eſt, qui omnes mundi natiões ſuæ ſubiecit legi ac fidei Chriſtianæ, cui pater Pſalm. 2.
ait in Pſalmo: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſiõem tuam ter-
minos terræ. [Igitur Rebecca & puellæ illius, aſſcenſis camelis, ſecutæ ſunt virum &c.] ſ. ſer-
uum Abrahæ, qui in via eis ducatũ præbebat, & patet ex verbis his, ꝙ & aliæ mulieres præ-
ter nutricem Rebeccæ proceſſerũt cum ea. [Eo autem tempore deambulabat Iſaac per viã
quæ ducit ad puteũ, cuius nomen eſt viuentis & videntis] De quo puteo, & cur ita vocatus
ſit, dictum eſt 16. cap. [Habitabat enim in terra auſtrali,] puta in Gerara ſeu Berſabee, vnde
ductus fuit ad immolandum, q locus eſt in parte auſtrali reſpectu terræ Chanaan, ex quo vi-
detur, ꝙ poſt ſepulturam Saræ Abraham cum filio ſuo Iſaac redierit ad Berſabee. [Et egreſ-
ſus fuerat ad meditandũ in agro, inclinata iam die.] In Scholaſtica hiſtoria dicitur, ꝙ egreſ-
ſus fuit ad meditandũ forte de mora ſerui. Alij dicunt, ꝙ fuit egreſſus cauſa recreationis atq; Euſeb.
ad ſpatiandum: ſed multo conuenientius creditur, & magis conſonat literæ, ꝙ egreſſus fuit
ad meditandum intente de Deo & pertinentibus ad ſalutem, abſtrahens ſe ab aliorum præ-
ſentia, ſtrepitu ac tumultu, vt ſolus & in ſolitudine quadam conſiſtens, tanto deuotius & libe
rius inſiſteret meditationibus ſanctis, quanto plus ſeparatus erat ab alijs. Vnde (ſecundũ Hi
eronymum) in Hebræo habetur, ad loquendum: quod exponit de locutione cũ Deo in ora- Hieron.
tiõe deuota, quia ante ſolis occaſum ſpirituales victimas obtulit Deo. Lyra quoq; affirmat,
ꝙ Hebræi dicunt, Egreſſus fuit ad orandum: quia conſuetudo eſt Iudæis, circa tempus ve-
ſpertinum orare. ¶ Porro alia trãslatio continet, Egreſſus eſt vt exerceretur in campo: quod
aptius explanať de exercitatione interna ac ſpirituali, ꝗ̃ corporali. Egreſſus itaq; fuit ad me-
ditandum ſalubriter, & ad contemplandum diuina: quod ei non caſuale, ſed conſuetudinari
um fuit, vt etiam in ſtatutis ordinis Carthuſienſis habetur. ¶ Circa hoc ſcribit Lyra: Forte
egreſſus fuit ad videndum diſpoſitionem cæli & aliquarũ ſtellarum, quæ incipiebant tũc ap
parere, quia edoctus erat in aſtronomia à patre ſuo, qui eam primus docuit in Aegypto. Sed
contra hoc Rabbi Paulus multipliciter arguit. Primo, quia in nulla ſcriptura canonica le-
gitur hoc de Abraham. Secundo, quia apoſtoli fuerunt maxime illuminati à Deo, nõ tamẽ R. Paul.
de mathematicis veritatibus, ergo multo minus Abraham. Tertio, quia ſcientia Aegyptio
rum reprobatur in ſcripturis, tanꝗ̃ diuinatio ſuperſtitioſa. Quarto, quia ex hoc daretur infi
delibus occaſio opinandi, ꝙ mirabilia ꝑ Abraham vel circa aut propter eum facta, ſint facta
virtute aſtrorũ influentijſq; cælorum. Sed argumentationes iſtæ nihil concludunt, idcirco di
cendum ad primum, ꝙ non ſequitur, Hoc non eſt ſcriptum de Abraham in ſcripturis, ergo
non fuit, quia nec omnia eius geſta conſcripta ſunt. Ad ſecundum dicendum, quòd nullus
dicit Abraham habuiſſe notitiam aſtronomiæ ex ſola ſupernaturali & miraculoſa illumina-
tione ſpiritus ſancti, ſicut Apoſtoli habuerunt ſuam ſcientiam. Ad tertium reſpõdetur, ꝙ ſci
entia Aegyptiorũ non reprobatur in ſcripturis, quantum ad id quod cõtinuit veritatis, cum
de Moſe ſcriptum ſit, ꝙ eruditus eſt in omni ſapientia Aegyptiorũ, ſed quantum ad abuſum
& præſumptionem ac ſuperſtitiões Aegyptiorum. Ad quartum dicendum, ꝙ mira quæ de
Abraham ſcripta ſunt, talia ſunt, ꝙ non poſſunt virtuti aut influxui ſiderũ & cælorũ aſcribi.
Quod aũt in aſtronomia erat edoctus, eãq; in Aegypto docuerit, Ioſephus & alij multi teſtã Ioſep. li. 1. Anti.
tur, & ſuprà inductum eſt. [Cũq; eleuaſſet oculos] ipſe Iſaac, [vidit camelos venientes ꝓcul.] Iu. ca. 26.
& ꝓtinus iuit obuiam ſeruo ſuo & cæteris. [Rebecca quoq; conſpecto Iſaac, deſcendit de came
lo, & ait ad puerũ: Quis eſt ille hõ, q venit ꝑ agrum in occurſum nobis? Dixitq; ei: Ipſe eſt dñs
meus.] Veriſimile eſt, ꝙ Rebecca iſtud interrogauit, & interrogatiõis ſuæ rñſum audiuit añ-
ꝗ̃ de camelo deſcẽdit. Cũq; audiſſet ꝙ vir ille eſſet filius Abrahæ, ſpõſus ſuus futurus, deſcen-
dit de camelo ꝓpter reuerentiã eius, qm̃ filius fuit talis ac tãti patriarchæ. [At illa tollẽs cito
palliũ ſuũ, operuit ſe.] vel ex verecũdia puellari, vel caput ſuũ decenter ornando, vt corã ſpõſo
ſuo mox futuro appareret honeſtior. Nã alia litera habet, theriſtrũ, quod eſt veſtis Arabica al
ba, ꝗ̃ mulieres ꝓuinciæ illius velanť. [Seruus aũt cũcta q geſſerat] ſ. viæ ſuæ ꝓceſſum, ꝓſperi-
tatẽ & fructũ, [narrauit dño ſuo] videlicet Iſaac, deinde & Abrahæ. [Qui introduxit eã in ta
bernaculũ Saræ matris ſuæ, & accepit eã vxorẽ: & intm̃ dilexit eã] nõ libidinoſo, ſed mode-
rato, ſpũali, naturali, ſociali & cõiugali amore, inter quos multiplices affectiões, ſola ſpũalis dile
ctio, fuit directe & ꝑ ſe meritoria vitæ beatæ. [vt dolorẽ q ex morte matris eius acciderat, tẽ-
peraret.] Ex quo conſtat ꝗ̃ ardentiſſime matrẽ ſuã dilexerat, quã iam ꝑ tres annos defleuit, nec
dolorem quem ex eius morte cõceperat, ſponſam chariſſimã accipiendo ac diligendo, pror
ſus extinxit, ſed tẽperauit. Itaq; tẽperauit illũ dolorẽ ꝑ iſtius amorẽ. Nã aĩa quãto plus occu
pať atq; diſpgiť circa plura, tãto minus intẽta eſt vni. Rurſus quãto affectio cordis circa plu-
ra diuidiť, tãto minus in vno defigiť. Vnũquodq; oppoſitorũ expellit reliquũ: ideo quãto Iſaac
plus cœpit circa ꝓpriam coniugem affici, occupari, defigi ac delectari, tanto plus cœpit obli
uiſci matris interitum, & memorare dolorem inde conceptum.

¶ Explanatio ſpiritualis eiuſdem cap. XXIIII. Arti. LXVII.

ABraham ſenex, æternum patrẽ deſignat. Quemadmodũ itaq; Abrahã ſeruo ſuo prin-
cipali præcepit, vt filio ſuo chariſſimo adduceret puellã, acciperetq́; vxorẽ de gñe ſuo,
non alieno, nec Chananæo: ſic pater æternus vnigenito filio ꝑ apl'orum prædicationẽ
adduxit, atq; in ſponſam coniunxit electã gentilitatem, quæ ſecundũ prædeſtinationẽ diui-
nã vere ac ſpũaliter fuit Iſraelitica plebs & Abrahæ ſemen ꝑ fidei & obedientiæ imitationẽ.
Quẽadmodum etiã Abrahã habuit ſeruum ſuum excuſatũ, ſi mulier ſecum venire non vel-
let: ſic apl'orum chorus culpã nõ habet de peũtibus incredulis, q̄ eoꝝ ꝑ̄dicationi credere ac
parere ſpreuerunt. Inſup ſicut ſeruus Abrahæ tulit ſecum decẽ camelos, portãs ſecum ex oĩ-
bus bonis dñi ſui, ſicq́; Meſopotamiã introiuit: ſic cœtus apl'orum ſumpſit in adiutorium
quoſdã ex Iudaiſmo ac gentilitate cõuerſos, q̄ inſtar cameloꝝ, patientiſſime ſup ſe ferebant
onus euãgelicæ legis & pondus decalogi: ſed & ſancti apoſtoli in vaſis cordium ſuoꝝ deferre
bãt ad gentium nationes precioſiſſima & q̃ſi innumerabilia chariſmata ſpũs ſancti, ſapien-
tiãq́; multiplicẽ, & vniuerſa dona q̃ olim habuit ſynagoga, ad Chri deportauerunt eccleſiã,
q̃ ꝑ Meſopotamiã deſignat̃ ſicut gentilitas. [Cũq́; camelos feciſſet accũbere iuxta puteũ.] nã
glorioſiſſimi Chri apoſtoli, iuxta grãm ſacri baptiſmi & ꝓfunditatem ſcripturæ atq; fluen
ta ſupnoꝝ chariſmatũ, qeſcere & ſpũaliter epulari fecerunt cõuerſos à ſe. Vnde ſaluator diſſe
ruit: Aqua quã ego dabo credẽti, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitã æternã. Iteꝝ, ſicut ſeru⁹
Ioan. 4. Abrahæ dñm inuocauit, vt iter ſuũ dirigeret, ac filio Abrahæ de cõiuge ꝓuideret, ſignũ q̃q́;
in ſeipſo excogitauit, ꝙ iſta fieret vxor dñi ſui, q̃ ſibi potũ petenti, ꝓberet mox poculum, im
mo & ſuis camelis: ſic ſancti apoſtoli & coadiutores eorum, oẽm ſpem ſuã in Deo ponentes,
eius auxiliũ & directionẽ iugiter inuocabant, ſine cuius ope & grã ſe nihil poſſe penitus fate
Ro.1.16. bant. Hinc Paulus in ſuis epiſtolis toties ꝓ ſuis interceſſit diſcipulis. Illas q̃q́; ꝑſonas conſide
1.C.1.16. rauerunt apoſtoli magis aptas ad fidẽ & ſpũales nuptias Chri, q̃ magis benigne ſe habuerũt
2.C.1.13. ad ipſos, & eoꝝ coopatores, atq; ad pietatis & miſericordiæ opa fuerant proniores. Cũq́; ita
Gal.1.6. oraſſent & ꝑ̄dicare cœpiſſent apoſtoli, protinus eis occurrit Rebecca virgo pulcherrima, i.
Phil.1.3. gentilitas, quãtum ad naturalẽ imaginẽ & ſimilitudinẽ Dei decora, & in natura ſpecifica val
Eph.1.6. de pura, q̃ ſtatim ad fidei ſuſceptionẽ obtulit ſe paratã, apoſtoliſq́; bñficam, ex cuius hydria
Col.1.4. petierunt apl'i bibere, i. de illius cõuerſione appetebant mentaliter refici, ſcientiã q̃q́; ſecula-
1.Theſ.1. rẽ & philoſophicã voluerunt euangelicæ ſapiẽtiæ deſeruire ac ſubdi. Deniq; Rebecca came
& 5. lis tribuit potũ, qñ cõuerſa gẽtilitas miſit ſanctis q̄ in Hieruſalẽ erant, eleemoſynam largam
2. Theſ.1 de q̃ re ſępius meminit Paulus. Rurſus, ſicut Rebecca hauſit aquã quam dedit camelis, ita ec
& 2. cleſia grãm impetrauit à ſpũ ſancto, & ex euangelio cepit doctrinã, quam rudibus cõmuni-
1.Ti.1.3. cauit. [Ille aũt cõtemplabat̃ eam tacitus &c.] Sic & apoſtoli vigilantiſſime intuebant̃ eos q̃s
1.Co.16. cõuerterũt, an pſeuerarẽt in fide. Inſup, ſicut ſeru⁹ dedit Rebeccę varia ornamẽta, inaures, ar
Heb.10. millas, vaſa aurea atq; argẽtea, veſteſq́; precioſas, ſic plane apl'i diſpoſitiue ac miniſterialiter
& 12. ornauerũt credentes & ipſam eccleſiã. Accipiebant etẽm ſpm̃ ſctm̃ & ꝑclariſſima ipſius cha-
riſmata hi q̄bus apoſtoli manus ſuas impoſuerũt. Poteſt aũt ꝑ inaurem obedientia, ꝑ armil-
lam opatio virtuoſa intelligi: ꝑ aurea vaſa, donum ſapiẽtiæ, charitatiſq́; feruor: ꝑ vaſa argen
tea, donum linguarum, ſeu efficacia ꝑ̄dicandi, aut ipſa prudentia accipi: veſtes vero, virtutes
ſunt. Hæc gentilitas ſic conuerſa, dixit ſe in temporalibus ſatis habere, & ſpatioſum ſibi lo-
cum eſſe pro recipiendis ac ſuſtentandis ꝑ̄dicatoribus ſanctis. Hinc ſancti illi prædicatores
Deo grates retulerũt humilimas, oĩem fructum ſuæ ꝑ̄dicationis atq; laboris pietati adſcri-
bentes diuinæ. [Cucurrit puella, & nunciabat in domo matris ſuæ.] Sic conuerſa gentilitas
grãm ſibi conceſſam ſtuduit mox ſuis proximis intimare & cõmunicare, q̃ꝝ nonnulli fidem
adhibuerunt, & conſiderantes ſupnaturalia dona conuerſis ex paganiſmo collata, accepunt
Apoſtolos ſanctoſq́; ꝑ̄dicatores, eoſdem rogando, vt ad ſe dignarent̃ diuertere, q̄bus libenter
acqeuerũt bñdicti Apl'i: ſed añ oĩa retulerũt illis, cur miſſi eſſent à Deo, ſ. vt gentilitatẽ Chro
coniungerent, quem virgo mundiſſima pepit in natura humana, cui pr̃ dedit oĩa ſua, ſiue ꝑ
Ioan.5. gñationem æternam, ſiue ꝑ pleniſſimam fruitionem, & qñ oĩ creaturæ ꝓtulit eũ, totamq́;
animæ ſuæ capacitatem donis græ adimpleuit ac gloriæ. [Quam ob rem ſi facitis miſericor-
diam & veritatẽ cũ dño meo:] hoc eſt, ſi ſaluatori & creatori veſtro vere grati ac ſubditi eſſe
vultis, eiuſq́; ſeruis ac mẽbris, immo & aĩabus ꝓpriis miſereri, hoc nobis inſinuate. [Si autẽ
aliud placet, hoc dicite nobis:] qa nõ eſt nræ inſtitutionis, aliquẽ ad fidẽ cõpellere, [vt eamus
ad dextrã ſiue ſiniſtrã,] eundo q̃cunq; ad alioꝝ conuerſionẽ. [Rñderunt Laban & Bathuel: A
dño egreſſus eſt ſermo.] Sic plane gentiles frequenter conuicti euidentia ſignoꝝ ac ſanctita-
tis & mirabiliũ, q̃ in Apl'is et apl'icis viris viderũt, reniti nõ poterant, nec valebant, ſed Rebec
cã, i. quamcũq; ꝑſonã gẽtilem ad eos ꝑtinentem, ſeu ꝓpriam animã reſignauerũt ac tradide
rũt ꝑ̄dicatoribus ſanctis, vt cõuerſa fieret ſpõſa Chri, ꝓpter q̃d ſancti Apoſtoli nõ ſolũ ſic cõ-
uerſis, ſed & eoꝝ ꝓpinquis ita conſentiẽtibus, munera grãrum ꝓcurauerũt cęleſtiũ. [Initoq́;
conui-

conuiuio, pariter epulabãtur] facti commẽſales & domeſtici in eccleſia Chriſti, atq; in men
ſa ſapiẽtiæ cõſedentes, frumẽtum electorum & vinum germinãs virgines, hoc eſt, corpus & Zach. 9.
ſanguinem ſaluatoris ſimul ſumpſerũt. [Surgẽs autẽ mane, locutus eſt puer: Dimittite me
&c.] Sic ſancti Apoſtoli & cooperatores eoꝝ iugiter conabantur in anteriora ſeipſos exten- Philip. 3.
dere, & ad cæleſtia ꝓperare, immo & quoſdam à ſe cõuerſos, nõ ſolum ad obſeruãtiam man-
datorum, ſed ad euangelicoꝝ quoq; impletionẽ conſiliorum traxerunt, vt parẽtes & fratres
ac omnia quæ ſunt mũdi relinquendo, ſeparatã & quaſi monaſticam vitã aſſumpſerint: q̃d
ꝓpinqui eoꝝ, q̃uis credentes, tamẽ adhuc impfecti, conati ſunt ſaltem ad tempus impedire
ſiue differre, dicentes: [Maneat apud nos ſaltem decẽ dies.] quibus non cõſenſerunt Apoſto-
li, prædicatoreſq́; ſancti, eo ꝙ Chriſtus petenti dilationẽ, quouſq́; ſepeliret ꝓprium patrem,
locutus ſit, Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. [Et dixerunt: Vocemus puellã, & quæra Matt. 8.
mus illius voluntatẽ.] quoniã nemo cogẽdus eſt ad religiõis ingreſſum, ſiue ad opa ſupero-
gationis, niſi aliunde ſit obligatus ad ea. [Quæ ait: Vadã.] ſic eñ fideles ac feruidę animæ re-
ſponderunt. [Dimiſerunt ergo eã & nutricẽ illius.] Sæpe enim cõtingit, vt aliqua ꝑſona vi-
am pfectionis aggrediens, aliã ſibi magis familiarẽ, aut etiam quaſi magiſtrã aut inſtitutri
cem ſecũ alliciat & ꝑducat, q̄bus ꝓpinqui eoꝝ ꝓſpera imprecãtur, cupiendo eoꝝ ſpũalem
ꝑfectum, vt creſcant in mille millia, exercendo quotidie opa virtuoſa ſine numero & men-
ſura, ita vt vniuerſis ſuæ ſalutis ꝑ̄ualeant hoſtibus, & eoꝝ poſſideãt portas, i. tẽtationum in-
troitus, atq; ſuggeſtionũ prauaꝝ initia vincant. [Igit̃ Rebecca & puellæ illius, aſcẽſis came-
lis, ſecutæ ſunt viꝝ]. i. animæ feruẽtes in fide, ac patiẽtes, ꝓpriis corporibus cõculcatis, refre
natis, & rõni ſubiectis, apoſtolicã pfectionem ſectatę ſunt. [Eo aũt tẽpore Iſaac deambulabat
ꝑ viã q̃ ducit ad puteũ viuẽtis & vidẽtis.] hoc eſt, tẽpore primitiuæ eccleſiæ ꝑ̄dicantibus ſan-
ctis Apl'is, poſt ſaluatoris aſcenſionẽ, ipſe ſaluator ꝑ grãm morabat̃, & ꝑ credentiũ indeſinẽ-
tem ꝓfectum deambulabat in cordibus eorundẽ ꝑ viam pfectionis, q̃ ducit ad profundiſſi-
mã cõtemplationem eius q̄ eſſentialiter viuit, & oĩa intuet̃, vtpote ad beatificã & fruitiuã
ipſius inſpectionẽ, in q̃ beati torrente voluptatis immenſæ potant̃, & fluminis impetus eos Pſal. 35.
lætificat. [Habitabat in terra auſtrali]. i. in mẽtibus feruidoꝝ, q̄ frigora aqlonis abhorrent, Pſal. 45.
& calore ſolis iuſtitiæ ꝑfunduntur. [& egreſſus fuerat ad meditãdum in agro.] Nam & ipſe Lucæ 1.
Chriſtus ante ſuã aſcenſionẽ, egreſſus fuit à patre, & ꝑ incarnatiõis myſteriũ intrauerat hui-
us ſeculi cãpum, ad meditãdum & exercendũ humanæ redẽptionis negociũ. [inclinata iam
die]. i. luce grãe ac virtutũ ſplẽdore in hoĩbus pro maxima parte deficiente, atq; inſtante iam
fine durationis Moſaicæ legis. [Cũq́; eleuaſſet oculos, vidit camelos veniẽtes. [Chrus nanq́;
oculo pietatis clementiſſime intuebat̃, quẽadmodum ſancti Apl'i & adiutores eoꝝ, iugum
Dei ſup ſe baiulantes, fructificauerũt in gentiliũ cõuerſione, & q̄cquid boni egerunt, retule-
runt ad ipſum, à q̃ iam añ audierãt, Sine me nihil poteſtis facere, ſicq́; grata mente redierũt
ad eũ q̃tidie. [Rebecca quoq; cõſpecto Iſaac, deſcẽdit de camelo,] hoc eſt, cõuerſa gentilitas, Ioan. 15.
ſaluatore plenius cognito, carnalia cũcta tranſcẽdit, atq; ꝑ contẽplationem deſeruit, & edo
cta q̃liter Chrus venit ꝑ agrũ mundi huius in occurſum ſuis electis, vt eos cõſtringeret bra-
chiis charitatis in patibulo crucis, vlnas ſuas extẽdens in eoꝝ amplexus, ornauit ſe intus ꝑ
virtutes & dona ſpũs ſancti, huiuſq́; mundi vanitatibus ſe abſcondit: pallio q̃q; ſuo operuit
ſe, dũ cõfeſſiõis tegumẽto pctã ſua texit & abſtulit, & ſpõſa cæleſti ꝑ̄ſentaret̃ purgata. [Qui
introduxit eã in tabernaculũ Saræ matris ſuæ.] Chrus, ipſa ſynagoga, de q̃ ſecundũ carnem
natus fuerat, iam ꝑ infidelitatẽ defuncta, induxit cõuerſam gentilitatẽ in gradũ & grãm, quã
aliqñ habuit ſynagoga, cui dato libello repudii, eccleſiã gẽtium duxit ſpõſam, & eã tam in-
tenſe amauit, ꝙ temperauit dolorẽ, quem de ſynagogæ perditione conceperat, de cuius in-
gratitudine & dãnatione tẽpore ſuæ paſſionis ineffabiliter doluit, immo & ante frequẽter.

¶ Explanatio capituli XXV. Abraham vero aliam duxit vxorem. Arti. LXVIII.

PRæſenti capitulo deſcribuntur nouæ nuptiæ veteris patriarchæ, & propagatio filioꝝ ex
coniuge iſta, felix quoq; cõſummatio Abrahæ, & generatiões filioꝝ ipſius. [Abraham
vero aliam duxit vxorem. Hoc maligni hæretici irriſerunt, q̄ vetus teſtamentũ dixerũt
non eſſe à vero Deo, quibus viſum eſt, plenũ fuiſſe laſciuiæ, ꝙ Abraham in tãta ſenectute du
xit vxorem. Quibus dicendũ, ꝙ ſanctus patriarcha non fecit hoc ex incontinentia aliqua, &
tripliciter excuſatur. Primo, quia deſiderio prolis copioſioris hoc fecit. Secũdo, propter my
ſticam ſignificationem, videlicet propter ſignificandum futura, quemadmodum Oſee pro Oſee 1.2.
pheta Deo iubente accepit fornicariam in vxorem, ad præſignandum quòd terra ſeu plebs Amos 7.
Iſraelitica fornicans fornicaretur à domino, id eſt, per idololatriam à Deo vero recederet.
Prophetæ etenim aliquando verbis, aliquando factis prophetauerunt: ſic & Abraham qui
Deo teſtante fuit propheta, in ſenio ſuo duxit vxorem, ad præfigurandum re ipſa, quòd ex
Chriſto & eccleſia militante generantur in fonte baptiſmatis, & tamen non pertinent vere
ad ipſam eccleſiam, puta hæretici atq; ſchiſmatici, qui per iſtam Abrahæ vxorem nomine
Cethu-

Cethuram,eiusq; filios deſignantur,quẽadmodum ꝑ Agar & filium eius,carnales ac perfidi
veteris teſtamenti ſunt deſignati. Tertio,qa Deo inſpirante hoc fecit, ad reprobãdum quo-
rundam hæreticoꝝ perfidiam, q ſecundas nuptias damnauerunt, quæ tamen tanti patriar-
Auguſt. chæ roborant exemplo. Hanc rõnem, ſicut & præcedentem,tangit Auguſtinus. Duxit ergo
16.de ci- aliam coniugem[nomine Cethuram.]Circa q̃d ſcribit Hieronymus:Cethura, Hebraice co
uit. Dei. pulata ſeu coniuncta interpretatur. Vnde Hebræi ſuſpicantur eandem eſſe mutato nomine
Hieron. Agar atq; Cethurã, vt per hoc etiam ætas Abrahæ excuſaret, ne ſenex nouis arguat nuptijs
laſciuiſſe. Hinc refert & Lyra:Dicunt Hebræi ꝙ Cethura interpretatur thurificata, qa tam
munde ſe habuit poſtq̃ cum Iſmaele filio ſuo de domo Abrahæ eſt egreſſa, ac ſi fuiſſet Deo
oblata & conſecrata:ꝓpter quod,Sara defuncta,miſit Abraham filiũ ſuum Iſaac,vt illã ſibi
reduceret. Sed iſtis multipliciter obijci poſſet. Primo, qm̃ textus huius dicit, ꝙ Abrahã aliã
duxit vxorem. Agar autẽ iam antea fuerat vera vxor ſua,quæ q̃uis erat ſeparata ab eo ad tẽ
pus habitatione, non tñ vinculo coniugali:ſicq; eam recipiendo,nõ duxiſſet aliã cõiugem.
Secundo,qa paulopoſt ſcribit,ꝙ filijs concubinaꝝ largitus eſt munera, vbi ꝑ cõcubinas in-
Rom.14. telliguntur Agar & iſta Cethura. Tertio,qa de Abrahã ait Apoſtolus,ꝙ nõ conſiderauit cor-
pus ſuum emortuũ,cum fere centũ eſſet annoꝝ:circa q̃d dicunt expoſitores,ꝙ corpus ſuum
fuit emortuũ,quãtum ad vetulam: ſed de iuniore poterat gñare, ſicq; ſaluatum eſt ſuprà,ꝙ
de Agar genuit Iſmaelem. ergo & Cethura iſta fuit iuuencula,prçſertim cum Abrahã eſſet
ad minus centum q̃draginta annoꝝ,dum eam accepit. Agar vero tunc vetula fuit. Nã filius
eius Iſmael fuit q̃tuordecim annis ſenior Iſaac,qui circa has nuptias Abrahæ q̃dragenarius
fuit. Veruntamẽ dicit Lyra,ꝙ nomẽ hoc cõcubinaꝝ,in Biblijs Hebraicis correctis,hic ſcri-
R. Paul. bitur diminute,ad innuendum ꝙ non fuit niſi vna. ſed R. Paulus contra hoc dicit:Vocabu-
bum quod hic in Hebraico ponitur,ſemꝑ ſignificat concubinas in plurali,ſiue ſcribaſ dimi
nute,ſiue integre, idcirco ex hoc ꝙ ſcribitur diminute, non inſinuatur ꝙ nõ fuerit niſi vna.
Ioſep. li. Nihilominus Ioſephus dicit, ꝙ fuit vna, & ꝙ Abrahã duxit eã, anteq̃ miſit pro vxore Iſaac
1. Antiq. filij ſui. Quid hoꝝ ſit verius,neſcio.[Quæ]Cethura[peperit ei]ſcilicet Abrahę,ſucceſſiue ſex
Iu. c. 26. filios,qui nominãtur in litera.[Filij Dadan fuerunt Aſſurim &c.] Circa hoc dicit Hierony
Hieron. mus:Ab Aſſurim aliqui putant Syros vocari, & à pleriſq; filijs Abrahæ dicunt regiones In-
diæ occupatas ſeu habitatas.[At vero ex Madian] filio Abrahæ & Cethuræ, [ortus eſt Epha
Idem. & Epher.] Quo circa Hieronymus: Filij,inquit, Cethuræ occupauerunt terram Troglody-
tarum atq; Arabiam vſq; ad terminos maris rubri, ſecundum hiſtoricos Hebræorum. Dici-
tur quoq; Epher ex poſteris Abrahæ duxiſſe exercitum aduerſus Libyam, & ibi victor con-
ſediſſe, à quo poſteri eius Aphricam nuncupauerunt. Hæc Hieronymus. Cuius verbis in
Ioſep. li. Scholaſtica hiſtoria ex Ioſepho additur, ꝙ viro illi in Libyam deſcendenti, Hercules tulit
1. Anti. auxilium,& filiã eius nomine Ethæam, Hercules duxit vxorem, genuitq; ex ea Dodorim,
Iu. ca. 26. cuius filius fuit Phoron.[Deditq; Abraham cuncta quæ poſſederat] filio ſuo [Iſaac:] videli-
cet omnia principalia bona ſua,tanq̃ principali prælectoq; filio. non tamen videtur Abra
ham habuiſſe nec ei dediſſe hæreditaria & immobilia bona, niſi ſuprà præfata, quæ emit
Gen. 16. aut acquiſiuit,& pauca fuerunt,videlicet ager,in quo erat duplex ſpelunca,& puteus Berſa-
bee,ac nemus quod ibi plantauit, aut quædam ſimilia. [filijs autem cõcubinarum largitus
eſt munera.]Abraham non erat adulter:idcirco cõcubinæ iſtæ fuerunt veræ vxores ipſius,
quod & textus apertiſſime ꝓteſtatur. Siqdem ſuprà ſcriptum eſt,ꝙ Sara dedit Agar ancillam
ſuam viro ſuo vxorem. De Cethura quoq; nunc dictũ eſt, ꝙ Abraham accepit aliã vxorem
nomine Cethuram. In ſcripturis autem veteris teſtamẽti vxor interdũ cõcubina vocatur,vt
Iudic. 19. patet in Iudicum libro de vxore Leuitæ. Sara demũ fuit principalis ipſius Abrahæ vxor, ita
ꝙ eius cõparatione, aliæ duæ quaſi cõcubinæ cenſentur. Abraham tamẽ cum Cethura non
habuit aliam ea principaliorẽ,ſaltem eo tẽpore,quo ita vocata eſt. ¶Porro qui dicunt ean
dem fuiſſe Agar & Cethuram,affirmant huius plurale poni pro ſingulari,cum dicitur, con-
cubinaꝝ:vel ideo ſcripturam ſic loqui,quoniam eadem quaſi bis ducta eſt. [Fuerunt aũt di-
es vitæ Abrahæ,centum ſeptuagintaquinq; anni.]& ita obijt iunior patre ſuo annis trigin-
Gene. 11. ta, Nam Thare pater eius vixit annis ducẽtis quinq;,vt ſuprà legitur.[& deficiẽs]viribus cor
poris,[mortuus eſt in ſenectute bona].i. virtuoſis actibus decorata, [ꝑfectæq; ætatis, & ple
nus dieꝝ].i. plenus opibus bonis,qbus vſq; in finẽ vitæ ſuæ inhæſit longęuus,ꝑ quod inſinu-
Ambro. atur defunctus in quadam ꝑfectione virtutũ. Nam teſte Ambroſio,plenitudinem vita iuſto-
rũ habet,inanes vero ſunt dies malorꝝ.[cõgregatusq; eſt ad populum ſuũ].i. ſanctis in limbo
patrũ detentis coniunctus,quantũ ad animã ſuam,qui limbus exinde vocatus eſt Abrahæ ſi-
nus. Vel Abrahæ ſinus vocaſ,ſecreta reqes illa electoꝝ in limbo illo tunc quieſcentiũ. [Et ſe-
pelierunt eũ Iſaac & Iſmael filij ſui]q tanq̃ principales noĩatim exprimunſ, quanq̃ & alij in-
terfuerint multi. [in ſpelũca duplici &c.]de q̃ dictũ eſt copioſe. [Et poſt obitũ illius bñdixit
Deus Iſaac filio eius]cui & ante iã bñdixit,ſed poſt mortẽ Abrahæ patris ſui,plus q̃ añ bene-
dixit

dixit ei,augendo ei ſpũalia ac tẽporalia bona. [Hæ ſunt gñationes Iſmaelis &c.& hæc noĩa fi
lioꝝ eius &c. Primogenitus Iſmaelis Nabaioth,deinde Cedar &c.]& ponunſ hic duodecim
noĩa filioꝝ ſuoꝝ,q fuerunt duodecim principes duodecim tribuum ſuaꝝ,ita ꝙ vnuſquiſq;
eoꝝ fuit princeps,& caput proſapię deſcendẽtis ab eo. ¶Circa q̃d ſcribit Hieronymus: Du-
odecim filij nati ſunt Iſmaeli,primogenitus Nabaioth,à q̃ omnis regio ab Euphrate vſq; ad Hieron.
mare rubrum Nabathæa ſeu Nabaiothæa vocaſ,quæ & Arabiæ pars eſt,& ab alijs filioꝝ ſu-
oꝝ nominibus quædam eoꝝ regiones nomẽ ſortitæ ſunt,ſ. Cedar,Duma, Theman &c. [Et
facti ſunt anni vitę Iſmaelis,centũ trigintaſeptẽ: deficienſq;,mortuus eſt.]Secundũ Lyram,
in Hebræo non dicitur,mortuus eſt,ſed[trãſiuit:]q̃d ſecundũ Hebræos,nõ dicitur de aliquo
moriente,niſi iuſto:ꝓpter quod dicunt eum obijſſe in gr̃a. Veꝝ Rabbi Paulus aſſerit,in He-
bræo nõ haberi,trãſiuit:ſed, deficiens mortuus eſt. attñ fatetur Iſmaelem deceſſiſſe in gratia,
qa ſubiungiſ:[& appoſitus]eſt[ad populũ ſuum].i. in limbo patrũ eis adiunctus. Iſti itaq; di
cunt eum de ſuis exceſſibus finaliter pœnituiſſe. Sarraceni vero dicunt eũ fuiſſe ſanctũ & va-
tem Dei. Veruntñ ſcriptura iſta nõ dicit de eo,ſicut dicit de Abrahã,& alijs patriarchis ac ſan
ctis quibuſdã,ꝙ mortuus ſit in ſenectute bona, & plenus dieꝝ.[Habitauit autẽ ab Euila vſq;
Sur]. i. ipſe & poſteritas eiꝰ terras illas incoluit,ab India,quę ab Euilat nepote Noe vocata
eſt Euila,vſq; ad ſolitudinẽ,quæ eſt inter Cades & Barad,q̃ ſolitudo Sur appellaſ,& tenditur
vſq; ad mare rubrũ & Aegypti cõfinia. ideo addiſ:[Quæ]ſ. ſolitudo,[reſpicit Aegyptum in- Hieron.
troeuntibus Aſſyrios] ꝑ iter illud. [Corã cunctis fratribus].i. filijs & nepotibus [ſuis obijt.]
ſeu(vt exponit Hieronymus)in manibus filioꝝ ſuoꝝ mortuus eſt. ꝑ fratres em̃ intelligũtur
quicunq; cognati. Vnde Iacob infrà ait ad Laban:Pone hic corã fratribus meis & fratribus
tuis. Vt aũt in Scholaſtica hiſtoria tangiſ,Iſmael ferſ dyſenteria obijſſe. Deinde deſcribitur
gñatio Iſaac patriarchæ.[Hæ q̃q; ſunt gñationes Iſaac filij Abrahã. Abrahã genuit Iſaac:qui Euſebi.
cum q̃draginta eſſet annoꝝ,duxit vxorẽ Rebeccã &c.]Iſtud repetiſ,vt ſequentia aptius inſe
ranſ.[Deprecatuſq; eſt Iſaac dñm ꝓ vxore ſua]vt concipet,[eo ꝙ eſſet ſterilis]. Nam vt infrà
patebit ex textu,ꝑ viginti annos ſedit cum Iſaac anteq̃ concepit. Deniq; q̃uis Iſaac ſciret pa
tri ſuo Abrahæ eſſe ꝓmiſſam electi ſeminis ꝓpagationem copioſiſſimam ꝑ ſe,nihilominus
Deum orauit vt impleret hoc. Deus etenim multa ſic præordinauit,vt ꝑ preces obtineãtur.
ideo ait Gloſſa:Quãuis ꝑ Iſaac ꝓmiſſa erat ſucceſſio,tñ præfinitio Dei precibus erat implen
da. Hinc ſubditur: [Qui exaudiuit eum,& dedit cõceptum Rebeccæ] ſupernaturaliter, ſicut
& Saræ,q̃uis in Sara fuerat maior cauſa ſterilitatis,qa & ſenium. [Sed collidebantur in vte-
ro eius paruuli.]qñ em̃ vicina fuit partui,cœperunt infantuli in vtero eius collidi,ſeu inui-
cem ſe q̃ſi impellere,q̃ſi inter ſe concertantes,qs eoꝝ primus egrederetur:q̃d tñ non cõtinge
bat naturaliter,ſed ex diſpoſitione diuina,qa præſagium extitit futuroꝝ,ita ꝙ Deo volente
& mouente forte ꝑ angelum facta fuit cõmotio illa infantum, ad præfigurandũ ꝙ inter eos
natos eſſet futura contentio ꝓpter primogenituram, & etiam inter Iudæos & Idumæos ex
eis tunc naſcituros. ¶Porrò ſeptuaginta tranſtulerunt, [ludebant & calcitrabant infantes.]
Symmachus autem,[in ſuꝑficie ferebantur:]q̃ſi ſ. in ſimilitudine nauis pondere apto caren
tis. Itaq; ſicut Deus ꝑ verba,ita & per motus iſtos oñdit futura,qa frequenter ꝑ facta prænũ-
ciat aliqd.[Quę] ſ. Rebecca[ait:Si ſic mihi futuꝝ erat,quid neceſſe fuit concipere?] Timuit
em̃ aborſum,& periclitari in partu,qa ex tali colliſione geminoꝝ in vtero,ſolent talia ſequi
ꝑicula: ideo cõceptum ſuum reputabat infructuoſe conceſſum,niſi Deus ſibi aliũde ſuccur-
reret. Vel,q̃ſi admirãdo locuta eſt,ſi ſic mihi futuꝝ erat &c. Q.d. ſi paruuli nõdũ nati,ita con
fligunt,qd facient nati? an ſeinuicem deſtruent? In Scholaſtica hiſtoria legitur: Iacob credi Euſebi.
tur ſanctificatus in vtero,& in prædicto motu ſeu colliſione infantum præfiguratum,ꝙ non 2. Cor. 6.
ſit conſenſus Chriſti ad Belial. ¶Porro ꝙ Iacob ſanctificatus fuit in vtero,Auguſtinus in plu Auguſt.
ribus locis ſentire videtur. Nam ſuꝑ illud ad Romanos,Cum enim nondum nati eſſent,diſ- Roma. 9.
ſeruit: In Iacob nondum nato quid Deus dilexit, niſi gratuitum ſuæ miſericordiæ donum?
[Perrexitq; vt conſuleret dñm.]Quo vel ad quem perrexit,aut qualiter Deum cõſuluit,ſcri-
ptura iſta non exprimit. Dicitq; Gloſſa, ꝙ forte iuit ad locũ in quo Abraham conſtruxerat
aram,ſeu(vt in hiſtoria Scholaſtica clarius fertur)forſitan tranſiuit ad montẽ Moria, in quo Euſebi.
altare ædificauerat Abrahã,& immolatis ibi victimis,deprecata eſt Deũ vt ſibi oñderet,quid
ſibi atq; infantulis eſſet ventuꝝ. Lyra vero refert:Dicunt Hebræi,ꝙ iuit ad conſulendũ Mel
chiſedec ſacerdotẽ Dei excelſi, & item ad Heber ſpm̃ prophetiæ habentẽ, tunc vſq; viuẽtes,
vt ꝑ eos conſuleret dñm,hoc eſt,vt ipſi reuelationem à Deo acquirerent, dñm exorando pro
certificatione Rebeccæ. Quod aũt Melchiſedec fuit Sem filius Noe, & ꝙ ipſe ac Heber vſq;
poſt natiuitatem Iacob vixerunt,ex ſuꝑioribus poteſt patere. Multi quoq; catholici opinã-
tur,ꝙ ad Melchiſedec ſit profecta. Verũtamen Rabbi Paulus hic ſcribit:Quidam expoſito- R. Paul.
res Hebræoꝝ teſtantur,ꝙ nõ iuit ad cõſulendum aliquem prophetã, ſed ad aliquẽ locũ deuo
tum & ſecretum,in quo pro hac re oraret qetius. Iſtud quoq; tangitur in Gloſſa, dicẽte:For
ſan

ſan iuit ad aliquem locum ſecretũ,in quo magis quiete oraret.[Qui reſpondẽs,ait:] Quali-
ter dederit Rebeccæ iſtud reſponſum,textus nõ docet.& dicũt nonnulli, ꝙ cum poſt immo-
lationem & orationẽ dormiret in mõte præfato ſeu alio loco, reuelationẽ iſtam à dño ſum
pſit ꝑ inſpirationem occultam ſeu illuminationẽ angelicam. Alij putant,ꝙ Deus ei reſpon
dit in vigilia ꝑ angelum, quẽadmodum & ꝑ angelum edocuit Agar. Alij dicunt,ꝙ reſpon-
dit ei ꝑ Melchiſedec aut aliquẽ alium ſanctum.[Duæ gentes ſunt in vtero tuo].i.duo infan-
tuli q erunt principia & capita duaꝝ gentium,quia ex Eſau ſunt nati Idumæi, ex Iacob Iu-
dæi.[& duo populi ex ventre tuo diuident].i.præfati duo populi inter ſe diuiſi, ex tuis infan
tulis diſtinctim naſcent.[populuſq; populũ ſupabit].i.vnus eoꝝ alium vincet,aut ſibi ſubij-
ciet:quod aliqualiter fuit tẽpore Dauid impletum,quando Iudęi ſibi penitus ſubiugauerũt
2. Reg. 8. Idumæos,immo & omne maſculinũ ꝑemerunt in ea,vt legit Regum ſecundo.[& maior ſer
Ibidem. uiet minori,]hoc eſt,populus Idumæoꝝ ex Eſau primogenito Iſaac natus, Iudęis deſeruiet:
Auguſt. quod factum eſt tẽpore Dauid, quando Idumæi facti ſunt tributarij Dauid regis. Verunta-
16. de ci- men Auguſtinus effat:Quod dictũ eſt,maior ſeruiet minori,nemo noſtroꝝ aliter intellexit,
uit. Dei. ꝗ maiorẽ populum Iudæoꝝ,minori.i. poſteriori populo Chriſtiano ſeruituꝝ.Et reuera ꝗ-
uis iſtud aliqualiter videat impletum in populo Idumæo atq; Iudæis,tñ conuenientius cre-
ditur, ꝓpheriam iſtam aliqd altius intẽdiſſe:& quod eſt hoc, niſi quod in Iudæis & Chriſti-
anis euidenter adimplet?[Iam tẽpus pariẽdi]in quo Rebecca pareret,[aduenerat, & ecce ge
mini].i.duo infantuli[in vtero eius repti ſunt.]Hoc ꝑ eoꝝ egreſſum patuit, ꝙ duo fuerunt
in vtero,quod tamen & ante innotuit ex infantũ colliſione ac reuelatione diuina.[Qui pri
mus egreſſus eſt,rufus erat.]Idcirco vocatus eſt Edom,quod interpretatur ſanguineus:alia
quoq; ex cauſa vocatus eſt ſic,vt ſtatim dicet.[& totus in morem pellis hiſpidus] .i. piloſus,
ideo dictus eſt Seir, quod interpretat piloſus. Hinc ait Hieronymus:Pro hiſpido ſeu piloſo,
Hieron. in Hebræo habet,* Sear. Vnde Eſau,ſicut alibi legimus,Seir.i.piloſus dict⁹ eſt.[vocatũq; eſt
nomen eius Eſau].i.fortis,& hoc fuit ꝓprium nomen ipſius.Protinus alter egrediens, plan
tam fratris tenebat manu:quod Deo*ſic ordinãte*ſic actum eſt,ad præfigurandũ ꝙ fuerat ſu
um fratrẽ ſupplantaturus,non violẽtia,ſed iure,ex præordinatiõe diuina. Vnde fratris plan-
tam tenendo,quaſi ipſo facto mõſtrauit,ſe fratrẽ ſuum à iure primogenituræ & priuilegio
bñdictionis,retrahere.[& idcirco appellauit eum Iacob.]Quis eum ſic appellauit,nõ habe-
tur ex litera euidenter,tñ de matre eius dictum videt, qa pauloante præhabitũ eſt, gemini
in vtero eius repti ſunt.[Sexagenarius erat Iſaac, quando nati ſunt ei paruuli.]Ex quo con-
ſtat quod dictũ eſt,vtpote ꝙ viginti annis fuit cum coniuge ſua abſq; ꝓle,ſiquidem quadra
Ioſep. li. ginta exiſtẽs annoꝝ ,eã accepit.Hinc etiã patet,ſtare nõ poſſe ꝗd Ioſephus dicit, Abrahã eſſe
1. Antiq. defunctum anteꝗ nati fuerunt filij Iſaac:immo quindecim annis probat vixiſſe poſt natiui-
Iu. c. 26. tatẽ eoꝝ.nam Abrahã centenarius fuit, qñ natus eſt Iſaac, vixitq; Abrahã centum ſeptua-
gintaquinq; annis.¶Circa hæc quærit, cur Iſaac infra tot annos infœcunditatis ſuæ vxoris,
aliam nõ accepit,quẽadmodum Abraham duxit Agar.Ad hoc (vt fert) reſpõdent Iudæi, ꝙ
non licuit Iſaac habere coniuges plures,ex quo ſpõte acceſſit, vt Deo in holocauſtũ immo-
laret,quia extunc extitit Deo cõſecratus. Alij dicunt,ꝙ Iſaac ſpecialiter commendat de con
tinẽtia cõiugali,& caſtitatis amore nõ duxit ſecundã,ita ꝙ ſicut Helias ac Hieremias ſua cõti
nentia virginali,euangelicæ caſtitatis typum geſſerunt pfecte,ſic Iſaac pſignauit cõtinentiã,
Auguſt. quę in euangelica lege eſt,cõiugalem,in ꝗ vnus vnius eſt cõpar.Vnde loqtur Auguſtinus:Iſte
16. de ci. patriarcha nec vxorẽ habuit aliam,nec aliquam cõcubinam,ſed poſteritate duoꝝ geminoꝝ
Dei. contentus fuit,nec tñ ob hoc patre ſuo Abrahã virtuoſior fuit,ſed ecõuerſo. [Quibus adul-
tis,factus eſt Eſau vir gnarus venandi].i.artificialis venator, [& hõ agricola, Iacob autẽ vir
ſimplex]loquendo de ſimplicitate columbina,quæ dolũ & fictionem excludit, & verã inclu-
dit prudentiã.Sic eñ ſanctus Iob fuit ſimplex,nõ ſimplicitate aſinina, quæ caret prudentia
Iob 1. atq; induſtria.Hinc alia habet translatio, Iacob ſine dolo.[habitabat in tabernaculis.]Alia
litera cõtinet,habitabat in domo,& ita eſt ſenſus,ꝙ fuit vir qetus,vitãs diſcurſus, & remanẽs
domi,niſi rõnabilis cauſa eũ egredi qñq; compelleret. Attamen Lyra refert,ꝙ ſecundũ He-
bræos, iſtud intelligat de tabernaculis Melchiſedec & Heber, q venientes ad ſe,edocuerunt
ſpiritalia ac diuina,ad quos dicunt Iacob veniſſe,& habitaſſe ad tẽpus cum eis,immo ꝗtuor-
decim annis cũ Heber. Vnde & Gloſſa ſup illud,Habitabat in tabernaculis,ait, Studebat in
ſpiritalibus. Veruntñ in ſcripturis veteris teſtamenti,domus etiam impioꝝ tabernacula ſo-
lent vocari:quãto magis domus Iſaac viri iuſti,q & filium ſuũ potuit informare? Moſes qp-
Nu. 16. pe de Dathan & Abiron loquens:Recedite,inqt,à tabernaculis hoĩm impiorum.[Iſaac ama
bat Eſau,eo ꝙ de venationibus illius libenter veſceret:]& etiam qa primogenitus eius fuit,
nec dubium qn amabat etiam Iacob,ſed ipſum Eſau amplius:nec tñ putandum, ꝙ Iſaac pa
triarcha ex carnalitate aut guloſitate talia amabat cibaria,& filium ſuum propter ea. Poteſt
nãq; vir bonus ac ſobrius moderate vti cibarijs delicatis, ſicut & pulchra vxore.[& Rebecca
dili-

diligebat]ſpecialiter[Iacob]propter eius ſimplicitatẽ & ſynceritatem,& quia frequẽtius ſe-
cum erat in domo,& rurſum ex inſpiratione diuina,& item,qm̃ ex reuelatione diuina co-
gnouit ꝙ Iacob erat prælectus à Deo,& fratri ſuo præferendus.[Coxit autẽ Iacob pulmẽ-
tum] de quodam legumine, quod vocatur lenticula. [Ad quem cum veniſſet Eſau laſſus de
agro,ait: Da mihi de coctione hac rufa].i.rubicunda ſeu fulua,quoniam facta erat de lenti-
cula rubea.[qa oppido].i.valde[laſſus ſum.Quam ob cauſam vocatũ eſt nomẽ eius Edom.]
Circa quod ait Hieronymus:Fuluum ſeu rubeum,Hebraice dicitur Edom. Ob id aũt ꝙ pro Euſebi⁹.
rubeo cibo primogenita ſua vendidit, nomen Edom ſeu fului accepit,cuius appellatiõis fu
it & alia cauſa,vt tactum eſt,qm̃ natus eſt rufus ſeu rube⁹.[Cui dixit Iacob: Vende mihi pri-
mogenita tua.]Secundum Iſidoꝝ,primogenita fuit veſtis ſacerdotalis,qua maiores natu cũ
benedictione patris indui,victimas Deo quaſi pontifices offerebant. Porro in Scholaſtica Hieron.
hiſtoria plenius dicitur:Erant autem primogenita,quædam dignitates,quas habuerunt pri
mogeniti in cognationibus ſuis vſq; ad Aaron.Habebat eñ primogenitus veſtem ſpecialẽ,
qua induebatur tantum in ſacrificijs offerendis,& quando recepturus erat finalem benedi-
ctiõem à patre. In ſolennitatibus quoq; & cõuiuijs, benedicebat iunioribus, & in his duplã
portionem ciboꝝ recepit:ſic & in diuiſione hæreditatis habuit duplum,vt fertur.Itaq; con
ſtat ꝙ primogenitura incluſit ſpiritualia aliqua,præſertim ſacerdotiũ & authoritatem be-
nedicẽdi. ¶Quomodo ergo petijt Iacob primogenita ſibi vendi, cum hoc eſſe ſimonia cum
videatur? Ad hoc patet reſpõſio ex dictis circa hoc,ꝙ Abraham dicitur ius ſepulturæ emiſ-
ſæ. Primogenitura quippe iure & pręordinatione diuina erat ipſius Iacob, qui hoc ipſum
ex ſuæ matris relatiõe creditur cognouiſſe:ſicq; intelligitur ſuam redemiſſe vexatiõem, re-
trahendo prudenter ad ſe,quod ſibi ex gratia Dei competebat. Alij dicũt ꝙ ſicut ius patro-
natus partim eſt ſpirituale,partimq; temporale, propter quod per ſe vendi nõ poteſt,ſed cũ
fundo vendito poteſt transferri, ita ius primogenituræ cum redditibus ad ſe pertinentib⁹
transferri poterat per venditionẽ.[Ille reſpondit:En morior. Quid mihi proderunt primo-
genita?]quaſi dicat,Præ fame & laſſitudine, ac deſiderio huius cibi deficio, ita ꝙ primoge-
nitura mihi nõ prodeſt.[Ait Iacob: Iura ergo mihi,] ꝙ venditionem hanc ratam habebis.
[Iurauit ei Eſau]hoc ipſum,[& vendidit primogenita]ſua cum iuramento. [Et ſic accepto
pane & lentis edulio,]puta pulmẽto,[comedit & bibit,& abijt, paruipendens ꝙ primogeni
ta vendidiſſet.] Vel qa ſpiritalia nõ curauit, cum eſſet carnalis: vel quia viribus ſuis cõfidẽs,
propoſuit ſibi reſeruare priuilegia primogeniturę per vim,nõ obſtante venditione aut iura-
mento, ſciẽs ꝙ frater ſuus vir ſimplex nõ auderet reſiſtere, ſicq; multipliciter & grauiter val
de peccauit, videlicet gula,ſimonia,illicita iuratiõe,aſpernatiõe ſpũalium,ac prauo ꝓpoſi-
to violentiã atq; periuriũ cõmittendi.ideo ad Hebræos ait Apoſtolus: Ne qs fornicator aut Hebr. 12.
ꝓphanus,vt Eſau,qui ꝓpter vnam eſcã vendidit primogenita ſua. ¶Sed circa hæc qſtio ori
tur:Non eñ apparet ꝙ Eſau vir humana verſutus aſtutia,q de cupiditate & gula notat, ven-
diderit primogenita ſua pro ꝗmodiciſſimo precio, vtpote vna eſca, & potiſſimũ ſi ad pri-
mogeniturã ſpectabat ciboꝝ & hæreditatis portio duplex. Ad hoc(vt fert)Hebræi reſpon-
dent,ꝙ cibus de ꝗ ait iſta ſcriptura,nõ fuit preciũ emptionis primogeniturę, ſed datũ fuit vl Ibidem.
trà in preciũ iſtud eo modo,quo in cõtractib⁹ emptor cõſueuit vltra preciũ dare ſymbolũ ali
ꝗd.Si aũt obijciat pallegatũ Apoſtoli verbũ,dicẽtis,Qui ꝓpter vnã eſcã vendidit primitiua:
Reſpõdet ꝙ cõiunctio,ꝓpter,notat ibi cauſam venditiõis motiuã, nõ precij quãtitatẽ. Huic
tñ reſpõſiõi obijcit Rabbi Paul⁹,qa ſi Eſau vendidit primogenita ſua ꝓ precio magno,ita ꝙ
eſca mouit eũ dũtaxat ad illã venditionẽ, nõ vocaretur ab Apoſtolo ipſo ꝓphanus. ſed qc-
qd ſit de huius dicti veritate,iſta obiectio nullius eſt ponderis.Nam ꝗntumcũq; preciũ Eſau
pro primogenitura ꝑ modũ precij accepiſſet,ſimoniac⁹ factus fuiſſet, & ex cõſequẽti ꝓpha-
natus atq; ſacrilegus.¶Amplius iuxta myſticũ ſenſum,ſicut Abrahã,Sara defuncta,aliã du-
xit vxorẽ, quã tñ & ante dicit habuiſſe,videlicet Agar:ſic Chrs nunꝗ ſine ſpiritalibus nuptijs
eſt,& ſi vna particularis eccleſia deficiat,aliã ſibi procurat,qſdã cõuertendo ad ſe.Deniq; cir
ca finẽ ſeculi,eccleſia ꝑ Antichriſtũ ꝓ maxima parte extincta,Chrs Iudæos cõuertet, & ſyna
gogam quã diu reliquerat, iteꝝ ſumet in ſpõſam. Quẽadmodũ aũt ex Abraham natæ ſunt
multæ & maximæ nationes infideles & reprobæ,ita ex Chro & eccleſia renati ſunt plures in
fõte baptiſmatis,qui ad hæreticas prauitates ac varia vitia lapſi, eccleſias malignãtiũ & con
uenticula hæreticoꝝ,ſchiſmaticoꝝ ac impioꝝ atq; carnalium cõſtituerũt,qbus tamẽ Chri
ſtus largitus eſt munera,hoc eſt, dona gratiæ gratis datæ, bona naturę ac fortunæ, immo &
dona gratiæ gratũ faciẽtis in fonte baptiſmatis. Iſaac aũt,hoc eſt, populo Chriano catholi
co,Chrs contulit hæreditatẽ cæleſtẽ,& cũcta quæ habet,q eis pparauit ad pfruendũ ſeu parti
cipandũ.qs nũc ſeparat merito à peruerſis,deinde ſeparabit eos ab inuicẽ loco & pmio.Inſu
per ſicut poſt mortẽ Abrahæ Deus bñdixit Iſaac filio eius,ſic Chriſto paſſo & mortuo,reſu-
ſcitato & in cælum leuato, Deus benedixit copioſiſſime eius diſcipulis ac filijs. Iteꝝ ſicut ꝑ

Abraham & Saram, ita ꝑ Iſaac & Rebeccã deſignatur Chrs atq; eccleſia. Et ſicut Iſaac roga
uit pro Rebeccæ fœcundatione, ita Chrs pro eccleſiæ gratioſa fœcunditate, quam ex ſeipſa
non habuit. Cum'q; cõcepiſſet eccleſia, ſtatim cœperũt pullulare & cõmiſceri in ea, & con-
tra ſe inuicem prœliari populi duo, videlicet boni & mali, catholici & hæretici, propter quod
Matt. 23. dolebat eccleſia, & dictum eſt ei: Duæ gẽtes in vtero tuo ſunt. Chriſtus nanq; cõparauit ec-
cleſiam ſagenæ ex omni piſciũ genere congreganti: ſed populus catholicus & electus hære-
ticis ac reprobis præualet. Quẽadmodũ autem Eſau erat totus deformis, rubeus & piloſus,
ſic iniqui ac perfidi mente deformes ſunt, ſanguinolenti, prauis'q; cogitatiõibus & iniquis
affectibus quaſi pilis operti: qui diſcunt venari, terrena'q; colere, quoniã alios venantur ad
mortem, & vndiq; euagantur ac tẽporalibus inhiant. Iacob vero fuit vir ſimplex, in taber-
naculis habitans: ſic vere fideles ſunt ſimplices ſicut colũbæ, & Chriſti eccleſias viſitant, atq;
in ſcholis virtutũ morantur. Quemadmodũ etiã Eſau quæſiuit pulmentũ & terrena à Iacob,
& propter ea paruipendit ſpiritualia bona, ſic reprobi & carnales à fidelibus conãtur tẽpo-
ralia obtinere, de quibus deuoti nõ curant, dũmodo æterna ac ſpiritalia ſortiantur. Caue-
mus igitur vitia Eſau, omnem cupiditatem & gulam, omnem vanitatẽ & pompã, atq; ipſi-
us Iacob virtutes ſectemur, quaten⁹ & in nobis populus maior minori deſeruiat, id eſt, mul
titudo paſſionum ac vitiorum, omnium'q; carnalium appetituum, ſenſualium'q; apprehen
ſionum ac operum ſubijciatur cœtui intellectualiũ ſenſuum & actuum virtuoſorum, imperio
rationis, dominio charitatis, rectitudini æquitatis.

¶Elucidatio capituli XXVI. Orta autem fame ſuper terram. Art. LXIX.

HOc nunc exponendũ capitulum, recitat qualiter dominus benedixit & magnam pro-
ſperitatem contulit Iſaac patriarchæ. [Orta aũt fame ſuper terram].i. habitatoribus
terræ Chanaan, [poſt eam ſterilitatem quæ acciderat in diebus Abrahã.] Suprà duode
cimo capitulo legitur Abrahã intraſſe Aegyptũ, propter famem quæ tũc in terra Chanaan
erat. Viceſimo'q; capitulo ſcriptũ eſt, ꝙ introiuit terrã Palæſtinorum, & habitauit in Geraris.
ſed ibi nõ legitur propter famẽ id accidiſſe. Porro qñ intrauit Aegyptũ propter famẽ, non-
dum genuerat Iſmaelem, Iſaac vero ſexagenarius fuit, dum nati ſunt ei Iacob & Eſau, qui cũ
iuuenes eſſent, & forſan plusq̃ viginti annorũ, fecerunt cõmercium, de quo in fine præceden
tis cap. actum eſt. ſic'q; Iſaac videtur tunc fuiſſe ad minus octoginta annorum, fuit quoq; trede
cim annis iunior Iſmaele. ergo inter famem illam ſub Abraham factam, & inter iſtam
ſub Iſaac ortam, fluxerunt anni nonagintatres ad minus, ſi hiſtoria iſta quæ nunc recitatur
de Iſaac, cõtigit poſt venditiõem primogenitorum Eſau, vt ſeries textus videtur prætendere.
Non eſt aũt veriſimile, ꝙ infra tot annos nõ fuerit in terra Chanaan alia fames, cariſtia ſiue
Gen. 20. ſterilitas. Præterea ſuprà dictũ iam eſt, ꝙ Abimelech rex Geraræ cõcupiuit & ſibi adduci fe
cit Saram Abrahæ coniugẽ, Iſaac nõdum nato. Ergo inter tempus illud & iſtud, de q̃ in iſto
narratur capitulo, ꝙ ipſe Abimelech & etiã Phicol princeps militiæ eius, de quo item vice-
ſimo habetur cap. tractauerũt cũ Iſaac, fluxerũt ad minus octoginta anni, ſic'q; Abimelech
fuit tunc ad minus centũ annorum, etiamſi nõ fuiſſet niſi viginti annorum qñ adduxit ad ſe Sa-
ram. Deinde in iſto cap. ſcribit Iſaac multa egiſſe in terra Palæſtinorum, puteos'q; fodiſſe, & lo
ca mutaſſe, ac ſuccreuiſſe q̃uſq; magnus effectus eſt vehementer. Poſt quæ oĩa rurſus legit
Abimelech, cum Phicol veniſſe ad ipſum, & fœdus amicitiæ percuſſiſſe cũ illo. Si itaq; in re-
citatione huius hiſtoriæ ordo temporis obſeruatus eſt, inueniuntur Abimelech iſte & Phi-
col valde diu vixiſſe, ita vt vix credibile videatur: idcirco Gloſſa & Scholaſtica hiſtoria dicũt,
Euſebi⁹. iſtã hiſtoriã recitari per recapitulationẽ, ita ꝙ res quæ hic legitur geſta, acciderit ante nati-
uitatẽ filiorum, Eſau & Iacob, aut ſaltẽ ante venditionẽ primogenituræ præſcriptam. Verun-
tñ iſtud nõ videt certũ nec neceſſariũ dici, qm̃ aliqui tunc vixerunt, immo & multi, quaſi du
Gen. 31. cẽtis vel centum & quinquaginta annis, ſicut & infrà patebit de Laban. Nec Iſaac videtur
fuiſſe tantæ opulentiæ & ſublimitatis, ſicut hic fertur, ante mortem Abrahæ patris ſui, præ-
ſertim cũ ſcriptum ſit præcedenti cap. poſt obitum Abrahæ benedixit Deus Iſaac filio eius.
Abrahã vero vixit quindecim annis poſt natiuitatẽ filiorum Iſaac, vt in expoſitione præcedẽ-
tis cap. eſt ꝓbatũ. ſic'q; obitus Abrahæ nõ præceſſit prætactam primogenituræ venundatio-
nem, niſi ꝑ quinq; annos, ſi filij Iſaac nõ erãt niſi viginti annorum tẽpore venditiõis illius. Po-
tius ergo reor iſta recitari ſecundum ordinem temporis quo ſunt facta. Itaq; [abijt Iſaac ad
Abimelech regem Palæſtinorum in Geraram].i. in loco ſeu oppido ſic vocato. Nam propter ami
citiam quæ fuit inter Abraham atq; Abimelech, habuit Iſaac fiduciam cõfugiẽdi ad ipſum
Abimelech. [Apparuit'q; ei dñs] per angelũ, ſecundum aliquem modorum ſæpius ꝓtactorum, [di
cens: Ne deſcendas in Aegyptum.] Ex quo elicitur, ꝙ intendebat intrare Aegyptum, quæ
eſt regio valde abundans: idcirco Iſaac magnã habens familiam, multa'q; pecora, voluit ſe
illuc tempore ſterilitatis transferre, ſicut & pater ſuus Abraham fecerat. [ſed quieſce in ter-
ra quam dixero tibi,] videlicet infra terminos terræ promiſſionis, [& peregrinare ibi,] hoc
eſt, in

eſt, in terra quæ infra terram Chanaan & Aegyptum eſt media, puta in Palæſtina, quæ ad ter
ram promiſſiõis pertinuit, vt patuit ac patebit, quaſi dicat, Eſto peregrinus in terra quam
in ſucceſſoribus & poſteris tuis poſſidebis, vt dñs. Hinc ratio præcepti huius ſubiungitur:
[Tibi enĩ &]pro, id eſt, [ſemini tuo dabo vniuerſas regiones has]ſ. Palæſtinam, Chanaan,
Galilæã, Samariã, &c. [complens iuramentum quod ſpopõdi].i. firmiter & aſſertorie feci.
[Abrahã patri tuo &c. & benedicentur in ſemine tuo]ſ. Chr̃o, ſecũdum naturã humanam,
[omnes gẽtes terræ].i. quidã, immo & multi de oĩbus, vt plenius ſæpius'q; expoſitũ eſt. Hæc
etenĩ verba eodẽ ſenſu promiſſa ſunt Iſaac, quo & Abrahæ: per q̃d patet, ꝙ nõ Abrahæ tan-
tũ, ſed & Iſaac, immo & Iacob, vt infrà clarebit, facta ſit iſta de Chr̃o promiſſio. [eo ꝙ obe
dierit Abrahã voci meæ].i. iuſſioni quã ei loquendo præfixi. Veruntamẽ (vt eſt dictũ) obedi
entia Abrahæ non promeruit de cõdigno, ſed de cõgruo, exhibitionẽ promiſſionis illius de
Chr̃o, videlicet Chr̃i incarnationem, & oĩm gentium benedictionẽ per eum. [& cuſtodie-
rit præcepta,] ea videlicet, quæ ſunt de dictamine naturalis rationis, vt ſunt præcepta decalo
gi, quæ oẽs reſpiciebãt. [& mãdata mea,] quæ ei ſpecialiter iuſſi, [& cæremonias, leges'q; ſer-
uauerit.] Cæremoniæ illæ, fuerunt certi ritus ſeu modi colẽdi Deum, & ſacrificãdi eidẽ. Per
leges vero nunc poſſunt intelligi quæcunq; inſtitutiones tunc factæ & obſeruandæ, quæ iudi
ciales vocãtur, quæ docebãt modum ſeruandi iuſtitiã inter homines. Ex his conijcitur, ꝙ an-
te legẽ Moſaicã multa ꝓcepta moralia & cæremonialia ac iudicialia obſeruabãtur à Dei mi
niſtris, quæ poſtmodũ in lege Moſis ſunt cõſcripta & ampliata. Per hæc q̃q; inſinuat excellẽ-
tia ſanctitatis Abrahæ, ꝓpter cuius iuſtitiã dñs dicit ſe tãta bona filio ſuo facturum. [Manſit
itaq; Iſaac in Geraris].i. in loco ſic dicto. [Qui cum interrogaret à viris loci illius ſuꝑ vxore
ſua, reſpondit: Soror mea eſt &c.] Iſtud omnino cõcordat cũ his, quæ ſuprà de Abrahã dicta Gen. 20.
ſunt, ex quorum expoſitiõe patet & ſenſus iſtius paſſus. [Cũ'q; pertrãſiſſent dies plurimi, ꝓſpi-
ciens Abimelech, rex Palæſtinorum per feneſtrã, vidit eũ iocãtem cũ Rebecca vxore ſua.] Se-
cundũ Lyrã, verbũ hebraicum, pro q̃ Hieronymus trãſtulit hic, iocãtem, æquiuocum eſt ad Hieron.
ludũ & coitũ, magis'q; proprie accipitur modo pro coitu. Verum (vt in expoſitione viceſimi-
primi cap. dictũ eſt) Rabbi Paulus affirmat, ꝙ verbum iſtud nunq̃ ſignificat coitũ, & ſecun- R. Paul⁹.
dũ eundem, nũc proprie ſignat iocum ſeu ludũ, vt ſit ſenſus, ꝙ Abimelech vidit ipſum Iſaac
deoſculantem & amplexantem ſuã vxorem, quod viri boni nõ faciebant niſi vxoribus pro-
prijs. Attamen verba ſequẽtia ad vtrãq; ſignificationem poſſunt aptari. [Et accerſito eo].i.
Iſaac ad ſe vocato, [ait: Perſpicuũ eſt ꝙ vxor tua ſit. Cur mentitus es eã ſororem tuam eſſe?]
Secundum q̃d Abimelech ſumpſit hoc nomẽ, ſoror, falſum erat Rebeccã eſſe ſororẽ ipſius
Iſaac: non aũt ſecundũ q̃d Iſaac ſumpſit ſororem, vtpote pro cognata. [Reſpondit] Iſaac: [Ti
mui ne morerer ꝓpter eã].i. ex timore hoc dixi, & iſta ſum vſus cautela, ne Palæſtini me tru-
cidarent, quatenus vxore mea liberius poſſent vti. [Dixit'q; Abimelech: Quare impoſuiſti
nobis?].i. cur induxiſti ſuꝑ nos tãtum periculũ? In Scholaſtica aũt fertur hiſtoria: Impone- Euſebi⁹.
re eſt hic verbũ abſolutũ, & deſignat impoſturã ſeu fraudem, vt ſit ſenſus, cur impoſuiſti no-
bis? id eſt, cur nos decepiſti? Hinc impoſtor vocatur deceptor, vel ſecundũ Remigiũ, is qui
viliora miſcet metalla precioſis. [Potuit coire quiſpiã de populo cum vxore tua,] deceptus
ex verbis tuis, putando ꝙ eſſet ſoror tua, non vxor. [& induxeras ſuper nos grande peccatũ.]
hoc eſt, quantum fuit ex parte tui, dediſti nobis occaſionẽ adulterij cum coniuge tua. Verun
tamen Iſaac non dixit eam eſſe ſuã ſororem tali intentione, & de Dei prouidentia ſperans,
ei cõmiſit exitum rei, ſicut de hoc plenius dictum eſt in exponendo verba & geſta Abrahæ
in re pari. [Præcepit'q; omni populo] ſui dominij, [dicẽs: Qui tetigerit hominis hui⁹ vxorẽ,
morte morietur.] Siue hoc exponatur de tactu etiam oſculi & amplexus, ſiue de tactu con-
cubitus, patet quantũ gentiles illi adulteriũ abhorrebãt: quantũ ergo Chriſtiani id merito
abhorrerẽt? [Seminauit aũt Iſaac in terra illa, & inuenit in ipſo anno centuplũ].i. inuſitate
fructum copioſum, ex ſpeciali munere Dei, qui interdũ vnam terram vltra aliam multũ fœ-
cundat. Nec oportet vt centuplũ, deſignet hic numerum determinatum ac certũ: ſed ſenſus eſt,
ꝙ multo plus accepit de fructu q̃ cõſueuit, aut ſe receptum putauit, atq; vt in Scholaſtica ha- Euſebi⁹.
betur hiſtoria, illud poteſt intelligi non ſolum de vna ſpecie opum, ſed forte in omni gene-
re opum eſt centuplatus. Ideo quaſi expoſitorie ſubditur: [Benedixit'q; ei dominus] augẽdo
in eo ſpiritalia ac temporalia bona. [& locupletatus eſt homo, & ibat proficiens atq; ſuccre
ſcens, donec magnus vehementer effectus eſt &c.] per quod potiſſimum deſignatur in ſpiri
talibus profeciſſe, per q̃d item innuitur, ꝙ temporalis proſperitas donũ ſit Dei, & ab eo ele-
ctis aliquando cõcedatur. [Ob hoc inuidentes ei Palæſtini, omnes puteos quos foderãt ſerui
patris illius Abrahã, illo tẽpore obſtruxerũt, implentes humo.] Inuidia nãq; eſt dolor de ꝓ-
ſperitate alterius. [in tantum vt ipſe Abimelech diceret ad Iſaac: Recede à nobis, quoniã po-
tentior nobis factus es valde.] Mirum videtur, qualiter peregrinus in aliena habitans terra,
poterat eſſe fortior rege ac populo terræ illius. Poteſt hoc verbum intelligi per modum hy-

perbolicæ

perbolicæ loquutionis, qua aliquid ſine mendacio dicitur per exceſſum, ad inſinuandũ in-
ſolitam magnitudinẽ eius. Vel ideo dixit iſtud Abimelech, qm̃ vidit Iſaac diuino vndiq; ſuf
fultum auxilio, cui ſe ſciuit non poſſe reſiſtere. [Et ille diſcedens] tanꝗ obtemperans regi in
propria terra, [vt veniret ad torrẽtem Geraræ, habitaretq́; ibi.] Receſſit eñ à ciuitate in qua
habitauit cũ rege, & habitauit nõ longe in valle, qm̃ putauit ſe ibi aquã & paſcua pro ſuis re-
pertuꝝ pecoribus, [rurſum fodit ibi alios puteos, quos foderant ſerui patris ſui Abraham,
& quos illo mortuo olim obſtruxerãt Philiſthijm &c.].i. Palæſtini. Illos etenĩ puteos, eo iubẽ-
te, ſerui ſui purgabãt, eijciendo humũ iniectã: quos Philiſtæi forſitan ideo impleuerunt, ne
quis ex poſteris Abrahæ diceret ſe ad illos puteos ius habere. [Foderũtq́; in torrẽte] .i. in val
Euſebi⁹. le iuxta torrentem, vel vbi torrens currere conſueuit. Vnde in Scholaſtica hiſtoria dicitur:
Habitauit Iſaac iuxta alueum, per quem torrens aliquando influebat. Porro torrens vocatur
aqua, quæ ex inundatione imbrium reſolutioneve niuium aut glaciei decurrit, nec iugiter
fluit. ideo ibi foderunt, quatenus huiuſmodi aquam in foueis illis colligerent ac ſeruarent.
[& repererunt aquam viuam &c.].i. ſaliẽtem, quæ inſtar rerum viuentium ſe mouere videt.
Deinde in litera ſcribitur, qualiter paſtores Geraræ contẽderunt contra paſtores Iſaac pro-
Ioſe. li. 1. ant. iud. cap. 26. pter puteum illum, & ſimiliter propter alium puteum: idcirco ſecundum Ioſephum, Iſaac
illos puteos imperfectos reliquit, nolens cum indigenis terræ contendere, atq; expectãs ra-
tionem ac licentiam bonæ voluntatis eorum, ex quibus patet magna humilitas, patiẽtia, &
manſuetudo patriarchæ iſtius. [Profect⁹ inde, fodit].i. ſeruos ſuos fodere fecit [alium puteũ,
pro quo non contenderunt. Itaq; vocauit nomen eius Latitudo, dicens: Nunc dilatauit nos
dominus].i. ampliauit in bonis, [& fecit creſcere].i. ditari [ſuper terram.] ita ꝙ pecora no-
ſtra poſſunt nunc longe & late hic paſci. [Aſcendit autem Iſaac ex iſto loco in Berſabee,]
Gen. 21. vbi & Abraham iam ante habitauerat, vt ſuprà dictũ eſt. [vbi apparuit ei dñs in ipſa nocte]
per angelũ in ſomno ſeu in vigilia, [dicẽs: Ego ſum Deus Abrahã patris tui.] Ex quo (vt ait
ſaluator) probatur reſurrectio mortuoꝝ, & imortalitas animæ rationalis. Deus nãq; eſt De⁹
coꝝ qui ſunt aut viuũt, ergo Abrahã corpore ſuo extincto, ſecundum aĩam ſuã fuit & vixit.
[Noli timere.] Hæc cõſolatio cõgrue facta eſt huic Iſaac, qñ in terra aliena tantam fuit paſ-
ſus iniuriã, & à rege terræ depulſus. Itaq; noli timere timore carnali, mundano, immodera-
to, [quia ego tecũ ſum, Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum propter ſeruum meum
Abrahã].i. ꝓpter merita eius, per quod rurſus eximia ſanctitas Abrahæ deſignatur. Princi-
paliter tñ fecit hoc Deus ex propria miſericordia ſua, & ad ſuiipſius honorẽ ac gloriã, immo
& aliquo modo propter merita Iſaac, qui fuit magni meriti apud altiſſimum. Nam & hoc
piiſſimum eſt, ꝙ Deus propter merita vnius, alteri miſeret ac benedicit. [Itaq; ædificauit ibi
*altare] gratias agens Deo, qui tãta bona ſibi iam dedit, & maiora promiſit. [& inuocato no
mine domini,] quem aſſidue inuocauit, & orando, lauãdo, obediendo ac immolãdo vene-
rabatur, [extendit tabernaculũ: p̃cepitq́; ſeruis ſuis, vt foderẽt puteũ.] Iam eñ fuerat anima-
tus ex cõſolatione & promiſſione diuina, ſibi ibidẽ iam facta. extenditq́; ibi tabernaculũ: ha
bitauit eñ in tabernaculis, tentorijs ſeu papilionibus, ſicut de Abrahã dictum eſt, & ita faci
liter poterat locum mutare. [Ad quẽ locũ cũ veniſſent de Geraris Abimelech & Ochozath
amicus illius,] Reges nãq; ſolent habere vnum ſpecialem amicũ, qui antonomatice fertur
2. Re. 16. amicus regis ſui, vt patet de Dauid, Salomone ac alijs. Veruntñ, ſecundũ Hieronymũ, in He-
3. Reg. 5. bræo habetur tale cõplexum, quod ſignificat collegium ſeu congregationẽ amicoꝝ regis, vt
Hieron. ſit ſenſus, ꝙ turba amicoꝝ regis venit cũ eo propter reuerentiam eius. [& Phicol dux mili-
tum, loquutus eſt eis Iſaac:] qui tamen primo loquuti ſunt ei, & inter cætera ipſe dixit ecõ-
uerſo ad ipſos: [Quid veniſtis ad me hoĩem quem odiſtis, & expuliſtis à vobis?] Interdũ eñ
fuerunt beneuoli circa Iſaac, interdum maleuoli, vt dicit Hieronymus, & nunc cõſtat ex te-
xtu. [Qui reſponderũt: Vidimus tecum eſſe dñm, & idcirco nunc *dicimus: Sit iuramentum
inter nos,] ꝙ amicitiam ſimul ſeruabimus, [& ineamus fœdus &c.] pacis. Hiſtoria iſta qua-
ſi eadem eſt cum ea, quæ cap. 21. habetur de iuramẽto & fœdere pacis ac amicitiæ inito inter
Abrahã & Abimelech. [Ecce aũt venerũt in ipſo die ſerui Iſaac &c. dicẽtes: Inuenim⁹ aquã.]
idcirco puteũ, in quo aqua illa inuenta eſt, vocauit [Abundatiã, & nomẽ vrbi impoſitum eſt
Berſabee.] De hoc nomine & interpretatione, ac rationibus ſuæ impoſitionis, dictũ eſt ſuprà
in fine expoſitiõis cap. 21. Vnde aliqui dicũt, ꝙ iſta de qua nunc legitur, impoſitio nominis,
non fuit noua inſtitutio, ſed prioris impoſitiõis innouatio & confirmatio. Veruntñ, ſecundũ
Hieron. Hieronymũ, ex eo ꝙ aqua ibi inuenta eſt, Iſaac alludens priori nomini ciuitatis, declinauit
paululum literam: & pro ſtridulo Hebræorum Sin, à quo Sabee incipit, poſuit Græcũ ſigma,
Euſebi⁹. i. Hebræorum Samech. Hinc in Scholaſtica hiſtoria apertius dicitur: In modico vocis ſtri-
dulo & in ſcriptura, hoc nomen quod nunc impoſitum legitur, differt à nomine ꝗd Abra-
hã olim impoſuerat ei. Sabee eñ ſcriptũ per Sin Hebræum, ſignificat iuramentũ vel ſeptẽ,
& aſperius ſtridet: ſcriptum vero per ſigma Græcũ, ſatietatem deſignat, & mollius ſonat.
Deniq;

Deniq; iſtud videtur magiſtralius dictum ꝗ quod ſcribit alius quidam, dicẽs: Ber in Hebræo
ſignificat puteum, Sabee aũt ſignificat ſeptẽ & iuramẽtũ ac ſatietatẽ. Ex quibus tribus ſigni-
ficationib⁹ locus iſte vbi erat puteus, vocatus eſt Berſabee. Primo, propter ſeptẽ agnas quas
ibi ſtatuit Abraham. Secundo, propter iuramentum ibi factum inter ipſum & Abimelech
regem, propter aquæ abundantiam ibi inuentam. Cum enim textus hic dicat, ꝙ nomen vr
bi impoſitum eſt Berſabee, videlicet propter abundantiam ſeu ſatietatem præfatam, videt
ꝙ nomen iſtud aliqualiter differat à nomine illo priori. Deinde deſcribitur inconſultũ con-
nubium Eſau. [Eſau vero quadragenarius duxit vxores duas Iudith filiam Beeri Ethæi, &
Baſemath filiam Elon eiuſdem loci. [Hi duo viri, quoꝝ filias Eſau ſumpſit vxores, fuerunt
potentes Ethæi ſeu Chananæi, quas duxit ſine conſilio ſuoꝝ parentum, quaſi potens & ſa- Ioſe. li. 1. ant. Iu. cap. 26.
piens per ſe. propter quod, ſecundũ Ioſephum, fecit ſeipſum dñm in poteſtate vxorũ. [Quæ
ambæ offenderant animũ Iſaac & Rebeccæ.] quia fortaſſis more Chananæoꝝ fuerunt põ-
paticæ, curioſæ, immorigeratæ, idololatræ. Diſplicuit quoq; Iſaac ꝙ poſteritas ſua miſceba
tur prouincialibus, melius tamen putauit inde ſilere.

¶ De ſpirituali intellectu eiuſdem cap. XXVI. Art. LXX.

SIcut Iſaac ingreſſus eſt Palæſtinam cum domo ſua, orta fame in Chanaan, ſic ſynagoga
indurata, & omni ſpiritualium alimentorum refectione priuata, Chriſtus per apoſtolo
rum prædicationem ad gentilium cõuerſionem proceſſit, atq; in eorum demoratus eſt
cordibus, qui euãgelicam amplexati ſunt legem: & factum eſt iſtud poſt ſterilitatem, quæ in
diebus Abrahæ contigit, hoc eſt, ſpiritualem illam inopiam quæ frequenter fuit in cordibus
Iudæorum, quando Deus pater in veteri teſtamẽto dicebatur Deus ac dñs ſynagogæ. ¶ Præ-
terea quæritur, cur iuxta myſticum ſenſum Deus prohibuit Iſaac intrare Aegyptũ, quod ta
men Abrahæ patri eius non negauit. Reſpondetur, ad inſinuandum ꝙ fideles nõ debẽt per
vana vagari, ſed in meditatione cæleſtis patriæ ſuum cor cohibere, omnemq́; ſecularem vi-
tare affectionem. Rurſus per Abraham multaꝝ gentium patrem, ſignantur prælati: per Ia-
cob laborioſum, actiui: per Iſaac cõtinentem, & multo tempore in thalamo quieſcentem,
clauſtrales & cõtemplatiui. Abraham ergo & Iacob Aegyptũ ingredi ſunt permiſſi, ad in-
nuendum ꝙ prælati atq; actiui poſſunt ſeculares accedere, & per mundum tranſire: Iſaac ve
ro Aegyptum introire prohibitus eſt, quoniam cõtemplatiui clauſtrales & religioſi, debẽt
pro poſſe vitare diſcurſus, & in abſcondito vultus Dei perſiſtere, nec ſecularium conuerſa-
tioni miſceri: quia (vt magnus dixit Antonius) ſicut piſces ſi extra aquam tardent, mox mo
riũtur, ſic monachi infrigidant, ſi inter ſeculares tardauerint. [Seminauit aũt Iſaac in terra,
& inuenit in ipſo anno centuplum.] Primo Chr̃s per ſeipſum ſeminauit verbum Dei in po
pulo Iudæoꝝ. Vnde & dixit: Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierũt, domus Iſrael. Dein- Matt. 15.
de ꝑ ſanctos apoſtolos & cæteros p̃dicatores electos euãgelizauit gẽtilibus in tẽpore gratiæ,
ꝗd eſt annus benignitatis, & annus acceptabilis dño: in quo inuenit centuplum, qm̃ centies,
immo innumerabiliter plures ex gentilibus ſunt cõuerſi, etiã ſtatim in exordio p̃dicationis
apoſtoloꝝ per totũ mundũ, aut paulopoſt. [Benedixitq́; ei dñs] poſt Chriſti aſcenſiõem be-
nedixit Deus trinitas Chriſto in ſuis mẽbris, hoc eſt, ipſis fidelibus copioſiſſima gratiarum
largitus eſt munera. [Habuit quoq; poſſeſſiões ouiũ & armentoꝝ & familiæ plurimũ] .i. ex
omni genere hoĩm multi crediderunt in ſaluatorem, & ſubiecti ſunt ei, incipientes, profici-
entes, & perfecti: rudes, ſimplices, ac ſubtiles, actiui & cõtẽplatiui, diuerſorũq́; ſtatuũ, gradu
um, dignitatũ ac ordinũ hoĩes. [Propter ꝗd inuiderunt ei Palæſtini,] hoc eſt, omnes infide-
les ac reprobi, præſertim indurati Iudæi ac tyranni ac multi philoſophi. [& omnes puteos
ꝗs foderunt ſerui patris illius Abraham, illo tempore obſtruxerunt implentes humo.] Per
Abraham intelligitur Deus pater, cuius ſerui fuerunt patriarchæ & ꝓphetæ veteris teſtamẽ
ti, qui puteos tot foderunt, quot libros ſacros cõſcripſerunt, inter ꝗs Moſes fuit præcipuus.
Cumq́; ſaluator & eius diſcipuli cœpiſſent ex libris legis & ꝓphetarum ꝓbare Chriſti aduẽ
tum ac eius myſteria, & ea quæ Chriſtianæ ſunt fidei roborare, p̃fati infideles conati ſunt oẽs
huiuſmodi libros ſeu puteos obturare, vel eos literaliter ſolum carnaliterq́; exponendo, vt
infideles Iudæi, aut eoꝝ veritatem negando, vt pagani & quidam hæretici: qui errores &
falſæ expoſitiões fuerunt quaſi humus & ſordidum lutum, quo libros iſtos, quãtum in ipſis
fuit, ſordidarunt, [in tantum vt ipſe Abimelech diceret ad Iſaac: Recede à nobis, qm̃ poten-
tior nobis factus es valde.] Per Abimelech intelliguntur principes ſeculares ac pfidi, q Chr̃i
eccleſiam videntes ꝗtidie numero ac donis Dei multiplicari, niſi ſunt Chr̃m excludere, & le
gem euangelicam eradicare. Ab illoꝝ ergo obſtinatoꝝ cordibus Chriſtus diſceſſit, & iuxta
torrentẽ Geraræ habitauit in valle, hoc eſt, in humiliũ mẽtibus, atq; in his q grãrum fluenta
gratãter ſunt amplexati, dignat⁹ eſt cõmorari. [Ibi rurſus fodit alios puteos.] hoc eſt, ꝑ apo-
ſtolos & Euangeliſtas libros noui edidit teſtamenti, de qb⁹ Eſaias p̃dixit: Haurietis aquas Eſa. 12.
in gaudio de fontib⁹ ſaluatoris. Hos aũt puteos foderũt iam añ ſerui Abrahæ: quia ꝗd ſancti
 Euangeliſtæ

Euangeliſtæ & Apoſtoli ſcripſerunt,& docuerũt eſſe impletum, prophetæ prædixerunt im-
plendum. In multis quoqꝫ coueniunt documentis, ad quod innuendũ Ezechiel vidit rotã in
Ezec. 1. medio rotæ,videlicet nouũ teſtamentum in veteri.[Foderunt in torrente,& inuenerũt aquã
viuã]Torrens eſt cor Chriſti, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſciẽtiæ Dei abſcõditi:
Coloſ.2. in quo torrente foderũt Euangeliſtæ & Apoſtoli, quia ex fonte dñici pectoris hauſerũt,qc-
quid rite intellexerunt & conſcripſerunt. idcirco in illo torrente inuenerũt aquam viuam,
hoc eſt,euangelicæ legis doctrinam,gratiam'qꝫ cæleſtem,atqꝫ exuberantiam ſpũsſancti.Vn-
de dixit Saluator:Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei,nõ ſitiet in æternũ. [ſed & ibi iur-
Ioan.4. gium fuit paſtoꝝ Geraræ aduerſus paſtores Iſaac,dicentium: Noſtra eſt aqua.]Paſtores Ge
raræ fuerunt ſapientes ſeculi atqꝫ philoſophi,qui Chriſti contradixerunt doctrinis,diſcipu-
lorum'qꝫ eius libros reprobare conati ſunt, ſicut Porphyrius, Celſus, Iulianus,Auerrois: &
quicquid verum ac morale ſeu vtile inuenerunt in illis,dixerunt pertinere ad ſe, ſeu ſumptũ
eſſe ex philoſophicis libris: immo multi eoꝝ dixerunt, Chriſtum in Aegypto libros didi-
ciſſe Platonis, & quicquid in Euangelio mirantur Chriſtiani,tãquam ſublime,ex libris Pla
tonis eſſe acceptũ. Talis ergo puteus vocari poteſt calumnia.[Foderunt & alium puteũ, pro
illo quoqꝫ rixati ſunt.]Alius puteus iſte,eſt ſupernaturalis Euangeliſtaꝝ & Apoſtolorum do
ctrina,quam cõſtat in libris philoſophoꝝ non cõtineri.idcirco paſtores illi increduli rixati
ſunt,aſſerendo talem doctrinam eſſe mendoſam.[Profectus inde, fodit alium puteum, pro
quo non cõtenderunt.] Iſte puteus fuit illa doctrina apoſtolica atqꝫ euangelica,naturalẽ ra
tionem non tranſcendens,vt ꝙ vnus eſt ſummus Deus, & conſimilia quæ ex naturali ratio-
ne probantur:ideo in eo conuenerunt & conſenſerunt,propter quod apte vocatur hic pute
us Latitudo.[præcepit'qꝫ ſeruis ſuis vt foderent puteos] Iſti ſerui fuerunt poſteriores docto-
res & patres eccleſiæ, qui poſt Apoſtolos compoſuerunt libros catholicos. ¶Inſuper quid
deſignet,ꝙ Abimelech rex cum ſuis venit ad Iſaac inire amicitiæ fœdus, cõſtat ex dictis in
expoſitione viceſimiprimi capituli.

¶Elucidatio literalis cap.XXVII. Senuit aũt Iſaac,& videre non poterat. Art. LXXI.

QValiter Iſaac patriarcha benedixit filijs ſuis,præſens docet capitulum.[Senuit aũt Iſa-
ac,& caligauerunt oculi eius,& videre non poterat.]Ex naturali etẽm cauſa cæcitatẽ
incurrit,& partim fuit ex ſenio. Veruntamẽ diu vixit poſt ea quæ nunc facta legũtur:
quia vt infrà habetur, vixit adhuc poſt reditum Iacob à Meſopotamia.[vocauit'qꝫ Eſau fi-
lium ſuum maiorem].i. primogenitum ſecũdum naturam, [& dixit ei &c. Vides,inquit, ꝙ
ſenuerim,& ignorem diem mortis meæ.] Quaſi dicat, cum ſenex ſim, volo adhuc ſanus &
mente compos peragere, quæ ante mortem facturus ſum, ne morte aut ſenſus defectu pꝛoc-
cupatus,nequeam id explere.[Sume arma tua].i. venationis tuæ inſtrumẽta,[pharetram &
arcum,& egredere foras.Cum'qꝫ venatu aliquid apprehenderis,fac mihi inde pulmentum]
id eſt, coctionem,[ſicut velle me noſti]quia frequenter talem cibũ mihi paraſti, adiuuãte te
matre tua aut famula.[& affer]cibum ſic præparatum,[vt comedam, & benedicat tibi ani-
ma mea]id eſt,ego ipſe ex deſiderio animæ & cordis affectu,[anteꝗ̃ moriar.] Cur Iſaac filiũ
ſuum benedicere cupiens,primo ſibi iſtud iniunxit? Non vtiqꝫ ex carnali affectu aut intem
perantiæ appetitu,ſed vt filius ſuus ſibi in iſto obtemperans,per obedientiã iſtam magis ido
neus redderetur ad benedictiõis ſuſceptionẽ,& item vt ipſemet Iſaac ex beneficio atqꝫ obſe
quio ſibi à filio exhibitis,magis beneuolus efficeretur ad filij ſui benedictionẽ. Rurſus, quo-
niam intendebat filio benedictionem cõferre, etiam quantum ad temporalia bona, voluit
primo ab eo aliquid temporale,præſertim refectionem,ſuſcipere. [Quod cum audiſſet Re-
becca,& ille abijſſet in agrum,vt iuſſionem patris impleret,dixit filio ſuo Iacob]quẽ ſpecia-
lius diligebat propter cauſas in expoſitione 25.cap.introductas:[Audiui patrem tuũ loquẽ-
Gen. 25. tem cum Eſau &c. Nunc ergo fili mi acquieſce cõſilijs meis,& pergens ad gregem,affer mi-
hi duos hœdos optimos, vt faciam ex eis eſcas patri tuo quibus libenter veſcitur, quas cum
attuleris & comederit,benedicat tibi &c.]Iſtud cõſuluit Rebecca, quoniam ſicut præhabi-
tum eſt,ex reuelatiõe diuina cognouit Iacob eſſe ꝑelectum à Deo, & ipſi Eſau pręferendũ in
bñdictione,atqꝫ ad ipſum primogenitурę ius pertinere.[Cui ille reſpondit: Noſti ꝙ Eſau fra
ter meus homo piloſus ſit]Fuit enĩ per totam corporis ſui pellem hiſpidus ſeu crinitus. [&
ego lenis].i.corpore tener & tactu mollis.[Si attrectauerit me pater meus,& ſenſerit,timeo
ne putet me ſibi voluiſſe illudere, & inducat ſuper me maledictionẽ pro bñdictione. Ad quẽ
mater:In me ſit,ait,iſta maledictio &c.].i. maledictionis illius periculum accipio ſuper me.
Quaſi dicat:Certa ſum ꝙ nõ maledicet tibi,ſed benedicet:& ſi malediceret tibi, imputandũ
eſſet mihi magis ꝗ̃ tibi,qa induco te ad iſta agenda. [Abijt]Iacob[& attulit, dedit'qꝫ matri]
duos optimos hœdos.[Parauit illa cibos, & veſtib⁹ Eſau valde bonis induit eũ].i.veſtib⁹ ſa
cerdotalib⁹,qa(vt habitũ eſt)in lege naturę primogeniti fuerũt ſacerdotes,habebãt'qꝫ veſtes
ſpeciales ac pręcioſas,quib⁹ induebant dũ ſacrificia offerebãt,& qñ à pr̃e ſuo bñdictionẽ ac-
ceperunt

ceperũt finalẽ.[pelliculas'qꝫ hœdoꝝ circũdedit manibus]Iacob,[& colli nuda ꝓtexit]vt vi-
deret habere manus piloſas,& collũ Iacob operuit, ne nuda colli ei⁹ caro tãgeret ab Iſaac,
& ſic cognoſceret ab eo.[Quibus illatis].i.cibis à Rebecca paratis, ipſi Iſaac allatis à Iacob:
[dixit:Pater mi. At ille reſpodit:Audio:Quis es tu fili mi? Dixit'qꝫ Iacob:Ego ſum priogeni-
tus tu⁹ Eſau. Feci ſicut ꝑcepiſti mihi]. Vident in ṽbis iſtis duo mẽdacia cõtineri, qa non fuit
Eſau,nec fecit q̃d Iſaac iuſſit,ſumẽdo arcũ & pharetrã ad venandũ &c. Reſpõdet ad primũ,
ꝙ ſicut Chriſtus in Euãgelio ait, Ioãnes ipſe eſt Helias,nõ vtiqꝫ in ꝑſona, ſed in ſimilitudine
Matt.17. ſeu cõformitate ſanctitatis atqꝫ officij,ſic Iacob dixit veraciter ſe eſſe Eſau primogenitũ,nõ
ſubſtãtialiter,ſed ſimilitudinarie,vtpote dignitate primogenituræ,iuxta quẽ modum,cum
Matt.16. Chriſtus interrogaſſet Apoſtolos:Quẽ me dicũt hoĩes,dixerũt: Alij Ioãnẽ Baptiſtã,alij Hie-
remiã &c. Ad aliud reſpondet,ꝙ Iacob in multis fecerat ſicut Iſaac ſibi præcepit, & ita ve-
rificant verba inducta. Et tñ ſi Iacob aperte dixiſſet, Sũpſi arcũ & iui venatũ:intelligẽdum
eſſet,ego.i.is cui⁹ ꝑſonã repræſento, & cuius ſimilitudinẽ gero, ius'qꝫ poſſideo,feci hoc,atqꝫ
tantundẽ eſt q̃ſi ꝑſonaliter hoc feciſſem.[Surge, ſede,& comede de venatiõe mea &c.i. cibũ
coctũ ex hœdis,q̃s ꝑ modũ venãtis tuli de grege, vt coquerent.[Volũtas Dei fuit] .i. effectus
diuinæ volũtatis,[vt cito mihi occurreret q̃d quęrebã. [Nam Deo volẽte,inuenit repẽte hœ
dos in grege. Dixit'qꝫ Iſaac:Accede ad me, vt tangã te fili mi,& probẽ,vtrũ tu ſis filius meus
Eſau an nõ.[Videbat quippe ipſi Iſaac ex auditu,ꝙ nõ eſſet Eſau, ideo voluit certificari per
tactũ,& experiri palpãdo an Eſau eſſet.[Acceſſit ille ad patrẽ,& palpato eo,dixit Iſaac:Vox
quidẽ,vox Iacob eſt: ſed manus,manus ſunt Eſau]. Ex quo patet,ꝙ tetigit ſeu palpauit ma-
nus ipſius Iacob,quas dixit eſſe manus Eſau.i. ſimiles manibus eius in piloſitate, vel realiter
man⁹ eius,qa hoc æſtimauit.[Et nõ cognouit eũ]ꝙ eſſet ꝑſonaliter Iacob.[qa piloſæ manus
ſimilitudinẽ maioris expreſſerãt].i. manus Iacob pelliculis coopertæ, oſtẽderũt eũ eſſe ſimi-
lẽ,immo & eundẽ filio primogenito. Primo nãqꝫ ꝑtendebãt ſimilitudinẽ, & ex ea Iſaac ar-
guit & cõcluſit idẽtitatẽ,& in hoc aliq̃ modo errauit,nõ tñ peccauit, qa nõ oĩs error eſt cul-
pa. Aliq̃ etiã modo nõ errauit,qa Iacob fuit ille ad quẽ iure diuino & ſpeciali Dei dono pri
mogenitura ac bñdictio ptinebat,& illũ Iſaac exqrebat,ꝑſentẽ'qꝫ eſſe volebat ac æſtimabat,
& eundẽ benedicere intẽdebat,q̃d totũ ſic fuit ſeu factũ eſt. [Benedicẽs ergo illi].i.benedice
re ꝓponẽs ipſe Iſaac filio ſuo Iacob,[ait:Tu es filius meus Eſau?] Hoc pro maiori certifica-
tione quæſiuit. [Reſpõdit] Iacob:[Ego ſum] ille q iuſte ac merito fuit benedicẽdus, quẽ &
Iſaac bñdicere ꝓponebat. At ille:[Affer mihi,inqt,cibos de venatiõe tua, vt bñdicat tibi aĩa
mea.Quos cũ oblatos comediſſet,obtulit ei etiã vinũ.Quo hauſto,dixit ad eũ:Accede ad me
& da mihi oſculũ fili mi,]vt maiori charitate tui accẽſus,te affectuoſius bñdicã.[Acceſſit &
oſculat⁹ eſt eũ,ſtatim'qꝫ vt ſenſit veſtimẽtoꝝ illius fragrãtiã.]Veſtes enĩ ſacerdotales cõſueue
rũt odoriferæ eſſe,qa cũ ſpeciebus boni odoris reponebant, ſiue ex alia cauſa, & hoc ꝓpter
ꝓprij officij dignitatẽ.[benedicẽs illi,ait: Ecce odor filij mei,ſicut odor agri pleni,cui bene-
dixit dñs.]Iuxta ſupficiẽ literæ,literalem'qꝫ ſenſum primo occurentẽ, iſte eſt ſenſus,ꝙ Iſaac
ꝑcepto odore ſuaui veſtimentoꝝ ſacerdotaliũ,qbus Iacob erat indutus,& delectat⁹ illo odo
re ex corporali attactu ipſi⁹ Iacob,cõmẽdauit filiũ ſuũ ex illo odore, vel potius ex dignitate
primogenitурę,quã veſtes illę mõſtrabãt:vñ & odorẽ illũ dixit eſſe odorẽ filij ſui,qa redũda
bat in eũ,quẽ etiã odorẽ cõparauit agro pleno fructib⁹ bene redolẽtibus, cui & dñs benedi-
xit,magnã ac dulcẽ fœcunditatẽ ei præſtãdo. [Det tibi Deus de rore cæli & de pinguedine
terrę,abũdantiã frumẽti & vini & olei.] hoc eſt, copioſum frumentũ, abũdans'qꝫ vinum,&
oleũ multũ,quæ ex rore qui generat in cælo aereo,& pinguedine terræ cauſant. Ad horum
quippe productionẽ,cõcurrũt corpora cæleſtia motu, lumine & influẽtia, ꝑ modũ cauſæ ef
ficiẽtis:ros & pluuia,ꝑ modũ cauſæ diſponẽtis:terra pinguis, vt cauſa materialis. Solet q̃qꝫ
ꝑ tria hęc,tota terrę fertilitas deſignari:quia ꝑ frumentũ cibus,ꝑ vinũ potus,per oleũ cõdi-
mentũ ſignat.[& ſeruiãt tibi populi,& adorẽt te]adoratiõe duliæ[tribus. Eſto dñs fratrum
tuorũ,& incuruent ante te filij matris tuæ.]Qñ hæc dicebãtur, non habuit Iacob niſi vnum
fratrẽ,nec mater eius habuit filios niſi duos, à quoꝝ vno duntaxat Iacob poterat adorari, à
quo tñ nunꝗ̃ legitur adoratus,ſed ipſe potius ſuum fratrem ſepties adorauit pronus in ter-
rã,vt infrà habetur:ideo verba iſta ſunt myſtica valde, & prophetico ſenſu plena, nec ſunt
impleta in Iacob & Eſau, immo Eſau fuit ditior & potentior ac dominãtior fratre ſuo Ia-
cob,ſed in poſteris eoꝝ impleta ſunt,qa ex Iacob deſcendit tribus regalis,& potẽtiſſimi re- 2.Reg. 8.
ges,ꝑſertim Dauid & Salomon,qbus ſeruierũt cæteri filij Iſrael ac Idumæi. Maxime vero
iſta impleta ſunt in Chriſto,cui om̃is populus,tribus & linguæ iam ſeruierũt, ac ſeruient:&
in ſanctis apoſtolis,q̃s Deus cõſtituit principes ſup oẽm terrã,vt infrà tãgetur. [Qui male- Dani. 7.
dixerit tibi,ſit ille maledictus:& qui benedixerit tibi,bñdictionibus repleatur.] Per hęc ver
ba videt Iſaac filio ſuo Iacob bona ſpũalia imprecatus, vt ſit ſenſus, Tãtis virtutũ ac gratiæ
donis replearis tu & poſteritas tua à Deo,vt iuſto zelo valeat maledici ei, q maledixerit tibi:

x 4 & bene-

& bñdici,q benedixerit tibi.Hinc R.Paulꝰ ait: Maledicere alicui, cõmuniter importat malũ
ei optare,q̃d ſemp peccatũ eſt,niſi ꝓximus ſit peccator,aut ſaltẽ peccabilis,ita vt optet ei ali-
quod malũ pœnæ,quatenus ex ea cõſequatur aliq̃d bonum: ex quo conſtat, ꝙ boni & iuſti
nunq̃ ſunt maledicẽdi.Ex hoc ergo ꝙ Iſaac maledixit prophetice maledicẽtibus Iacob,in-
telligit ꝙ poſteritas Iacob,p̃ſertim ſpũalis,cui hæc benedictio principaliter dirigebat, futu
Euſebi. ra erat virtuoſa & iuſta,ita ꝙ ei maledicẽtes, digni eſſent maledici. Præterea,in Scholaſtica
hiſtoria legit:In benedictiõe ipſius Iacob 4.cõtinent:primũ eſt abũdantia victualiũ,cũ dici-
tur:Det tibi Deus de rore cęli &c.Secũdũ eſt excellẽtia potẽtiæ,cũ addit:Seruiãt tibi populi
&c.Tertiũ eſt p̃eminẽtia primogenituræ,cũ ſubdit:Eſto dñs fratrũ tuoꝝ.& iſta ſunt tẽpora-
lia,p̃ſentiſq́; vitę.Quartũ eſt ſpũale,& circa futura,cũ dicit: Qui maledixerit tibi &c.Alij di
cũt,ꝙ Iſaac imprecatꝰ eſt Iacob ſeu poſteris eius tria:Primũ eſt, tẽporaliũ opulẽtia: ſecũdũ,
honor & excellẽtia,cũ dicit,Seruiãt tibi populi,vſq; ibi,Qui maledixerit tibi:tertiũ eſt,alio-
rũ ad eũ beneuolẽtia,cũ infert, Qui maledixerit tibi.ſic tñ, vt p tẽporalia iſta intelligãtur ſi-
mul & ſpũalia ac æterna,tanq̃ principaliter intẽta,qm̃ ex ſenſibilibus atq; terrenis,homo eri
Ioſe.li.1. gitur ad cæleſtia ac diuina.Secũdum Ioſephũ,Rebecca orauit pro Iacob,vt optatã benedi-
ant.Iud. ctionẽ cõſequeretur à patre.Iſaac quoq; benedicturus filio ſuo Iacob, orationẽ præmiſit,dĩ
cap.26. cendo:Dñe oĩm ſeculoꝝ,& creator vniuerſæ ſubſtãtiæ, tu patri meo & mihi abundãter be
nedixiſti,conſerua propicius hunc filiũ meũ,& ab omni malo cuſtodi,ac benedic &c. [Vix
Iſaac ſermonẽ impleuerat] .i.verba præfatæ benedictionis cum Iacob. Ex quo ſequi vide-
tur,ꝙ forſitan plura dixiſſet ad Iacob,niſi Eſau ſupueniſſet:attñ Deo ſic diſponẽte, benedi-
ctionis ſermonẽ cõpleuit. [& egreſſo Iacob foras] de thalamo, in quo cæcus pater quieuit,
& forſan Iacob ſenſit aduentũ Eſau, propter quod feſtinauit exire. aliter nõ apparet ꝙ tam
repente,& quaſi abrupte poſt patris ſui verba exiſſet.[venit Eſau &c.Expauit Iſaac ſtupore
vehemẽti,& vltrà q̃ credi] .i.credẽdo cõijci ſeu pcipi[poteſt] p naturã ſecũdũ cõmunẽ vſum
& curſum. [admirãs,]ꝙ ſic decipi potuit circa notitiam Iacob,vel potius admirãs diſpenſa
tionẽ pietatis diuinæ,& ordinationẽ ſapiẽtiæ Dei,in hoc facto,ꝙ ſcilicet Deꝰ voluit & præ-
ordinauit ſic fieri,vt Iacob benediceret.Hoc etiã in admiratiõe iſta ex reuelatiõe diuina co-
Auguſt. gnouit q̃d ante neſciuit.Hinc loquitur Auguſtinus:Expauit Iſaac ſtupore vehementi,ita vt
de ciuit. quædã mẽtis ſuæ alienatio ſequeret,q̃ raptus aut ecſtaſis dicit,& in magnaꝝ reꝝ reuelatio-
Dei.c.36 nibus fieri ſolet.Vnde intelligẽdũ eſt,ipſum Iſaac tũc ſpũaliter admonitũ eſſe à Deo, vt con
firmaret benedictionẽ ſuã in Iacob, cui aliàs potius potuiſſet iraſci ꝙ patrẽ feſellit, ſic & in
Adam præceſſit ecſtaſis anteq̃ dixit,Erunt duo in carne vna: quod eſt magnũ ſacramẽtum
in Chriſto atq; eccleſia. Hæc Auguſtinus. Itaq; Iſaac admirãs, [ait:Quis igitur ille eſt,q du-
dũ captã venationẽ attulit mihi?]Nõ ex ignorãtia,ſed admiratiõis abundantia, dixit:Quis
igitur ille eſt?Iam quippe ſciebat ꝙ Iacob fuit.¶Porro quod addidit,qui dudũ captam ve-
nationẽ &c.adiecit ſecundũ ſuã æſtimationẽ, qa ſibi reuelatũ nõ fuit qualiter Iacob attulit
materiã cibi illius,nõ venãdo,ſed ex grege duos hœdos ſumẽdo. [Benedixitq́; ei,& erit be
nedictus.]q.d.Benedictionem ei collatã reuocare non volo,nec valeo, qm̃ Deus ſic ordina-
uit.[Auditis Eſau ſermonibus patris ſui]Iſaac[irrugijt clamore magno:]hoc eſt,ex intenſiſ
ſimo cordis dolore inſtar leonis terribiliter exclamauit. Verũtamen nõ ex vera cõpunctio-
ne aut cõtritione,neq; ex charitate,ſed potius ex priuato amore & cupiditatis affectu quo
ad terrenã proſperitatẽ valide afficiebat,atq; ex hoc de eius amiſſiõe intẽſiſſime triſtabatur:
idcirco teſte Apoſtolo,non inuenit pœnitentiæ locũ,quanq̃ cum lachrymis inquiſiſſet eam.
Hebr.12. [& cõſternatus].i.immoderato mœrore oppreſſus[ait: Benedic etiã & mihi pater mi.] q.d.
ſaltẽ in tẽporalibus benedic mihi.[Qui ait]ſe quodãmodo excuſando:[Venit germanꝰ tuꝰ
fraudulẽter]hoc eſt,p modum fraudulenti,vtpote cũ verbis & factis obſcuris,& pie circum
uentiuis. [& accepit benedictionẽ tuã] .i.quã tu habuiſſes, ſecundũ cõmunẽ legẽ, inquãtum
primogenitus,niſi Deus aliter diſpoſuiſſet: immo & niſi tu ꝓmeruiſſes ea priuari, primitiua
tua fratri tuo vendendo. ¶Circa hoc ſcribit Lyra:Hebræi dicũt, Venit germanus tuus pru
dẽter.Nã dictio Hebraica, interdũ dolũ, interdũ prudentiã ſeu bonã cautelã ſignificat, pro
qua nũc accipi debet. Iã nãq; Iſaac nouerat ꝙ Iacob ex ordinatiõe diuina benedictionem
obtinuit,propter q̃d factũ ſuũ nõ potuit ꝓprie fraudi aſſcribi. Hæc Lyra. Sed R.Paulus his
cõtradicit,aſſerẽs dictionẽ illã Hebraicã non eſſe æquiuocã,ſed fraudẽ ſeu dolũ tantũmodo
2.Co.12. ſignificare.Sed qa fraus q̃ ꝓprie in malo accipit,qñq; ĩ bono ſumit abuſiue,iuxta illud Apo
ſtoli:Cũ eſſem aſtutꝰ,dolo vos cepi:idcirco hæc dictio fraudulẽter,nũc abuſiue in bono ac-
ceptata eſt.[At ille ſubiũxit:Iuſte vocatũ eſt nomẽ eiꝰ Iacob.]q̃d ĩterpretat ſupplãtator.[Sup
plãtauit em̃ me en altera vice.Primogenita mea ante tulit].i.ſemel me ſupplãtauit,priuãdo
me primogenitura p emptionẽ abruptã,hoc tñ eſt falſum,tũ qm̃ Eſau ſpõte & ex ꝓpoſito vẽ
didit ea,tũ quia ex prædeſtinatione diuina pertinebant ad Iacob.[& nunc ſecũdo ſurripuit
benedictionẽ meã] .i.mihi debitã, quod etiã falſum eſt, qm̃ benedictionem illam non ſub-
ripuit

Iacob iniuſte vt alienã,ſed vt ſibi debitã,tã ex diuina p̃ordinatiõe,q̃ ex iure primoge-
nituræ in ipſum trãſlatæ.Verũ eſt tñ ꝙ ſupplãtauit Eſau frẽm ſuũ.i.ei p̃ualuit ĩ vtraq; hac vi-
ce,p̃ſertim cũ ſcriptũ ſit in Oſea:In vtero ſupplãtauit fratrẽ ſuũ, hoc eſt, in vtero aliq̃d fecit
ſua colliſiõe,p q̃d futura tũc ſupplãtatio figurabat.[Rurſumq́; ad patrẽ ait]Eſau:[Nunq̃d nõ Oſeæ 12.
reſeruaſti & mihi bñdictionẽ?]q.d. Adhuc potes & mihi benedictionẽ aliquã dare.[Reſpõ
dit Iſaac:Dñm tuũ illũ cõſtitui]iuxta ſenſum inductũ,[& oẽs fratres eius].i.poſteros[ſeruitu
ti illius ſubiugaui] .i.ſubiugãdos prophetaui. [frumẽto & vino & oleo ſtabiliui eũ]hoc eſt,
ſtabiliter locupletãdũ p̃dixi,ſicut expoſitũ eſt,[& tibi poſt hęc fili mi vltrà qd faciã?]q.d.nõ
poſſum tibi imprecari maiora,p̃ſertim intelligẽdo ſub his tpalibꝰ ac terrenis ſpũalia ac æter-
na.[Cui Eſau:Nũ vnã,inqt, tm̃ bñdictionẽ habes pater?]tanq̃ dicat:plures bñdictiões,q̃uis
nõ æque pfectas,potes cõferre.[Mihi q̃q; obſecro vt benedicas,]& ſi nõ benedictiõe ad pri
mogenitũ pertinẽte,quã iã fratri meo dediſti,ſaltẽ aliqua inferiore.Cũq́; eiulatu magno fle
ret]ex cauſa p̃tacta,[motus Iſaac].i.cõpaſſiõe tactus, ex amore & pietate, tã naturali q̃ ſup-
naturali,[dixit ad eũ:In pinguedine terræ & in rore cęli deſup]veniẽte [erit bñdictio tua].i.
in tẽporaliũ abũdãtia,q̃ ex pinguedine terræ,& rore ſeu pluuia orit,bñdictio tua cõſiſtet:q̃d
tam in Eſau q̃ in poſteris eius impletũ eſt. Nã & Idumea ſibi ac poſteris ſuis à Deo conceſſa,
paſcualis ac fertilis perhibet. [Viues in gladio].i.vir bellator eris, bellicoſaq́; erit poſteritas
tua.[& fratri tuo ſeruies:] qa Idumæi fuerũt ſubiecti lõgo tẽpore regibus ac populo Iudææ. 2.Reg.8.
[tẽpuſq́; veniet,cũ excutias & ſoluas iugũ].i.dominiũ[eius de ceruicibus tuis.]Hoc 4.Regũ 4.Reg.8.
legit adimpletũ ſub Iorã rege Iſrael,cui rebellauerũt Idumæi, q̃uis ſemel pcuſſerit eos.[Ode
rat ergo ſemp].i.diu & cõtinue p aliq̃d tẽpus[Eſau Iacob]fratrẽ ſuũ[ꝓ benedictiõe].i.pro-
pter hoc,ꝙ bñdictionẽ primogenituræ fuit cõſecutus à pr̃e. [dixitq́; in corde ſuo: Venient
dies luctus pr̃is mei,& occidã Iacob fratrẽ meũ.]Hoc dupliciter poteſt exponi:Veniẽt dies
&c.i.fratrẽ meũ citiꝰ,q̃ potero,interficiã:& tũc pater meꝰ, q benedictionẽ meã illi donauit,
lugebit diu ac vehemẽter,& ita vindicabo me pariter de vtroq;. Secũdo: Veniẽt dies luctus Euſebiꝰ.
pr̃is mei.i.cũ venerit mors ipſius,& deplorauerimꝰ eũ,ſtatim occidã frẽm meũ,qa vt aliq di
cũt,nõ audebat hoc facere,patre ſuo viuẽte,ne malediceret ſeu odio haberet ab eo. [Nũcia-
ta ſunt hæc]q̃ Eſau cogitauit,[Rebeccæ]à ſpũ ſancto, ſecũdũ Gloſſam. Vnde in Scholaſtica
hiſtoria fert:Eodẽ ſpũ nũciata ſunt iſta Rebeccæ,q̃ ipſa inſtigauit filiũ ſuum Iacob,fraudare
fratrẽ ſuũ.Alij dicũt,ꝙ Eſau p verba & ſigna oſtẽdit,q̃d cõtra Iacob cõcepit,& ita Rebecca
ab hoĩe hoc audiuit.[Quæ mittẽs,& vocãs Iacob filiũ ſuũ] q iã receſſit à p̃ſentia Eſau ex ti-
more,[dixit ad eũ]ſeorſum & ſecrete:[Ecce Eſau minat vt occidat te. Nũc ergo fili mi,audi
vocẽ meã,& cõſurgẽs,fuge ad Labã fratrẽ meũ in Arã].i.vrbẽ Meſopotamię ſic vocatã,[ha
bitabiſq́; cũ eo dies paucos &c.] Ita nũc cõcepit Rebecca, & filiũ ſuũ tẽpore opportuno re-
uocare ꝓpoſuit. Aliter tñ ꝓ parte euenit, qa Iacob multis annis habitauit cũ Labã.[Cur vtro
q; orbabor filio ĩ vno die?]hoc eſt,ſi tu nõ fugeris,ipſe occidet te:& te occidẽdo, occidi me- Gen.26.
rebit,aut expellet ſeu fugiet de hac terra,& ita vobis ambobꝰ ſimul priuarer:q̃d totũ p iſtud,
q̃d tibi nũc do,cõſiliũ poteſt vitari. [Dixitq́; Rebecca ad Iſaac: Tedet me vitæ meæ ꝓpter fi
lias Heth].i.tm̃ affligor de iſtis vxoribꝰ Eſau filij noſtri,q̃ ſunt de gñe Ethæoꝝ, de qbꝰ & cau
ſis huiꝰ doloris Rebeccæ,dictũ eſt in expoſitiõe huius cap.[Si acceperit Iacob vxorẽ de ſtir-
pe huiꝰ terræ]hoc eſt,de gñe Chananæoꝝ,[nolo viuere] .i.tm̃ inde triſtarer,ꝙ quãtũ in me
eſt,mallẽ mori. ¶Circa q̃d quærit:Primo, q̃re tm̃ abhorruit hęc Rebecca tale cõiugiũ. Re-
ſpondet ꝙ ꝓpter incõpoſitionẽ,pompã,& alia vitia mulieꝝ Chananęaꝝ,& itẽ quia ſciebat
ꝓmiſſiões illas magnificas Abrahę & Iſaac factas,in poſteris Iacob implẽdas:ideo voluit vt
de ſua cognatiõe duceret cõiugẽ, ꝓpter q̃d etiã Abrahã adiurauit ſeruũ ſuũ,vt de ſua paren-
tela acciperet filio ſuo Iſaac cõtoralẽ. Secũdo,q̃liter excuſet Rebecca, mulier virtuoſa,à vi-
tio impatiẽtiæ,in eo q̃d dixit, Tędet me vitæ meæ ꝓpter filias Heth.& rurſus,Si acceperit Ia
cob vxorẽ de ſtirpe huius terræ,nolo viuere.Nẽpe cũ patiẽtia ſit virtus moralis,paſſionẽ tri
ſtitiæ moderãs ac refrenãs,videt ad impatientiã magnã ptinere,ſic cõtriſtari de aduerſitate,
vt vita vertat in tædiũ,morſq́; optet. Dicẽdũ ꝙ de malo culpæ tã ꝓprio q̃ ꝓximoꝝ, præſer
tim ꝓpriæ ſobolis,triſtari oportet bona & moderata triſtitia. Ex q̃ ſequi poteſt rationabile
tædiũ,q̃ & Chrs paſſiõe inſtãte cœpit tædere:& potius appetẽda eſt mors corporalis, q̃ ad-
mittẽda culpa mortalis,ſi cõuenieter queat vitari:imo & malũ pœnę poteſt eſſe occaſio ap-
petẽdi mortẽ,inquãtũ eſt ianua vitę felicis,& ſub cõditiõe,videlicet inquãtũ placuerit Deo,
ſeu quãtũ eſt in ipſo appetẽte. Verũtñ memorata verba Rebeccæ ĩtelligi poſſunt p modũ hy
pbolicæ locutiõis.Nã & tã ſerioſe locuta eſt ſuo marito,q̃tenꝰ induceret eũ ad cõmittẽdum
filio ſuo Iacob ꝙ iret ad Meſopotamiã ob cauſam p̃fatã:tñ vt ꝓbabile eſt, nõ dixit viro ſuo
de odio & cõminatiõe Eſau in Iacob, ne ex hoc nimis cõtriſtaret, p̃ſertim qa iã cæcus erat,
& quodãmodo deſolatꝰ.Cæci aũt mala q̃ audiũt,valde imprimũt ſuo cordi, qa eoꝝ imagi-
natio nõ ita diſpergit circa multa,cũ non ſint occupati circa diuerſa,ſicut videntes. Augu-
ſtinus

ſtinus tñ affirmat, ꝙ Latini codices habent, Vade in Meſopotamiã: Græci habent, Fuge in
Aug.38. de ciuit. Dei. Meſopotamiã, vt intelligatur & Iſaac intellexiſſe, ꝙ Eſau cogitauit de morte Iacob. ¶ Inſu
per quæritur circa ꝓhabita, an Iacob excuſet à culpa mẽdacij, & à fraude in verbis & factis
præhabitis: & videtur ꝙ nõ, q̃a habet ex verbis Iſaac, ꝙ venerit fraudulẽter: exhibendo q̃q;
patri ſuo man⁹ ꝓprias, pelliculiſq; coopertas, videt egiſſe doloſe ꝓtendẽdo ſe eſſe q̃d nõ erat,
Itẽ dicẽdo, Feci ſicut ꝓcepiſti mihi: &, Comede de venatiõe filij tui, videt mẽtitus. Ad iſtud
q̃dã rñdẽt, ꝙ nõ oportet p̃res veteris teſtamẽti excuſare à veniali peccato, & ꝑ conſequens,
nec à mẽdacio officioſo. Hinc in 2. volumine collationũ patrũ, in Collatione abbatis Ioſeph
aſſeritur, ꝙ Iacob cõmiſit fraudẽ atq; mendaciũ: & tñ excuſat ex interiori radice, q̃a pia in-
Auguſt. vt ſupr. Euſebi⁹. tẽtione & iuſta ex cauſa vtrũq; ꝓceſſit. ¶ Porro Auguſtinus affirmat, ꝙ oĩa verba & facta
hæc Iacob, myſtica erãt, & ex occulta inſpiratiõe diuina, nec peccauit in eis. Oẽ aũt men-
daciũ eſt peccatũ, ſimiliter oĩs fraus proprie dicta, ſed iſtud dictis ſanctoꝝ plus cõſonat. In
Scholaſtica vero hiſtoria legit: Excuſat Iacob de mẽdacio in patrẽ, & fraude in fratrẽ ꝑ iuſ-
ſionẽ matris, mater vero ꝑ familiare cõſilium ſpũſſancti. At tñ nõ videt, ꝙ ex ſola mr̃is ſuę iuſ
ſione excuſaret, cui nõ debebat in illicitis (vt ſunt mendaciũ & fraus) obedire, niſi inquãtum
iuſſio iſta venit ex inſtinctu ſpũſſancti. Ex cuius etiã inſtinctu, credẽdus eſt Iacob in his ſuæ
matri obtẽperaſſe. ¶ Ampli⁹ quærit, an Iſaac benedixit veraciter ipſi Iacob. Videt ꝙ nõ, q̃m
nõ intẽdebat benedicere ei, ſed alteri, immo nec voluit benedicere Iacob. Error quoq; ꝑſo-
nę, impedit matrimoniũ, ergo & benedictionẽ. Ad iſtud patet ex dictis reſpõſio. Oſtẽſum eſt
equidẽ, qualiter Iſaac iſtud voluit ac intẽdit, & q̃liter nõ. In matrimonio tñ eſt aliter, q̃a in
illo exigit vtriuſq; cõſenſus: in ſpũalibus vero nõ ſemꝑ eſt ita, vt ſi q̃s aliquẽ ordinet aut bapti
zet, ille eſt vere ordinatus aut baptizat⁹, q̃uis ordinãs aut baptizãs, credat illũ aliũ eſſe, aliũq;
ordinare aut baptizare intẽdat. Sufficit nãq; ꝙ intẽdit ordinare aut baptizare illũ, quẽ ha-
bet corã ſe. Ex q̃bus patet, q̃liter ſit intelligendũ q̃d in p̃fata narrat hiſtoria: Benedict⁹ eſt Ia
cob, ſecũdũ v̈ba, nõ ſecũdũ intẽtionẽ Iſaac: ſicut ep̃s ordinat alienũ, quẽ putat ſuũ, & eſt ordi
nat⁹. ¶ Deniq; dicit eſſe triplex fraus: Vna eruditiõis, q̃ Ioſeph ſcyphũ ſuũ poni ꝓcepit in ſac
co fr̃is. Alia inſpiratiõis, q̃ filij Iſrael mutuarũt vaſa aurea ab Aegyptijs. Tertia nociuę dece-
ptiõis, q̃ eſt vitioſa, nõ alię duę. Simulatio q̃q; q̃druplex aſſignat. Prima eſt ꝓuidẽtię & caute-
Ioſue 8. læ, ſicq; Ioſue cũ ſuis ſimulauit fugã. Secũda doctrinę, ſicut Chr̃s finxit ſe lõgi⁹ ire. Tertia ſi-
Lucæ 24 gnificatiõis, q̃ vſus eſt Iacob, ſicut iã patuit. Quarta duplicitatis & calliditatis, & hęc cẽſetur
Heb. 12. culpabilis. ¶ Poſtremo q̃rẽdũ, quõ dicat Apl̃s ad Hebr. ꝙ Eſau nõ inuenit pœnitẽtię locũ, &
bñdictionẽ cupiẽs hęreditare, ſit reprobat⁹, cũ iã ſcriptũ ſit, ꝙ Iſaac mot⁹ & miſertus ſit eius,
benedixitq; ei. Et rñdendũ, ꝙ reprobatus eſt quãtũ ad hoc, ꝙ bñdictionẽ primogenitury nõ
potuit ĩpetrare, nec quãtũ ad hoc, ĩuenit pœnię locũ. Repbat⁹ eſt q̃q; à Deo, nec ĩ ſpũalib⁹ ex-
titit bñdict⁹, nec grãm finalẽ eſt cõſecut⁹, de q̃ ꝑ Malachiã teſtat dñs: Eſau aũt odio habui.
Malac.1. ¶ De ſpirituali huius capituli XXVII. intellectu. Artic. LXXII.

2.Co.10. IVxta doctrinã Apoſtoli, oĩa in figura cõtigerũt antiq̃s: potiſſime vero p̃triarchaꝝ verba
& geſta, fuerũt myſterioꝝ Chr̃i atq; eccleſię p̃figuratiua. Itaq; ꝑ Iſaac filios duos habẽtẽ,
intelligit De⁹ ęternus, q̃ ꝑ creationẽ poſſedit populũ Iudæoꝝ q̃ſi filiũ ſeniorẽ, vnde ꝑ Hie-
Hier. 31. remiã teſtat, Effraim primogenit⁹ meus: populũq; gẽtilẽ, tanq̃ poſteriorẽ. Quod aũt Iſaac ꝓ-
cepit filio ſuo Eſau, vt ſumptis ſuis armis iret venatũ, & de venatiõe ſua ſibi pararet pulmen
tũ, ſignificat ꝙ populo Iudęoꝝ ꝓcepit p̃dicare, & p̃dicãdo hoĩes ad ſalutẽ venari ſeu capere,
Hiere.6. ſicut ꝑ Hieremiã fatet: Ecce ego mittã ex eis venatores, & venabunt eos. Ex aĩab⁹ aũt tã ſalu
briter captis, ſit Deo q̃ſi ſuauis refectio, cui⁹ gaudiũ atq; delicię ſunt nr̃a cõuerſio ac ꝑfectus.
Itaq; p̃dicatorib⁹ Iudæoꝝ ſcribis ac phariſæis taliter occupatis, ſpũſſctũs q̃ ꝑ Rebeccã expri
mit, ſeu diuina ĩſpiratio ſuggeſſit plebi gẽtiliũ, figurato ꝑ Iacob, vt ꝑgẽs ad gregẽ. i. ouibus
Chr̃i ꝑ fidẽ ſe ſociãs, & Chr̃i eccleſiã credẽdo op̃andoq; ĩtrãs, afferret ſibi optimos hœdos, tã
eos q̃ idola coluerũt, violata lege naturali, q̃ eos, q̃ iuxta naturalẽ legẽ vixerũt, p̃dicãdo con-
uerteret, qui optimi erãt. i. valde boni bonitate naturæ, ſeu egregiæ indolis impreſſiõe, & q̃a
inſigniti erãt ſuperbenedictæ trinitatis imagine. Ex quoꝝ cõuerſione, cõpunctiõe, ſalute ſit
Acto.10. cibus, q̃ libẽter veſcit De⁹ pr̃, q̃a de eoꝝ emẽdatiõe & ſaluatiõe lętat. Nõ eñ eſt ꝑſonaꝝ acce
ptio apud Deũ, ſed in oĩ gẽte q̃ timet Deũ, & op̃atur iuſtitiã, acceptus eſt illi. ¶ Inſuꝑ ꝑ hoc
ꝙ Iacob rñdit Rebeccæ, [Noſti ꝙ Eſau frater me⁹ piloſus ſit, & ego lenis. Si attrectauerit me
pater meus &c.] deſignat ꝙ plebs gẽtilis aliqualiter illuminata, ꝓpriã indignitatẽ, nuditatẽ,
& vitioſitatẽ attẽdẽs, indignã ſe fatebat bñdictione diuina: & p̃ſumptiõis argui metuebat,
Hebr. 6. ſi ad thronũ gr̃æ Dei auderet ꝑ ſeipſam accedere, pẽſans ac cõfitens ꝙ populus Iudęoꝝ, cui-
us frater fuit ꝑ cõformitatẽ naturæ, & ratione vnius oĩm creatoris, cæleſtiſq; patris, & pro-
pter eoſdẽ primos parẽtes, eſſet piloſus, hoc eſt, cõſiderationibus & notitijs ſcripturaꝝ q̃ſi
pilis repletus ac intus optus: ipſa vero lenis. i. nuda ab actibus virtuoſis, & tenera, hoc eſt, im
perfecta, & tẽtationibus cito cedẽs: ideo timuit, ſi pr̃ cęleſtis ſe attrectaret. i. imperfectionem
& indi-

& indignitatẽ eius diligẽter inſpiceret, putaret ꝙ ipſa voluiſſet ei illudere, hoc eſt, ſuas cala
mitates ipſi Deo abſcõdere, ſicq; ꝓ benedictiõe maledictionẽ incurreret. At vero Rebecca
.i. ſpũſſctũs ſeu ꝓuidẽtia Dei, humilitatẽ populi gẽtilis ꝑpẽdẽs, aſſecurauit eũ de tali periculo,
dũmodo in Deo confidens, & ſibi acquieſcẽs, faceret q̃ ſuggeſſit. Cum ergo populus ille ita
egiſſet, ſpũſſanctus induit & ornauit eum veſtibus Eſau valde bonis, quas ſecũ domi habe-
bat. i. diuerſis gratiaꝝ muneribus, donis ac fructibus ſpiritalibus, quæ ante fuerũt in ſyna-
goga, & ſemꝑ fuerũt in ꝑtãte ſpũſſancti. [pelliceaſq; hœdoꝝ circũdedit manib⁹]. i. peccata
gentiliũ cõuerſoꝝ adiſixit op̃ationibus prædicatoꝝ ſuoꝝ, ita vt pro illis orarẽt, laborarẽt,
ac ſatagerent, vt & p̃terita mala dimitterent, & p̃cauerentur futura. [& colli nuda ꝓtexit]. i.
priſtinã gentiliũ elationẽ virtute humilitatis operuit ac deleuit. [deditq; pulmentũ & panes
quos coxerat.] Oĩa noſtra op̃a bona ac meritoria, dona ſunt ſpiritusſancti: quæ tñ cũ ipſe in
nobis & ꝑ nos fecerit, dat & imputat ea nobis, inquãtum ꝑ liberꝝ arbitriũ acceptauimus in-
ſpiratiões ſuggeſtioneſq; Dei, & cooperati ſumus eiſdẽ, & vult vt ea Deo patri quaſi ꝑ nos
facta, offeramus ad laudẽ & gloriã ei⁹, vt ipſe quaſi reficiat & delectetur in ipſis. ¶ Præterea,
ꝑ hoc ꝙ Iſaac dixit ad Iacob, [Quis es tu fili mi?] inſinuat ꝙ De⁹ vniuerſos diligẽter exami
nat: & ſicut Iacob dixit ſe Eſau eſſe, ſimilitudine & dignitate primogenitury, ſic cõuerſa gẽti
litas dixit ſe eſſe Iſraeliticã plebẽ, imitatiõe fidei ac virtutũ, electiõis magnitudine & prędе-
ſtinatione æterna. Rurſus patre æterno quaſi ꝑ modũ admirãtis habẽte ſe de tam celeri gẽti-
liũ cõuerſione, prædicatores ex gentilitate electi, Deo & gr̃æ eius p̃cipue aſcripſerunt hoc
ipſum. [& palpato eo, dixit: Vox quidẽ vox Iacob eſt]. i. populus iſte adhuc vnũ Deum con
fitetur, quemadmodũ naturalis ratio dictat. [ſed manus, manus ſunt Eſau]. i. opere Deũ ho
norat, trinitatemq; venerat, ſicut ad veros ſpectabat Iudæos. Cum itaq; Deus pater prętacta
op̃a bona gentilitatis cõuerſę miſericorditer acceptaſſet, & de eius cõpunctione quaſi de vi
no hauſiſſet, dixit: [Accede ad me, & da mihi oſculũ fili mi]. i. ꝑ contẽplationem feruidumq;
amorem cõiunge te mihi immediate, q̃d cõuerſa gẽtilitas fecit. [Statimq; vt ſenſit veſtimen-
toꝝ eius fragrantiã]. i. ſpiritalem dulcedinẽ & acceptabilitatẽ ac charitatis ſuauitatem con
uerſæ gentilitatis, [benedicens ei]. i. dona gratiæ ac virtutũ augens & cõplens in ea, [ait: Ec-
ce odor filij mei ſicut odor agri pleni] hoc eſt, popul⁹ iſte gentilis cõuerſus, ſpiritaliter redo
let oĩ ſuauitate virtutũ, fructuũ, ac donoꝝ, vt olim aliq̃ñ ſynagoga: potiſſime q̃q; Chriſtus
oĩum ſolus habens ꝑfectiones, ſecundũ naturã aſſumptã, ſuauiſſimum habebat corã Deo
trinitate odorẽ. [ſicut odor] eſt [agri pleni]. i. vniuerſalis eccleſiæ, donis Dei repletæ, immo
ipſe ſol⁹ ꝑfectior ac dulcior ea fuit, q̃a nõ ad mẽſurã ſp̃m ſctm̃ accepit. [Det tibi Deus de ro- Ioann.3.
re cæli, & de pinguedine terræ, abundãtiã frumẽti & vini & olei.] Abũdãtia frumẽti & vini,
eſt copia ſacramenti corporis & ſanguinis Chriſti, de q̃bus loquitur Zacharias: Quid bo- Zacha.9.
num dñi, aut quid pulchrũ eius, niſi frumentũ electoꝝ & vinum germinãs virgines? Abun
dantia olei, eſt exuberãtia ſpiritaliũ conſolationũ & gratiaꝝ, quæ in ſacramento cõtinent ac
percipiũtur. Iſta accipiũtur de rore cæli. i. de affluentia liberalitatis diuinæ, oĩa fœcundan-
tis ac reficiẽtis, & de pinguedine terræ. i. de charitate & meritis humanæ naturæ Chr̃i. [Ser-
uiãt tibi populi, & adorẽt te tribus.] Hoc tam in Chr̃o q̃ in eius eccleſia eſt impletũ, q̃m oẽs
gentes conuerſæ, Chriſto obediũt atq; eccleſiæ. Chriſtus q̃q; eſt [dñs fratrum ſuoꝝ]. i. hoĩm
vniuerſoꝝ, præſertim fidelium. [& incuruãtur ante eum filij matris ſuæ]. i. cõuerſi ex ſynago
ga, de qua ſecundũ carnem natus eſt ipſe. In nomine etenĩ Ieſu omne genu flectitur, cæle- Phili.2.
ſtiũ, terreſtriũ & infernoꝝ: cui qui maledixerit, maledicetur: q̃m iuxta Eſaiæ oraculum, ad Eſai. 41.
eum veniẽt, & cõfundent oẽs qui repugnãt ei: qui vero benedixerit ei ex charitate, benedice-
tur. Vix Iſaac ſermonem impleuerat, & egreſſo Iacob foras, venit Eſau. Cũ eñ Deus in pri-
mitiua eccleſia copioſiſſime benedixiſſet cõuerſis gentilibus, & op̃a miraculoſa operaretur
ꝑ eos, venit & ſynagoga offerẽs Deo ſacrificia & obſeq̃a ſua, petẽs ea à dño acceptari, & glo
riãs ſe pręlatã olim gẽtilibus, ſed Euãgelio diuulgato, noluit ea De⁹ ampli⁹ acceptare, dicẽs
eis per Malachiã: Non eſt mihi vltrà volũtas in vobis, & munus nõ accipiã de manu veſtra.
A ſolis eñ ortu vſq; ad occaſum, magnũ eſt nomen meum in gentibus, & vbiq; ſacrificatur Malac.1.
& offertur nomini meo oblatio munda, ita ꝙ per modum admirantis ſe habuit de tardita-
te ſynagogæ ad fidem, atq; de gentiũ celeritate ad eã. [Auditis Eſau ſermonibus patris, irru-
gijt vehemẽter.] Sic & ſynagoga iam tam diuturne ſe relictã à Deo, conſiderans, grauiter
ingemiſcit & benedici precatur, ꝓ aduẽtu Meſſiæ clamans ad creatorem, non credens veniſ
ſe qui iã venit. ¶ Porro Deus per libros prophetaꝝ, ꝑ angelicas inſpirationes, ꝑ Chriſtiano-
rũ prædicationem, aſſidue loquitur ſynagogæ, ꝙ populo gentilium benedixit, eiq; cõtulit
oẽm excellentiã, ſynagogæ olim conceſſam. [Cumq; eiulatu magno fleret &c.] Quemad-
modũ Iſaac aliquid benedictionis largitus eſt Eſau eiulanti, ſic & Deus deſolatiſſimæ ſyna-
gogæ tẽporalia quædã largitur, & rore cæli cõpluit eos, vtpote quadã ſcripturarum veteris
teſtamenti cognitione, quæ vixit gladio, Eccleſiã acriter perſequendo: & tñ deinceps ſerui-
uit eidem

uit eidē,ſed veniet tēpus,qñ collū ſuū ex hac eijciet ſeruitute, qñ videlicet fuerit ad Chriſtū
cōuerſa.[Oderat ergo ſemper Eſau Iacob.]Sic Iudęi implacabile odiū habēt cōtra Chriſtia
nos,ꝓpter hoc ꝙ libros legis ac ꝓphetaꝝ,ſigna atq; miracula Dei,vidēt trāslatos ad ipſos,
& in primitiua eccleſia nitebanť eos oīno extinguere: ꝓpterea ſpūsſanctus ꝑſuaſit eccleſiæ,
vt ſe ad tēpus ab induratis elōgaret Iudæis,& terras gentiliū ingrediēdo,diſſeminaret verbū
Dei ibidē,poſtea aūt Iudęis ꝑ Romanos deletis à terra ſancta,reducti ſunt illuc fideles.Quē-
admodū aūt diſplicuerunt Rebeccæ vxores Eſau filiæ Ethæoꝝ, nec voluit filiū ſuū Iacob fi-
liabus Chananæoꝝ ſociari cōnubio,ſic diſplicuerūt ſpiritui ſctō ꝑfidæ fœminæ infideliū Iu-
dęoꝝ,nec voluit Chri fideles cū infidelibus ſociare cōiugia,q̄ impedit diſpar cultus. Nēpe q̄
Hieron. pars fideli cū infideli? Poſtremo S.Hieronymus circa iſtud cap. cōmemorat verba Hippoly
Hippol. ti martyris,q̄ & in Gloſſa habenť. Vnde Iſidorus: Verba,inqt,Hippolyti martyris hoc loco
martyr. ponēda ſunt,ſicut ea replicauit Hieronymus vir excellētiſſimæ ſciētiæ ac doctrinæ:Iſaac por
Iſidorus tat imaginē Dei pr̄is,Rebecca ſpūsſcti,Eſau populi prioris & Zabuli, Iacob Chriſti atq; ec
cleſię:ſenect' Iſaac,cōſūmationē mūdi:oculi caligātes,periſſe fidē de mūdo,& lumē religiōis
neglectū eſſe,ſignificāt.Cætera hui' ſancti verba nō ꝓſequor,qm̄ ſentētialiter ſunt inducta.

¶Declaratio cap.XXVIII.Vocauit aūt Iſaac Iacob,& benedixit eū. Art. LXXIII.

COnſequenter deſcribitur cōfirmatio benedictionis Iacob, & reuelatio atq; promiſſio
ei deſup facta,& qualiter parētibus ſuis obediuit,Deo'q; gratus fuit ac votū fecit.[Vo-
cauit itaq; Iſaac Iacob]filiū ſuū,[& benedixit eū,] iuxta formā quæ paulopoſt ſubdiť,
[pręcepit'q; ei, dicēs:Noli accipere cōiugem de genere Chanaan].i.Chananęoꝝ.Huius rei
Gen. 27. cauſæ,præhabitæ ſunt in expoſitione præcedētis cap.[Sed vade & proficiſcere in Meſopo-
tamiā Syriæ,ad domū Bathuel &c.& accipe tibi inde vxorē de filiabus Labā auunculi tui.]
Bathuel aūt fuit filius Nachor fratris Abrahę, & pater Rebeccę ac Labā:fuit'q; diu mortuus
dū iſta locutus eſt Iſaac.Deinde forma benedictiōis ſubiungitur, quæ etiā per modum ora-
tionis proferť,quia à Deo eſt oīs boni collatio.[Deus aūt om̄ipotens benedicat tibi &c.]con
ferendo & augēdo tibi ſpūalia ac tēporalia bona.[& det tibi benedictiones Abrahę & ſemi
ni tuo poſt te &c.].i.bona Abrahæ repromiſſa aut data, largiať tibi ac poſteris tuis. [Cū'q;
dimiſiſſet eū Iſaac, profectus peruenit in Meſopotamiā ad Laban filiū Bathuel &c.] Iſtud
per anticipationē hic dicitur,q̄a infrà ſubiūgitur qualiter ꝑ intermedia loca illuc ꝑuenit.De-
inde recitať in litera,qualiter Eſau vidēs ꝙ Iſaac pater ſuus benedixiſſet Iacob,& miſiſſet eū
ad Meſopotamiā,vt inde acciperet cōiugē, & ꝙ Iſaac nō libēter adſpiceret.i. inuite haberet
filias Chanaan in cōiugio filioꝝ ſuorum,iuit ipſe Eſau ad Iſmaelē fratrē patris ſui, & filiam
eius duxit vxorē,volēs per hoc patri ſuo Iſaac cōplacere, & plana eſt litera.Deinde reditur
ad ordinē hiſtoriæ.[Igitur Iacob egreſſus de Berſabee,] Ibi em̄ habitauit cū ſuis parentibus
Iſidorus in terra Palęſtinoꝝ.[pergebat Aran].i.verſus vrbem Meſopotamiæ ſic vocatā.[Cum'q; ve
niſſet ad quendā locū] ſecundū Iſidoꝝ, iſte locus fuit vbi Bethlehem nūc vocať, vbi nat' eſt
Chriſtus.Alij dicūt,ꝙ fuit mons Moria, in quo Abrahā voluit Iſaac immolare, propter q̄d
Euſebi'. Iacob reputauit locū illū ſacrū,acceſſit'q; eum, vt orationi ac deuotioni ibi inſiſteret & dor-
Gene.35. miret.Huic cōcordat q̄d in Scholaſtica hiſtoria legiť, locū iſtū fuiſſe iuxta Luzam.i.Hieru-
ſalē,vt infrà Iacob teſtať:Deus oīpotens apparuit mihi in Luza, quæ eſt in terra Chanaan.
Ioſep.li. [& vellet in eo requieſcere poſt ſolis occubitū]quia(vt Ioſephus ait)noluit vrbes ꝓuincia-
1.an.Iu. liū ingredi,aut in eoꝝ domibus hoſpitari propter eoꝝ malignitatē, & timuit eos, idcirco
cap.27. dormiuit ſub dio,& interdū in cāpis.[tulit de lapidib' qui iacebāt: & ſupponēs capiti ſuo,
dormiuit in eodē loco.]Ex quo patet ꝙ corpus ſuū rigide ſatis tractauit, pro puluinari la-
pide vtēs.Refert Lyra,ꝙ ſecundū Hebræos tulit tres lapides:& tñ apparet ex textu,ꝙ plures
acceperat.Iſidorus vero effať,ꝙ ſuppoſuit capiti ſuo lapidē magnū:& hoc probabilius ſo-
nat,qm̄ ſaxo pro puluinari voluit vti,pro tali aūt reclinatione magis cōpetebat vnus grādis
lapis,q̄ plures parui.q̄d & textus infrà inſinuat,dicēs:Surgens mane Iacob, tulit lapidē &c.
Recitat q̄q; Lyra,ꝙ ſecundū Hebræos,Iacob euigilās,reperit tres lapides illos mutatos in la
pidem vnū,in ſignum ꝙ dn̄s voluit ipſum Iacob ſibi vniri, & ſe ei aſſociare:quod ſi cōtigiſ-
ſet,mirū ꝙ ſcriptura iſta tam ſolenne nō tetigiſſet miraculū. [Vidit'q; in ſomnis ſcalā ſtan-
tem ſup terrā, & cacumen eius tangēs cælū.]Iſta fuit imaginaria viſio, in ſenſu interiori per
ſimilitudines ſenſibiles repræſentata: ad quā viſionē & reuelationē ſequentē, ipſe Iacob fuit
diſpoſitus per ſuā deuotionem,orationem'q; prçuiā,per obedientiā quoq; quam parentibus
ſuis exhibuit,& ꝑ rigoroſam ſui corporis caſtigationē,atq; per tribulationē,in qua tūc erat,
Auguſt. proprij fratris fugiēs ꝑſecutionē.Deniq;,ſecūdū Auguſtinū,per ſcalā iſtā intelligitur Chr̄s,
16.de ci. qui etiā ait:Ego ſum via.Et,Ego ſum oſtiū. Quæ cōpetunt ei ſecundū naturā aſſumptā, q̄a
Dei.c.38 per ipſum tanq̄ per mediatorē & ſaluatorem,aſſcēdunt electi ad regnum cæloꝝ. Hæc ſcala
Ioan.14. ſtetit in terra,& tetigit cælum: qm̄ Chr̄s ꝑ humanitatē cum hoībus cōuenit, & terrā calca-
Ioan.10. uit:per diuinitatem vero patri æterno in cælis regnanti cōmunicat, immo cōſubſtantialis
conſiſtit.

conſiſtit.[angelos quoq; Dei aſſcēdentes & deſcēdentes ꝑ eam.] Per quod ſignificatū eſt,ꝙ
om̄ia angeloꝝ miniſtrantiū ſacra obſequia, ad inſinuāda ſacratiſſima Chriſti myſteria prin
cipaliter ordinātur:& itē ꝙ per Chriſtū pacificata ſunt terrena cū cęleſtibus, homines cum
angelis,immo cū dn̄o angeloꝝ,& rurſus ꝙ propter Chriſtū angeli ſancti libēter miniſtrant
hoībus.Item'q; ꝙ angeli ad Chriſti obſequiū fuerūt ſemper parati. Hinc ipſemet dixit:Vi-
debitis angelos aſſcēdentes & deſcēdentes ſup filiū hoīs.[& dn̄m innixum ſcalæ.]Per q̄d de- Ioann.1.
ſignať,ꝙ caput Chriſti Deus,vel ꝙ deitas vnita ſit eius humanitati.Quidā per ſcalā iſtā intel 1.Co.11.
ligūt gradus & ſucceſſiones gn̄ationum,ꝑ quos Chriſtus ſecundū carnē deſcēdit ab Adam
ſeu Abrahā vſq; ad virginē glorioſam: per latera q̄q; ſcalæ,accipiūt vtriuſq; ſexus ꝑſonas,
ex quib' deſcēdit.Poteſt demū ꝑ ſcalā iſtā intelligi ordinata virtutū cōnexio, & ſpūalis pro-
fectus,ꝑ quos ab imis ad ſumma ꝑtingitur,ꝑ q̄s & Iacob ad tantā gr̄æ celſitudinē eſt perdu
ctus.Itaq; Iacob audiuit interiori auditu dn̄m[dicentē ſibi]per angelū,cuius obſequio for-
mabatur hæc viſio in imaginatiua potētia,quā etiā viſionē Iacob,angelo intus docēte, ve-
raciter intellexit.[Ego ſum dn̄s Deus Abrahā &c.erit'q; ſemē tuū quaſi puluis terrę].i.poſte
ritas tua inſtar puluis erit innumerabilis. Ecce hic tota eius poſteritas pulueri cōparať.] Di-
lataberis ad orientē & occidentē,&c.]q̄uis hoc aliqualiter ſit impletū in carnali poſteritate
ipſius Iacob,quæ nō ſolū dilatata eſt verſus 4. plagas terræ promiſſiōis,ſed & in 4. mūdi par
tibus aucta eſt & morata,plenius tñ impletū eſt in populo Chriſtiano, qui ſunt ſpūales filij
Iacob,ſicut & Abrahæ,per fidei ac virtutū ſectationē. Apoſtoli nanq; ex Iacob ꝓgeniti,im-
pleuerūt mundū ſpūalibus filijs ꝑ infideliū cōuerſionē, & regenerationē ex aqua & ſpū. [&
benedicētur in te & in ſemine tuo cūctæ tribus terræ.]hoc eſt, in Chriſto, vt ſæpe expoſitū
eſt:ſic'q; promiſſio iſta facta eſt nō ſolū Abrahæ & Iſaac, ſed etiā huic Iacob. [ero'q; cuſtos
tuus quocūq; perrexeris &c.] Magna promiſſio,ex qua ſequi videtur ꝙ Deus in oībus præ-
ſeruauit eū deinceps à culpa mortali, forſan & ante,maxime cū credať ſanctificatus in vte-
ro,ſicut ꝓ̄habitū eſt.[Cū'q; euigilaſſet Iacob de ſomno,ait:Vere dn̄s eſt in loco iſto.]Quan-
uis em̄ dicatur eſſe vbiq;,ibi tñ ſpecialius eſſe aſſeritur,vbi ſeipſum magis gratioſe oſtēdit, &
ſpecialius operatur: ſic'q; ſpecialiter fuit in loco hoc per ſe & ſuū effectū. Vel dixit hoc, qm̄
Deo reuelāte cognouit myſteria Chriſti ibi eſſe cōplenda pro magna parte, quia in monte
illo tēpore Salomonis conſtructū eſt templū Salomonis, quo ꝑ Chaldæos deſtructo, ædifi- 3.Reg.7.
catū eſt rurſus ibi templū poſt reditū à Babylonica captiuitate, in quo Chr̄s multoties ꝓ̄di- 1.Eſdr.5.
cauit,miracula fecit,& in cœnaculo q̄d erat tēplo vicinū, inſtituit ſui corporis & ſanguinis Ioan.10.
ſacramentū.[& ego neſciebā].i.myſteria iſta q̄ ex reuelatiōe hac noſco, antea ignoraui.[pa Mat.26.
uens'q;].i.reuerētialiter metuēs Deū,& maieſtatē eius ac pietatē,myſteria q̄q; Chriſti admi- Lucæ 22
rans ex reuelatiōe & viſiōe præfata.Et Abacuc ait:Dn̄e, audiui auditū tuū,& timui:conſide Abac.3.
raui opera tua, & expaui. [Quàm terribilis,inqt,eſt locus iſte.] q.d.Valde metuendus eſt ac
venerādus:metuendus,inquā,aduerſarijs poteſtatibus, & honorādus hoībus, non propter
locū ſeu terrā iſtā ſecundū ſe conſideratā, ſed propter præſentiā Dei in eo exhibitā,& pro-
pter opera Dei hic facta,& qm̄ tēplum Dei ædificandū eſt hic, potiſſime aūt ꝓpter præſen-
tiam & opera Chriſti futura in loco iſto.ideo ſubditur: [Non eſt hic aliud niſi domus Dei]
hoc eſt,In loco iſto templū & tabernaculū Dei erit, in quo ipſe ſpecialiter habitabit per co
pioſum atq; multiplicē ſuæ pietatis effectū. dn̄s em̄ in tēplo ſancto ſuo. [& porta cæli.] Hoc Pſal.10.
addit,vel q̄a ab illo loco videbať ſibi cęlū quaſi apertū,qñ vidit Deū cæli innixū ſcalæ cælum
tangenti.Vel q̄a per cultū Dei qui futurus tunc erat in tēplo,meruerunt fideles veteris teſta-
mēti felicitatem cæleſtē,vel quia in ſpiritu vidit Chriſti paſſionē circa locū illū futuram,per
quā ianua regni cæleſtis eſt aperta credētibus.Hinc in Scholaſtica hiſtoria dicitur, ꝙ Iacob Euſebi'.
per verba hæc prophetauit de lege dāda,tēplo ædificādo,& Chriſti paſſione.[Surgens ergo
Iacob mane,tulit lapidē,quē ſuppoſuerat capiti ſuo,& erexit].i.ſtatuit eum,[in titulū]hoc
eſt,in memoriale huius viſionis cōmendabile & condignū,atq; in ſignum rei præteritę,vt-
pote reuelationis ſibi oſtēſæ,in ſignū quoq; rei venturæ,videlicet paſſionis dominicæ,cōſtru
endi'q; templi.[fundens oleū deſuper:]quod Deo libauit ac obtulit in ſignum,ꝙ ab ipſo eſt 1.Cor.10
oīs vnctio ſpūalis,& qm̄ lapis ille Chriſti figura fuit, qui eſt petra,angularis'q; lapis, de quo 1.Petri 2.
ait Pſalmiſta:Vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitiæ.[Appellauit'q; nomen vrbis]iuxta quam Pſal.44.
fuit hic locus, [Bethel:] quod interpretatur domus Dei, quia iam dixerat, Non eſt hic aliud
niſi domus Dei. Poſtea quoq; aucta eſt ciuitas iſta, ita ꝙ locus iſte in ea fuit incluſus, ſic'q;
tempore Salomonis in ea conſtructū eſt templum,quod Iacob intellexit futurū.[quæ prius
Luza vocabatur.]Hæc eſt Hieruſalē,quæ plura nomina eſt ſortita. Nam(vt dictum eſt)pri- 3.Re.7.8
mo à Melchiſedec fertur fundata,& Salem vocata:poſtea dicta eſt Iebus,quia in ea Iebuſæi
habitauerūt:ex quibus duobus nominibus poſt factum eſt vnum nomen, b mutata in r, &
Ieruſalem eſt vocata.Dicta eſt quoq; Luza.i.nux ſiue amygdalus, quia dum cœpit fundari,
inuenta eſt ibi radix amygdalina,vel quia arbores amygdalinæ abundabāt ibidē, deinceps

à Salomone, qui eam ampliauit & roborauit, appellata eſt Solyma: atq; per cõpoſitionem
*Aelia. prioris nominis, Hieroſolyma dicta eſt. Eſt etiã ab Adriano Imperatore * Helia vocata, qa
ipſe Helius Adrianus appellabatur. In Scholaſtica demũ hiſtoria fertur: A Iebuzęis qui eam
Euſebi⁹. condiderãt, prius vocata eſt Luza. [Vouit etiã votum] .i. Deo promiſit, [dicẽs: Si fuerit * De
us mecũ, & cuſtodierit me in via &c.] Iã ante Deus dixit ad eum: Ero cuſtos tuus quocunq;
perrexeris. Cur ergo locut⁹ eſt Iacob de iſto cõditionaliter, quaſi incertus de rei euẽtu? Re-
ſpondet ꝙ forſitan formidauit, ne peccãdo poneret obicẽ gratiæ ac beneficijs Dei. Nã tales
promiſſiones diuinæ, freqũter ſub cõditione intelligunt. [erit mihi dñs in Deũ.] Iſta videt
inepta promiſſio, qa ad Dei cultũ tenebat, etiã ſi nõ dediſſet ei neceſſaria victui atq; veſtitui.
Votũ aũt debet eſſe de opibus ſupererogationis, ad q̃ homo aliũde nõ obligat, nõ de neceſſa
rijs ad ſalutẽ. Reſpondet, ꝙ nõ ſolũ vouit ꝙ dñs eſſet ſibi in Deũ, ſed & ꝙ coleret eũ ꝑ actus
& hoſtias ſpecialis deuotionis, atq; ꝑ opera ſupererogatiõis. ideo ſubdit, [& lapis iſte quem
erexi in titulũ, vocabit domus Dei] .i. in loco iſto cũ rediero, ſacrificia & hoſtias offerã dño,
vt ꝓpono, tanq̃ in loco ſacro, ita ꝙ deinceps domus Dei vocabit .i. locus diuino cultui depu
tatus, p̃ſertim qa in eo tẽplum dñi cõſtruetur. [cunctorũq; quæ dederis mihi, decimas offe-
rã tibi.] Intelligendũ eſt hoc de decimis, quæ vltra aut p̃ter debitũ offeruntur, non de his ad
quas ex lege naturali aut diuina obligabat, quas votũ ꝓprie nõ cõcernit. Iuxta ſpũalem in-
telligentiã, per Iacob propria ex patris iuſſione relinquẽtẽ, & alienã terrã ingredientẽ, ibiq;
vxorẽ accipientẽ, intelligẽdus eſt Chriſtus, q. Deo patre volẽte, venit in mundũ, & tandẽ ſy
nagoga relicta, ad gentilitatẽ ſe vertit, ad ſe illã trahẽs, cõuertẽs, & ſpõſam accipiẽs, ſicut de
Abrahã dictũ eſt. Inſup per eius ſomniũ mors Chriſti eſt figurata, eiusq; reſurrectio per Ia-
cob euigilationẽ. Quod aũt lapidem capiti ſuo ſuppoſuit, hoc deſignauit, ꝙ oẽs ſancti Chri
ſto & eius gratiæ innituntur. Per ſcalã vero quã vidit, vltra prætacta, myſtice deſignat gra-
dus euangelicaꝝ doctrinarũ & octo beatitudinum, per quas ad regnum aſſcenditur ſempi-
ternum, per quam ſcalam angeli .i. ſacerdotes boni & contẽplatiui, omnesq; virtuoſi aſſcen-
dunt, ad cæleſtia adſpirãdo, atq; aſſidue proficiendo: & deſcendunt, proximis ſuccurrendo,
ſua peccata deflendo, ſeipſos diſcutiendo, & ſuas ærumnas ac defectuoſitates pẽſando. An-
geli q̃q; ſunt, prædicatores & prælati virtuoſi ac feruidi, qui in ſcala quæ Chriſtus eſt, aſſcen
dunt, deitatis ſublimia ſpeculãdo: & deſcendũt, ſuæ humanitatis myſteria reuoluẽdo. Sicq;
per Iacob poteſt intelligi quicunq; vitioꝝ calcator. Infimũ aũt ſcalæ, poteſt intelligi pœni-
tẽtia, fides, timor Dei, ſiue humilitas. Cacumen aũt ſcalæ, perfecta dilectio, cõtemplatio pu-
ra, myſtica theologia. In hac ſcala homo huiuſmodi videt Deũ ſcalæ innixũ .i. ſuꝑ oẽm vir-
tutũ altitudinẽ eleuatũ, & ad ſuccurrẽdũ infirmitati humanæ ſemꝑ paratũ, noſq; pie hortan
tem, & grandia ꝓmittentẽ. Latera ſcalæ dici poſſunt ſcripturæ noui ac veteris teſtamenti,
infra quas fit aſſcenſus ac ſpiritalis ꝓfectus, dum illis vndiq; admonemur. Poſtremo per lo
cũ in quo Iacob quieuit, intelligitur nõ ſolũ vniuerſalis eccleſia, ſed & quæcũq; eccleſia par
ticularis, immo & materialis baſilica dño conſecrata, quæ propter ſummæ maieſtatis p̃ſen-
tiam, propter ſacramentoꝝ Chriſti inexiſtentiã, ꝓpter diuini officij celebrationẽ, propter
fideliũ deuotã cõuentionẽ & ſanctã orationẽ, terribilis eſt malignis ſpiritib⁹, ac venerabilis
etiam angelis ſanctis, nec aliud eſt niſi domus Dei, portaq; cæli: quia in ea per ſacramenta-
lem cõfeſſionem delẽtur peccata, & infundunt virtutes, per quas patet ianua regni cæleſtis.

¶Explanatio cap. XXIX. Profectus ergo Iacob, venit in terram. Art. LXXIIII.

Recitatur præſenti capitulo, qualiter Iacob ad Laban peruenit, eiusq; filias duxit vxo-
res, & ex vna earum nomine Lia, quatuor filios generauit: nec eſt difficultas in textu,
ideo immorandũ nõ reor. [Profectus ergo Iacob] à loco in quo vidit ſcalã in ſomno,
[venit in terram orientalem.] hoc eſt, in Meſopotamiã, quæ reſpectu Iudææ ſeu Berſabee vn
de venerat, ſita eſt verſus orientem. [& vidit puteũ in agro &c.] nõ remote ab vrbe nomine
Aran ſeu Charran. [Dixitq; ad paſtores,] qui iuxta puteũ pecora ſua cuſtodiebãt: [Fratres,
vnde eſtis?] Ex hoc patet humilitas Iacob & charitas, ꝙ ipſe tanti filius patriarchę, vocauit
paſtores ouiũ fratres. [Qui reſpõderũt: De Arã] .i. de vrbe ſic appellata, in qua cognati ipſius
Iacob cõmorabant. [Quos interrogãs: Nunqd, ait, noſtis Laban filiũ Nachor? Dixerũt: No
uimus &c.] Laban filius extitit Bathuelis filij Nachor, ſicq; Nachor nõ fuit pater ipſius La-
ban immediatus, ſed auus ſeu pater mediatus. Noĩauit aũt Iacob Nachor magis q̃ Bathue-
lem, qm̃ Nachor fuit caput cognationis illius in loco illo. [Dixitq; Iacob] paſtoribus: [Ad-
huc multũ diei ſupereſt, nec eſt tẽpus vt reducãtur greges ad caulas] .i. ad ſua ouilia ſeu lati-
bula, in quibus de nocte quieſcũt. [date ante potũ ouibus] hoc eſt, nũc eas potate, [& ſic eas
ad paſtum reducite &c.] quia adhuc lõge eſt à veſpera. [Ecce Rachel veniebat cũ ouibus pa
tris ſui, nam gregem ipſa paſcebat.] Hæc adhuc apud plures eſt cõſuetudo, ꝙ puellæ & filiæ
oues paſcũt in agris. Ego quoq; in pueritia mea anteq̃ cœpi frequentare ſcholas, cuſtodiui
& paui oues parentũ meorum, & eram puer valde malus, pugnans frequenter in agro con-
tra alios

tra alios pueros ouium paſtores. [Quã cũ vidiſſet Iacob, & ſciret conſobrinã ſuã] eſſe. Cum
eñi loqueretur de Laban cũ paſtoribus, paſtores dixerũt ad eum: Puella huc veniens, eſt fi-
lia Laban. [amouit lapidem quo puteus claudebatur.] qui lapis magnus fuit, ex quo expo-
ſitores eliciunt, ꝙ Iacob non venit ſolus, ſed adiutorio ſocioꝝ itineris ſui lapidem illũ remo
uit. Veruntñ R. Paulus dicit, contrariũ aſſerens expoſitores Hebręoꝝ affirmare, ꝙ ſolus hoc
fecit diuina virtute. ſed primũ verius creditur, nec obſtat ꝙ Paulus allegat ſcripturam iſtud R. Paul⁹.
ſingulariter referre de Iacob, quoniã conſuetudo ſcripturę eſt, vt ei factum aſſcribat, q prin
cipalis cauſa ipſius eſt. [& adaquato grege] ſolito * manius, & cõtra cõſuetudinem, [oſcula-
tus eſt eam.] ex naturali amore, tanq̃ propinquã. [Et eleuata voce fleuit] ex naturali cordis
liquefactione, aut quaſi prę gaudio, ꝙ poſt tã longũ iter perueniſſet tandẽ ad perſonam ſibi
tam proximã. [& indicauit ei ꝙ frater] .i. nepos [eſſet patris ſui] vtpote Laban. Eſt tñ pro-
babile, ꝙ hoc dixit Racheli ante deoſculationẽ ipſius, immo & ante potationẽ ouiũ eius, ita
ꝙ ſtatim acceſſit eam, dicens ſe eſſe filium ſororis Laban: aliàs Rachel forſan ægre tuliſſet
oſculũ viri ignoti ac peregrini. ¶Lyra refert hic fabulã Iudæorum, dicentiũ ꝙ Iacob in iti-
nere fuit captus & ſpoliatus ab Eliphat primogenito Eſau, quem pater ſuus ad hoc miſit
poſt Iacob, quem tñ ipſe Eliphat nõ occidit, ſed omnibus bonis ſuis ſpoliatũ, dimiſit ſolum
ac vacuum: ideo Iacob fleuit, ꝙ non habuit aliquod clinodiũ ſeu iocale quod daret ſuæ co-
gnatæ. Huic recitationi contradicit R. Paulus, aſſerens ipſum Iacob ſolum abijſſe à ſuis pa-
rentibus ſine comitatiua ac copia argenti & auri, tanq̃ fugitiuum ne cognoſceretur ab ali-
quo. Veruntñ verius puto, ꝙ cum honeſta ſeruorum comitiua receſſerit, nec obſtat, ꝙ fu-
gitiuus abſceſſit, immo ꝓpter vitanda pericula ſibi in via euenire potẽtia, tutius fuit ꝙ abijt
comitatus. ¶Deniq; cũ pater ſuus miſerit eũ ad Meſopotamiã, vt ex filiabus Laban ſumeret Gen. 24.
cõiugem, nequaq̃ veriſimile arbitror, ꝙ fecerit eũ recedere ſine decenti aſſociatione atq; fa
milia, aut ſine copioſa pecunia, precioſisq; rebus, cũ ſuprà habitum ſit, ꝙ Abraham mittens
procuratorẽ ſuum in Meſopotamiam, pro vxore filio ſuo inde abſportãda, miſit eum cum
familia & camelis, precioſisq; opib⁹, argẽto, auro, veſtimẽtis ac vaſis. [At illa] ſcilicet Rachel
[feſtinans] ex amore & gaudio [nunciauit patri ſuo] Laban, veniſſe Iacob. [Auditis aũt cau
ſis itineris, reſpõdit: Os meum & caro mea] es .i. poſtq̃ Laban audiuit à Iacob, ꝙ veniſſet ex
cõmiſſione parentũ ſuoꝝ, ne læderetur à fratre ſuo, & item vt vxorem acciperet ex filiabus
ipſius Laban, tunc ipſe Laban dixit: Conſanguineus meus es, idcirco apud me ſecure late-
bis, & vxorẽ tibi dabo, vnã filiaꝝ meaꝝ. [Et poſtq̃ impleti ſunt dies menſis vnius] .i. poſtq̃
Iacob per vnum menſem ſeruiuit auunculo ſuo Laban, curã gregis eius habẽdo, [dixit] La-
ban ad eum: [Num quia frater meus es, gratis ſeruies mihi?] q. d. q̃uis ſis filius meæ ſororis,
non tamen decet, vt ſine mercede in ſeruitio meo labores. [Dic quid mercedis accipies.] hoc
eſt, tu ipſe elige præmium. Laban iſte vir aſtutus, conſiderauit fidelitatem, ſimplicitatem,
virtuoſitatemq; Iacob: ideo peroptauit eum diu ſecum tenere, præſertim quia iam cœpit
ſentire proſperationem ſuam ex aduentu Iacob. [Habebat vero duas filias. Nomen maioris
Lia:] id eſt, ſenior, vocabatur Lia, [minor appellabatur Rachel. Sed Lia lippis erat oculis.
Rachel vero decora facie & venuſto adſpectu. quam diligens Iacob, ait: Seruiam tibi pro
Rachel filia tua minore ſeptem annis.] Iacob vir virtuoſus, ambas illas ex infuſa charitate di
lexit, inquantũ ad Dei imaginem conditæ erant & felicitatis capaces: ambas quoq; dilexit
naturali amore, vt cõſobrinas: ſed ſicut Rachel per dona naturę amabilior erat q̃ Lia, vtpo
te pulchrior & forte magis faceta, viuax & agilis, ſic & Iacob eã amplius adamauit, quod li-
citum erat, quia ad ſpiritualem finem & Dei honorem retulit totum. ¶Sed cum Iacob eſſet
filius quàm opulentiſſimi viri, cur ſeruiuit pro Rachelis connubio, & non potius dotem ſeu
diuitias multas obtulit pro ea habendà? Reſpondent quidam, quod iuxta prætacta ſpolia-
tus fuit in via, nec audebat eam adhuc ad domum patris ſui adducere: ſed quoniam Laban
petijt à Iacobo, quid mercedis pro ſua ſeruitute acciperet, & ipſe non petijt niſi filiam eius
tantum, videtur non eguiſſe. [Reſpondit Laban: Melius eſt vt tibi dem eam quàm alteri vi-
ro.] & hoc propter tuas virtutes, & quia propinquus es, & ditiſſimorum proles parentum:
tunc quoque homines libentius contraxerũt coniugia cum cognatis. [Seruiuit ergo Iacob
pro Rachel ſeptem annis, & videbãtur illi pauci dies præ amoris magnitudine.] In Prouer
bijs Salomonis ſcriptum eſt: Lignum vitæ, deſiderium veniens: ſpes autem quæ differtur, af Prou. 3.
fligit animã. Propter quod ait vir feruens: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt.
Quomodo ergo tempus ſeptem annorũ, videbatur feruẽtiſſimo amatori paucum, pro ob- Pſal. 119.
tinendo dilectæ amplexu, & non potius valde lõgum? Ad hoc ex verbis Hieronymi Scho-
laſtica reſpondet hiſtoria: Non eſt dictum, Videbãtur ei parui dies, ſed pauci: quia deſiderã Euſebi.
ti animo iſta velocitas tarda eſt: ſed dictum eſt, pauci, quia videbatur ipſi Iacob, quod rem
tam amabilem paucis emit, quia multo pluribus annis ſeruiſſet pro Rachele, quàm ea care-
ret. Vel per dies intelligit laborem dierum, qui ei modicus videbatur, quia amor eum alleui-

 abat.

abat. Veruntñ magnitudo amoris Iacob ad Rachelẽ, nõ erat amor carnalis prædominans,
ſed naturalis & quodãmodo maritalis, q̃uis nõ oporteat eũ excuſare ab admiſſione venialis
culpæ. [Dixitq́; ab Laban: Da mihi vxorẽ meam.] Iam eñ cõiuncti erãt per mutuũ cõſen-
ſum Iacob & Rachel, [qa tẽpus impletũ eſt, vt ingrediar ad illã] .i. iam 7. anni impleti ſunt
quibus pro ea ſeruiui. Iacob q̊q; iam erat grandæuæ ætatis, vtpote 84. annorum, ſecundum
Hebræos, q̊d & Lyra hic probat. ſicq́; tẽpus fuit vt gñationi vacaret, quatenus ꝓmiſſiones
diuinæ, Abrahæ & Iſaac factæ, implerent in ſobole ſua. [Qui] ſ. Laban [vocatis multis ami-
corũ turbis ad conuiuiũ, fecit nuptias. & veſpere Liã filiã introduxit &c. facto mane] Iacob
[vidit Liam, & dixit ad ſocerũ ſuũ &c. Quare impoſuiſti mihi?] .i. cur ita me decepiſti? [Re-
ſpõdit Labã: Nõ eſt in loco noſtro cõſuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias.] Ita
Labã verſutus ſe excuſauit, tñ ex alia cauſa Liã introduxit ad Iacob, videlicet vt faceret eũ
adhuc 7. annis ſibi pro Rachele ſeruire, qm̃ experiebatur oĩa ſua ꝓſperari ex Iacob p̃ſentia.
Deniq; dato ꝙ conſuetudo fuerit ibi, ſeniores filias primo dari ad nuptias, poterat tñ aliter
fieri. ¶Circa hæc quæritur, an Iacob illa nocte Liam cognouit carnaliter. Et dicũt quidam
ꝙ non, ſed orationibus vacabat, ſicut Tobias. Alij probabilius dicunt, ꝙ immo, p̃ſertim qa
Tobię 3. putauit eſſe Rachelẽ, ad cuius amplexus ſic adſpirauit, tñ deſiderio ꝓlis ad Dei obſequium
educandæ. Ioſephus quoq; affirmat, ꝙ bene potatus cognouit eam. ¶Secũdo quæritur, an
Ioſe.li.1. peccauit cognoſcendo Liam carnaliter. Reſpondet ꝙ non, quia ignorantia facti excuſat,
ant.Iud. diligẽtia bona adhibita. Iacob aũt vir ſimplex nõ habebat Laban ſuſpectum de huiuſmodi
cap.27. fraude, idcirco non tenebatur multum conſiderare an Rachel eſſet. Sed mirũ ꝙ tota nocte
nõ perpendit ex collocutione, tactu, aut ſimili modo, ꝙ fuerit Lia. Ad quod Ioſephus ait, ꝙ
bene potatus erat, & veriſimile eſt ꝙ Lia ex patris ſui informatiõe cuſtodiuit ſe pro poſſe,
Ibidem. ne loquẽdo aut alio modo proderet ſemetipſam. Iacob quoq; vſq; ad tempus iſtud fuerat
virgo, & ita pudibũde ſe habuit, nec meretricales quæſiuit blãditias in vxore. ¶Tertio quæ-
ritur, an Lia fuit vxor ſua poſtq̃ eam cognouit. Dicẽdum ꝙ mutuus cõſenſus ad matrimo-
nium exigitur, Iacob aũt non conſenſit in Liam: idcirco non fuit legitima vxor ipſius, quo-
uſq; in ipſam conſenſit. Laban vero valde multipliciterq́; peccauit, nec Lia videtur poſſe
excuſari in toto, q̃uis excuſetur à tanto. [Imple hebdomadam dierum copulæ huius] .i. per
hos 7. dies expecta, & nuptias celebra, ſeu nuptiarũ cõuiuium, quod ſeptẽ diebus cõſueuit
dari. [& hãc quoq;] puta Rachelẽ, [dabo tibi] de facto, quã iam dedi tibi de iure. [pro opere
quo ſeruiturus es mihi ſeptẽ annis alijs,] ita ꝙ his ſeptẽ diebus finitis, intrabis ad eam. ideo
(teſte Hieronymo) errant qui dicũt, ꝙ poſt ſeptẽ annos alios dormiuit cum ea, nõ ante, q̊d
Hieron. tamen & Ioſephus dicit. Iniuſtum eñ valde fuiſſet, virũ ita deceptũ, tam diu differre ab vxo
Ioſe.li.1. re quam meruit, & quæ ſibi mox debebatur ex iure. [Acquieuit placito &c.] .i. ei quod La-
ant.Iud. ban propoſuit ſibi, cõſentiendo in Liam, ita vt poſt ſeptẽ dies acciperet & Rachelẽ. [Tan-
cap.27. demq́; potitus optatis nuptijs] .i. vſus cõcupitis Rachelis amplexibus, [amorem ſequentis
priori prætulit &c.] hoc eſt, Rachelẽ vltimo ſumptã, quantũ ad copulã carnalẽ, plus dilexit
q̃ Liam cui primo fuit admixtus. [Vidẽs aũt dñs ꝙ deſpiceret Liã] .i. minus curaret de ea q̃
de Rachele, non tamẽ vir ille tam bonus abſolute deſpexit eam. [aperuit vuluã eius &c.] .i.
apertioni organi ſexus fœminei dedit fructũ, ita ꝙ proles ſequebatur ex ea. [quæ cõceptum
genuit filiũ, vocauitq́; nomẽ eius, Ruben, dicẽs: Vidit dñs humilitatẽ meã &c.] .i. paruipen
ſionẽ meã, vtpote q̃ parũ à marito ꝑpẽdor aut curor. Hinc filiũ ſuum vocauit Ruben, quod
interpretatur filius viſionis. nam dixit, Vidit dñs &c. Atq; (vt Ioſephus narrat) Lia aſſidue
Ibidem. Deũ rogauit pro prole, cupiẽs ſuo placere marito. [Rurſumq́; cõcepit & peperit filiũ, & ait:
Qm̃ audiuit me dñs haberi contẽptui] .i. à Rachele cõtẽni, & à marito non tm̃ curari, [dedit
etiã iſtũ mihi.] dñs eñ conſolat miſeros & afflictos ac vilipẽſos. [Vocauitq́; nomẽ eius Sime
on,] q̊d interpretatur auditio, qa dixit: Qm̃ audiuit me dñs &c. Iſtud aũt Deus in ſeipſo in-
uariabiliter nouit: ſed Lia loquitur de Deo more humano, & forſan angel⁹ eius orauit pro
eius fœcundatiõe, quaſi cõpatiens cõtemptui eius, eiusq́; aſpernationẽ, qua aſpernabat iniu-
ſte, corã Deo cõmemorauit, vt impetraret grãm Dei. [Cõcepitq́; tertio, & genuit aliũ filium:
dixitq́;, Nũc quoq; copulabit mihi maritus meus] videlicet tẽpore opportuno poſt dies pu
rificationis meæ, [eo ꝙ pepererim ei tres filios.] Mulier eñ fit marito amabilis per ſuã pro-
lificationẽ, & frequẽter pariendo, præſtat viro fiduciã, ꝙ nõ infructuoſe eã accedet. [Et idcir
co appellauit nomen eius, Leui.] q̊d interpretatur adiunctio, ſeu ſocietatis firmatio. [Quar
to cõcepit & peperit filiũ, & ait: Modo cõfitebor dño:] .i. nũc eũ grata mẽte valde laudabo
pro tãtis beneficijs ſuis, & quia pugnat pro me, humiliãdo Rachelẽ ſterilẽ, quæ me ſpernit.
[& ob hoc vocauit eum Iudã.] quod interpretatur cõfeſſio, & intelligendũ eſt de cõfeſſione
laudis diuinæ ſeu gratiaꝝ actione. [Ceſſauitq́; parere] nõ omnino, ſed ad aliquantulũ tem-
pus. Nã poſtea peperit filios duos, vnãq́; filiã. ¶Præterea iuxta ſpũalem intelligentiã, per Ia
cob intelligit qcunq; Chriſtifidelis, qui profectus inde .i. proficiſcẽs ad ea agẽda quæ ſpũalis
pater

pater ſuus ei cõmittit, venit in terrã oriẽtalẽ .i. regionẽ cæleſtẽ, q̃ eſt terra viuẽtiũ, ingredi ꝓ-
meret, in qua oriẽs lucis æternæ fulget beatis pleniſſime. Venit q̊q; in terrã orientalẽ .i. noĩe
& re ad militantẽ ſpectat eccleſiã, ſeu ad monaſticã religionẽ, ſi religioſam ꝓfeſſus eſt vitã:
& videt puteũ in agro .i. fontẽ baptiſmi, ſeu ſcientiã ſcripturaꝝ, gratiarũq́; fluẽta in ipſa ec-
cleſia, q̃ eſt ager ac vinea Dei, qa in ea oĩm fructus virtutũ, & ſpũalium ſuauitatũ ſapor na-
ſcũtur: in qua tres accubãt greges .i. multitudo incipientiũ, ꝓficientiũ, ac pfectoꝝ: ſeu coniu
gati, cõtinentes, ac p̃ſidẽtes, in eccleſia ſpũaliter reficiunt iuxta puteũ iã p̃fatũ, ex q̊ greges hi
adaquant, videlicet iuxta ꝓfunditatẽ & fluẽta ſcripturæ, cuius os grãdi lapide claudit, vtpo
te Chriſto, q eſt lapis angularis & clauis Dauid, qui claudit, & nemo aperit: aperit, & nemo
claudit: qm̃ cui vult, reuelat abdita ſcripturaꝝ, nec ſine eius illuminatiõe habet ſalutaris ſci- 1.Petri 2.
entia. Grãdis q̊q; lapis claudẽs ſcripturã, eſt intelligẽdi difficultas, verboꝝ ſacroꝝ obſcuri- Apoc. 3.
tas, varius ac myſticus modus loquẽdi. [Morisq́; erat, vt cũctis ouib⁹ cõgregatis, euoluerẽt
lapidẽ &c.] ita nũc moris eſt, vt fideliũ gregibus in eccleſia adunatis, p̃dicatores & p̃lati ex-
ponãt eiſdẽ ſcripturas, amouẽtes ſaxũ obſcuritatis: ſicq́; ouibus Chr̃i refectis, os putei rurſus
claudat .i. ſcriptura in ſua ſynceritate & integritate relinquat & cuſtodiatur, ne ei pulueres
falſitatũ valeãt cõmiſceri, ſed inuiolata ſeruet. ¶Amplius ꝙ ꝑ duas Iacob cõiuges, vita con-
templatiua & actiua ſignẽtur, cõmune & oĩbus notũ eſt, nec opus eſt inde hic plura inſere-
re. Victorin⁹ q̊q; martyr ꝑ Rachelẽ nõ ſolũ cõtemplatiuã vitã, ſed & Chr̃i eccleſiã, ſine ruga
& macula exiſtentẽ, ac ſaluatori chariſſimã: per Liam vero, tam actiuã vitã q̃ ſynagogam,
in quibus fæces fuerũt & ſunt, intellexit. Iacob aũt oſculata Rachele, plorauit: qm̃ vir deuo-
tus cõtemplatiuã vitã intime diligit, & ſibi cõiugem cupit, eiusq́; dulcedine deguſtata p̃ gau
dio æternæq́; glorię deſiderio plorat. Oues quoq; Rachelis adaquauit, qa ſunt opa quędam
ex cõtemplationis perfectione progredientia, quæ vir cõtemplatiuus dulciter amplexatur,
& ſpũali cõſolatione inungit. ¶Inſuꝑ 7. annis ſeruiuit pro Rachele Iacob, qm̃ Chriſtifidelis
7. corporalia miſericordiæ opera libẽter exercet, quatenus ad cõtẽplatiuæ valeat vitæ deco
rẽ, dulcedinemq́; ꝑduci. ¶Sed quid eſt ꝙ Iacob ad Rachelis amplexus anhelãti, Lia occulte
ſuppoſita eſt, niſi ꝙ pio ac ſapiẽtiſſimo moderamine Dei frequẽter cõtingit, vt viri deuoti
ad cõtẽplationis ſecreta ſilẽtia adſpirãtes, ſine ſuo ſcitu ac niſu, immo quaſi inuiti, ad aliorũ
præſidentiã & exterioꝝ expeditionẽ eligunt ac ꝓmouent? Quibus ſuꝑ hoc cõquerentibus
corã Deo, diuinitus reſpõdetur, vt impleãt hebdomadã dieꝝ copulæ hui⁹ .i. ad tẽpus & con
gruis horis exteriora diſponãt, alioꝝq́; gubernationi intẽti ſint: ſicq́; Rachelẽ quoq; adipi-
ſcent, hoc eſt, viciſſim ad cõtemplatiõis ſublimitatẽ atq; dulcorẽ intromittent ac erigẽtur,
& in abſcõdito vultus Dei hauriẽt ab eodẽ, q̊d ſubditis loco ac tẽpore opportuno ſalubriter
cõmunicabunt ac ingerẽt. Quemadmodũ aũt Iacob nõ multũ afficiebatur ad Liã, tñ ꝓpter
eius fœcunditatem amauit & amplexatus eſt ipſam: ſic deuotiſſimi viri, ad prælationem, ex-
ternamq́; occupationẽ nõ afficiunt propter eas ſecundũ ſe, nihilo minus propter fructum,
quem dño operãte experiuntur ſe facere in præfatis, æquanimiter tolerant, & interdum li-
benter exercent eas, ꝓpter q̊d Paulus: Coarctor, inqt, e duobus, deſideriũ habens diſſolui, & Philip.1.
eſſe cũ Chriſto: permanere aũt in carne, neceſſariũ eſt ꝓpter vos. Vnde & Deus videns ſan-
ctã eoꝝ intentionẽ, patientiã & laborẽ, atq; fraternã, immo & paternã, charitatem eorũ ad
inferiores, multoties eos dulciſſime viſitat, illuminat & inflãmat, cõtẽplationisq́; luce ipſos
perfundit: & hoc pro opere quo ſeruituri ſunt ei in alioꝝ regimine, & exteriori occupatio-
ne 7. alijs annis, hoc eſt, reſiduo tempore cõuerſationis ſeu prælationis ipſorum. ¶Præterea,
dñs videns ꝙ vir talis vitã actiuã & occupationẽ externã, quantũ in ſe eſt, abhorret, dat ei fru
ctũ ex ea, ita ꝙ primo gignit ex illa Ruben, ſeu filiũ viſiõis, hoc eſt, illuminationem aliorum
in fide: ſecũdo Simeon ſeu auditionem .i. obedientiã eorundem, ita ꝙ auribus cordis audien
do quæ Dei ſunt, per obedientiã implent audita: tertio Leui ſeu cõiunctionem, hoc eſt, vni-
onem ipſoꝝ cũ Deo, cui credendo & obediendo, merent gratioſius couniri: quarto Iudã .i.
confeſſionem, ita ꝙ ſubiectos inducũt ad aſſiduã Dei laudationem, gratiarũq́; actionẽ: qbus
peractis, ad tẽpus parere ceſſant: quia dũ vident ſubditos in huiuſmodi actibus bene ſtãtes,
recurrunt ad cõtemplationis ſuæ ſecretũ & abdita exercitia vitæ internæ, illi vni q̊d ſolum
per ſe ac ſumme neceſſariũ eſt, tota mentis ſynceritate ac diligentia intendentes. ¶Poſtre-
mo, circa illud quod dictũ eſt, ipſum Iacob remouiſſe ab ore putei lapidem, aſſerit R. Pau- R.Paul⁹.
lus, ꝙ expoſitores Hebræi dixerunt, per hoc eſſe præfiguratũ, ꝙ aliquis de Iacob deſcẽdens,
deberet remouere lapidem, id eſt, cordis duritiam, & adaquare om̃es greges: quod videmus
in Chriſto completum, qui à cordibus electorum abſtulit interiorem duritiã, eosq́; adaqua-
uit ex aqua & ſpiritu ſancto, ſeu gratiarum fluentis, & imbre ſapientiæ ſalutaris.

¶Elucidatio cap. XXX. Cernens aũt Rachel, ꝙ infœcunda eſſet. Artic. LXXV.

PRolificatio Iacob ex alijs ſuis vxoribus, cõſequẽter deſcribitur: [Cernens aũt Rachel ꝙ
infœcunda eſſet, inuidit ſorori ſuæ.] Aliqui dicunt, ꝙ ſumendo inuidiã proprie, prout

eſt vitiũ & triſtitia de bono ſeu pſperitate alterius, nõ inuidit ſorori, qa nõ doluit de hoc ꝙ
illa filios generauit: ſed inuidit ei, ſumẽdo extẽſe inuidiã pro triſtitia de proprio defectu, per
cõparationẽ ad aliũ, defectũ huiuſmodi nõ habentẽ. Sed iſtud nõ videt literæ cõſonare, quę
abſolute teſtat, ꝙ inuidit ſorori ſuæ: talis ꝗꝗ; triſtitia laudabilis eſt, nec ꝓpter eã dicta fuiſſet
Rachel ſuæ inuidiſſe ſorori, ſed de ꝓpria potius doluiſſe ſterilitate, nec ſcriptura inuidiã ſic
ſolet accipere. Deniq; nõ oportet Rachelẽ, immo nec eius ſororẽ, à ſolitis mulieꝝ paſſioni-
bus excuſare, ꝗuis bene finierint curſum ſuũ. Iã eñ ꝑhabitũ eſt, ꝙ Rachel Liã cõtempſit, &
infrà patebũt cõtentiões & æmulatiões eaꝝ ad inuicẽ. Nã & raro bene cõcordãt eiuſdẽ viri
vxores: potius ergo reor ꝙ Rachel inuidit proſperitati ſuæ ſororis, quã habuit in cõcipien
do & pariẽdo tot filios, inquãtũ ſororis fœcũditatẽ appẽdit, vt ſui minoratiuã ac confuſiuã:
& ꝗd ſorori ſuę fuit cõceſſum, doluit nõ potius ſibi eſſe collatũ. Inſup ex paſſione illius inui-
diæ irrationabiliter dixit [marito ſuo: Da mihi liberos] .i. filios, me imprægnãdo, aut ſaltem
ad me pertinentẽ loco mei. [alioqn moriar] præ triſtitia, ꝗ cõſtat, ꝗ feruẽter optauit prolem
1. Cor. 7. ex viro ſuo, nec fuit delectatiõe cõtẽta, ſed fructũ quęſiuit cõiugij. [Cui irat⁹ reſpõdit Iacob:]
Ad maritũ nanq; ſpectat, vxorẽ errantẽ corripere, informare ac regere, qa vir caput eſt mu-
lieris. Viri ꝗꝗ; naturaliter & cõmuniter ſunt mulieribus cõſtãtiores, ac magis prudẽtes. Hæc
etiã ira Iacob, fuit ira ꝑ zelũ. [Nũ pro Deo ego ſum, q priuauit te fructu vẽtris tui?] q.d. Tu
loqueris mihi, ꝗſi ego inſtar Dei, poſſem te naturaliter ſterilẽ, ſupnaturaliter impꝑgnare, aut
4. Reg. 5. quaſi ex parte mei eſſet tuæ infœcũdationis defectus. Sic & rex Iſrael, lectis literis ſibi à rege
Syriæ miſſis, vt curaret Naamã à lepra, ſcidit veſtimẽta ſua, dicẽs: Nũquid Deus ego ſum, qa
iſte miſit ad me, vt curẽ hoĩem à lepra ſua? [At illa: Habeo, inqt, famulã] noĩe [Balam:] quam
Laban dedit Racheli qñ cõiuncta eſt Iacob. [ingredere ad illã] .i. duc eã vxorẽ, & maritali
affectu eã cognoſce. [vt pariat ſup genua mea.] hoc eſt, quatenus filios ex ea generãdos, po-
nã in ſinu meo & ſup genua mea, quaſi nati eſſent ex me. [Deditq; illi Balam in coniugium:]
non in cõcubinatũ, ex ꝗ ꝓbatur, ꝙ veraciter fuit cõiunx ipſius Iacob, ꝗuis minus principa-
lis, alioquin Iacob iã vxoratus, adulteriũ ꝑpetraſſet cum Bala, ad quod vxor ſua principalis
non potuit eã licẽtiare, nec licẽter rogare. Aliqui tñ dicũt, ꝙ non fuit vxor ipſius Iacob, vn-
Euſebi. de in Scholaſtica hiſtoria fertur: Dedit ei Balã in cõiugiũ, non in vxorẽ, ſed vt ei iungeretur.
& iſti dicũt, ꝙ ex diſpẽſatiõe diuina Iacob hoc licite fecit. Veꝝ nec textui nec rationi vide-
tur hoc cõſonare, qm̃ manifeſte habetur in textu, ꝙ dedit eã Iacob in cõiugium. Nec Deus
Augu. 6. legitur in ſcripturis adulteriũ licentiaſſe aliqua diſpẽſatione. Amplius Auguſtinus ait: Pro
de ciuit. crimine grãdi obijciuntur Iacob quatuor vxores. Quo conſtat ꝙ ſecundũ Auguſtinũ, Bala
Dei. c. 38 iſta & alia famula nomine Zelpha, de qua infrà habetur, fuerũt vxores Iacob. Ait quoq; Au
guſtinus, ꝙ cõiugali iure ſeruato acceſſit ad eas. [Quę ingreſſo ad ſe viro, cõcepit & peperit
filiũ. Dixitq; Rachel: Iudicauit mihi dñs] .i. piũ iudiciũ fecit mihi, [& exaudiuit vocẽ meã]
i. orationẽ, [dans mihi filiũ] ſicut rogaui eũ: filiũ, inquam, adoptiuũ, nõ naturalẽ, qa filios an-
cillæ meę decreui mihi adoptare in filios. [Idcirco appellauit nomẽ eius, Dan.] quod inter-
pretatur iudiciũ, qm̃ dixerat, Iudicauit dñs &c. [Rurſumq; Bala cõcipiens, peperit alterum]
filium, [pro quo ait Rachel: Cõparauit me dñs cum ſorore mea, & inualui] .i. aſſimilauit me
ſorori meæ, in hoc ꝙ iam habeo filios ſicut & illa, ꝗuis non tales, videlicet naturales, nec nu-
mero pares cũ natis illius. [Vocauitq; eum Nephthalim.] quod interpretatur comparatio,
qm̃ dixit: Cõparauit me dñs &c. Porro, ſecundũ Lyrã, in Hebræo habetur: Additione Dei
addita ſum cum ſorore mea. q.d. Deus addidit mihi aliũ filium. ſed Rabbi Paulus contradi-
R. Paul⁹. cit, In Hebræo, inquiẽs, non habetur hic dictio quæ ſonat additionem, ſed controuerſiam
ſeu cõtentionem: & eſt litera, Contẽtione Dei contendi cum ſorore mea, & inualui: vt ſit ſen
ſus, Contendi cum ſorore mea ſup habẽdo filios, & inualui, quia iam habeo. Vnde cum di
citur in Gloſſa interliniari, ꝙ Nephthalim dicitur à cõuerſione, videtur eſſe error ſcriptoris,
debuiſſetq; ſcribere, à controuerſione. Hæc Paulus. [Sentiens Lia ꝙ parere deſiſſet] per tem
pus notabile, ita ꝙ timuit non concipere amplius. [Zelphan ancillam ſuam marito tradi-
dit] coniugẽ, imitans in hoc ſororis ſuæ exemplũ, & deſiderium habens ſobolis amplioris.
[Qua] Zelpha [poſt conceptum edente filium, dixit] Lia: [Feliciter.] hoc eſt, proſpere acci-
dit mihi in hoc, ꝙ ancilla mea peperit mihi hunc filiũ adoptiuũ ex meo marito. [Et idcirco
vocauit nomẽ ei⁹ Gad.] quod interpretatur felicitas. [Peperit quoq; Zelpha alterũ] filium.
[dixitq; Lia] quia domina matris pueri, & ita quodãmodo principalis mater ipſius. ꝓpter
quod, puero nato, locuta eſt, ac ſi perſonaliter peperiſſet, & puero nomẽ impoſuit. Itaq; di-
xit: [Hoc] eſt [pro beatitudine mea] .i. ad beatificationem meam conferet partus iſte, ita ꝙ
à fœminis quaſi beata laudabor. ideo ſubdit: [Beatã quippe me * dicent mulieres. Propter-
ea appellauit eum Aſer.] quod interpretatur beatus. Ecce quantum hæc fœmina apprecia-
uit multitudinem prolis. Sed cũ ſit nõ rarum, nec valde magnũ, vt vna mulier habeat qua-
tuor filios naturales legitimos, duoſq; adoptiuos, immo cũ multæ peſſimæ mulieres habeãt
filios

filios multo plures, cur Lia pro his ſex filijs dixit ſe à mulieribus beatificandam? Reſponde-
tur ꝙ ipſa cognouit viri ſui virtutes, & ꝙ primogenita fuerũt ei collata, bñdictiõesq; Abra-
hæ & Iſaac deſuper factas, in poſteris Iacob eſſe implendas: ideo magnũ valde reputauit ha-
bere ex eo tot filios, ſeq; ob hoc beatificandam à mulieribus fidelibus hoc ipſum ſcientibus.
[Egreſſus aũt Ruben tẽpore meſſis triticeæ] qñ triticum metitur, [in agrum,] ſicut pueruli
ſolent libẽter pergere ad meſſores. Ruben aũt primogenitus Iacob ac Liæ, fuit iam aliquali-
ter grandiuſculus. [reperit mandragoras,] quæ ſunt poma pulchra & odorifera, ſed inſipi-
da. [quas matri] ſuæ [Liæ detulit. Dixitq; Rachel: Da mihi partẽ de mãdragoris filij tui] .i. ali
qua ex pomis his tibi à Ruben allatis. [Illa reſpõdit: Paꝝ ne tibi videt ꝙ ꝑripueris maritum]
meũ [mihi, niſi etiã mãdragoras filij mei tuleris?] .i. mihi abſtuleris. Ex hoc patet, ꝙ fœminæ
iſtæ ꝓnæ fuerũt ad cõtentiones atq; diſcordias, & aliquoties paſſiõate loquebant ad inuicẽ.
Rachel aũt nõ pręripuit ꝓprie ipſi Liæ maritũ ſuũ, ſed Iacob primo cõſenſerat in Rachelẽ,
& ex maiore ad eã affectione, libentius erat cũ ea. Nam Rachel noluit mãdragoras illas vio
lenter vel iniuſte auferre, ſed affectuoſe rogauit accipere partẽ eaꝝ. [Itaq; dixit: Num paꝝ
&c.] .i. videt ne tibi ꝙ feceris mihi paruam iniuriã, ꝑripiẽdo mihi maritũ, niſi & iſtã addas,
vt tollas filij mei mãdragoras? [Ait Rachel: Dormiat tecũ hac nocte ꝓ mãdragoris filij tui.]
hoc eſt, propter donationẽ hanc faueo tibi illud. ¶ Circa hoc aliqui dicũt, ꝙ Iacob debuiſſet
illa nocte cũ Rachele dormiſſe, ſecũdũ circulũ reddendi debitũ ſuis vxorib⁹: Rachel vero an
nuit vt dormiret cũ Lia: ꝗd ꝗuis forſitan ita fuit, eſt tñ incertũ. Rurſus ꝗuis credendũ ſit, ꝙ Ia
cob vir iuſtus ſingulis vxoribus viciſſim reddiderit debitũ, non tñ videtur, ꝙ in hoc ſeruaue
rit certum paremq; circulum: alioquin Lia nõ fuiſſet conqueſta virum ſuũ ſibi eſſe prære-
ptum à ſua ſorore, nec mercede hac cõduxiſſet maritum, nec tam importune ꝗdãmodo ad-
ſpiraſſet ad eius amplexũ: idcirco apparet dicendũ, ꝙ ex quo Iacob primo & directe conſen
ſit in Rachelem, nec ex ſeipſo intendebat accipere alias, ideo Rachel fuit ꝗdammodo princi
palis vxor ipſius, & habuit quoddam dominium in corpore eius præ cæteris. ideo Iacob fre
quentius cum ea dormiuit, præſertim quia & pulchrior fuit, & charior ei: & ita quaſi loca-
uit corpus ſui mariti, in quo habuit poteſtatem, nocte iſta ſuæ ſorori pro pomis pręfatis, de
quibus loquitur Auguſtinus: De hoc genere pomi ſcio aliquos opinari, ꝙ ſi comedatur, cõ- Au. li. 16
ferat fœminis ſterilibus fœcunditatem, & ideo Rachelem pro mandragoris ſupplicaſſe, ꝗd de ci. dei
verum non arbitror, quanuis & ſi nunc concepiſſet: nunc vero cũ dominus dederit ei pro- cap. 36.
lem poſt alios duos partus Liæ, nulla eſt ratio, vt tale quid de mãdragoris ſuſpicemur. Cum
enim vidiſſem hæc poma, & propter ſcripturam hanc gratularer quòd mihi occurriſſent,
naturam eorum, quantum potui, perſcrutatus ſum: & comperi ea eſſe pulchra, ſuaue olen-
tia, ſed ſapore inſipida. Cur ergo ea tantum concupierit Rachel, non video, niſi propter
eorum raritatem & odoris iucunditatem. Hæc Auguſtinus. [Redeuntiq; ad veſperam Ia
cob de agro, egreſſa eſt in occurſum eius Lia, & ait: Ad * me intrabis, quia mercede con-
duxi te &c. Et exaudiuit Deus preces eius] videlicet Liæ, quæ orauit intente, vt nocte illa
impregnaretur à contorali, ſicq; ante actum illum matrimonialem, ad deuotionẽ ſe dedit,
fructum copulæ à Deo conſequi cupiẽs, nec ex libidine, ſed prolis cupidine, ad Dei honorẽ
nutriendæ, amplexata eſt virum. [Concepitq;, & peperit filium quintum, & ait: Dedit De-
us mercedem] meam [mihi.] hoc eſt, pro pia intentione habendi prolem & humilitate, quia
cõiunxi viro meo famulam meã, remunerauit me dominus, dando mihi hunc filium. [Ap
pellauitq; nomen illius Iſachar.] Quod interpretatur merces, videlicet qa filiũ illũ reputauit
ſibi à Deo pro mercede rei ꝑfatæ cõceſſum, & item qa viri ingreſſum ad ſe, cõduxit merce-
de. [Rurſum Lia cõcipiens, peperit ſextum filium.] Et ꝙ ait, Rurſus, referendum eſt ad ver-
bum, peperit, nõ ad filium ſextum, quem nunꝗ ante genuerat. [& ait: Dotauit me Deus do
te bona etiam hac vice:] id eſt, precioſum munus nunc contulit mihi, vtpote filium iſtum,
quoniã filios præ omnibus mundi diuitijs diligo. Hinc magnũ & amandũ eſt matrimoni
um, ꝓpter fructus ſui precioſitatem, ꝗuis virginitas præferenda ſit ei. ſi enim ager aut vinea
magni reputatur valoris ꝓpter blada ſeu vuas quas profert, quanto magis coniugium ꝗ ho
mines producũtur? [Idcirco appellauit nomẽ eius Zabulon.] quod interpretatur habitacu
lum, nam dixit: [mecum erit maritus meus] .i. mihi cohabitabit. Tamen in libro noĩm He-
bræoꝝ, Zabulon interpretatur violenter, fluxus ventris. [Poſt quẽ peperit filiam nomine Di
nam.] & interpretatur cauſa, quæ etiã poſtmodum fuit cauſa iurgioꝝ in Sichimis, vt pate-
bit. [Recordatus quoq; domin⁹ Rachelis] .i. pie oſtendẽs ſe memorẽ eius, [exaudiuit eã &c.]
quæ aſſidue precabat, vt Deus daret ei fœcũditatẽ. didicerat quippe à viro ſuo, qualiter De- Gen. 21.
us cõceſſerat Saræ atq; Rebeccæ ſupernaturalem ꝓlificatiõem: per ꝗd animata fuit Rachel Gen. 25.
ad orandũ pro hac re, ad quod creditur etiam ipſe Iacob eam admonuiſſe. [Quæ cõcepit &
peperit filiũ, dicẽs: Abſtulit De⁹ opprobriũ meũ] .i. ſterilitatis cõfuſionẽ, quia tunc erat con
fuſibile valde, nõ acquirere fructum connubij propter hominum forſan paucitatem. Credi

 tur ꝗꝗ;

tur ꝗcꝙ, ꝙ Iacob patriarcha docuit cõiuges ſuas cultũ vnius veri Dei,& futuꝝ Chriſti aduen
tum ac incarnatiõem ex ſemine ſuo,ſicut iam dictum fuit ad eum: idcirco fœminæ eius ve-
hemẽter optabãt fœcũdari ab eo:& nõ fœcũdari ex eo, reputabant ſibi grande opprobriũ.
[Et vocauit nomen eius Ioſeph,]ꝗd vno modo interpretaſ,ſine opprobrio,ſecundũ Chry-
ſoſtomum ſuper Matthæum,qm̃ dixerat, Abſtulit Deus opprobrium meum.[dicẽs: Addat
Chryſo. mihi dñs filiũ alteꝝ.]idcirco Ioſeph alio modo interpretatur augmentũ ſeu additamentum.
¶Deniq; in Scholaſtica recitatur hiſtoria: His diebꝰ factũ eſt diluuiũ particulare in Achaia,
Euſebiꝰ. tuncꝗ apud lacum Tritonidem apparuit virgo, quam Græci Mineruã dixerunt. Hæc mul
tas inuenit artes, & maxime lanificium, quæ etiã dicta eſt Pallas à Pallene inſula Thraciæ,in
qua fuit nutrita,vel à Pallante gigante,quẽ interfecit. ¶Circa hæc quæritur,qualiter excuſe
Gen. 16. tur ꝙ Iacob duxit tot cõiuges. Ad ꝗd patet reſponſio ex dictis in expoſitiõe circa cõiugium
Abrahæ cum Agar,viuente eius coniuge Sara. Hinc Auguſtinus loquitur: Ad vnam accipi-
Au. li. 16 de ci. dei cap. 38. endam venerat:ſed cum ei altera fuiſſet ſuppoſita,nec ipſam dimiſit qua neſciẽs fuerat vſus,
ne videretur eam ludibrio habuiſſe,& hoc tempore illo, qm̃ nulla lex prohibebat plures ha-
bere vxores cauſa poſteritatis.nullã petijt niſi vnam,nec vſus eſt pluribus niſi gignẽdæ pro-
lis officio, nec ancillas ſumpſiſſet, niſi vxores id flagitaſſent, quæ poteſtatem corporis viri
ſui habebant legitimã. Sed contra iſtud obijcitur, quia videtur cõtra naturalem fuiſſe legẽ,
quæ dictat,vt vnicus vnicę matrimonialiter ſocietur: & quęrendũ eſt circa hoc,an de lege na
Thomas turali exiſtat vnitas illa cõtoralis. ¶Ad hoc ſuper quartum Sententiaꝝ ſanctus Thomas re-
ſpondet: Naturalis cõceptio homini indita,qua ad operandum conuenienter dirigitur, lex
naturalis vocatur: idcirco ꝗd facit actionem hominis ſuo debito fini inconuenientem, eſt
contra legem naturæ. poteſt autem actio eſſe inconueniens tam principali, quàm ſecũdario
fini dupliciter: primo,finẽ omnino impediendo,ſicut nimia comeſtio ſanitatem, quæ eſt fi
nis medicinæ,corrũpit: ſecundo,indecentiã aut difficultatem circa finẽ acquirendũ cauſan-
do,vt comeſtio,quantum ad tempus,inordinata. Cum igiſ actio finẽ principalem aut ſecũ-
darium directe impedit ſeu corrumpit, tunc prohibetur per prima præcepta legis naturæ: ſi
vero hoc facit ſecũdo modo,tunc ꝓhibetur per ſecũda legis naturalis pręcepta,quę deriuã-
tur & eliciuntur ex primis, quemadmodum concluſiones ex præmiſſis. Principalis aũt finis
matrimonij,eſt procreatio & educatio prolis: & hæc actio cõpetit homini ex natura ſui gene
ris,quia cõuenit etiam brutis. Secundarius vero matrimonij finis,eſt communicatio coniu-
gum in operibus ad domeſticam vitã pertinentibus, & hæc conuenit homini ex natura ſua
ſpecifica. Porro tertius matrimonij finis,eſt ſignificare Chriſti atꝗ eccleſiæ vnitatẽ,in quan-
tum eſt ſacramẽtum euangelicæ legis ac gratiæ: & cõpetit homini,inquantũ eſt Chriſtianꝰ.
Pluralitas ergo vxoꝝ, primum matrimonij finem nõ tollit omnino. Vnus etem̃ vir poteſt
plures fœminas impręgnare,& proles eaꝝ nutrire: ſecundum vero matrimonij finẽ multũ
impedit,quamuis nõ penitus tollat eũ. Nam vnus vir pluribus vxoribꝰ ſatisfacere nequit: &
cõmunicatio plurium in vno officio,parit litem,ita ꝙ ſicut figuli, ita vxores vnius ſimul ri-
xantur. Tertium aũt matrimonij finẽ, qui eſt ſignificare vnitatẽ Chriſti atꝗ eccleſiæ, plura-
litas vxoꝝ penitus aufert. Ex quibus patet, ꝙ vxorum pluralitas ſit ꝗdammodo contra legẽ
naturæ,& ꝗdammodo non: ſed ꝙ vna mulier habeat plures maritos,eſt contra prima natu-
ralis legis præcepta, quia ex hoc ſequereſ incertitudo prolis,quantũ ad patrẽ: idcirco nunꝗ̃
permiſſum eſt hoc vlla lege aut cõſuetudine. ¶Deinde quæritur, quare & qualiter vnquam
licuit pluralitas illa vxoꝝ. Reſpõdetur, ꝙ ex ꝗ nõ eſt contra prima naturalis legis præcepta,
idcirco ꝑ diſpẽſatiõem ſummi authoris totius naturæ ac legis, aliquando licita fuit, dum ſ.
multiplicatio hoĩm neceſſaria fuit ad cõſeruandum cultũ diuinũ. Secũdaria nãꝗ legis ꝓce-
pta oportet aliquãdo variari,ſecundum diuerſitatẽ conditionũ hoĩm in perſonis, locis, tẽ-
poribus,ſeu circunſtantijs alijs. Et quoniam lex de vnitate vxoris, non eſt inſtituta humani-
Gene. 2. tus,ſed à Deo, qui dixit per Adam, Erunt duo in carne vna: idcirco contra eam ſolus Deus
potuit diſpenſare,qui in patribus ſanctis hoc fecit per inſpirationem internam,& illoꝝ ex-
emplo eſt ad poſteros deriuata. Hæc Thomas. ¶Hinc ait Magiſter libro quarto diſtinctiõe
triceſimatertia: Quæriſ de antiquis patribus,qui plures leguñ ſimul habuiſſe vxores,an pec
cauerũt. Ad ꝗd dicimus ꝙ varia inuenitur diſpẽſatio conditoris pro varietate tempoꝝ. Ab
exordio em̃ temporis inter duos tantum Adam & Euam eſt inchoatum cõiugium. Poſtea
vero,cũ pene omnes homines falſis dijs ſeruirẽt,paucis in Dei cultu ꝑmanentibus,à Deo cõ-
ſultũ eſt, plures vni viro cõiungi cõnubio, ne paucis Dei cultoribus ꝑ mortẽ deficientibus,
cultus & notitia Dei in mũdo deficeret. Cum em̃ cęteris in idololatria derelictis, Deus Abra
ham & poſteros eius per Iſaac in peculiarẽ populũ elegiſſet,rite quærebaſ multiplicatio po-
Exo. 23 puli Dei fœcunditate mulieꝝ multarum: quia in ſucceſſiõe ſanguinis,erat ſucceſſio religio-
Deut. 7. nis: idcirco ſterilis fuit maledicta in lege: & ſacerdotes tunc coniugio vtebantur, qm̃ in ſuc-
ceſſione familiæ,ſucceſſio fuit officij. Hæc Magiſter. Si aũt rurſus obijciatur prædictis, Cõtra
legem

legem naturæ eſt abſolute ac penitus,vt homo ſe obliget ad impoſſibile,atq; vt vni detur,ꝗd
alteri datũ eſt: ſed homo contrahens cũ vna vxore,transfert in eã ſui corporis poteſtatẽ,ita
ꝙ tenetur ei reddere debitum quando petierit: ergo eſt omnino contra legẽ naturæ,ſi ea vi-
uente,det alteri mulieri ſui corporis poteſtatẽ,quia non poſſet ſimul vtriq; reddere debitũ,ſi
peterẽt. Ad hoc Thomas reſpõdet, ꝙ vir ꝑ matrimoniũ non dat ſuæ vxori ſui corporis pote
ſtatem quantũ ad omnia,ſed ſolum quantum ad ea quæ matrimonium exigit: nõ autem re-
quirit matrimoniũ, vt quolibet tẽpore reddat debitũ vxori petenti,niſi quantum ad id,ad
quod matrimonium eſt principaliter inſtitutum,quod eſt bonum prolis, vtpote quãtũ ſuffi
cit ad impręgnationem. ſed matrimonium ſecundũ quod inſtitutum eſt in remediũ,quod
eſt ſecundarius eius finis, requirit vt quolibet tẽpore debitũ reddatur petenti: per ꝗd patet,
ꝙ accipiens plures vxores,non ſe obligat ad impoſſibile, conſiderato principali matrimo-
nij fine: idcirco pluralitas vxoꝝ non fuit contra prima naturalis legis præcepta. Hæc Tho-
mas. [Nato autem Ioſeph,dixit Iacob ſocero ſuo]ſ. Laban: [Dimitte me,vt reuertar in patri
am,& ad terrã meam]in qua natus ſum.[Da mihi vxores & liberos meos,]hoc eſt,ꝑmitte vt
eos mecũ perducã,[pro quibus]vxoribus[ſeruiui tibi.] Ex præcedentibus cõſtat, ꝙ Iacob ac
cepit Liam,poſtquam ſeptẽ annis ſeruiuit ſocero: deinde antequam dormiuit cum Rache-
le,obligauit ſe ad ſeruiẽdum ſocero adhuc ſeptẽ annis: ergo cũ natus eſt Ioſeph,finiti erant
aut quaſi finiti,quatuordecim anni ſeruitij: & item conſtat ex his, ꝙ Ioſeph natus eſt in fine
ſeptimi anni,à tẽpore ꝗ Iacob ſumpſit Rachelem. [Ait illi Laban: Inueniam gratiam in cõ-
ſpectu tuo.]hoc eſt,pium & fauorabilem te exhibe mihi. [Experimẽto didici, quia benedi-
xerit mihi Deus propter te.] Laban fuit idololatra & iniquus: idcirco bñdictio iſta fuit mul
tiplicatio tẽporalium bonorum ipſius Laban,propter virtutes Iacob ei conceſſa: ideo non
ex ſyncero amore,ſed proprij cõmodi appetitu,rogauit Laban ipſum Iacob,vt in ſuo obſe-
quio ꝑmaneret diutius.[cõſtitue mercedẽ tuã quã dem tibi.]hoc eſt,tu ipſe elige ꝗd remune
ratiõis velis à me ꝓ tuo habere obſequio,ꝗd à te cupio. [At ille reſpõdit: Tu noſti ꝗmodo ſer
uierim tibi,& quãta in manibꝰ meis &c.]i. ꝗ̃ parua in ſeruitute & ope manuũ meaꝝ.[fuerit
poſſeſſio tua]qñ primo ad te veni,ideo ſubditur: [Modicum habuiſti anteꝗ̃ venirẽ &c.]vi-
delicet tantũ,quãtũ natura ſeu fortuna conceſſit tibi, ꝗd tñ ex diuina prouidẽtia prodijt, cui
tota natura ſubiacet ac fortuna. [benedixitꝗ tibi Deus ad introitum meũ.] hoc eſt, tempo-
ralia tua auxit mox vt ingreſſus ſum ad te, & hoc propter me ſeu meritis meis, qa aliquam
amicitiam & pietatem mihi exhibuiſti,pro quibus reddidit tibi Deus benedictionem iſtam
terrenam,qui nullum bonum irremuneratum relinquit.[Iuſtum eſt ergo vt aliquãdo]id eſt,
iam de cætero [prouideam domui meæ.]hoc eſt, familiæ, vtpote vxoribus ac ſoboli, immo
& mihi ſimul cũ eis, ſecundum quod ad veram ſpectat prudentiam & ſolicitudinem mode
ratam. [Dixitꝗ; Laban: Quid tibi dabo]pro mercede,vt quod petij facias? [At ille ait: Nihil
volo]mihi dari à te. Quaſi dicat: Non quæro munus à te, vel vt aliquid tribuas mihi gratis.
[ſed ſi feceris quod poſtulo]pro præmio mei laboris, [iterum paſcam & cuſtodiam pecora
tua]ad tempus,deinde poſtulatio iſta exprimitur: [Gyra omnes greges tuos,]id eſt,circum-
eundo diligenter inſpice atꝗ conſidera eos. [& ſepara cunctas oues varias & ſparſo vellere]
hoc eſt,oues quæ in vellere ſuo ſeu lana habent diuerſos colores,diuide ab ouibus vnius co-
loris: & committe oues illas diuerſoꝝ colorum, alijs, ſcilicet filijs ſeu pueris tuis, alendas &
cuſtodiendas,ita ꝙ oues vnius coloris ſub mea permaneant manu.[& quodcunꝗ *fuluum
& maculoſum variumꝗ fuerit,tam in ouibus ꝗ̃ in capris,]id eſt, omnes fœtus variorum co *furuũ.
lorum,naſcituri ex ouibus & capris vnius coloris,quæ manebũt ſub mea cuſtodia,[erit mer
ces mea. Reſpondebitꝗ mihi cras iuſtitia mea,]hoc eſt,in proximo ſeu futuro recipiã, Deo
ordinante,quod merui.[quando placiti tempus aduenerit coram te]hoc eſt,dum hora diſ-
ceptandi de eo quod eueniet, an ſcilicet iuſte vel iniuſte euenerit, præſens fuerit inter te &
me. Quaſi dicat: Si res ipſa meam oſtenderit iuſtitiam,per hoc quod contra conſuetum na-
turæ curſum orti fuerint fœtus diuerſorum coloꝝ ex fœmellis vnius coloris, tunc ſcies ꝙ
veraciter iuſte egerim tecum, ita ꝙ mirabilis ille effectus erit ſignum & argumentum iuſti-
tiæ meæ, cui nondum retribuiſti mercedem condignam. [& omnia quæ non fuerint varia
& maculoſa & fulua, tam in ouibus quàm in capris,furti me argues.]id eſt,de furto me vere
repræhendere potes ſuper omnibus quæ non fuerint variorũ colorum, ſed coloris vnius, ſi
aliquid tale inueneris inter fœtus qui erunt merces mea. quaſi dicat: Si deputauero ſeu ap-
propriauero mihi aliquem fœtum ouis aut capræ,fœtum inquam vnius tantũ coloris,hoc
furto aſcribatur. [Dixitꝗ Laban: Gratum habeo quod petis.]id eſt,poſtulatio tua placet mi
hi. Laban enim vir verſutus,naturalem curſum magis quàm diſpoſitionem prouidentiæ di
uinæ conſiderans,putabat ꝙ ſolito modo oues & capręvnius coloris,parerent fœtus vnico-
lores: ſicꝗ ſperauit ipſum Iacob parum aut nihil adepturum à ſe pro ſuo obſequio ac labo-
re. [Et ſeparauit] ipſe Laban doloſus [in die illa capras & oues] puta fœmellas, [& hir-
cos &

cos & arietes]vtpote mares illaꝝ.[varios atq; maculoſos,] .i.diuerſoꝝ colorum, & oẽs hos
vtriuſq; ſexus animantes diuerſicolores, dedit in manus filioꝝ & puerorum ſuorum: vt pa-
tet ex dictis, quoniam greges vnius coloris manſerunt ſub manu Iacob. Sed his cõtrariari vi
detur quod ſubditur:[Cunctum aũt gregem vnicolorẽ, id eſt, albi aut nigri velleris]hoc eſt,
qui erant omnino albi vel omnino nigri,[tradidit in manu filioꝝ ſuorũ.] Videtur itaq; ſen-
ſus eſſe, ꝙ greges hos vnicolores dedit in manus Iacob & filioꝝ ipſius, quorũ aliqui iam cœ
perunt cum patre ſuo exire in agrum, & officium illud addiſcere. Nec exprimitur Iacob, qa
iam ſatis expreſſus fuit per verba præhabita: nec hi qui ſub Iacob fuerunt paſtores, quoniã
filij Iacob quanuis adhuc paruuli, tñ principaliores illis reputabantur.[& poſuit ſpatium iti
neris inter ſe & generum ſuum, trium dieꝝ.] id eſt, Laban per trium dierum viam ſiue di-
ſtantiam ſeparauit greges vnicolores à gregibus diuerſorũ colorũ, ne ex vicinitate loci aut
dolo miſcerent ad inuicem, & ita generarent fœtus diuerſicolores: & ſpatium iſtud etiã fuit
inter Laban eiuſq; filios, & inter Iacob ac pueros eius, ſub eo gregẽ paſcentes. fuitq; Iacob
gener ipſius Laban. i. maritus filiaꝝ ipſius.[* quæ paſcebant reliquos greges eius.] Hoc refe
rendũ videtur ad illud q̃d dictum eſt,[filiorum ſuorum.] qui alebant pecora alia à præfatis.
ſicq; iuxta hanc expoſitionem, filij Iacob dicuntur filij Laban, qui fuit auus eoꝝ, qa fuerunt
nepotes ipſius, iuxta morem ſcripturæ, vnde ſequẽti capitulo Laban loquit de eiſdẽ: Quid
poſſum facere filijs ac nepotibus meis? ¶Sed huic expoſitioni obijcitur, ꝙ primogenitus Ia-
cob, ſ. Ruben, tempore huius conuentiõis inter Laban & Iacob factæ, vix erat ſeptẽ annoꝝ:
quia conuentio hæc facta eſt mox vt natus eſt Ioſeph, qui natus eſt circa finem ſeptẽnij à tẽ-
pore quo pater ſuus Iacob accepit Liam atq; Rachelem: ergo Ruben & fratres ei⁹ eo iunio
res, nondum poterant eſſe paſtores. Ad quod dicẽdum videtur, ꝙ vtiq; ſicut experientia do
cet, aliqui pueri ante ſeptẽnium ſuũ incipiũt oues & pecora cuſtodire. Dictũ eſt q̃q; in iſto
capitulo, ꝙ Ruben de agro regreſſus, attulit matri ſuæ mandragoras, quod fuit ante natiui-
tatem Iſachar ac Zabulon filioꝝ Liæ, ita ꝙ Ruben non fuit tunc multum plus q̃ quinquen
nis: idcirco poſt duos annos ipſe & Simeon ac Leui poterant patri ſuo aliqualiter deſeruire
in pecoꝝ paſtu, pręſertim qm̃ credi poteſt ꝙ pueri erant tunc infra tot annos maioris quã-
titatis ac roboris, q̃ ſint modo, & forte hoc ſpecialiter fuit in filijs Iacob, q fuit robuſtus vir
quando genuit eos, & aliquid ſpecialis doni ac indolis fuit fortaſſis in eis, meritis ſui patris,
quatenus ei magis poſſent in neceſſarijs deſeruire. Deniq; dictum eſt, ꝙ non ideo dicitur La
ban tradidiſſe pecora iſta in manu filiorum Iacob, quia ipſi tunc erant principales illoꝝ pa-
ſtores, ſed ob cauſam prætactam. Veruntamẽ Lyra iſtud quod de filijs Iacob dictum eſt, re-
probans, dicit quòd litera noſtra hic multum diſcrepat ab Hebraica litera, quæ (vt dicit)
ſub vnico contextu & verſu exprimit totum ab illo loco,[& ſeparauit in illa die,]vſq; ad id,
[tradidit in manu filiorum ſuorum.]& vbi noſtra tranſlatio habet, [cunctum autem gregẽ
vnicolorem,] aſſerit in Hebræo haberi, [omne quod habebat albũ in ſeipſo, & omne rufum
in arietibus, tradidit &c.] quod ſecundum eum ita exponunt Hebræi, omne quod habebat
album in ſe, hoc eſt, albam maculam, quantumlibet paruam, & omne rufum, quantũcunq;
modicum habens de rufo, quanuis totum reſiduum velleris eſſet vnius coloris, tradidit in
manus filiorum ſuorum, id eſt, filiorum ſuijpſius. Et verum eſt, ꝙ litera iſta planior eſt quàm
noſtra: ſed ſecundum eam non fit hic mentio, niſi de pecoribus diuerſoꝝ colorum. Eſt de-
mum totus hic paſſus ab illo loco,[Gyra omnes greges tuos]vſq; ad verba infrà ſequentia,
ſcilicet,[Tollens ergo Iacob virgas:]vltra modum intricatus atq; difficilis, non propter ma
teriæ altitudinem, quæ ſi verbis planis recitata fuiſſet, nullã prorſus difficultatem haberet:
ſed quia hæc ipſa hiſtoria, eſt hic multum ſuccincte, obſcure, breuiterq; narrata, in tantum
Hieron. quòd aliqua ſubaudire oportet. propter quod circa hunc locũ ſcribit ſanctus Hieronymus:
Multum cõfuſus eſt ſenſus horum verboꝝ apud Septuaginta, & vſq; hodie nullum noſtro
rum potui inuenire, qui hunc locum plane exponeret. Itaq; Iacob loquẽs ad Laban: Vis, in
quit, vt ſeruiam tibi alios ſeptem annos? fac quæ poſtulo, ſepara oẽs diſcolores & varias tã
oues q̃ capras, & trade eas in manu filiorũ tuoꝝ, & ex vtroq; grege alba & nigra pecora vni⁹
coloris da mihi. Si quid ergo ex albis & nigris, quæ vnius coloris ſunt, varium fuerit natum,
erit meum: ſi quid vnius coloris, hoc erit tuum. Quaſi dicat: Difficilẽ rem nõ peto. tecum fa-
cit natura pecorum, vt alba ex albis, & nigra naſcantur ex nigris. Mecum iuſtitia mea, dum
Deus humilitatem meã reſpicit & laborẽ. Hęc Hieronymus. ¶Deinde deſcribit induſtria Ia
cob in iſto negocio:[Tollens ergo Iacob virgas populeas virides & amygdalinas, & ex pla
tanis].i. virgas plataninas ſeu ex arbore platano[ex parte decorticauit eas] cortices in certis
locis ſeu partibus virgarum abſtrahendo.[Detractiſq; corticibus in his quæ ſpoliata fuerãt]
hoc eſt, in partib⁹ virgaꝝ decorticatis,[candor].i. clara albedo [apparuit. Illa vero quę in-
tegra fuerant, viridia ꝑmanſerunt] id eſt, partes virgarum non decorticatę, virides perſeue-
rabãt. [atq; in hũc modũ color effectus eſt varius]in his virgis, q̃ triplicis ſpeciei fuerũt, ſeu
ex tribus

ex trib⁹ arborib⁹ ſpecifice diſtinctis, quatenus color magis diuerſificaret in eis, & in fœtib⁹
ꝓducendis. [Poſuitq; eas in canalib⁹,] hoc eſt, lignis ſeu ſaxis cauatis,[vbi effundebat aqua]
i. in aqua hauſta fundebatur, vt pecora biberent, & aliqui dicũt, ꝙ ibi fuerũt tres carnales, &
ꝙ in q̃libet canali poſuit virgas vnius ſpeciei: alij putant ꝙ in ſingulis canalibus poſuit tri-
plices virgas illas, & ꝙ virgæ erant tantæ longitudinis, ſicut concauitates canaliũ, quatenus
q̃dlibet pecus potans, eas adſpiceret.[vt cũ veniſſent greges ad bibendum, ante oculos habe-
rent virgas, & in adſpectu eaꝝ conciperẽt &c. Igitur qñ primo tẽpore aſſcendebãtur oues]
i. qñ arietes aſſcẽdebant ſup oues verno tẽpore ad hoc aptiore.[ponebat Iacob virgas in ca-
nalibus aquaꝝ ante oculos arietum & ouiũ, vt in eaꝝ cõtemplatione conciperẽt] ipſæ oues
ex cõmixtione arietum.[quando vero ſerotina admiſſura erat].i. in ea cõmixtione quæ fie-
bat in fine veris, quæ tardior fuit q̃ prima.[& conceptus extremus].i. vltimus anni[non po-
nebat eas]ſ. virgas in canalibus.[Factaq; ſunt ea quæ erant ſerotina, Laban &c.]hoc eſt, fœ-
tus ouium & capraꝝ nati ex commixtione extrema ſeu vltima, ꝑtinuerunt ad Laban, qm̃
erãt vnius coloris, ſicut & matres eoꝝ, quæ eos concipiendo, nõ adſpexerũt virgas diuerſo-
rum coloꝝ: & fœtus illi ſerotini, erant alijs viliores: qa in appetentibus coitum tarde, min⁹
viget natura. ¶Porro fœtus primi tẽporis, erãt meliores, qm̃ ex naturæ fortitudine ꝓuenit,
ꝙ animalia citius ac vigoroſius fœcũdant & generant ſiue concipiũt. Vnde ne dolus vel po
tius induſtria ipſius Iacob depręhenderetur, ſic temperauit practicã ſuã, ꝙ in vna animali-
um cõmixtione virgas ponebat, & non alia: ponebat tñ eas in cõmixtione, ex qua meliores
fœtus naſcebantur, qa pertinebant ad eum, & varij erant. Vel (vt in Scholaſtica hiſtoria ha- Euſebi⁹.
betur) ſerotina admiſſura ſeu mixtio appellatur, quæ fit in autumno: quia natura ouiũ Me-
ſopotamiæ & Italiæ, eadem eſſe fertur, ita vt in vno anno bis pariant, iuxta illud poetæ: Bis
grauidæ fœtu. Ad hoꝝ intelligentiã aduertendum, ꝙ iſtud eſt naturale, vt tam in hominib⁹
q̃ in pecoribus matres concipiant fœtum ſimilẽ rei, cuius formam, diſpoſitiõem ſeu ſimili-
tudinem intenſius imaginant tẽpore coitus. Hanc quippe virtutẽ habet vis imaginatiua ſu
pra corpus atq; materiam ex qua fit conceptus, ꝙ ſimiles cõcipiũtur fœtus illis, quos in ex-
tremo coitus calore intente imaginantur ſiue inſpiciunt. Hoc Iacob iſte cognoſcens ex na
turali ſcientia, vel vt infrà tangetur, potius ex inſtructiõe angelica, ſic vſus eſt ſua induſtria,
ꝙ in ipſo feruore diei, dum oues & capræ ſtabant, & cũ magna auiditate bibebãt, fecit arie
tes & caprarum maſculos ſ. hircos, ſuper oues & capras aſſcendere, vt ex duplici deſiderio,
dũ & auide biberant, & aſſcendebant à maribus, tales fœtus conciperent, quales vmbras ſeu
ſimilitudines arietũ & hircoꝝ ſup ſe aſſcendentiũ, contẽplabantur in aquis canaliũ, vtpote
fœtus diuerſoꝝ coloꝝ, quia ex virgis in aquis poſitis, vari⁹ apparebat imaginũ color. ¶Cir
ca hoc ait Hieronymus: Nec miꝝ hãc eſſe naturã in cõceptu fœminaꝝ, vt quarũ ſimilitudi- Hieron.
nem cõſpexerint, aut apꝑhenderint in extremo ſeu maximo voluptatis ęſtu, ex q̃ cõcipiũt,
talem & pariant ſobolẽ, cum hoc ipſum ſeruari dicat in gregibus equarũ apud Hiſpanos, vi
delicet ꝙ pulchros equos ponũt ante oculos equaꝝ tẽpore coitus. Quintilianus q̃q; excuſa-
uit matronã quãdã q̃ Aethiopẽ peperit, per hoc ꝙ cõſiderauit id accidiſſe ex inſpecta imagi
ne. ¶Inſup ſcriptũ eſt in libris Hippocratis, ꝙ mulier q̃dam fuiſſet punienda ex ſuſpiciõe ad
ulterij, eo ꝙ peperit pulcherrimũ puerum, tam ſibi q̃ viro ſuo ac toti ſuæ parentelæ diſſimi-
lem, niſi ipſe Hippocrates medicus monuiſſet inquiri, an talis imago ſeu pictura in cubicu-
lo eſſet: qua inuẽta, fuit mulier liberata. ¶Hinc Alexãder de Halis in ſcripto ſuo ſup ſecundũ Alexan.
ſententiaꝝ, q̃ſtione qua quærit, vtrũ in ſtatu innocentiæ à primis parentibus ac cæteris fuiſ- Halẽſis.
ſent geniti tot filij, q̃t filię, ait: Multiplex eſt ratio, cur variaf vis gñatiua in actu gñandi. Vna
ſumit ex parte aĩæ, Vis nãq; generatiua multũ cõformaf accidentibus & imaginatiõibus aĩę,
vt experimẽtaliter patet. Nã ex memoria delectatiõis frequẽter excitaf pruritus carnis, atq;
ex forti imaginatione in ſomnis, fit effuſio ſeminis, quẽadmodũ ad præſentiã mulieris. Vis
q̃q; formatiua, quæ eſt ꝑcipua vis in ſemine, multũ adiuuatur ab imaginatione, vt patet in
ouib⁹ Iacob. Nõ ſolũ aũt variatio gñationis accidit ex parte virtutis aĩalis mouẽtis & imagi Gen. 31.
nãtis in ſtatu naturæ lapſæ, ſed etiã in ſtatu naturæ inſtitutę ac integrę, ĩmo & potius. Tẽpo-
re eñi naturæ inſtitutę, in q̃ corpus ſubiectũ fuit aĩæ, cum vir vellet & intenderet generare vi
rũ, imaginaret viꝝ: & ex hoc vigoraretur virtus naturalis in agendo, vt eſſet ſemẽ maioris
virtutis, ſicq; generaretur ſexus vigoroſus & maſculinus. Porro dũ vellet & imaginaretur ge
nerare ſexũ fœmineum, tunc impreſſione minus forti ageret in naturam corporalẽ inferio-
rẽ, & tũc ſemen eſſet minus forte, & generaretur ſexus fœmineus: idcirco in ſtatu naturę in-
ſtitutæ, generatio maris & fœminæ ſubeſſet voluntati rationali: & qm̃ ratio tũc dictaret oĩa
eſſe facienda ordinate, & tot producere mulieres quot viros, vt quilibet haberet adiutoriũ
ſimile ſibi, ſecundum exigentiã legis matrimonij, ideo tunc produceret viros & mulieres in
numero pari. Nunc aũt quia vis generatiua nõ ſubeſt omnino virtuti animali ſeu imagina-
tiuæ, nec etiam rationali, licet eis aliquo modo cõformetur, ſed ex cauſis alijs variatur: hinc
modo

modo non eſt certa determinatio numeri in viris aut mulieribus generãdis, & hęc eſt quo-
rundam opinio. Hæc Alexander Hales. ¶Præterea quæritur, cur aut qualiter ſine peccato
Aug.16. vſus eſt Iacob præfata circunuentione ſeu practica. Ad hoc reſpondet Auguſtinus, ꝙ fecit
de ci. dei hoc vt propheta, & non ſine ſpirituali reuelatione, qua præcognouit qualiter eſſet futurum.
cap. 38. Alij quoq; adijciunt iuſte id actũ eſſe, quoniam Laban ſæpe doloſe egit cum Iacob, & tene-
batur ei in multis: ſicq; Iacob prudenter retraxit ad ſe, quod ſuum erat de iure, & Deo inſpi
rante hoc fecit, quemadmodũ filij Iſrael egreſſuri Aegyptum, accõmodabant ab Aegyptijs
Exo.11. aliqua precioſa. Non enĩ remunerati erant ab Aegyptijs pro ſuis laboribus atq; obſequijs il
lis impenſis. ¶Poſtremo Hieronymus circa hæc ſcribit: Iacob nouam ſtropham cõmentat᷒
eſt, & contra naturã naturali arte pugnauit. Attamen in hac arte noua ſeruauit iuſtitiam, q̃a
ſi omnes agni & hœdi fuiſſent varij nati, fuiſſet ſuſpicio doli, & Laban apte occurriſſet. ſic er
go Iacob temperauit, vt & laborum ſuoꝝ perciperet fructum ſeu pręmiũ, & Laban non pe
Hieron. nitus expoliaretur. Hæc Hieronymus. [Ditatusq; eſt homo] ſcilicet Iacob, qui in facto præ-
ſcripto rationabiliter ac prudenter ſe habuit, [vltra modum] id eſt, valde & vltra ſolitũ, cõ-
munemq; miniſtroꝝ euentum, non tamen immoderate per culpæ exceſſum, quia iuſte ſic
accidit. [& habuit greges multos, ancillas & ſeruos, camelos & aſinos.] Quocirca quæri po-
teſt, an Iacob vſus ſit prædicta induſtria circa oues & capras dũtaxat, an etiam circa cætero-
rum pecoꝝ greges. Ad q̊d non videtur ex litera haberi certa & manifeſta reſponſio: ſed q̊-
niam infrà legit Iacob eduxiſſe de Meſopotamia tantã multitudinẽ non ſolũ ouiũ & capra-
rum, ſed & vaccaꝝ, aſinoꝝ & cameloꝝ, videri poteſt alicui, ꝙ etiam de illis ſic fecerit.

¶De ſpiritali eiuſdem capituli XXX. intellectu. Art. LXXVI.

CErnens autem Rachel ꝙ infœcunda eſſet, inuidit ſorori ſuæ, & ait marito ſuo: Da mi-
hi liberos, alioquin moriar.] Per Rachelem intelligitur anima cõtemplatiua, quæ con
templationis ſuæ fructu interno & propriæ ſalutis profectibus non contenta, inuidet
ſuæ ſorori fœcundæ, i. per modũ inuidentis ſe habet circa animam viri actiui, in alioꝝ con
uerſione & prædicationibus fructuoſi, cõquerẽs ſponſo cæleſti, & rogans eundẽ vt ſibi det
liberos, i. per ſe alios conuertat, reformet ac ſaluet. Cui Chriſtus reſpondet, ex parte ſui non
eſſe defectum. Cui rurſus hæc Rachel ſeu contẽplatrix anima dicit, [Habeo ancillam &c.] id
eſt, carnem iſtam mortalẽ cui coniuncta ſum, illam fœcunda, dando mihi gratiam ac virtu
tem, vt corpus meum ita afficiam flagellis, vigilijs, abſtinentijs, fletibus, atq; orationũ inſtan
tijs, quatenus meritis horum corporalium exercitiorum meoꝝ obtineam alioꝝ conuerſio
nem, eos quoq; qui interdum me viſitant, tam efficaciter horter & alloquar, vt conuertan-
tur atq; ſaluentur. [Deditq; illi Balam in coniugium.] Bala interpretatur inueterata. Tunc er
go Bala traditur in coniugium Iacob, dum caro ex antiquo fomite vitijsq; infecta, rationi
ſubijcitur, & ſponſo cæleſti ad ſeruiendum offertur, iuxta illud Apoſtoli: Exhibeatis corpora
Rom.12. veſtra hoſtiam ſanctam, viuentẽ, Deo placentem. ſicq; Chriſtus per carnis hui᷒ obſequium
ſpiritales generat filios. [Sentiens Lia ꝙ parere deſiſſet, Zelpham ancillam ſuã marito tra-
didit.] hoc eſt, anima viri actiui, qui præ debilitate opera non valet miſericordiæ amplius ex-
ercere, aliam quamcunq; perſonã ei ſubſeruientẽ, Chriſto loco ſui aſſignat, vt per illam fiãt
huiuſmodi, & opera producantur virtutum. Amplius, per hoc ꝙ Rachel deſiderauit man-
dragoras Liæ, ei à filio ſuo Ruben allatas, ſignatur ꝙ anima contemplatiua quandoq; appe
tit bonę famę odorem, quam anima habet actiua per opa fidei corã alijs facta, quę deſignã-
tur per Ruben primogenitum Liæ, qui filius viſionis interpretatur, per quẽ opera fidei (quę
eſt ſpiritalis oculus animæ) intelliguntur. Lia aũt reſpondet Racheli: [Parum ne tibi videt
ꝙ præripueris maritũ] meum [mihi &c.] qm̃ anima viri actiui forinſecus occupata, frequẽ-
ter conqueritur ſe à cæleſtis ſponſi amplexibus impediri, & ſe potius ꝗ proximi ſui animam
ad exteriora officia applicari. Cui tamen interdũ anima cõtemplatiua condeſcẽdens, fauet
vt ad tempus contemplationis vacet quieti, in ſponſi amplexibus quieſcendo: ſicq; aĩa acti-
ui ſupernaturaliter fœcundata & roborata, rurſus generare & priſtina virtutũ exercitia exe
qui incipit. Tandem recordatus dñs Rachelis, aperit vuluã eius, ita ꝙ parit Ioſeph, hoc eſt,
mentem cõtemplatiuam tanto implet zelo faternæ ſalutis, ꝙ merito affectionis tam ſanctæ
obtinet alicuius conuerſionẽ, per q̊d arbitratur ſe ab infœcunditatis ſuæ ereptã opprobrio,
nec tñ contentatur omnino, ſed alterius quoq; adhuc ſitit ſalutem, dicẽs: [Addat mihi domi
nus filiũ alterum.] Præterea nato Ioſeph, voluit Iacob ad patriam ſuã reuerti: quia dũ Chri
ſtus multos ex ſynagoga tam actiuos ꝗ cõtemplatiuos ſuo diſcipulatui coniunxiſſet, ac re-
gnaſſet, voluit reuerti ad patrem, patriãq; cæleſtẽ. Vir quoq; fidelis cõtemplatiuæ vitę fructu
guſtato, cupit exterioribus reſignare, & interiorib᷒ pure inſiſtere, quem Iacob cupit adhuc
in exterioribus & priſtino ſuo detinere obſequio. Vir aũt contemplatiuus, penſans quãtum
ex hoc Iacob poſſit fructificare, eo pacto cõſentit, vt oues & capræ diuerſoꝝ coloꝝ, ſint ſuę,
i. quatenus eos poſſit conuertere, & ſpiritales ſuos efficere filios, q duplicitatis vitio & ma-

culis prauitatũ ſunt reſperſæ. Cui dominus in hoc aliquando acquieſcit, ita ꝙ orationibus,
exhortatiõibus, meritis & exemplis viri talis, peccatores tales conuertit: alios vero greges,
ſcilicet iuſtos, alijs committit paſtoribus. Itaq; Iacob ouibus ſibi creditis virgas decorticatas
& multiformiter coloratas, tempore ſpiritalis fœcundationis proponit, hoc eſt, præcepta
iuſtitiæ, authoritatem eccleſiaſticã, poteſtatẽ verbi cæleſtis, per quæ quaſi per virgas corri-
guntur iniqui & reformantur ac diriguntur, quæ etiã virgæ multiplici ſunt decore rectitu-
dinis ac gratiæ decoratæ. Vnde & lex Chriſti virga vocatur, iuxta illud Pſalmi: Virgam vir- Pſal.109.
tutis tuæ emittet dominus ex Sion. Itemq;: Virga æquitatis, ſeu virga directionis, virga re- Pſal. 44.
gni tui. Præterea in canalibus aquarum ponuntur hæ virgæ, id eſt, in libris ſacræ ſcripturæ
(q aqs ſapientiæ ſalutaris & gratiarum fluentis repleti ſunt) continentur deſcriptæ. Cortex
vero à virgis detrahitur, dum ſuperficialis & indiſcretus intellectus, aut etiam rigor diſtor-
tus, à præceptis & documentis atq; eccleſiaſticis authoritatibus remouetur, ne quis volun-
tate pro lege vtatur, aut præcepta abſq; diſpenſatione & vera interpretatione iuxta men-
tem legiſlatoris iubeat obſeruari. Itaq; per hæc oues & capræ, id eſt, fideles qui ante fuerunt
diuerſitate vitiorum perfuſi, fiunt varietate virtutũ ornati, per quod homo qui præſidet eis,
ſeu ita eoſdem conuertit, vltra modum ditatur ſobole ſpiritali ac meritis in præſenti, præ-
mijsq; in futuro: quoniam omnium illorum opera bona & ſalus in ipſum redundant, & ipſe
cum ſingulis atq; ꝓ ſingulis coronat: habetq; aſinos & camelos, vtpote eos q onus præcepto
rum cæleſtium prompte ac obedientialiter portant. Alterutrum quoq; onera ſua pie ſuppor-
tant, quatenus omnes ſimul à Deo portari & miſericordiam conſequi mereantur, quemad- Galat. 6.
modum monet Apoſtolus: Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.

¶Elucidatio cap. XXXI. Poſtꝗ autem audiuit verba filiorum Laban. Arti. LXXVII.

REcitatur in iſto capitulo ſancti Iacob cum ſuis reuerſio ad terrã natalem. [Poſtquam
autem audiuit] Iacob [verba filiorum Laban, dicentium: Tulit Iacob omnia quæ fue-
runt patris noſtri &c.] id eſt, omnes diuitias eius abſtulit ei & nobis per practicas ſuas.
Et eſt hyperbolicus ſermo ſeu per ſynecdochen dictus, quaſi dicant: Tanta abſtulit, ꝙ parum
nobis remanſit. [animaduertit quoq; faciem Laban, ꝙ non eſſet circa ſe ſicut heri & nudi-
uſtertius] i. cõſiderauit ꝙ Laban nõ habuit ſe circa ipſum amicabiliter & fauorabiliter, ſic-
ut præterito tẽpore conſueuit, immo ſigna indignationis & auerſionis à ſe, perpendit in vul
tu Laban. [maxime dicẽte ſibi domino] per inſpirationẽ internam, vel reuelationẽ angeli-
cam, [reuertere in terram patrum tuoꝝ &c.] i. ad terram Chanaan, in qua Abraham & Iſaac
habitauerunt, & Iſaac tunc adhuc habitabat, [eroq; tecũ] ꝑ gratiam ſpecialẽ. [miſit] nunci-
um [&] ꝑ iſtum [vocauit Rachel & Liam in agrũ vbi paſcebat greges.] Vocauit q̊q; tunc aut
paulopoſt alias duas vxores, ſed iſtæ non exprimunt, tanꝗ minus principales, quæ & famulæ
erant principalium coniugum, ſcilicet Rachelis ac Liæ, earumq; voluntatẽ ſequi habebant.
Vocauit aũt eas in agrũ, vt ibi cũ eis tractaret liberi᷒. [dixitq; eis: Video faciẽ patris veſtri, ꝙ
non ſit erga me ſicut heri & nudiuſtertius. Deus autem patris mei fuit mecũ, & ipſæ noſtis ꝙ
totis virib᷒ ſeruierim patri veſtro.] Litera ꝓ maiori parte plana eſt valde. [Sed & pater ve-
ſter circunuenit me] i. frauduleter egit mecũ, meq; fefellit quãtum in ſe fuit. [& mutauit mer
cedẽ meam decem vicibus.] Hoc fecit Laban infra quinq; vltimos annos, quibus Iacob ſibi
ſeruiuit. Oues enim (vt dictum eſt) in Meſopotamia pariunt bis in anno. Iacob aũt ſerui-
uit ipſi Laban ꝑ ſex annos, poſt q̃tuordecim annos qbus ei ꝓ duabus ſuis ſeruierat filiabus: &
in primo illoꝝ ſex annoꝝ, non mutauit mercedem ipſius Iacob, vt dicitur: quia nondũ ad-
uertit ꝙ fœtus primi ſeu verni tẽporis, eſſent ipſius Iacob: & fœtus ſerotini, ſui: ſed hoc com
pto, mutauit in ſequentibus qnq; annis mercedem Iacob, bis quolibet anno, vt infrà in lite-
ra continetur. & tamen non dimiſit eum Deus vt noceret mihi. [id eſt, per ſuam fraudulen-
tiam nocumentum mihi inferret. [Si quando] id eſt, dum aliquando [dixit, varię,] hoc eſt, fœ
tus ouium & caprarum diuerſicolores, nati ex ouibus & capris vnicoloribus, [erunt merce-
des tuæ, pariebant omnes oues] quæ ſub mea erãt cuſtodia, [varios fœtus:] id eſt, diuerſicolo
res. [quãdo vero ecõtrario ait, Alba quæq; accipies ꝓ mercede,] id eſt, fœtus vnicolores, [oẽs
greges alba peperunt.] Si hoc accipiatur de omnibus gregibus pecoꝝ ſpecie diſtinctorum,
ſequetur ꝙ pactio illa mercenaria, intelligenda ſit, nõ ſolum de ouibus & capris, ſed & de ca-
melis, vaccis & aſinis. [Tulitq; Deus ſubſtantiã patris veſtri,] qua ipſe indignus fuit, vel quã
ipſe habuiſſet niſi hoc demeruiſſet. Non enim habuit vnꝗ hos fœtus, qui deuenerunt in par-
tem Iacob, tanꝗ de iure ꝑtinentes ad ſe. [& dedit mihi.] Et modus illius dationis ſubiungit:
[Poſtꝗ enim conceptus ouium tempus aduenerat] i. ſtatim quãdo inſtabat tempus q̊ oues
concipe debuerunt, ante ipſam arietũ ouiumq; cõmixtionem, [leuaui oculos meos] interio-
res, quia ſubiungitur, [& vidi in ſomnis] vnde ad illam oculorum eleuationem incitaba-
tur intus ab angelo. Vidi ergo in ſomnis [aſcẽdentes mares ſup fœminas,] mares inquã [va-
rios & maculoſos & diuerſoꝝ coloꝝ. Dixitq; angelus dñi ad me in ſomnis: Iacob. Et ego re-

ſpondi,Adſum.]Iſta fuit interior colloquutio,iuxta quod loqtur Zacharias: Angelus q lo-
quebatur in me,egrediebat.Sic & in euãgelio ſcriptum eſt:Angelus dñi apparuit in ſomnis
Zach.3. Ioſeph, dicens: Accipe pueꝝ &c. In ſomnis qppe exteriores ſenſus ſunt clauſi & quietati, &
Matt.2. ita eſt homo tunc aptior ad reuelationes,tanꝗ minus circa exteriora diſpſus,& ꝑ conſequẽs
minus ab interioribus impeditus:tuncq; audit interiori auditu,quid loquatur in ſe dñs De-
us ſeu angelus eius: tũc q̊q; ratio viget potiſſimũ in prophetis, & in eis qui deſuꝑ illuſtrant,
Pſal.44. cum tñ in alijs dormientibus ꝓpter exterioꝝ ſenſuum ligationem vſus ſeu iudicium ratio
nis ſopitum ſit.[Qui ait:Leua oculos tuos]interiores,vim ſ.imaginatiuam & intellectiuam,
qa hæc viſio imaginaria fuit & etiam intellectualis, qm̃ angelo edocente, intellexit ipſe Ia-
cob hanc viſiõem.[& vide vniuerſos maſculos aſſcendẽtes ſuꝑ fœminas,aſpſos,varios &c.]
Quaſi dicat:Sicut nunc vides in ſomnis,ſic fiet in re.Veruntñ viſio iſta recitat hic incomple
te & breuiter,& ſubintelligenda ſunt multa.Credit nanq; ꝙ in hac apparitione angelus do-
cuit Iacob totum quod fecit de virgaꝝ decorticatione & poſitione in aquis canaliũ &c.prę-
dixitq; ei qd eueniret.Veruntñ in prima aſſcenſione maſculoꝝ ſuꝑ fœmellas,maſculi perti-
nentes ad Iacob,erant vnicolores,nõ varij:ſed mutata mercede,maſculi diuerſicolores,erãt
ipſius interdum.[Ego ſum]repręſentatiue,non ſubſtãtialiter [Deus Bethel &c.]hoc eſt,in ꝑ
ſona Dei q tibi iuxta Bethel ꝑ ſubiectam creaturã apparuit,etiã nunc loquor & appareo ti-
bi.[Rñderuntq; Rachel & Lia,]ſine quaꝝ conſenſu & comitatione Iacob nolebat nec debe
Gene.2. bat recedere,qa maritus & coniunx debent cohabitare,quemadmodũ Adam prædixit:Re-
linquet homo patrem ſuũ & matrẽ,& adhærebit vxori ſuæ.[Nunqd habemus reſidui quicꝗ
in facultatibus & hæreditate domus patris noſtri?]Q.d. Nihil de cętero expectare habemus
à patre noſtro, nec aliqd reſtat nobis in opibus eius,qm̃ filijs ſuis deputauit & dabit qcquid
adhuc habet:ideo non eſt nobis cauſa manendi cũ eo qñ tu vis abire.[Nonne q̃ſi alienas re-
putauit nos,& vẽdidit?].i.vtiq; ita nos tradidit tibi in cõiuges,q̃ſi fuiſſemus ei alienæ,eiuſq;
ancillæ,dando nos tibi nudas ſeu abſq; notabili dote aut poſſeſſione,& vendidit tibi nos pro
obſeqo q̃tuordecim annoꝝ. [comeditq; precium noſtrũ &c].i. poſſeſſiones ſeu pecora, q̃ ex
tuo obſeqo acqſiuit,fuerunt victualia eius,q̊d obſequium fuit precium,ꝓ quo dedit nos ti-
bi quaſi rem venditam.[Surrexit itaq; Iacob,& impoſitis liberis]ſ.vndecim filijs & vna filia,
[ac coniugibus ſuis]q̃tuor[ſuꝑ camelos,abijt.]In textu aũt non exprimit, an vxores ſuæ at-
tulerunt ſecum pueros ſuos qñ vocauit eas in agrũ:& verius puto ꝙ non, & ꝙ poſt præfatã
colloquutionem redierunt ad domũ,& pueros ſuos ac alia quædam ſecum portarunt,ꝓpter
verba ſequẽtia,præſertim qa paulopoſt ſubdit ꝙ Rachel furata eſt idola patris ſui:niſi for-
te dicat,ꝙ Iacob in illa vocatione intimauit eis occulte cum nuncio ſuũ ꝓpoſitum.[Tulitq;
Gen.30. omnem ſubſtantiam ſuam,& greges,& quicquid in Meſopotamia acquiſierat &c.]ſ.lectos,
vtenſilia,victualia,pecora,pecunias,ſeruos ac famulas.[Eo tempore ierat Laban ad tonden
das oues,]in quaꝝ tonſione fuit occupatio longa,& remote diſtabat locus ille à Iacob,cũ di-
ctum ſit præcedenti cap. ꝙ Laban poſuit ſpatium trium dieꝝ inter ſe & geneꝝ ſuum,& ita
nactus eſt Iacob tempus magis opportunũ ad fugã. [Et Rachel furata eſt idola patris ſui,]
vt occulte coleret ea,vt aliqui opinant,q̊d non videtur,qa(vt patuit) aſſidue inuocauit Deũ
veꝝ ꝓ ſua fœcundatione:natoq; Ioſeph,Dei beneficiũ recognouit,& gratias egit Deo.Ali-
qui putant ꝙ ex cupiditate abſtulit ea,qm̃ precioſa fuerunt,& ipſa patri indignabatur,ꝙ q̃ſi
alienam vendiderat eã.& in textu habetur ꝙ furata ſit ea,ſed nõ videt ꝙ fuerit tam iniuſta.
Euſebi. Hinc in Scholaſtica hiſtoria legit,q̊d ex Ioſepho ſumptum eſt,ꝙ tulit ea ſecum non ad colen
Ioſep.li. dũ,quia à viro ſuo didicerat ea non eſſe colenda:ſed vt confugiendo ad ea,veniam impetra-
1.an.Iu, ret à patre ſuo,ſi depręhenderetur ab eo in via. Alij dicũt ꝙ tulit ea ſecum, quatenus patrem
cap.27. ſuũ ab idololatria reuocaret. ¶Circa hoc ſcribit Lyra, ꝙ vbi noſtra translatio habet, idola,
in Hebræo habet,Theraphin:& dicunt aliqui,ꝙ ſunt imagines factæ partim ꝑ aſtronomiã,
partim per nigromantiam,quæ dant rñſa.Hebræi dicũt ꝙ ſit caput alicuius pueri primoge
niti interfecti,diabolo immolati,q̊d p̃ciſum ſalſat,aromatibuſq; condit,vt valeat diu dura-
re,ſuꝑ cuius linguam ponit nomẽ diaboli in aurea lamina,ſicq; donat reſponſa. Certum eſt
tñ,ꝙ talia non habent virtutẽ dandi rñſa, niſi inquantũ Deus permittit,vt ſcilicet ꝑ ea diabo
Hieron. lus ipſe reſpondeat,quod ꝓpter incredulitatẽ & vitia hoĩm Deus q̃nq; permittit. Hierony-
mus q̊q; fatet,ꝙ in Hebræo Theraphin habeat,quod Aqla figuras vel imagines interpretat:
R.Paul. ſed Rabbi Paulus affirmat,ꝙ Theraphin in Hebræo non ſemꝑ ſignificat ſimulacra facta ad
1.Re.19. idololatrandũ,vel ad rñſa dæmonum reqrenda. Nam primo Regũ quo legit,Accepit Micol
ſtatuã & poſuit in lecto,ſ.ꝓ Dauid,in Hebræo habet,accepit Theraphin.nec eſt putandũ ꝙ
in domo Dauid fuerit Theraphin ad vſus illos tã vitioſos,ſed ad aliq̃s licitas repręſentatiões
[Noluitq; Iacob cõfiteri ſocero ſuo ꝙ fugeret.]Ex hoc apparet,ꝙ Labã habuit Iacob ſuſpe-
ctũ de fuga, & ꝙ ſciſcitatus eſt eũ inde, cui Iacob noluit ſuũ cõfiteri ꝓpoſitum, ne impediret.
à Laban.[Cũq; abijſſet tã ipſe ꝗ oĩa quæ iuris ſui erãt,& amne trãſmiſſo],i, fluuio Meſopota
miæ

miæ ꝑtranſito,[pergeret cõtra montem Galaad,]hoc eſt,verſus montem iſtũ,qui tñ poſt hęc
vocatus eſt Galaad,vt in iſto habetur cap.[nũciatum eſt Laban die tertio, ꝙ fugeret Iacob.]
Ex quo elicitur,ꝙ primo die quo Iacob inijt fugam, qdam cœpit ire ad Laban ad annunci
andum hoc ei,qa(vt dictum eſt)locus vbi filij Laban pecora ſua paſcebant, diſtabat itinere
trium dieꝝ à Iacob:& forſitan Laban fecit obſeruari an fugeret. [Qui aſſumptis fratribus
ſuis].i.filijs & cognatis,[perſequutus eſt eum &c.Viditq; in ſomnis dicentem ſibi dñm:Caue
ne quicꝗ aſpeꝝ loquaris contra Iacob &c.]Hoc Deus dixit ꝑ angelum, quem Laban in ſo-
mno viſione imaginaria vidit in ſimilitudine quadam humana. Vel ſumitur hic videre pro
audire,ſicut in Apocalypſi:Cõuerſus ſum vt viderem vocẽ. [Et dixit ad Iacob:Quare ita egi Apoc.1.
ſti,vt clam me abigeres].i.me ignorante tam præcipitanter auferres,& tecum aſſumeres,[fi
lias meas quaſi captiuas gladio?&c.].i. violenter, q̊d falſum erat,quia filiæ Laban ſponte ac
libenter abierunt cum ſuo marito.[Stulte opatus es &c.]taliter fugiẽdo.Hoc non eſt veꝝ,q̊
niam Deo præcipiente hoc fecit,q & protectionem ſuam ei ꝓmiſit,quod fecit in tm̃,ꝙ pro-
hibuit ipſi Laban,nõ ſolum lædere aut tangere,ſed etiã dure affari pium Iacob.[Eſto].i. ſit
ita,ſeu concedat quod dicam.[Ad tuos ire cupiebas, & deſiderio tibi erat domus p̃ris tui].i.
ipſos parentes tuos, eorumq; domum & terrã optaſti videre,quod valde fuerat naturale,prę
ſertim poſt annos viginti. [Cur furatus es deos meos?] Laban per propria verba pandit ſuã
ſtultitiam.Etenim quales dij fuerunt qui furto poterãt tolli?& quomodo poterant cuſtodi-
re ſuos cultores,qui nequibant cuſtodire ſeipſos?[Reſpondit Iacob &c.Scrutare &c. Hæc di
cens,ignorabat ꝙ Rachel furata eſſet idola.Cumq; intraſſet tentorium Rachelis,]Quælibet
enim vxorum Iacob habuit proprium tabernaculum, in quo cum ſua ſobole erat & opera-
batur. [illa feſtinans,abſcondit idola ſubter ſtramẽta cameli,& ſedit deſuper.]Hoc verbum,
abſcondit,eſt hic præteriti temporis. Nam interim ꝙ Laban ſcrutabatur tentoria Iacob &
aliaꝝ vxoꝝ ipſius,Rachel feſtinanter occultauit idola ſub ſtramentis,per quæ quidam intel
ligunt ſellã cameli. ſed incertũ videtur ꝙ ſub ſella poterant tegi,q̃uis & ipſa deſuꝑ ſedit: ideo
ꝑ ſtramenta cameli, poſſunt intelligi fimus & alia quæ ſub camelo ponunt.[ſcrutantiq; om̃e
tentoriũ & nihil inuenienti,ait] Rachel:[Ne iraſcat dñs meus ꝙ corã te aſſurgere nequeo,qa
iuxta conſuetudinẽ fœminaꝝ nũc accidit mihi].i.improuiſa atq; fœminea debilitas ſeu flu-
xus menſtrualis non ꝑmittit me ſurgere.Vnde ſecundũ Ioſephum,dixit naturalẽ purgatio- Ioſep.li.
nem ſibimet imminere,& hoc fuit mendacium ad minus officioſum. [Sic deluſa ſolicitudo 1.Antiq.
quærentis eſt:] qa per tam curialem & apparentẽ loquutionem fuit deceptus.[tumenſq; Ia- iud.c.27.
cob,cum iurgio].i.iuſte indignans, aut etiam motũ aliquem venialiter culpabilem animoſi
tatis & iræ atq; impatientiæ habens,quoniã cõtumelioſum fuit ita de furto impeti,repręhen-
di & examinari.[ait:Quam ob culpam meã &c.ſic ſcrutatus es &c.qd inueniſti de cũcta ſub-
ſtantia domus tuæ?].i.ſi aliqd de tua ſubſtãtia inueniſti in tabernaculis meis. [Pone coram
fratribus meis & fratrib⁹ tuis &c.]hoc eſt, corã filijs & cognatis noſtris hic cõgregatis.[Idcir
co per viginti annos fui tecum?&c.]Quaſi dicat:Ingratus es bñficijs meis.[Ego damnũ om̃e
reddebam &c.].i.pecora furto ablata,& à beſtijs deuorata exigebas à me, & ſatisfeci tibi,ac
ſolui huiuſmodi damna.[die noctuq; æſtu vrebar & gelu &c].i.nunc ardore ſolis,nũc frigo-
re noctis ac hyemis affligebar,circa pecora occupat⁹.[Niſi Deus patris].i.aui mei [Abrahã,
& timor Iſaac]hoc eſt,Deus quem ſuꝑ omnia timet Iſaac,de quo loqtur Eſaias: Dominum Eſaiæ 8.
exercituũ ſanctificate,ipſe timor veſter,& ipſe tremor veſter.Vnde ad inſinuandum q̃ ſum-
me metuendus ſit Deus,& q̃ ſpecialiter timuit eum Iſaac,dictũ eſt quaſi in abſtracto,Niſi ti-
mor Iſaac[affuiſſet mihi,forſitan modo nudum me dimiſiſſes,] hoc eſt,vtiq; ſatis probabile.
¶Circa hoc quærit Rabbi Paulus,cur Iacob diſtincte ait de Deo & de Abraham ac Iſaac,Ni
ſi Deus Abraham & timor Iſaac?Ad quod(vt refert qdam) Hebræi reſpõdent, ꝙ Deus non
vocatur Deus alicuius ſingularis perſonæ,q̃diu viuit in ſeculo iſto, qa poteſt mutari de bono
in malum:& Abraham iam obierat,& Iſaac adhuc vixerat, quando Iacob hæc ꝓtulit,ideo
ita loquutus eſt. Sed reſponſio iſta non valet, cum ſuprà legatur Eliezer Abrahæ ꝓcurator,
cum iuiſſet ꝓ Rebecca, dixiſſe: Domine Deus domini mei Abraham,occurre hodie mihi. Gen.24.
Deus q̊q; dixit Abrahæ adhuc viuẽti,vt ſim Deus tuus,& Deus ſeminis tui. Helias q̊q; in ſe- 3.Reg.17.
culo iſto frequẽter loquutus eſt,Domine Deus meus:immo capitulo immediate ſequẽte ait Gen.32.
Iacob,Deus patris mei Iſaac.[Reſpõdit Laban: Filiæ meæ]ſcilicet tuæ vxores,& filij & gre-
ges tui,& omnia quę cernis]hic pertinere ad te,[mea ſunt.] Si voluit dicere Laban,ꝙ erant
ſui iuris atq; dominij,falſum erat:ſi autem ꝙ erant ſibi propinqui, ſeu à ſe & à pecoribus ſu-
is egreſſa,veꝝ fuit.[Quid poſſum facere filijs & nepotib⁹ meis?]Filios Iacob vocat filios ſu-
os & nepotes,q̃ſi valde ꝓpinquos, tanꝗ dicat, Non poſſum rationabiliter eis nocere,cum ſit
contra ius naturale,& quia à Deo mihi prohibitum eſt.[Veni ergo,& ineamus fœdus].i.pa
cis & amicitiæ pactum.[Tulit itaq; Iacob lapidẽ,& erexit illũ in titulũ.]hoc eſt,in ſignũ & te
ſtimoniũ cõfœderationis atq; cõcordiæ,ſtatuit lapidem illum.[Dixitq; fratribus ſuis].i. fi-

lijs

lijs & conſanguineis:[Afferte lapides.Qui congregãtes]lapides, [fecerũt tumulũ]magnum,
[cõederunt'q; ſup eum,] in ꝓteſtationem ꝙ eſſent cõfœderati. Vidit enim Laban Deũ eſſe
ꝓ Iacob, propter q̊d non audebat ei reſiſtere, & etiam emollitus fuit ex commemoratione
bñficiorum & obſequioꝝ,quæ Iacob retulit ſe illi exhibuiſſe.[Quem vocauit Laban tumu
lum teſtis].i.tumulum q eſt teſtis initæ pacis,[& Iacob aceruum teſtimonij,vterq; iuxta ꝓ-
prietatem linguæ ſuæ.]Iacob enim impoſuit nomen Hebręum,Laban Syrum:& ambo no
mina idem ſignificant.¶Circa quod ait Hieronymus:Aceruus,lingua Hebręa Gal dicitur,
Hieron. aad vero teſtimonium. Porro lingua Syra aceruus dicitur legar, teſtimoniũ ſyntha.Iacob
ergo aceruum illum vocauit Hebraice Galaad, Laban vero legarſyntha.[Dixit'q; Laban:
Tumulus iſte erit teſtis].i.reale & mutum teſtimonium[inter me & te hodie].i. pacti quod
modo iniuimus, immo & de cætero erit ſignum fœderis huius.[& idcirco appellatum eſt
nomen eius,Galaad &c.] quia Iacob tũc nomen iſtud impoſuit illi aceruo.[Et adiecit La-
ban:Intueatur & iudicet dominus inter nos].i.per effectum ſuæ iuſtitiæ pandat ſe inſpecto-
rem opeꝝ noſtroꝝ,ſi vnquã poſt hanc horam violauerimus pactum iſtud. [quãdo receſſeri
mus à nobis].i.vnus ab alio, [ſi afflixeris filias meas] iniuſte, [& ſi introduxeris alias vxores
ſup eas,]præferendo illas filiab' meis,& eas opprimendo per illas.[nullus ſermonis noſtri te
ſtis eſt abſq; Deo,q præſens reſpicit,] hoc eſt, ego ab obligatione hac ero immunis,nec ali-
quis hoĩm poterit me huius pacti tranſgreſſorẽ oñdere,ſed oĩum cordium inſpector De-
us,infallibilis iudex ac teſtis,puniet reũ,q vbiq; eſt p̄ſens,& oĩa p̄ſentialiter intuet.[Dixit'q;
rurſus ad Iacob,]repetẽdo ꝓlata ꝓ confirmatione dictoꝝ:[En tumulus hic,& lapis quẽ ere
xi in ſignũ]rei geſtæ[inter me & te,teſtis erit &c.]Ex q̃ ꝓbatur, ꝙ etiã Laban ſtatuit ibi lapi
dẽ aliquẽ grandẽ,in ꝓteſtationem & ſignũ verboꝝ & opeꝝ ibi mutuo habitoꝝ. [ſi aut ego
trãſiero illũ ꝑgens ad te,] hoc eſt,ſi intentiõe nocendi tibi ꝑtranſiero locũ iſtũ verſus te,[aut
tu p̄terieris]illũ,[malũ mihi cogitãs].i.cũ ꝓpoſito nocendi mihi,veneris vltra hũc locũ ad-
uerſus me.[Deus Abrahã & Deus Nachor]fratris Abrahæ[iudicet inter nos,]caſtigãdo ini-
quũ,[Deus patris eoꝝ].i.Deus Thare,q fuit pr̃ Abrahæ & Nachor.Dicit aũt Deus oĩm,Deus
Nachor & Thare,vel q̃a coluerũt eũ,ſicut & Abrahã,vel ſaltem rõne creationis.[Iurauit er-
go Iacob]ſe ſeruatuꝝ hoc pactum,[per timorẽ patris ſui Iſaac,]iuxta ſenſum expoſitũ, vel
R. Paul. vt aliqui dicunt,& Rabbi Paulus tangit,per timorem quem habuit Iſaac,qñ putauit ſe offe-
rendum Deo in holocauſtũ.Conſueuerunt etenim hoĩes per terribilia quædam iurare,ſicut
ꝑ horam mortis ſuæ, aut ꝑ diem ſui iudicij. [immolatis'q; victimis in monte] Galaad, quas
obtulit Iacob Deo pro gratiaꝝ actione,ꝙ ita protexit ſe, & de mutua pace prouidit, pote-
rat'q; Iacob tanq̃ ſacerdos offerre priuilegio & iure primogenituræ ad ſe deuolutæ. [vocauit
fratres ſuos].i.filios & ꝓpinquos,[vt comederent panẽ].i.cibos ibi paratos,cum gaudio epu
lantes propter bona quæ acciderunt. [Qui cum comediſſent,manſerunt ibi]nocte illa. [La
ban vero de nocte conſurgens,oſculatus eſt filios & filias ſuas:]videlicet Rachelem & Liam,
earum'q; filios,ſed & filios aliaꝝ duaꝝ vxorũ Iacob,ac Dinam filiam eius, valedicendo eis cũ
oſculo.[Bñdixit'q; illis &c.]imprecãdo eis bona iuxta ritũ ſuum, vel à Deo vero,quẽ Iacob,
eius'q; filij ac coniuges coluerũt. Et ecce infelix Laban iſte, q̃uis cognouit eſſe vnum veꝝ ac
ſummum Deum,omnia intuentẽ ac iudicãtem,& ab eodẽ admonitus fuit,nihilominus co-
4. Re. 17. luit idola ſua ac perijt,ſimilis Samaritanis, qui dñm timuerunt, & nihilominus ſuis dijs ſeu
Nu. 22. idolis ſeruierunt,vt dicitur quarto Regum:& Balaam,qui viſiones omnipotentis cõſpexit,
& angelum ſanctum frequẽter corporaliter vidit,& tñ finaliter inuentus eſt impius. Poſtre-
mo de ſenio huius Laban nũc modicũ tangam,de quo ꝓbabile eſt,ꝙ erat bñ vigintiq̃nq; an
noꝝ aut circiter,& forſitã plus,qñ Eliezer venit pro ſorore eius Rebecca, quæ ꝑ viginti an-
nos fuit cum Iſaac,anteq̃ genuit Iacob:q dum venit à ſuis parentibus ad Laban,fuit ſeptua
gintaſeptem annoꝝ, vt conſtat ex dictis: deinde per annos viginti habitauit cum Laban, &
ipſe Laban, qñ vltimo receſſit à Iacob in monte Galaad,videt adhuc fuiſſe robuſtus vir,ita
ꝙ poſt hoc potuit viuere diu,q̃uis ignoremus q̃diu poſtea vixerit,ſic'q; probatur diu vixiſſe.

¶Explanatio cap. 32. Iacob autem abijt in itinere quod cœperat. Arti. 78.

PRoſequutio reuerſionis Iacob ad terrã natalẽ,& ſolatia ſibi à Deo collata, & q̃liter ipſe
ſe habuit circa fratrem ſuum,recitantur pręſenti capitulo. [Iacob aũt abijt in itinere q̊d
cœperat]à monte Galaad die ſequenti, cum omnibus ad ſe pertinentibus ibi.[fuerunt'q;
ei obuiam angeli Dei:] qui ſibi obuiauerunt in aſſumptis corporibus, ita quòd ſenſibiliter
eos vidit in illis corporibus. [Quos cum vidiſſet, ait: Caſtra Dei ſunt hæc] id eſt, fortiſſi-
mi milites Dei, inſtar caſtrorum præualidi, atq; ad protegendum me præparati. [Et appel
lauit nomen loci illius,Manaim].i.caſtra,ab effectu:q̃a videlicet angeli apparuerũt ſibi ibi-
dem,qui aduerſarijs poteſtatibus terribiles ſunt vt caſtroꝝ acies ordinata.¶Circa hoc refert
Lyra:Dicunt Hebræi,ꝙ angeli q cuſtodiebant prouinciam Syriæ, conduxerunt Iacob vſq;
ad finẽ prouinciæ ſuæ. Deinde obuiauerunt ei angeli prouinciæ quã conſequenter intrauit,
quod

quod nõ videt congrue dictum, q̃a vni prouinciæ nõ præeſt niſi vnus angelus,generalẽ toti
us prouinciæ curã habens.Vnde in Daniele habetur de principe Græcoꝝ,principe q̊q; Per- Dan. 10.
ſaꝝ,q fuerunt angeli p̄ſidentes toti regno Græcoꝝ & toti regno Perſaꝝ, quẽadmodum tũc Dan. 12.
Michael p̄fuit ſynagogæ,q eſt nũc princeps eccleſiæ. & angeli tales ſunt de tertio ordine an
geloꝝ,q dicitur principatus. Ipſi aũt Iacob multitudo angelorum occurrit, vt Scholaſtica Euſebi.
ait hiſtoria.& ſi ei occurrerunt angeli cuſtodientes ꝓuinciam,quam poſt Syriam introiuit,
quare ſcriptura iſta non exprimit de occurſu angeloꝝ cuſtodientium Syriam, ſicut de alio
rum angeloꝝ occurſu? Verius ergo eſt quod dicunt doctores catholici, ꝙ angeli illi fuerunt
miſſi ad cõfortandum Iacob cõtra fratris ſui iniqui timorem. Hinc ait Hieronymus: Iacob Hieron.
ad fratrem iniquum iturus, pulchre excipitur angeloꝝ comitantium choris. Gloſſa quoq;
teſtatur:Multitudo angeloꝝ quæ militia cæli vocatur, occurrit:quibus cõfortatus, nõ me-
tuat fratrẽ ſuum,ſecurus illoꝝ auxilio.[Miſit aũt & nũcios ante ſe ad Eſau fratrẽ ſuum] qui Gen. 25.
erat[in]terra [Seir,in regione Edom &c.] quẽadmodum in expoſitione cap. 25. habitũ eſt.
Eſau etiam appellatus eſt Seir & Edom, & hæc noĩa Seir ac Edom, interdũ ſumunt pro illa
prouincia in q̃ demoratus eſt Eſau,& ita nunc accipiunt,eſt'q; idem in re,terra Seir & regio
Edom.[Reuerſi'q; ſunt nuncij ad Iacob, dicentes: Venimus ad Eſau fratrẽ tuũ, & ecce ꝓperat
in occurſum tuum] frater tuus [cum quadringentis viris.] Iacob miſit nuncios ad Eſau,ad
explorandum animum eius,atq; ad captandum beneuolentiã eius:& vt in Scholaſtica habe Euſebi⁹.
tur hiſtoria,nuncij redeuntes dixerunt ad Iacob, ꝙ frater ſuus occurreret ſibi pacifice. [Ti-
muit Iacob valde.]Mirum ꝙ vir iſte tam virtuoſus,poſt ꝓmiſſionem factam ſibi à Deo, Ero
tecum &c.& poſt intuitum angelorum ad ipſius auxiliũ paratoꝝ, timuit tantũ hominem
prauum. Ad quod aliqui dicunt,ꝙ timuit, nõ de Dei promiſſione & angeloꝝ ope diffidẽs,
ſed more hominum perturbatus:quibus obijci poteſt,ꝙ talem perturbationem debuit vir-
tutum conſtantia,fidei robur,certitudo'q; ſpei præuenire atq; excludere. Alij dicũt, ꝙ Iacob
formidauit ſe Deum offendiſſe,diu habitando cum Laban idololatra:quibus rurſus obijcit,
ꝙ poſt illã habitationẽ Deus dixit ei,vt rediret ad terrã natiuitatis ſuę,& ꝙ eſſet cum ipſo, &
poſt oĩa illa apparuerũt ei angeli iã p̄fati.Arbitror ergo dicẽdũ,ꝙ Iacob vir à Deo ſublimi- Rom. 11.
ter illuminatus,ſciuit ꝙ iudicia Dei ſunt incõprębenſibilia & occulta,& ꝙ Deus ꝑmittit iu
ſtos ab impijs in hac vita multipliciter tribulari, ꝙ item diuinæ promiſſiones varijs modis
poſſunt intelligi:q̃uis ergo non formidauit de finali adiutorio Dei, timuit tñ ad tẽpus à fra-
tre ꝑuerſo affligi.ideo loquitur Auguſtinus:Quæri poteſt,quomodo Iacob fidem habuit in August.
promiſſis Dei:ſed fieri potuiſſet vt Eſau tabernacula eius euerteret, & tamen poſt illã euerſi 16. de ci.
onem Deus ei rurſus adeſſet, & ſua impleret promiſſa, q̃ exemplo monemur, vt q̃uis creda- dei c. 39.
mus in Deum,tñ faciamus quæ facienda ſunt,in ſalutis noſtræ præſidium.[& perterritus,di-
uiſit populum qui ſecum erat,greges quoq;]pecoꝝ, videlicet aſinorum & capraꝝ, [& oues
& boues & camelos, in duas turmas,] ita ꝙ duæ erant turmæ hominum, & duæ pecorum:
atq; in prima turma erant Bala & Zelpha cum filijs ſuis,in ſecunda & poſteriori turma erant
Lia cum filijs ſuis & filia ſua Dina,& Rachel cum Ioſeph, ſic tamẽ, ꝙ Rachel & Ioſeph tanq̃
chariores ipſi Iacob,fuerunt in extremitate ſecundæ turmæ.[dicẽs:Si venerit Eſau ad vnam
turmam,& percuſſerit eam]videlicet primam turmam,[alia turma quæ reliqua eſt,ſaluabi
tur.]Quaſi dicat, Eſau ſatiatus ſanguine primæ turmæ, parcet ſecũdæ:& iſta ex cauſa Iacob
fecit has turmas,ne oẽs ſimul occiderent ab Eſau. Itaq; q̃uis Iacob ſperauit in dño, fecit ta-
men q̃cquid potuit per humanam induſtriam,propter quod dicit Gloſſa interlinearis: Im-
minente ꝑiculo,faciamus q̊d habet humana ratio,ne totum Deo cõmittentes,ipſum videa-
mur tentare.[Dixit'q; Iacob:Deus patris mei Abraham,& Deus patris mei Iſaac,dñe q dixi
ſti mihi,Reuertere in terrã tuã &c.& bñfaciam tibi:minor ſum].i.indignus[cunctis miſera
tiõibus tuis]mihi impẽſis ſeu impendẽdis, [& veritate tua quã expleuiſti ſeruo tuo,]hoc eſt,
vera & reali exhibitiõe beneficioꝝ tuoꝝ.His q̃ppe erat Iacob indignus,cõſiderãdo eũ ſecũ-
dũ naturalia ſua tm̃,ꝑ q̃ nõ meruit eadẽ de cõdigno. [In baculo meo trãſiui Iordanẽ iſtũ].i.
cũ baculo,vtpote ſine vxore & liberis,q̊dammodo ſolus,ſine cognatis,ſolo meo baculo ſuſtẽ
tatus,de cuius verbi intellectu dictũ eſt in expoſitione cap. 29. [& nunc cũ duabus turmis] Gen. 29.
hoĩm & pecorum[regredior.]quaſi dicat:Tu qui tãta bona mihi feciſti, noli me modo de-
relinquere.[Erue me de manu Eſau &c.]Miꝝ videtur,ꝙ Iacob ſciens ſibi ꝓmiſſum à Deo
totũ quod in textu iſto cõmemorat,tam feruenter orauit pro impletione eoꝝ. Et reſpõden
dum ꝙ merito ſic orauit,qm̃ Deus ſic præordinauit electis ſuis bona cõferre,vt tamen velit
eos talia orãdo & laborãdo acq̃rere,ita ꝙ media obtinendi g̃ram in præſenti, & gloriam in
futuro,cadunt ſub ꝓuidentia Dei.Hinc dicitur ꝙ prædeſtinatio Dei precibus electoꝝ iuuat,
q̃a prædeſtinationis effectus orando obtinetur. Itaq; Iacob, ne totum opus ſuum humano
cõſilio tribuat,orationẽ adiungit:in cuius orõne apparẽt humana infirmitas & fidei pietas:
ſic'q; orauit, ꝙ ſpem ſuã moderabat timore,& timorẽ ſuũ ſpe cõſolabat,ſuo nos docẽs exem

 plo

ꝓlo,vt nobiſipſis ac domeſticis rationabiliter cōſulamus,& tñ Dei auxiliū inuocemus.[Cūq;
dormiſſet ibi nocte illa,ſeparauit de his q̄ habebat]hoc eſt,de ſuis pecoribus,[munera Eſau
fratri ſuo]vt eum placaret ꝑ ea, [capras ducentas &c.]non viliora, ſed pulchriora & chario
ra pecora diuerſorum generꝝ,abſtraxit de gregibus.[Et miſit ꝑ manus ſeruorꝝ &c.]vnum-
quēq; gregem eiuſdem ſpeciei ſeorſum,ita ꝙ fuit ſpatium inter gregem & gregē, quatenus
Eſau ex munerꝝ oblationibus magis & magis mitigaret, [dixit enim] ipſe Iacob: [Placabo
illum muneribus quæ præcedunt,& poſtea videbo illū &c.]Secundū Gloſſam, iſtud interpo
ſitum eſt à ſcriptore.i.libri huius authore.Non eſt enim viri prudentis ſua ſecreta detegere,
ſicq; his cum qbus agitur,ſuſpectum ſe facere.Itaq; Iacob dixit iſtud in corde ſuo,& ex cogi
tatione hac fecit hanc munerꝝ præmiſſionē.[ipſe vero manſit nocte illa in caſtris].i.in vno
tentoriorꝝ ſuorꝝ. [Cumq; mature].i.añ dilucuīū,& cū ingenti ꝓuiſione nil faciens ſine cōſi-
lio,[ſurrexiſſet,tulit duas vxores ſuas & totidē famulas,]quæ etiā erant eius vxores,[cum vn
decim filijs]& cum filia vna,[& tranſiuit vadū Iaboch].i.torrentē ſeu flumen ſic dictū,de q̄
aliq putant ꝙ fuit Iordanis,& vitio ſcriptoris ꝓ* Iacob ſcriptū ſit Iaboch.Alij ꝓbabilius di
cunt,ꝙ fuit alius fluuius. Infrà eñ habet, ꝙ Iacob poſt hæc venit in Phanuel & Soccoth, q̄
ſunt loca vltra Iordanē,vt fert,q̄uis iſtud nō multū cōuincat.ſed authoritas quædā teſtat,ſe-
cundo miliari à Iordane in finibus Idumææ eſſe Iaboch,quē tranſuadauit Iacob. [Tradu-
ctisq; oībus &c.]remanſit ſolus in ripa fluminis, vt orōni meditationiq; purius ſtabiliusq;
vacaret,& de agendis deliberaret.Et ecce vir luctabat cum eo vſq; mane.] Ex hoc cōſtat, ꝙ
luctatio iſta fuit in nocte,& ꝙ Iacob māſit in ripa illa ꝑ diē ſeu partē diei & noctē. ¶Deniq;
Aug. li. ſecundū Auguſtinū, Vir iſte luctans cum Iacob.i.cōtra Iacob, fuit angelus bonus in ſpecie
16.de ci. viri apparēs,q cū Iacob de Meſopotamia venit,& aliq dicunt ꝙ fuit angelus tunc à Deo ſpe
dei c. 39. cialiter miſſus ad cōfortandum & cōſolandum Iacob,q fratrē ſuum valde extimuit.Sed cur
angelus iſte luctabat cū Iacob?Dicunt qdam ꝙ ideo,qm̄ Iacob aliq̄liter immoderate timu
it fratrē ſuum,nō ſatis cōfidens in dño, q aſſiſtentiam ſuā ei ꝓmiſit,neq; in adiutorio ange-
lorꝝ q̄s vidit:ideo angelus iſte finxit ſe velle à Iacob recedere,ipſe vero orōnis ſuæ inſtātia ac
feruore conabat eum ſecum tenere,q conatus vocat luctatio.In fictione aūt illa angelica nō
fuit falſitas aliq̄,qa vere ſignificauit ꝙ mens Iacob aliqualiter receſſit per diffidentiam ſuam
Luc. 24. à Deo.Vnde & Chriſtus poſt reſurrectionē ſuam cum diſcipulis ambulans,finxit ſe velle lon
gius ire. Alij dicunt ꝙ luctatio iſta nō fuit propter culpam Iacob,ſed qa ipſe Iacob deſide-
rauit aliqd ſpūalis gratiæ obtinere,in quo angelus noluit eum faciliter exaudire, ad innuen
dum ꝙ maiora gratiarꝝ chariſmata quandoq; difficilius obtinentur à dño. ¶Præterea quæ-
Hieron. ritur,qualis fuerit iſta lucta,& dicunt qdam ꝙ ſpiritalis duntaxat. Ait enim Hieronymus ſu
ſuꝑ Eſai. per Eſaiam:Oratione,non manibus, luctabatur Iacob cum angelo, qui eum cuſtodierat in
libro 13. peregrinatione,& volebat eum relinquere ad cælum volando,ſed Iacob oratione bñdictio-
cap.49. nem obtinuit. Alij dicunt ꝙ fuit nō ſolum ſpiritualis, ſed etiam corporalis ſeu manualis,qa
paulopoſt ſubditur,ꝙ angelus tetigit neruum femoris eius. Sed quicqd ſit de veritate hui-
us opinionis, argumentum hoc faciliter ſolueretur, dicendo ꝙ ille fuit tactus virtutis, non
manus aut corporis: ſolo enim virtuali influxu & poteſtatis ſuæ contactu potuit angelus
hoc,immo & multo maiora efficeret.[Qui cum videret ꝙ eum]ſ.ipſum Iacob[ſuperare nō
poſſet,]loquendo de potentia ordinata, id eſt,ꝙ non deceret,vt ipſum Iacob tam feruenter
Gen. 19. orantem abijceret ſiue relinqueret,iuxta quem modū ſuprà dñs ait ad Loth:Non potero fa-
Matt.13. cere quicquam quouſq; ingrediaris illuc. De Chriſto quoq; in euāgelio ſcriptum eſt,ꝙ nō
poterat ibi virtutem aliquā facere,ꝓpter incredulitatem illorꝝ.Vnde quidam exponunt ſic:
Qui cum videret ꝙ eum ſuperare non poſſet.i.non vellet,& ita in hoc fuit rurſus fictio quę-
dam non falſa,ſed diſpenſatiua & figuratiua,quia per hoc ꝙ angelus finxit ſe nō poſſe vince-
re Iacob, inſinuauit ꝙ Eſau frater eius eum ſuperare non poſſet, immo ꝙ populus naſcitu-
2.Reg.8. rus ex Iacob, ſuperaturus eſſet poſteros Eſau, vt tempore Dauid impletum eſt.Rurſus dicit
angelus non potuiſſe ſuperare Iacob,quia non potuit ei perſuadere,vt ab inuocatione & pe
titione benedictionis ceſſaret,& ꝑ modum impotentis ad ſuperādum ſe habuit. [tetigit ner
uum femoris eius,]vtpote latum neruum,ſeu locū neruoſum illius,ex q̄ vis motiua & ꝓgreſ-
ſiua aliquo modo dependet,[& ſtatim emarcuit]vim ſuam ꝑdendo,& aruit.Dicūtq; aliqui,
ꝙ angelus intulit Iacob illam punitionem pro culpa nimiæ formidinis & aliqualis diffiden
tiæ ſuæ.Alij dicunt ꝙ non pro culpa aliqua ipſius Iacob fecit hoc angelus,ſed ꝓpter figurati
uam & myſticam rōnem,puta ad inſinuandum,ꝙ poſteritas Iacob ex femore eius egreſſura,
R.Paul. eſſet aliqñ lædenda & deprimenda à poſteris Eſau,nō obſtante ꝙ primogenitura fuit Iacob
collata,& iſtud(vt Rabbi Paulus refert)dicunt quidam Hebræi doctores, ꝙ probant ꝑ hoc,
quoniam infrà habetur, ꝙ filij Iſrael non comedunt neruum qui emarcuit in femore Ia-
cob.Nempe ſi pœna illa accidiſſet Iacob pro culpa ſua,pertinuiſſet ſolum ad perſonam ipſi-
us,& ita ꝓpter eam nō abſtinuiſſent poſteri eius à nerui comeſtiōe.[Dixitq; ad eum:Dimit-
te

te me.Iam eñ aſcendit aurora]quaſi dicat:Hora iam imminet,in qua oportet te circa tem
poralia occupari,& me inſiſtere laudibus Dei. Aliqui aūt dicunt, ꝙ angelus ideo dixit hoc,
quia alij nō fuerunt digni eum in humana illa effigie ſenſibiliter intueri.ſed dicendū,ꝙ an-
geli in aſſumptis corporibus exhibent ſe viſibiles quibus volunt,ita ꝙ etiā à pręſentibus vi
deri nō queunt,niſi à quibus volunt.[Reſpōdit:Non dimittā te, niſi benedixeris mihi] im-
precādo &*myſterialiter impēdendo mihi dona grę & ſubuentiōis optata,nec Iacob ita lo-
quendo fuit inobediens angelo, ſed ex charitatis feruore & ſancta deuotiōe hoc dixit. Nec
angelus ꝑcipiendo dicebat,Dimitte me:ſed hortādo, & hoc ſecundū vnā cōſiderationē ra-
tionabiliter hortabat,qa aurora inſtabat. Iacob vero ex alia cōſideratiōe rōnabiliter dixit:
Nō dimittā te &c.ſed cur angelus ait,Dimitte me,q inuito Iacob volebat abire,aut quaſi li-
gatus ſeu detētus fuiſſet à Iacob?Reſpōdet,ꝙ Iacob ſua hūilitate,charitate,deuotiōe & ora-
tione detinuit angelū: idcirco nō decuit angelū inuito Iacob diſparere. Et qd mirū iſtud de
angelo,cū dñs locutus ſit Moſi:Dimitte me,vt iraſcat furor meus cōtra eos?[Ait ergo] ange
lus ad Iacob:[Quod nomē eſt tibi?]Nō ex ignorātia hoc quæſiuit,ſed vt ex reſponſiōe Iacob Exo. 32.
quā præſciuit,apti⁹ inferret q̄d intēdebat.[Reſpōdit:Iacob] mihi eſt nomē.[At ille:Nequa-
quam,inqt,Iacob appellabit nomē tuū].i.nō ſolū vocaberis Iacob,vt hactenus.[ſed Iſrael]
hoc eſt,etiā Iſrael appellaberis,cuius nominatiōis ratio ſeu interpretatio ſubdit: [qm̄ ſi con
tra Deū fortis fuiſti].i.qa angelū in Dei ꝑſona tibi apparentē viciſti,iuxta expoſitionē præ-
habitā: [quāto magis cōtra hoīes præualebis?] hoc eſt,à fratre tuo non ſuperaberis,neq; ab Hieron.
alijs:immo potius in poſteris tuis victurus es Idumęos ac alios.De huius noīs Iſrael interpre ſuꝑ Ge-
tatione ſcribit Hieronymus: Ioſephus putat Iacob ideo Iſrael appellatū,qm̄ cōtra Deū ſte- neſim.
tit,ita ꝙ Iſrael interpretat ſtans cōtra Deū,ſeu reluctās cōtra angelū.Ego aūt hoc in Hebręo Ioſe.li.2.
inuenire nō potui,ſed etymologiā huius noīs angelus poſuit,dicēs: Qm̄ ſi cōtra dñm fortis ant. iud.
fuiſti &c.ſicq; Iſrael interpretat princeps cū Deo. Quaſi angelus dicat: Sicut ego ſum prin- cap.27.
ceps,ita & tu.Quod aūt in libro noīm Hebræorꝝ Iſrael interpretat,vir vidēs Deū,non tā vere
q̄ violēter interpretatū videt.Hæc Hieroñ.[Interrogauit eū Iacob:Dic mihi,quo appellaris
noīe?] Hoc Iacob quęſiuit,vt in diuinorꝝ cognitione ꝓficeret,atq; vt angelū iſtū ꝓprio no
mine inuocaret ac honoraret. Vnde in Iudicū lib. pater Samſonis ait ad angelū:Quod tibi Iudic.13.
nomē eſt?vt ſi ſermo tuus fuerit expletus,honoremus te. [Rñdit:Cur quæris nomē meum?]
Quaſi dicat:Nimis altū eſt tibi,qa angelorꝝ naturā, quantū ad ſpeciē ſpecialiſſimā,aut non,
aut valde difficulter poteſt homo in hac vita cognoſcere.immo iuxta Philoſophū,ſicut ocu
lus noctuæ ſe habet ad lumē ſolis,ita intellectus humanus ad manifeſtiſſima naturę, hoc eſt,
ad intelligētiarꝝ notitiā.Aliq vero dicūt,ꝙ ideo angelus dixit, Cur q̄ris nomē meū,qm̄ no-
mina angelorꝝ q foris mittunt, mutant iuxta diuerſa obſequia ad q̄ explenda mittunt: ſicut
angelus miſſus ad purgandū labia Eſaiæ,vocatus eſt Seraph,ex effectu inflāmatiōis,cū tamē Eſaiæ 6.
non eſſet de ordine Seraphin,iuxta doctrinā diuini Dionyſij de eccleſiaſtica hierarchia: q̄d Dionyſ.
q̄uis ſit verū,attamē angeli ſaltē nōnulli,aliqua habēt nomina fixa,vt Michael,Gabriel &c.
[Et benedixit ei in eodē loco.] Forma aūt huius benedictiōis non exprimit in hoc textu.ſed
aliqui dicunt,ꝙ prætacta mutatio nominis Iacob,& interpretatio cur Iſrael diceret, fuit be
nedictio qua angelus ipſum Iacob benedixit, conferēdo ei dona optata diſpoſitiue ſeu im-
precatiue.[Vocauitq; Iacob nomē loci illius,[in quo cōtigit iſtud,[Phanuel,] q̄d interpre-
tatur facies Dei,qm̄ vidit ibi faciē eius.propter q̄d ſubdit:[dicēs:Vidi dñm facie ad faciē].i.
clare ac facialiter,non in ipſa deitatis incōpręhenſibili inuiſibiliq; natura,cum ſcriptum ſit: Exo. 33.
Non videbit me homo,& viuet.Et,Deū nemo vidit vnquā.ſed ideo dixit hoc Iacob,quoniā Ioann.1.
oculo exteriori vidit clare angelū in forma humana,qui ſibi in ꝑſona Dei apparuit atq; lo-
cutus eſt.[& ſalua facta eſt aīa mea].i.à priſtino timore humano erepta,& confortata in dño,
immo & in ſpe æternæ ſalutis firmata.[Ortuſq; eſt ſtatim ſol poſtq̄ tranſgreſſus eſt Phanuel]
hoc eſt,mox vt receſſit à loco,quē Phanuel nominauit,facta eſt clara dies. [Ipſe vero claudi
cabat pede]ex arefactione nerui ꝑfati.Expedita nāq; ambulatio depēdet ex multis,videlicet
vi motiua,rectitudine tibiæ,viuacitate neruorꝝ &c. [Quā ob cauſam nō comedūt neruū filij
Iſrael,q emarcuit in femore Iacob].i.neruū femoris, ſimilē neruo q in femore Iacob obſtu-
puit,& inſenſibilis factus eſt:ſimilē,inquā,quantū ad hoc q̄d eſt eſſe neruū femoris,q̄uis aliū-
de ab illo differat,nō numero tm̄,ſed ſpecie quoq;:aliorꝝ vero vſum neruorꝝ nō vitāt. ¶Por
ro in Scholaſtica hiſtoria legit,ꝙ primo ipſemet Iacob ꝓpoſuit nō comedere de cætero ner Euſebi⁹.
uū, & idipſum poſteritas ipſi⁹ obſeruat: & forte Iacob ꝓpoſuit hoc in memoriā rei geſtæ,&
ꝓpter myſticā ſignificationē eius ꝑtactā: poſteritas vero Iacob hoc obſeruauit, ſectādo pris
ſui exemplū,eūq; honorādo,& in rei geſtę memoriā.¶Pręterea de hoc ſancti Iacob luctami-
ne cū angelo,ſcriptū eſt in Oſea:In fortitudine ſua direct⁹ eſt cū angelo, & inualuit ad ange- Oſeę 12.
lum:fleuit,& rogauit eū. Ex qbus elicit, ꝙ Iacob cū fletu deprecatus eſt angelū, q̄uis Hebræi
iuxta cōſuetudinē fabularꝝ ſuarꝝ inaniū,dicunt ꝙ angelus q luctabat cū Iacob,fuit angelus

Eſau,cupiēs Iacob impedire ab ingreſſu terræ promiſſionis,& conſecutiōe primogenituræ
ac benedictionū ſibi ab Iſaac præſcitaꝝ,& ꝙ Deus cōtulit tantā fortitudinem ipſi Iacob,ꝙ
angelum illum vicit,intātum ꝙ angelus victus fleuit,& flendo rogauit ipſum Iacob dilatio
nem de obtinēdo dominio,ſeu primogenitura & eminētia ſup Eſau: quoꝝ oīm falſitas in-
noteſcit ex hoc,ꝙ angelus Eſau ex diuina reuelatione & ex rebus geſtis cognouit, ꝙ Iacob
fuit à Deo ad primogeniturā electus,& ꝙ Eſau fuit iniquus,ac primatu ſuper Iacob indi-
gnus:idcirco noluit diuinæ præordinationi taliter reluctari:perfecta quoq; angeloꝝ beati-
tudo,excludit ab eis omnem miſeriam, pœnam,mœrorem, ac fletum.

¶De intellectu ſpiritali eiuſdem capituli 32. Art. LXXIX.

IAcob aūt abijt in itinere q̄d cœperat.] Per Iacob vir Chrifidelis deſignaꝶ,q dū in via vir-
tutū ſtabiliter pſeuerat ac pficit,abit itinere q̄ cœpit,cui obuiā ſunt angeli Dei,q ad ei⁹
4.Reg.6. auxiliū ſunt parati,de qbus loquiꝶ Heliſeus: Plures nobiſcū ſunt q̄ cū illis, puta iniquis.
Hos angelos homo fidelis fide intuēs,nominat caſtra Dei, de qbus ſpiritaliter accipi poteſt
Iohe.2. illud Iohelis:Multa ſunt nimis caſtra Dei fortia,& faciētia verbū eius.[Miſit aūt nūcios an-
te ſe ad Eſau fratrē ſuū] Per hoc inſinuaꝶ,ꝙ homo virtuoſus conaꝶ in bono vincere malū,&
Rom.12. nō ſolū eos q̄s ipſe iniuſte offendit,ſed hos q̄q; q prorſus iniuſte cōtra eū mouenꝶ,nitiꝶ miti-
gare,recōciliareq́; ſibi:q̄d ſi nō poteſt ꝑ ſeipſum pagere,ſtudet hoc ꝑ alios facere.Timuit au
tē Iacob Eſau valde,qm̄ boni metuūt īprobitatē prauoꝝ,magis,ne ipſi ſua īprobitate Deū
offendāt,ſeipſoſq́; ꝑdant,ac alios ſcādalizēt,q̄ ne noceāt ipſis bonis,qbus nulla nocet aduer-
ſitas,immo & plurimū prodeſt illata iniuria,dūmodo eis non domineꝶ propria iniqtas,ira,
impatiētia, aut ſimilis culpa. Veruntn̄ nullus debet viribus ſuis ita cōfidere, vt ceſſet diuinæ
pietatis opem inceſſabilē inuocare, ne à fratre ſuo ſeu proximo ſuo lædaꝶ,hoc eſt,ne ex his
quę videt in alijs,aut quę ſuffert ab eis,ad vllū moueaꝶ peccatū,ne aliquē temerarie iudicet
aut cōtēnat,aut irrationabiliter indigneꝶ vel cōtriſteꝶ:ſed in om̄i euētu firmiter ſtet fixus in
Pro.12. dño,qa non contriſtabit nec pturbabit iuſtū quicqd ei acciderit. ¶Deniq; Iacob fecit duas
turmas,hoc eſt,aciem virtutū moraliū,aciemq́; virtutū theologicaꝝ parat fidelis cōtra ma
litias pueſoꝝ,vt ſi læſus fuerit in aliqua virtute morali,peccādo per iram, impatientiā,aut
mœrorē,reliqua turma ſaluꝶ.i.fides,ſpes,charitas maneāt inuiolatæ,& ꝑ eas dānum animę
ſuæ recuperet,ad Deū per eas cōfugiendo,veniā poſtulādo,ſeq́; deinceps diligētius cuſtodi-
endo.[In baculo meo tranſiui Iordanē iſtū,& nunc cū duabus turmis regredior.] Per Iorda-
nem,flumen lachrymaꝝ & ſaluberrimaꝝ cōpunctionū accipiꝶ quod Chrifidelis in baculo
ſuo pertrāſit,qn̄ diuinæ pietati per ſpei ſuæ ſuſtentationē innitēdo, ad ſpiritalē profectū &
complementū præfataꝝ virtutū per cōpunctionē & fletū perduciꝶ. ¶Amplius,ꝙ Iacob per
munera niſus eſt iram fratris ſui extinguere, docet nos,ꝙ orādo & ſpiritalia aut etiā corpo-
ralia beneficia impēdendo,debemus iraſcētium & inuidentiū ac aduerſantiū paſſiones,auer
Pro.18. ſiones,ac vitia pro viribus extirpare.Munus em̄ abſconditum extinguit iras,& donum in ſi
Pro.16. nu indignationē maximā. atq; vt iterum Salomon proteſtaꝶ, Cum placuerint dño viæ ho-
minis,inimicos eius cōuertet ad pacem. Per hoc demū ꝙ Iacob vxores ſuas ac filios tranſdu
xit per vadum, innuiꝶ ꝙ vir bonus ꝑtinentes ad ſe,ſeu ſubditos ſibi, per euenientes aduerſita-
tes,tentatiōes & pſecutiones,ſtudet ad tranquillitatē,pacem & deuotionē ſuauem ꝑducere.
Ipſe vero ꝑmanet ſolus,vt Deo ſimpliciſſimo expeditius vacet:& ibi luctaꝶ cum Deo ac an-
gelo,dum opportune & importune orādo ac laborādo,conaꝶ aliquid ſingularis grǣ ac vir-
tutis à dño extorquere,quāuis frequēter ac diu videatur repelli,ſeu nō exaudiri.Cumq́; fre-
quenter ꝑ contēplationē ad Deū ſe eleuat, & rurſus ex humana fragilitate euagādo infrà di
labitur,laborioſum exercet luctamē:nec Deū dimittit,niſi benedicaꝶ ab eo,concupitā men
tis in Deo ſtabilitatē adipiſcēdo,ita vt dignus ſit,Iſrael,hoc eſt,vir Deū per fidē & ſapientiæ
donū cōtemplās,vocari:quo facto, conſolaꝶ eū altiſſimus, ꝙ nō ſuperabit cū humana mali-
tia,ſeu alioꝝ improbitas. Tangit quoq; neruum femoris eius, dum cōcupiſcētias carnis, &
pronitatē ad vitioꝝ itinera in ipſo mortificat. Locū aūt in q̄ vir cōtemplatiuus tāta à Deo
conſequiꝶ bona, videlicet eccleſiā,cellā,aut aliud quodcūq; ſecretū, nominat Phanuel:qa in
eo cōtemplatus eſt faciē Dei,hoc eſt,gratioſam pręſentiā eius,viditq́; eum facie ad faciē, nō
per ſpeciē,ſicut in pr̄ia,ſed ꝑ myſticā theologiā aut anagogicā viſionē,ſicut teſtatus eſt Pau
2.Cor.3. lus: Nos aūt reuelata facie gloriā dn̄i ſpeculātes,in eandē imaginē trāsformamur à clarita-
te in claritatē,tanq̄ à dn̄i ſpiritu.Et tunc ſalua fit anima à prioribus malis,& Deo familiaris
Augu.6. de ciuit. Dei c.39. atq; chariſſima reddiꝶ,oriturq́; in ea ſol iuſtitiæ,atq; ad ea quæ carnis & mūdi ſunt,claudicat,
ſed in via iuſtitiæ recte progrediꝶ. ¶Poſtremo,ſecundū Auguſtinū, & vt plenius tāgit Iſido
Iſidorus rus,ꝑ virū qui luctabaꝶ cū Iacob,& ſe ab eo vinci ſpōte ꝑmiſit,intelligiꝶ Chr̄s, qui ſe à poſte
ritate Iacob,quę nūc per Iacob ſignificaꝶ,ſe voluntarie crucifigi, atq; ꝑ ſuæ meritū paſſionis
etiā his à quibus occiſus eſt,benedictionem promeruit,pœnitentibusq́; largitus eſt,ita ꝙ fa
cti ſunt veri ac ſpirituales Iſraelitæ,qui ante fuerunt carnales Iudæi.

¶Ex-

¶Expoſitio cap.33. Eleuans autem Iacob oculos ſuos, vidit Eſau venientem. Articulus LXXX.

OCcurſus Iacob electi & Eſau reprobi,nunc narraꝶ. [Eleuans autem Iacob oculos ſuos,
vidit veniētem Eſau &c.diuiſitq́; filios Liæ & Rachel,ambarumq́; famulaꝝ, & poſuit
vtrāq; ancillam & liberos eaꝝ in principio, Liam vero & filios eius in ſecundo loco,]
in quo etiā Dina filia Liæ fuit.[Rachel autem & Ioſeph nouiſſimos.] Quemadmodū enim
præhabitum eſt,Iacob diuiſit iſtos in duas turmas, ita ꝙ Bala & Zelpha cum filijs ſuis erant
in prima,Lia autem & Rachel cū ſobole ſua in turba ſecūda,ſic tamen,ꝙ Rachel & Ioſeph
erant in extremitate turmæ ſecundæ. Vnde in Scholaſtica fertur hiſtoria, eos errare qui di-
cunt Iacob feciſſe tres turmas. Porro de cauſa huius diuiſionis & collocationis, dictum eſt Euſebi⁹.
præcedenti capitulo. [Et ipſe] Iacob [progrediens] id eſt,duas turmas præfatas præcedens,
vt fratrem offenſum placaret,ne vxoribus ſuis ac filijs infligeret malum,[adorauit pronus in
terram ſepties, donec appropinquaret frater eius.] Cœpit etenim eum adorare à remotis:
& cum ſemel adoraſſet illum,ſurrexit:paululumq́; progrediens,adorauit ſecundo:ac denuo
ſurgens,& parum procedens,adorauit tertio:ſicq́; vſque ad ſeptimam adorationem,quam
exhibuit iuxta Eſau fratrem ſuum, quatenus tam frequenti & magna humiliatiōe fratrem
ſuum prouocaret ad pietatem. Nam quanuis Deus promiſit ipſi Iacob protectionem, ipſe
tamen fecit quod in ſe fuit. Intelligenda quoq; ſunt hæc de adoratione duliæ,quæ excellen-
tibus exhibetur pſonis,qualis fuit & Eſau,tanto vallatus exercitu, multiſq́; præſidens. Et ꝙ
dicitur pronus in terra adoraſſe,quidā exponunt,ꝙ capite inclinato hoc fecit.Gloſſa autem
interlinearis dicit,ꝙ genua flexit. Literæ tamen magis conſonū reor,vt toto corpore in ter-
ram proſtrato,hoc feciſſe dicaꝶ,præſertim quia conſuetudo ſcripturę eſt,vt per hoc quod di
citur abſolute, [pronus in terrā] deſigneꝶ talis proteſtatio, & quoniā Iacob volebat ſe ma-
xime humiliare. [Currens itaque Eſau obuiam fratri ſuo, amplexatus eſt eum,] ſcilicet Ia-
cob fratrem ſuum.Dicunt quidam ꝙ ordināte cooperanteq́; Deo,cor Eſau de ira & indigna
tione ad pietatem & fraternum amorem mutatum ſit. Cor em̄ hominum in manu Dei eſt: Pro.21.
& quocunq; voluerit,vertet illud.eſtq́; proprium Deo,in ipſam hominis voluntatem imme
diate agere,& illud ad libitum immutare. Alij dicunt ꝙ Eſau iam ante oblitus fuit iniuriæ,
quā aliquādo reputauit ſibi à Iacob illatā,& ꝙ venit obuiā non ad lædendum,ſed ad ſuſci-
piendum ipſum Iacob pacifice ac honeſte.[Et appropinquātes ancillæ & filij earum,incur-
uati ſunt &c.].i.profunde inclinauerunt ipſi Eſau. [extremi Ioſeph & Rachel adorauerunt]
adoratione duliæ. ¶Sed quęri poteſt, qualiter Ioſeph adhuc infantulus potuit adorare: &
reſpondēdum,ꝙ Ioſeph iam erat quaſi ſeptennis, quoniā natus eſt quartodecimo anno ſer-
uitij quo Iacob ſeruiuit Laban,poſt quos adhuc ſeruiuit eidem ſex annis:quibus elapſis,re-
ceſſit:ſicq́; poterat Ioſeph à parētibus informari, vt inclinaret ſuo auunculo Eſau. [Dixitq́;
Eſau: Quænā ſunt iſtæ turmæ, quas obuiā habui?] Hoc interrogauit de ſeruis & pecoribus
quos Iacob præmiſit per ordinem.[Reſpondit] Iacob: [Vt inuenirem gratiā corā domino
meo &c.] hoc eſt,ad me ꝑtinēt,& præmiſi eas, vt dignareris pecora iſta pro munere de mea
manu accipere,quatenus ꝑ hoc tibi acceptus fiam,& pietatem tuā promerear,cui quaſi dño
me ſponte ſubijcio. [Sic em̄ vidi faciem tuā,quaſi viderim vultū Dei.] Circa hoc loquitur
Auguſtinus:Vtrū verba animi Iacob pauentis ac ꝑturbati vſq; ad hāc adulationē prorupe- Auguſt.
rint,an ſine peccato dici *potuerūt,& forſan,ꝙ immo:quia & dij gentiū dicti ſunt,qui dęmo Pſal. 95.
nia appellanꝶ,& Apl̄s ait:Siquidē ſunt dij multi & dn̄i multi,maxime quia in Græco dictum 1.Cor. 8.
eſt ſine articulo,quo euidentiſſime ſolet verus Deus ſignificari,quod facile capiunt qui Gręcum intelligunt.
eſt itaq; ſenſus:Vidi te cum ingenti reuerentia,quaſi quendā deum,eo mo-
do quo iudices & prælati dij vocanꝶ,iuxta illud:Dijs nō detrahes.Et Moſi dictū eſt:Conſtitui Exo. 22.
te deū Pharaonis. [Eſto mihi propicius, & ſuſcipe benedictionē &c.].i.dona & encęnia quæ Exodi 7.
attuli.[Vix à fratre cōpellente ſuſcipiēs &c.].i. Eſau dona iſta vix capiens ex inſtātiſſima &
quodāmodo importuna prece ipſi⁹ Iacob.[Dixitq́; Iacob &c.ſeq̄r paulatim veſtigia eius] ſ.
Eſau [ſicut videro paruulos meos poſſe, donec veniā ad dn̄m meum in Seir &c.] Hoc dixit
Iacob,vt perſuaderet fratri ſuo Eſau,ꝙ præcederet eum,aſſerens ſe velle eum ſequi moroſe.
Non enim fuit libenter diu cum Eſau,ne forte Eſau inciperet recordari præteritoꝝ quæ Ia
cob fecerat ei.Veruntn̄ Iacob nō ſequebaꝶ eū vſq; in Seir,vel qa ex meliori deliberatiōe mu
tauit ꝓpoſitū,vel occurrit ei aliūde obſtaculū.poteſt tn̄ à mēdacio excuſari,dicēdo ꝙ inten-
debat eū ſequi,qn̄ ꝓtulit verba hęc.[Hoc vno tm̄ indigeo].i.inter ea q̄ tu mihi impēdere po-
tes,& q̄ ego à te cupio,hoc ſolo indigeo,[vt inueniā gratiā in cōſpectu tuo dn̄e mi.]Q.d.Nō
cupio tuas diuitias,neq; honorē,neq; comitatū, ſed bonum fauorē. [Reuerſus itaq; illo die
Eſau itinere q̄ venerat in Seir].i.in terrā Edō ſeu Idumæā, à noīe ſuo ſic appellatā, tn̄ aliq di
cūt,ꝙ Seir ſit hic nomē villę,i q̄ Eſau habitauit,& eā ſuo noīe nūcupauit.[& Iacob venit in
Socoth] ad vrbē ſic dictā.Vn̄ Hieronym⁹ ſcribit:Socoth vſq; hodie ciuitas eſt trās Iordanē,

de qua

Hieron. de qua in libro Iudicū legiṫ: Locutus eſt Gedeon ad viros Socoth. Dicit q̄q; Hieronymus,
Iudic. 8. ꝙ Socoth interpretaṫ tabernaculum. Hinc Iacob impoſuit nomē hoc vrbi illi, qm̄ ipſe fixit
ibi tabernacula ſua, ſicut ſubiungiṫ. [vbi ædificata domo & fixis tētorijs, appellauit nomē il-
lius Socoth. i. tabernacula.] ſed quare ædificauit ibi domū, cū ſoleret in tabernaculis ſeu ten
torijs & papilionib⁹ cōmorari? Ad hoc, vt Lyra refert, reſpondēt Iudæi, ꝙ ꝑ annū cū medio
habitauit ibidē, ideo fecit etiā domū ibi. [Tranſiuitq; in Salē vrbem Sichimoꝝ &c.] Circa
Hieron. hoc quęrit Hieronymus, quę fuerit iſta vrbs noīe Salē, ad Sichimos ꝑtinens, cū Hieruſalem,
in qua regnauit Melchiſedec, ante vocata ſit Salē. Ad q̊d reſpōdet, ꝙ vel vtraq; ciuitas idem
nomē ſortita eſt, q̊d de alijs multis Iudææ locis & oppidis inueniṫ, ꝙ ſ. idem nomē loci & vr-
bis, in alia & alia tribu eſt. Aut Salē, de qua nūc ſermo, interpretaṫ perfecta ſeu cōſummata:
alia vero, puta Hieruſalē, interpretaṫ pacifica. Tradunt em̄ Hebræi, ꝙ femur claudicātis Ia-
cob, in Salē vrbe Sichimoꝝ ſanatū ſit: ideoq; vrbē illā eſſe Salē vocatā, quæ etiā dicta eſt Si-
Ioan. 3. chem, ita ꝙ erat binomia. Et apud Ioannē diciṫ Salim, & iſtud verius æſtimaṫ, q̄ quod Lyra
refert, dicēdo: Secūdum Hebræos, Salē nō eſt hic nomē propriū ciuitatis, ſed nomē cōmune,
ſignificās integritatē ſeu pacē, vt ſit ſenſus: Trāſiuit Iacob* Salē, hoc eſt, integer atq; pacific⁹
in vrbē Sichem, qa videlicet nihil de rebus ſuis amiſit in via. [& habitauit iuxta oppidū] il
lud. & dicit quidā ꝙ noluit habitare in vrbe illa, qa idololatrę habitabāt in ea. Veruntn̄ cer-
tum eſt, ꝙ Iacob & etiā Abrahā & Iſaac, ſæpius cōmorati ſunt in vrbibus idololatraꝝ, immo
Iacob viginti annis habitauit cū Laban idololatra. fortaſſis autē magis cōueniebat ipſi Ia
cob, iuxta vrbē illam q̄ in ea morari, propter pecora ſua. [emitq; partem agri in qua fixerat
tabernacula]. i. tentoria ſua iuxta vrbē ꝓfatā, [à filijs Emor p̄ris Sichē] q Emor fuit rex Sichi
moꝝ, & pater viri noīe Sichem, à quo Sichimi ſeu Sichimitæ vocati ſunt. [centū agnis.] Cir
ca hoc dicit Lyra: Hebræi dicūt, centū obolis, ex quo cōcludit, ideo noſtra tranſlatio deficit,
aut dictio hebraica eſt æquiuoca. Ad q̊d dicendū, ꝙ cōcluſio illa, quātum ad primā eius par
Hieronymicæ laus authoritatis. tem, nō valet: qm̄ magis credēdum eſt ſancto Hieronymo, q̄ Hebræis. tn̄ ſi verbū illud Hebræ
um æquiuocū eſt, ad agnū & obolū, non magis habeṫ in Hebręo, centū obolis, q̄ centū agnis.
Diuitiæ aūt antiquoꝝ pecora erāt: idcirco frequēter emerūt ꝑ pecora, ſicut nūc ꝑ pecunias.
propter q̊d à pecus pecunia nomē ſumpſit, vt aſſerit Auguſtinus, & in decreto habeṫ. [& ere-
Auguſt. cto]. i. cōſtructo [ibi altari, inuocauit ſuꝑ illud fortiſſimū Deū Iſrael]. i. orādo obtulit ſuꝑ al
tare hoc hoſtias oīpotēti Deo Iſraelis, videlicet ſuipſius, q Iſrael eſt vocatus, ſeu ſuę poſteri-
tatis, quę ſępe hoc nomine deſignaṫ. & recte nūc diciṫ, fortiſſimū Deū Iſrael, qm̄ Deus oīpo
tentiā ſuā demōſtrauit in Iacob, protegendo eū à Laban & Eſau, cæteriſq; aduerſis: q̊d & Ia-
cob recognoſcēs, ſacrificauit ei ibi cū grāꝝ actione deuota. Itaq; ſancti huius p̄riarchæ ex-
emplo diſcamus noſipſos in oībus humiliare, nec aliqs de ſua quaſi virtuoſitate, ſap̄ia & ele
ctione p̄ſumēs, alteri ſe ꝓponat, aut offenſum placare ac veniā petere dedigneṫ, cū Iacob, qui
tot habuit reuelatiōes, cui & factæ erāt tot & tātæ à Deo promiſſiōes, q̄ ꝓfundiſſime atq; ſæ-
piſſime humiliauerit ſe corā reprobo fratre: nec bono charitatis & pacis aliqd p̄feramus, im
mo ob ea libēter deſpiciamus ſeu alijs condiuidamus tranſitoria bona, quæ & Iacob quàm
liberaliſſime ac promptiſſime præſtitit ſuo fratri deſiderio amicitiæ atq; concordiæ.

¶Expoſitio literalis cap. 34. Egreſſa eſt aūt Dina filia Liæ &c. Art. LXXXI.

CApitulo nunc elucidādo deſcribiṫ, quid cōtigerit ipſi Iacob, ac ſoboli eius circa Sichi-
mitas. [Egreſſa eſt autem Dina filia Liæ] & vltima proles eius, [vt videret mulieres re-
gionis illius.] Mulieres quippe naturaliter leues ſunt animo & curioſæ. Vnde libenter
vidēt aliqd noui, cū tn̄ deceat eſſe eas valde pudicas & taciturnas, ac domi manere, quātum
cōgrue fieri poteſt, p̄ſertim virgines atq; iuuēculas. Egreſſa eſt itaq; Dina ex domo parētū,
& introiuit ꝓfatum oppidum Sichimoꝝ, iuxta q̊d habitauit, atq; vt Ioſeph⁹ refert, tūc erat
Ioſe. li. 1. ant. iud. cap. 27. ſolennitas illa in vrbe, & Dina ſola tranſiuit illuc ad emendum ornamenta mulierum terræ
illius, & forſitan ad videndum ornatus & mores, feſta ac geſtus ciuium loci illius. [Quā cum
vidiſſet Sichem filius Emor Euæi, princeps terræ illius.] Sichē iſte fuit primogenitus ipſius
Emor, qui pro tunc fuit rex & princeps vrbis illius, & quorundam circumiacentium loco-
rum. ſicq; Sichem non fuit adhuc princeps terræ illius, niſi inquantum hæreditario iure ſuc
ceſſurus fuit patri ſuo in principatu. Vel forſitā pater ſuus iam ei commiſit quędā dominia.
Diciṫ autē Emor Euæus, qm̄ fuit de ſtirpe Euæi, qui fuit filius Cham filij Noe, vt dictum eſt
Gen. 10. ſuprà. [adamauit eam] àmore libidinoſo ac prædomināte, [& rapuit] eam violenter, adiu-
torio ſuoꝝ ſeruoꝝ, & forte ꝑ eos. [& dormiuit cū illa] cognoſcēdo ipſam carnaliter, [vi op-
primēs virginē]. i. eam quæ virgo fuit anteq̄ taliter cognoſcereṫ. & ita in fornicatione illa
fuit raptus & ſtuprum, vtpote violētia & violatio virginis. [Et conglutinata eſt anima eius
cum ea]. i. amore intēſiſſimo (qui amor ἔρως appellaṫ) ei adhæſit, qui amor eſt peſſimus, ſub-
ijciēs hominē carni totaliter, ita vt vix valeat aliud cogitare, niſi q̊d taliter amat, multaq; ma
la ſequunṫ ex eo. [triſtemq; deliniuit blāditijs &c.] hoc eſt, blādis ac dulcibus verbis conat⁹ eſt
con

ſolari ac mitigare Dinā, de ſua iniuriatione & cōſtupratione mœrentē, quia & parētum
ac fratrū ſuoꝝ metuebat indignationē atq; offenſam: doluit quoq; de hoc, ꝙ à iuuene ido-
lolatra & incircūciſo cognita fuit. Deniq; probabile eſt, ꝙ Sichem dixit ad eā: Ego ſum pri
mogenitus patris mei, & ero rex huius loci, & accipiā te vxorem, eroq; tibi bonus maritus,
nec parētes tui potuiſſent te taliter ſublimare. [Quod cū audiſſet Iacob &c.] ſ. filiā ſuā eſſe ra
ptam & corruptā [ſiluit donec] filij ſui [redirent &c.] qui tunc erāt in paſtu pecoꝝ occupa-
ti. Siluit autē diſſimulādo iniuriā, non vt filios ſuos incitaret ad inordinatā vindictā, ſed vt
conferret cum eis quid eſſet agendū: quia nec regi Emor audebat negare quod petijt, nec fi-
lio eius alienigenæ libēter tradidit filiā ſuā, vt Ioſephus refert. [Locutus eſt itaq; Emor ad Ioſep. li. 1. Antiq. Iu. c. 27.
eos] videlicet ad Iacob ac filios eius: [Sichem filij mei anima adhæſit filiæ veſtræ &c.] Loqui
tur autē pluraliter, filiæ veſtræ: quāuis filia eſſet ipſius Iacob, nō filioꝝ eius, eo modo quo ali-
quid aſcribiṫ toti multitudini ꝓpter partē ipſius.] Sed & Sichem ad patrē & fratres eius]. i.
ad Iacob & filios eius, [ait: Inueniā gratiā &c. augete dotem]. i. exigite à me pro dote quan-
tum vultis. [& munera poſtulate &c.] hoc eſt, non ſolum paratus ſum huic puellæ aſſignare
pro dote quod vultis, ſed vobis quoq; munera volo largiri ad libitū veſtrū. [Reſponderunt
filij Iacob, Sichem & patri eius in dolo, ſæuientes ob ſtuprū ſororis &c.]. i. pacatos ſe finxe-
runt ex verbis Emor & filij eius, & velle facere quod poſtulabāt, dummodo ipſi circūcideren
tur, cum tamē corde ſæuirent in illos, & ſororis ſuæ violationē proponerēt frociter vindica-
re, atq; vt aliqui dicunt, propoſuerunt ipſos inuadere, quādo iam eſſent circūciſi, quatenus
tunc non poſſent reſiſtere ex circūciſionis dolore. Vel dixerunt hoc, vt ſic euaderent quod
Emor & Sichem ipſis propoſuerunt, quos putabāt non conſenſuros circūciſionis conditio-
ni ac pacto. [Placuit oblatio eoꝝ &c.]. i. cōditio iſta, quā filij Iacob obtulerunt Emor & fi-
lio eius, placuit eis, quāuis videreṫ multum difficilis. Sed mirum ꝙ hic non ponitur reſpōſio
Iacob: & forte id quod filij ſui reſponderunt, venit ex eius cōſilio, non tn̄ ipſe intēdebat do-
lum quē filij intendebāt. ¶Deinde in textu deſcribiṫ, qualiter Emor & filij eius p̄ſuaſerunt
populo ciuitatis circūciſionem accipere. [Si circūcidamus maſculos noſtros &c.]. i. infantu
los iam natos & etiā naſcituros, immo & noſipſi iam circūcidamur, [ritum gentis imitātes:]
hoc eſt, obſeruationi & cōſuetudini Hebræoꝝ iſtoꝝ nos conformātes ꝑ circūciſionis aſſum
ptionem, [ſubſtātia eoꝝ & pecora, & cuncta quæ poſſidēt, noſtra erunt]. i. ꝑ mutua matrimo
nia inter nos & eos deuolueṫ ad nos, ſicut & ecōuerſo, bona noſtra ad eos ꝑ mutuā aſſocia-
tionē. [Tantū in hoc acquieſcamus, & ſimul habitātes, vnū efficiamus populū] per obſeruan
tiā eiuſdē ritus & cōiugalis cōiunctionis & cognatiōis ac affinitatis. [Aſſenſiq; ſunt oēs &c.]
iuxta antiquā grammaticā. i. oēs ciues vrbis illius cōſenſerunt conditioni & pactioni pro-
In Lyra ſem. poſitæ. ¶Præterea, vt recitat Lyra, Hebræoꝝ doctores aliter paſſum iſtū exponunt, dicētes ꝙ
filij Iacob ſyncera intentiōe dixerunt ad Emor & Sichem, Si circūcidamini, dabiṫ ſoror nr̄a
in coniugē Sichē, vt petitis: & ꝙ dictio hebraica, quā Hieronymus interpretatus eſt dolū, ſit
æquiuoca ad fraudem, & ad bonā cautelam: ſicq; filij Iacob intenderunt Sichimitas ad cir-
cūciſionem recta intentiōe inducere: ſed Emor & Sichem dolū fecerunt, dicētes ciuibus ſuis:
Si circūcidamus maſculos noſtros, oīa quæ poſſidēt, erunt noſtra. i. habebimus eos nobis
omnino ſubiectos, & erunt ſeruilis conditionis ſub nobis. quo dolo ꝑcepto, filij Iacob rupe
runt pactū: qm̄ violātibus fidē, nō eſt fides ſeruāda, & interfecerūt Sichimitas. Hæc aūt expoſi
tio falſa cenſeṫ, qm̄ dato ꝙ dictio illa hebraica interdum ſignificet bonā cautelā, q̊d tamen
R. Paul⁹. Rabbi Paulus negat, attamē hoc loco nō poſſet ſic accipi, quia immediate ſubiungiṫ: [ſæui-
entes ob ſtuprum ſororis.] Si autē filij Iacob dixiſſent bona intentiōe & prudenti cautela, Si
circūcidamini, nō dixiſſent verba quę in textu habenṫ, ſæuientes, ſed placati & ignoſcentes.
¶Deniq; paulopoſt in iſto habeṫ cap̄lo, ꝙ dū Iacob rep̄hēdiſſet filios ſuos de interfectiōe Si-
chimoꝝ, nullā aliā excuſationē tangebāt, q̄ ſororis ſuæ violationē, dicēdo: Nunqd vt ſcorto
abuti debuerūt ſorore noſtra? Si autē Sichimitæ cōmiſiſſent dolū prætactū, allegaſſent eum
pro ſua excuſatiōe. Infrà quoq; habeṫ, quēadmodū Iacob mox moriturus, locutus ſit, Simeon
& Leui vaſa iniquitatis bellātia, &c. vbi rep̄hendit eos de fraudulēta & atroci interfectiōe Si
chimitaꝝ, nec poſſunt verba illa exponi de peccato eoꝝ in Ioſeph cōmiſſo, vt in expoſitiōe
R. Paul⁹. ca. 49. oſtendetur. Veruntn̄ R. Paulus dicit, ꝙ ꝓinducta Hebræoꝝ expoſitio poteſt ſaluari, qa
(vt aſſerit) Sichimitæ nō petierūt veniā aliquā de tāta iniuria illata Iacob ac filijs eius, nec fi
lij Iacob promiſerūt pacē Sichimitis, ſed cōceſſerūt ſolum ꝙ poſſent cōfœderari, ſi circūcide
renṫ: ideo nō videnṫ peccaſſe, abſcondēdo ſuū propoſitū Sichimitis, qm̄ licitū eſt cōtra inimi
cos vti inſidijs. Sed oīa iſta iſtius Pauli verba, ſunt valde imperite prolata. ꝙ enim affirmat
Sichimitas nullā veniā poſtulaſſe, eſt contra textum quo diciṫ: Sichem ad patrē eius, ſ. Dinæ,
& ad fratres eius ait: Inueniam gratiā coram vobis: & quæcūq; ſtatueritis, dabo. munera po
ſtulate, libens tribuam quod petieritis. Inſuper q̄uis filij Iacob non ꝓmiſerunt Sichimitis pa
cem abſolute, permiſerunt tn̄ eam ſub conditione, dicentes: [In hoc valebimus fœderari, ſi
ſimi-

ſimiles noſtri eſſe volueritis,& circũcidaẽ in vobis oĩs maſculini ſexus: tũc dabim⁹ & accipie
mus mutuo filias veſtras ac noſtras,& habitabimus vobiſcũ, erimuſq; vnus populus.] Ideo
poſtquã Sichimitæ conditionẽ hãc impleuerũt,filij Iacob obligati fuerũt pacẽ ſeruare cum
eis,ac ſi abſolute promiſiſſent hãc illis: ſtante quoq; illa cõditione, & præſertim ea impleta,
nõ potuerũt filij Iacob vti inſidijs cõtra Sichimitas,nec habuerũt cõtra eos ꝑliũ iuſtũ,in q̃ ſo
lo licet inſidijs vti. Præterea falſum eſt,q̃d Paulus iſte affirmat,Iacob p̃riarchã nõ increpaſſe
filios ſuos de iniuſtitia in hoc facto. Nam(vt paulopoſt inducet)dixit ad eos, Turbaſtis me:
per q̃d inſinuauit, eos iniuſte egiſſe. [Et ecce die tertio qñ grauiſſimus vulneꝝ dolor eſt].i.
quãdo circũciſi magis affligunt ex vulnere circũciſionis,qa(vt dicit) tertio die inde ampli-
us cruciant,ſicut & vulnera quædã magis affligunt poſt certũ tẽpus q̃ dum recentia extant.
[Simeon & Leui] fratres Dinæ vterini,[arreptis gladijs, ingreſſi ſunt vrbẽ confidẽter].i.au-
dacter,interfectiſq; om̃ibus maſculis] adultæ ætatis, qa (vt ſtatim dicet)paruulos duxerunt
captiuos:[Emor & Sichem pariter necauerũt &c. qbus egreſſis] de domo Emor,[irruerunt
ſup occiſos cæteri filij Iacob,& depopulati ſunt vrbẽ in vltionẽ ſtupri &c.] non in vindictam
præfatæ fraudis cõfictæ. [Quibus patratis audacter,] audacia exceſſiua,quæ fortitudini & ra
tioni cõtrariat. Fortitudo nãq; eſt virtus moralis & cardinalis,media inter duo vitioſa extre
ma,quæ ſunt timor atq; audacia,q̃uis timor & audacia interdum accipiant extenſe in bono,
[Iacob dixit ad Simeon & Leui: Turbaſtis me].i.ꝑ hæc opera veſtra mala ad magnã me in-
duxiſtis triſtitiã,inquietudinẽ ac timorẽ. Fuerũt em̃ in geſtis his filioꝝ Iacob violatio pacti,
crudelitas,furor,im mãſuus dolus,&indignatio grauis,homicidiũ & iniuſtitia prorſus enor
mis: qm̃ & multos occidiſſe cenſent,q in raptu violationeq; Dinæ,culpã nõ habuerũt. Pro
Cen. 49. pter q̃d Iacob dixit poſtea de eiſdẽ: Maledictus furor eoꝝ,qa ꝑtinax:& indignatio,qa dura:
in conſiliũ eoꝝ nõ veniat anima mea,& in cœtu eoꝝ nõ ſit gloria mea. [& odioſum feciſtis
me &c.habitatoribus terræ huius]qm̃ factũ veſtrũ mihi imponet ab illis.[Nos pauci ſumus]
comparatiõe illoꝝ.[illi cõgregati ꝑcutient me] .i.occidẽt, [& delebor ego & domus mea.]
hoc eſt,ego &ſoboles atq; familia mea,auferemur de ſupſicie terrę ꝑ interfectionẽ ab illis. Vi
det Iacob ita dicẽdo eſſe mẽtitus, qa nõ cõtigit ita,& de veritate diuinaꝝ promiſſionũ ei ſæ
pe factaꝝ dubitaſſe. Frequẽter etem̃ Deus ei ꝓmiſit copioſiſſimã poſteritatis ſuæ multiplica
tionẽ. Dicẽdum ꝙ Iacob protulit verba illa,nõ ſimpliciter aſſerẽdo, ſed auiſando ac formi-
dando,ſecundũ cõſiderationẽ inferioꝝ cauſaꝝ,ſecundũ quas ſic factũ fuiſſet,niſi Deus om̃i-
potens aliter ſubueniſſet. [Reſpõderunt: Nunqd vt ſcorto].i. q̃ſi meretrice [abuti debuere ſo
rore noſtra?] nõ vtiq;,immo grauiter peccauerũt ea abutendo,hoc eſt,rapiẽdo & illicite co
gnoſcẽdo,quæ tñ carnalis cognitio à ſolo Sichem pacta eſt: & q̃uis Sichimitæ nõ debuerũt
ſic agere,iſte tñ non fuit iuſtus vltionis modus ac ordo, ꝑſertim qm̃ Emor & Sichem emen-
dationẽ præbuerũt tam magnã,& ꝓpter alias cauſas ꝑhabitas. ¶Præterea obijci poteſt præ-
dictis,ꝙ hiſtoria iſta incredibiliter ſonat: quõ em̃ tam pauci q ad ſobolem ac familiã Iacob
pertinuerũt,poterãt multitudinẽ occidere tãtam? ꝑſertim qa ſenior filius Iacob,adhuc vix
erat vigintiqnq; annoꝝ,vel paꝝ plus. Iacob em̃ habitauit in Meſopotamia ſolũ viginti an
nis, & ſeptẽ annis moratus eſt ibi anteq̃ genuit Ruben primogenitũ ſuũ, immo quaſi octo
annis,ita ꝙ Ruben in exitu à Meſopotamia erat duodecim annoꝝ aut circiter. propter q̃d
Iacob rediẽs,de filijs ſuis ad Eſau,dixit: Paruuli ſunt. Ad iſtud Auguſtinus rñdet,ꝙ multi fue
Auguſt. runt cũ Simeone & Leui adiuuãtes eoſdẽ & ꝙ Iacob diu habitauit in terra illa poſt reditũ à
Meſopotamia,anq̃ filij ſui iſtud fecerũt. Habuit aũt Iacob grãdẽ familiã, ſicut de Abrahã &
Iſaac dictũ eſt. Sichimitæ q̊q; fuerũt ad reſiſtendũ imparati, ĩmo & ex dolore circũciſiõis in-
Ioſep. li. firmi. Porro Ioſeph⁹ proteſtat: Cũ eſſet in vrbe illa feſtiuitas,& Sichimitæ rege ac epulis vte
1. Antiq. rentur,filij Iacob primis cuſtodijs incunctãter aſſiſtẽtes,occiderũt dormientes. ¶Rurſus con
iud. c. 27. tra prędicta obijcit,q̃d ſancta vidua Iudith ait: Dñe Deus patris mei Simeõ,q dediſti ei gladi
Iudit. 9. um in defenſionẽ.i.vltionẽ alienigenaꝝ,qui violatores extiterũt in coinquinatiõe,& denu-
dauerũt femur virginis,& dediſti mulieres eoꝝ in prædã,& paruulos eoꝝ in captiuitatem,
& oẽm prædã in diuiſionẽ ſeruis tuis q zelauerũt zelũ tuũ. Ex qbus videt ꝙ filij Iacob iuſto
ac diuino zelo id peregerũt,& factũ illud Deo ſit aſſcribendũ,eiuſq; adiutorio factũ. Ad hoc
breuiter aliqui dicunt,ꝙ liber Iudith non eſt in canone ſacræ ſcripturæ,& ab Hebræis inter
apocrypha computat,idcirco nõ habet authoritatẽ cõtra ſcripturã canonicã. In Scholaſtica
Euſebi⁹. vero hiſtoria reſpondet,ꝙ Iudith nõ commẽdauit factũ Simeonis, q̃d deteſtatus eſt Iacob,
ſed vltionẽ dñi factã per manũ iniqui. Cui ſolutioni obijcit, ꝙ Iudith dicit deprædatores Si-
chimitaꝝ zelo Dei ꝓmotos. Ad q̃d dici poteſt,ſicut de Iudæis ait Apoſtolus,ꝙ habuerunt ze
Rom. 10. lum Dei,ſed non ſecundũ ſcientiã. ¶Poſtremo moraliter ꝑ Dinã foris egreſſam ac violatam,
intelligit anima curioſa,quæ ſuiꝑſius diſcuſſione & cuſtodia derelictis, per inania euagat,
aliorumq; vitã & defectus ſcrutat: ideo à diabolo conſtuprat,fitq; illius adultera corruendo
Grego. in mortalia peccata. Graue quippe curioſitatis eſt vitiũ,q̃d dum hoĩem alioꝝ obſeruatiõi fa
cit

cit intentum, reddit eũ ad cõſiderandũ proprias culpas cæcũ. Cumq; anima talis ad horam
de ſuis dolet peccatis,diabolus triſtem delinit blãditijs, ꝑſuadens ei ad priſtina mala redire:
eius quoq; ꝑlato conat ſuggerere,vt eũ nõ increpet inde,ſed ſibi cohærere ꝑmittat. boni au
tem ꝑlati nõ acquieſcũt ſuggeſtioni huiuſmodi,ſed arreptis gladijs verboꝝ cæleſtiũ ac vir-
tutũ,impugnãt diabolũ,& de eius*donis quę eſt eccleſia malignoꝝ,animã ita deceptã ac eis * domo
commiſſam,reducũt,conuertendo eãdem,ſatanamq; ſub pedibus ſuis velociter conterunt.

¶Expoſitio cap. 35. Interea loquutus eſt dñs ad Iacob. Art. LXXXII.

Ecitant in iſto capl'o actus quidã & peregrinatiões ſancti Iacob,& beneficia ei à Deo
collata. [Interea locutus eſt Deus ad Iacob] per angelũ, conſolãdo eũ in timore quem
habuit propter cauſam in fine præcedẽtis capituli expreſſam, & cõſulendo ei qd age-
ret. [Surge] de loco iſto,& à tua formidine. [& aſſcende Bethel].i. ad locũ in quo vidiſti ſca-
lam in ſomnis,puta ad mõtem Moria prope Hieruſalẽ. [& habita ibi] cum tuis domeſticis,
[facq;] ibi [altare Deo q apparuit tibi qñ fugiebas Eſau] qñ vidiſti dñm ſcalæ innixum,vt di
ctum eſt ſuprà. Loquit autẽ Deus per angelũ de ſeipſo,quaſi de alio,vel ad inſinuãdam plu-
ralitatem ꝑſonaꝝ in ſimplici deitate ſic loquit. Eſt tamẽ conſuetudo ſcripturæ veteris teſta
menti ſic loqui. [Iacob vero cõuocata omni domo].i. ſobole ac familia [ſua,ait: Abijcite de-
os alienos qui in medio veſtri ſunt,] id eſt,idola quæ habetis. Probabile eſt, ꝙ in domo Ia- Ioſe. li. 1.
cob nemo aperte coluit idola,& forte nec clam,quod de eius vxoribus & filijs ac filia certius anc. iud.
eſt. Sed ex vrbe Sichimoꝝ abſportarunt idola quædã, vt dicit. Ioſephus quoq; fatet, ꝙ dum cap. 27.
Iacob purgaret ſuos domeſticos,inuenit idola Laban. [& mũdamini] à veſtris peccatis quę
commiſiſtis in Sichimitas,& à cæteris vitijs veſtris ꝑ pœnitentiã verã. [ac mutate veſtimen
ta veſtra] ſanguine adſperſa,aut à Sichimitis iniuſte ſublata,quatenus ꝑ exterioris veſtitus
mutationẽ admoneamini, & curetis interiorẽ cordis veſtri diſpoſitionẽ mutare in melius.
[faciamus ibi altare dño] ad offerendũ ei ſacrificia laudis & gratiaꝝ actiõis,[qui exaudiuit
me in die tribulatiõis meæ,& ſocius fuit itineris mei].i. gratioſe ac familiariter aſſuit mihi
in peregrinatiõibus meis,in qbus etiã per angelos viſibiliter comitatus eſt me. [At ille] ſ. Ia
cob,[infodit eos] vtpote deos alienos cum inauribus & armillis, idoloꝝ illoꝝ ornamentis,
[ſubter terebynthũ.] Eſt aũt terebynthus quercus quędã nigra. [Cumq; profecti eſſent].i.cũ
Iacob & eius domeſtici receſſiſſent à loco prope Sichem ſeu Salem, [terror Dei inuaſit oẽs
per circuitũ ciuitates] hoc eſt,Deus om̃ipotens ꝑterruit habitatores vrbiũ quæ erãt in gyro
Sichem. [& nõ ſunt auſi ꝑſequi recedẽtes] & hoc fecit Deus meritis Iacob, q idola illa tanq̃
ſpurcitias fodit ſub terra,& qa domeſtici eius iam purgauerũt,vt diuina protectione eſſent
condigni. Qualiter vero Deus ꝑterruit vrbium illaꝝ habitatores, an ſ. per aliqua exteriora
viſa ſiue audita,an corda eoꝝ alterãdo ab audacia ad pauorẽ,ſcriptura nõ exprimit. [Venit
igit Iacob Luzam &c. cognomẽto Bethel &c.].i. ad vrbẽ Hieruſalẽ, quæ his alijſq; nomini-
bus appellat,vt dictũ eſt. [& appellauit nomen loci illius,domus Dei &c.] hoc em̃ ſignificat
Bethel,& ita vocauit locũ illum qñ fugit ad Meſopotamiã: nunc quoq; ita vocauit, nomen
prius à ſe impoſitũ confirmãdo: tunc etiã adimpleuit quod dño vouit in viſione præfata,ſi-
Gen. 28. bi in monte Moria facta,dicẽdo: Cunctorumq; quæ dederis mihi, decimas offerã tibi.] Eo-
dem autẽ tẽpore mortua eſt Delbora nutrix Rebeccę,& ſepulta eſt ad radices Bethel].i. pro-
pter vrbem illã ſeu in pede montis Moria. [ſubter quercũ] quatenus ex arbore illa famoſi-
or eſſet ſepultura ipſius. [vocatumq; eſt nomẽ loci illius,quercus fletus.] & hoc propter ma
gnitudinẽ triſtitiæ ac ploratus,quos Iacob & eius domeſtici habuerunt de morte Delboræ,
quæ fuit matrona valde antiqua,& (ſicut ex verbis his cõijcitur) virtuoſa. Apparet quoq; ex
his ꝙ Delbora obijt in domo Iacob,dicũtq; aliqui,ꝙ Rebecca diu ante hæc miſit eam cum
alijs in Meſopotamiã,vt inde reduceret Iacob,& ꝙ exinde mãſit cum Iacob: quod ſi verum
eſſet,probabile eſt ꝙ Iacob nõ mãſiſſet tot annis cum Laban: vel qñ expoſuit vxoribus ſuis
cauſas ſuæ reuerſionis ad terrã natalem, expreſſiſſet & cauſam hanc, ꝙ ſcilicet mater ſua ita
miſiſſet pro eo. Ideo dici poteſt,ꝙ ex domo Iſaac iuit ad viſitandũ Iacob,quẽ valde dilexit:
& manens cũ eo,defuncta ſit. [Apparuit aũt iteꝝ Deus Iacob &c. benedixitq; ei,dicens: Non
vocaberis vltrà Iacob].i. non ſolũ nec principaliter Iacob vocaberis. [ſed Iſrael erit nomen
tuum,] quod nomen competit tibi tanq̃ viro contemplatiuo & ꝑfecto. [Et appellauit eum
Iſrael.] & ita nomen iſtud eſt ei modo impoſitũ, quod ante prænunciatum fuerat imponen
dum. [Dixitq; ei: Ego Deus oĩpotens.] idcirco de meis promiſſionibus non eſt ambigendum
quin poſſim eas implere. [Creſce] in virtutibus, & in ſobole tua ac poſteris, [& multiplica-
re] in ſucceſſoribus tuæ propagationis, Iacob quoq; poſt hæc genuit Beniamin. [gentes &
populi nationum ex te erunt,] videlicet duodecim tribus Iſrael, omnes quoq; fideles erunt
filij tui per fidei imitationem. [Reges de lumbis tuis egredient].i. ex ſemine poſteroꝝ tuoꝝ
naſcẽtur, quia de tribu Iuda fuerunt reges,ex tribu etiã Ephraim fuerunt multi decem tri-
buum reges. [terramq; quam dedi Abrahã & Iſaac].i. quã eis pro eoꝝ poſteris ſuo tempore

dare

dare promiſi, [dabo tibi, &] pro id eſt, [ſemini tuo poſt te. Et receſſit ab eo,] hoc eſt, Deus
per angelum loquens & apparẽs ipſi Iacob, diſparuit. [Ille vero erexit titulum lapideum]. i.
lapidem ſtatuit pro ſigno & memoriali reuelationis diuinæ ſibi factæ, in loco quo loquutus
ei fuerat Deus. [libans ſup eum libamina]. i. ſup lapidem illum Deo offerens oblationes de
materijs liquidis, [& effundens oleum,] quod etiã dño immolauit, [vocansq; nomen loci il
Gen. 28. lius]. i. vrbis ſituatæ prope hunc mõtem ſeu titulum, [Bethel.] Iſta q̃q; fecit qñ ad Meſopo-
tamiã fugit, & ſcalã in ſomno conſpexit. Vnde cap. 28. ſcriptum eſt: Surgens mane, tulit la-
pidem & erexit in titulum, fundens oleum deſuper, appellauitq; nomẽ vrbis Bethel, quę pri-
us Luza vocabaẗ. [Egreſſus autem inde] Iacob cum ſuis domeſticis, [venit verno tempore]
ſcilicet tempore veris, quod ad ambulãdum eſt aptum, [ad terrã quæ ducit Ephratã] hoc eſt,
ad Bethlehẽ, [in qua] terra ſeu via, nõ in ipſa vrbe, [cum parturiret]. i. cum vehemẽti dolore
inciperet parere [Rachel, ob difficultatẽ partus periclitari cœpit:] hoc eſt, morti appropin-
quare. [Dixitq; ei obſtetrix: Noli timere, qa & hũc habebis filiũ]. i. poſt huiꝰ infantuli natiui
tatẽ adhuc viues. Quaſi diceret: Nõ morieris, q̃d dixit ad cõfortandũ & cõſolandũ Rachelẽ.
[Egrediente aũt anima] Rachelis de corpore ſuo [prę dolore,] hoc eſt, diſponente ſe ad egre
diendum, ita ꝙ vita animalis in aliquibus membris quaſi defecit, [& morte iam imminẽte,
vocauit nomen filij ſui Benoni. i. filius doloris mei.] hoc eſt, filius quẽ cum tãto dolore pepe
ri, & q mihi occaſio eſt huiꝰ doloris mortiferi. [Pater vero appellauit eũ Beniamin. i. filiꝰ de-
xtræ.] hoc eſt, cõſtantiæ ſeu virtutis, quã Iacob in eius generatiõe ac nominatiõe mõſtrauit.
[Mortua eſt ergo Rachel, & ſepulta eſt in via quæ ducit Ephratã, hæc eſt Bethlehẽ.] quæ pri
mo vocata eſt Ephrata ex noĩe vxoris Caleph, quæ Ephrata vocabaẗ, & ibi ſepulta eſt, vt pri
1. Par. 2. mo Paralip. & in Scholaſtica ferẗ hiſtoria: poſtmodũ vero dicta eſt Bethlehẽ, q̃d interpretaẗ
Euſebiꝰ. domus panis, qa poſt grãdem cariſtiã ibi factã tẽpore Elimelech, fuit ibi abundãtia victua-
liũ magna. [Erexitq; Iacob titulũ] hoc eſt, notabile, memorialeq; ſignũ ſepulturæ Rachelis,
[ſup ſepulchrũ eius.] Hebræi autẽ ſemp fuerunt ſpecialiter diligẽtes de honorifica ſepultura
ſuoꝝ, tanq̃ fidẽ habẽtes vitæ ſequẽtis & reſurrectiõis futuræ, atq; vt viui haberẽt mortuoꝝ
memoriã, ad ſequendũ bonoꝝ exempla, & ad orandum pro ipſis, immo & pro honoratione
ipſoꝝ. [Hic eſt titulus monimẽti Rachel vſq; in præſentẽ diem.] qa durauit vſq; ad tempus
quo Moſes ſcripſit hæc, diuq; poſtea. [Egreſſus inde] Iacob cũ ſuis, [fixit tabernaculũ ſuum
Hieronẽ. trans turrẽ gregis.] Circa hoc dicit Hieronymus: Hunc locũ dicũt Hebræi, vbi poſtea ædifi-
catum eſt templũ, & per turrim gregis ſignificari turrẽ Ader. i. cõgregatiõis & cœtus, de quo
Mich. 4. ait Micheas: Et tu turris gregis nebuloſa filiæ Sion: & Iacob fixiſſe tẽtoria illo tẽpore trans
locũ, vbi poſtea ædificatũ eſt templũ. ſed ſi ſequimur ordinẽ vię paſtoꝝ, locus eſt iuxta Beth
Lucæ 2. lehem, vbi vel angeloꝝ grex in Chr̃i natiuitate cecinit, vel Iacob ſua pecora pauit, nomẽ lo-
co illi imponẽs: & q̃d verius eſt, tunc quodã vaticinio p̃monſtrabaẗ, quod futuꝝ erat myſte-
rio. Itaq; ſecũdum Hebræos, turris gregis ſignificat locũ vbi poſtea cõſtructum eſt tẽplum,
qui locus vocatus eſt turris gregis, qm̃ templũ factũ fuit inſtar turris, illucq; congregabatur
populus, & pecora adducebanẗ ad immolãdum. Porro ſecundũ Hieronymũ, locus eſt nõ re-
Hieron. mote à Bethlehẽ, vbi Chr̃o nato angeli cecinerũt, Gloria in excelſis Deo: quẽ locũ vocaue
Lucæ 2. runt poſtea Chr̃iani, Angelus ad paſtores. ſicq; ſecundum intentionẽ beati Hieronymi, lo-
cus ille vocatꝰ eſt turris gregis quodã vaticinio futuroꝝ. [Cumq; habitaret in illa regione,
abijt Ruben] ꝑ enormẽ mẽtis ſuæ à Deo auerſionẽ, & à loco in q̃ iniqtatẽ cõcepit, [& dormi
uit cum Bala concubina p̃ris ſui.] Bala illa, ancilla fuit Rachelis, & vxor legitima Iacob: atta
men eius cõcubina vocaẗ, quia erat vxor minus principalis, vt dictũ eſt plenius. [quod illum
minime latuit,] qa vel angelo reuelãte, vel homine recitãte ꝑcepit, & hoc crimẽ Ruben fuit
deteſtabilis prorſus inceſtus. Recitat tñ Lyra, ꝙ ſecũdum Hebræoꝝ doctores Ruben nõ co-
gnouit Balam carnaliter, ſed mortua Rachele dum Iacob trãſtuliſſet lectũ Balę de taberna-
culo Rachelis, in quo Bala iacere ſolebat, tanq̃ Rachelis ancilla, ad tabernaculum Liæ, Ru-
ben eiecit lectum inde, quia diſplicuit ſibi ꝙ lectus Balæ iaceret in tabernaculo Liæ matris
ſuæ. ſed iſtud fabuloſum cenſet, nec conſonat literæ, nec ob talem eiectionem aut culpã ſan
ctus Moſes ſcripſiſſet ipſum Ruben dormiuiſſe cum cõcubina patris ſui, nec ſolet ſcriptura
Gen. 49. peccata hominũ minora ita exaggerare. Deniq; fabula illa, eſt cõtra id quod Iacob in extre
mis poſitus dixit ad Ruben: Effuſus es ſicut aqua, non creſcas, quia aſſcendiſti cubile patris
R. Paulꝰ. tui, & maculaſti ſtratum eius. Hinc Rabbi Paulus refert, ꝙ alij dicunt ipſum Iacob intantum
abhorruiſſe tam enormem filij ſui inceſtum, ꝙ ipſe de cætero ab actu generationis ceſſauit.
Deinde in litera nominanẗ duodecim filij Iacob, qa Beniamin nõ genuit aliquã prolẽ. & ad-
dit: [Hi ſunt filij Iacob, qui nati ſunt ei in Meſopotamia] quæ eſt pars ac regio [Syriæ.] Sed
Auguſt. obijci poteſt, ꝙ Beniamin nõ eſt in Meſopotamia, ſed in terra Chanaan natus. Ad q̃d Augu
ſtinus reſpondet, ꝙ etiam Beniamin pro tanto diciẗ in Meſopotamia natus, quoniã inde ha
Idem. buit cauſam ſuæ natiuitatis. Ibi em̃ mater ſua patri ſuo eſt matrimonio iũcta. additq; Augu
ſti-

ſtinus: Nulla aũt eſt facilior huius q̃ſtionis ſolutio, q̃ vt verba Moſis, dicẽtis hos duodecim fi
lios Iacob in Meſopotamia genitos, per ſynecdochen accipianẗ, ſumendo videlicet maio-
rem partẽ pro toto. [Venit etiã] Iacob [ad Iſaac patrem ſuum] An hic ſerueẗ ordo hiſtoriæ,
neſcio. Non em̃ videẗ, ꝙ Iacob poſt reditum ſuum à Meſopotamia, non viſitauerit patrem
ſuum, ſenem, cæcũ, atq; chariſſimũ, ante ea quæ modo ſunt recitata, ſed forte diu ante quæ-
dam eoꝝ ac ſæpius. ſed nũc deſcribiẗ ſuum patrem viſitaſſe, quia Moſes voluit hic mortem
& ſepulturã Iſaac enarrare. venit ergo ad patrem ſuũ [in Mambre ciuitatẽ Arbee.] Ciuitas Hieronẽ.
Arbee ſeu Arbea nomine, ipſa eſt quæ alio nomine vocata eſt Ebron, atq; vt ſcribit Hiero- Gen. 14.
nymus, eadẽ vrbs antiquitus dicta eſt Mãbre, ab amico Abrahę noĩe Mambre, de quo ſuprà
dictũ eſt. ideo nõ apparet veꝝ, quod quidã hic ſcribit, Mambre nomen eſſe regionis in qua
erat Ebron. [in qua peregrinatꝰ eſt Abrahã & Iſaac]. i. in ciuitate illa habitauerũt tanq̃ alieni
& peregrini ac aduenæ. [& cõpleti ſunt dies Iſaac centum octoginta annoꝝ] ſicq; quinq; an
nis diutius vixit q̃ Abrahã. Ioſephus tamẽ dicit eum vixiſſe centũ octogintaquinq; annis,
vt aliqui referunt, quod tñ non inueni in Ioſepho, ſed ſicut in textu habeẗ. [conſumptusq;
ætate,] ita ꝙ naturalem periodum ſuã impleuit, & humidũ radicale conſumptũ fuit in eo à
calido naturali. [mortuus eſt, & appoſitus eſt pp̃lo ſuo &c.]. i. in limbo patrũ & ſinu Abrahæ
eis coniunctus, quãtum ad animã. [& ſepelierũt eum Eſau & Iacob filij ſui] qui fuerũt prin-
cipales inter eos q ſepulturæ interfuerũt. Aderãt autẽ & alij multi, & etiã forſan multi filioꝝ
Iacob & Eſau. ¶Poſtremo, qm̃ nõ fit hic mentio de Rebecca, dicũt expoſitores concorditer, R. Paulꝰ.
ꝙ fuit defuncta anteq̃ Iacob venit ad Iſaac. & Rabbi Paulus dicit, ꝙ ſecũdum Hebræos fuit
defuncta ante reditum Iacob à Meſopotamia. ſed tunc quæſtio oritur, cur ſcriptura nõ facit
mentionẽ de morte & ſepultura Rebeccæ, cum tñ tam ſolennem faciat mentionẽ de morte, Idem.
ſepulturaq; Delboræ nutricis Rebeccæ? Ad quod (vt recitat Rabbi Paulus) reſpondent He-
bræi, ꝙ Iſaac fecit Rebeccã de nocte ſepeliri occulte, qm̃ eius ſepelitio nõ potuit honorifice
fieri, eo ꝙ ipſe Iſaac non potuit intereſſe, tanquam iam valde ſenex & cæcus. Eſau quoq; in-
tereſſe noluit, quoniã mater priuauit eum (ſua inſtigatione) benedictiõe paterna, Iacob ve-
ro nondum erat reuerſus. Iſta recitatio videtur incerta & fabuloſa. Poterat enim illuc Iſa-
ac deduci, poterat quoque multos honorabiles viros illuc dirigere: nec certum eſt ꝙ Eſau
tam ꝑtinax manſerit in ſua cõtra matrem propriã indignatione, ꝙ noluit eius ſepelitioni
adeſſe, q̃d etiã propter humanum dedecus (vt puto) vitaſſet: immo cum fratrem ſuum tam
amoroſe ſuſceperit, potuit interim pietate & beneficijs ſuæ matris emolliri, & ei placari.
¶Deniq; q̃uis fabula illa eſſet vera, ob hoc tñ nõ oportuit ſcripturã ſacrã ab enarratiõe mor
tis ac ſepulturæ Rebeccæ ſilere: immo abſolute loquẽdo, falſum eſt ꝙ ſcriptura inde conti- Gen. 49.
cuit, qa q̃d hoc loco nõ refert, infrà narrat, quẽadmodũ moris eſt ſcripturaꝝ, ꝑ recapitula-
tionẽ multa ante omiſſa deſcribere. Scriptũ eſt equidẽ infrà præallegato capl̃o, ibi videlicet,
in ſpelunca duplici ſepultus eſt Iſaac cum Rebecca, ibi & Lia cõdita iacet: ex quo itidẽ con-
ſtat, veꝝ non eſſe, ꝙ dicunt ſcripturã non facere mentionem de Liæ ſepultura ac morte.

¶Spiritalis explanatio eiuſdem cap. 35. Art. LXXXIII.

PEr Iacob pium & ſimplicem deſignaẗ quicũq; fidelis. quemadmodũ igiẗ Iacob formi-
danti inuaſionẽ Chananæoꝝ, locutus eſt dñs, vt ſurgens aſſcenderet Bethel, habitaretq;
ibi, ſic vnicuiq; noſtrum inuiſibiliũ hoſtiũ certamina metuenti, Deus iniungit, vt ab im
moderata formidine atq; ignauia exurgentes, aſſcendamus mente per ſpem & orationẽ ad
domũ Dei, ad ſanctã matrẽ eccleſiã ſeu cõgregationẽ viroꝝ feruentiũ, audiendo ipſoꝝ con
ſilia, & ſequendo ſanctoꝝ exempla, faciamusq; ibi altare, hoc eſt, arã charitatis ac fidei con-
ſtruamus in cordibus noſtris, quatenus om̃ia noſtra ex fide procedãt, & per charitatem dño
offerãtur, qa hoc ſacrificiũ Deus ſolum acceptat, q̃d in ara cordis flãma charitatis accendit. Gregor.
[Iacob vero cõuocata om̃i domo ſua, ait: Abijcite deos alienos, & mundamini, ac mutate ve
ſtimenta veſtra.] Sic vnuſquiſq; prælatus ac præſidẽs ſibi creditos debet ad charitatẽ, pacem
& profectũ aſſiduum cõuocare, & ſæpe corporaliter cõgregare, om̃esq; feruenter hortari, vt
deos abijciãt alienos, vtpote auaritiã, quæ idoloꝝ eſt ſeruitus, ſuperbiã, immunditiã, & om̃e
id, per quod ſeu cui magis adhæret homo q̃ Deo: ſe quoq; per contritionem, confeſſionem Ephe. 4.
& ſatisfactionẽ emundent, veſtimentaq; mutent, exuendo veterem hominẽ cum actibus ſu- Col. 3.
is, & induendo nouum, qui ſecundũ Deum creatus eſt, in ſanctitate. Praua ac ſordida veſti-
menta, ſunt animæ vitioſæ conſuetudines, habitus mali, mores & actus peruerſi, de quibus
in Zacharia habeẗ: Auferte ab eo veſtimenta ſordida. Hęc veſtimenta ſunt commutanda in Zach. 3.
veſtimenta pulchra, precioſa atq; flagrãtia, quæ ſunt virtutes & dona ſpiritus ſancti, fructus
& beatitudines, feruentes ad Deũ affectiones, ſyncerae meditationes, virtuoſaq; vita, quibus
anima optime decoratur, ac ſuauiſſime redolet corã Deo, eiq; gratiſſima redditur. Inſuper
Iacob conuocat domũ ſuã, dum vir timoratus omnia interiora ſua examinat, & om̃es ani-
mæ ſuæ vires, in quibus vitia & virtutes exiſtere queunt, ſcrutatur quid mali inſit, quid boni

deſit: ſicq; paſſiones animæ reformare, vniuerſos quoq; ſenſus ſuos interiores & exteriores
rite cuſtodire conaſ, ne in aliquo Deum maieſtatis offendat: & vana ac fœda phantaſma-
ta tanquã diabolica ſimulacra deteſtaſ,& ita coram altiſſimo mundum cor gerere elaborat,
Pſal. 24. cum Pſalmiſta decantãs: Oculi mei ſemper ad dominum. Deniq; quãdo homo ſic agit, &
ita ad eccleſiaſticæ vnitatis ac charitatis perfectionem progrediſ, omnes inuiſibilium ho-
ſtium acies per circuitum conterentur, in tantum,vt à taliter proficiente diffugiant. Tunc
etiã talis vir rectius appellaſ Iſrael,tanquam diuinoꝝ ſyncerus expeditusq; contemplator,
quàm Iacob: quoniã vitia, præſertim mortalia ac maiora, iam penitus ſupplantauit, & ca-
Pſal. 90. dunt à latere ſuo mille,ac decem millia à dextris eius. Amplius,exemplo illius venerabilis
Delboræ,tam charitatiue,humiliter atq; concorditer inter proximos conuerſemur, vt de-
functi ſic defleamur ab ipſis,ꝙ & locus noſtræ ſepulturæ,locus fletus digne vocetur. Abſit,vt
aliquis ita ſe habeat, ꝙ eo mortuo, alij quaſi à graui onere exoneratos ſe glorienſ. Inſuper
iuxta hortamenta diuina,nõ ceſſemus cum ſancto Iacob ſpiritaliter creſcere ac ſanctis ope-
ribus multiplicari,quatenus & ex nobis naſcanſ gentes ac populi,hoc eſt,noſtris verbis, acti
bus, meritis & exemplis conuertanſ ac regenerenſ per ſupernoꝝ infuſionem chariſmatum,
ſicq; noſtri filij fiant. Reges quoq; de lumbis noſtris egredianſ,hoc eſt,alioꝝ rectores ita gi-
gnanſ ex nobis, & ita nunc habeamus locũ ac partem in eccleſia militante,deinde in eccle-
ſia triumphante.[Egreſſus inde,venit ad terrã quæ ducit Ephratam.]Ephrata quę interpre-
tatur frugifera,deſignat religionem monaſticã,in qua eſt ſpiritalium abundãtia fructuum:
ad quam pergit Chriſtifidelis,dum is qui exemplariter ac honeſte inter ſeculares ſe habuit,
Pſal. 118. clauſtrum ingrediſ,vt ſicut per viam mandatoꝝ cucurrit in ſeculo, ſic per viam euangeli-
coꝝ conſilioꝝ in ipſo volet cœnobio. Veruntamen ſicut Rachel vxor Iacob,in via illa peri
clitata eſt ex partus difficultate,ita interdũ cõtingit in homine religioſo,vt caro eius ex ſua
fragilitate & difficultate exequendi,quæ feruor ſpũs ſuggerit, cadat ſub onere.[Egreſſus in-
de,fixit tabernaculũ trãs turrim gregis.] Per turrim gregis poteſt prælatica poteſtas intelli-
gi, quæ eſt altitudo,qua quis gregi Chri præeſt & pcipere poteſt. Hoc ergo impleſ, dum vir-
tuoſus clauſtralis ad alioꝝ regimen promoueſ,potiſſimũ ad epiſcopatus faſtigiũ. Poteſt ꝗq;
per turrim gregis,eremitica ac anachoretica vita ſignari,quę eſt in grege totius eccleſiæ,qſi
quædã præclariſſima celſitudo,& conuerſatio angelis proxima ac familiariſſima Deo. Tunc
ergo fidelis figit tabernaculũ trans turrim gregis, & habitat ibi,dum verus cœnobita effici-
tur ſyncerus anachoreta, & ſolitariã vitã diuinã potius quàm humanã indefeſſus proſequiſ,
ita aſſidue in Deum abſorptus, vt omniũ terrenoꝝ prorſus obliuiſcaſ. ¶ Pręterea ex hoc ꝙ
Ruben primogenitus Iacob cum patris ſui vxore dormiuit,docemur,ad quàm horrenda vi
tia libido infelicem præcipitet hominem,& quãta ſit humana fragilitas,dum tanti patriar-
chæ primogenitus,in tam abominabilem ignominiæ fœditatẽ ſeipſum demerſit. ideo qui
ſtat,videat ne cadat. Nemo de ſeipſo præſumat,alienaq; damna faciant nos peritos.[Erãt au
tem filij Iacob duodecim.] per quos duodecim apoſtoli deſignanſ. Et ſicut inter duodecim
filios Iacob, vnus Beniamin nomine, propriam matrem per difficultatem partus peremit:
ſic vnus apoſtolorum ex Beniamin tribu natus,nomine Paulus, matrem ſuam primitiuã ec
cleſiam ad tempus vaſtauit, & eam in membris ſuis occidit.

¶ Expoſitio cap. 36. Hæ autem ſunt generationes Eſau. Art. LXXXIIII.

MVltiplicatio poſteritatis Eſau,& dominatio poſteroꝝ ſuoꝝ,hoc loco deſcribiſ. [Hæ
ſunt aũt generatiões Eſau,ipſe eſt Edom]. i. alio noĩe vocatus eſt Edom. [Eſau acce-
pit vxorem de filiabus Chanaan. Ada filiã Elon Ethæi,& Oolibama filiã Anæ filij Se-
Gen. 26. beon Euæi.] Suprà legiſ Eſau accepiſſe duas vxores ex ſtirpe Chananæoꝝ, quæ ibi alijs ex-
primunſ nominibus. ideo aliqui putãt ꝙ hic ſuppleaſ quod ibi omiſſum eſt, atq; ꝙ fœmi-
næ iſtæ fuerunt ab illis diuerſæ. Aliqui veriſimilius dicunt, ꝙ fuerunt eædem,& ꝙ plura no-
Matt. 4. mina habuerunt,ſicut & Eſau,atq; in euãgelio idem vocaſ Petrus & Simon ac Cephas. [Ba-
& 16. ſemoth quoq; filiã Iſmael &c.] Suprà cap. 29. ſcribiſ accepiſſe* Mebech filiã Iſmaelis. ſi ergo
Ioann. 1. iſta fuit eadẽ q̃ illa,dicendũ eſt ꝙ binomia fuit. [Peperit aũt Ada] vxor Eſau * Eliphat &c.]
*Elipha; qui (ſecundũ Hieronymũ) eſt primus triũ viroꝝ,q in libro Iob inducunſ diſputaſſe cũ Iob.
Eliphan vnde & Gloſſa interlinearis hoc innuit. [Tulit aũt Eſau vxores ſuas & filios & filias, & cũcta
Hieron. quæ habere poterat in terra Chanaan,& abijt in alterã regionẽ,receſſitq; à fratre ſuo Iacob.
Iob 4. Diuites eñi erãt valde,& ſimul habitare nõ poterãt: nec ſuſtinebat eos terra peregrinationis
eoꝝ præ multitudine gregũ.] Non ꝙ ipſi duo ſoli occupauerint vniuerſam terrã Chanaan,
in qua peregre habitabãt,ſed qa in illa terra aliunde populoſa,nõ inuenerũt ſufficientia pa
ſcua pro ſuis pecoribus. [Habitauitq; Eſau in mõte Seir,ipſe eſt Edom.] Nomina iſta Seir &
Edom, quãdoq; accipiunſ prout ſunt propria nomina Eſau: quãdoq; ſumunſ pro terra ſeu
regione in qua cõmoratus eſt,puta pro Idumæa: qñq; Seir pro villa accipiſ, & ita nunc acci-
pi poteſt Seir pro villa ſeu terra illa,& Edom ſimiliter,vel pro ipſo Eſau,à quo mons ille no-
men

men ſortitus eſt. ¶ Sed iſtis obijciſ,quia ſuperius dictũ eſt,ꝙ ipſo Iacob ex Meſopotamia ve
nienti,Eſau habitabat ĩ Seir ſeu Idumæa,& ex ea venit obuiã Iacob,ergo añ mortẽ Iſaac re- Gene. 35.
ceſſit à terra Chanaan,& habitauit ĩ Seir: ſicq; multitudo gregũ ipſiꝰ ac Iacob,nõ fuit cauſa
ſeparatiõis eoꝝ ab inuicẽ. Ad hoc Strabus reſpõdet: Fieri potuit vt Iacob in Meſopotami- Strabus.
am fugiente,Eſau ex dolore preptæ benedictiõis à parentibus ſuis receſſerit,& habitarit in
Seir per annos viginti,quibus abfuit Iacob: cui reuerſo ipſe Eſau recõciliatus,de Seir reuer
ſus,habitauit cũ patre ſuo q̃diu vixit: quo mortuo,receſſit à Iacob ex cauſa præfata. Alij di-
cunt ꝙ circa finẽ vitæ Iſaac,redijt Eſau ad ipſum,vt bona eius perciperet,eumq; ſepeliret: ac
deinde mãſit ad tẽpus in terra illa: poſtmodũ vero ad Seir reuerſus eſt, non ꝙ ex humilitate
ceſſerit fratri ſuo Iacob, ſed Deo inſpirãte ſic factũ eſt, vt Iacob in terra ſemini ſuo pmiſſa
maneret: Eſau quoq; magis afficiebatur ad terrã Edom, quia iam diu fuit demoratus in ea.
¶ Poſtquã in iſto caplo deſcriptæ ſunt generatiões Eſau ſeu filioꝝ eius quos generauit in ter
ra Chanaan,quoꝝ multi erãt binomij,& in lib. Paralip. primo aliter nominãtur q̃ hic: nũc 1. Para. 2.
deſcribiſ gñatio eiꝰ,ſeu potius generatio poſteroꝝ ipſius in Idumæa: & pſonæ nunc nomi-
nandæ,etiã in primo libro Paralip. alijs exprimunſ nominibus. [Hæ autẽ ſunt generationes
Eſau patris Edom]. i. Idumæoꝝ, qui ibi ex eius ſemine nati ſunt, [in mõte Seir &c. Fuerũtq;
filij * Eliphat primogeniti Eſau, Theman, Omar, Sephua &c.] Theman quãdoq; eſt propri
um nomen viri,ſicut hic. Interdũ vero accipiſ pro ciuitate,quæ fuit metropolis Idumææ,&
ab illa Eliphat iſte vocatus eſt Eliphat Themanites. [Erat autẽ Thamma cõcubina Eliphat
filij Eſau, quæ peperit ei Amalech.] à quo nati & appellati ſunt Amalechitæ, vnde & popu-
lus ille frequenter nomine Amalech deſignaſ. Si autẽ Eliphat iſte eſt is, qui diſputauit cum
Iob,credendũ eſt,ꝙ nõ habuit concubinã poſtquã duxit vxorem legitimã,niſi ſumẽdo con-
cubinã pro vxore ſecundaria minus principali. Nã Eliphat ille fuit vir magnæ prudẽtię, ma
gnam quoq; habuit notitiã diuinoꝝ,& ſanctus Gregorius frequenter teſtaſ tres amicos Iob Gregor.
iuſtos fuiſſe, quãuis diſputãdo cum Iob,exceſſerunt,& hæreticoꝝ tenuerunt ſpeciem, iuxta
myſticum intellectũ. [Iſti ſunt filij Ada vxoris Eſau,] Hoc nõ eſt referendum ad oẽs præfa-
tos,quoniã Amalech non fuit filius Ada,ſed Thamma: ſed referendũ eſt hoc ad ſex illos, qui
in litera ante Amalech exprimunſ. Vel ſi referaſ etiã ad Amalech,dici poteſt ꝙ ipſe fuit ado-
ptiuus filius Ada. Deinde nominanſ duces Idumæoꝝ nati ex ſemine Eſau,per primogenitũ
eiꝰ noĩe Eliphat. [& hi] qui infrà nominatim exprimunſ, fuerunt [duces filioꝝ Eſau] non
filioꝝ eius immediatoꝝ & proximoꝝ,ſed remotoꝝ ac poſteroꝝ. [Filij Eliphat primogeni-
ti Eſau] qui duces fuerunt,ſupple ſunt hi, [dux Theman] nomine, [dux Omar, dux Sephua,
&c.] Iſti ſeptem fuerunt immediati filij Eliphat,vt in textu habetur: ideo non fuerunt duces
totiꝰ plebis Idumæoꝝ,ſed vnuſquiſq; in tribu ſua,ſicut ſuperius dñs dixit de Iſmaele, duode
cim duces generabit, duces duodecim tribuum ſuaꝝ. deinde ponuntur nati ex ſecundo filio
Eſau. [Hi quoq; filij Rahuel filij Eſau] ex ſecunda coniuge ſua,quã tamen ſimul tempore ha
bebat cum prima: [dux Naath, dux Sara &c.] Simili modo exprimunſ in litera duces nati
ex tertio filio Eſau,& intelligendum eſt de ducibus iſtis, ꝙ fuerunt duces,vnuſquiſq; in tri-
bu ſua,vt tactum eſt. Conſequenter ponuntur duces,qui ante Eſau in terra Idumææ fuerũt.
[Iſti filij Seir Horræi,habitatores terræ.] Iſti,inquam, [Lothan & Sobal & Sebeon &c.] Iſte
Seir non fuit Eſau,ſed diu ante eum,fuitq; Seir iſte Horræus, cuius filij fuerunt habitatores
terræ illius,& homines illi cognominabantur Horræi, quos poſtea poſteri Eſau expugnaue
runt,& poſſederunt terrã eoꝝ,prout in Deuteronomio habeſ. Hinc ait Hieronymus: Poſt- Deu. 10.
quam enumerauit filios Eſau, altius repetit qui ante Eſau in terra Edom principes extite- Hieron.
runt ex genere Horræoꝝ. [Hi duces Horræi filij Seir] non Eſau,ſed alterius iam prædicti,qui
habitabat in terra Edom,qui tamen tunc nõdum ſic vocabatur,quia ab Eſau vocata eſt ter-
ra Edom. [Erat autem ſoror Iothan Thamma.] Circa hoc ſcribit Hieronymus: Hæc eſt Hieroñ.
Thamma,vt dictum eſt,concubina Eliphat primogeniti Eſau. ideo ſcriptura hæc loquitur
de Horræis, quoniã primogenitus Eſau ex filiabus eoꝝ accepit concubinam,hanc ſcilicet
Thammam. [Hi filij Sebeon, Aia & Ana. Iſte eſt Ana qui inuenit aquas calidas in ſolitudi-
ne cum paſceret aſinos Sebeon patris ſui.] Pro eo ꝙ tranſlatio noſtra habet, aquas calidas,
in Hebræo habetur, iamnum: quod plura ſignificat. vnde beatus Hieronymus: Varia, inquit, Hieron.
apud Hebræos de verbo hoc diſputãtur. Nam quidã eoꝝ putãt per iamnum maria deſigna-
ri,dicentes hunc Ana,dum paſceret aſinos patris ſui,cõgregatiões inueniſſe aquaꝝ,quæ iu-
xta idioma Hebręum maria appellãtur,quoniã reperit ſtagnũ ſeu lacum in eremo,quod ibi
difficile reperitur. Quidã putãt hoc nomine aquas calidas ſignificari lingua Punica,quæ He
bræ contigua eſt ſeu affinis. Quidã arbitrãtur eum primo cõmiſcuiſſe onagros aſinabus,&
inueniſſe huiuſmodi concubitũ,vt ex eo velociſſimi aſini naſcerentur qui muli vocanſ. Alij
putant ꝙ equas primus fecit aſcendi ab aſinis,vt muli cõtra naturã naſcerentur. & iſtud eſt
melius ac plenius dictũ,q̃ q̃d circa hũc paſſum Lyra conſcribit,quaſi oẽs Hebręi idem ſenti-

rent de verbo hoc. Hebræi, inquiens, dicunt ꝙ inuenit mulas in ſolitudine: dictio enim He-
braica ſignificat calorem aquaꝝ, quã ſignificationem ſecuta eſt noſtra tranſlatio, ſicq; expo
nitur de calidis aquis, quæ ꝑ modũ fontis naſcunt, & fluunt ex terra, vbi ſunt venæ ſulfureæ,
& calorem talem contrahit aqua, cuiuſmodi fontes reperiũtur in pluribus locis. Hebræi aũt
dicunt, ꝙ aſinos fecit aſſcendere ſup equas, ſicq; inuenit modũ generatiõis mulaꝝ. Hæc Ly
ra, qui etiã dicit: Aliqui libri habent aſinas, ſed falſa eſt litera. Circa quod dico, ꝙ ſecundum
eius expoſitionem, textus debet habere aſinos, quoniã muli generãtur ex equa & aſino: ſed
ſecundum alias quaſdã expoſitiones, indifferenter legi poteſt aſinas, & aſinos. Porro, ſecun-
dum expoſitionem qua per iamnum intelligunt aſini velociſſimi, ex onagris aſinabuſq; na
ti, melius legit aſinas: idcirco illa ſua correctio literæ, incõſiderata inſufficienſq; probatur.
Deinceps deſcribunt reges de ſemine Eſau, qui regnauerunt in Idumæa poſt duces præfa-
tos eiuſdem ſtirpis. [Reges aũt q regnauerunt in terra Edom, antequã habuerũt regem filij
Judic. 8. Iſrael] ſ. ante Saul primũ regem Iſraelitici populi. Nam & quãuis Abimelech filius Gedeo-
nis legatur regnaſſe ſuper quoſdã de Iſrael, nõ tamen fuit rex diuinitus inſtitutus, nec cun-
ctis præfuit Iſraelitis, ſed paucis. [Fuerunt hi, Balach filius Beor,] & cæteri qui exprimuntur
in litera, quæ expoſitione nõ indiget. Veruntñ pro pleniori horum intelligentia, aduerten-
dum eſt primo quod ait Gloſſa: Sciendũ ꝙ ſcriptura iſta non cõmemorat oẽs reges qui fue-
runt in Edom ante primum regem Iſrael, ſed hos tantum, qui regnauerunt ibi ante Moſis
mortem. Secundo penſandum ꝙ etiã fertur in Gloſſa, ꝙ iſte Balach non eſt ille qui in libro
Numeroꝝ legitur conduxiſſe Balaam cõtra filios Iſrael. Ille eñ regnauit in Moab, & fuit fili
us Sephortiſte in Idumæa, & filius fuit Beor. Tertio intuendum, ꝙ ſicut filij Iſrael primo re-
gebantur per iudices vſq; ad Saul, deinde per reges vſq; ad tranſmigrationem Babylonis, &
poſt hoc rurſus per principes quoſdã ſeu duces, quoꝝ multi fuerũt pontifices: ſic Idumæi ex
Eſau nati, primo habuerunt duces, deinde reges, quoꝝ primus fuit præfatus Balach, poſtea
redierunt ad ducatum, poſtmodum tamen rurſus regem ſibi conſtituerunt tempore Ioram
4. Re. 8. regis Iuda, vt legit quarto libro Regum. Mortuus eſt autem Balach, & regnauit pro eo Io-
Auguſt. bal &c.] quem aliqui vocãt Iobab, & ſecundum Auguſtinum circa hunc paſſum, atq; Am-
Ambro. broſium ſuper epiſtolã ad Romanos, iſte fuit Iob. Hieronymus quoq; refert, ꝙ quidã ſuſpi-
Gen. 22. cati ſunt filium huius Iobal, nomine Huſam, fuiſſe Iob. Hebræi vero dicunt Iob natum
de ſtirpe Nachor, non Abrahæ, vt dictum eſt in expoſitione capituli viceſimiſecundi. Con-
ſequenter ponunt in litera duces Idumæoꝝ, qui pręfatis regibus ſucceſſerunt, quoꝝ regum
* Adar vltimus *fuit Adad, vt habetur in textu. vnde ſcriptũ eſt 1. Parali. Adad autem mortuo, du-
1. Par. 2. ces pro regibus eſſe cœperunt in Edom, ideo duces hic poſiti, non præceſſerunt tempore re-
ges prædictos. [Hæc ergo nomina ducum]. i. Idumæoꝝ ex Eſau genitoꝝ. [dux Thamna]
Ex hoc elicit, ꝙ Thamna quãdoq; ſignificat ꝓprie virum, interdũ vero propriũ nomen eſt
mulieris, vnde ꝑhabitũ eſt, ꝙ *Thamna fuit ipſius Eſau cõcubina. Sunt etem quædã propria
noĩa ad virũ & mulierẽ æquiuoca, hic ergo accipitur Thamna pro viro, ſicut & Oolibama,
cum ſubditur, [dux Oolibama:] cũ tñ prædictũ ſit, ꝙ Oolibama fuit Eſau vxor. De ducibus
aũt hic poſitis tenet, ꝙ fuerũt generaliter principes Idumęoꝝ, non vnius tm̃ tribus, ſicut de
alijs eoꝝ ducibus tactũ eſt. ¶Sed circa hæc difficilis oritur quæſtio. ſi eñ Moſes exprimit re
ges Edom, qui vſq; ad tẽpus ſuũ fuerũt, & duces nũc poſiti in litera vndecim numero, fuerũt
poſt reges illos, q̃liter potuit Moſes duces illos cognoſcere atq; deſcribere? ¶Inſup dictum
eſt, ꝙ nõ exprimit reges Idumęoꝝ, niſi qui fuerunt vſq; ad tempus ſuũ. ſed oppoſitum huius
apparet, quia in textu habet, ꝙ vltimus rex Idumæoꝝ fuit Adad, qui fuit tempore Dauid,
1. Par. 19 & fugit à facie Ioab, qñ interfecit oĩe maſculinũ in Idumæa, vt 1. Paralip. & 2. Regum li-
2. Reg. 8. bris deſcribitur. ¶Ad primũ horum quidã dixerunt, ꝙ Moſes ex reuelatione diuina per ſpi
ritum prophetiæ duces illos præcognouit atq; expreſſit. Alij opinãtur, vt in Scholaſtica hi-
Euſebi9. ſtoria tangitur, ꝙ Eſdras appoſuit, textuiq; inſeruit enumerationẽ ducũ illoꝝ. ¶Ad ſecun-
dum quidã abſolute reſpõdent, ꝙ Gloſſa præallegata, qua dictum eſt, Moſen non deſcribe-
re reges Edom, niſi vſq; ad tempus ſuum, ſit falſa, cum tamẽ ex verbis Auguſtini ſit ſumpta:
idcirco (vt videtur) moderantius dici poſſet, iuxta prætacta ex hiſtoria Scholaſtica, ꝙ enu-
meratio eorum qui poſt Moſen extiterunt, ab Eſdra appoſita ſit.

¶Elucidatio literalis cap. 37. Ioſeph cum ſedecim eſſet annorum, paſcebat gre-
gem cum fratribus ſuis. Art. LXXXV.

Qualiter venditus ſit Ioſeph à fratribus ſuis, atq; ab emptoribus in Aegyptum perdu-
ctus, ibiq; denuo venditus, præſens narrat capitulum. [Ioſeph cum ſedecim eſſet an-
norum, paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc puer.] Adiuuit itaq; eos in paſtu
pecorum. Aliqui dicunt in Hebræo haberi, cum eſſet decem & ſeptem annoꝝ, quod cõcor-
datur, quia (vt dicunt) habebat ſedecim annos plene, & decimumſeptimũ annum incepit:
ſicq; tranſlatio noſtra computat plenos, quos tunc habuit, annos. [Et erat cum filijs Balæ &
Zel-

Zelphæ vxoꝝ patris ſui. Porro filij Balæ fuerunt Dan & Nephthalim, filij aũt Zelphæ, Gad
& Aſer.] Hi quatuor habuerunt maiorẽ cõmunicationem & ſocietatem ad inuicem, vtpote
in pluribus ſibi cõſimiles, q̃a filij ancillaꝝ: ſimilitudo nanq; eſt cauſa amoris & cõmunionis,
& vt aliqui dicunt, filij Liæ ſpreuerunt eos, quaſi ſeruos ac filios famulaꝝ. [accuſauitq; fra-
tres ſuos apud patrem] eorum & ſuum [crimine peſſimo.] quod q̃dam exponunt de coitu eo
rum in beſtias. nec exprimit textus an de crimine peſſimo accuſauerit fratres ſuos omnes, q
erant cum gregibus, an filios Balæ & Zelphæ duntaxat: magis tamen videtur intelligẽdum
de eis, q̃a ſcriptura immediate præmiſit ꝙ erat cum illis. Alij ꝑ peſſimum crimen, intelligũt
odium fratrum quo oderãt ipſum Ioſeph: q̃dam vero de mutua fratrum ſuoꝝ contentione
ſeu rixa, quia (vt dictum eſt) filij liberę contempſerunt filios Balæ & Zelphæ. Vnde vt refert
Lyra, in Hebræo habetur, retulit patri rixam eorum peſſimam. Veruntamẽ Rabbi Paulus R. Paul.
contradicit his verbis Lyræ, cui videlicet Lyræ indecens eſſe videtur, vt patriarchis impona
tur commixtio talis cũ brutis. Ad q̃d dici poteſt, non eſſe incredibile eos ſic corruiſſe, cum
primogenitus inter eos proprij patris acceſſerit cõiugem, tam inceſtuoſum adulterium ꝑpe
trans. Hinc Gloſſa fatetur: Crimẽ peſſimũ eſt fraternum odium, vel ꝙ cum pecoribus miſce-
bantur, vel ſolum Ruben accuſauit de inceſtu, vt partem à toto accipiamus: nõ enim oĩes
accuſauit. Sed huic vltimo verbo Gloſſę obijcitur, ꝙ Ruben potiſſime reſtitit venditioni Io
ſeph. Ad quod dici poſſet, ꝙ forſan eo ignorante accuſabat à Ioſeph, vel accuſatiõem ſuam
æquanimiter tulit. ¶Quęrit, quare Ioſeph magis aſſociauit ſe filijs Balę & Zelphæ. Dici po
teſt, ꝙ ex charitate & humilitate ac pietate hoc fecit, ꝓ eorum ſolatio, quia vidit eos conte-
mni ab alijs. potiꝰ tamen puto, ꝙ filij Liæ magis ægreferebant, ꝙ pater eoꝝ tam ſpecialiter
dilexit Ioſeph, & ideo duriores ei fuerunt, q̃uis Ruben venditioni eius magis reſtiterit: pro-
pter quod declinauit ab eis. [Iſrael autẽ] ſ. Iacob [diligebat Ioſeph ſup oẽs filios] ſuos. i. præ
vnoquoq; eorum ſeorſum accepto, non plus omnibus alijs ſimul ſumptis: ſicq; oẽs, accipit
hic diuiſim, nõ collectiue. [eo ꝙ in ſenectute ſua genuiſſet eum.] Cõtra hoc obijci poteſt, q̃a
ſi illa ex cauſa maxime eũ amauit, magis adhuc amaſſet Beniamin, quẽ poſt Ioſeph genue-
rat. Aliq̃ q̃q; ex filijs Iacob, vix in vno duobusve annis erant ipſo Ioſeph ſeniores. Reſponde
tur ꝙ vna cauſa, ob quam magis amauit Ioſeph, fuit, ꝙ in ſenectute genuit eum: ſed in hac
cauſa inſinuantur & aliæ, maioris dilectionis illius cauſæ, videlicet ꝙ in ſenectute ſua genue
rit filium tam elegantem præ alijs in bonitate indolis ingenitæ, honeſtateq; morũ & corpo
ris forma, immo & gratia copioſa: ſolent quippe in ſenectute generari pueri magis defectu
oſi, propter naturalem defectum virtutis generatiuę in ſenibus. Beniamin vero erat adhuc Ioſep. li.
infantulus, nec poterant in eo tales amabilitates perpẽdi, immo ſecundũ Ioſephum (vt in- 2. an. Iu.
frà tanget) necdum fuerat natus. ¶Præterea Rabbi Paulus teſtatur, in Hebræo non haberi, cap. 2.
eo ꝙ in ſenectute genuiſſet eum, ſed eo ꝙ filius ſenectutis eſſet ſibi: quod exponens trãſlatio R. Paul.
Chaldaica, ait: Iſrael diligebat Ioſeph, eo ꝙ eſſet filius ſapiẽs: Siq̃dem conſiderauit, ꝙ filius
ſuus Ioſeph præ cæteris eſſet zelator iuſtitiæ cõtra vitia fratrum, & amator virtutũ. & iſtud
his quæ dixi, ſatis concordat. [Fecitq; ei tunicam polymitã. i. ſericeã, vt in Hebræo habet,
q̃a erat de pãno multis coloribꝰ ꝑornato. idcirco vocat polymita, ἀπὸ τοῦ πολὺ, q̃d eſt plurali Euſebi9.
tas, & *mitos. q̃d eſt gutta colorans. vel vt in Scholaſtica hiſtoria habet, polymitã. i. plurium Hieron.
mitoꝝ, à πολὺ quod eſt pluralitas, & mitos quod licium eſt textoꝝ. Hieronymus vero circa
hæc ſcribit: Pro tunica varia. i. polymita, Aq̃la interpretatꝰ eſt ἀστραγάλιον. i. tunicã talarẽ, vt-
pote vſq; ad talos ꝑtingẽtẽ. Symmachus vero manicatã. i. manibꝰ artificis mira varietate di
ſtinctã, ſeu manicas habẽtẽ. Antiq̃ eñ magis colobijs. i. veſtibꝰ ſine manicis vtebãt. Hęc Hie
ronymus. Hinc alij dicũt, ꝙ cæteri fr̃es Iacob vtebant colobijs. i. veſtibus breuibus ſine mani
cis, vt expeditiores eſſent ad opa. [Vidẽtes aũt fr̃es eius, ꝙ à patre plus cũctis filijs amaret] na
turali & paterno amore, & etiã charitate infuſa. hoc eñ viderũt ꝑ ſigna diuerſa, & ꝑ ſingula
ritatẽ ac precioſitatẽ ꝑfati veſtitus. [oderãt eum,] Inuidebant eñ eminentiæ eius in hoc, in-
quantũ eoꝝ iudicio redundabat in eoꝝ damnũ ac dedecus. timuerũt nãq; ꝙ pater eoꝝ bñ-
diceret ei ꝑ ipſis, & præferret eum oĩbus eis, ſicut & Iſaac benedixerat ipſi Iacob, & prætulit
eũ Eſau prius nato. Reputabant q̃q; cõfuſibile eis eſſe, ꝙ pater eoꝝ ſic amauit filiũ iuniorẽ.
[nec poterãt]. i. nõ valebãt, difficulterq; poterãt [ei quicq̃ pacifice loqui.] Habitus enim eſt
quaſi altera natura: idcirco qui odio aut alio vitioſo habitu ſunt repleti, valde difficulter ſe Auguſt.
vincunt. ¶Quæritur, an Iacob recte egit tam ſpecialiter diligendo Ioſeph. Ad hoc Auguſti-
nus reſpondet, ꝙ q̃uis poterat tam prælectum à Deo pueꝝ ac cæteris virtuoſiorem, ſpecia-
liter valde diligere, exceſſit tñ & aliquo modo peccauit, ꝙ amorẽ illum ſpecialẽ tam euiden-
ter mõſtrauit ꝑ ſigna: q̃a ꝑ hoc dedit alijs filijs ſuis occaſionẽ multipliciũ vitioꝝ, videlicet in-
dignationis, iræ, triſtitiæ & rancoris, immo & tandẽ ſceleratæ venditionis: propter q̃d etiam
Deus ꝑmiſit ipſum Iacob in hac vita tam dire affligi occaſiõe Ioſeph, ſeu ex eius venditiõe,
ita ꝙ eum putauit à beſtia deuoratum, qm̃ per quæ quis peccat, per hæc & punitur. [Acci-
 dit

dit q̊q; vt viſum ſomnium referret fratribus ſuis, quæ cauſa].i.q̃ ſomnij illius relatio, [maio
ris odij ſeminariũ fuit &c.] Oderãt autẽ eum fratres ſui: Primo, qm̃ accuſauit eorum vitia apud
patrem, in q̊ bñ & charitatiue egit, qa ad patrẽ ꝑtinebat filiorum ſuorum correctio, nec correpti
onẽ ipſius Ioſeph voluerunt ad partẽ accipe. Secundo, ꝓpter ſpecialẽ precioſamq́; veſtẽ, quã
tulit: ex cuius intuitu, tanq̃ ex ſenſibili ſigno illius tam ſpecialis amoris patris ad eum, inci-
tabant ad paſſiones diuerſas, q̃ſi pater eorum iam tranſtuliſſet aut transferre intenderet ius pri
mogenituræ ad Ioſeph. Tertio, qa pater tam feruide dilexit eum præ cæteris. Quarto, pro-
pter ſomniorum narrationem quæ retulit ipſis, quæ ipſi aſſcripſerunt graui ambitioni atq; ſu
ꝑbiæ Ioſeph, q̃ſi iam ex ſomnijs ſuis præſumeret vaticinari, eos ſuæ iuriſdictioni ac domina-
tioni eſſe ſubdendos. Nam dixit: [Putabam nos ligare manipulos in agro].i. iſtud in ſomno
apparuit mihi ꝑ ſomnium, ſeu viſionem ſomnialem in ſomno ꝑ imaginarias formas oſten-
ſam, nẽpe vt Ioſephus refert, miſſus fuit à patre cum fratribus ad colligendũ meſſem. [& q̃ſi
Ioſep. li. 2. an. Iu. cap. 2. cõſurgere manipulum meum & ſtare] Recteq́; dixit, q̃ſi qa viſio fuit, non res. [veſtrosq́; ma-
nipulos circunſtantes adorare manipulum meum. Rñderunt fratres eius: Nunquid rex no-
ſter eris, aut ſubijciemur ditioni].i. iuſſioni [tuæ?] Quaſi dicant: Nequaq̃, quod tamẽ ſomni
um tuum videtur euidenter prætendere, idcirco oĩno phantaſticum eſt, aut ſupbe cõfictum
à te. [Hæc ergo cauſa ſomniorum atq; ſermonum] .i. introductio ſomnij iam narrati ac enar-
randi, & eorundem relatio, vel cauſa hæc ſomnialis & ſermo præfatus, [inuidiæ] quæ eſt tri-
ſtitia de proſperitate & gratia ſeu virtute alterius, [& odij &c.] quod directe opponitur cha
ritati, eſtq́; malitioſa volitio, qua aliquis vult alteri malum, directe odiendo perſonam eius
ſecundum ſe, quod ſecundum vnam conſiderationem eſt peccatum grauiſſimum, quia dire
cte contrariaf ſummæ virtuti, quæ charitas appellatur: & ſicut odium Dei eſt abſolute gra-
uiſſimum vitium, ſic odium proximi grauiſſimum perhibetur inter vitia quæ contra proxi
mum ſunt. [Aliud quoq; vidit] viſione imaginaria, non intellectuali, [ſomnium, quod nar
rans fratribus, ait: Vidi ꝑ ſomniũ q̃ſi ſolẽ & lunã & ſtellas vndecim adorare me.] Hoc ſomni
um idẽ ſignificat, q̊d primum, & q̊dam modo aliqd plus: fuitq́; confirmatio ſomnij præcedẽ
tis. Veruntamen ipſemet Ioſeph non intellexit pro certo ſignificationẽ ſomniorum & viſionũ
iſtarum: idcirco non fuit adhuc propheta, ſicut poſtea quãdo expoſuit ſomnia Pharaonis,
Dan. 10. qm̃ intelligentia eſt opus in viſione: attamen conijciebat ipſe ſapiens puer, quid hæc ſo-
mnia prætendebant. ſed certus nõ fuit, an eſſent ex cauſa pure naturali, aut fortuita & illuſiua,
an ex operatione ſuperna & adminiſtratione angelica. [Quod cum patri ſuo & fratribus re
tuliſſet,] Iam dictum eſt, ꝙ ſomniũ iſtud retulit fratribus ſuis: & nunc denuo fertur cum ad-
ditione, ꝙ retulit illud patri ſuo ac fratribus. Aut ergo primo retulit illud fratribus tantũ,
& poſtea ſimul tam pr̃i q̃ ipſis: aut iam ſuppletur quod ante omiſſum fuit, videlicet quòd à
principio retulit illud oĩbus eis ſimul. Potius tñ puto, ꝙ poſtq̃ retulerat ſomnia ſua fratri-
bus, ipſi indignantes recitauerunt ea patri, vt ꝓuocarent eũ contra Ioſeph, quaſi cõtra phan
taſticum & ſupbum: ideoq́; pater interrogauit eum de ſomnijs ſuis, & tunc corã eo & fratri
bus repetierit ea, vel ſaltẽ vltimũ iſtud: nec tamẽ ex leuitate aut vanitate recitauit ea fratrib⁹
ſuis, ſed ex inſpiratione diuina, quatenus ſuo tempore ad memoriam reuocarentur, & ſcire-
tur ꝙ ex diuina prouidentia euenerunt ea, quæ contigerunt Ioſeph & fratribus ſuis. [incre-
pauit eum pater, & dixit: Quid ſibi vult hoc ſomnium quod vidiſti?].i. quid deſignat? Quaſi
dicat: friuolum eſſe videf. ideo ſubdit: [Num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te ſu
per terram?] Quaſi dicat: Somnium tuum videtur inſinuare, ꝙ ego pater tuus deſigner per ſo
lem, & mater tua per lunam, fratresq́; tui per ſtellas, & ꝙ adoratione duliæ ſimus te adoratu
ri in vita præſenti, quod apparentia caret. [Inuidebant ergo ei fratres ſui. Pater vero rem ta-
citus cõſiderabat].i. ſecrete diligenter penſauit, quid ſomnia iſta ſignificarent. q̃uis enim ſic
loquebatur, quaſi Ioſeph ea præſumptuoſe narraret, & quaſi inania eſſent ad placandum
filios ſuos contra Ioſeph accenſos: quia interdum licet, ex rationabili cauſa, vti tali indu-
ſtria, & veritatẽ cælare, & ꝑ modũ increpãtis ad inculpabilem ſe habere: nihilo minus intra
ſe cogitauit, ſomnia illa aliquid ſecretum prætendere, præſertim quia iam miram probita-
tem & ſupernaturalem directionem vidit in Ioſeph: immo ſecundum Ioſephum, Iacob ex-
Ioſe. li. 2. ant. Iud. cap. 2. poſuit ipſi Ioſeph hoc ſomnium, & Ioſeph propoſuit illud patri, vt exponeretur ei ab ipſo.
¶ Præterea intuendum, ꝙ hæc ſomnia cauſabantur in eo ex operatione angeli ſancti, qui ſi-
militudines illas in interiori ſenſu Ioſeph formauit: nec tamẽ adhuc reuelauit eidem ſigni
ficationem viſionum illarum, quanquã etiam poſſent alicui naturaliter talia ſomnia appa-
rere. ¶ Circa hæc quærif, qualiter verificatum fuerit vltimum ſomnium Ioſeph. aut em̃ ha-
buit illud ante mortem matris ſuæ, aut poſtea: Si ante, ego Beniamin nondũ extitit natus,
ergo nõ debuit loq de vndecim ſtellis, ſed de decem dũtaxat. Si poſtea, ergo nõ debuit loq de
luna, ꝑ quã ſua mater exprimif, qa iã mortua fuit, nec eũ vnquam adorauit. Rurſus & ſi ad-
huc vixit, nunq̃ tamẽ legitur eum adoraſſe, nec intrauit Aegyptũ, ſed ante ingreſſum Iacob
in

in Aegyptum, fuit defuncta. Nec Iacob vnq̃ legitur ſuum filiũ adoraſſe, immo nec humilis
Ioſeph hoc permiſiſſet. ¶ Circa hoc quæritur, an mater Ioſeph fuit ante hanc eius viſionẽ ac
venditionẽ defuncta. Videtur ꝙ ſic, ex ordine recitationis hiſtoricæ, qm̃ ante hæc deſcribi-
tur mors ipſius, & ſi ipſa adhuc vixiſſet, ipſe retuliſſet & ei fortaſſis ſomnia ſua. Infrà quoq;
in iſto habetur capitulo, ꝙ Ioſeph miſſus fuit à patre ſuo de valle Ebron ad fratres ſuos: ergo
Iacob habitauit tunc in Ebron, aut circà, poſt reditum ſuum à Meſopotamia: & hoc fuit
poſtq̃ viſitauit Iſaac patrem ſuum, quæ viſitatio facta eſt Rachele defuncta, vt ex pręhabitis
eluceſcit. Oppoſitum tñ huius videtur, quia in textu ex verbis Iacob habetur: Nunqd ego
& mater tua &c. Item qm̃ Ioſeph vidit ſolẽ & lunam ac vndecim ſtellas, atq; ꝑ lunã eius ma
ter deſignabaf, ergo vixit adhuc. ¶ Inſuꝑ ſecundum expoſitores concorditer, Ioſeph vẽditus
fuit duodecim vel (vt alij dicunt) tredecim annis ante mortẽ Iſaac aui ſui: immo ſecundum
Auguſtinũ, & habetur in Gloſſa, viuente Iſaac, Ioſeph cœpit eſſe decẽ & ſeptem annorum. hoc
tñ loquif Auguſtinus ſecundũ trãſlatiõem Septuaginta, cui in hac parte nec noſtra transla Auguſt.
tio, nec Hebraica veritas conſonat. Rachel aũt non videf tot annis ante Iſaac mortua. ¶ Po
ſtremo, qñ Ioſeph dñabatur in Aegypto, ſuisq́; fratribus loquebaf, videf primo ignoraſſe ſe
fratrẽ vterinum habere, vt infrà patebit: ergo ante obitũ ſuæ matris venditus fuit. Rurſus in
contrariũ eſt, qa qñ Iacob cum ſuis intrauit Aegyptũ, intrauerunt cum eo nouem filij Ben- Gen. 46.
iamin, vt infrà continef, vel potius filij decem. Si aũt Beniamin natus fuiſſet poſt Ioſeph ven
ditionẽ, nõ potuiſſet habere nouẽ filios qñ Iacob intrauit Aegyptum, præſertim qa non ha-
buit niſi cõiugem vnam, & inter venditionẽ Ioſeph deſcenſumq́; patris ſui in Aegyptũ, nõ
fluxerunt niſi vigintiduo anni: & ita ſi Beniamin, qui matre ſua moriente natus eſt, poſt Io-
ſeph venditionẽ natus dicaf, non erat adhuc plene vigintiduorum annorum qñ pater ſuus intra-
uit Aegyptum, nec in ea ætate potuit ex vna vxore filios nouẽ habere, p̃ſertim quia tunc ho
mines nõ contrahebant tam mane. ¶ Ad iſtud dicendum, ꝙ Ioſephus ſcribit Ioſeph vendi- Ioſe. li. 1. ant. Iud.
tum eſſe Rachele matre ſua viuẽte, ꝓpter motiua p̃habita: & iſtud author Scholaſticæ hiſto cap. 2.
riæ videf amplius approbare. Alij vero ꝓpter rõnes p̃tactas dicunt oppoſitum. Itaq; in Scho Euſebi⁹.
laſtica hiſtoria legif Ioſeph duodecim annis venditus ante obitũ Iſaac, qm̃ Iſaac ſexagenari Gen. 25.
us erat qñ natus eſt Iacob, vt patuit 25. cap. Iſaac aũt vixit in toto centũ octoginta annis, vt Ibidem.
dictũ eſt 25. cap. ergo in morte Iſaac Iacob fuit centũ viginti annorum. In vẽditiõe aũt filij ſui
Ioſeph fuit centũ & octo annorum. Cũ em̃ venit ad Ioſeph in Aegyptũ, fuit centũ triginta an
norum, ſed inter deſcenſum eius in Aegyptũ & venditionẽ Ioſeph, fluxerunt vigintiduo anni.
Ioſeph em̃ decẽ & ſeptem annorum erat qñ venditus eſt, & triginta nouem, qñ pater eius ve-
nit ad eum in Aegyptũ. Dum ergo rediret Iacob de Meſopotamia, & nondũ veniſſet ad Iſa Ioſ. li. 2. ant. Iud.
ac patrem ſuum adhuc viuente Rachel, ſecundum Ioſephum, venditus eſt Ioſeph, & cõgrue 1. cap. 2.
Iacob dicere potuit: Nunqd ego & mater tua adorabimus te? qa mater eius adhuc viuebat,
tamen nec mater eius adorauit eum, qa nõ deſcẽdit in Aegyptũ: nec pater eum legitur ado
raſſe, qa nec Ioſeph ſuſtinuiſſet, ſed fratres adorauerunt & parentes in filijs. Hæc ibi. Verun-
tñ non obſtantibus his, magis apparet ꝙ Rachel defuncta ſit ante Ioſeph venditionẽ, præ-
ſertim ꝓpter vltimã rõnem ad hoc inductã de Beniamin, cui adijci poteſt, ꝙ Ioſeph q tã di-
ligenter interrogauit à fratribus ſuis in Aegypto, an viueret pater eorum, nihil interrogauit
de vita aut morte vxorum ipſius, q̃ſi certus de obitu ꝓprię matris. ¶ Porro ad obiecta rñdetur,
ꝙ ideo Ioſeph vidit ſolẽ & lunã, qa parentes eius adorauerunt eum nõ in ꝓprijs ꝑſonis, ſed
in filijs ſuis, vt Rachel ꝑ Beniamin. Apoſtolus tamẽ teſtaf, ꝙ Iacob adorauit faſtigium virgæ Hebr. 11.
eius, videlicet Ioſeph. Nec abſurdum videf, ſi dicaf Iacob interdũ aliquam dulię adorationẽ
exhibuiſſe ſuo filio in Aegypto, tanquã ſupremo illius principi terræ poſt Pharaonẽ, nec
ad huiuſmodi adorationẽ reqritur in terrã proſtratio aut genuflexio. Porro ꝙ Iacob dixit,
[Nunqd ego & mater tua adorabimus te?] nõ dixit ad innuẽdum ꝙ hoc fieri poſſet, aut ma-
ter adhuc viueret, ſed ad inſinuandũ ꝙ hoc fieri nõ valeret, q̃ſi ꝑ hoc inſinuãs, viſionẽ Ioſeph
reputandã nõ eſſe, ad placandũ filios ſuos ꝑ modũ p̃tactũ. Ad aliud q̊q; dicendũ, ꝙ Ioſeph in
Aegypto fratribus ſuis primo loquens, ſciuit ſe fratrẽ vterinũ ante ſuã venditionẽ habuiſſe:
ſed an adhuc viueret, ignorabat, p̃ſertim qa nõ vidit eũ cum ſuis fratribus adueniſſe: idcirco
quæſiuit an adhuc alium fratrẽ haberent. [Cũq́; fratres illius in paſcẽdis gregibus patris] ſui
Iacob [morarenf in Sichem].i. in loco ſic dicto prope vrbẽ ſic appellatã, & forte interdum
erãt in vrbe illa, interdũ in cãpo & paſcuis. [dixit ad eũ Iſrael &c.].i. Iacob pater ſuus, q alio
noĩe Iſrael nuncupaf. [Vade, & vide ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos &c. Miſſus de val
le Ebron &c.] in qua Iacob tunc habitauit, ſicut & Iſaac ante eum, ex quo videtur, ſtare non
poſſe q̊d Ioſephus ſcribit, Ioſeph venditũ eſſe, antequã pater eius veniſſet ad Iſaac q habita
uit in Ebron. [Perrexit itaq; Ioſeph poſt fratres ſuos, & inuenit eos in Dothain] puta in loco
& planitie ſeu paſcuis terræ ſic dictæ, Iuerũt em̃ fratres eius de loco ad locũ, ſecũdũ q̊d cõgru
ebat eis, ad inueniendũ terras aptiores pro ſuorum pecorũ paſtu, quæ plurima erant valde, atq;
vnius

vnius agri gramina cito carpebant. [Qui cũ vidiſſent eum ꝓcul, anteq̃ accederet ad eos, co-
gitauerunt illũ occidere] ex vehemẽti inuidia, & ad oſtendendum vanitatem & falſitatẽ ſomni
orum ipſius, & ne vnq̃ aliq̃ occaſione eis præficeret. Veruntñ non oẽs, ſed maior aut magna
eoꝝ pars illud concepit & implere ꝓpoſuit. [Et mutuo loquebãtur: Ecce ſomniator venit.
Venite, occidamus eũ, & mittamus in ciſternã veterẽ &c.] .i. cadauer eius extinctũ ꝓijciamus
in hunc lacũ ſeu puteũ exiccatũ, ne vnq̃ inueniat ab aliquo. [Audiens aũt hoc Ruben &c. di-
cebat: Nõ interficiamus animã eius &c] .i. ipſum, partẽ ꝓ toto accipiẽdo, vt moris eſt ſcriptu
raꝝ, vel animã .i. animalẽ & ſenſitiuam vitã ipſius, vnde ex hoc loco ꝓbari non poteſt, animã
Acto. 2. hoĩs eſſe mortalem, vt Sadducæi dixerunt, immo in ꝓphetis interdum inuenitur hic modus
Hiere. 4. loquendi, iuxta illud in Hieremia: Ne veniat Iſmael & interficiat animã tuã, cum tñ certiſſi-
mum ſit, prophetas ſanctos poſuiſſe ꝙ immortalis ſit anima rõnalis. ideo Sadducæi menda-
citer impoſuerunt Moſi ſancto, ꝙ docuerit animam hoĩs eſſe mortalẽ. [ſed proijcite eum in
ciſternam veterem &c.] Ruben voluit vt proijceretur viuus in eam, q̃tenus paulopoſt fratri-
bus abſentibus eum extraheret. idcirco ſubiungit: [Hoc aũt dicebat, volens eripe eum de ma
nibus eoꝝ, & reddere patri ſuo.] immo magis optabat eum eripere abſq; proiectione in ci-
ſternam, ſed cum nõ poſſet hoc, cõſuluit vt in ciſternam proijceretur. Cõmemorauit q̊q; Ru
ben fratribus ſuis q̃ graue facinus eſſet interficere proprium fratrẽ, & quantũ pater eoꝝ affli
geret de morte Ioſeph. [Cõfeſtim ergo vt ꝑuenit ad fratres, nudauerunt eum tunica talari &
polymita &c.] de q̃ dictum eſt. Circa quod dicit Lyra: In Hebræo habetur, expoliauerunt eũ
tunica ſua & tunica ſerica, ex quo videt ꝙ Ioſeph indutus fuit tunica duplici, vna ſimplici &
alia ſerica. His contradicit Rabbi Paulus: In Hebræo, inquiens, habetur, ſpoliauerũt eum tu-
nica ſua tunica ſerica. At ſi dicat: Tunica ſua quæ ſerica fuit, vnde ex hoc nõ habetur ꝙ ha-
buit duplicem tunicam. [Et ſedentes &c. viderunt Iſmaelitas viatores venire de Galaad] .i.
de terra ſic appellata, [& camelos eoꝝ portantes aromata & reſinam] quæ eſt ſpecies odorife
ri gummi, [& ſtacten] .i. myrrham [in Aegyptum] ad vendẽdum ibidẽ. [Dixit ergo Iudas fra
tribus ſuis: Quid ꝓderit nobis ſi occiderimus fratrem noſtrum &c.] Quaſi dicat, enorme cri-
men eſſet. [Melius] .i. minus malum, [eſt vt venundetur Iſmaelitis &c. Acquieuerunt fratres
ſermonibus illius:] qui aliquid rationabilitatis continebant in ſe, idcirco dicũtur ſermones,
immo comparatiue loquendo, multo ſapientius loquebatur, q̃ illi qui voluerunt Ioſeph oc
cidere. fuit autem Iudas inter fratres ſuos fortior corpore atq; prudentior verbis, dempto ꝙ
Prou. 2. Ioſeph eo ſapientior fuit. verum vt Salomon loquitur: Non eſt ſapientia, non eſt prudentia,
Iob 5. non eſt conſilium contra dominum, ꝗ appræhendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium
prauoꝝ diſſipat. Iudas quippe & fratres eius vendiderunt Ioſeph, vt duceretur in Aegyptũ,
quatenus elongatus ab eis, nequaq̃ poſſet eis præferri: ſed quod putauerunt eſſe obſtaculum
præſidentiæ ipſius Ioſeph ſuper eos, factum eſt occaſio & adminiculũ præſidentiæ huius. [Et
prætereuntibus Madianitis negociatoribus, vendiderunt eum Iſmaelitis viginti argẽteis.]
Hieron. Aliqui libri habent, triginta argenteis, & verba beati Hieronymi in Gloſſa ſic continent, ſi
tamen correcta eſt Gloſſa. Iſmaelitæ autem & Madianitæ hic pro eiſdem accipiuntur. Vel,
quia Iſmaelitæ in terra Madian habitauerunt, vel quia per coniugium aut alio modo fa-
cti ſunt populus vnus, aut quia Agar de qua natus eſt Iſmael & Cethura, de qua Madian ge-
Auguſt. nitus eſt, fuit eadem Abrahæ vxor, vt tactum eſt ſuprà. Hinc Auguſtinus: Cur ſcriptura hæc
Iſmaelitas vocat Madianitas, cum Iſmael ſit filius Abrahæ ex Agar, Madian vero ex Cethu-
ra? An quoniam teſte ſcriptura, Abraham dedit filijs Agar & Cethuræ munera, diuiſitq; eos
ab Iſaac, ideo vna gens facti ſunt? An vera eſt Hebræorum opinio, quòd Agar & Cethura
vna fuerunt? Hinc quoq; errant Iudæi, qui dicunt quòd Ioſeph ter venditus ſit, primo Iſma-
Gen. 39. elitis à fratribus ſuis, ſecundo Madianitis ab Iſmaelitis, tertio magiſtro militiæ Pharaonis
à Madianitis, præſertim cum infrà triceſimonono capitulo ſcriptum ſit, ꝙ Aegyptius ille
emit Ioſeph ab Iſmaelitis. [Qui duxerunt eum in Aegyptum.] Infrà habetur ꝙ Ruben in
Gen. 42. in Aegypto locutus eſt fratribus ſuis: Merito hæc patimur qui peccauimus in fratrem no-
ſtrum, videntes anguſtiam animæ eius dum deprecaretur nos. Ex quibus verbis aliqualiter
elici valet, quanta anguſtia, formido, deſolatio, mœror, penetrauit animã pij, innocẽtis, ado
leſcentiſq; Ioſeph, quando à fratribus ſuis ſic nudabatur, & in foueam mittebatur, ſeq; ab
eis mox occidendum putauit, & quando deinde illis duris atq; ignotis vendebatur hoĩbus,
& in terram ducebatur remotam, ſeparatus à ſuo chariſſimo patre, quem putauit ſe ampli-
us non viſurum. O q̃ lachrymoſe & affectuoſiſſime fratres ſuos rogabat vt ſui miſererentur.
Pſal. 33. Vere multę tribulationes electoꝝ altiſſimi. [Reuerſuſq; Ruben ad ciſternam, nõ inuenit pu
Ioſe. li. 2. erum.] Ait Ioſephus, ꝙ in nocte iuit ad lacũ. Cumq; ei clamanti Ioſeph non reſponderet, quẽ
ant. Iud. intendebat occulte extrahere ac reddere patri, de mane venit ad fratres. [& ſciſſis veſtibus] iu
cap. 3. xta cõſuetudinem Hebræoꝝ, ꝗ in ꝑcipuis aduerſitatibus ſuas cõſueuerunt ſcindere veſtes, in
ſignũ interni & exceſſiui doloris, [ꝑgens ad fratres ſuos, ait: Puer non cõparet, & ego q̊ ibo?]
Quaſi

Quaſi dicat: Non inuenio Ioſeph, ideo neſcio quo præ dolore trãſibo. putabat nanq; Ioſeph
à fratribus eſſe occiſum, ſed cognito ꝙ adhuc viueret, aliqualiter requieuit. Vnde conſtat ꝙ Euſeb.
Ruben venditioni Ioſeph præſens non fuit. Iuit enim, vt dicit Scholaſtica hiſtoria, ad quæ-
rendum paſcua meliora, atq; (vt alij dicunt) ideo reuertebat, vt fratres ſuos induceret ad ac-
cedendũ paſcua iam inuẽta, q̃tenus eis abſentibus extraheret ipſum Ioſeph, ac redderet eum Ioſep. li.
patri. [Tulerũt aũt tunicã eius,] & lacerauerunt, ſecundũ Ioſephũ, vt putaret dilaniata à be- 2. Anti.
ſtia, [& in ſanguine hœdi quẽ occiderant, tinxerunt &c. quã cũ cognouiſſet pater, ait: Tuni Iud. ca. 3.
ca filij mei eſt, Fera beſtia cõedit eũ &c.] Hoc putauit, nec formaliter mentiebat. [ſciſſiſq; ve-
ſtibus, indutus eſt cilicio, lugẽs filiũ ſuũ multo tẽpore.] Sed cur auxit ſibi afflictionẽ inducen
do ciliciũ? An vt filio chariſſimo oſtẽderet ſe nimiũ cõdolere? vel pro releuamine aĩæ eius, aut
vt impetraret miſericordiã Dei, ſi forte aliq̃ ſpes eſſet ſupſtes de recupatione filij prædilecti.
[Cõgregatis aũt cunctis liberis eius &c. noluit conſolationẽ accipe:] cũ tñ de irremediabili
bus malis nõ ſit ita triſtãdum, ſed cõtra ea valeat obliuio. [ſed ait: Deſcendã ad filiũ meum lu
gens in infernũ] .i. ad ſinum ac limbũ patrum, ꝗ fuit in ſupiori parte inferni. Ac ſi dicat: Fili
um meũ vſq; ad mortẽ deflebo, flẽdoq; moriar, vt ſic filio meo in tali loco inferni ſecũdum
animã iungar. Tñ (ſecundũ Auguſtinum) verba hæc Iacob forſan fuerunt verba ꝑturbati do Auguſt.
lentiſq; animi, & proprias culpas exaggerãtis. [Et illo perſeuerãte in fletu.] In Hebræo (vt re
fert Lyra) habetur ſic, & fleuit eum pater ſuus, q̊d Hebræi exponũt de Iſaac, tunc adhuc viuen
te, quem dicunt ſimul cum Iacob ipſum Ioſeph fleuiſſe. [Madianitæ] .i. Iſmaelitę [vendide-
runt Ioſeph in Aegypto Putiphari eunucho Pharaonis, magiſtro militum.] ſed ꝓ quãto pre
cio ſcriptura, non exprimit. Secundum Hieronymũ, quidam dixerunt archimagiro .i. prin- Hieron.
cipi cocoꝝ. Nam apud nonnullos, dapifer regis honorabilior eſt miniſter, princepſq; mili-
tum. Vnde & Ioſephus ait hic, principi cocoꝝ. ¶ Circa hæc quærit Hieronymus, quomodo Ioſe. li. 2.
Putiphar iſte vocetur eunuchus regis, cum infrà legat habere vxorem. Ad quod rñdet: Tra- ant. Iud.
dunt Hebræi, ꝙ Putiphar emit ipſum Ioſeph, ob pulchritudinem eius, in turpe obſequm, cap. 3.
hoc eſt, vt miſceretur ei contra naturam, ꝓpter q̊d Deus cuſtodiẽs Ioſeph, infrigidauit Aegy Hieron.
ptium, ideo ἱεροφάνται, id eſt, ſacerdotes idoloꝝ elegerũt eum ad pontificatũ Heliopoleos, hoc
eſt, ciuitatis ſolis, vt infrà habebitur. fuitq; tũc honorabilior authoritate, q̃ añ in principatu.
Itaq; vocatur eunuchus, nõ ſicut ꝗ paruuli caſtrabãtur, ſed qm̃ inſtar illoꝝ impotẽs fuit, vel
vt alij dicũt, eunuchi regũ ac principum ſæpe vocantur, ſerui eorum honeſti & caſti: qa & in-
frà princeps pincernarum & princeps piſtorum Pharaonis, appellantur eius eunuchi.

¶ De eiuſdem capituli XXXVII. myſtico ſenſu. Arti. LXXXVI.

DE allegoria & tropologia præſentis capituli, à catholicis viris ſcripta ſunt multa. Eſt
enim ſpecialis virtus in verbis huius materiæ, beatiſſimum Ioſeph patriarcham con
cernentis: & quotieſcunq; legatur, quantumcunq; q̊q; ſciatur, ſemper tamen cum ſpe-
ciali auiditate auditur, & legentiũ ac audientium mouet & accendit affectũ. Eſt eqdem iſta
materia valde myſterialis & ſpũalibus plena ſententijs, quæ nũc ſuccinctim duntaxat, breui-
terq; tangenda ſunt, vt vitetur ꝓlixitas, & quæ alibi plenius dicta ſunt, non repetãtur ſuper-
flue. Itaq; Ioſeph pene in omnibus figura eſt Chriſti. [Ioſeph cum ſedecim eſſet annoꝝ, pa-
ſcebat gregẽ cum fratribus ſuis.] Sic & Chriſtus filius Dei, in iuuentute ſua prædicando, mi
racula faciendo, ſanctiſſime conuerſando, paſcebat populum ſynagogæ, non ſolum cum ſu
ĩs Apoſtolis, quos ꝑ diuerſa Iudææ loca ad ꝑdicandum direxit, ſed itẽ cum ſacerdotibus, ſcri
bis ac phariſæis, ex ſemine patriarchaꝝ, ſicut & Chriſtus, natis. Deniq;, ſicut Ioſeph ex pieta
te & humilitate fuit cũ filijs Balæ ac Zelphæ, ſic Chr̃us Sadducęos, publicanos, ac pctõres ad-
miſit pijſſime, immo incõpræhenſibili humilitate cũ illis conuerſari ac veſci dignatus eſt, vt
eos ſic traheret ad ſalutẽ. ¶ Ioſeph accuſauit fratres ſuos crimine peſſimo apud Iacob: ſic &
Chr̃us corã patre æterno accuſauit induratos Iudæos de infidelitate, q̃ peſſimũ crimen eſt, di
cens: Si nõ veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, pctm̃ nõ haberẽt: nunc aũt excuſationẽ nõ ha Ioan. 15.
bent de pctõ ſuo. Multipliciter quoq; & acriter reprẽhẽdit Iudæos, potiſſimũ ſacerdotes, ſcri
bas & phariſæos, de peſſimo hypocriſis vitio, de ambitiõe, cupiditate ac cõſimilibus. [Iacob
diligebat Ioſeph ſup omnes filios ſuos, eo ꝙ in ſenectute ſua genuiſſet eũ]. Sic & Deus pater Ioan. 1. 3
Ieſum Chr̃m ꝑ om̃ibus participibus eius incomparabiliter diligit, qa in ſua ęternitate genu
it eũ, inquantũ eſt Deus, iuxta illud: Ex vtero ante luciferꝝ genui te. atq; in vltima mũdi æta
te, ꝓcreauit eum ſecundum aſſumptã humanitatẽ ex virgine glorioſa. Vnde in baptiſmo & Pſal. 109.
transfiguratiõe Chr̃i loquutus eſt ei: Tu es filius meus dilectus, in q̊ mihi bñ cõplacuit. Iacob Mat. 3. 17
fecit filio ſuo Ioſeph tunicã polymitã ac talarem: & Deus pater ornauit Chr̃i humanitatem Mar. 1. 9.
amictu ſplẽdidiſſimo vniuerſaꝝ virtutũ, omniq; ornatu ac varietate donoꝝ & fructuũ ſpũs Lucæ 3.
ſancti, à ſumma vi animæ eius vſq; ad infimã, ꝓut capere poterat. poteſt q̊q; per tunicã iſtã
vniuerſitas electoꝝ ſignari, qua Chriſtus tanq̃ ſaluator ac caput eorum venuſtiſſime decora
tur, iuxta illud in Eſaia: His oĩbus q̃ſi veſtimento ornaberis. ¶ Inſup ſicut fratres Ioſeph in-
uide-

uiderunt eidem,eo ꝙ à patre plus om̃ibus amaretur,& q̃a ſic accuſauit eos,ſic impijſſimi ſa
Ioan.11. cerdotes ſcribæ ac phariſæi,videntes ꝙ Ieſus eos in omni ſapientia,eloquẽtia,vita,fama,mi
Sapi.2. raculiſq; excederet,tanq̃ chariſſimus Deo,implacabilem contra ipſum conceperunt inuidiã,
Matt.22. ita ꝙ grauis eis extitit ad videndum. [nec poterãt ei quicq̃ pacifice loqui,] niſi forſan ex ſi-
mulatione,vt eum caperẽt in ſermone.Rurſus ſicut Ioſeph vidit ſomnia ꝓſaga futuroꝝ, q-
bus ſuã ſuper fratres ſuos præſidentiã præſignauit,eiſq; retulit:ſic Chriſtus om̃ium excellen-
Mat.24. tiſſimus ꝓphetarum,ꝓcognouit in ſpiritu qualiter præferendus eſſet vniuerſæ eccleſiæ, atq;
Ioan.12. à cunctis Iudæis electis colendus ac adorãdus,q̃d & eiſdem ſæpe prænũciauit:Prædicabitur,
Ioan.14. inquens,hoc euangelium in vniuerſo mundo.Et,Cum exaltaueritis filium hominis,tunc co-
Luc.19. gnoſcetis q̃a ego ſum.Et,Nemo venit ad patrem niſi ꝑ me.¶Amplius,ſicut fratres dixerunt
Ioan.19. ad Ioſeph,[Nunquid rex noſter eris?]ſic peruerſi Iudæi dixerunt de Chriſto, Nolumus hunc
Matt.26. regnare ſup nos.Et,Non habemus regem niſi Cæſarem.Cũq; ſaluator dixiſſet ſe eſſe Chriſtũ
Marc.14. Dei electum,Et videbitis filium hominis ſedentẽ à dextris virtutis Dei, ac veniẽtem in nu
Matt.27. bibus cæli,põtifex inſania agitatus, ſcidit veſtimẽta ſua, & ait ad ſuos: Quid vobis videtur?
Lucæ23. Rñderuntq; om̃es,Reus eſt mortis. ſed Chriſto à mortuis ſuſcitato,adorauit eũ ſol, hoc eſt,
vniuerſalis eccleſia,& luna.i.quæcunq; eccleſia particularis,congregatioq; deuota, & ſtellæ,
vtpote eccleſiaſticæ pſonæ.Iacob miſit Ioſeph ad fratres ſuos pecora cuſtodientes, ad viden
dum q̃d agerent:& pater miſit Chriſtum ad ſynagogam,ad inſtruendum,conſiderandũ,ſpi
ritaliterq; alendum tam ipſos Iudæoꝝ paſtores & ſupiores,q̃ eoꝝ ſubiectos.Rurſus ſicut fra
tres viſo à longe Ioſeph ad eos veniente,loquuti ſunt:Ecce ſomniator venit, venite, occida-
Ioan.10. mus eum:ſic indurati Iudæoꝝ ſupiores de Chriſto dixerunt:Inſanit,dæmonium habet,ſedu
7.&12. cit turbã,& cogitauerũt interficere eum.Quemadmodum aũt Ruben nitebat eripe Ioſeph,
ſic Nicodemus & aliqui boni Iudæi nitebant Chriſtum de manib' eruere Iudæoꝝ. Interim
Matt.26. ſicut Ioſeph à fratribus venditus eſt Iſmaelitis,ſic Chriſtus à diſcipulo Iudæis ſæuiſſimis pro
Ioan.18. triginta argenteis:quemadmodum etiã Ioſeph venditus,ductus eſt in Aegyptum, ita Iudæi
Chriſtum emptum mox tradiderunt gẽtilibus ad interficiendum:& ſicut fratres tinxerunt
tunicã Ioſeph in ſanguine hœdi,& ab eius venditione voluerunt immunes videri, ſic conde-
Acto.5. mnati Iudæi,ꝓcurauerunt corpus Chriſti ꝓprio cruore perfundi,& ab eius interfectione vo
Eſaiç 63. luerunt reputari immunes, dicentes ſanctis apoſtolis: Vultis ſup nos inducere ſanguinem
Matt.26. hominis huius. Hinc Chriſtum ſciſcitati ſunt in aſſcenſione ſua glorioſi angeli: Quare ru-
Matt.28. brũ eſt indumentum tuũ,& veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Præterea ſicut Io
ſeph bis venditus eſt,ita & Chriſtus ſemel à ꝓditore,deinde poſt reſurrectionem ſuã à princi
pibus ſacerdotum & ſenioribus q̃ pecuniam copioſam dederũt militibus Chriſtũ reſurrexiſ
ſe narrantibus,vt dicerent corpus eius à diſcipulis ſuis furto ſublatum,quatenus ꝑ hoc aufer
rent Chriſtum de cordibus hominũ,atq; perpetuæ traderent eum obliuioni.Poſtremo ſicut
1.Theſ.2 Iacob incõſolabiliter fleuit filium ſuum,ſic patri æterno quaſi implacabiliter diſplicuit in-
Dani.9. terfectio vnigeniti ſui ex parte odij,crudelitatis,& malitioſitatis occidẽtiũ eũ. Vnde ꝑuenit
ſup Iudæos ira Dei vſq; in finẽ,& finis eoꝝ vaſtitas,& vſq; in finẽ eoꝝ deſolatio perſeuerat.

¶Elucidatio cap.XXXVIII.Eodem tempore deſcendens Iudas à fratribus ſuis.

Articulus LXXXVII.

IN iſto cap.deſcribit generatio Iudæ,q̃a ex eius ꝓpagine Chriſtus fuerat naſciturus.[Eodem tempore deſcendens Iudas à fratribus ſuis,diuertit ad viꝝ Odollamitem].i. de ciuitate nomine Odolla natum,vel ciuem ibidem.[nomine Hiram.] Refert Lyra, dicũt Hebræi,ꝙ filij Iacob videntes patrẽ ſuum incõſolabiliter lamentari, q̃a credebat mortuum Ioſeph,cœperunt eſſe moleſti Iudæ,eo ꝙ dederit cõſilium venditionis Ioſeph, idcirco receſſit ab eis.Iſtud reor incertum aut fabuloſum. Potuiſſet em̃ ſe Iudas excuſare, dicendo: Idcirco conſului vt venderet, q̃a vos voluiſtis eum occidere,ideo magis rei eſtis q̃ ego.[Viditq; ibi filiam hominis Chananæi vocabulo Sue.] Circa hoc ſcribit Lyra:Sue nõ eſt nomẽ vxoris Iudæ,ſed patris vxoris illius. Huic aũt dicto contrariat quod infrà in iſto capitulo ſcriptũ eſt: Euolutis multis diebus, mortua eſt Sue vxor Iudæ. [Et accepta vxore, ingreſſus eſt ad eam. Quæ cõcepit & pepit &c.]ſucceſſiue tres filios, vt patet in litera quæ plana eſt. [Quo ſ.tertio filio[nato, parere vltrà ceſſauit. Dedit autem Iudas primogenito ſuo vxorẽ, nomine Thamar:fuitq; Her primogenitus Iudæ,nequã in conſpectu dñi].i.abutens vaſculo ſuç vxoris,& extra illud ſemen fundẽs.Quidã vero aſſignat cauſam huius neq̃tiæ ſeu abuſus,quæ cauſa videt apparentiã non habere,quod ꝓpter fœditatem materiæ ꝓbare omitto.[& ideo ab eo oc-
Euſebi'. ciſus eſt].i.Deus repente occidit hunc nequã ꝑ tanta ſua neq̃tia,& fecit Deus hanc vltiõem ꝑ angelum vel bonum aut malũ,atq;(vt in Scholaſtica hiſtoria legit)inuentus eſt mortuus in ſectio iuxta vxorẽ. Quo exemplo terreri debent immũdi & molles. Enormitas q̃q; huius cri-
Auguſt. minis indicibilis patet,quod etſi execrabiliter fiat cum meretrice,execrabilius tñ fit cũ vxore:grauius quoq; eſt q̃ naturalis cũ ꝓpria matre cõcubitus,vt aſſerit Auguſtinus.[Dixit ergo

Iudas

Iudas ad Onan filiũ ſuũ:Ingredere ad vxorem fratris tui,& ſociare illi.]Ordo verboꝝ prçpoſterus eſt:primo em̃ præcepit filio ſuo Onan,vt illã acciperet cõiugem:quo facto,cognoſceret ipſam. [vt ſuſcites ſemẽ fratri tuo].i. filiũ gignas ex Thamar, q̃ fratri tuo mortuo aſſcribatur,& ei' fili' ſit legalis.Ex hoc elicit,eſſe aliqua obſeruata ab Hebrçis ante Moſis tẽpora, q̃ ipſe deinceps ſcripſit in lege.Et quçri poſſet,à quo iſtud ꝓceptũ accedẽdi vxorẽ fratris defuncti,primo datũ ſit & incepit.De hoc forſitan poſt dicet.[Ille]ſ.Onan[ſciens nõ naſci ſibi filios].i.ꝙ primus filius quẽ ex Thamar procrearet,nõ ſibi,ſed defuncto fratri ſuo aſſcriberetur. [introiẽs ad vxorẽ fratris ſui, ſemẽ fundebat in terrã].i. inutiliter & innaturaliter vxorẽ cognouit,ſicut de fratre ei' ꝓdictũ eſt.[idcirco ꝑcuſſit eũ dñs &c.]i.occidit, quẽadmodum fratrẽ ſuũ.[Euolutis aũt multis diebus,mortua eſt Sue vxor Iudæ.] Secũdũ Lyrã, in Hebræo habet:Mortua eſt filia Sue:ex quo infert,ꝙ Sue fuit nomẽ patris vxoris Iudç.Ego aũt credo
Hieronymo ſçpe dicẽti, nihil ſe mutaſſe de Hebraica veritate.Hebrçi vero ꝑfidi q̃ poſt Chr̃i Hieron.
fuerũt aduentũ,veritatẽ literæ in locis aliquibus corruperũt, potuit q̃q; accidere,ꝙ vxor Iudæ habuerit nomẽ multum ſimile nomini patris ſui, ita vt pater vocatus ſit Sua,& ipſa filia Sue,quẽadmodũ in Latino aliquis pater vocat Ioannes aut Iacobus,& filia eius Ioanna aut Iacoba. Vnde & Rabbi Paulus inſinuat, ꝙ pater vxoris Iudæ dictus eſt Sua. ita ſi Hebraica
veritas habet,mortua eſt filia Suæ,poteſt ita intelligi:Mortua eſt Sue,q̃ fuit filia viri nomi- R.Paul'.
ne Sua.[Qui]ſ.Iudas[poſt luctum]quo vxorem ſuã defleuerat,[conſolatione accepta,aſſcẽdebat ad tonſores ouium ſuaꝝ,ipſe & Hiras opilio].i. paſtor gregis, qui forte venit pro Iuda,vt ouium ſuaꝝ intereſſet tonſioni,ac more tunc ſolito faceret ſuis grande conuiuiũ,pro-
ut in libris Regum narratur de Nabal & Abſalone. [Odollamita].i. de vrbe Odolla,de qua 1.Reg.25
in primo Regũ libro habetur: Aſſcendit Dauid ad ſpeluncã Odollam.Et Micheas ait:Vſq; 2.Reg.13
ad Odollã veniet gloria Iſrael.[in Thamnas].i.ad locum circa oppidũ ſic vocatũ, de q̃ illud 1.Reg.22
Iudicum quidã exponũt:Deſcẽdit Samſon in Thamnata.[Nunciatũq; eſt]ipſi[Thamar,ꝙ Mich.1.
ſocer illius]videlicet Iudas, cuius filios habuit maritos, [aſſcenderet in Thamnas ad tonden Iudic.16
das oues] ꝑ manus ſeruoꝝ ſuoꝝ.[quç depoſitis viduitatis veſtibus.] Ex quo verbo ꝑpendit, ꝙ illis tẽporibus viduæ portabãt ſpecialia veſtimẽta,vtpote humilitatẽ ſimplicitatẽq; ꝑten
dentia. Hinc q̃q; fertur de Iudith, ꝙ exuit ſe veſtimẽta viduitatis. Multũ ergo corripiendæ Iudit 10.
ſunt viduæ Chr̃ianæ,quæ curioſe aut põpatice veſtiunt.[aſſumpſit theriſtrum].i. albũ velamen,ſeu æſtiualẽ ac lineã veſtẽ.[& mutato habitu,]vtpote meretriculari veſte aſſumpta, [ſedit in biuio]itineris,[q̃d ducit Thamnã].i. in compito ſeu capite duaꝝ viaꝝ,vbi viator diligentius debet conſiderare quo pergat.[eo ꝙ creuiſſet Sela,]videlicet tertius filius Iudç reſiduus,[& eũ nõ accepiſſet maritũ &c.]hoc eſt,idcirco ita ornauit ſe,& tanq̃ meretrix ſe expoſuit Iudæ,non ex libidine,ſed deſiderio ꝓlis habẽdæ, quã putabat ſe nõ adepturã ex filio Iudæ,q̃a Iudas nõ dedit ei filiũ illũ maritũ: ideo ex Iuda imprægnari optauit, atq; (vt aliqui opinantur)idcirco potius cõcupiuit fœcũdari ex Iuda,quia cognouit Chriſtũ ex eius ſemine naſcituꝝ:ſicq; aliqualiter excuſatur hæc Thamar de inceſtu,ſicut de filiabus Loth dictũ.
[Ingrediẽſq; ad eã]Iudas,[ait:Dimitte me vt coeam tecũ &c.Et illa dicẽte:Patiar quod vis, Gen.19.
ſi dederis mihi arrabonem].i.pign' precij q̃d pro cõcubitu promiſiſti.Arra quippe vocatur pars precij:inde dicitur arrabo,quaſi arra bona,& eſt id q̃d datur poſt taxationẽ precij loco dandi,ſicq; Iudas dedit ei pro pignore annulũ & armillã, ſ. auriũ ornamentũ & baculũ ſuũ. [Ad vnum igit coitum cõcepit mulier &c.]geminos.[Miſit aũt Iudas]ei [hœdũ]ſicut promiſit[per paſtorẽ ſuũ,&c.qui cũ nõ inueniſſet eã &c.reuerſus eſt ad Iudã &c.Ait Iudas:Habeat ſibi].i. pignus illud teneat ſibi ꝓ hœdo. [Certe mẽdacij arguere nos non poterit &c.] Ex hoc verbo Thomas in ſecũda ſecũdç cõcludit,ꝙ hoies interdũ faciũt ſibi cõſcientiã maiorem de culpa minori,q̃ grauiori:quẽadmodũ Iudas de mẽdacio, q̃d nõ eſt ſemp mortale, q̃ de fornicatiõe q̃ ſemp mortale peccatũ eſt,loquẽdo de ea formaliter.Porro vt recitat Lyra,in Hebrço habet,Habeat ſibi,vt nõ ſimus deſpectui:q̃d ſic exponũt Hebræi,ſit ſuũ q̃d habet de meo,nec amplius illã quæras,ne hoc factum meũ diuulgetur ad meã confuſionẽ. [Ecce aũt poſt tres mẽſes nũciauerũt Iudæ,dicẽtes:Fornicata eſt Thamar &c.Dixitq; Iudas:Producite eã vt cõburatur.]Euidentia etem̃ facti,probationẽ maiorẽ nõ exigit. ¶Sed quæri poteſt,vnde Iudç iſta authoritas,vt eo iubẽte ducta ſit ad cõburendũ:& eo iubente, dimiſſa ſit. Rurſus,videt Iudas iniuſte iuſſiſſe vt cõbureretur,quia adulterium nõ commiſit.Non enim protunc habebat maritum,& dato ꝙ adulteriũ perpetraſſet, non tñ ob hoc comburi,ſed leuiori morte puniri promeruit.Ad iſtud(vt Rabbi Paulus enarrat)quidã Hebræi ſatis ratio-
nabiliter dicunt,ꝙ Iudas fuit illo in loco quaſi princeps & iudex,& ꝙ ex ore eius fiebãt iudi R.Paul'.
cia,atq; in iſto negocio iudicauit nõ ſecũdum leges iã datas,ſed iuxta ſuum proprium arbitrium,poſſet q̃q; dici,ꝙ Iudas dicitur id feciſſe,quod à iudice loci illius fieri procurauit, ſcriptura vero curſorie refert iſtã hiſtoriã.At vero Lyra refert, ꝙ Hebræi dicunt hanc Thamar fuiſſe filiã Melchiſedec regis ac ſacerdotis, quoniam filia ſacerdotis fornicãs ſiue adulterãs,

x erat com-

erat comburenda:q̊d dictũ reprobat Lyra,eo ꝙ Iudas dixit ad Thamar:Eſto vidua in domo
patris tui. Melchiſedec aũt mortu⁹ fuit tempore illo. ſed quicquid ſit de veritate dicti illius,
reprobatio iſta infirma eſt.Nam dicitur aliquis eſſe & habitare in domo patris ſui,patre de-
functo.Dicit quoq; Lyra,ꝙ Thamar cõmiſit adulterium cum Iuda:quod nõ videtur, quo-
niam nõdum erat matrimonialiter iũcta Selæ filio Iudæ,quãuis debebat eũ accipere, & for
te ſponſalia erãt inter Selam & Thamar cõtracta. Hinc alij dicũt, ꝙ Iudas peccauit adiudi-
cãdo hãc Thamar morti,quia non meruit hoc.[Quæ cum duceret ad pœnã, miſit ad ſoce-
rum ſuũ,dicẽs:De viro cuius hæc ſunt,cõcepi &c.Qui agnitis muneribus ait:Iuſtior me eſt,
qa nõ tradidi eã Selæ filio meo &c.]Ex hoc probat ꝙ nondũ fuit ſociata cõiugio Selæ.De-
niq; quãuis Iudas loquutus ſit, Iuſtior me eſt, ambo tñ peccauerũt mortaliter in hoc facto.
Hieron. Quod ſi quæratur,quis eoꝝ magis peccarit: Reſpõdet Hieronymus,cõparatiõe Iudę, Tha
mar minus male fecit,qa non vaga turpitudine,ſed filios requirendo peccauit.Alijs tñ appa
ret, ꝙ abſolute loquendo Thamar magis peccauit, qm̃ ſcienter cõmiſit inceſtũ, & ſi Iudas
ſciuiſſet ꝙ nurus ſua exiſteret,non acceſſiſſet eãdem,vnde nec poſtea eã cognouit,ſed nec Da
2.Reg.16 uid vxores ſuas ab Abſalõ cognitas.[Inſtãte aũt partu, apparuerũt gemini in vtero eius].i.
duo fœtus inuenti ſunt in vtero Thamar.[atq; in ipſa effuſione] .i. egreſſiõe [infantiũ vnus
protulit manũ,in qua obſtetrix ligauit coccinũ].i.rubeũ filũ,vt per hoc diſcerneret,quis in-
ter duos gemellos valde cõſimiles,primogenit⁹ eſſet,[dicẽs:Iſte egredieť prior.]hoc eſt,ob-
ſtetrix æſtimauit ꝙ ſic fieri ſolet.[Illo vero retrahente manũ] ſimul cum coccino, [egreſſus
eſt alter,]manũ ſuã ꝓtendens,aliũq; naſcẽdo p̄cedens.[Dixitq; mulier].i.mater infantuloꝝ,
admirãs de hac q̃ſi cõtentione infantũ,vt in Gloſſa exponiť.[Quare diuiſa eſt propter te ma
ceria?].i. ob quã cauſam frater tuus ꝗ primo extenderat manũ, rupit mẽbranulã ſiue pelli-
culã,qua infans in matrice inuoluiť,quaſi patefaciens tibi viã,vt tu primus exires ac naſcere
ris? Alter quippe manũ ſuã extendendo, rupit pelliculã illã, quæ in partu diuiditur,ſoletq;
infantẽ ſequi: immo ſi poſt egreſſum pueri maneat in vtero matris, mater ipſa nõ diu viuit
infante egreſſo.[Et ob hãc cauſam vocauit]ipſa Thamar [*eũ] videlicet pueꝝ primo natũ,
[Phares.]q̊d ĩterpretať diuiſio,ob hoc ꝙ ꝓpter eũ diuiſa fuit pellicula illa à fratre ſuo.[poſt-
ea egreſſus eſt frater eius, in cuius manu erat coccinũ,] ꝗ exiuit cũ filo illo, [quẽ appellauit
Zarã.]q̊d interpretatur oriẽs,& ita vocat⁹ eſt, qa primus cœperat apparere,manũ extẽden
do:vel quodã futuroꝝ p̄ſagio,qm̃ multi pręclari & iuſti ex eo ſunt nati, prout primo lib.Pa
1.Par.2. ralip.ſcribitur.Quidã dicit ꝙ Zara interpretatur refulgẽtia,& ꝙ dictus ſit Zara,ꝓpter reful
gentiã coccini in eius manu ligati.ſed prior interpretatio & ratio noĩs huius eſt aptior,quã
& ſanctus aſſignat Hieronymus.¶Circa hæc q̃ritur,quare & qualiter cõtigit ꝙ ille ꝗ manũ
Hieron. primo expoſuit,eã retraxit & vltimo natus eſt. Ad q̊d arbitror rñdendũ, ꝙ Deo ſic mode-
rãte ac im̃pante id accidit,ad p̄figurãdũ ꝙ de Phares Chr̃s fuerat naſcitur⁹.Itẽq; ad deſignã
dũ,ꝙ ĩ Chr̃o primi ſunt facti nouiſſimi, & nouiſſimi primi:qa Iudęi ꝗ erãt primi, facti ſunt
excæcati,& Gentiles ſunt in Chr̃o illuminati. ¶Poſtremo circa capitulũ iſtud mouet beatus
Auguſt. Auguſtinus q̃ſtionẽ nõ paruam,qualiter ſ.in tẽpore illo breui,videlicet vigintiduobus an-
nis,aut circiter,quibus Iacob manſit in terra Chanaan poſt Ioſeph venditionẽ, potuerunt
oĩa hæc narrata impleri,vtpote ꝙ Iudas accepit vxorẽ,genuitq; ex ea tres filios,quoꝝ ſenio
ri cõiugẽ dedit,illoq; mortuo eidẽ cõiugi aliũ ſuũ filiũ dedit maritũ:quo item defuncto,cõ-
miſit nurui ſuæ vt in domo patris ſui vidua permaneret, quouſq; creſceret iunior filius ſu⁹,
Auguſt. ꝗ & interim creuit in tm̃,ꝙ ad cõiugij cõtractionẽ fuit idoneus.De hoc Auguſtinus ſic loq-
tur: Quæritur q̃ñ iſta fieri potuerũt.Si em̃ poſt ingreſſum Ioſeph in Aegyptum, quomodo
infra vigintiduos annos fieri potuerunt,vt & filij Iudæ fierent tãtæ ætatis, ꝙ oẽs poſſent du
cere coniuges? niſi forte dicatur,ꝙ ſcriptura velit ꝑ recapitulationẽ intelligi hæc fieri ince-
piſſe ꝑ aliquos annos ante Ioſeph venditionẽ.Nihilominus merito q̃ritur, quot annoꝝ po-
tuit eſſe Iudas quartus filius Iacob, ſi Ioſeph ſedecim annoꝝ eſt venditus, cũ & ipſe Ruben
primogenitus Iacob vix ſex annis p̄cedere potuit fratrem ſuum Ioſeph ætate. Difficile ergo
eſt videre, q̃liter inter annos illos fieri potuerunt oĩa, quæ narrantur hic de Iuda & filijs eius
ac nuru,niſi forte credamus Iudam incidiſſe in amorem eius, quam duxit vxorẽ, ſtatim cũ
adoleſcere cœpit,nondum vendito Ioſeph.Hæc Auguſtinus. Similiter quoq; dicendum de
primis duobus filijs Iudæ,ꝙ ſtatim in adoleſcentia ſua ſint vxorati. Poſtremo,penſemus in
præinductis occulta iudicia Dei,& filioꝝ Iudæ vitetur nequitia,nec aliquis cõformetur ma
litiæ Onan,qui maluit fundere ſemen in terram, ductus inuidia, indignationeq; peſſima,q̃
ſuſcitare ſemen fratri ſuo defuncto, per quem Onan deſignantur qui alijs prodeſſe non vo-
lunt,etiam quando abſq; proprio detrimento hoc poſſunt.

¶Expoſitio cap.XXXIX. Igitur Ioſeph ductus eſt in Aegyptũ. Art. 88.

HOc capitulo deſcribuntur virtutes Ioſeph patriarchæ,& quanta pro iuſtitia tolerauit,
quàm gratioſe quoq; ac dulciter fuit Deus cum eo in aduerſis. Rediens itaq; Moſes
ad incho

ad inchoatã de Ioſeph hiſtoriam, ait: [Igitur Ioſeph ductus eſt in Aegyptum &c.fuitq; dñs
cum eo,]per prouidentiam ſpecialem & directionem pijſſimã,[& erat vir in cunctis proſpe
re agens &c.]quomodo verum eſt hoc, cũ fuerit adoleſcens ſedecim aut decẽ & ſeptem an-
noꝝ, & tanta aduerſa incurrerit? Et reſpondendum, ꝙ paulatim creuit in virum ſapientiæ
ac virtutum,immo & in adoleſcentia ſua vir fuit,nõ corpore & ætate, ſed probitate moꝝ,
conſtãtia mentis,atq; prudẽtia.Porro aduerſa quæ incurrit, nõ ex imprudentia ac defectuo Rom.8.
ſitate propria incidit, ſed & ipſa cooperata ſunt ei in bonum, atq; in maximã proſperitatẽ.
Fuit quoq; in cunctis proſpere agens, quantũ ad animæ ſuæ ſalutẽ, quæ ſumma proſperitas
eſt:& quãtum ad temporalium reꝝ dñi ſui gubernationem,in omnibus proſpere egit.[qui]
dñs ſuus[optime nouerat dominum eſſe cum]Ioſeph,hoc em̃ conſiderauit ex actibus virtuo
ſis & prudentiſſimis verbis ac proſperis ipſius Ioſeph operibus,atq; vt tactum eſt ex verbis
Hieronymi,quia Aegyptius ille conſiderauit ſe ſubito infrigidatũ à Deo,eo ꝙ decreuit abu Hieron.
ti Ioſeph.[& omnia quæ gereret] ipſe Ioſeph,[ab eo dirigi in manu illius].i.virtute & ope-
ratione Dei ad proſpeꝝ finem tendere ac moueri.[à quo] dño ſuo Aegyptio ipſe Ioſeph[p̄-
poſitus omnibus,]cæteris qui de familia Aegyptij erãt,& temporalibus rebus eiuſdem,[gu-
bernabat creditã ſibi domũ].i.domeſticos & ea quæ erãt in domo. [& vniuerſa quæ ei tradi
ta fuerant]ad cuſtodiendũ,diſpẽſandum,ſeu erogãdum. [Benedixitq; dñs domui Aegyptij
propter Ioſeph].i.ipſi Aegyptio,pertinentibusq; ad domũ ipſius, in temporalibus,dando,
cõſeruando, & multiplicando ea Aegyptio propter Ioſeph, ſicut bñdixit domui Laban ꝓ-
pter Iacob,vt ſ. ille Aegyptius eſſet magis gratioſus & fauorabilis ipſi Ioſeph.[Erat aũt Io-
ſeph pulchra facie,& decorus adſpectu.] In quibus verbis tangitur duplex pulchritudo Io-
ſeph:vna corporalis,quæ præcipue attendiť & apparet in facie: alia moralis, quæ in cõpoſi-
tione apparatus & facetia moꝝ actuũq; cõſiſtit.[Poſt multos itaq; dies iniecit dña ſua ocu-
los in Ioſeph].i.curioſe & libidinoſe eum adſpexit,q̃ñ iam fuit virilis ætatis,hoc eſt, viginti
annoꝝ aut amplius.[& ait:Dormi mecũ.]Probabile eſt, ꝙ primo ꝑ verba & ſigna habuit ſe
blande procaciterq; ad Ioſeph. Cumq; videret ſe ꝑ talia nõ ſortiri intentum,tãdem concupi
ſcentijs victa,dixit aperte,Dormi mecũ.[Qui nequaq̃ acquieſcẽs operi nefario, dixit ad eam:
Ecce dñs meus oĩbus mihi traditis ignorat ꝗd habeat in domo ſua].i.non ſcit oĩa illa diſtin
cte,nec curat,nec aduertit huiuſmodi,ſed cõmiſit oĩa mihi. Vnde ante hæc verba ait ſcriptu
ra,[nec quicq̃ aliud nouerat,niſi panem quo veſcebať].i.proprium cibum ac potũ, quia inſi
nuauit diſpenſatori ſuo,videlicet Ioſeph, ꝗd vellet manducare ac bibere. Veruntñ iſtæ ſunt
hyperbolicæ loquutiones,in ꝗbus aliquid diciť ſine mẽdacio ꝑ exceſſum,vt magnitudo rei
clarius exprimať. [nec quicq̃ eſt]in domo eius [q̊d nõ in mea ſit poteſtate, vel nõ tradiderit
mihi]ad gubernandũ,nõ ad poſſidẽdum.ex quo videť, ꝙ Aegyptius ille etiã gubernatiõem
ſobolis ſuæ cõmiſerit Ioſeph.[p̄ter te q̃ vxor ei⁹ es.Quomodo ergo poſſum hoc malũ]vide-
licet adulteriũ,[facere,& peccare in Deum?]vel vt alij legunt, in dñm meũ.i. tã veꝝ Deum
dñm vniuerſoꝝ,q̃ virum tuum ꝗ eſt dñs meus tẽporalis,offendere.Quanuis aũt adulterium
ſit directe peccatum in proximum,cui infert læſionem ſeu nocumẽtum,eſt tamen etiã pec-
catum in Deum,in quãtum eſt cõtra præceptum illius.[Huiuſcemodi verbis per ſingulos di
es loquebať,& mulier moleſta erit adoleſcenti]qa mulier nitebať Ioſeph ad libidinẽ prouo-
care,& ipſe ecõtrario hortabať illã ad pudicitiam,fidemq; cõiugalem. [& ille recuſabat ſtu-
prum,]hoc eſt,adulterium.[Accidit autem quadã die,vt intraret Ioſeph domum, & operis
quippiã abſq; arbitris faceret].i.ſolus nullo præſente ſeu abſq; teſtibus ꝗ iudicare poſſent &
proteſtari ꝗd accidiſſet:ex quo cõijcitur, ꝙ Ioſeph ſciens improbam cõſuetudinem dñæ ſuę,
aſſumpſit aſſidue aliquos ſecum intrãdo & exeundo ac operãdo,ne illa auderet ſibi inhone-
ſta proponere.[& illa, appræhenſa lacinia veſtimenti eius].i.ora ſeu fimbria,vel(vt ait An-
dreas expoſitor)cornibus pallij ſeu mantelli,[diceret: Dormi mecũ. Qui relicto in manu ei⁹
pallio,fugit,& egreſſus eſt foras.] Refert Ioſephus, die illo fuiſſe p̄cipuam ſolennitatẽ Aegy
ptijs,in qua oẽs ad templa cõuenerãt idoloꝝ,ad quæ etiã fœminæ tunc venerũt:ſed fœmi- Ioſe.li.2.
na iſta ꝑſuaſit viro ſuo ſe eſſe infirmã,quaten⁹ ſolitudinẽ, opportunitateq; captaret allicien ant.Iud.
di Ioſeph ad ſuũ cõſenſum.Cumq; ſola eſſet cũ eo,cœpit blãdiri ac deprecari eius cõcubitũ, cap.3.
adijciens minas,videlicet ꝙ eũ accuſaret apud maritũ,ſi ſibi nõ cõſentiret.Cumq; caſtiſſim⁹
Ioſeph nõ flecteret,illa appræhẽdit eum cum pallio,vt vel ſic traheret eum ad ſtuprũ:ipſe ve
ro iratus excuſſit ſe.[Cumq; vidiſſet mulier in manib⁹ ſuis veſtẽ,]ſ. pallium, [& ſe eſſe con-
tẽptam]zelo iuſtiſſimo,quia vt talis, erat prorſus contẽptibilis.[vocauit ad ſe hoĩes domus
ſuæ.]forte em̃ aliqui de familia erãt in domo,& alij cito redierũt de phano.[& ait ad eos: En
introduxit viꝝ Hebræum vt illuderet nobis &c.].i. maritus meus adduxit iſtũ Ioſeph, ꝗ co-
natus eſt dñm ſuum maxime inhonorare,violãdo & opprimẽdo me coniugẽ eius,ꝑ hoc ꝙ
nõ ſolum mihi,ſed & viro meo ac ſoboli noſtrę ac cunctis ad nos ꝑtinentibus feciſſet illuſio
nem atq; opprobrium.[In argumẽtum ergo fidei,] & in ſignũ & in ꝓbatione ſuæ accuſatio-

 nis,ꝙ

nis,ꝙ vera eſſet & fide digna. Argumẽtũ ꝗppe eſt ratio rei dubiæ faciẽs fidẽ. [retentũ palliũ
oſtẽdit marito reuertenti domũ,& ait: Ingreſſus eſt ad me ſeruus Hebræus quẽ adduxiſti,
vt illuderet mihi.] Quaſi dicat,Ingratus eſt tibi & p̄ſumptuoſiſſime egit.& recte,illicit⁹ adul
terinusq́ coitus,ſeu cõcupiſcentia p̄dominãs, vocaſ illuſio, ꝗa ꝑ eum ratio penitus ſuperaſ,
& homo beſtialiter agit,ac cõfuſiue & deriſiue.[His auditis, dñs & nimiũ credulus verbis cõ
iugis,irat⁹ eſt valde.] Quæri poteſt,an Ioſeph ſe excuſauit,& putãt ꝗdã ꝙ nõ,ne dominã ſuã
dehoneſtare,diffamareq́ turpiter videreſ. Verũtñ ꝗa in textu habeſ,ꝙ vir fuit nimiũ credul⁹
verbis ſuę vxoris,videtur ꝙ Ioſeph modeſte ac decenter ſe excuſauit ſaltẽ ſeorſum apud do
minũ ſuũ,aut etiã corã p̄ſentibus ad tollendũ ſcandalũ ex parte ſui iã inſtãs.Ioſephus tñ tan-
Ibidem vbi ſu- git, ꝙ cauſã ſuã Deo cõmiſit, neq; ad ſatisfactionẽ,neq; ad integrã factoꝝ manifeſtationẽ
pra. cõuerſus eſt, ſed neceſſitatẽ & vincula tacit⁹ ac mãſuet⁹ ſuſtinuit. [Traditq́ Ioſeph in car
cerẽ, vbi vincti regis cuſtodiebanſ:] hoc eſt, ꝗ peccauerũt in regẽ, vt rei læſę maieſtatis,ꝗ car
cer erat(vt ferſ)intolerabilior carceribus cæteris.[& erat ibi clauſus. Fuit aũt dñs cũ Ioſeph.]
Domin⁹ eñi cõſolaſ eos ꝗ propter iuſtitiã affligunſ,nec permittit hoĩem vltra vires tentari,
1.Cor.10 ſed facit cũ tentatiõe ꝓuentũ,& ſperãtes in ſe refocillat: & qm̃ ſanctus Ioſeph caſtitatis amo
re ac Dei intuitu carnales contẽpſit delicias,quas tã abũdanter poterat habere ad libitũ,me-
ruit cõſolationũ affluentiã diuinaꝝ.[& miſertus eſt illius] in tantis aduerſitatibus,diffamijs,
irriſiõibus,deiectionibus,catenationibus,ſeu cõpeditiõibus,quas innocẽtiſſime tener & vir-
gineus iuuenis tolerauit.] & dedit ei grãm in cõſpectu principis carceris.] Fecit eñi ipſum Io
ſeph ſua ꝓbitate,verecũdia,morigeratiõe,acceptũ principi carceris, mentẽq́ principis illi⁹
inclinauit ad cõpatiendũ ac diligendũ Ioſeph,ita ꝙ credidit eũ(vt æſtimo)innocentẽ,& for
ſan iam ante nouerat eum, ꝗa famoſus erat & oĩbus ante charus: fuerũtq́ eius prudentia &
bonitas diuulgatæ, ꝗa tam diu rexit domũ principis militũ Pharaonis, atq; (vt aſſerit Ioſe-
Ioſep. li. 2.an. Iu. cap. 3. phus)ſubtraxit vincula à Ioſeph cuſtos carceris,iubẽs eũ meliori veſci cibo,ꝗ vinctis cõpere
bat.[Qui] princeps carceris[tradidit in manu],i.in diſpoſitiõe & miniſtratiõe[illius] Ioſeph
[vniuerſos vinctos] in carcere illo,[& quicꝗd fiebat] in carcere, [ſub ipſo erat. Nec nouerat
aliquid, cũctis ei creditis],i.princeps carceris nõ inquiſiuit nec ſciuit quid agereſ in carcere
circa vinctos,qm̃ oĩa illa cõmiſerat ipſi Ioſeph pleniſſime,certus de fidelitate ipſius.ſicq́ Io-
ſeph vinctis illis diligẽter & pie ſeruiuit, eũdo de vno ad aliũ,& neceſſaria apportãdo. ſicq́
videſ ꝙ princeps carceris amouit à pedibus Ioſeph ferramẽta, quibus antea erat ligatus,de
Pſal. 104 ꝗbus cantam⁹ in pſalmo: Humiliauerũt in cõpedibus pedes eius,vt expedite trãſiret de vno
ad alium. Præterea ſi quęraſ,cur pijſſimus Deus ꝑmiſit innocentẽ Ioſeph tot & tãta ſuſtine-
re aduerſa? Reſpõdendũ ꝙ ideo,quia volebat eum tẽpore p̄ordinato ſublimare ad maxima,
idcirco primo exercitauit eũ aduerſis,vt in illis & ꝑ illa acquireret grãm ac virtutes, ꝑ quas
1.Re.8.9. mereret cõſeruari à Deo in altis ac proſperis,ne caderet & periret in illis: & ſimili modo ea-
10, 11, 12. dẽq́ ratiõe exercitauit ſanctũ Dauid ꝑ Saul,anteꝗ promouit eũ ad regnũ. nõ eñ eſt finis ſa-
pientiæ Dei, & prouidentia eius vniuerſa cõplectitur, atq; infinitæ perfectionis conſiſtit.

¶De ſpirituali huius cap. XXXIX. ſenſu. Ar. 89.

QVemadmodũ Ioſeph ex terra promiſſiõis in Aegyptum ꝑductus eſt ab Iſmaelitis ne-
gociatoribus,ſic Chrs,ſynagoga relicta,ꝑ apoſtoloꝝ prędicationẽ ad gentiles in vni-
uerſum mundum portatus eſt.& ſicut Putiphar eunuchus emit Ioſeph, ſic gentes ca-
Matt. 19. ſtæ effectæ,ſeq́ propter regnum Dei caſtrantes,dñm ſaluatorem emerunt, ꝓprium intelle-
2.Co.10. ctum in captiuitatem redigendo in obſequium Chriſti, hoc eſt, ſupernaturalibus fidei vir-
tutibus ſyncere credendo,ad obediendũ diuinis præceptis. Emerũt itaq; filiũ Dei fidei ſan
Lucę 19. ctæ cõmercio & obediẽtiæ nummo,ſeipſosq́ abnegãdo,vt lucrifacerẽt Chrm. Emerũt eum
Apo. 3. credendo, orando & ſuperãdo ſeipſos, de qua emptione ipſe in Apoca. teſtatur: Suadeo tibi
Eſa. 55. emere auꝝ ignitum,probatũ,vt locuples fias. Et Eſaias: Emite,inquit, abſq; argẽto,& abſq;
vlla cõmutatione vinũ & lac.[Fuitq́ dñs cũ eo,& fuit vir in cũctis proſpere agens.] Sic & in-
comparabiliter plus fuit Deus pater cum Chriſto homine ab incarnatiõis ſuæ exordio, eius
humanitatem in omnibus inceſſabiliter,infallibiliter & ſupergratioſiſſime dirigens, & fuit
Chriſtus vir in vniuerſis proſperrime agens,de ſpiritali proſperitate loquendo: qm̃ quicꝗd
egit aut pertulit, ſaluberrimum & inceſſabiliter meritorium mẽbris ipſius fuit: ſibijpſi q̊q;
accidentale promeruit præmiũ.[& habitauit in domo domini ſui.] ꝗa primo habitauit in
medio ſynagogæ ſeu Iſraelitici populi,quæ fuit tunc domus Dei, qui eſt dominus Chri, ſe-
cundum eius aſſumptã humanitatẽ: habitauitq́ in medio electiſſimoꝝ Iudæoꝝ, videlicet
Ioan. 1. diſcipuloꝝ ſuoꝝ,quoꝝ vnus fatetur: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis,& vidi
mus gloriam eius,gloriã quaſi vnigeniti à patre. ¶Præterea cuncta quæ geſſit Chriſtus inter
homines cõuerſando,dirigebant in manu illius, hoc eſt, cooperatione & virtute ſpũſſancti,
immo totius ſuꝑbenedictiſſimæ trinitatis. Siquidẽ aĩa Chriſti à ſuę creationis primordio fu
it ſumme repleta oĩ ſpũſſancti dono, per quod ſumme ac ꝑfectiſſime dirigibilis erat à ſpi-
ritu

ritu ſancto. propter q̊d de eo & in eius perſona Eſaias prædixit: Spũs domini ſuper me,eo ꝙ Eſai. 61.
vnxerit me. Itemq́: Requieſcet ſuper eum ſpũs dñi,ſpiritus ſapientiæ & intellectus,&c.[In- Eſaiæ 11.
uenitq́ Ioſeph grãm coram dño ſuo.] Sic & Chriſtus acceptiſſimus fuit patri ſuo,quemad-
modum in Euãgelio profitetur, Pater non reliquit me ſolum,quia ego quæ placita ſunt ei, Ioan. 8.
facio ſemꝑ.[& miniſtrabat ei,] inquantum homo,quẽadmodum proteſtatur: Sicut manda
tum dedit mihi pater,ſic facio. Vnde per Eſaiã pater ait de filio incarnato: Ecce ſeru⁹ meus, Ioan. 14.
ſuſcipiã eum electus meus,cõplacuit ſibi in illo aĩa mea. [A quo præpoſitus oĩbus, guberna Eſaię 42.
bat ſibi creditã domũ.] ſic Chrs à Deo vniuerſis Iudæis p̄latus, tanꝗ verus rex Iſrael,& ſum-
mus ſacerdos ſecundũ ordinẽ Melchiſedec,direxit Iudæos ad verã ſalutẽ, p̄dicando,corripi Pſa. 109.
endo,miracula faciendo, euangelicã legẽ tradendo,ſpecialiter q̊q; gubernauit ſibi creditam
domũ,puta electos ex Iſrael beatos ſuos diſcipulos, de ꝗbus fateſ: Pater,q̊s dediſti mihi, ego
ſeruabã eos,& non perdidi quenꝗ eoꝝ. [benedixitq́ dñs domui Aegyptij propter Ioſeph.]
Sic meritis ſaluatoris Deus trinitas benedixit cõgregationi ipſius, quibus in die pentecoſtes Act. 2.
miſit in ſigno viſibili ſpm̃ ſanctum,ꝗ corda illoꝝ copioſiſſime ac feruẽtiſſime adimpleuit.
[Erat aũt Ioſeph pulchra facie,& decorus adſpectu.] Sic Chrs,inquãtum Deus,eſſentialiter
& incircũſcriptibiliter pulcher ſecundũ naturã aſſumptã, fuit multiplici pulchritudine ex-
cellentiſſime decoratus: nec decuit eius humanitatẽ,niſi omni virtutũ, donoꝝ,fructuũ,bea
titudinum ac gratiaꝝ pulchritudine venuſtiſſimam,aſſumi à verbo æterno: fuit & corpore
ſpecioſus forma p̄ filijs hoĩm,& omni morali venuſtate ſumme cõſpicuus: nec fuit vſquam Pſal. 44.
in eo vlla macula culpæ,de quo ſponſa dicit in Canticis: Ecce tu pulcher es dilecte mi & ru Can. 1.
bicundus. Porro per dñam quæ iniecit oculos ſuos in Ioſeph,& dixit,Dormi mecũ: accipiſ
ſynagoga,quæ aliquando fuit ſponſa & vxor Dei,de quo Hieremias diſſeruit: Non fuit Iſra
el viduatus à Deo ſuo, qui ait ꝑ Eſaiam: Quis eſt iſte libellus repudij quo reliqui matrẽ ve Hier. 31.
ſtram? Hæc dña,tẽpore procedente,facta eſt ſpiritaliter meretrix, cui ait propheta: Et nunc Eſa. 50.
meretrix audi verbũ dñi. Et Eſaias: Quomodo,inquit,facta eſt meretrix ciuitas fidelis? Hæc Ezec. 16.
voluit Chrm ſuis adulterijs,i.erroribus,falſitatibusq́ inuoluere,vt ſibi in illicitis cõſentiret, Eſa. 1.
& ſe eſſe regem Meſſiam ac Dei filium denegaret,nec nouã traderet legem: quæ tandem ſu-
is paſſionibus ebria,appręhendit Chriſtum cum veſtibus: ipſe aũt relicto in manibus adul- Io. 18. 19
terę pallio, fugit & egreſſus eſt foras: quia corpus ſuũ permiſit ab illa capi,flagellari,& cruci
figi,ac eo ab anima ſua relicto,deſcẽdit in limbũ patrum,eodemq́ die fuit in paradiſo. In-
ſuper ſynagoga dixit dominum Ieſum ad ſe ingreſſum, vt ſibi illuderet,i. per falſas doctri-
nas deciperet,clamitans coram domino ſuo Pilato: Seducit turbas, docẽs per vniuerſam Iu
dæam. Itemq́: Domine,recordati ſumus quia ſeductor ille adhuc viuens dixit,Poſt tres di- Lucę 23.
es reſurgam. Hinc procurauit Chriſtum ſepultum in ſepulchro,quaſi in carcere cuſtodiri,& Mat. 27.
lapidem ſuperpoſitum ſigillo ſignari. Poſtremo ad omnipotẽtis laudem ac gloriam,ædifica Mar. 15.
tionemq́ noſtram,vigilantiſſima mente cõſideremus omnipotentiam gratiæ Dei, & beatiſ
ſimi Ioſeph patriarchæ virtutes, qualiter ab infantia manſit in ſancta vita,& zelator fuit iu-
ſtitiæ,ac charitatiuus delinquẽtium accuſator. Deinde in terra aliena idololatrijs plena,mã-
ſit immobilis in Dei timore, nec ab impijs poterat vnꝗ peruerti. Cumq́ pulcherrimus iu
uenis eſſet,& rebus oĩbus,honore quoq; & gloria abundaret,atq; à dña ſua, muliere vtiq; ſe-
cundum ſeculum magna,tam diu ac ſępe incitaretur ad voluptatem,inſupabiliter ac viriliſ-
ſime reſtitit ei. Deinceps ob ſuam inflexibilem æquitatem iniuſtiſſime incarceratus, nequaꝗ
receſſit corde à domino, nec contra ipſius prouidentiam murmurauit: ſed longanimiter &
patientiſſime tulit, quicquid ſapientia creatoris ſuper ſe euenire permiſit. Itaq; comparem⁹
noſipſos ad virum tãtum, & conſpiciemus ꝗ infinita ſit noſtra miſeria, noſtra defectuoſitas,
noſtra malitia: ſicq́ pœniteamus ex intimo mentis affectu,ac ſancti huius patriarchæ virtu-
tes & caſtimoniam imitari atq; amplecti indefeſſe conemur.

¶Expoſitio cap. XL. His itaq; geſtis,accidit vt peccarent duo eunuchi. Art. XC.

REcitatur in iſto capitulo,ꝗliter & ex qua cauſa cœpit ſapiẽtia hui⁹ p̄inclyti Ioſeph ma-
nifeſtari regi Aegypti.[His] quæ in p̄cedenti capitulo ſunt narrata,[itaq; geſtis,accidit Gen. 39.
vt peccarent duo eunuchi] videlicet [pincerna regis Aegypti, & piſtor, dño ſuo] videlicet
Pharaoni. tñ ꝗd mali egerint cõtra regẽ, aut ꝗd omiſerint de agẽdis, ſcriptura nõ exprimit,
nec certũ eſt: quanꝗ Iudæi iuxta conſuetudinẽ ſuaꝝ fabulaꝝ,affirmant peccatũ pincernæ fu
iſſe,ꝙ in potu regis inuenta eſt muſca: piſtoris vero, ꝗa in pane regis paruus lapis inuentus
eſt. Cur autem iſti miniſtri vocentur eunuchi, dictum eſt in expoſitiõe 38. capituli. [Iratusq́
contra eos Pharao, Nam alter pincernis præerat,alter piſtoribus] regis,quæ fuerũt duo ma
gna officia: ſicq́ Pharao tanto acrius fuit contra eos iraſcens,quanto eos ad officia promo-
uit maiora,aut in eiſdẽ ſeruauit.[miſit eos in carcerẽ principis militũ,in q̊ erat vinctus & Io
ſeph.] Itaq; carcer ille fuit ſub ditiõe principis militię,ꝗ in eundẽ carcerẽ fecerat Ioſeph retru
di. ¶Sed q̊ri poteſt,qualiter Ioſeph dicaſ ibi nũc vinctus,cũ ex p̄cedẽti capitulo ſit ꝓbatũ,ꝙ

compedes

cõpedes erant depoſiti.Reſpõdet, ꝙ vinctus nũc fertur, vel qa iam antea erat ligatus cõpedi-
Gen. 39. bus,vel qa ibidẽ clauſus, vel qa adhuc habebat aliquam ligaturã in crure, cũ qua tñ poterat
ambulare in carcere.[At cuſtos carceris tradidit eos Ioſeph &c.]vt eis ſeruiret.[Videruntq;
ambo ſomniũ nocte vna].i. viſionẽ nocturnã imaginariã,ꝗ tñ nõ fuit cauſalis,aut pure natu
ralis,ſed angelico miniſterio in interioribus ſenſibus eoꝝ exhibita ac formata, nec propter
eoꝝ merita fiebat illis rẽpſentatio talis in ſomno,ſed vt ꝑ occaſionẽ expoſitiõis ſomnioꝝ il
loꝝ,manifeſtaret ſuo tẽpore Pharaoni ſapiẽtia Ioſeph ꝓpter cõmune hoĩm bonũ.viderunt
itaq; ſomniũ,[iuxta interpretationẽ congruã ſibi:] hoc eſt, ſignificatiuũ eoꝝ quæ euenerũt
eis ambobus.[ad q̃s cũ introiſſet &c.ſciſcitatus eſt eos,dicẽs:Cur triſtior eſt hodie ſolito faci
es veſtra?]hoc eſt,cur nũc maioris triſtitiæ ac timoris ſigna in vultibus veſtris apparẽt? Inte
rior eñ diſpoſitio,clarius celeriusq; ſolet in facie apparere. [Qui reſpõderunt:Somniũ vidi-
mus]hoc eſt,vnuſquiſq; noſtrũ interiori intuitu aliqd vidit in ſomno.Erant aũt gẽtiles ido-
lolatræ multũ intenti ſomnijs ſuis,viſionibus atq; oraculis, in qbus à dæmonibus varijs mo-
dis illudebant,& quaſi ſemper putabant ſibi ꝑ talia aliqua deſignari.[& nõ eſt qui interpre-
tetur nobis.]hoc eſt,nullus hic eſt q nobis ea exponat. Habebant aũt Aegyptij q̃ſdam augu
res & maleficos ac diuinos, à quibus taliũ expoſitiones quærebant, qui tũc nõ fuerunt præ-
ſto incarceratis.[Dixitq; ad eos Ioſeph:Nunqd nõ Dei eſt interpretatio?]q.d. Vtiq; à vero
Deo,nõ ab idolis,eſt ſomnioꝝ interpretatio requirenda,& à ſeruis ac vatibus Dei, nõ ab au-
guribus atq; arioliſ:qm̃ eſt donum Dei,vere & certitudinaliter exponere ſomnia ac ſecretas
ꝑſertim quoq; futuroꝝ pure contingentiũ veritas ꝑ ſomniũ præſignata,nõ poteſt certitu-
dinaliter,niſi ex diuina reuelatiõe,prænoſci.[Referte mihi qd videritis.Narrauit prior præ-
poſitus pincernaꝝ ſomniũ ſuũ: Videbam corã me vitẽ,in qua erãt tres propagines].i. fron-
des ſeu palmites,[creſcere paulatim in gẽmas,]hoc eſt,botros,[& poſt flores]vidi [vuas ma
tureſcere.Calicemq; Pharaonis].i.ſcyphũ ex quo bibere ſolet,[in manu mea.Tuli ergo]hoc
eſt,de vitæ depoſui[vuas,& expreſſi] .i. humorem eaꝝ premendo effluere feci. [in calicem
quẽ tenebã,& tradidi poculũ Pharaoni.]Non res iſtas,ſed eaꝝ ſimilitudines vidit ille in ſo-
mno,& videbat ei in ſomno ꝙ videret,& faceret ea quæ dicta ſunt,qa in ſomno clauſa eſt ra
tio,& aĩa ſimilitudines reꝝ accipit,nõ vt ſimilitudines,ſed ꝓ rebus ipſis, & in hoc ipſo deci
pitur: q aũt in ſomno habẽt ꝓpheticas viſiones, ſupnaturaliter illuminant, ad intelligẽdum
eaꝝ ſignificatiões,nec decipiunt,neq; vtuntur formis pro rebus ꝑ eas ſignificatis,ſed accipi-
unt eas vt ſimilitudines reꝝ. [Reſpondit Ioſeph: Hæc eſt interpretatio ſomnij: Tres ꝓpagi-
nes,tres adhuc dies ſunt:]hoc eſt,tres rami illi ꝑſignant tres dies,[poſt q̃s recordabitur Pha-
rao miniſterij tui].i. in ſua refectione memor erit, ꝗ decẽter cõſueueras ei porrigere potum.
[& reſtituet te in gradum priſtinũ &c.]qm̃ inquiſitiõe de te facta, inueniet,vel iam inuenit,
te mortẽ nõ meruiſſe. [tantũ memẽto mei cũ bene tibi fuerit &c.] Litera plana eſt. [Vidẽs
piſtoꝝ magiſter,ꝙ prudenter ſomniũ diſſoluiſſet].i.ꝙ Ioſeph ſapienter expoſuiſſet ſomnia
lem apparitionẽ pincernæ,auferendo ab eo vinculũ & velamẽ ſuæ difficultatis, q̃d clauſum
fuerat & obſcuꝝ,[ait:Et ego vidi ſomniũ,ꝙ tria caniſtra farinæ haberẽ ſuper caput meum,
& in caniſtro q̃d erat excelſius]alijs duobus,tanq̃ ſuppoſitum eis,[portare me putabã oẽs ci-
bos q fiunt arte piſtoria,auesq; comedere ex eo.] Somnia hoꝝ duoꝝ miniſtratata ſunt eis ꝑ
ſimilitudines materiaꝝ,eoꝝ officijs ſatis cõgruentes.Secũdũ Gloſſam in Hebræo habet,tres
Ioſe.li.2. ant.Iud. cap.4. cophinos farinæ. Ioſephus aũt ait: Duo caniſtra plena panibus, triticũ vero plenũ obſonio,
hoc eſt,cibo delicato,ſicut eſt regius cibus.vñ in Græco habet,tria caniſtra coditron.i.panũ
ſecundoꝝ,puta groſſoꝝ.ſicq; datur intelligi,ꝙ in tertio apparuit eſca regalis.Veꝝ de diuer
ſitate parua aut nulla eſt vis,qm̃ ſignificatio vna eſt quæ ſubiungit:[Reſpõdit Ioſeph:Hęc eſt
interpretatio ſomnij:Tria caniſtra,tres adhuc dies ſunt:poſt q̃s auferet Pharao caput tuum]
hoc eſt,decollari te faciet. Porro audito ſomnio huius piſtoris,Ioſeph,anteq̃ illud interpre-
Idẽ vbi ſupra. taret,locutus eſt,Mallem eſſe interpres bonoꝝ,vt Ioſephus dicit.[Exinde dies tertius natalitij
us Pharaõis erat].i. dies anniuerſaria natiuitatis regis illius.Eratq; Pharao nomẽ cõmune re
Hieron. ſup Mar cũ cap. 6 gũ Aegypti,nõ ꝓpriũ,ſicut Delphinus cõmune eſt nomẽ regũ Frãcię.Secundũ Hiero.nullum
inuenimus celebraſſe diẽ ſuę natiuitatis,niſi Pharaonẽ & Herodẽ,vt quoꝝ par fuit impietas,
vna eſſet ſolẽnitas. Veruntñ q̃uis hoc nõ legat in ſcripturis ſanctis de alijs regibus, aliqui tñ
dicũt pluriũ gentiliũ regũ cõſuetudinem hãc fuiſſe: atq; vt tãgit Gloſſa, Pharao & Herodes
diem natiuitatis ſuæ celebrauerunt,quia ex hora natiuitatis.i. ex fato ſeu influẽtia horæ illi-
us,ſe reges factos putabãt, vel ad demõſtrandũ beatitudinẽ excellẽtiæ ſuæ, q̃ſi ꝑclaꝝ bonum
acciderit eis ac mũdo in hora q̃ nati ſunt. [q faciẽs grãde cõuiuiũ pueris ſuis] .i. ſeruis & etiã
filijs & cognatis, domeſticis,alijsq; nobilibus q̃s vocauit,ſicut Herodes primis Galilææ.[re-
Mar. 6. cordatus eſt inter epulas magiſtri pincernaꝝ &c.] fecitq; eis ſicut Ioſeph ꝑdixit.forſan inue
nit vnũ illoꝝ præ alio excuſabilẽ:vel ad demõſtrandũ ſuæ maieſtatis ac libertatis potentiã,
fecit tale iudiciũ,oſtendẽs ſe poſſe exaltare & humiliare,vt amplius timeretur.[vt coniecto-
ris veritas

ris veritas probaret].i.vt Ioſeph oſtẽderetur verus ſomnioꝝ interpres,& q̃d euenit,veraci-
ter prædixiſſe.Veruntñ q̃d ait,Vt cõiectoris &c.intelligendũ eſt cõſecutiue ſeu cõcomitan-
ter,non directe cauſaliter.Non eñ Pharao fecit illa,vt veritas interpretatiõis Ioſeph oſten-
deretur:ſed ad factũ Pharaonis,cõſecuta eſt illa oſtẽſio præter Pharaonis intẽtionẽ,ſed non
ſine præordinatione diuina. ¶Deniq; Ioſeph vocat cõiector, nõ ꝙ quaſi dubie aut fortuitu
verũ prædixerit,aut abſq; certitudine viſiões illoꝝ expoſuerit: ſed nomẽ cõiectoris ſumitur
hic extẽſe:vel ideo ſic vocat,qa Aegyptij illi putabãt eũ inſtar cõijcientiũ eſſe locutũ. ¶Cir
ca hæc quærit,qñ reuelauit Deus ipſi Ioſeph intelligentiã ſomnioꝝ illoꝝ.Reſpondendũ,ꝙ
ſecundũ doctores,gratia ꝓphetiæ eſt donũ actuale magis q̃ habituale,quia nõ ineſt prophe
tis fixe ad eoꝝ cõplacitũ,ſed prout actualiter tãgunt & illuſtrant à ſpũſancto:ideo fieri po-
tuit vt Ioſeph,audiẽdo recitationẽ ſomnioꝝ illoꝝ, acceperit deſup actualẽ illuminationẽ,
qua ſenſum ſomnioꝝ illorũ clariſſime intellexit: vel forte Deus iam ante reuelauit ſibi tam
ſomnia illa, q̃ interpretationẽ eoꝝ, vel ex inſpiratione diuina cognouit ſibi reuelandã ſo-
mnioꝝ illoꝝ intelligentiã, cũ ea audiret aut paulopoſt. [Et tñ ſuccedẽtibus ꝓſperis, ꝑpoſi-
tus pincernaꝝ oblitus eſt interpretis ſui.]ſic multi tẽpore ꝓſperitatis obliuiſcunt priſtinæ
aduerſitatis ſeu paupertatis,immo & beneficioꝝ quę eis in aduerſis exhibita ſunt,ac bñfacto-
rũ ſuoꝝ,quo cõtra in Eccleſiaſtico ſcriptũ eſt:In die bonorũ ne immemor ſis maloꝝ, & gra Eccl. 11.
tiã fideiuſſoris tui ne obliuiſcaris.¶Deniq; ſicut vexatio dat intellectũ, ſic ꝓſperatio,iſlatio Eſai. 28.
ac voluptas mentẽ obſcurãt.Dicũt aũt Hebræi id accidiſſe,qm̃ Ioſeph nimis cõfidit huma- Auguſt.
no auxilio,q̃d etiam aſſeruit Auguſtinus in Homilia de Ioſeph. ſed potius reor, ſine ipſius
culpa hoc eueniſſe ex diſpoſitiõe diuina,q̃tenus ipſe Ioſeph diutius carcerẽ ſuſtinendo,gr̃am
mereret maiorẽ:eiuſq; patientia oĩbus nobis in exemplũ proponeret,& tẽpore opportuno
deſup præſtituto,multo ſalubrius ab ergaſtulo eriperetur. Ex præordinatione nanq; diuina
non ſolum contigit tribulatio electorum,ſed etiam duratio ſeu diuturnitas eius.

¶Expoſitio Cap.XLI.Poſt duos annos vidit Pharao ſomnium. Art. XCI.

QValiter Ioſeph poſt tribulationẽ longã & ſuã extremã deiectionem, ſit ſublimatus di
uitijs,delicijs,atq; honoribus,præſens refert cap. [Poſt duos annos]à die quo Ioſeph
expoſuit ſomniũ principis pincernaꝝ,ſeu liberationis illius de carcere,[vidit Pharao
ſomniũ].i.viſionem in ſomno, videlicet imaginariam apparitionem, ſibi per angelum bo-
num exhibitam tanquam principi communitatis, & propter cõmune bonũ, non propter
regis idololatræ meritum. Deus nanq; frequenter oſtendit ſpecialiter prouidentiam ſuam
circa publicas perſonas, & aliqua bona eis largitur,ac futura præmonſtrat, propter com-
modum politiæ & vtilitatem regni totius , cuius proſperitas magna ex parte dependet à
principe. [Putabat ſe ſtare ſuper fluuium] .i. in ſomno ſibi apparuit ꝙ ſtaret ſuper Nilum,
videlicet in terra ſeu ripa iuxta Nilum.[de quo aſſcendebant ſeptem boues] ſecundum ap-
parentiã ſomnialem,[pulchræ & craſſæ nimis.] ſicq; boues accipiuntur hic in fœminino
genere, hoc eſt, pro vaccis,ſicut in libro Iob,bos eorum concepit.Vnde vt Lyra ait,in He-
bræo habetur,ſeptem vaccæ. [& paſcebantur in locis paluſtribus.] hoc eſt,in paludibus iu-
xta Nilum. [Aliæ quoq; ſeptem] boues[emergebant de flumine] Nilo poſt boues craſſas,
[fœdæ confectæq; macie:] hoc eſt, turpes & macilentæ, [& paſcebantur in ipſa amnis] id
eſt,fluuij [ripa in locis virentibus: deuorauerunt q; eas, quarũ mira ſpecies & habitudo cor-
porum erat:]hoc eſt, boues priores, valde ſpecioſas ac magnas. [Expergefactus Pharao,
rurſum dormiuit.]Cogitando quippe de ſomnio ſuo,denuo obdormiuit.[& vidit alterum
ſomnium:] quatenus geminatio ſomnij, eſſet confirmatio & certitudo veritatis præſagij.
[Septem ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ] granis, [atq; formoſæ: aliæ quoq; totidem
ſpicæ tenues,& percuſſæ vredine,] Hoc eſt, vacuæ & vento vrente læſæ, ita quòd grana eo-
rum pauca videbantur corrupta ſeu elapſa. [deuorãtes omnem priorũ] ſpicarum [pulchri-
tudinem].i. fructum ac eminẽtiam. [Euigilãs Pharao poſt quietem,& facto mane, pauore
perterritus,]quia timebat ꝙ ſomnia illa ſignificarẽt terribilia & aduerſa ſibi imminentia, Iob 21.
nec cõſuetus erat ſomnia habere huiuſmodi.]miſit ad cõiectores Aegypti].i.ariolos & diui-
nos ac magos,q intromiſerũt ſe de talibus exponẽdis,& interdũ vere expoſuerũt hominum
ſomnia magica arte & ope diaboli, ꝑſertim qñ à dæmonibus ſomnia erant immiſſa. [cun-
ctosq; ſapientes] ſapientia Aegyptiorũ, quæ potius fuit ſtultitia, quia ſuperſtitionibus ple
na,potuerũt tñ philoſophicã ſapiẽtiã quandã habere.[& accerſitis].i.eis ad ſe adductis [nar
rauit ſomniũ].i.ambo ſomnia ſua, vel forte primũ duntaxat,ita ꝙ videns illos nõ poſſe ex-
ponere ſomniũ primũ,tacuit de ſecundo,[nec erat qui interpretaretur] .i.nullus Aegyptio
rũ potuit ea exponere.Dicunt tñ Hebræi,vt fertur,ꝙ dabant regi quaſdã expoſitiões,videli
cet ꝙ in breui 7.de filiabus ſuis eſſent moriturae ac ſepeliendæ, & aliæ ſeptẽ ab eo gignẽdę:
ſed rex nõ cõtentabatur de tali expoſitione, q̃ aut paruã aut nullã apparentiã habuit.[Tunc
demũ reminiſcẽs] eoꝝ q̃ ſibi acciderãt, [pincernaꝝ magiſter, ait: Cõfiteor peccatũ meum]
x 4 i.illo-

i.igratitudinẽ,q̃ hucuſq; fui igrat⁹ iterpreti meo,vl' culpã quã cõmiſi in regẽ.[Irat⁹ rex ſer-
uis ſuis &c.].i.tu Pharao dudũ iraſcẽs mihi pricipiq; piſtoꝝ,feciſti nos icarcerari,] vbi vna
nocte vterq; vidim⁹ ſomniũ ꝑſagũ futuroꝝ.[Erat ibi puer Hebręus &c.Protin⁹ad regis ipe
riũ eductũ de carcere Ioſeph totõderũt]In carcere nãq; pili & barba ei in lõgũ creuerũt. [ac
veſte mutata,obtulerũt ei].i.ꝑſentauerũt regi:qa cũ veſte vili ac ſordida aut pene attrita,nõ
licuit eũ corã rege adduci,ne rex horrore affligeret, aut q̃ſi ihonorari videret. [Cui ille] rex
ait:Vidi ſõnia,nec eſt q ediſſerat:q̃ audiui te ſapiẽtiſſime cõijcere].i.iterpretari.& hoc rela-
tiuũ,q̃, nõ refert hic determinate ad ſõnia q̃ Pharao ſe dixit vidiſſe, ſed ad ſõnia in cõi. Nã
picerna dixerat regi,ipſũ Ioſeph eſſe prudẽtiſſimũ ſõnioꝝ iterpretẽ. [Rñdit Ioſeph: Abſq;
me rñdebit De⁹ ꝓſpera Pharaõi.]q.d.Etiã ſi ego nõ adeſſẽ,ſeu abſq; meis meritis& ſine meo
ſubſidio,De⁹ ex ſua bonitate ꝑ modũ ſibi placẽtẽ manifeſtaret tibi, & nũc manifeſtabit ex-
poſitionẽ ſõnioꝝ tuoꝝ,q̃ erit ꝓ tua ꝓſperitate,nõ ad tuũ grauamen,vt formidaſti.Ex hoc
apparet,ꝙ iã añ hęc verba De⁹manifeſtauit ipſi Ioſeph ſaltẽ i gñali ſenſũ ſõnioꝝ regis:alio-
qn Ioſeph incaute ꝓtuliſſet hęc verba,vel verba iſta erãt verba bonę ſpei,& cõſolatoria regis
ꝑterriti,qa cõſuetũ eſt regib⁹ dici q̃ libẽter audiũt. In Scholaſt.q̃q; hiſt.fert,ꝙ rex apꝑhenſa
manu Ioſeph,dixit ad eũ:Vidi ſõniũ,nec timeas ediſſerere qcqd ſit:tũcq; Ioſeph rñdit ꝟba
ꝑracta.[Narrauit ergo Pharao q̊d viderat &c.]ſicut iã recitatũ eſt,de bob⁹ pulchris,nũc di-
cit ꝙ erãt obeſis carnib⁹.i.carnoſę ſeu carnib⁹ plenæ,q̃ſi delicate nutritæ ob eſum.i.ad hoc vt
ederẽt,& vireta carpebãt.i.virides herbas ac gramina abradẽdo edebãt.[Rñdit Ioſeph:So-
Euſebi⁹. mniũ regis vnũ eſt.]hoc eſt,duplex ſõniũ ſeu duo ſõnia, quãtũ ad imaginariã apparitionẽ di
ſtincta.vnũ eſt.i.idẽ ſignificat.¶Deinde i textu expoſitio ſõnioꝝ exprimit:[Septẽ boues pul
chræ,& ſeptẽ ſpicæ]pulchræ,&[plenę,ſeptẽ vbertatis anni ſunt &c.].i. ſignificant 7.annos
fertiliſſimos,nũc inſtãtes:& cõueniẽter hi fertiles anni, ꝑ boues pingues & ſpicas plenas ſi-
gnãt:qm̃ panis,q ſit ex granis ſpicaꝝ,& carnes bouinæ ſpectãt ꝑcipue ad refectionẽ huma
nã,& itẽ qm̃ terra ꝑ boues arat ac colit. Per hoc q̊q; ꝙ iuxta Nilũ viſæ ſunt boues, oſtẽſum
eſt,ꝙ fertilitas & etiã ſterilitas terrę,ex diuerſa diſpoſitiõe Nili maxime naſciturę fuerũt.Ni-
lus qppe totã Aegypti irrigat terrã, ex cui⁹ cõueniẽti irrigatiõe ꝓcedit fertilitas, ſicut alibi
ex apto pluuiaꝝ deſcẽſu.Ex irrigatiõis vero incõueniẽtia ſeu defectu,orit in Aegypto ſteri
litas terræ,queãdmodũ alibi ex pluuiaꝝ iportuna abũdãtia,ſeu vehemẽti carẽtia.[ſequẽt 7.
anni alij tãtæ ſterilitatis,vt obliuioni tradat cũcta retro abũdãtia.] hoc eſt, oĩs victualiũ co-
pia q̃ ꝑceſſit in annis fertilitatis,dicit obliuioni tradita,qa ſic perijt q̃ſi nunq̃ fuiſſet, vel quia
hoĩes ſic erãt circa acquirẽda neceſſaria occupati,ꝙ nõ cogitabãt de alijs rebus.[cõſumptu
ra eſt em̃ fames oẽm terrã] .i.habitatores Aegypti, & aliaꝝ multaꝝ habitatores terraꝝ, in
qbus fames cõſumpſit pinguedinẽ, quã ꝑcedẽs induxit vbertas. Itaq; fames eos cõſumpſit,
hoc eſt,macerauit, afflixit, & forte multos occidit.¶Cõſequẽter ſubiũgit cõſilium Ioſeph:
[Nũc ergo ꝓuideat rex].i.prudẽter cõſideret,& eligat ſibi[virũ ſapientẽ]in diuinis,[& indu
ſtriũ].i. prudentẽ in rebus humanis, in qbus dirigat à Deo.[& ꝑficiat eũ terræ Aegypti, qui
cõſtituat ꝑpoſitos ꝑ cunctas regiones:]erãt em̃ in vniuerſo regno Aegypti q̃dã particulares
ꝓuinciæ,ad ipſum regnũ totale ſpectãtes,in qbus ordinati fuerũt prępoſiti ad emendũ quin
tã fructuũ partẽ, vt ſubdit: [& quintã partẽ fructuũ ꝑ 7. annos fertilitatis,q iam nũc futuri
ſunt, cõgreget] ꝑ illos ꝑpoſitos alioſq; miniſtros:[in horrea]ꝑ ſingulas vrbes &alia loca.[&
oĩe frumentũ]ſic collectũ,immo & iuſte emptũ, quãtũ ad blada ab alijs ſumpta,[ſub Pha
raonis poteſtate condat, &c. & nõ cõſumet terra inopia].i.habitatores terræ ex victualium
penuria nõ peribũt,ſi ita fuerit actũ. [Placuit Pharaoni conſiliũ]Ioſeph [& cũctis miniſtris
eius.]¶Circa hoc quærit,cur nõ potius Ioſeph cõſuluit reſeruari mediã,q̃ quintã,fructuum
partẽ.Et videt ꝙ male.Si em̃ reliq̃ 4.partes fructuũ,neceſſarię erãt in annis fertilitatis, vide-
tur ꝙ quinta pars nequaq̃ ſuffecerit ꝓ annis ſterilitatis. Reſpondet,ꝙ in aliquibus annis ſte
rilitatis fuit aliqualis fructificatio terræ,vt infrà patebit.In annis quoq; fœcunditatis, neceſ
ſaria fuit magna pars fructuum pro copioſa terræ ſeminatione, vſuq; iumentoꝝ nec æſti-
mandũ ꝙ quatuor partes fructuum neceſſariæ erant in annis fertilibus.Forſitan etiã dici po-
teſt,ꝙ nõ bene poterat plus ſeruari tam diu, q̃ quinta pars fructuũ,propter corruptionem
quæ ſolet frumẽto accidere,ſi in magnis cumulis diu ſeruet. ¶Inſuꝑ circa præhabita ſcribit
quidã:Pharao non fuit oblitus ſomniũ queãdmodum Nabuchodonoſor:qm̃ viſio Nabu-
Dani.2. chodonoſor fuit reſpectu futuroꝝ de longe,quæ poſt eius mortẽ impleta ſunt:idcirco quia
nõ vidit huiuſmodi impletionẽ, nõ fuit motus ad honorandũ Danielẽ, niſi Daniel retuliſſet
ei ſomniũ ſuũ oblitũ. Viſio aũt Pharaonis fuit de futuris in ꝓximo, ideo pro ipſius Ioſeph
exaltatiõe ſuffecit,ꝙ expoſuit ſomniũ.Iſtud incõſiderate dictũ ꝓbat.Primo,qm̃ viſio Nabu
chodonoſor,de qua loquitur ille,nõ ſolũ fuit de futuris in lõginquũ,ſed etiã de futuris in ꝓ
ximo,imo potius de rebus tunc ꝑſentibus.Etenĩ viſio illa fuit de ſtatua grãdi,terribili,cuius
caput videbatur eſſe ex optimo auro, vt habet in Daniele. Et ſicut ibidẽ habet in textu, ex-
poſitoreſq;

poſitoreſq; addũt,ꝑ caput aureũ intelligit ipſe rex Nabuchodonoſor,regnũq; eius,q tũc te-
nuit monarchiã,ꝓpter q̊d à Daniele dicebat rex regũ.Secũdo,qm̃ in Daniele ſcribit alia vi- Dani. 4.
ſio Nabuchodonoſor,q̃ fuit de futuris in breui,quã rex ille nõ fuit oblit⁹, ſed eã Danieli nar
rauit:quã cũ Daniel regi expoſuiſſet,mox rex Danielẽ honorauit,anteq̃ impletionẽ expoſi- Dani. 9.
tiõis illi⁹ vidit. Similiter cũ Daniel expoſuiſſet Balthaſar regi viſionẽ ipſius, mox honora-
uit eũ Balthaſar valde,& exaltauit anteq̃ expoſitiõis vidit effectũ,vt in Daniele habet.Poſtre
mo alia fuit ratio,cur Nabuchodonoſor oblit⁹ fuit primũ ſomniũ ſuũ magis q̃ Pharao,ꝓut
ſuꝑ Danielẽ expoſui,& nũc breuiter tãgã. Viſio etenĩ illa,erat Nabuchodonoſor terribilior
valde q̃ ſomnia Pharaõis.Nabuchodonoſor eqdẽ vidit ſtatuã altã terribilẽ, cui⁹ caput erat
ex auro,brachia de argẽto,vẽter & femora ex ære,tibiæ ferreæ, pedũ vero q̃dã pars ex ære,
& q̃dã fuſilis erat: ſicq; ex tã mõſtroſæ ſtatuæ apparitiõe fuit rex ille ꝑterrit⁹ ac turbatus ma
gis q̃ Pharao ex ſomnijs ſuis,q̃ erãt de rebus notis.Vehemẽs aũt formido cauſat magnã mo
tionẽ humoꝝ,ex q̃ turbãt phãtaſmata,& cauſat obliuio.Inſuꝑ aduertendũ,ꝙ multipliciter
atq; difformiter ſpũſſctũs tãgat aĩas ꝓphetaꝝ.Nã vt in Daniele inducit,cũ rex Babylõis ex-
poſuiſſet Danieli ſomniũ ſuũ de arbore viſa in ſpũ, Daniel cœpit q̃ſi vna hora intra ſe taci- Dani. 4.
t⁹ cogitare de ſomnio regis,& ifra horã illã accepit à Deo illũinationẽ ad interpretãdũ ſo-
mniũ illud:primũ vero ſomniũ regis illi⁹ expoſuit ſine mora,immo & ante,Deo reuelãte,ſo-
mniũ eiuſq; ſignificationẽ cognouit. Ioſeph vero ſtatim expoſuit regi & ei⁹ eunuchis ſõnia
q̃ viderũt.Rurſus hic orit q̃ſtio,cur & q̃liter Ioſeph laudet de ſomnioꝝ interpretatiõe,cum
Moſes alibi dicat:Nõ obſeruabitis ſomnia.In Eccleſiaſtico q̊q; dicat: Quaſi q apꝑhẽdit vm Leui. 19.
brã, & ꝑſequit ventũ, ſecũdũ hoc viſio ſomnioꝝ. De hac aũt materia in diuerſis locis alibi Ecci 34.
dictũ eſt,& nũc breuiter tãgi poteſt,ꝙ authoritates illę loquũt de ſomnijs q̃ gñantur ex ſuꝑ-
flua vẽtris repletiõe,aut nimia ei⁹ inanitate,aut dęmonũ illuſiõe,aut ꝑuijs actib⁹,aut curis,aut
cogitatiõib⁹ iportunis.Quæ aũt à Deo vel angelis imprimunt,ſunt attẽdẽda.Similiter ex ſo-
mnijs,q̃ ex diſpoſitiõe corporis ei⁹ q ſomniat, vel ex iflictiõe corporis cæleſtis naſcũt,poteſt
qcqd ſecretũ aut futuꝝ ꝑnoſci.De his,ſuis in locis pleni⁹,Deo ꝑſtãte,tractabit.¶Adhuc q̊q;
pẽſandũ,ꝙ ſomniũ & viſio atq; oraculũ iter ſe diſtiguũtur,ꝓprie inde loquẽdo, q̃uis extẽſe
vnũ iterdũ ſumat ꝓ alio.Sõniũ em̃ dicit, reuelatio vl' apparitio facta i ſomno ꝑ imaginarias Dani. 2.
formas obſcure:& interdũ ei cui ſit ſomniũ,deſuꝑ reuelat ſignificatio ſeu intelligẽtia ſõnij: Dani. 4.
tũcq; talis vocat ꝓpheta,ꝑſertim qñ de futuris eſt ſomniũ. Interdũ ꝟo nõ ei,ſed alteri ſignifi Gen. 39.
catio reuelat,vt patet de Ioſeph & Daniele:ideo tales ſunt ꝓphetæ,nõ illi qb⁹ fit ſolũ imagi-
naria apparitio,vt Nabuchodonoſor & eunuchi ac Pharao. Porro viſio appellat reuelatio
occultoꝝ,ſiue oſtẽſio futuroꝝ magis clara & intellectualis, tã in vigilia,q̃ in raptu & eccſtaſi
facta.Hinc R.Moſes ait,ꝙ ſomniũ eſt caſus à ꝓphetia,qm̃ ꝓphetia eſt viſio in lumine intelli
gẽtię:ſomniũ aũt eſt manifeſtatio futuroꝝ i imagine,vbi cadit lumẽ intelligẽtię & occũbit.
Oraculũ vero,ſecũdũ Alber.ſuꝑ Danielẽ,eſt expreſſa ꝑnũciatio ſeu ꝑcognitio reꝝ in ſomno
ꝑcepta:& ita ſe habet medio modo inter viſionẽ & ſomniũ,participãs cũ vtraq;:puta cũ vi
ſione,inquãtũ eſt manifeſta cognitio:& cũ ſomnio, inquãtũ in ſomno ꝑcipitur.[Locutuſq;
eſt]Pharao,q valde mirabatur vtrũq;,hoc eſt,tã expeditã & clarã ſomnioꝝ ſuoꝝ expoſiti-
onẽ,atq; tã ꝓuidũ ipſius Ioſeph cõſiliũ:[Nũ inuenire poterimus talẽ virũ,q ſpũ Dei]hoc eſt,
illuminatiõe & gr̃a Dei,q ſpũs eſt,[plenus ſit?]Vel ſpũ Dei.i.volũtate ſeu diuinę volũtatis co
gnitiõe de agẽdis.Poteſt tñ ꝑ ſpm̃ Dei,ſpũſſanctus intelligi, quanq̃ Pharao ꝑ hęc verba non
intellexerit eũ.[Dixit ergo ad Ioſeph: Quia oſtẽdit tibi Deus oĩa q̃ locutus es] interpretãdo
ſomnia mea,& cõſulẽdo qd mihi agendũ ſit,[nunqd ſapiẽtiorẽ, & cõſimilẽ tui inuenire po
tero?].i.nec maiorẽ te in ſapiẽtia,imo nec parẽ tibi in ea valeo reperire. [Tu eris ſuꝑ domũ
meã].i.palatio meo & ei⁹ domeſticis ꝑeris.[& ad tui oris imperiũ cũctus populus obediet]
in his q̃ iuriſdictionem tuã cõcernũt. [vno tm̃ regni ſolio te ꝑcedã] .i.ſecũdus eris in regno
meo,& primus poſt me,ita ꝙ ſola regia dignitate maior te ero. [Dixitq; rurſum Pharao ad
Ioſeph: Ecce cõſtitui te ſuꝑ vniuerſam terrã Aegypti] hoc eſt,plenũ & generalẽ vicariũ po
teſtatis meæ te facio,ꝑferẽdo oĩ te populo meo.[Tulitq; annulũ de manu ſua, & dedit eum
in manu eius.]Annulo em̃ regũ ſigillabãtur literæ eorundẽ,ideo Pharao cepit annulũ de ꝓ-
pria manu,& dedit in manu Ioſeph:ad innuẽdum,ꝙ quicqd Ioſeph faceret aut ſignaret,ra
tũ eſſet & efficax. Sic & Aſſuerus rex dederat annulũ ſuũ primo Amã,deinde Mardochęo. Heſt. 3.8
[veſtiuitq; eũ ſtola byſſina &c.].i.cãdidiſſima linea veſte,q̃ ſubtiliſſima eſt in Aegypto.[fe-
citq; eũ aſcẽdere ſuꝑ currũ ſuũ ſecundũ] .i.ſuꝑ precioſiorẽ regis currũ,vno curru excepto,
in quo ſolus rex ſedit,vel vt quidã exponũt,ſuꝑ currũ ſuũ ſecundũ.i.ſuꝑ primũ ac regiũ cur-
rũ,ita ꝙ Ioſeph ſedebat in illo curru,tanq̃ ſecũdus à rege,q interdũ ꝑmiſit ex ſpeciali fauore
illũ q fuit ſecũdus à ſe,aſcẽdere currũ ſuũ. [clamante præcone]ante currum Ioſeph,qui per
regiã vrbẽ, & ꝑ diuerſas Aegypti vrbes ſic vehebatur,[vt oẽs coram eo genuflecterent &c.]
ſicut & Aſſuerus præcepit,vt omes ſerui ſui coram Aman flecterent genu. Veruntamen ſe- Heſter. 3.
cundum

cũdũ Auguſt.& alios, in Hebræo nõ habet, vt flecterẽt corã eo genu: ſed dictio iſta, Abrech,
Auguſt. ſicut & Symmachus trãſtulit, q̃d tñ valet ſicut, pater tenerrimus. q. d. Quãuis Ioſeph ætate
ſit tenerrimus, tñ ſapiẽtia & virtute meret pater oĩm appellari. Itaq; præco hoc nomẽ cla-
mãdo, iſinuauit vt genua flecterẽt ipſi Ioſeph tã̃ patri ac principi terræ. Hic Aquila trãſtu
lit: Clamauit in cõſpectu eius ad geniculationẽ. [Dixit q̃q; rex Aegypti ad Ioſeph: Ego ſum
Pharao.] Quod fuit iuramentũ regis. q. d. Quàm verꝝ eſt, eſſe me Pharaonẽ, qui poſſum ti-
bi tantã tradere poteſtatẽ, tam verũ erit q̃d dicã, videlicet: [Abſq; tuo imperio nõ mouebit
quiſquã] præter me qui maior te ſum, [manũ aut pedẽ in oĩni terra Aegypti.] Hyperbolica
locutio eſt, tanq̃ dicat: Magna valde erit authoritas tua, nec aliquis in Aegypto audebit ti-
bi cõtradicere ſiue reſiſtere, nec quicq̃ notabile cõtra tuã ordinationẽ pagere. Porro in Scho
Euſeb. laſtica hiſtoria exponit ſic: Neq; egrediet hinc ſine tuo nutu, nec ſine eo publicis funget offi
ciȷ̃s. [vertitq; nomẽ eius]. i. mutãdo ſeu aliq̃d imponendo; [& vocauit eũ lingua Aegyptiaca
ſaluatorẽ mũdi:] q̃a per ſuã interpretationẽ atq; cõſiliũ, liberauit iã quaſi mũdũ à futuro fa-
mis periculo. Nomẽ aũt Aegyptiũ erat, hoc eſt, Zaphanath, q̃d (ſecũdũ Hieronymũ) Hebrai
Hieron. ce ſonat, abſcõditorꝝ inuẽtor: & tñ q̃m ab Aegyptio ĩpoſitũ eſt, debet habere rationẽ lĩguæ
illiꝰ. Interpretat eñ Zaphanath Phahanecha, ſaluator mũdi, vt teſtat Hieronymꝰ. [Deditq;
illi vxorẽ] nomine [Aſſeneth, filiã Putipharis ſacerdotis Heliopoleos.] Auguſtinus q̃rit, an
iſte ſit Putiphar, de q̃ dictũ eſt 39. cap. q fuit emptor ac dñs Ioſeph. Hieronymus vero abſo-
Idem. lute r̃ſdet ꝙ immo, & idẽ dicũt Hebræi. Cur aũt vocatꝰ ſit eunuchus, & cur factꝰ ſit ſacerdos,
i. ſummꝰ antiſtes, Heliopoleos. i. ciuitatis ſolis, de q̃ fert in Eſaia, Ciuitas ſolis vocabit vna:
Eſai. 19. dictũ eſt in expoſitiõe cap. 39. Nullus q̃ppe niſi caſtratus, aut infrigidatꝰ ac impotẽs, poterat
eſſe* archiflaminꝰ phani illius, forte ob hoc, vt ſacris idolorꝝ illiꝰ liberius atq; integrius eſſet
intẽtꝰ. [Egreſſus eſt itaq; Ioſeph ad terrã Aegypti.] Nõ ꝙ iã extra terrã Aegypti extiterat, ſed
ſedẽs in curru, p̃ceſſit de vna parte terræ illius ad aliã. [Triginta aũt erat annorꝝ q̃n ſtetit in
cõſpectu Pharaonis] taliter ſublimatus, & ita fuit circiter 13. annis in ſeruitute & carcere, &
quia neſcit q̃ diu in carcere fuit, ignorat q̃ diu ante ſeruierat. Vẽditꝰ eſt aũt & cœpit ſeruire,
q̃n erat circiter 17. annorꝝ. [& circuiuit oẽs regiones Aegypti]. i. particulares p̃uincias quæ
ad dominiũ Pharaonis ſpectabãt, ad videndũ vrbes & loca & populũ, quibus erat prælatus,
& vt agnoſceret ac honoraretur ab oĩbus: non tñ ſignificauit alicui cauſam, cur ita collige-
ret ſegetes, vt Ioſephus ait. Ex quibus oĩbus cõſtat, quãta gratia indiguit Ioſeph, ne in tã
Ioſep. li. 2. an. Iu. cap. 4. repẽtina & maxima atq; multiplici ſua exaltatione & honorificẽtia, inani falleret lætitia, aut
aliqua vanitate. [Venitq;] ſucceſſiue [fertilitas 7. annorꝝ, & in manipulos redactæ ſegetes, cõ
gregatæ ſunt in horrea Aegypti &c.] per miniſtros à Ioſeph ad hoc deputatos, & intelligen
dum eſt iſtud de quinta parte fructuũ, quæ p̃ ſeptẽnium ſeruabat. [Natiq; ſunt Ioſeph duo
filij anteq̃ veniret fames &c.] Hoc (vt q̃dã ſcribit) adijcit, q̃a Hebræi tẽpore cõmunis tribu-
lationis, vt eſt fames illa, ab vxoribus abſtinebãt. ſed nõ eſt probabile, ꝙ p̃ 7. annos famis ita
cõtinuerũt. [Vocauitq; nomẽ primogeniti, Manaſſes.] q̃d interpretat obliuio, ideo ratio ap-
pellatiõis ſubiungit: [dicẽs: Obliuiſci me fecit Deus oĩm laborꝝ meorꝝ, & domus patris mei.]
hoc eſt, tantã donauit mihi proſperitatẽ, ꝙ laborꝝ & aduerſitatũ q̃s p̃tuli, ac parẽtelæ meæ
recordatio, nõ ingerit mihi triſtitiã, ita ꝙ p̃ modũ obliuiſcẽtis ſeu obliti me habeo. Verũtñ
cõſtitutis ĩ p̃ſperitate ſolet eſſe augmẽtũ ſolatij, ꝙ multa ſuſtinuerũt aduerſa iuxta q̃d ſcriptũ
Pſal. 89. eſt: Lætati ſumus pro diebus q̃bus nos humiliaſti, annis q̃bus vidimus mala. [Nomẽ quoq;
ſecũdi appellauit Effraim,] q̃d interpretatur fructificatio ſeu cremẽtũ, ideo ſubdit ratio no
minis: [dicẽs: Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ]. i. in terra Aegypti, in qua in
principio vẽditionis meæ in ea, & tẽpore incarcerationis pauper fui, in qua nunc creui in
ſpiritalibus & corporalibus bonis, in p̃le atq; familia, in honore, poteſtate & gloria. [Igitur
tranſactis 7. vbertatis annis &c. cœperũt venire 7. anni inopiæ, q̃s prædixerat Ioſeph, & in
vniuerſo orbe fames præualuit.] Hoc per hyperbolẽ aut ſynecdochen dictũ videt. Non eñ
abſolute in tota terra habitabili fuit cariſtia, ſed vt infrà habet, p̃ſertim in Aegypto terraq;
Chanaan, in regionibus quoq; vicinis, q̃uis non tam vehemẽter, immo interdũ in ſcripturis
vna vrbs mũdus vocatur, vt cũ dñs ait in Eſaia: Viſitabo ſuper orbis mala: Vbi ſecundũ Hie
Eſai. 13. Hieron. ronymũ, aliosq; expoſitores cõmuniter, per orbẽ ipſa Babylon ad literã deſignat, p̃pter ma
gnitudinẽ ſuã. De populo q̃q; qui venit cũ Chriſto in die palmarꝝ, dixerunt ſcribæ & phari-
Ioan. 12. ſæi: Ecce totus mũdus abijt poſt eũ. [In cũcta aũt terra Aegypti fames erat &c.]. i. in aliq̃bus,
immo & in multis habitatoribus ſingularꝝ ciuitatum Aegypti. Aliqui nihilo minus diuites
erant ibidẽ, qui in primis annis ſeptẽ cõpetentiam habuerũt ex proprijs, quæ ſibi reſeruarũt
de fructibus annorum fertilium, hi præſertim, qui cognouerunt ea quæ Ioſeph de ſterilita-
te terræ prædixit. [Omnesq; prouinciæ]. i. habitatores prouinciarum illius climatis, [venie-
bant in Aegyptum, vt emerent eſcas &c.]. i. frumentum & blada ex quibus fit panis.

¶De myſtico huius XLI. cap. intellectu. Artic. XCII.

Vna

VNa cauſa, propter quã ſancta eccleſia tã diligẽter atq; ſolẽniter legit ſcripturas vete-
ris teſtamẽti, eſt, vt innoteſcat ꝙ Deus oĩpotens ſemp̃ habuit prouidentiã actuum hu
manorꝝ: quod etiã ex huiꝰ capituli hiſtoria clariſſime cõprobatur. Itaq; per Pharao-
nẽ, qui vidit in ſomno futura in mundo, intelligit quicunq; princeps terrenus gentilis, qui
in exordio fuit primitiuæ eccleſiæ, & tñ prædeſtinatus fuit à dño, cui deſup̃ monſtrabat mi-
ra & inaudita mundi mutatio, cui Chriſtus per Apoſtolorꝝ prædicationẽ expoſuit, quali-
ter tunc inſtaret, iamq; inceptũ eſſet tẽpus gratiæ, in quo toti humano generi exhibenda eſ-
ſet incõparabilis opulẽtia 7. donorꝝ ſpũſſancti, & ſupernorꝝ chariſmatũ eis iugiter anne-
xorũ, quæ p̃ 7. boues pingues, ſpicasq; plenas ſignant. Deinde tẽpore procedente, & chari-
tate refrigeſcẽte, vẽtura eſſet in mũdo ſpũalis ſterilitas, hoc eſt, defectus virtutũ, abundantia
vitiorꝝ, quæ frequẽter ac diu fuit in Chriſti eccleſia, atq; per boues macras, & ſpicas exuſtas
exprimitur. ¶Porro, ſicut Ioſeph cõſuluit quintã fructuũ partem annorꝝ fertilium colligi
ac reponi in horrea ad ſuccurrendũ tẽpore famis, ſicut Chriſtus durante eccleſiæ primitiuæ
feruore, fecit p̃ quoſdã viros fideles deſcribi virtutes, ſapiẽtiam, miracula, martyria, ac di-
uerſa chariſmata, quæ fuerũt in primitiua eccleſia, quæ tot tantaq; fuere, ꝙ vix quinta pars
quibat deſcribi. Deſcripta vero, in horreis, hoc eſt, in librarijs, eſt cõdita, in q̃bus ſunt libri
cibaria ſpiritalia cõtinẽtes, ex q̃bus ſubuenit fidelibꝰ tẽpore ſpiritalis inopiæ, q̃ tunc ex reci-
tatione ſeu lectione virtutũ atq; chariſmatũ, ineffabiliſq; feruoris primorꝝ fidelium, ac præ-
cedentiũ patrũ ædificant in fide, accendunt in charitate, roborant ad bene agendũ, ſicq; ſa-
lubriter reficiunt, ne pereant prorſus inopia. ¶Amplius, ipſius Ioſeph incarceratio & lõga
afflictio, figura fuit dñi Ieſu Chriſti paſſiõis: & ſicut Ioſeph poſt maximã tribulationẽ ſub-
ito vehementer eſt eleuatus, Aegypto prælatus, & mũdi ſaluator vocatus: ſic Chriſtus poſt
ſuã acerbiſſimã & ignominioſiſſimã paſſionẽ ac ſepulturã ſtatim eſt ſuſcitatus à mortuis, cæ
lo ac terræ p̃poſitus, atq; vbiq; terrarꝝ vocatus mũdi ſaluator. Cõſtituitq; Deus pater Chr̃m Pſal. 2.
ſup̃ domũ ſuã, videlicet vniuerſalẽ eccleſiã, cuius caput eſt Chr̃s, & ſub eo Romanus antiſtes, Acto. 10.
dñs apoſtolicus, generalis, plenus, ac ſummus Chriſti in terra vicarius, in quo eſt poteſtatis
eccleſiaſticæ vertex ac plenitudo. ¶Inſuper annulũ fidei dedit pater in manu Chriſti, ita vt
Chriſtus oẽs vocaret ad fidem, animaſq; fideles ſibi p̃ fidem ſpõſaret. [Veſtiuitq; eum ſtola
byſſina]. i. carnis immortalitate, claritate, impaſſibilitate, ac ſubtilitate in ſua reſurrectione.
[Aureã q̃q; torquẽ circũpoſuit collo eius] hoc eſt, ardentiſſimã charitatem, & ſplendidiſſi-
mã ſapientiã radicauit in mẽte ipſius. [& fecit eũ aſſcẽdere ſuper currũ ſuũ ſecundũ]. i. ſupra
corda fideliũ, potiſſime Apoſtolorꝝ & aliorꝝ prædicatorꝝ ſanctorꝝ atq; paſtorũ, qui Deum
in ſe portant, circunferũt, retinẽt, & eum ad aliorꝝ animas vehunt, ac ſibi ſubiectos ſuſtẽtãt,
qui ſunt currus Dei, ſicut ad Heliam dixerat Heliſeus, & rex Iſrael Heliſeo: Pater mi, pater 4. Reg. 2.
mi, currus Iſrael & auriga eius. Multi ſunt tales currus altiſſimi. Etenĩ currus Dei decẽ mil 4. Re. 13.
libus multiplex. Quẽadmodum etiã ante Ioſeph currebat præco clamans, vt oĩnes ei flecte- Pſal. 67.
rent genu, & dñm eũ recognoſcerẽt Aegyptiorꝝ: ſic Chriſtũ præceſſit glorioſiſſimus ſanctiſ Matt. 3.
ſimusq; Ioannes Baptiſta, qui prædicauit ſe eſſe indignũ ſoluere corrigiã calceamentorum Ioan. 1.
Chriſti filij Dei, eumq; eſſe ab oĩnibus adorãdum, dicẽdo: Qui de cælo venit, ſuper oĩnes eſt.
¶Preterea, ſicut Ioſeph exaltatꝰ duxit vxorẽ gentilẽ, genuitq; ex ea filios duos, ſic Chr̃s poſt
ſuã reſurrectionẽ & aſſcenſionem, ſynagoga relicta, gentilẽ plebẽ cõuertit, & ex ea ſibi colle
git eccleſiã quã duxit in ſponſam, ex qua genuit quaſi duos filios, hoc eſt, religioſos ac ſecu
lares, ſeu cõtẽplatiuos & actiuos. Ex primitiua q̃q; eccleſia, hoc eſt, p̃ ſanctorꝝ Apoſtolorum
prædicationem genuit filios duos cõuertendo per eos multa millia Iudæorum, ſed incom-
parabiliter plura millia paganorꝝ. ¶Adhuc aũt ſicut Ioſeph fuit 30. annorꝝ quãdo circuiuit
Aegyptũ, ſic Chriſtus eadẽ in ætate exorſus eſt circuire Iudæam ad prædicandum in ea, qui Acto. 10.
pertrãſiuit benefaciendo, & ſanando oẽs oppreſſos à diabolo: & ſicut Ioſeph tempore ſteri-
litatis aperuit horrea, vendiditq; frumẽta, ſic Chriſtus tempore deformationis & cõculca-
tionis eccleſiæ miſericorditer auxiliatur, nec vnq̃ in toto relinquet eccleſiã, ſed indeſinen-
ter ſtatuit & cõſeruat in ea quoſdã electos ac virtuoſos, q mala mũdi ac ruinã deplorant ec
cleſiæ, clamãtes ad Chriſtũ pro ſpiritali refectione ac reformatione populi Chriſtiani, qui-
bus pius ſuccurrit ſaluator, & ſpiritalia tribuit alimenta, quæ oratione & ſubiectione quaſi
emuntur. Horrea vero ſunt libri ſcripturæ, ſacramẽta eccleſiæ, corda feruẽtia, immo & ipſa
charitas, pietas, omnipotẽtia, opulẽtia, liberalitas Dei, in quibus omnia bona ſupercopio-
ſiſſime continentur: & tunc quaſi aperiuntur, dum nobis ex eis dona gratiæ deriuantur.

¶Explanatio Cap. XLII. Audiens aũt Iacob ꝙ alimenta venderent. Art. XCIII.

QValiter ſint impletæ viſiones ſomniales ipſius Ioſeph, q̃bus ſe vidit adorari à ſole &
luna ac 11. ſtellis, incipit nũc deſcribi. [Audiẽs aũt Iacob ꝙ alimẽta vẽderent in Aegy-
pto, dixit filijs ſuis: Quare negligitis &c.?] q. d. Cur non feſtinatis ire in Aegyptũ ad
emendũ neceſſaria nobis? [Deſcendẽtes igitur fratres Ioſeph 10. &c. Beniamin domi retẽto
à Iacob

à Iacob, q dixerat fratribus eius].i.fratribꝰ Beniamin,[Ne forte &c.]q.d. Non ꝑmitto eum
ire vobiſcũ,ne aliquid aduerſi cõtingat ſibi in via, quẽadmodũ cõtigit fratri eius vterino,
quia(vt infrà habeť)Iacob valde ſpecialiter ipſum Beniamin diligebat.[Cum'q; adoraſſent
eum fratres ſui]adoratiõe duliæ,cũ profunda inclinatiõe,aut proſtratione, aut genuflexio-
ne,[& agnouiſſet eos,quaſi ad alienos duriꝰ loquebať,]nõ tñ ex corde duro,neq; ex ira, ſed
ex magna prudẽtia & pia ſimulatiõe,immo & ex zelo iuſtitiæ,quia volebat eos pro ſuis ex-
ceſſibꝰ caute affligere,[interrogãs eos:Vnde veniſtis &c.?]forte neſciuit ꝙ adhuc habitarẽt
in terra Chanaan,qm̃ pater eoꝝ frequẽter mutauit locũ habitatiõis,[& tñ fr̃es ipſe cogno-
ſcens, non eſt cognitus ab eis.]Ipſe em̃ interim fuit valde mutatus in facie,qa 16.annoꝝ exi-
ſtẽs,receſſit ab ipſis,q tũc erãt in ætate virili,nec interim multũ in apparatu mutati. Erat'q;
Gen. 37. Ioſeph in tãto cõſtitutus honore,ac precioſo & q̃ſi regali veſtitu,ꝙ fratres nequaq̃ poterãt
ex ſe ipſum cognoſcere.[Recordatus'q; ſomnioꝝ q̃ aliq̃n viderat,]q̃ ca.37.ſcripta ſunt,[ait
ad eos:Exploratores eſtis,vt videatis infirmiora terræ,veniſtis].i.loca Aegypti minꝰ munita,
ꝑ q̃ regnũ Aegypti poſſit facilius incurſari.¶Circa hoc duo q̃runť:Primũ,q̃re Ioſeph recor
datꝰ ſomnioꝝ ſuoꝝ,ꝓtinus ꝓtulit verba iſta. Secũdo,an mẽtitus ſit iſta dicendo. Rñdeť ad
primũ,ꝙ ex q̊ fr̃es ſui iniuſte cõtempſerũt ſomnia ſua, voluit eos inducere ad verificationẽ
ſomnioꝝ illoꝝ,vt ſ.in tribulatiõe & anguſtia poſiti,eũ attẽtiꝰ exorarẽt ac adorarẽt.Ad aliud
q̃dã rñdẽt,excuſãdo Ioſeph à mẽdacio ĩ his ac cæteris verbis eiꝰ ſequẽtibus, aſſerentes ꝙ fr̃es
eius fuerũt aliquo modo exploratores,qa explorauerũt veniẽdo meliora itinera,& qualiter
ſe haberẽt accedẽdo dñm terræ,q vẽdidit blada.Hãc vero excuſationẽ reprobat quidã,ſcri-
bẽs hoc loco & alibi ſæpe,nõ oportere ſanctos veteris teſtamẽti à venialibus excuſari,à qui-
bꝰ nec Chr̃i apoſtoli fuerũt immunes. Ad q̃d dicẽdũ ꝙ ſancti vtriuſq; teſtamẽti ſunt à pecca
tis excuſandi,quãtũ vere ac rationabiliter fieri poteſt,& licet interdũ vti ſubtili ęquocatiõe,
& ĩduſtrioſa veritatis celatiõe ꝑ verba obſcura: nec hoc eſt aliũ ꝑ mẽdacia fallere, ſed potiꝰ
ei ſapiẽter ꝓdeſſe. Mihi q̊q; apparet ꝙ ꝑ̃ter modũ ꝑ̃tactũ excuſari valeãt verba Ioſeph ab oĩ
mendacio,vt dicamꝰ eũ ꝓtuliſſe hæc verba ironice,nõ ex aĩo. Itẽ'q;,exercitãdo & ꝓbãdo fr̃es
ſuos,nõ affirmãdo,ſicut frequẽter ſancti patres impoſuerũt ſibijnuicẽ aliquas culpas intẽtio-
ne exercitãdi. [Qui dixerũt:Nõ eſt ita dñe &c.].i.nõ ſumus exploratores malitioſi.[Oẽs filij
vnius viri ſumus &c.] Refert R.Paulus ꝙ quidã expoſitores Hebræi dicunt, fratres Ioſeph
iuiſſe diſpſos ꝑ ciuitatẽ,ad quærẽdũ vndiq; fratrẽ ſuũ Ioſeph,vt emptũ redimerent, ac patri
ſuo reducerẽt,& poſtea cõueniſſe in domo Ioſeph ad emẽdũ:idcirco impoſuit eis ꝙ ex di-
uerſis regiõibꝰ eſſent miſſi ad explorãdũ:ideo ad excuſandũ ſe inde,dixerũt ſe eſſe filios vniꝰ
viri.[Quibus ille rñdit:Aliter eſt.Immunita terræ huiꝰ cõſiderare veniſtis.]iuxta ſenſum ꝑ̃ta-
ctũ.[At illi dixerũt:12.fr̃es ſerui tui ſumus &c.]Quõ dixerũt hoc,cũ putarẽt ipſum Ioſeph iã
mortuũ eſſe,ſicut ſubiũgit:[Minimus]frater nr̃[cũ pr̃e nr̃o eſt,alius nõ eſt ſuꝑ].i.nõ viuit,vt
credimus,qa infra tot annos nihil de eo ꝑcepimus? Dicendũ,ꝙ dixerũt ſe 12.fratres eſſe.i.fu
iſſe,vel ꝑ ſynecdochen dictũ eſt hoc.[Hoc eſt,ait]Ioſeph[q̃d locutꝰ ſum,Exploratores eſtis]
q.d.Ex q̊ eſtis tot germani,eſtis magis audaces & ꝑ̃ſumptuoſi,in mutuo cõfidẽtes ſubſidio.
[Iã nũc experimẽtũ veſtri capiã].i.ꝑ effectũ inueſtigabo an ſitis in verbis veraces.[ꝑ ſalutem
Pharaonis nõ egrediemini hinc].i. vos 10. nõ exibitis ſimul Aegyptũ,[donec veniat frater
veſter minimus. Mittite ex vobis vnũ * q adducat eũ.]Ex hoc videť,ꝙ Ioſeph q̃n hæc dixit,
intẽdebat 9.fratres ſuos ſecũ tenere,q̊uſq; Beniamin adducereť ad ſe. [vos aũt eritis in vin-
culis,donec ꝓbenť q̃ dixiſtis,vtrũ vera an falſa ſint.]hoc eſt,an habeatis adhuc vnũ fratrẽ vo
Auguſt. bis iuniorẽ.¶Circa q̃d Auguſt.& alij dicũt,ꝙ Ioſeph vidẽs 10.fratres ſuos adeſſe,& fratrem
ſuũ vterinũ deeſſe,timuit ne forte fr̃es ſui aliq̃d malitię exercuiſſent in illũ ſicut in ſe:ideo vo
luit certificari de hoc ꝑ præſentialẽ & perſonalẽ adductionẽ fratris ſui ad ſe. [Alioquin ꝑ ſa
lutẽ Pharaonis,exploratores eſtis.]Hoc eſt, niſi potueritis verificare verba veſtra ꝓlata de
minimo fratre veſtro,habẽdi eſtis ꝓ exploratoribus,& digni puniri vt illi.¶Circa hoc q̃ri-
tur,an licuit ipſi Ioſeph iurare ꝑ ſalutẽ Pharaonis,cũ nõ liceat ꝑ creaturas iurare.Et ꝑ Mo-
Deut. 6. ſen dictũ eſt,Per nomẽ dñi Dei tui iurabis.Ad hoc Thomas in ſecũda ſecũdæ,q̃ſtionę 89.re-
ſpõdet:Duplex eſt iuramentũ:Vnũ q̃d fit ſimpliciter cõteſtãdo,& hoc diuinæ veritati inni-
tiť,ſicut & fides. vnde quẽadmodũ fides principaliter eſt de Deo, ſecũdario aũt de creatu-
ris,inquãtũ veritas diuina in eis reſplẽdet, ſic'q; iuramentũ principaliter ad Deũ referť,cuius
veritati innitiť:ſecũdario aũt aſſumunť creaturæ aliquæ ad iurãdũ,nõ ſecundũ ſe,ſed inquan
tũ diuina in eis veritas manifeſtať, ſic'q; iurať ꝑ euangeliũ.i.per Deũ cuius veritas in euãge-
lio cõtineť,& ꝑ ſanctos q veritatẽ hãc crediderũt.Aliud eſt iuramentũ q̃d fit execrãdo, atq;
in tali iuramento induciť creatura tanq̃ id in q̃ exerceať diuinũ iudiciũ, ſi periuretur,vt cum
2.Cor. 1. homo iurat ꝑ caput ſuũ,aut filiũ,aut ꝑ aliã rem quã amat,ſic'q; iurauit Apoſtolꝰ:Ego,inqui-
ens, teſtẽ Deũ inuoco in animã meã. & vtroq; modo intelligi poteſt, ꝙ Ioſeph per ſalutem
Pharaonis iurauit, hoc eſt,ꝑ modũ execrationis,ſic ꝙ ſalutem Pharaonis obligauerit Deo,
niſi ve-

niſi verũ eſſet q̃d dixit: & itẽ ꝑ modũ ſimplicis cõteſtatiõis, cõteſtãdo videlicet veritatẽ diui-
næ iuſtitiæ,ad cuius executionẽ principes terræ cõſtituunť. [Tradidit ergo illos cuſtodiæ].i.
incarceratiõi[tribus diebus:]qa ꝑ odiũ cordis,ꝑ verba cõſpiratiõis,& ꝑ realẽ vẽditionẽ,pec
cauerũt in eũ: & etiã vt ipſe interim melius deliberaret, q̃d faceret circa eos. [Die aũt tertio
eductis de carcere,ait:] Quo patet ꝙ nõ fuerũt in carcere ꝑ tres integros dies, immo nõ niſi
ꝑ vnũ integrũ diẽ,& ꝑ alioꝝ duoꝝ dierũ partes. Eodẽ nãq; die q̊ verba ꝑ̃habita loquebatur
cũ eis,miſit eos in carcerẽ.[Facite quæ dixi]adducẽdo fratrẽ veſtrũ, q̃uis nõ eo modo q̊ teti
gi,ſed vt tangã.[& viuetis].i.nõ occidã vos tanq̃ exploratores.[Deũ em̃ timeo,]. q.d.Dei cul
tor ſum,nõ idololatra.[Si pacifici eſtis,frater veſter vnus ligetur in carcere].i.ligatus pona-
tur in carcere.[vos aũt abite,& ferte frumẽta q̃ emiſtis,in domos veſtras &c.]Quãuis em̃ ha
bitauerũt cũ patre ſuo Iacob, nihilo minus vnuſquiſq; eoꝝ habuit habitaculũ ſpeciale ꝓ ſe
ac ſua vxore,ac ſobole atq; familia.[Fecerũt vt dixerat].i.acquieuerũt verbis Ioſeph,& ſic fa
cere decreuerũt. Verũtñ alia multa verba habuerũt Ioſeph & fratres eius adinuicẽ, vt in ſe-
quẽtibus patet capitulis,vbi habeť: Interrogauit nos homo,ſ.Ioſeph ꝑ ordinẽ noſtrã proge
niẽ,ſi pater viueret,ſi haberemꝰ fratrẽ. Cũ'q; Ioſeph dixiſſet eis vt fratrẽ illũ adducerẽt,dixe
rũt:Nõ poteſt puer relinquere patrẽ ſuũ: ſi em̃ illũ dimiſerit,morieť &c. Tunc'q; Ioſeph di-
xit eis cũ iuramẽto,ꝙ nõ viderẽt faciẽ ſuã, niſi fratrẽ illũ afferrẽt. [Et locuti ſunt ad inuicẽ:
Merito hæc patimur,qa peccauimus in fratrẽ noſtrũ &c.en ſanguis eiꝰ exquiriť.].i.iuſto iu
dicio Dei iſta ſuſtinemꝰ,in vltionẽ mortis fratris noſtri.putabãt em̃ ꝙ mortuꝰ eſſet, & q̃uis
nõ interfecerãt eũ,tñ cõijciebãt ꝙ ex ſua vẽditione incidiſſet tot aduerſitates atq; triſtitias, ꝙ
diu inde obiſſet. Interfecerũt q̊q; eũdẽ morte ciuili,vẽdẽdo eũ in ſeruũ. ſeruitus aũt eſt mors
ciuilis.[Neſciebãt aũt ꝙ ĩtelligeret Ioſeph]verba eoꝝ Hebraica,putãtes eũ Aegyptiũ natiõe,
& neſciebãt hoc,immo oĩno æſtimabãt ꝙ nõ intelligeret eos. [eo ꝙ per interpretẽ loquere-
tur ad eos]Loquebať em̃ Ioſeph lingua Aegyptiaca, & interpres narrauit ſenſum verborũ
Ioſeph fratribus eius in lingua Hebræa . & hoc fecit Ioſeph, ne fratres eum ex ſua loquela
cognoſcerẽt,ex qua multi faciliter cognoſcunť.¶Deniq;,vt refert Lyra, Hebræi referũt in-
terpretẽ iſtũ fuiſſe Manaſſen filiũ Ioſeph, quẽ ipſe Ioſeph docuit idioma Hebręũ:ſed hoc ad
Iudaicas arbitror fabulas ꝑ̃tinere,cũ & Manaſſes tũc fuerit 8.annoꝝ aut circiter: nec cõſue-
tudinis ſit principibus,ad q̊s diuerſaꝝ ꝓuinciarũ atq; linguaꝝ hoĩes aſſidue veniũt,tales pue
ros habere interpretes, q̊s oportet eſſe valde prudẽtes & eloquẽtes,q̊d adhuc lõge erat à pue
ro octo annoꝝ. Verũtñ ille interpres alij'q; domeſtici Ioſeph, immo Aegyptij,communiter
ſciebãt Ioſeph eſſe natiõe Hebræũ,& Hebræorũ cognoſcere ac eloqui poſſe linguã: ideo be
ne cõſiderauerũt ꝙ Ioſeph ex ſpeciali cauſa loquereť viris illis mediante interprete, non tñ
ſciebãt cauſam in ſpeciali.[Auertit'q; ſe parũper,]quaſi acturꝰ aliq̃d aliud.[& fleuit]ex con-
ſideratione prouidẽtiæ Dei, & admiratione ipſius:ex deuotione quoq; ad Deũ,cõſiderãdo
beneficia eius in ſe,cũ emollitione liquefactione'q; cordis,& item ex cõpaſſione,qua fratri-
bus ſuis pie cõdoluit, q̊s vidit in magna deſolatione atq; anguſtia cõſtitutos, quibꝰ vexatio
cõtulit intellectũ,ita ꝙ peccatũ illud in Ioſeph cõmiſſum,ſic ad memoriã reduxerũt.¶Præ-
terea quæri poteſt,cur interpres nõ interpretabatur verba illa fratrũ Ioſeph de peccato eo-
rũ.Reſpõdetur ꝙ interpres nõ curauit ea interpretari,quæ fratres inter ſe loquebanť,& non
ad Ioſeph. ſed tũc rurſus eſt quæſtio, qualiter audebant tam capitale crimen ſuum in aliena
terra corã interprete recitare? Dici poteſt, ꝙ interpres forſan nõ audiuit hæc ṽba circa alia
occupatꝰ,aut parũ diuertẽs: & taliter ea ꝓtulerũt,ꝙ putabãt ea ab alio nullo ĩtelligi,q̃uis Io
ſeph ex ſingulari ad eos reſpectu audierit ea. [Tollẽs'q; Simeõ & ligãs].i. ligari ſeu cõpediri
faciens eum [illis præſentibus.] vt ſic magis feſtinarent implere præceptum de adductione
Beniamin. tñ (vt creditur) poſt fratrum receſſum fecit Simeonem diſſolui,& pie tractari in
ipſa cuſtodia. Quod ſi quæratur,cur potius Simeonẽ ligauit ac tenuit: reſpondeť,ꝙ magis
peccauit in Ioſeph ſua crudelitate,& alios incitauit cõtra eundẽ. [iuſſit miniſtris]ſuis[vt im
plerent eoꝝ ſaccos tritico,]immo & alijs bladis,vt patebit.[& reponerẽt pecunias ſingulo-
rum in ſaccis ſuis.]& in hoc fecit gr̃am eis,vel ideo forſan fecit hoc,vt ipſi paulopoſt inuen
ta pecunia, rurſus affligerentur timore, formidãtes in reditu ſuo accuſari de furto: voluit
em̃ eos pro ſuis exceſſibus pie ac diu affligere,propter eoꝝ ſalutẽ ex charitate & æquitate.
Voluit q̊q; patri ſuo pecuniã ſuã remittere. [datis ſuprà cibarijs in via].i.quibus veſcerẽtur
in reditu.[At illi portãtes frumẽta]non triticũ tantũ[in aſinis ſuis].i.ſupra aſinos,ita ꝙ ipſi
fratres portabãt,hoc eſt,portari fecerũt frumẽta. [ꝓfecti ſunt. Aperto'q; vnus ſacco, vt da-
ret iumẽto pabulũ]cui nõ dedit triticũ pro pabulo,[in diuerſorio &c.].i.ſtabulo,vel vt qui-
dẽ exponunt, in hoſpitio ad q̊d diuerterũt in via. [dixit fratribus ſuis: Reddita eſt mihi pe-
cunia]quã ꝓ bladis expoſui.[En habetur in ſacco. Et obſtupefacti turbati'q; dixerũt: Quid-
nam eſt hoc q̊d fecit nobis Deus] effectiue vel ꝑmiſſiue? Siquidẽ ſicut oĩa in diuina ꝓuidẽn-
tia cõprænhendũtur, ſic oĩne eſſe & oĩs actio eſt à Deo, quantũ ad id entitatis q̃d cõſiſtit in

eis. Sed cur ex facto iſto ꝗd Deo aſcripſerūt, turbati ſunt? Cur etiã pluraliter ſunt locuti, ꝗd
fecit nobis Deꝰ, cū vnꝰ eoꝝ ſolū inueniſſet ſuã pecuniã? Dicendū ad primū, ꝙ ideo, qa in re-
ditu timuerūt ſuſpecti haberi de furto, ꝗuis eſſent innoxij, & qa iã ſemel grauē tribulationē
multū improuiſe ſuſtinuerūt, faciliter metuebãt rurſus ſimilia pati, vt moris eſt infortunatis.
Ad ſecundū dicēdū cū Andrea, ꝙ auditis verbis ꝓfatis vniꝰ de inuētione ſuę pecunię, alij oēs
aperuerūt ſuos ſaccos, vt viderēt qd factū eſſet cū eis. Cūq; vnuſquiſq; eoꝝ inueniſſet ſuã pe-
cuniã forte ligatã in burſa aut peplo paruo, exterriti ſunt, & locuti verba inducta. Vñ ſequē-
ti cap. dicitur: Cū veniſſemus ad diuerſoriū, aperuimꝰ ſaccos nr̄os, & inuenimꝰ pecuniã in ore
ſaccoꝝ. [Venerūtq; ad Iacob pr̄em ſuū, & narrauerūt ei oīa q̄ ſibi accidiſſent &c. His dictis,
cū frumēta effunderēt, ſinguli repererūt in ore ſaccoꝝ ligatas pecunias.] Ex hoc videt, ꝙ nō
inuenerūt pecunias ſuas iã ante in via ac diuerſorio. Ad hoc quidã reſpōdent, ꝙ iſtud hic di-
cit per recapitulationē, qa iã ante inuenerūt pecunias. Sed ſi ordo verboꝝ penſet, nō videtur
ſolutio iſta aīm quietare, qa aperte hic dicit, [His dictis,] q̄ ſ. retulerūt patri ſuo, [cū frumen-
ta effunderent, repererūt.] Ideo arbitror reſpōdendū, ꝙ ꝗuis inuenerūt pecunias ſuas in di-
uerſorio, tñ ex prudēti cautela dimiſerūt eas in ſaccis ſuis, vt ſi qs eos quaſi fures inſequere-
tur, poſſent ſe excuſare veraciter, ꝑ hoc ꝙ pecuniæ nō eſſent apud corpus nec in burſis eoꝝ,
nec eã interi attigiſſent. Nã & iſtud partim poſtea pro ſua tetigerūt excuſatione. Deniq; di-
citur hic, ꝙ dū frumēta effunderēt, ſinguli repererūt pecunias in ore ſaccorū, ergo & vnus il-
le q̄ in diuerſorio eã inuenit. Idē eſt ſentiēdū de alijs quod de vno: nec obſtat ꝗd ſubdit, [Ex-
territiſq; ſimul oībus,] qa hoc accipi poteſt ita, ꝙ tunc timor priſtinus fuit renouatus in eis,
vel ꝙ Iacob & alij ibi ꝓſentes, ex hoc facto fuerūt exterriti, ex eadē cauſa qua fratres. [Di-
xit pater Iacob: Abſq; liberis me eſſe feciſtis]. i. aliq̄s filioꝝ meoꝝ mihi abſtuliſtis, aut mox
auferetis, vt timeo. Vel loquit Iacob ꝑ modū eoꝝ q̄ intēſe diligūt ſuas res, vtpote ſobolē ſi-
ue pecuniã, quaꝝ cū partē amiſerint, ita cōquerunt ac dolent, quaſi totū ꝑdiderint. Et eſt hy-
perbolica locutio q̄ ex vehemētia affectiōis ſolet ꝓcedere. [Cui reſpōdit Ruben: Duos filios
meos interfice, ſi nō reduxero illū] videlicet Beniamin [tibi.] Iſtud nō fuit prudēter dictū, qa
nequaq̄ decuit auū innocētes nepotes occidere. [At ille: Non deſcēdet, inqt, filius meus Ben-
iamin vobiſcū] adhuc, vel tã cito vt vultis, [ad terrã &c. ad quã pergitis]. i. perrecturi eſtis, tū
Iacob ante iam dixit, [Beniamin auferetis,] quia timuit finaliter ſic futurum.

¶ Declaratio cap. XLIII. Interim fames oēm terrã vehemēter. Art. XCIIII.

SEcunda filioꝝ Iacob ꝓfectio in Aegyptū, in iſto recitat cap. in quo quãto hiſtoria pul-
chrior, tãto hiſtoria planior eſt. [Interim] ꝙ diſſenſio illa inter Iacob ac filios eius dura-
uit de hoc tã felici itinere, an Beniamin iret cū eis. [fames oēm terrã]. i. habitatores totiꝰ
terræ, ꝓſertim Aegypti & Chanaã, [vehemēter premebat &c. Dixit Iacob ad filios ſuos: Re-
uertimini] in Aegyptū, [& emite nobis pauxillū eſcaꝝ]. i. aliquãtulã quãtitatē tritici ac bla-
doꝝ. Quare nō dixit, emite nobis multū eſcaꝝ? Dicēdū ꝙ tãta fuit inopia victualiū in domo
Iacob, vt modicū reputaret qcqd ſecū portare poterãt ex Aegypto. Vel ideo dixit pauxillū
&c. qa ſperauit ꝙ Deꝰ cito imponeret finē illi cariſtiæ. [Rñdit Iudas: Denūciauit nobis vir il-
le cū atteſtatiōe iuriſiurãdi]. i. cū iuramēto aſſertorio, [dicēs: Nō videbitis faciē meã.] hoc eſt,
nō habebitis me vobis gratioſum ac fauorabilē, nec ꝑmittã vos corã me ꝓſpere cōparere,
[niſi fratrē veſtrū minimū]. i. vltimo natū [adduxeritis vobiſcū &c.] quēadmodū eñ primo-
genitꝰ dicebat maior, ſic vltimo natꝰ minor vocabat aut minimꝰ, qñ multi filij erãt. [Interro-
gauit nos hō] ſ. ipſe Ioſeph, pietate rōneq; plenꝰ, [nr̄am ꝓgeniē, ſi pr̄ viueret, ſi haberemꝰ fra-
trē] aliū ꝓter eos q̄s inter nos vidit. Nō dicit hic ꝙ īterrogauit, an mr̄ nr̄a aut fr̄is illiꝰ viueret:
ex q̄ elicit, matrē eiꝰ obijſſe añ ſuã vēditionē. Sciebat aūt añ ſuã vēditionē habere ſe fr̄em vte-
rinū: ſed qd interim accidiſſet de illo, neſciuit. [Iudas q̄q; dixit patri ſuo: Mitte pueꝝ] ſ. Ben-
iamin, [mecū &c.] vt ſit ſpecialiter in mea cuſtodia. [Ego ſuſcipio pueꝝ]. i. obligo me ad cu-
ſtodiendū ac reducēdū eū ſolicite atq; fideliter. [Niſi reduxero & tradidero]. i. aſſignauero
[eū tibi, ero peccati reus in te oī tēpore.] Iſta fuerūt verba prudētiæ, qm̄ filius poſt Dei offen-
ſam, nihil plus euitare, aut enormiꝰ reputare debet, q̄ eſſe reū peccati in ſuos parētes, q̄s poſt
Deū tã ſpecialiter diligere & honorare tenet. Hinc ait Gloſſa: Ruben dixit, duos filios meos
interfice, ſi nō reduxero illū tibi, nō tñ obtinuit. At Iudas dicēs: Ero reus peccati in patrē omni
tēpore, īpetrauit, qa ei cōmiſſus eſt Beniamin. Plꝰ ergo eſt eſſe reū peccati, q̄ corporaliter oc-
cidi. [Si nō interceſſiſſet dilatio,] hoc eſt, niſi mora iſta ex occaſiōe Beniamin interueniſſet,
[iã altera vice veniſſemꝰ]. i. ſecūdo reuerſi eſſemꝰ ex Aegypto. [Igit Iſrael pr̄ eoꝝ]. i. Iacob,
[dixit ad eos: Si neceſſe eſt, facite ꝗd vultis,] eūdo illuc cū Bēiamī. [Sumite de optimis terrę]
huiꝰ [*fructibꝰ in vaſis] repoſitorijs [vr̄is, & deferte viro mūera,] vt ſic obtineatis eiꝰ gr̄am ac
fauorē, [modicū reſinę.] Secundū Scholaſt. hiſt. Reſina dicit ꝗdliber genus gūmi liquidum
vel aridū ſeu ſiccatū, à reſein Gręce, ꝗd eſt, emanare. Porro ſecūdū Iſidoꝝ ac Papiã, Reſina
gñaliter dicit gutta ſeu humor fluēs de arborıbꝰ aromaticis, q̄ indurata, ad vnguēta valet ac
medici-

* frugibus. Euſebiꝰ.

medicinas. [& mellis] ꝗd abūdauit ī terra ꝓmiſſiōis, [& ſtoracis & ſtactes & terebynthi.] Iſta
tria ſunt noīa arboꝝ aromaticaꝝ, nūc tñ ſumunt ꝓ guttis ſeu lachrymis ac fructibꝰ ꝓfluen-
tibus ex illis arboribꝰ. Duę q̄q; ponūtur ſpecies ſtoracis. Nã vna cadit in terrã, & nulliꝰ pre-
cij reputat: alia adhæret cortici, & precioſa cēſet, atq; (vt ait Gloſſa) ſtorax ſpecies eſt reſinæ.
Duplex etiã ponit gutta terebynthi, vna eſt maſculina, & paꝝ valet: alia fœminina, q̄ preci-
oſa exiſtit. Per ſtactē vero qdã intelligūt myrrhã. [& amygdalaꝝ,] q̄ notæ ſunt, ex qbus fit
delicatū pulmētū, & refectio infirmoꝝ. Abūdat aūt vna regio in aliqbus, in qbꝰ deficit alia.
Ideo Iacob miſit hæc mūera, vt tãto acceptiora eſſent ei cui mittebãt, quãto rariora & cha-
riora ſūt ī Aegypto. [Pecuniã q̄q; duplicē ferte vobiſcū]. i. duplo maiorē q̄ primo portaſtis
vobiſcū, ꝗd ideo dixit Iacob, q̄tenꝰ plura q̄ antea, emerēt: vel qa ſuſpicabat blada paulatī ca-
rius vēdi, durãte diu cariſtia, vel ad ſatisfaciendū viro, ſi forte īponeret furti calūniã filijs ſu-
is, aut ſi alia q̄uis aduerſitas īprouiſa eis accideret, haberēt opē pecunię. [& illã quã inueni-
ſtis ī ſacculis, reportate, ne forte errore factū ſit &c.]. i. ex inaduertētia, aut alio mō erroneo,
q̄tenꝰ reddatis eã, ſi qs eã exegerit. [Deꝰ aūt meꝰ oīpotēs] quē ego tã ſingulariter colo, q ſolꝰ
immutare poteſt oēm mētē creatã ad libitū ſuū. [faciat eū vobis placabilē &c.]. i. cor viri il-
liꝰ īclinet ad pietatē circa vos. [Ego aūt q̄ſi orbatꝰ, abſq; liberis ero &c.]. i. īterī & vſq; ad re-
ditū veſtrū ero ſimilis hoī nō habēti filioꝝ ſolatiū. ¶ Si aūt ꝓdictis obijciat, ꝙ obligatio Iudę
pręfata videt fuiſſe valde incauta & periculoſa, eo ꝙ Beniamin potuiſſet in via mori aut ca-
pi, ſeu alijs irremediabilibꝰ modis à reditu īpediri: Dicēdū ꝙ pactio Iudæ fuit rōnabilis, cōſi-
derata anguſtia famis, & magnitudine periculi ex cariſtia īminentis, Eratq; intelligēda, niſi
ineuitabile occurreret impedimētū. [Deſcēderūtq; in Aegyptū &c.] q̄ baſſior eſt terra Cha-
naã. [Quos cū ille] Ioſeph [vidiſſet, & Bēiamin ſimul, ꝓcepit diſpēſatori domꝰ ſuę, dicēs: In-
troduc viros domū]. i. in domū meã, [& occide victimas]. i. aīalia comeſtibilia q̄ offerunt ꝓ
victimis. [& īſtrue]. i. ꝓpara [cōuiuiū &c. Ibiq; exterriti &c.] qa cōtra ſeu ꝓter cōſuetudinem
alioꝝ q ad emendū venerūt, ducebant in domū, valde extimuerūt ꝙ arguerent de furto, &
inter cætera diſpēſatori dixerūt: [Nō eſt in cōſciētia nr̄a]. i. cōſcij nobis nō ſumꝰ nec ſcimꝰ,
[qs eã poſuerit in marſupijs nr̄is]. i. qs pecuniã illã ī ſacculis nr̄is repoſuit. [At ille rn̄dit: Pax
vobiſcū, nolite timere. Deus vr̄ & Deus pr̄is vr̄i dedit vobis theſauros]. i. pecunias in ſaccis
vr̄is. q. d. Ex ꝓuidētia & bn̄ficētia Dei vr̄i id accidit. [Nã pecuniã quã dediſtis mihi] ꝓ bladis
in prima emptiōe, [ꝓbatã ego habeo &c.]. i. fateor mihi ſatisfactū de ea, nec inde culpã vo-
bis impono. [& attulit aquã, & lauerūt pedes ſuos &c.] Hanc pietatē docuit S. Ioſeph ſuos
domeſticos, qm̄ ſciuit ꝙ Abrahã, Iſaac & Iacob, cæteriq; boni Hebræi (vt Loth) circa opa Gen. 18. & 19.
pietatis, lotionēq; pedū aduenaꝝ ac hoſpitū fuerūt intenti. [Igit ingreſſus eſt Ioſeph domū
ſuã [hora prãdij, obtulerūtq; ei mūera &c.] q̄ ſecū tulerūt, [& adorauerūt eū ꝓni]. i. ꝓſtrati [in
terrã &c.] vel cū inclinatiōe ꝓfunda, vt qdã exponūt, & puto ꝙ vtroq; modo humiliauerūt
ſe ei, reuerētiã duliæ exhibēdo eidē. Eſt aūt dulia virtus, ꝑ quã ꝑſonis ſublimibus debitus ho-
nor impēdit, vñ paulopoſt ſubdit: [Et incuruati, adorauerūt eū. Attollēs aūt Ioſeph oculos,
vidit Beniamin fratrē ſuū vterinū]. i. ex eodē vtero mr̄no (ex q̄ & ipſe) natū, & fratrē ſuū ex
parte pr̄is & mr̄is. [& ait: Iſte eſt frater vr̄ paruulus &c.]. i. iunior cæteris. [Feſtinauitq;]. i. ce-
leriter ſe auertit ab adſpectu fratris ſui, [qa cōmota ſunt viſcera eiꝰ ſuꝑ fratre ſuo.] ꝗd de vi-
ſceribus ſpūalibus & corporalibus accipi poteſt. Spūalia etem̄ viſcera, ſunt amor & pietas.
Ioſeph aūt ex fr̄is ſui vterini adſpectu, fuit circa eundē intenſiſſime motus ſeu inflãmatꝰ na-
turali, immo & ſpiritali amore, & oī pietate interna, atq; ex redūdantia naturali affectionū
animę tã fortiū, fuit interior corporalis natura ac diſpoſitio alterata in ipſo ꝓualide. [& erū-
pebãt lachrymæ &c.] Plus eñ afficiebat ad Bēiamin, quia frater ſuus extitit vterinꝰ, nec ven-
ditioni ſuæ īterfuit, neq; peccauit ī ſe, & qm̄ pr̄ ſuus tã ſpecialiter illū dilexit. [Rurſumq; &c.
ait: Ponite panes]. i. cibaria ſuꝑ mēſam. [Quibus appoſitis, ſeorſum Ioſeph, & ſeorſum fra-
tribus, Aegyptijs q̄q;, qui ſimul veſcebant, ſeorſum.] Itaq; erãt ibi tres mēſę, vna pro Ioſeph,
alia ꝓ fratribus eius, tertia ꝓ Aegyptijs: ponebaturq; mēſa ſpecialis ꝓ Ioſeph, tanq̄ pro ad-
uena: & ſpecialis ꝓ fratribus eius, tanq̄ pro extraneis: ſpecialis q̄q; menſa pro Aegyptijs, tãq̄
ꝓ indigenis. Hinc Gloſſa: Seorſū appoſiti ſunt cibi Ioſeph q̄ſi aduenæ, & ſeorſū fr̄ibus quaſi
exteris natione, ſeorſum q̄q; Aegyptijs quaſi indigenis. Cauſa vero huius diuerſitatis ſubiū-
gitur: [illicitū eñ eſt Aegyptijs comedere cū Hebræis, & prophanū]. i. irreligioſum ſiue ſa-
crilegū [putãt huiuſmodi cōuiuiū,] & hoc forſan ꝓpter diſparē cultū, vel (vt dicūt Hebræi)
qm̄ ipſi Hebræi mactãt & comedūt aīalia q̄dã, videlicet oues & boues, q̄ colūt Aegyptij. Vn-
de in Exodo Moſes ait ad Pharaonē: Abominatiōes Aegyptioꝝ īmolabimꝰ dn̄o Deo nr̄o. Exod. 8.
Quod ſi viderit nos Aegyptij ea mactare q̄ ipſi colūt, lapidibꝰ nos obruēt. Ponebat etiã ſpe-
cialis mēſa ꝓ Ioſeph, tãq̄ ꝓ pr̄efamilias & prīcipe. Et miꝝ ſi Aegyptij etiã ipſius Ioſeph vi-
tabãt cōmunicationē in mēſa, cū ipſe ſic ipſis ꝓeſſet. [ſederūt coram eo, primogenitus iuxta
primogenita ſua]. i. vnuſquiſq; ſecūdū ordinē ſuæ ętatis, ita ꝙ primogenitus ſedit superius,

 deinde

deinde iuxta eũ q̃ fuit natus ſecũdo.[& minim⁹ iuxta ætatẽ ſuã].i.vltimo natus in infimo lo co.Fecit nãq; eos ſedere,ſicut ĩ domo pr̃is ſui ſedere cõſueuerũt.[Et mirabanť nimis] ꝙ Ioſeph quẽ putabãt eis extraneũ,diſpoſuit eos ſedere,ſicut ſolebãt ſedere in domo pr̃na.[ſum ptis partib⁹ q̃s ab eo acceperãt].i.portiõib⁹ ciboꝝ q̃s eis fecit apponi.[maiorq́; pars]ciboꝝ [venit Bẽiamin]hoc eſt,ei apponebať,[ita vt 5. partib⁹ excederet].i.quinquies plus haberet, q̃ aliq̃s vn⁹ cęteroꝝ fratrũ in ſua mẽſa veſcẽtiũ. Voluit eñ Ioſeph ipſũ Bẽiamin p̃ cęteris honorare in appoſitiõe eſcaꝝ:q̃d & ideo fecit,vt cõſideraret an fr̃es inuiderẽt in hoc ipſi Bẽiamin,ſicut inuiderunt ſibi,ꝙ à pr̃e ſuo p̃ eis honorabať in veſtitu, ac amabatur. Hinc Gloſſa: Affectus animi boni ſemꝑ ꝓclíuus eſt ad pietatẽ. Vñ & in Ioſeph poſſumus virtutũ copiam cõſiderare:caſtus erat,cũ ſpreuit impudicitiã dñę ſuæ:ſapiẽs,dũ diligẽti inueſtigatiõe explorabat aĩos fratrũ, qualiter ſentirẽt de fratre ſuo vterino:iuſtus, in abdicatiõe delinquẽtibus, pi⁹,in cõuerſiõe pœnitẽtib⁹.Hęc Gloſſa.Sed indecẽs videť fuiſſe,ꝙ ſoli Bẽiamĩ fecit q̃nquies plus apponi q̃ cæteris.Dicendũ,ꝙ ſecundũ Ioſephũ,Ioſeph honorauit Bẽiamin duplicibus

Ioſe.li.2 ant.iud. cap.5.

partibus.¶Circa q̃d aliq̃ dicũt,ꝙ alij fratres comederũt bini ſimul,& Beniamin ſolus, & tñ ei ſoli ꝓponebať,quãtũ alijs duob⁹.ita cũ quinq; fuerint fercula,quinq; partib⁹ exceſſit pars Beniamin partes alioꝝ.Idcirco Scholaſt.hiſtoria:Vtrũq;,inq̃t,ſimul ſtare poteſt, ſi 5.fuerũt

Euſebi.

ciborũ appoſitiões,& de qualibet duplũ datũ eſt Beniamin.¶Circa q̃ iteꝝ quæriť,q̃a videtur ꝙ Ioſeph dedit fratribus ſuis magnã occaſionẽ cognoſcẽdi ipſum, p̃ſertim ꝙ ita diſpoſuit eos ad ſedendũ.Ad hoc dicũt Iudæi,ꝙ ſimulauit ſe ſcire ordinẽ geniture eoꝝ ꝑ diuinatoriã artẽ,ita ꝙ corã eis ꝑcuſſit ſcyphũ ſuũ argenteũ, atq; poſt primã ꝑcuſſionẽ dixit:Ille talis q̃a primogenitus eſt,ſedeat primus,ſicq́; deinceps.Poteſt etiã dici,ꝙ ſimpliciter eis præcepit,vt ponerẽt ſe ad ſedendũ iuxta ſuæ ordinẽ natiuitatis,& in hoc obtẽperauerunt.[Bibe runtq́; & inebriati ſunt].i.potu cõpetẽter refecti,nõ guloſe, vel forte ex ꝓſperitate ſua hucuſq; habita in hoc tã felici itinere,& ex gaudio de p̃ſentia Simeonis,bibeiũt abũde.Verũta-

Pſal.14.

mẽ ꝓprietas eſt idiomatis Hebræoꝝ,ebrietatẽ pro ſatietate accipere,iuxta illud in Pſalmo:

Canti.5.

Viſitaſti terrã,& inebriaſti eã,atq; in Cãticis:Inebriamini chariſſimi.Hinc loquiť Augusti-

Auguſt.

nus:Solẽt ebrioſi in ſuũ patrociniũ ſibi hoc teſtimoniũ adhibere ꝓpter Ioſeph, qui valde ſapiens cõmendatur,corã quo fratres inebriati legũtur,ſed inebriatio ꝓ ſaturitate in ſcripturis accipiť. Præterea iuxta myſticã ſignificationẽ, ꝑ Ioſeph intelligitur Chr̃s:ꝑ fratres eius, prælati ac præſidentes. Quẽadmodũ ergo Ioſeph locutus eſt fratribus ſuis: Niſi adduxeritis fratrem veſtrũ minimũ,nõ videbitis faciẽ meam:ſic Chriſtus ſuis proteſtať vicarijs & p̃latis, ꝙ niſi quẽcũq; etiã infimũ,eis cõmiſſum,ei reducãt,ſeu ad ipſum cõuertant, quantũ in ipſis eſt,ſaluatoris faciẽ ꝑ beatificã fruitionẽ videre nequibunt,ſed pereuntiũ ſanguis imputabitur eis. Rurſus ſicut Ioſeph vendidit, immo & gratis dedit fratribus ſuis neceſſaria vitæ, & ſuo patri copiã miſit,ſic Chr̃s ſuis vicarijs dona gr̃aꝝ infundit, ꝑ quæ & ipſi ſpiritaliter reficiuntur,ac ſuos reficiũt ſubditos.Omneq́; bonũ Chr̃s,vt homo,ad patris æterni refert honorem. Porro per Beniamin intelligitur Paulus, ex illius ſemine natus, quẽ Chriſtus tã intenſe familiariterq́; dilexit, quemadmodum Iacob patriarcha Beniamin filiũ ſuum, ipſiq́; Paulo

Actor.9.

Chriſtus tam ſpecialiter condoluit adhuc erranti,ꝙ vas electionis fabricauit ex eo.

¶Explanatio cap.XLIIII.Præcepit aũt Ioſeph diſpenſatori domus. Art. XCV.

PRoſecutio tribulatiõis,qua prudẽtiſſimus Ioſeph fr̃es ſuos induſtrioſe,pie,acriterq́; afflixit,deſcribiť ĩ iſto ca.[Pręcepit aũt Ioſeph diſpẽſatori dom⁹ ſuæ, dicẽs: Imple ſaccos eoꝝ frumẽto &c.]Itaq; Ioſeph tria p̃cepit diſpẽſatori:primũ,vt ſaccos eoꝝ bladis impleret.Secũdo,vt ſinguloꝝ pecuniã poneret ĩ ſummitate ſeu ore ſacci vniuſcuiuſq; eoꝝ, ob cauſas in p̃cedẽtis cap.expoſitiõe inductas. Tertio,vt vltra hoc poneret ſcyphũ ſuũ argenteũ in ore ſacci iunioris,vt ex ei⁹ depræhẽſione fr̃es alij magis affligereñt, q̃a ſciebat q̃ inuite ſine eo redirẽt:vel vt experireť,an charitatẽ & fidelitatẽ oſtenderẽt circa fratrẽ ſuũ iuniorem, an potius ex inuidia eũ ſolũ in tribulatiõe relinquerẽt, inuidẽdo eidẽ ꝓpter honorẽ ei præ ipſis impẽſum in mẽſa,ſicut inuiderãt ſibi,eo ꝙ à patre plus,q̃ ipſi,diligebať.[Iãq; vrbẽ exierãt &c. Surge,inq̃t, & ꝓſequere viros,& appræhẽſis dicito:Quare reddidiſtis malũ pro bono?]hoc eſt,nocumentũ,fraudẽ,ingratitudinẽ,ꝓ charitate,pietate & bñficijs q̃ vobis impẽdimus.[Scyphus quẽ furati eſtis,ipſe eſt in q̃ dñs me⁹]ſ.Ioſeph,[augurari ſolet.peſſimam rẽ feciſtis]tot vitia cõmittendo in vno facto.[Fecit ille]videlicet diſpẽſator,[vt iuſſerat]Ioſeph,& tñ diſpẽſator ſciuit eos ab hoc facto innoxios. Cõijciebat tñ,ꝙ dñs ſuus ex aliq̃ ſpeciali occulta ac rationabili cauſa,tã inſolite & ſecundũ apparentiam iniuſte,ſe habuit circa hos viros,q̃a de bonitate & prudẽtia dñi ſui nõ dubitauit.¶Sed q̃riť,cur Ioſeph q̃ in Gloſſa vocať ſctĩſſim⁹,& quẽ De⁹ in cũctis direxit,ꝑ ſe & ꝑ ſuũ diſpẽſatorẽ locut⁹ eſt verba hæc quę videñt mendoſa, immo mendacia ꝑniciosa,vt eſt iniuſta imputatio furti, & p̃ſertim cur fratrem ſuũ prę cęteris innocentem,& q̃ nunq̃ peccauit in ſe,ita voluit tribulare.Aliqui dicũt, ꝙ nõ oportet eũ de mendacio excuſare,& ꝙ mendaciũ iſtud ꝓprie nõ fuit ꝑniciosum,quia

nõ intẽdebat finaliter diffamare aut lędere eos,ſed iuxta p̃habita arbitror,verius rñdendũ,ꝙ p̃dicta verba ꝓtulit,proferriq́; fecit Ioſeph nõ affirmãdo, ſed exercitãdo,probãdo,explorãdo,q̃liter fr̃es circa Bẽiamin ſe haberẽt,& itẽ iuſte eos ꝓ ſuis exceſſibus expurgãdo,ꝓpter q̃d ait Gloſſa: Toties obiecta fratribus accuſatio,expiatio eſt vẽditiõis fraternæ: ſicq́; in verbis his nõ fuit palliata aut artificialis mẽtitio,q̃a nõ intẽdebat fr̃es fallere aut nocere. Porro ꝙ innocentẽ Beniamin afflixit cũ alijs,nõ egit iniuſte, ſed vt paulopoſt eundẽ copioſius exhilararet,ditaret ac honoraret,& in hoc habuit typũ Dei,qui in ſeculo iſto electos ſuos interdũ affligit nõ ꝓ eoꝝ demeritis,ſed vt glorioſi⁹ coroneñt,maiorîq́; gr̃a nũc ditẽtur. [Qui rñderũt:Quare ſic loquiť dñs nr̃]diſpenſator,[vt ſerui tui tñ flagitij cõmiſerint?]Quare Simeon & Leui,q̃ tã animoſe & acriter ſæuierũt & vlti ſunt ſtuprũ ſororis in Sichimitas,tã molliter & formidoloſe locuti ſunt,cũ de furto turpiſſimo tã euidẽter,atq; vt ipſi ſenſerunt, tã men- Gen.34. daciter arguerenť? Idẽ de Ruben primogenito & Iuda viro audace,poteſt inquiri,& cur 11. fratres diſpẽſatori nõ reſtiterũt in cãpo? Reſpõdeť, ꝙ Ioſeph ſciẽs fratrũ ſuoꝝ audaciã atq; ferociã,miſit cũ diſpẽſatore comitiuã robuſtã,ĩmo vt aliqui putãt, multitudinẽ armatoꝝ,ſe Ioſe.li.2 cundũ Ioſephũ aũt,multos equeſtres:ideo fr̃es nõ audebãt reſiſtere nec loqui ſuperbe. Dein ant.iud. de immunitatẽ ſuã à furto, ꝓbãt ꝑ locũ à maiori, videlicet q̃a pecuniã quã abſq; ꝓprio ſcitu cap.6. reportauerãt ad patrẽ ſuũ,iã ſpõte reportauerũt ad ipſum diſpenſatorẽ.[& quõ conſequens eſt,]q.d.Nullaten⁹ ſequiť,nec apparentiã aliquã habet, [vt furati ſimus de domo dñi tui aurum vel argentũ?].i. ſcyphũ argenteũ. [Apud quẽcũq; tuoꝝ ſeruoꝝ fuerit inuentũ q̃d q̃ris, moriať] .i.mox occidať. [& nos erim⁹ ſerui dñi nr̃i] .i.etiã illi ex nobis apud q̃s nõ fuerit ſcyphus inuẽtus,redigenť in ſeruitutẽ oĩmodã eius,cuius tu diſpenſator exiſtis.Sicq́; fr̃es iſti de cõſcientiæ ſuæ ſynceritate, quãtũ ad furtũ eis obiectũ,ſecuri,ad grauiorẽ obligabãt ſe talionem, q̃ furtum ſimplex in terra illa exegit,vt verba pandunt ſequentia. [Qui] diſpenſator [dixit eis:Fiat iuxta veſtrã ſententiã] hoc eſt, nõ ſecundũ totũ iudicij veſtri rigorẽ, ſed iuxta aliquã eius cõtinentiã,ꝑ modũ q̃ ſubditur:[Apud quemcũq; fuerit inuentũ q̃d quęro,ipſe ſit ſeruus meus]nõ ſolũ ſpõtanęa, ſed neceſſaria ſubiectione pro ſua culpa.[vos aũt]apud quos ſcyphus nõ inueniť, [eritis innoxij] .i.innocentes ab hoc furto apparebitis, ac libere recedetis.[Itaq; feſtinato].i.celeriter,quaſi nihil timẽtes de ſua depræhenſiõe in furto,[deponentes in terrã ſaccos,aperuerũt ſinguli]ſaccos ſuos:[q̃s ſcrutatus,incipiens à maiore] ſ.primogenito,q̃ſi nihil ſciret de exiſtentia ſcyphi in ſacco iunioris,& ne videreť id ſcire,ſi à iuniore incepiſſet ſcrutari,atq; vt Ioſephus recitat,fratres increpabãt ſeruũ Ioſeph,ꝙ eos à proceſſu Ibidem. ſic impediret. [inuenit ſcyphũ in ſacco Beniamin.At illi ſciſſis veſtib⁹ &c.] q̃d cõſuetudinis fuit antiquis,in tribulationibus aduerſitatibusq́; præcipuis.[reuerſi ſunt in oppidũ]cũ vehemẽti cõfuſione,quaſi publice depræhenſi in furto,q̃ iã cũ grãdi exierũt lætitia,quia hucuſq; eis ꝓſpere ſucceſſit ĩ iſto itinere, & q̃a cũ Simeone reuertebanť: & q̃m ipſi fratrẽ ſuũ Ioſeph ꝓ tã vili precio vendiderũt, merito cõfuſionẽ hãc tolerauerũt.Ioſeph⁹ refert ꝙ equites ſumpſerũt Beniamin ſecũ,quẽ fratres ſequebanť. [primusq́; Iudas cũ fratribus ingreſſus eſt ad Ioſeph:] quia excuſatio Beniamin,ſeu etiã pœna ipſi Beniamin infligenda, magis pertine- Ibidem. bat ad Iudam,q̃m obligauit ſe,& fideiuſſit pro eo:fuit q̃q; inter fratres ſuos prudentior,fortior atq; facũdior.[Necdũ eñ de loco abierat].i.Ioſeph nõdũ receſſerat de loco,in quo fratres ſuos licentiauit, & à quo diſpenſatorem ſuũ miſit poſt eos. Sciebat quippe protin⁹ eos cũ grãdi nimis mœrore,ruboreq́; redituros.[Oẽſq;]ſ.vndecim fratres,[ante eũ in terram pariter corruerunt.]vt flecterent eũ ad cõpaſſionem & gratiã.[Quibus ille ait:Cur ſic agere voluiſtis?] q.d.Grauiter prorſus peccaſtis, q̃a ſciẽter & ex propoſito hoc feciſtis, cum ego tam beneuolus fuerim vobis. [An ignoratis, ꝙ non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia?] Tanq̃ dicat:Et ſi nõ ex timore Dei & honeſtatis amore,tñ ex cõſideratione excellentiæ meæ in arte augurię,ꝑ quã poſſum occulta cognoſcere,debuiſtis retrahi ab hoc furto.¶Circa hęc quæritur primo:Cur pius & mitis Ioſeph fratres ſuos tribulauit tã diu ac acriter, cũ perfectionis videatur eſſe maioris,pœnã & culpam ſimul dimittere.Secundo,an veraciter dixit, Non eſſe ſimilem ſibi in augurandi ſcientia. Tertio, q̃d ſit ſcientia augurandi.¶Reſpõdendum ad primũ,ꝙ in ſingulari & priuata ꝑſona cõmendabilius eſt,vt iniuriatorib⁹ ignoſcat, propter Deũ pœnã & culpam,q̃ culpam dũtaxat,dummodo ex hoc non oriať nocumẽtum rei publicæ,nec iactura ſeu conculcatio iuſtitiæ,nec iniuriatores fiant ad iniuriandũ procliuiores. Alioquin laudabilius eſt quærere vltionem ex charitatis affectu & zelo iuſtitiæ. Fratres aũt Ioſeph,peccatũ ſuum in ipſum Ioſeph cõmiſſum,nõ ſatis recognouerũt,nec digne pœnituerũt:ideo melius fuit ꝙ eos ſic expurgauit. Deniq; Ioſeph fuit iudex & princeps fratrũ ſuoꝝ ex ordinatiõe diuina,q̃d ſciuit ex viſionibus ſibi à Deo oſtenſis: idcirco nõ debuit impunitũ relinquere ipſorũ exceſſum,inquãtum grauiter offenderãt Deum: neq; iniuriam ſibi illatã,inquantũ per illã fuerunt cauſa tam diuturnæ ac moleſtiſſimæ cõtriſtationis patris eorũ.Hinc Thomas in ſecũda ſecundæ quæſtione 67. Circa iudicem,inquit,duo pẽſan-

da ſunt: Primũ, ꝙ inter accuſatorem & reum mediare & diſcernere habet. Secundũ eſt, ꝙ
non propria, ſed publica authoritate hoc facit, & ex horum vtroq; poteſt impediri à pœ-
næ relaxatione: primo ex parte accuſatoris, ad cuius ius aliquando ptinet vt reus puniatur,
videlicet ꝓpter iniuriã accuſatori illatã, cuius relaxatio nõ ſtat in arbitrio iudicis, q tenetur
vnicuiq; ius ſuũ cõſeruare & exhibere. Secũdo ex parte publicæ authoritatis, cuiꝰ fungitur
vice, ad cuius bonũ ſpectat vt malefici puniant̃, ſed hoc in ſupremo iudice ac principe terræ
locũ nõ habet, cui cõmiſſa eſt plenaria reipublicæ poteſtas. Nam iudex inferior non poteſt
reum abſoluere cõtra legẽ ſibi à ſuo ſuperiore præfixã, ſed princeps poteſt abſoluere reum,
ſi placet iniuriato, dũmodo ipſe princeps viderit hoc reipublicæ non eſſe nociuũ. Hęc Tho
mas. Inſup Ioſeph ex alijs rationabilibꝰ cauſis ſic fratres ſuos afflixit, quas tãgit Auguſtinus,
dicẽdo: Mouet quid velit, ꝙ Ioſeph fratres ſuos toties ludificauit, anteq̃ eis aperiret quis eſ-
ſet. Et tanta eos expectatione ſuſpẽdit, ꝙ q̃uis tãto ſuauius ſit dũ legitur, quãto inopinatius
factũ eſt illud cum quibus agitur, tñ grauitatem ſapientiæ illius nõ decuiſſet, niſi in eo quod
quaſi ludo egit, magnũ aliquid ſignificaretur. Puto ergo nõ negligenter conſiderãdam tan
tam miſeriã in ꝑturbatione fratrũ ſuoꝝ, qualiter Ioſeph tenuit eos q̃ diu volebat, & quãta
voluit mora protraxit, faciẽs eos tãto plus calamitoſos, quanto plus futurã mox eorum læ
titiã attẽdebat. Quodq́; agebat vt eorũ gaudiũ differretur, ad hoc agebat, vt dilatione cumu
Rom. 8. laretur, tanq̃ non eſſent cõdignæ paſſiones tantilli tẽporis ad futuram exultationẽ eorum, co
gnito fratre quẽ à ſe perditum æſtimabant. ¶Ad ſecundũ Auguſtinus reſpõdet, ꝙ Ioſeph di
Auguſt. xit iocoſe, nõ ſerioſe, non eſſe ſimilem ſui in ſcientia augurandi. Veruntamen potuit eſſe ꝙ
fuerit valde peritꝰ in iſta ſciẽtia, ita ꝙ ſciuit qualiter exerceretur, quod ſine peccato potuit
ſciri, nõ tamẽ exercuit eã: quemadmodum de Moſe ait ſcriptura, ꝙ eruditus eſt oĩ ſciẽtia
Aegyptiorum: ſic tale quid poteſt de Ioſeph ſentiri, qui ab anno ſuæ vitæ 17. adhuc perdo-
cilis puer inter Aegyptios mãſit. Sed quod diſpenſator dicebat, ꝙ in ſcypho illo dominus
ſuus augurari ſoleret, aut non vere, aut iocoſe prolatum eſt, niſi forte quandoq; ſimulatorie
R. Paul. egerit hoc. Tamen ſecundũ R. Paulum, in Hebræo habetur: An ignoratis ꝙ homo ſimilis
mei poſſit per augures talia ſcire? ¶Ad tertium Thomas reſpondet in ſecunda ſecũdæ quæ-
ſtione 95. ꝙ ſcientia augurandi eſt ars præcognoſcendi futura ſiue ſecreta per motus, garri-
tusq́; auium. Motus aũt & garritus ac ſimiles auium diſpoſitiones, manifeſtum eſt non eſſe
cauſas futurorũ euẽtuum: ideo ſi ex eis futura aliqua præcognoſcant̃, hoc eſt, ſecundũ quod
ſunt effectus quarundã cauſarũ, quæ cauſant aut prænoſcunt futuros effectus. Cauſa autem
operationum brutorum, eſt quidã inſtinctus quo mouentur per modum naturæ, quia non
habent actus ſui dominium. Talis aũt eorum inſtinctus eſt duplex: Vnus, qui ꝓcedit ex cau-
ſa corporali, ſcilicet corpore cæleſti aut aere cõtinente, quorum influentijs bruta ſubdũtur,
quia nõ habẽt niſi ſenſitiuã animã & vires organicas. Sicq́; actus brutorũ poſſunt eſſe ſigna
aliquorũ effectuum futurorũ, inquantũ diſpoſitioni corporis cæleſtis ac aeris cõformantur.
Hæc aũt cõſideratio extẽdi non debet ad actus intellectus ac volũtatis, ſed ſolũ ad ea quę ad
huiuſmodi bruta aliquo pertinent modo. Conſequuntur eñ bruta ex corporibus cęleſtibus
diſpoſitioneq́; aeris naturalem cognitionem & inſtinctum ad ea, quæ eorum naturæ neceſ
ſaria ſunt, vt ſunt immutationes per ventos ac pluuias. Propter quod ſcriptum eſt in Hiere-
Hiere. 8. mia: Miluus in cælo cognouit tempus ſuum. ſicq́; licitum eſt conſiderare auium garritus ac
motus ad talia præſcienda, vt ſi quis dicat, pluuiam cito futuram, quia audiui corniculã ſæ-
pius crocitantẽ. Alio modo inſtinctus brutorũ eſt à cauſa ſpirituali, puta à Deo, vt patet de
colũba quæ ſup Chriſtũ baptizatũ deſcẽdit, & de coruo qui pauit Heliam, vel à dæmonibus
Matt. 6. qui Deo iuſte permittẽte vtunt̃ brutis ad hoĩes decipiẽdos. Itaq; huiuſmodi diuinatiõe ſeu
Ioann. 1. augurio vti, vltra q̃ ſe extẽdit ſecundũ curſum naturæ aut ordinẽ diuinæ ꝓuidẽtiæ, ſupſtitio-
3. Re. 17. ſum eſt. Hæc Thomas. Aliqui tñ dicunt, ꝙ augurium ſumit̃ hic extẽſe, prout ſe extendit ad di
uinationẽ quæ fit in enſe & ſpeculis, in quibus diabolus imprimit & apparere facit imagi-
nes rerũ, quas mõſtrat ſuperſtitioſis. [Cui Iudas: Quid reſpõdebimus, inquit, dño meo?] i. ti
bi nos impetẽti. [vel qd loquemur, aut iuſte poterimus obtẽdere?] i. tuæ accuſationi oppo-
nere. q. d. Quãuis in veritate ſimus ab hac culpa innoxij, ita tñ res ſe habet, & ſic vndiq; ſu-
mus cõcluſi, ꝙ non habemus excuſationẽ corã hoĩbus apparentẽ. ideo ſubdit: [Deus inue-
nit iniquitatẽ ſeruorũ ſuorũ.] hoc eſt, iuſto Dei iudicio cõtingit nobis vexatio iſta ꝓpter ali-
qua peccata nr̃a occulta, quorũ punitionẽ Deus diſtulit vſq; nunc. [En oẽs ſerui ſumus dñi
mei, & nos & ille apud quẽ inuẽtus eſt ſcyphus] i. tã ille, q̃ nos q fuimus in eius ſocietate, vi-
demur ſubijciẽdi ſeruituti tuæ ꝑpetuę, ꝓpter hoc factũ. Hæc eſt eñ cõſuetudo & lex, ꝙ ſocij
furis ſimul puniũtur cũ eo, præſertim ſi de furto eius ſint conſcij. [Reſponditq́; Ioſeph: Abſit
à me vt ſic agam] i. tam rigoroſe. [Qui furatus eſt ſcyphum, ipſe ſit ſeruus meus. Vos autem
abite &c.] Ex his apparet, ꝙ furtũ ſimplex nõ puniebatur in Aegypto tunc corporali mor-
te, ſed ſeruitute, quæ eſt mors ciuilis. Hæc quoq; dixit Ioſeph, vt experiret̃ charitatẽ & fide-
litatẽ fratrũ ad Beniamin, an ſ. dimitterẽt eũ ſolũ in captiuitate. [Accedens aũt ꝓpius Iudas,

cõſidẽter ait:] Cõfidentiã illã peperit puritas cõſcientię de ĩmunitate obiecti facinoris. Nem
pe vt in libro Sapiæ legit̃, Cũ ſit timida neq̃tia, dat teſtimoniũ cõdẽnata. Semp eñ p̃ſumit ſę- Sap. 17.
ua ꝑturbata cõſcientia. Et alibi ſcriptũ eſt: Iuſtus q̃ſi leo cõfidens. [Oro dñe, audi me, vt loqua Pro. 28.
tur ſeruꝰ tuꝰ &c. Tu es eñ poſt Pharaonẽ dñs meꝰ.] Pharao nõ erat rex aut dñs terrę Chanaã,
nec habitatoꝝ ipſius, & p conſequẽs, nec fratrũ Ioſeph ordinaria iuriſdictiõe, ſed potius q̃-
dã ſpõtanea aut etiã neceſſaria illoꝝ ſubiectiõe, p̃ſertim q̃ diu erãt in terra dñationis ipſius.
[Interrogaſti priꝰ ſeruos tuos: Habetis patrẽ aut fratrẽ? & nos reſpõdimꝰ tibi dño meo:] Lo
q̃tur Iudas multũ humiliter ac reuerẽter, ad captãdũ bñuolentiã dñi ſui, quẽ aliq̃n ita cõtem
pſit, ꝙ nõ poterat ei q̃cq̃ pacifice loq. [Eſt nobis pr̃ ſenex, & puer paruulꝰ &c] i. iuuenis frater
puer patris noſtri, q cõparatiõe fratrũ, dicit̃ paruulus ſeu minimꝰ, q̃a vltimo natus. [cuius vte
rinus frater eſt mortuꝰ,] ſecũdũ q̃d æſtimamus. [& ipſum ſolũ habet mater ſua &c.] Quomo
do veꝝ eſt hoc, cũ Rachel mater Beniamin fuerit mortua q̃n hęc dicebant̃? Reſpõdet̃ ꝙ iſte
eſt ſenſus: Ipſum ſolũ habet mater ſua. i. iſte Beniamin eſt ſolus ex matre ſua ſupſtes ac viuꝰ.
Poteſt etiã dici, ꝙ ſicut parẽtes nõ penitus amittunt filios bonos ante ſe moriẽtes, q̃a de Iob Iob 42.
ait ſcriptura, ꝙ dñs addidit ei oĩa duplicia, & tamẽ poſt ſuã ſanationẽ nõ habuit, niſi ſeptẽ fi
lios ſicut & ante: ſic parẽtes boni q ante ſuã ſobolẽ moriunt̃, nõ ꝑdunt, ſed adhuc habẽt ean
dẽ, cũ ĩmortalis ſit aĩa, & electi tãdẽ ſint feliciter cõgregãdi in vnũ. ¶Porro in hac recitatio-
ne & excuſatiõe Iudę, multa legunt̃ verba eſſe p̄habita inter Ioſeph & fr̃es eius in primo eoꝝ
ad eũ ingreſſu, q̃ nõ ſunt ante deſcripta, ſed gr̃a breuitatis omiſſa, hicq́; ſuppleta. Nec eñ Iu
das audebat ſciẽter corã Ioſeph loq mẽdaciũ, q̃d Ioſeph potuit ſcire eſſe mẽdaciũ. [Igit̃ ſi in
trauero ad ſeruũ tuũ patrẽ noſtrũ, & puer] ſ. Beniamin [defuerit, cũ aĩa illius ex aĩa huius pen
deat &c.] i. corporalis aĩalisq́; vita patris noſtri dependeat ex vita ſui chariſſimi Beniamin,
ita ꝙ ex eo in aduerſitate relicto aut mortuo, pater noſter viuere diu nõ poſſet. Iſta ratio Iu
dæ ſumpta fuit ex diſpoſitiõe ſui patris, quatenus Ioſeph tãta charitate pr̃is ad filiũ cõſidera
ta, attenta q̃q; magnitudine periculi, q̃d patri tã amoroſo imminebat ex derelictiõe filij ſui,
acquieſceret ſuæ petitioni qua petiuit ꝓ Beniamin in ſeruitute teneri. Deinde Iudas ad idẽ
inducit duo motiua ex parte ſui: primũ eſt, q̃a fideiuſſit ꝓ Beniamin, ꝙ eũ reduceret, vel ſal-
tem reduci ꝓcuraret, quantũ ſibi poſſibile eſſet. Secũdũ, quia malebat in captiuitate teneri, q̃
pręſens ac teſtis aſſiſtere calamitati q̃ erat ſuũ patrẽ oppreſſura, ſi Beniamin nõ rediret. Itaq;
ait: [Ego ꝓprie] i. ſolus præ alijs [ſeruus tuus ſim, qui in meã hũc recepi fidẽ &c. Nõ eñ poſ-
ſum] licite ac honeſte [redire ad patrẽ, abſente puero.] Litera plana eſt. ¶Sed circa hæc duo
dubia oriunt̃. Primũ eſt, cur fratres videntes ipſum Beniamin tã ſingulariter amari à pr̃e, nõ
oderant eũ, ſicut oderãt Ioſeph. Reſpõdendũ ꝙ ſolus amor p̃cipuus pr̃is ſui ad Ioſeph, nõ fu
it totalis cauſa odij eoꝝ in Ioſeph, ſed & aliæ plures cauſæ in expoſitiõe cap. 37. introductę, q̃
cauſæ nõ habuerũt locũ in Beniamin. Inſup viderũt patrẽ ſuũ tam miſerabiliter inconſola- Gen. 37.
biliterq́; afflictũ ex amiſſione Ioſeph, ꝙ tãdem doluerũt ſe eum ex odio vendidiſſe, immo &
odiſſe. Secũdũ dubiũ eſt, cur Iudas vir induſtrioſus, nõ dixit ꝓ ſui fratris excuſatione, ꝙ aliq̃s
ex familia Ioſeph poſuiſſet forſitan ſcyphũ in ſacculo fratris ſui? Dicendũ, ꝙ q̃uis probabile
ſit eũ hoc bene cogitaſſe, nõ tamen audebat hoc dicere, q̃a timebat p hoc cauſam ſuam plus
peiorare, & diſpenſatorem cõtra ſe prouocare, ipſumq́; patremfamiliâs de ſua familia diffa
mare. ¶Poſtremo, q̃uis totum hoc factum Ioſeph, prudenter ac pie ex diuina inſpiratione
ſit factũ, poſſumus tamen conſiderare ex iſto, q̃ multa mala fiant in mundo p circũuentores,
ſimulatores & callidos, contra ſimplices atq; innoxios, ita ꝙ innocentes q̃uis de ſuæ conſci-
entiæ ſynceritate ſint tuti, nullam tamen euadendi inueniant viam.

¶Expoſitio cap. XLV. Non ſe poterat vltrà cohibere Ioſeph. Arti. XCVI.

MOdo deſcribit, q̃liter p̄electus hic Ioſeph notificauit ſe fratribus ſuis. [Non ſe poterat
vltrà cohibere Ioſeph] ab oſtenſiõe & ſignis affectionũ ſuaꝝ, neq; à declaratione ſuę
notitiæ. Iã eñ ſatis diu ac vehemẽter, ĩmo & prudentiſſime afflixerat fratres ſuos, vi
ditq́; eos in extremis anguſtijs poſitos, & de ſuis p̃teritis iniurijs, fratri ſuo, videlicet ſibi, illa-
tis, valde dolẽtes. Expertꝰ demũ fuit iã copioſe fidelitatẽ & charitatẽ eoꝝ ad Bẽiamin atq; ad
patrẽ eoꝝ, quem etiã nouit in maxĩs curis ac doloribꝰ cõſtitutũ. Hĩc valde cõdoluit eis, potiſ
ſimũ pr̃i ſuo ac Bẽniamin. Verba q̃q; Iudę fuerũt tã amoroſa & rõnabilia, ꝙ oẽs q aderãt, po-
terãt cõſiderare eos nõ eẽ furti reos, nec quenq̃ eoꝝ. [multis corã adſtãtibꝰ] puta Aegyptijs p̃
ſerti domeſticis Ioſeph q adſtiterũt ſpectaculo illi, eratq́; lamẽtabile ſatis & miſerabile, videre
11. fr̃es carnales, fortes ac iuuenes viros, in tãtis anguſtijs cõſtitutos, q̃ꝝ vnꝰ ꝓ alio rogabat pu
niri in terra aliena, in q̃ & pr̃is ſui afflictiões magis q̃ ꝓprias calãitates ac diſfortunia dolue-
rũt. [vñ p̃cepit vt cũcti egrederẽt̃ foras,] ſ. extra domũ ſeu atriũ ĩ q̃ iſta fiebãt. & p cũctos iſtos,
intelligunt̃ Aegyptij. Forte eñ ꝑmiſit filios ſuos aut cõiugẽ remanere in domo, aut etiã eſſe
p̃ſentes. Nam ſubdit, [& nullus intereſſet alienus agnitioni mutuæ.] Nam & ipſe Ioſeph [vt
moris eſt magnatũ] erubuit corã extraneis vehemẽter plorare, nec prima facie voluit ſua ſe-

creta pandere eis,ꝑſertim qualiter vēditus fuerat à fratribus,ne & fratres ſui ex hoc corā Ae-
gyptijs cōfunderētur,deſpicerētur,aut vexationē incurrerēt.[Eleuauitq́ vocē]ſuā [cum fle-
tu]alte & lachrymoſe loquēdo,cū tamē(vt reor)ꝓpoſuerit baſſe loqui:ſed repētina ac intē-
ſiſſima inflāmatio,alteratio,liquefactio ſui cordis, & pietatis charitatisq́ motus,improuiſe
vicit ac impulit eū ad loquēdum tam lugubriter & ſonore.[quā]vocē[audierūt Aegyptij]q
q̄uis eſſent expulſi,tamē ex curioſitate manſerunt prope ianuam ſiue parietē,ita ꝙ verba Io-
ſeph potuerunt audire.[omnisq́ domus Pharaonis].i.cuncti domeſtici regis,non ꝙ ſtatim
& immediate audierūt vocē hanc Ioſeph,ſed ꝑceperunt ab eis,q ꝑſonaliter audierūt,& for-
te q̄dā de domo regis erāt ibidē præſentes. [& dixit fratribus ſuis: Ego ſum Ioſeph. Adhuc
pater meus viuit?]Cum dixiſſet, Ego ſum Ioſeph, ſtatim cōuertit ſe ad memoriā patris ſui,
q̄tenus vehemētiam inflāmationis ac alterationis ſui cordis tēperaret loquēdo de patre,de
cuius vita gaudebat.Nempe q̄d ait,Adhuc pater meus viuit? dixit,nō q̄ſi ex dubitatiōe quę-
rendo,ſed poti⁹ vitæ patris & futuræ cōſolationi ipſius cōgratulādo.O quātus ſtupor & pa-
uor, quāta admiratio & alteratio impleuerūt corda patriarchaꝝ ex inopinatiſſimo verbo
fratris,quē vel mortuū,vel in ſeruitute vili ac graui viuētē putabāt,dicētis:Ego ſum Ioſeph.
Ego,inquā,quem in tāto honore & gloria cernitis,cui vos toties ꝓſtrauiſtis,inclinaſtis,hu-
miliaſtis,in cui⁹ poteſtate nūc poſiti eſtis,ſum Ioſeph quē ita tractaſtis. [Nō poterāt reſpō-
dere]ad id q̄d interrogauit ſeu rememorauit,dicēdo,Adhuc pater me⁹ viuit? [fratres nimio
timore ꝑterriti.]Magna nāq; & rara ac penitus inſperata,dū ſubito ſentiunt, timorem incu
tiunt. Nā & turbæ, viſis Chr̄i miraculis, timuerūt. Diſcipuli q̄q; eo poſt reſurrectiōem ipſis
Mat. 28. apparente,cōturbabant ac terrebant:q̄nto magis fratres Ioſeph,q tantā fecerāt iniuriam fra
Ioan. 21. tri,quē in tanta poteſtate & eminētia viderūt ad oculū? [Ad q̄s ille] volens ꝑterritos cōſola-
Lucę 24. ri,[clementer:Accedite,inq̄t, ad me.] Voluit aūt eis aliq̄ dicere, q̄ nō volebat audiri ab alijs,
imo nec ab vxore ac filijs.[Et cū acceſſiſſent ꝓpe:Ego ſum,ait,Ioſeph frater veſter,quē ven-
didiſtis in Aegyptū.]Nō ait, ī Aegypto,ſed,in Aegyptū.i.ad hoc, vt lōge à terra Chanaā du
cerer in Aegyptū.[Nolite pauere]ꝙ iniuriā mihi à vobis illatā magis vlciſcar.[nec vobis du
rū].i.enorme & afflictiuū [eſſe videat, ꝙ vendidiſtis me in his regiōibus] .i. ad hoc ꝙ deti-
nerer in Aegypto,in q̄ ſunt aliq̄ regiones particulares cōtentę ac ei ſubiectę.vel,in his regioni
bus.i.in vna haꝝ regionū ꝑtinentiū ad poſteros Chā,ſ.in terra Chanaā,q̄ ſicut & Aegypt⁹,
ad poſteros Chā ꝑtinebat. Vñ & de Aegypto fert in pſal.Et intrauit Iſrael in Aegyptū,& Ia
cob accola fuit in terra Chā. Deniq; vēditio Ioſeph fuit enorme peccatū & grauis afflictio:
Pſal. 104 ideo Ioſeph non admonuit fratres paruipendere ſuū peccatum,ſed ne venditiōem illā con-
ſiderarent ſolū vt rem vitioſam ac durā in ſe,ſed vt occaſionem magni boni ex ea ſecuti,ne
putarent ꝙ ipſe Ioſeph dure & ægre eam acciperet. ideo ſubditur: [Pro ſalute em̄ veſtra].i.
pro conſeruatione veſtra in tempore huius cariſtiæ.[miſit me Deus ante vos in Aegyptum]
i.à vobis me vendi,& ante vos in Aegyptū duci ꝑmiſit,imo & fecit.Nam actio illa venditio
nis & ꝓductionis,quantū ad ſuā entitatē,fuit effectiue à Deo,à quo eſt omne eſſe,omne poſ-
ſe,& agere vniuerſum: Obliq̄tas vero & peruerſitas actionū illaꝝ, fuit à voluntate humana
inordinata.Deus aūt cauſauit actus illos recta intentiōe ac fine ſalubri,vt ſ. Ioſeph in Aegy-
pto exaltaretur,& per eum alijs ſubueniret:nec Deus permiſiſſet actus illos fieri,inquantum
fuerant mali,niſi voluiſſet ac potuiſſet ex eis elicere bona, quēadmodum in Enchiridion lo-
quitur Auguſtinus:Tam bonus eſt Deus,ꝙ nō fineret fieri mala,niſi vellet ex eis elicere bo-
Auguſt. na.[Bienniū eſt em̄ ꝙ cœpit fames eſſe in terra] hoc eſt, cariſtia q̄ cauſa eſt famis in paupib⁹,
ſeu nō habentib⁹ cōpetentiā.[& adhuc quinq; anni reſtāt]in[q̄bus nec arari poterit,nec me
ti &c.]Verūtñ infrà habet,ꝙ intra quinquenniū iſtud Aegyptij arauerunt,ſeminauerūt,&
meſſuerunt ꝓprias terras:ideo verba iſta ſunt intelligenda, ꝙ intra q̄nquēniū reſtans nō po
terat terra illa cōuenienter ac ſolito modo coli,imo poſt magnū agriculturæ laborē protu-
lit fructum paruū. Quod aūt ꝑmodicū eſt,pro nihilo reputat.[Nō veſtro cōſilio,]ſupple tm̄
aut prīcipaliter,[ſed Dei volūtate huc miſſus ſum.]De⁹ em̄ fuit cauſa effectiua illius ꝓductio
nis,q̄ntū ad ſuū eſſe:& cauſa ꝑmiſſiua eiuſdē,quātū ad ſuā deformitatē:imo ex valde ſpecia-
Pſal. 104 li atq; multiplici cauſa De⁹ ſic ordinauit,iuxta illud in Pſalmo: Miſit ante eos viꝝ, in ſeruū
venundatus eſt Ioſeph.[q fecit me quaſi patrē Pharaonis, & dñm domus eius,ac principem
in oī terra Aegypti.] hoc eſt,De⁹ per gratiam prophetiæ mihi infuſam,& per ſapientiā atq;
prudentiā mihi deſuꝑ datas,ita fecit me reputari ac ſublimari à Pharaone, ꝙ habet ac vene
ratur me quaſi ꝓpriū patrem,& acq̄eſcit oī conſilio meo,ac ſuis domeſticis prętulit me,imo
toti regno ſuo me ita ꝓpoſuit,tanq̄ principem vicarialem,ꝙ vno tm̄ ſolio regni me ꝓcedit.
Pſal. 104 De hoc ſublimi⁹ aliq̄d canit Pſalmiſta, loquēs de Pharaone & Ioſeph: Cōſtituit eū dñm do
mus ſuæ,& principem oīs poſſeſſiōis ſuæ: Vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum, & ſe
nes ei⁹ prudentiā doceret. Vñ de exaltatiōe ipſius Ioſeph ꝑ ſapientiā,in libro ſapię legit:Hęc
Sapi. 10. (ſ.ſapiā)venditū iuſtū nō dereliq̄t,deſcēditq́ cū illo in foueā,donec afferret illi ſceptrū regni.
¶Præterea

¶Præterea quidam dicūt,ſuperfluā Nili inundationem fuiſſe tātæ ſterilitatis cauſam in Ae-
gypto,cōtra q̄d obijciūt alij,ꝙ etiam in terra Chanaan alijsq́ prouincijs fuit ſterilitas: ideo
dicunt,ꝙ nimia ſiccitas fuit cauſa tātę ſterilitatis,tam in Aegypto q̄ alibi. ſed q vult primam
opinionē defendere,dicere poteſt ꝙ ſicut in Aegypto inundatio nimia Nili,ſic alibi inunda
tio vehemēs pluuiaꝝ ſterilitatē induxit. [Feſtinate & aſſcēdite ad patrē meū,] q̄a terra Cha-
naan ſitu altior eſt Aegypto. [& dicetis ei: Hęc mādat filius tuus Ioſeph: Deus fecit me dñm
vniuerſæ terræ Aegypti.]dñm nō principalem,i.ꝑ Pharaonē me fecit ꝓfici toti Aegypto,iu-
xta ſenſum ꝓhabitum. [Deſcende ad me,ne moreris, & habitabis in terra Geſſen.] illa enim
terra fuit pars Aegypti multum fertilis,& ꝓ gregibus apta paſcēdis,vt infrà habet.[Nuncia-
te patri meo vniuerſam gloriā meā &c.].i. famā,excellentiam atq; lætitiā. Non ex vanitate,
aut iactantia dixit hoc ſanctus Ioſeph,ſed quaſi gratus Deo,ꝓ patris ſui cōſolatione,vt quo
maior patris ſui fuit mœror ex Ioſeph amiſſione,eo maior eſſet eius cōſolatio ex ipſius recu
peratione.[Auditūq́ eſt,& celebri ſermone vulgatū in aula regis].i. q̄dam notabiles ſolen-
niter nunciauerūt regi & eius domeſticis:[Venerunt fratres Ioſeph. Et gauiſus eſt Pharao,
atq; oīs familia eius.]Rex em̄ & oēs principes ac ſubditi eius,diligebant ipſum Ioſeph,tum
ꝓpter amabilitatē,pietatē,ſapientiā,ceterasq́ virtutes ipſius, tū q̄a ꝑ eum tāta bona euene-
runt ipſis ex ꝓuidentia Dei:idcirco gauiſi ſunt,ꝙ habuit vndecim fratres,viros bene diſpo-
ſitos,robuſtos ac pecunioſos.Hoc em̄ ꝑtinebat ad honorē Ioſeph,& valde honorificum fu-
it ei,ꝙ fuit à fratribus ſuis in tāta gloria & poteſtate inuentus. ¶Circa hoc ſcribit q̄dam: Li-
cet Pharao & oīs familia eius diligeret Ioſeph ꝓpter bona quæ fecit eis, tñ erat eis turpe,ꝙ
ipſe ſeruus emptitius & eductus de carcere,habuit tam magnū in regno dominiū.Iſtud nō vi
det idonee dictū:primo,q̄a iam ꝑceperūt,ꝙ Ioſeph erat iniuſte incarceratus.Secūdo,q̄a no-
uerūt eū in pueritia vēditū nō pro culpa,nec ex parētū ſuoꝝ inopia. Tertio, q̄a ſciuerūt eum
plenū ſpū Dei,& ꝑ dona diuina digne ac iuſte ꝓmotū ad principatū:ideo fuit toti regno ho
nor ꝓcipuus, ꝙ poſt regē habuit principatū in oī ſapiētia ac virtute tam eminentē, & apud
antiq̄s talia plus reputabant ac honorabant in ꝓſidentibus,q̄ nobilitas carnis. Filia q̄q; prin
cipis militū,& ꝓ tūc ſummi antiſtitis Aegyptioꝝ,fuit ipſi⁹ Ioſeph vxor. Deīde in litera reci-
tat,q̄liter Pharao cōmiſit Ioſeph,vt patrē ſuū cū oīb⁹ ſuis faceret in Aegyptū deſcēdere. [Di
xitq́ ad Ioſeph]Pharao: [vt imparet &c. ego dabo vobis oīa bona Aegypti] .i. ſufficientiā,
imo & abundantiā oīm diuitiaꝝ Aegyptiaꝝ, ſeu q̄dā de oībus.[vt comedatis medullā terrę
&c.].i. delicatiores & optimos fructus ac cibos Aegypti. [Singulis q̄q; fratribus proferri]
i.ex bonis ſuis dari,[iuſſit binas ſtolas: Beniamin vero] fratri ſuo vterino ac ꝓdilecto [dedit
trecētos argēteos]nūmos,q̄rū valor nobis ignotus eſt.[cū q̄nq; ſtolis optimis,tantūdē pecu
niæ & veſtiū mittēs patri &c.]ſi forſitan indigeret, q̄a ꝓ bladis iā multa expoſuit, magis tñ
in ſignū amoris & opulētiæ ſuæ credit hoc feciſſe.Stola(vt in Scho.habet hiſt.)dicit ἀπὸ τοῦ
τέλου q̄d eſt lōgū, q̄ſi veſtis talaris. [Dimiſit ergo fratres ſuos].i.abire fecit,[& proficiſcētib⁹ Euſebi⁹.
ait:Ne iraſcamini in via.]Hoc dixit,ne inter ſe cōtēderēt de vēditiōe Ioſeph,in q̄ vn⁹ habuit
maiorē culpā q̄ alius, vel de hoc ꝙ q̄dā eoꝝ volebāt eū occidere, ſicq́ ſeinuicē accuſando &
excuſādo in talib⁹,litigarēt.[Qui &c.venerūt &c.ad patrē ſuū,&c.dicētes:Ioſeph filius tu⁹ vi
uit]adhuc in carne, q multo ſalubrius ꝑ grām & virtutes vixit in mēte. [& ipſe dñatur in oī
terra Aegypti]dñatiōe adminiſtratiōis & ordinatę ꝓlationis,q̄ ordinat ad bonū cōmune in-
ferioꝝ,nō dñatione faſtus atq; tyrānidis,quæ ad propria cōmoda retorquet.[Quo audito Ia
cob q̄ſi de graui ſomno euigilās,] hoc eſt,de profundo inueterati mœroris parumper reſpi-
rans.[tñ nō credebat eis]prima aſſertione.Nempe q̄ multū læta ac proſpera ſunt,ſi ante fue-
runt inſperata,aut paꝝ ſperata,non aut vix credunt qñ denunciātur.Primo, qm̄ menti in-
oritur ſubito ſubitanea quædā formido, ne forte ſit aliter, ſicq́ facilē credulitatē ſequat re-
cens ac maior afflictio.Secūdo,qm̄ inſperata nō credunt faciliter, niſi ꝑ effectū aut euidentiā
facti. Mens q̄q; hūana nō mutat faciliter de extremo in extremū,niſi ꝑ mediū.[Illi ecōtra re-
ferebāt oēm ordinē rei:]hoc eſt,q̄liter Ioſeph in Aegyptū ꝑ venditiōem deuenit,& qualiter
ibi extitit ſublimatus,& cætera q̄ viderūt ac paſſi fuerūt,atq; in argumentū veritatis oſten-
derūt dona eis data,& reliqua ſibi à Ioſeph miſſa. [Cumq́]Iacob [vidiſſet plauſtra &c.reui-
xit ſpūs ei⁹].i.de vehemēti triſtitia ac deſolatiōe,q̄ mortis imagines ſunt,ad viuacitatē & iu
cūditatē reuerſus eſt.[& ait:Sufficit mihi.] pro cōſolatiōe lōgi mœroris mei, & q̄ ad id q̄d in
hac vita de exterioribus reb⁹ potiſſimū opto,[ſi adhuc Ioſeph filius meus viuit &c.]hoc eſt,
vita ipſius bona & proſpera,ad hæc mihi ſufficiens eſt. Quaſi dicat:Iniuriā ſibi factā,& emi
nentiā eius tā magnā ꝑtranſeo. ¶Præterea iuxta ſpūalitatem, per pietatē, charitatem & be-
neficia Ioſeph in fratres ſuos,etiā tranſgreſſores:ſignificatur pietas,dilectio & bñficētia Chri
ſti in Chriſtianos,q̄uis ingratos,dūmodo vere pœniteant:immo & impœnitentes frequen-
ter per aduerſa ad ſuoꝝ recognitionem exceſſuum induſtrioſiſſime trahit.
¶Elucidatio cap. XLVI. Profectusq́ Iſrael cū oībus quæ habebat. Art. XCVII.
Deſcenſus

DEſcenſus Iacob patriarchæ ac ſuoꝝ in Aegyptũ, in capitulo iſto deſcribitur. [Profe-
ctusq́ Iſrael]ſ. Iacob[cũ oĩbus quæ habebat,]ſcilicet domeſticis, q in iſto numerantur
capitulo,& poſſeſſionibus ſuis,[venit ad puteũ iuramenti:]de q̄ puteo dictum eſt in ex-
poſitione 21. capituli. ibi nanq; Abraham atq; Abimelech inierũt fœdus pacis & amicitię cũ
Gen. 21. iuramento,& eſt iuxta Berſabee,fuitq́ via Iacob recta per locum illum. Voluit q̄q; illuc di-
uertere ac dormire, vt offerret ibi hoſtias Deo,& orationi inſiſteret, qm̃ Abrahã diu habita
uit ibidem, & inuocauit ibi nomen Dei æterni, ſicut p̄allegato narraẗ capitulo, quẽadmodũ
etiam dũ iuit ad Meſopotamiã, diuertit ad mõtem Moria, in quo Abrahã filium ſuum Iſa-
Ibidem. ac immolauit, vt illic orationi ac deuotioni vacaret. [& mactatis ibi victimis Deo patris ſui
Iſaac] .i. poſtq̄ in loco illo ante noctẽ occidiſſet & obtuliſſet Deo animalia quædã mũda ac
immolatitia, ſicut in lege naturæ fieri cõſueuit,& Abel, Noe,& Abrahã cum alijs, feciſſe legũ
tur.[audiuit eum p̄ viſionẽ nocte vocantẽ ſe.] Iſtud videẗ de interiori auditu intelligendũ, q
Gen. 4. audit⁹ verſaẗ circa internã allocutionẽ, cuius intellectio eſt interior viſio. ſic ergo audiuit au
Gen. 8. ditu mẽtali Deũ, vocantẽ ſe vocatiõe interiori p̄ viſionẽ ſeu apparitionẽ internã, qua ei ap-
Gen. 15. paruit p̄ angelũ ſanctũ, p̄ cuius miniſteriũ oĩa iſta in p̄ſona Dei fiebant:ſicq́ reuelatio iſta fa
cta eſt in ſomno p̄ viſionẽ imaginariã aut intellectualẽ. Si aũt facta eſt in vigilia, exponi hæc
poſſent de exteriori auditu atq; ſenſibili allocutiõe facta p̄ viſionẽ ſeu apparitionẽ angelicã,
intus aut etiã foris exhibitã: & vt ferẗ in Gloſſa, Merito Deus oſtẽdit ſe, & allocutus eſt Ia-
cob in hoc loco pacis ac amicitiæ initæ.[& dicentẽ ſibi:Iacob Iacob.] Repetitio noĩs, eſt ſi-
1. Reg. 3. gnũ dilectiõis, & excitatio attentiõis. [Cui reſpõdit:Ecce adſum.] q̄ſi loquẽs cum Samuele:
Pſal. 84. Loquere dñe, q̄a audit ſeruus tu⁹. Et cũ pſal. Audiã q̄d loquaẗ in me dñs Deus. [Ait illi De⁹
p̄ angelũ:[Ego ſum fortiſſimus]q̄a oĩpotens,[Deus patris tui]cuius reſpectu infirma ac im-
becillis eſt oĩs creatura. [Noli timere, ſed deſcẽde in Aegyptũ.]Dicũt aliqui ꝙ Iacob timuit
illuc deſcẽdere, qm̃ ſenex erat ac debilis,& ne cõtingeret eũ ſepeliri in Aegypto, cũ cuperet
in ſpelunca duplici cũ ſuis patribus ſepeliri. Ego aũt potius credo, ꝙ cũ oĩ auiditate & iucũ-
ditate illuc deſcẽdit, quaſi chariſſimum filium ibi viſurus in gloria, & ſufficientiã habiturus
ibidẽ cum oĩ ſobole ſua, nec p̄pter debilitatẽ aut ſenium formidauit iter illud peragere, q̄a in
curru cõuenienti ac molli ſedebat. Sciuit q̄q; ſe poſſe diſponere de reductiõe corporis ſui, &
ſepelitione eius in ſpelunca præfata. ſed forſitan ideo magis timebat, q̄a ſciebat qualiter De
us diu ante prædixerat Abrahæ, qualiter poſteri eſſent affligẽdi in terra Aegypti: ideo dñs
cõſequenter promittit ei reductionẽ ſuæ poſteritatis ad terrã p̄miſſiõis. [q̄a in gẽtẽ magnã
faciã te ibi].i. ſobolẽ tuã multiplicabo in Aegypto copioſiſſime. [Ego deſcẽdã tecũ illuc].i.
p̄ totũ iter iſtud gratioſe adero tibi, teq́ cuſtodiã.[& ego inde adducã te reuertẽtẽ].i. poſteros
tuos inde reducã ad terrã quã p̄miſi tibi eis daturꝰ. [Ioſeph q̄q; ponet man⁹ ſuas ſup̄ oculos
tuos].i. ſup̄ſtitẽ eũ relinques, qm̃ claudet oculos tuos cum obieris.[Surrexit autẽ Iacob mane
à puteo iuramẽti &c.]iuxta quẽ imolauit, dormiuit, viſionẽq; habuit. [venitq́; in Aegyptũ
cum oĩ ſemine ſuo]nõ ſimpliciter cum omni ſemine ſuo, qm̃ Ioſeph & filij eius iam ante in
Aegypto fuerunt, ſed cum omni ſemine ſuo, q̄d ſecum in terra Chanaan vſq; tunc habita-
uit.[filij eius & nepotes,] videlicet filij filioꝝ ſuoꝝ.[filiæ] Iacob non habuit niſi vnicã filiã à
ſe immediate natã, ſ. Dinã, quæ cum neptib⁹ patris ſui filiæ eius dicuntur.[&]pro, id eſt,[cun
cta ſimul progenies.]Deinde exprimunẗ in litera duodecim filij Iacob cum filijs ſuis,& pla-
na eſt litera, demptis aliquibus verbis. Nominatis quippe ſex filijs Liæ, & filijs filiorum illo-
rum, ſubiungitur hic:[Hi filij Lię, quos genuit in Meſopotamia cum Dina filia ſua.]Quod
quidam exponunt nõ ſolum de immediatis filijs Liæ, ſed etiam de filijs filiorum qui nomi-
nantur in textu, qui tamen filij filiorum nõ ſunt in Meſopotamia, ſed in Chanaan nati: quod
ſoluunt, dicẽtes ꝙ ideo filij filiorum dicuntur in Meſopotamia nati, quia patres eorum ſunt
geniti ibi: quod videtur improprie dictum: ſic etem̃ dici poſſet, ꝙ etiam filij Ioſeph eſſent in
Meſopotamia generati, quia pater eorum generatus eſt ibi. idcirco quod dictum eſt, Hi filij
Liæ, aptius referendum videtur ad ſex filios eius præfatos. ¶Inſup̄ in verbis textus frequẽter
ponitur pars pro toto, videlicet anima pro homo. Dicunturq́ egreſſæ animæ de femore Ia
cob, quia homines ex ipſo Iacob p̄ generationem egreſſi ſunt, quantum ad carnem, nec ani-
ma rationalis ex traduce eſt, nec de potentia materiæ educta, ſed à Deo p̄ creationẽ infundiẗ.
[filij Beniamin &c.]Quocirca notandum, ꝙ decẽ fuerũt filij Beniamin, quanuis in textu vi-
deantur tantummodo nouẽ poni. In ſumma em̃ concluditur:[Hi filij Rachel, quos genuit
Iacob: oẽs animæ quatuordecim.]in qua ſumma includunẗ Ioſeph & Beniamin. Cum ergo
Ioſeph nõ habuerit niſi duos filios, oportet ꝙ ibi fuerint decẽ filij Beniamin: aliter ſumma
nõ excreſceret vſq; ad quatuordecim. ¶Porro ꝙ in textu nõ videntur niſi nouẽ filij Benia-
min nominari, cõtingit ex hoc, ꝙ duo nomina hebraica ſcribũtur ibi vt vnũ nomẽ, videlicet
Ophim. Sunt q̄q; hic nomina quædam, quæ primo Paralipomenon libro aliter exprimun-
1. Par. 2. tur, vel q̄a perſonę erãt binomię, aut eadem noĩa diuerſimode terminantur ſeu inchoantur.
Rurſus

Rurſus in litera dicitur:[Filij Dan, Vſim.]vbi plurale ponitur p̄ ſingulari, quoniam Dan nõ
niſi vnum habuit filium, à quo tamen in Aegypto p̄pagata eſt magna tribus.[Cunctæ ani-
mæ quæ ingreſſę ſunt Aegyptum cum Iacob,& egreſſę de femore eius,]ſumendo partem p̄
toto, vt tactum eſt, [abſq; vxoribus filiorum,] quæ vxores nõ fuerunt natæ ex ſemine Iacob,
ideoq́ exceptio iſta nõ eſt propria, vel refertur ad id duntaxat quod dictum eſt, cunctæ ani-
mæ quæ ingreſſę ſunt cum Iacob in Aegyptum, fuerunt[ſexaginta ſex.]Iſtud, videlicet ꝙ Ia
cob ingreſſus eſt Aegyptum cũ ſexaginta ſex p̄ſonis ex ſuo ſemine natis, in ſeipſo facile eſt, fa
ciliterq́ probatur. Iam em̃ in textu præhabitum eſt, ꝙ filij Liæ fuerunt trigintatres, nomi-
ne filioꝝ intelligendo etiã nepotes: & ſimili modo filij Zelphæ fuerunt ſedecim, filij Rachel
quatuordecim, filij Balæ ſeptẽ, qui ſimul ſunt ſeptuaginta, q ex Iacob ſunt geniti: ſed iſti oẽs
nõ intrauerunt cum eo Aegyptum, quoniam duo filij Iudæ, videlicet Her & Onan, iam an-
te in terra Chanaan obierunt. Ioſeph quoq; & duo filij eius fuerunt ante Iacob in Aegypto,
ſicq́ de numero illo ſeptuagenario remanent ſexagintaquinq;, qui cũ Iacob Aegyptum in-
greſſi ſunt de femore eius: quibus ſi Dina filia eius addaẗ, ſunt ſexagintaſex. Veruntñ circa
hæc oritur q̄ſtio, vt videtur, difficilis. Dicitur em̃ in textu, oẽs aĩæ filioꝝ eius videlicet Liæ,
& filiaꝝ trigintatres: & tamen ſoli filij Liæ, ſunt trigintatres, vt computantibus patet. Ru-
ben nanq; habuit filios quatuor, Simeon ſex, Leui tres, Iudas quinq;, Phares filius Iudæ du-
os, Iſachar quatuor, Zabulon tres, ergo in litera ſuperflue additur,[& filiaꝝ:]vel ſumma eſt
diminuta, quia cum filiabus. i. cum Dina filia Liæ, accipiendo plurale pro ſingulari, fuerũt
animæ ſeu p̄ſonæ illæ trigintaquatuor. ¶Ad hoc dicendũ videtur, ꝙ numerus maior nõ ex-
cludit, ſed ponit minorẽ, nec tñ ſumma in litera expreſſa, eſt diminuta, q̄a principales p̄ſonas
(i. mares) expreſſit. Et ſi dicatur, Ergo ſup̄flue addebaẗ,& filiaꝝ, cum ſoli filij eſſent triginta
tres: Reſpondeẗ ꝙ hoc non eſt ſup̄flue additũ, ſed ex rationabili cauſa, ne ſ. p̄ſona filiæ videre
tur omnino omiſſa in ſumma. Præterea, computationis difficultatem auget, quod in textu
ſubiũgitur: [Omnes animæ domus Iacob, quæ ingreſſæ ſunt in Aegyptum, fuerunt ſeptua-
ginta.] Iam em̃ dictum eſt, ꝙ cunctæ animæ quæ cum Iacob in Aegyptum ingreſſæ ſunt,
egreſſæ de femore eius, fuerunt ſexagintaſex: quomodo ergo nunc diciẗ, ꝙ oẽs animæ do-
mus Iacob, q̄ ingreſſę ſunt in Aegyptum, fuerũt ſeptuaginta? Ad hoc aliqui dicunt, hoc vl-
timo loco nõ dici, omnes animæ domus Iacob quę egreſſæ ſunt de femore eius: neq; hic di-
citur, quæ cũ eo intrauerũt Aegyptũ, ſed ſimpliciter oẽs aĩæ domus Iacob quæ ingreſſæ ſunt
Aegyptum, fuerũt ſeptuaginta: idcirco ſub numero iſto includunt & ipſum Iacob, q fuit pa
terfamilias, pars & caput ſuæ domus, hoc eſt, eoꝝ qui habitauerũt ſecum, ſiue in domo ſua,
quoꝝ ipſe extitit vnus,& etiam filium eius Ioſeph, qui intrauit Aegyptum, quãuis ante pa-
trem ſuum, duoſq́ filios Ioſeph, qui quãuis in Aegypto ſint nati, tñ naſcendo ibidẽ, ipſam
Aegyptum ingreſſi ſunt. Aliqui vero pro duobus filijs Ioſeph numerant Zelpham & Balam
vxores Iacob, de quibus tñ incertum eſt, an tunc adhuc vixerunt. Liam vero & Rachelem
cõſtat mortuas tunc fuiſſe. Sed adhuc difficultatẽ huius cõputationis auget potiſſime, quod
Septuaginta tranſtulerunt interpretes, oẽs animæ domus &c. fuerũt ſeptuagintaquinq;, nec
poſſumus dicere trãslationem illam hoc loco eſſe corruptam ſiue erroneam, quoniam Lu-
cas in Actorum libro ita allegat: Mittẽs aũt Ioſeph, accerſiuit patrẽ ſuũ in animabus ſeptua Acto. 7.
gintaquinq;. Ad quod reſpondet beatus Hieronymus, per prolepſin ſeu præoccupationem
vel anticipationem hoc ab illis interpretibus eſſe prolatum, ita ꝙ numerant etiam quinq; Hieron.
filios filiorum Ioſeph tunc nondum natos: quoniam duo filij Ioſeph, erant duas tribus factu
ri: & propter ipſius Ioſeph honorem, ſeptuaginta quoq; interpretes tranſtulerunt ſeptua-
ginta animas domus Iacob introijſſe Aegyptum. Lucas aũt ſecutus eſt trãslationem Septua Acto. 7.
ginta interpretum. Scripſit em̃ conuerſis ex gentilitate, ad quos translatio iſta fuit famoſa.
[Miſit aũt Iacob Iudã ante ſe ad Ioſeph.]Fuit equidem (vt tactũ eſt ſæpe) Iudas multis do
nis ornatus præ fratribus ſuis poſt Ioſeph. Erat enim robuſtior, prudentior & eloquẽtior il
lis.[vt nunciaret ei]ſ. Ioſeph filio ſuo ſuũ aduentũ,[& ille]videlicet Ioſeph[occurreret]ei[in
Geſſen].i. in illa parte regni Aegyptij. Nam Ioſeph p̄ fratres ſuos inſinuauit iam ante patri
ſuo, vt primo veniret ad terram Geſſen,& ibi p̄ſtolaretur ſuũ aduẽtum.& dicit quidam, ꝙ
ideo Ioſeph hoc fecit, vt ibi inſtrueret patrem ſuum ac fratres, qualiter loquerẽtur ad regẽ,
quæ cauſa videtur inepta, quia de hoc poterat patrẽ ac fratres in propria domo ſua facili-
ter informare. Potius ergo reor, ꝙ ideo Ioſeph ſic ordinauit, q̄a intendebat patrem ſuum ac
fratrem cõſtituere ad habitandum in Geſſen: ideo voluit vt terræ illius aptitudinem primo
viderent,& item vt exinde patrẽ ſuũ cũ honore ad propriã domũ deduceret.[Quo cũ p̄ue-
niſſet].i. cũ Iacob veniſſet in Geſſen, [iuncto Ioſeph curru ſuo]cum alijs multis q̊s ſecum p̄-
duxit,[aſſcendit obuiã patri]ad eundem locum.[videnſq; eum, irruit ſup̄ collum eius,& in-
ter amplexus fleuit.]Cũ em̃ appropinquarẽt, deſcẽderũt ambo de curru:& Ioſeph q iunior
& velocior erat, vrgente amoris ardore, cucurrit ad patrẽ ſuũ, qui & ipſe feſtinauit ad filiũ:
moxq́

moxq́; Ioſeph ſtringere cœpit ac oſculari collum chariſſimi patris ac vultum: qui ſe inui-
cem amplectendo ac oſculãdo, fleuerunt præ gaudio, gratias Deo deuotiſſime referentes, ꝗ
tam pie ordinauit cũ ipſis, ac taliter ipſos coniunxit. Et vt Ioſephus refert, Iacob ex inopi-
Ioſe.li.2. nata & magna lętitia pene ad defectũ mentis peruenit: ſed recreauit eum Ioſeph, q̃uis nec ipſe
ant.Iud. ſe cõtinuerit, vt nõ præ nimia lætitia quaſi tale ꝗd ſuſtinuerit. [Dixitq́; pater ad Ioſeph: Iam
cap. 7. lætus moriar,] id eſt, vſq; ad mortem iucunde viuam, & in ipſa morte cõſolationẽ habebo,
[ꝗa vidi faciẽ tuã, & ſupſtitem te relinquo] i. poſt mortem meã ſuperſtes manebis, pro con
ſolatione & profectu filiorũ tuorũ ac fratrũ atq; totius tuæ proſapiæ in terra hac aliena. Iam
enĩ in iſto capitulo dictum eſt, ꝙ De⁹ reuelauit ipſi Iacob, ipſum Ioſeph eſſe victurum poſt
patrem ſuum. multa quoq; alia verba habuerunt adinuicẽ tunc Iacob & Ioſeph, quę nõ ſunt
deſcripta. [At ille locutus &c. Cumq́; vocauerit vos] Pharao, [& dixerit, ꝗd eſt op⁹ veſtrũ] i.
exercitium principale ſiue officium, [reſpondebitis: Viri paſtores ſumus ſerui tui] id eſt, eſſe
cœpimus, [ab infantia] hoc eſt, à pueritia [noſtra &c. Hæc autem dicetis, vt habitare poſſitis
in terra Geſſen:] quæ, ſicut præhabitũ eſt, paſcualis eſt & fœcunda. [quia deteſtantur Aegy-
ptij omnes paſtores ouium:] ideo expedit vobis habitare ſeorſum ab illis. Cur autem Aegy-
ptij deteſtentur ouium paſtores, ſi quæratur: dicendum, ꝗa Aegyptij coluerunt taurorũ & ouẽ,
qui à paſtoribus ſæpe percutiuntur, & ab Hebræis mactabantur ac edebantur. ¶Circa hæc
dicit hiſtoria Scholaſtica: Pro terra Geſſen, alij habent, [ad vrbem heroum in terra Rameſ-
ſe.] quæ tunc Geſſen, poſtea Thebais dicta eſt, à qua fuerũt Thebęi, quorũ legioni pfuit ſan-
ctus Mauricius. In finib⁹ aũt terrę illius poſtea ædificauerũt Hebræi, cogentibus Aegyptijs,
vrbem tabernaculorũ, quæ dicta eſt Rameſſe. ¶Poſtremo circa hæc ſcribit Auguſtinus: Cõ-
Auguſt. mendatur in patriarchis, ꝙ pecorum nutritores fuerunt à pueritia ſua, & à parentibus ſuis:
quia hæc eſt iuſta ſeruitus, iuſtaq́; dominatio, cum pecora ſeruiunt homini, & homo pecori
bus dominatur, quoniam ratio dominari debet irrationabili vitæ. Seruum autem hominẽ
homini, fecit iniquitas vel aduerſitas: Iniquitas, iuxta illud: Maledictus Chanaan, ſeru⁹ erit
Gen. 9. fratribus ſuis. Aduerſitas, ſicut Ioſeph vẽditus à fratribus ſuis, factus eſt ſeruus Aegyptij. Pri
Gen. 41. mo ergo bella fecerũt ſeruos, ꝗbus Latina lingua dedit hoc nomẽ. Qui enĩ ſuperat⁹ iure bel
li poſſet occidi, appellatus eſt ſeruus, quia ad vitã ſeruatus. Inde dicuntur mancipia, ꝗa ſunt
mancipata. Eſt etiam ordo naturalis in hominibus, vt ſeruiant fœminæ viris, filijq́; parenti
bus: quia & illic iſta iuſtitia eſt, vt infirmior ratione, ſeruiat fortiori. Hæc ergo in ſeruitutib⁹
& dominationibus clarior extat iuſtitia, vt qui eminẽt ratiõe, excellãt dominatione. Quod
dum in hoc ſeculo per iniquitatem hoĩm perturbat, per variã carnalium diuerſitatem ſuſti
nent iuſti tẽporalem aduerſitatem, habituri in fine ſempiternam ac ordinatiſſimã felicitatẽ.
¶At vero iuxta myſticum ſenſum, per Iacob deſcendentem in Aegyptũ cum quadã formi
dine, deſignatur vir virtuoſus, religioſus & contemplatiuus, ꝗ interdum ad ſeculares & exte
riora negocia ab altitudine ſpiritualium exercitiorũ ſuorũ deſcendit, pro bono cõmuni &
aliorũ conuerſione: tñ cum proprij detrimẽti timore, ne forte charitatis feruor in ſe frige-
ſcat, aut cũ impijs peruertatur: quẽ dñs miſericorditer conſolatur, ſuam ei promittens gratio-
ſam pſentiam, atq; ꝙ Ioſeph ponet manum ſuã ſuper oculos eius, hoc eſt, ꝙ Chr̃s ſua virtu-
te ac ſapientia illuminabit ac cõfortabit interiores oculos eius: ꝗd dum vir virtuoſus fuerit
inter ſeculares & exteriora expertus, magnifice gloriatur, præſertim dum Chr̃m relinquit
ſupſtitem in cordibus conuerſorũ, quãdo ipſe ab illis diſcedit. ¶Præterea, per hoc ꝙ Aegy-
ptij deteſtabant paſtores ouiũ, deſignatur, ꝙ mundani & ambitioſi atq; verſuti deſpiciunt iu
ſtos ac ſimplices, immo & iuſtos prælatos, quemadmodũ Salomon ait: Abominatio eſt iniq̃
Pro. 24. vir iuſtus. ¶Per hoc quoq;, ꝙ filij Iſrael paſtores, elegerũt habitare ſeorſum in terra Geſſen,
datur intelligi, ꝙ contemplatiui ac boni prælati, omnesq́; iuſti, eligunt, quantũ valent, Deo
in ſolitudine ſeu loco quieto vacare, & in ſpirituali opulentia demorari, ſicq́; prauorum de-
clinare conſortia, quatenus in abſcondito vultus Dei guſtẽt magnitudinem, multitudinẽq́;
dulcedinis domini, qui ſolus eſſentialiter & * incircunſcriptibilis dulcis eſt.

¶Elucidatio cap. XLVII. Ingreſſus ergo Ioſeph, nunciauit Pharaoni. Arti. 98.

Recitatur nunc conſequenter, qualiter Iacob patriarcha & filij eius in Aegypto habita-
re cœperũt, & quomodo interim cariſtia vndiq; creuit. [Ingreſſus ergo Ioſeph] palati-
um regis, [nunciauit Pharaoni, dicens: Pater meus & fratres &c. venerunt, &c. conſiſtunt
in terra Geſſen.] Hoc quod ait, conſiſtunt in terra Geſſen, referendum eſt non ad ipſum Ia-
cob, eiusq́; filios, ſed ad vxores fratrum, & ad poſſeſſiones eorum ac patris, quaſi Ioſeph im-
plicite dicat: Terram in qua ſunt, cupiunt ſibi ad habitandum donari. Porro patrem ſuum
ac fratres ſecum adduxit Ioſeph. Nam ſubditur: [Extremos quoq; fratrum ſuorum quinq;
viros ſtatuit coram rege.] Extremum, vno modo ſumitur pro ſupremo ſeu maximo, ſicq́;
horum ſenſus verborũ eſt, ꝙ Ioſeph adduxit ac poſuit quinq; ex fratribus ſuis magis idone-
os, prudentiores ac fortiores, in præſentia regis, tanquam digniores ad apparendum co-
ram

ram illo, & vt ex illorum adſpectu Pharao ac eius miniſtri præſidentiã ipſius Ioſeph haberẽt
amplius gratam, quippe qui tot fratres haberet tam aptos. Secundo extremũ vocatur, ꝗd
vltimum extat ac infimum: & ita ſenſus eſſet, ꝙ Ioſeph præſentauit regi fratres ſuos quinq;
iuniores & debiliores, ne ſi vidiſſet robuſtiores, teneret eos in ſua familia, & bellicis rebus in-
uolueret. ſicq́; vt fertur, exponunt Hebræi. prima tamẽ expoſitio verior reputatur. [Quos il-
le interrogauit: Quid habetis operis?] Ex hoc probatur, regib⁹ nõ placere vt inferiores ſint
ocioſi aut inutiliter occupati, ſed aliquid faciant, quod ad bonũ cõmune ſit aliquo modo re-
feribile. [Reſponderũt: Paſtores ouium ſumus &c.] non tñ ouium tantum, ſed & alia diuer-
ſarum ſpecierum pecora nutriebant, videlicet boues, vaccas, capras, camelos &c. vt pa-
tuit ſæpe. [Ad peregrinandum in terrã tuam venimus] id eſt, ad hoc, vt habitemus tẽpore
aliquanto in regno tuo tãquam in terra nobis aliena. Vel, ad peregrinandum, hoc eſt, ad
viuendum conuerſatione tendente ad aliam vitã futuram ac meliorem in patria beatorũ,
ad quam vita præſens eſt via ac peregrinatio quædam. [quoniã non eſt herba gregibus ſer-
uorũ tuorum] i. quoniam pecora noſtra non inueniũt in terra Chanaan paſcua. Illa extitit
vna cauſa. Alia, quia nec ipſi habuerũt ibi neceſſaria vitæ. Tertia, quoniam Iacob voluit, cũ-
ctis poſtpoſitis, ad filium ſuum chariſſimũ Ioſeph venire. ¶Circa quod quæritur, qualiter
erant paſcua in Aegypto tempore tantæ ſterilitatis potius quàm in Chanaan. Ad ꝗd quidã
reſpondent: Dicunt aliqui, ꝙ tẽpore ſiccitatis ex qua cauſabatur iſta ſterilitas, ſunt bona pa
ſcua in Aegypto: quia inundatio Nili ex aqua ſuper terram manente, plus impedit genera-
tionem herbarũ q̃ ſiccitas. ſed iſtud apparentiam nullã ſortitur, ꝙ ſcilicet tempore ſiccitatis
præcipue ſint paſcua bona, ita ꝙ ſiccitas conferat ad productionem herbarũ ſeu graminum.
Verius ego cenſetur, quod in Scholaſtica fertur hiſtoria, ꝗa Aegyptus cõtra naturã aliarum Euſebi⁹.
regionum, cum abũdat frugibus, ſterilis eſt in paſcuis, & econtra. Diuturnior enĩ mora flu-
minis ſuper terram, tempora colendi impedit, vel ſata extinguit, paſcua vero nutrit. His cõ-
ſonat quod loqtur Auguſtinus: Sicut perhibetur ex his qui loca ſciũt, in multis Aegypti pa Auguſt.
ludibus poterãt paſcua non deeſſe, etiã cum defectus eſſet frumentorũ quæ ſolent Nili inun
datione oriri. Dicuntur enĩ iſtæ paludes copioſius paſcua germinare, qñ aqua Nili nimis ex-
creſcit. [Dixit itaq; rex ad Ioſeph &c. Terra Aegypti in conſpectu tuo eſt] i. in tua poteſtate
ſeu diſpoſitiõe, ita vt tu ipſe poſſis patrẽ & fratres tuos locare vbi tibi placuerit. [In optimo
loco fac eos habitare, &] pro id eſt, [trade eis terrã Geſſen] ad habitandũ. Veruntamen Ioſe
phus dicit: Conceſſit eis Pharao, vt in Heliopoli conuerſarent. Illic enĩ paſtores eius habue- Ioſe.li.2.
rãt paſcua, & forte hoc ideo factum eſt, quoniam vxor ipſius Ioſeph fuit filia ſacerdotis He- ant. Iud.
liopoleos, vel terra Geſſen forſan ad Heliopolis territoriũ pertinebat. [Quod ſi noſti in eis cap. 8.
eſſe viros induſtrios] in agricultura & pecorũ paſtu atq; cuſtodia, [conſtitue illos magiſtros
pecorum meorũ:] vt ſ. pręſint cuſtodibus gregum meorũ, quod eſt in familijs regum magnũ
officium. Ex quibus verbis perpenditur, ꝙ Pharao in tãtum cõfidebat de fidelitate Ioſeph,
ꝙ credidit eum plus quærere cõmodum ſuũ quàm fratrum ſuorũ. [Poſt hæc introduxit Io-
ſeph patrẽ ſuũ ad regem &c. Qui] ſcilicet pater, [benedicens illi,] vtpote regi, imprecãdo ei
proſpera, & ſalutãdo eundem, [& interrogatus ab illo,] puta à rege, [quot ſunt dies annorũ
vitæ tuæ?] hoc eſt, quot annos vixiſti? Non aũt volebat rex quærere numerum certum dierũ
quos vixit, quos numerare fuiſſet difficile. [Reſpondit: Dies peregrinationis vitæ meę ſuper
terrã] i. dies cõuerſationis meæ in ſeculo iſto, in quo tanquã peregrinus & aduena vixi, ſuſpi
rans ac tendens ad patriã electorũ, ita ꝙ conuerſatio mea fuit peregrinatio ſeu tendentia ad
vitam beatã, [centum triginta annorũ ſunt, parui & mali:] parui, reſpectu futuræ durationis
in vita beata, quæ finem nõ habet: parui quoq;, quia pauciores diebus, quibus prædeceſſores
mei vixerũt: & mali, quia malis pœnalibus, ſ. tribulationib⁹, laboribus, doloribus, triſtitijs,
aduerſitatibusq́; ſimilibus pleni fuerunt. Talia enĩ paſſus fuit Iacob, à facie Eſau fugiẽdo ac
metuendo, in Meſopotamia laborãdo, & ex Ioſeph amiſſione, alijsq́; diuerſis euẽtibus. Sed
& mala culparum venialiũ diebus eius fuerũt admixta. [& non peruenerunt vſq; ad dies pa-
trum meorũ, quibus peregrinati ſunt] ſuper terrã. Iſaac nanq; vixit annis centum octogin-
ta, Abrahã centum ſeptuagintaquinq;: & qui ante eos fuerunt, vixerũt multo diutius. Itaq;
ſancti in lege naturali & ſcripta, reputabant ſe peregrinos & aduenas in hoc mundo: ſpecia-
liter quoq; Abrahã, Iſaac & Iacob, qui frequenter loca habitationum ſuarum mutabãt, ha- Hebr. 11.
bitando in caſulis, de quibus ad Hebræos ait Apoſtolus: Defuncti ſunt omnes iſti, non acce-
ptis repromiſſionibus, ſed de longe eas adſpicientes, & confitentes quia hoſpites & peregrini
ſunt ſuper terram. Hinc Pſalmiſta loquitur Deo: Ne ſileas qm̃ aduena ſum apud te & peregri Pſal. 38.
nus, ſicut omnes patres mei. [Et benedicto rege, egreſſus eſt foras] i. poſtquam benedixiſſet
Pharaoni, exiuit palatium: quia non erat res ſua, diu manere in regis palatio, quemadmo-
dum & Berzellai dixit ad Dauid, qui voluit eum ducere ſecum: Nunquid vigent ſenſus mei 2. Reg. 19
ad diſcernendum &c? Ex verbis inductis apparet, ꝙ Iacob benedixit bis Pharaoni: primo,

mox quãdo intrauit ad eum, antequã fuit interrogatus ab eo quãdiu vixiſſet. Secundo, poſt
illius quæſtiõis ſolutionem. Rex eñi videns atq; cõſiderãs tam venerãdi ſenis ſimplicitatem,
ſapientiã ac virtutes, delectatus fuit in eo: & iterato (vt arbitror) petijt benedici ab eo. ¶ Sed
cur Ioſeph non introduxit patrem ſuũ ad regem ante filios ſuos, vel ſaltem cũ eis? Dici po-
teſt, ꝙ Ioſeph forte volebat primo experiri, q̃liter Pharao ſe haberet ad fratres ſuos, ne for-
ſitan aliqua mœroris occaſio accideret ſeni patri. Cumq; fuiſſet expertus beneuolentiam re-
gis ad fratres, ſecure introduxit patrẽ. [Ioſeph vero &c. alebat eos, oẽmq; domũ patris ſui,
præbens cibaria ſingulis] ſ. certis tẽporibus miſit eis tãtum de tritico ac neceſſarijs, ꝙ ſufficie
bat vniuerſis ac ſingulis ſuis cognatis. [In toto eñi orbe panis deerat &c.] Hoc per hyper-
bolen & ſynecdochen dicitur, quia in Aegypto & regnis circũiacentibus fuit cariſtia, non
abſolute in toto mundo. [E quibus] ſ. venientibus ad ſe ex Aegypto & Chanaan ac alijs re-
gnis, [congregauit] Ioſeph [oẽm pecuniã] quã ab eis iuſte accepit [pro venditione frumẽti]
hoc eſt, pro frumento q̊d vendidit eis. [& intulit eã in ærariũ regis]. i. in repoſitorium theſau
roꝝ ipſius. ¶ Circa hoc ſcribit Lyra: Tãtum valet res, quantũ vẽdi poteſt: idcirco q̊d Ioſeph
emerat pro precio paruo, tempore fertilitatis ab Aegyptijs, potuit eis reuendere, & multo
plus alijs pro precio maiori, maxime quia nullũ cõpulerat ad vendendum ſibi bladum nomi
ne regis. ¶ Sed cõtra hoc ſcribit Rabbi Paulus, quia in emptiõe & venditiõe æqualitas iuſti-
tiæ eſt ſeruanda: ideo nõ videt dicendũ, ꝙ res tãtum valet quãtum poſſit vendi. ¶ Circa iſta di
cendũ, ꝙ iuxta ſcripta Thomæ in ſecunda ſecundæ quæſt. 77. Carius vendere, ſimiliter vilius
emere, q̃ res valet, eſt ſecundũ ſe illicitũ atq; iniuſtum: idcirco cõtractus inſtituẽdus eſt ſecũ-
dũ æqualitatẽ, q̃ menſurat ſecũdũ preciũ datũ aut dãdum. Itaq; de venditiõe & emptiõe poſ
ſumus loqui dupliciter: Vno modo ſecundũ ſe, inquantũ videlicet pro cõmuni vtilitate in-
ductæ ſunt, prout emens indiget re vendẽtis, & ecõuerſo. Quod aũt pro cõmuni vtilitate eſt
inſtitutũ, non debet in grauamen vnius potius q̃ alterius vergere: ꝓpterea æqualitas iuſtitiæ
eſt ſeruãda in emendo & vendẽdo, ita ꝙ ſi preciũ excedat rei valorẽ, ſiue econtra, tollit æqua
litas iuſtitiæ. Secundo de venditiõe & emptione poſſumus loqui, prout per accidẽs cedunt
in vtilitatẽ aut detrimentũ vnius vel alterius, vt dum quis multum indiget re aliqua, & alius
damnificatur ſi careat ea: in hoc itaq; caſu preciũ penſandum eſt tã ex parte rei, q̃ ex parte da
mni eius qui vendit: ſicq; aliq̊d poteſt vendi plus, q̃ valet ſecundũ ſe, non tñ plus q̃ valet habẽ-
ti. Si vero quis multũ iuuetur ex re alterius, & ille non damnificatur ea carẽdo, nõ poteſt lici
te ſuperuendere eam, quia venderet q̊d nõ eſt ſuum: nihilominus poteſt res interdum vendi
pluris q̃ empta eſt, vt ſi quis eam meliorauit, vel precium eius mutatũ eſt ſecundũ diuerſita-
tem loci ac tẽporis, aut ꝓpter periculum cui ſe exponit, trãsferẽdo rem de loco ad locum,
vel ꝓpter laborem quẽ habuit, ita ꝙ plus recipiendo q̃ expoſuit, præmiũ accipit ſui laboris.
[Cumq; defeciſſet emptoribus precium] pecuniale, [venit cũcta Aegyptus]. i. maxima mul
titudo oĩm vrbium atq; villaꝝ Aegypti, [ad Ioſeph, dicens: Da nobis panes]. i. neceſſaria vi
tæ pro cõmutatione quacũq; tibi placente. [Quare morimur corã te]. i. te ſciẽte ſeu inſpicien
te, deficimus fame quotidie, & ad mortem diſponimur, [deficiẽte pecunia?] hoc eſt, ex eo ꝙ
nõ habemus pecuniã ad emẽdũ. Nõ eſt veriſimile ꝙ vniuerſis Aegyptijs ſimul defecit pecu-
nia, q̃a nõ erãt æque pecunioſi ac diuites, immo q̃dã eoꝝ ꝑ aliquot annos ſterilitatis habue-
rũt ſufficientẽ ad emendũ pecuniã. [Quibus ille reſpõdit: Adducite pecora veſtra, & dabo vo
*dño no ſtro, bis ꝓ eis cibos &c.] videlicet blada. [Venerũt q̊q; anno ſecũdo, & dixerũt ei: Nõ celam⁹ * dñm
noſtrũ, ꝙ deficiente pecunia, pecora ſimul defecerũt: nec clã te eſt]. i. ignotum tibi nõ eſt, [ꝙ
abſq; corporibus & terra nihil habeamus &c.]. i. p̃ter agros & ꝓpria corpora, nõ habem⁹ ali
q̃d q̊d vendere valeamus ſeu ꝓ victualib⁹ dare. [& nos, & terra noſtra, tui erimus]. i. parati ſu
mus noſipſos ſeu corpora noſtra & poſſeſſiões ſeu agros noſtros ſubijcere Pharaoni in pri-
mis, deinde & tibi tanq̃ ſummo officiãti regis, cui rex ſubdidit vniuerſum populũ ſuũ. [Eme
nos in ſeruitutẽ regiã]. i. ad hoc vt ſimus ſerui emptitij regis noſtri, [& pr̨be ſemina]. i. bla-
da da nobis, nõ ſolũ ad mãducandũ, ſed etiã ad ſeminãdum, [ne pereunte cultore, redigat ter
ra in ſolitudinẽ.] hoc eſt, ne nobis fame morientibus, ſeu ex defectu ſeminũ terrã ſerere ac co
lere nequientib⁹, agri in ſolitudinem conuertant ac ſyluas. ¶ Circa hoc quærit, de quo anno
intelligendũ ſit q̊d hic nunc dictũ eſt, venerũt q̊q; anno ſecũdo. Certũ eſt eñi, ꝙ hoc nõ poſ-
ſit intelligi de anno ſecundo ſeptennij ſterilitatis, hoc eſt, de anno q̃ in ordine illoꝝ ſeptem
annoꝝ fuit immediate poſt primũ annum, q̃a in illo anno ſecundo nõdum vendiderunt Ae-
gyptij pecora ſua ꝓ bladis: imo ſi de iſto ſecundo anno iſtud intelligeret, dicere oporteret, ꝙ
primo anno ſterilitatis dediſſent pecora pro frumento, ſicq; defeciſſet Aegyptijs pecunia
ad emendum ante primũ annũ ſterilitatis, q̃n adhuc fuit abundãtia fructuũ: idcirco Iudæi,
intelligentes iſtud de anno poſt primum annũ ꝓximo, apertiſſime errãt. Capit ergo hic an-
nus ſecũdus, pro anno altero ſeu anno ſequente annũ, in quo Aegyptij ſua pecora dederunt
ꝓ bladis: nec certũ eſt, q̃tus fuit iſte annus in ordine illoꝝ ſeptẽ annoꝝ ſterilium. [Emit igit
Ioſeph

Ioſeph oẽm terrã Aegypti &c. ſubiecitq; eam Pharaoni, & cunctos populos eius &c.] ita ꝙ
terra & habitatores eius, erant immediate ipſius regis. [præter terrã ſacerdotũ, quæ à rege
tradita fuerat eis,] tanq̃ cultui deoꝝ ſuorum deputatis. [quibus & ſtatuta cibaria]. i. frumẽ-
ta [ex horreis publicis, quæ ꝑtinebãt ad Pharaonẽ, [p̃bebant &c.] vt dijs ſuis vacarẽt liberi⁹,
& pro rege ac populo eius, oratiõibus ſacrificijsq; inſiſterẽt. ¶ Circa q̊d ait Gloſſa: Hic habe
mus exemplũ, ꝙ poſſeſſiões eccleſiæ diſtrahi nõ debẽt. Deniq; ſi gẽtiles reges ac principes ſic
deferebant ac ꝓuidebant ſacerdotibus ſuis, quãto magis Chr̃iani principes hoc facere atq;
eccleſiaſticã libertatem defendere debent? [Dixit ergo Ioſeph ad populos] Aegypti: [En vt
cernitis]. i. agnoſcitis, & partim ad oculũ videre poteſtis, [& vos] tanq̃ ſeruos emptitios, [&
terrã veſtrã] tanq̃ propriã hæreditatẽ, [Pharao poſſidet] iure ac titulo iuſtæ emptionis. [acci Gen. 45.
pite ſemina, & ſerite agros, vt fruges habere poſſitis.] Superius Ioſeph p̃dixit, Bienniũ eſt ꝙ
cœpit eſſe fames in terra, adhuc quinq; reſtant anni q̃bus nec arari poterit, nec meti: q̊mo-
do ergo nũc ait, Accipite ſemina? &c. Sed ſicut ibidẽ eſt dictũ, verba illa intelligẽda ſunt ſic,
ꝙ infra q̃nquenniũ iſtud terra non poſſet multũ, ſed paꝝ valde fructificare. [Quintã partẽ]
fructuũ terr̨ [regi dabitis, q̃tuor reliquas ꝑmitto vobis &c.] Iſtud fuit gratioſum, cũ in aliq̃-
bus locis coloni vix habeant quintã partem, & in locis nõ multũ fertilibus mediã. Terra aũt
Aegypti eſt plurimũ fructuoſa, & poteſt paruo labore coli, q̃uis tunc ad aliquãtulum reſidui
tẽporis ſterilis, erat paꝝ fructifera. [Qui reſpõderunt: Salus noſtra in manu tua eſt]. i. cõſer-
uatio vitæ noſtræ in tua eſt poteſtate, q̃a niſi nobis prouideres de victualibus, protinus mo
reremur. [Reſpiciat nos tm̃ dñs noſter]. i. tuipſe q̃ poſt Pharaõem es princeps noſter, pie nos
reſpice, noſtris inopijs ſuccurrẽdo. [& læti ſeruiem⁹ regi:] videlicet Pharaoni, gratias ei agẽ
tes, ꝙ ita ꝑ te ſubuenit nobis. [Ex eo tẽpore &c. quinta pars] terræ naſcentiũ [ſoluit]. i. à po-
pulo debite datur regibus Aegypti. [Et factũ eſt] ibi [q̃ſi in legem]. i. conſuetudo iſta obtinu-
it ibi vim legis, q̃ & iuſta fuiſſe videt, tanq̃ inſtituta à Ioſeph iuſto ac ſapiente. ſicq; q̊d ait, q̃ſi,
dicit hic veritatem, nõ ſimilitudinẽ tm̃, quẽadmodũ & Ioannes: Vidimus gloriã eius, gloriã Ioan. 1.
q̃ſi vnigeniti à patre. [abſq; terra ſacerdotali &c. Habitauit ergo Iſrael]. i. Iacob [in Aegy-
pto. i. in terra Geſſen, & poſſedit eã] ipſe cũ ſua ꝓgenie, tanq̃ datã ſibi ac ſuis à rege ꝑ modum
h̨ereditarij boni, q̃ diu manerẽt ibidẽ. Apparet q̊q;, ꝙ Ioſeph nõ emit terrã illã regi vt c̨eteras
terras Aegypti, nec habitatores eius filij Iſrael vendiderũt ſe regi, nec Ioſeph viuẽte dederũt
quintã partẽ fructuũ terræ eis cõceſſæ, Pharaoni: idcirco q̊d dictũ eſt de tota terra Aegypti,
eſt accipiendũ de tota terra in qua morabant Aegyptij. [auctuſq; eſt & multiplicatus] in ea
[nimis &c.] In ꝓpria ꝑſona q̃ppe auctus eſt & multiplicatus, q̃a in oĩ virtute accepit ibi co-
pioſum profectũ, & in multiplici gratia, ſapiẽtia ac ſpũ prophetiæ profecit. In poſteris q̊q;
auctus & multiplicatus eſt vehementer, q̃m poſteri eius ꝑ g̃nationes aſſiduas creuerũt in gen
tem magnã. Veruntñ q̃tũ ex ſcriptura canonica elici poteſt, nullus ex duodecim filijs Iacob
generauit poſt ingreſſum ipſius Iacob in Aegyptum. Nam & in lib. Num. vbi filij Iſrael nu Nũ. 1. 26
merant ſecũdo, nõ exprimunt niſi q̃ nati ſunt ex filijs duodecim patriarchaꝝ, q̊s genuerunt
ante introitũ Iacob in Aegyptum, cum tñ duodecim viri illi eſſent tunc adhuc iuuenes ſatis.
Ioſeph eñi tũc erat circiter quadraginta annorum. Erat nanq; triginta annoꝝ quando pr̨-
poſitus eſt Aegypto, & ſtatim venerũt ſeptem anni fertilitatis, deinde mox anni ſterilitatis,
& circa principium tertij anni ſterilitatis, ingreſſus eſt Iacob in Aegyptum. Primogenitus
aũt inter filios Iacob, videlicet Ruben, non erat ſeptẽ annis ſenior Ioſeph, vt patet ex dictis.
[Cumq;] Iacob [appropinquare cerneret diem mortis ſuæ,] q̊d quidam exponunt, ꝙ ꝑ ſpiri
tum prophetiæ nouerat diem obitus ſui, vel ſe morituꝝ in breui, quẽadmodum beatiſſim⁹ 2. Pet. 1.
princeps apoſtolorum de ſe in ſua teſtatur canonica: Scio ꝙ velox eſt depoſitio tabernacu-
li mei, ſecundũ q̊d dominus ꝑ reuelationem ſignificauit mihi. Quod q̃uis ſic eſſe potuerit in
tanto patriarcha, tamen ex litera hac iſtud non ſeq̃tur. Cum eñi eſſet ſenex cæcutiens & de-
bilis corpore, poterat abſq; ſpũ prophetiæ cõſiderare diem mortis ſuæ ſibi appropinquare.
[vocauit filium ſuum Ioſeph, & dixit ad eum: Si inueni gratiam in conſpectu tuo, pone ma-
num tuam ſub femore meo,] quatenus manum tuã ibi tenẽdo, promittas & iures mihi, im-
plere q̊d te rogabo. Cur aũt Iacob voluit filium ſuũ ſibi promittere ac iurare, quod poſtula-
uit ab eo cum poſitione manus ſub femore ſuo, patet in expoſitione cap. 24. vbi legit Abra-
ham procuratori ſuo dixiſſe: Pone manum tuã ſubter femur meũ vt adiurẽ te &c. [& facies Gen. 24.
mihi miſericordiã.] vt ſ. corpus meũ iuxta petitionẽ meã ſepelias. nam ſepelitio mortuoꝝ,
eſt vnum de operibus miſericordiæ. [& veritatẽ]. i. iuſtitiã, nam filij tenẽtur ſuis patribus ac-
quieſcere in rebus tam pijs. vel veritatẽ, implẽdo quæ mihi addixeris. [vt non ſepelias me in
Aegypto, ſed dormiã]. i. quantũ ad corpus quieſcam, [cum patribus meis] Iſaac & Abrahã.
[& auferas &c. in ſepulchro maioꝝ meoꝝ.] hoc eſt, in ſpelunca duplici ſita in agro Ebron, in
q̊ maiores, videlicet Adã, Abraham, Iſaac, cũ ſuis vxoribus tunc erant ſepulti. [Cui reſpõdit
Ioſeph: Ego faciã q̊d iuſſiſti] Iacob videbat magis deprecatorie, q̃ p̃ceptorie loqui, ſed pius

& optimus filius eius, accepit patris petitionē q̄ſi iuſſionē: eratq; iuſſio, nomē illud extēſe ſu
mēdo: ꝑ q̄d patet prōptitudo Ioſeph, ad obediendū venerabili patri ſuo. [Et ille: Iura ergo,
inq̄t, mihi. Quo iurante]. i. ſtatim poſtq̄ Ioſeph iurauit ꝑ Deū cæli, q erat ex ſemine femoris
Iacob incarnādus ac naſciturus, [adorauit Iſrael dn̄m,] gratias agens ei, & deprecans eū, vt
iuramentū filij ſui impleretur. [cōuerſus ad lectuli caput.] q̄d erat ſitū verſus oriētem, vt in
Euſebi⁹. Scholaſt. hiſt. dicitur. Vel vt aliqui dicūt, verſus terram promiſſionis, quod forſan redit in
idem: & verſus illā partē adorauit Deum immenſum vbiq; p̄ſentem, qui terram illam ſemini
ſuo promiſit, atq; elegit ad exequenda humanæ redemptionis myſteria in ea, q̄d Iacob pa-
triarchā & ꝓpheram non latuit: ideo vultu illuc directo, adorauit. ¶ Sed cur Iacob exegit iu-
ramentū à filio tam fideli, quaſi non crederet verbis eius ſimplicibus? An forſitan timuit, ꝙ
filius ſuus negocijs regni plurimū occupatus, negligeret aut diu differret verba ſua implere?
Auguſt. Deniq; Auguſtinus circa hęc ſcribit: Quid ſibi vult tā ſolicita corporis cōmendatio, vt nō in
Aegypto, ſed cū patribus ſepeliatur? Quod cōſtat nō cōueniſſe tā excellenti ꝓphetæ, ſi ex ho
minū cōſuetudine accipiatur: ſi aūt ſacramēta, i. ſpiritalē ſignificationē q̄ramus, maioris ad-
mirationis gaudiū inuenimus. Peccata eñ ſignificantur ꝑ cadauera mortuoꝝ, cū dn̄s iuſſit
Leui. 11. poſt eoꝝ contactū hoīes emundari. Vnde & ſcriptum eſt: Qui baptizatur à mortuo, & iterꝫ
Ecci 34. tangit illum, quid prodeſt lauatio eius? Sepultura ergo mortuoꝝ, remiſſiōem peccatorum
ſignificat. Vbi ergo ſepelienda erant corpora patriarchaꝝ, niſi in terra in qua crucifixus eſt
Mat. 27. ille, cuius ſanguine facta eſt remiſſio peccatoꝝ? A loco autem Caluariæ, in quo crucifixus
eſt Chriſtus, diſtare dicitur fere per triginta millia paſſuū ſepulchrum p̄fatum patriarchaꝝ,
Lucæ 3. quod Abrahamiū appellatur, vt in ipſo numero ſignificetur Ieſus Chriſt⁹, qui in baptiſmo
fuit fere triginta annoꝝ. Hęc Auguſtinus. cuius ratio nūc inducta, ſpiritalis eſt, non literalis.
Literales vero rationes in expoſitione cap. 22. cōtinentur, quo inter cætera dictū eſt, ꝙ ſan-
cti patriarchæ voluerunt ſepeliri in terra ſancta, duplicíq; ſpelūca, vt cū Chriſto reſurgerēt.
Gen. 22. Pro diſtantia aūt triginta millium paſſuū, tacta iam in verbis Auguſtini, ponitur in Schola-
ſtica hiſtoria diſtantia triginta miliariū. ¶ Poſtremo iuxta myſticos intellectus, ꝑ Ioſeph q
Euſebi⁹. ſuam cognationem tēpore famis pauit, atq; in optimo loco cōſtituit, ac regi Aegypti ſub-
iecit plenarie oēm terrā ac populū eius, intelligit Chr̄s, qui ſuos electos ex Iudaiſmo tēpo-
re induratiōis cęteroꝝ Iudęoꝝ ſpiritaliter aluit, & in ſummo eccleſiæ loco cōſtituit, eos tan
q̄ principes & magiſtros cōuerſoꝝ ex gētibus, vniuerſumq; mūdū ꝑ ſuos diſcipulos ad obe-
diendū Deo patri cōuertit: quēadmodū etiā Ioſeph pauit Aegyptios vno anno pro eoꝝ pe-
coribus, ſic Chr̄s ſpiritaliter paſcit nos, qñ ꝓpter eū exteriora noſtra ſuis mēbris, paupibus ſ.
Rom. 12. cōmunicamus: deinde nos paſcit ꝓ noſtris corporibus, dū ea Deo exhibemus hoſtiā viuen-
tem, ſanctā, Deo placentem, & carnem ſpiritui ſubiugamus: paſcit nos item pro terra no-
ſtra, dum decimas, primitias, & oblatiōes deuote offerimus, fideliterq; perſoluimus. Ipſe etiā
donat nobis ſemina verbi cæleſtis, ne deficiente cultore .i. bono p̄lato ſeu prædicatore, terra
in ſolitudinē redigatur, hoc eſt, ne eccleſia militās in terra cōuerſans, fiat prorſus inculta, &
ſpinis ac tribulis paſſionum vitiorumq; impleatur. Quintam quoq; partem damus regi, qñ
non ſolum pro propria laboramus ſalute, ſed ſacrificia orationum ac opera bona pro alijs
etiam omnipotenti offerimus. Exemplo demum beatiſſimi Ioſeph patriarchæ, diſcamus
patribus ac ſuperioribus noſtris libentiſſime obedire.

¶ Explanatio cap. XLVIII. His itaq; tranſactis. Arti. XCIX.

BEnedictio qua Iacob bn̄dixit filijs Ioſeph, hoc loco deſcribit. Quòd ſi q̄ratur, cur po-
tius bn̄dixit filijs Ioſeph, q̄ alioꝝ filioꝝ ſuoꝝ: Reſponderi poteſt, ꝙ Ioſeph patriarcha
ſua ad patrē præcipua dilectione, pietate ac veneratiōe hoc meruit. Deniq; decuit, vt Io
ſeph q patrē ſuū ac fratres in corporalibus pauit, ꝓtexit ac honorauit, ſpecialē in ſpiritalibus
à ſuo patre recōpenſationē in ſeipſo ac filijs ſuis reciperet. [His itaq; trāſactis, nūciatū eſt Io-
ſeph ꝙ ęgrotaret pater ſuus.] hoc eñ pater inſinuauit filio ſuo ꝑ nūciū, q̄a omnino voluit vt
ipſe Ioſeph ſuo intereſſet obitui: vel Ioſeph iā ante diſpoſuit, vt ſibi tēpeſtiue denunciaret,
qñ pater ſuus videret grauiter infirmari: immo de ſe inuicē percæperunt frequēter. [Qui aſ-
ſumptis &c.]. i. ſecum accipiēs duos filios ſuos, videlicet Manaſſen & Ephraim. [ire perre-
xit]. i. iter aſſumpſit. [Dictūq; eſt ſeni: Ecce filius tuus Ioſeph,] q eſt filius tuus præ cæteris cha
rior, honorabilior, ſapiētior, prudentior, fidelior, ſanctior, [venit ad te. Qui confortatus]. i.
gaudio recreatus, & melioris animi factus, ex apparentia & approximatione talis tātiq; filij.
[ſedit in lectulo:] in q̄ ante ex infirmitate iacebat. [Et ingreſſo ad ſe Ioſeph, ait: Deus oīpotēs
apparuit mihi in Luza &c.]. i. prope ciuitatē ſic dictā, q̄ alio noīe vocaf Bethel atq; Hieruſa
lem. Iſta apparitio fuit in monte Moria, qñ Iacob ꝑrexit ad Meſopotamiā, viditq; ſcalā in
Gen. 28. ſomno. [& ait: Ego te augebo & multiplicabo, & faciā te in turbas populoꝝ.] Qualiter fa-
cta ſit apparitio & promiſſio iſta, ſupra cap. 28. deſcriptū eſt, & ibi expoſitū. [daboq; tibi ter-
ram hanc, &] pro. i. [ſemini tuo poſt te in poſſeſſionem ſempiternam]. i. ꝑ ſecula diuturnā,

& hoc, niſi poſteri tui ſuis exceſſibus meruerint ea priuari, exhibendo ſe indignos huius pro-
miſſionis effectu per ſua demerita. [Duo ergo filij tui, qui nati ſunt tibi in terra Aegypti an-
tequam huc venirem ad te, mei erunt:] hoc eſt, erūt filij mei adoptiui, valdeq; chari. [Ephra
im & Manaſſes, ſicut Ruben & Simeon reputabūtur mihi]. i. mihi aſſcribētur, ita ꝙ filij mei
adoptiui, immo & filij. i. nepotes mei naturales appellabūtur, & faciēt duas tribus, ſic ꝙ vnuſ-
quiſq; eoꝝ erit patriarcha & caput vnius ſpecialis tribus in Iſrael, quæ ab ipſo nomē accipi
et: & tribus duæ ab iſtis duobus naſcituræ, habebunt ſortes ſeu portiones ſuas in terra pro-
miſſionis, quemadmodū tribus reliquæ ab alijs immediatis filijs meis gignēdæ. Quēadmo-
dum Ruben & Simeon dicuntur filij mei, duaſq; tribus gignent, quæ duos funiculos in terra
Chanaan poſſidebūt, ſicq; Ephraim & Manaſſes coæquabuntur Ruben primogenito meo,
& Simeoni natu ſecundo. [Reliquos aūt quos genueris poſt eos] Pauloante ſcripſi, ꝙ nullus
duodecim patriarchaꝝ videtur aliquem pueꝝ genuiſſe poſt ingreſſum Iacob in Aegyptū:
idcirco q̄d nūc ait, reliq̄s aūt quos genueris, in Scholaſt. hiſt. ita exponif, ſi q̊s genueris. De- Euſebi⁹.
niq; ex hoc loco probaf, ꝙ vſq; ad obitū Iacob, Ioſeph non genuit niſi hos duos, quos etiam
genuit ꝑ aliquot annos ante aduentum Iacob in Aegyptū. Iacob aūt in Aegypto moratus
eſt decem & ſeptē annis. ſi ergo ꝑ tot annos Ioſeph nō genuit, probabile eſt ꝙ nec poſtea.
Itaq; reliqui illi [tui erunt]. i. tibi, nō alteri, aſſcribenf. [& noīe fratrū ſuoꝝ vocabūtur in poſ-
ſeſſionibus ſuis,] hoc eſt, nō facient tribus ſpeciales, nec ſpeciales ſortienf funiculos, ſed per-
tinebūt ad tribus Ephraim ac Manaſſę, quaſi appendices ac illis ꝑmixti. ¶ Conſequēter ex-
cuſat ſe ſanct⁹ Iacob de hoc, ꝙ nō ſepeliuit matrē Ioſeph Rachelē in ſepulchro maioꝝ, in q̄
ipſemet petijt ſepeliri. [Mihi eñ qñ veniebā de Meſopotamia, mortua eſt Rachel &c. & ſe- Gen. 35.
peliui eam iuxta viā Ephratæ &c.] Hoc totum ſcriptū eſt plenius ca. 35. quaſi dicat Iacob, Se-
peliui eam ibi ſolēniter, ſupponēs titulū eius ſepulchro in perpetuam rei memoriā, nec mi-
hi vacabat tūc corpuſculū eius in ſpelunca duplici ſepelire, quia cū gregibus & paruulis ve-
niebā à loco remoto. eratq; tempus veris, in quo pecora propter impręgnatiōem velociter
ire nō valent, ne moriant. Vel Iacob introducit hæc verba, ad inſinuandū ꝙ ex Dei p̄ordina-
tiōe ac volūtate ſepeliuit Rachelē ibi: alioquin potuiſſet eā ſatis faciliter recondere in ſpelun
ca, quæ (vt dicit) vix diſtat per ſex milliaria ab Ephrata. Nā & greges ac paruulos potuiſſet
ſub alioꝝ cuſtodia ꝑ tantillū tēpus relinquere. [Videns aūt] Iacob [filios eius,] ſ. Ioſeph, q̊s vi
dit cōfuſe, nec recognouit, [dixit ad eū: Qui ſunt iſti? Reſpōdit: Filij mei ſunt, q̊s donauit mi-
hi Deus in hoc loco &c.] vtpote in Aegypto, nō in terra Geſſen. Deus aūt pueros illos dedit,
q eoꝝ animas cōdidit, & qui eoꝝ parentibus generatiuam vim cōtulit. Nam & opus natu-
ræ, eſt opus increatæ artis diuinæ. [Applicitoſq; ad ſe] filios Ioſeph, [deoſculatus & circum-
plexus eos, dixit ad filiū ſuū] Ioſeph: [Non ſum fraudatus adſpectu tuo]. i. corporali tua in-
ſpectione atq; p̄ſentia nō ſum priuatus. [Inſuper oſtēdit mihi Deus ſemen tuū,] ſ. hos duos
filios tuos, q̊s tñ (vt puto) Iacob aliquando vidit ante hanc horā, ſicut & filiū ſuum: ſed nunc
morte ſua inſtante, voluit ſuper hoc Deo ſpecialiter regratiari. Ideo q̄q; voluit pueros illos
deoſculari & amplexari anteq̄ benediceret eis, quia hoc moris tunc erat, & pater ſuus Iſaac
ſic fecerat ſibi, & item quaten⁹ ex oſculo & amplexu adoleſcentum, charitate eoꝝ accenſus,
cū ampliori affectu ac magis deuote bn̄diceret eis. [Cumq; tuliſſet eos Ioſeph de gremio pa
tris,] Cum eñ Iacob ceſſauit à pueroꝝ illoꝝ oſculo & amplexu, & protulit verba prætacta,
ipſe Ioſeph retraxit filios ſuos ad ſe. [adorauit pronus in terram.] Quod exponi poteſt, tam
de Ioſeph q̄ de Iacob, ita ꝙ Ioſeph adorauit Deum ꝓſtratus, vel inclinatus ſolotenus quaſi
diſponens ſe ad bn̄dictionis paternæ ſuſceptionem ꝓ ſe & in filijs ſuis. Vel ꝙ Iacob Deū cū
inclinatione capitis adorauit, diſponēs ſe ad benedicendū cum pręuia oratione. [Et poſuit]
ipſe Ioſeph [Ephraim] filiū ſuum [ad dexterā ſuā. i. ad ſiniſtrā Iſrael] vtpote ipſius Iacob pa-
tris ſui, quia Ephraim fuit poſterior natu. [Manaſſen vero in ſiniſtra ſua, ad dexterā ſcilicet
patris] q̄a Manaſſes primogenit⁹ fuit, ideo voluit Ioſeph vt ſtaret ad dexterā Iacob. [appli
cuitq; ambos ad eum:] ita ꝙ poterant tangi manibus ſancti Iacob, cuius dexterā voluit Io-
ſeph ſupponi capiti primogeniti ſui. [Qui] ſcilicet Iacob [extendens manum, dexterā poſu
it ſuper caput Ephraim iunioris fratris, ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſę q maior natu
erat, cōmutans manus]. i. manus ſuas cancellās, illam ſupponēs iuniori ex cauſa ſpeciali, quæ
ſupponenda fuiſſet ſeniori ex lege communi. [Benedixitq; Iacob Ioſeph] filio ſuo, non in ꝓ-
pria eius perſona hac vice, ſed in filijs eius, benedicēdo eis ꝓpter Ioſeph. [& ait: Deus in cui-
us conſpectu ambulauerunt] hoc eſt, in cuius præſentia timorate & iuſte vixerunt, [patres
mei Abraham & Iſaac, Deus qui * paſcis me ab adoleſcentia mea vſq; in præſentem diem:] * paſcit.
hoc eſt, toto tēpore vitæ meæ, mihi aſſidue affuiſti, corporaliter ac ſpūaliter me alendo. [an-
gelus qui eruit me de cunctis malis,] hoc eſt, tribulationibus quas ſuſtinui, patientiā dando
ſeu ꝓcurando in eis, meq; conſolando, atq; à diuerſis vitijs præſeruando. [benedicat pueris
iſtis,] dona gratiæ eis infundendo, augendo ſeu conſeruando, temporalia quoq; & magnā

poſteritatem tribuendo eiſdem. ¶Circa quod quæritur, cur Iacob pueris benedicendo per inuocationẽ noïs Dei, fecit mentionem de angelo: & quis ſit angelus iſte tantæ efficaciæ, ꝙ eruit ipſum Iacob ab omnibus malis, & filijs Ioſeph bñdicere potuit. Ad quod ſi reſpõdeatur, ꝙ ꝑ angelum intelligat verbum æternũ vnigenitum Dei, qui eſt angelus magni conſilij, cuius incarnationem ꝓuidit Iacob in ſpiritu, ambæ quæſtiões ſolutę ſunt: ſi vero ꝑ angelum intelligatur angelus, q̃ erat ꝓprius cuſtos ipſius Iacob & ei familiaris fuit, dicendũ ꝙ ipſe Iacob aliter imprecatur bñdictionem à Deo, aliterq; ab angelo. Nempe à Deo, quaſi à principali cauſa, petijt eã: ab angelo aũt, tanquam à cauſa ſecundaria, cooperatoria, inſtrumentali, intermedia & oratore. [& inuocetur ſuꝑ eos nomẽ meũ, noïa quoq; patrũ meoꝝ Abrahã & Iſaac:] hoc eſt, oreſ pro pueris iſtis, vt Deus faciat eis ſicut fecit mihi & patri meo ac auo, vel ſenſus eſt, vt Deus rogetur pro eis oratiõe, in qua nomẽ meũ & noïa Iſaac & Abrahæ contineanſ, dicẽdo: Deus Abrahã, Deꝰ Iſaac, & Deus Iacob, bñdicat Ephraim ac Manaſſę. Sic eñ ſoliti ſunt poſteri Deũ orare, appellãdo eũ Deũ hoꝝ triũ patriarchaꝝ, in deſignationẽ myſterij beatiſſimæ trinitatis in ſimplici deitate. Poteſt q̃q; & ita exponi, vt ipſe Iacob, Iſaac, & Abrahã ïuocarenſ à fidelibꝰ, tanq̃ tres ſancti viri ad orãdũ ꝓ Ephraim & Manaſſe, iuxta illud in Iob: Ad aliquẽ ſanctoꝝ cõuertere. [& creſcãt in multitudinẽ ſuꝑ terrã], i. magnæ tribus naſcãtur ex eis. Ipſi q̃q; in ſpũali opulẽtia creſcant. Deinde in textu deſcribiſ, qualiter Ioſeph grauiter, i. cũ dolore accepit ꝙ pater ſuus modo ꝓfato manus ſuas cãcellauit, q̃a neſciuit quare pater ſuꝰ Iacob id fecit. [q̃ renuẽs, ait: Scio fili mi, ſcio:] q̃d & quare ſic facio, & ꝙ Manaſſes ſit primogenitus. [& iſte q̃dẽ erit in populos, & multiplicabit:] hoc eſt, magna plebs naſcetur ex Manaſſe. [ſed frater eius iunior] ſ. Ephraim, [maior erit illo] ſ. plures ac digniores generabũtur ex Ephraim. [& ſemẽ illius creſcet in gẽtes.] hoc eſt, magnæ natiões orientur ſucceſſiue ex Ephraim, & q̃dã ex poſteris eius cæteris tribubus Iſrael ꝑſidebunt, q̃d primo impletũ eſt in Ioſue, q̃ poſt Moſen fuit dux totius Iſraeliticę plebis. Deinde in Hierobo am Ephratęo, q̃ fuit primꝰ rex decẽ tribuũ, poſt quẽ multi ex Ephraim reges Iſrael extiterũt. [Bñdixitq; eis &c.] ſ. duobꝰ filijs Ioſeph, [dicẽs: In te bñdiceſ Iſrael.] Cur de duobꝰ ait, in te? Itaq; numerus ſingularis poniſ pro plurali. vel verbũ iſtud ſpecialiter direxit ad Ephraim. vel ſenſus eſt, In te, i. in exẽplo cuiuslibet veſtrũ, bñdicetur Iſrael, i. Iſraeliticus populꝰ, ſeu quicũq; de gñe Iſraelis. [atq; dicetur: Faciat tibi Deus ſicut] fecit ipſi [Ephraim & ſicut] fratri eiꝰ [Manaſſę.] hoc eſt, tãta erit hoꝝ bñdictio ſeu proſperitas pueroꝝ, ꝙ dũ aliq̃s voluerit bona alteri imprecari, ſumet formã bñdicẽdi ex filijs iſtis, dicẽdo: Faciat tibi Deꝰ ſicut Ephraim & Manaſſę, ita ꝙ forma huius bñdictiõis, q̃ſi in ꝓuerbiũ cõuertetur. Iam ante hãc formã bñdictiõis, q̃ nõ eſt expreſſa ꝑ modũ oratiõis ſeu imprecatiõis, ſed magis ꝑ modũ ꝓpheticę ꝓnunciatiõis, ſcriptũ eſt, quẽadmodũ Iacob benedixit pueris iſtis ꝑ modũ orationis, dicẽdo: Deus, in cuius cõſpectu ambulauerunt patres mei &c. Deinde benedictione iſta finita adiunctum eſt: Vidẽs aũt Ioſeph, ꝙ poſuiſſet pater ſuus manũ dexterã ſuꝑ caput Ephraim, grauiter accepit &c. Moxq; ſubiuncta ſunt verba Iacob ad Ioſeph, poſt quæ additum eſt, Benedixitq; eis, ſicut nũc habitũ eſt. Si ergo res geſta eſt eo ordine quo narratur, inueniſ Iacob bis bñdixiſſe pueris iſtis: & ꝙ Ioſeph grauiter tulit poſitionẽ dexterę patris ſui ſuꝑ caput Ephraim poſt primæ benedictionis prolationem, fuiſſet quaſi nimis tarde. Itaq; puto ꝙ in deſcriptione hoꝝ nõ ſeruetur ordo hiſtoriæ, ſed ꝙ Ioſeph nitebatur manũ dexterã patris ſui trãſferre de capite Ephraim ſuꝑ caput Manaſſę, anteq̃ pater ſuus benedictionẽ incepit: & quòd Iacob tũc expoſuit filio ſuo Ioſeph, cur manus ſuas ſic cãcellaſſet: quo facto, totam benedictionem, hic diuiſim recitatam, ſimul expreſſit. [Conſtituitq; Ephraim ante Manaſſen:] ita ꝙ primogeniturã quaſi dedit Ephraim iuniori, & poſteros eius prædixit maiores ac plures futuros poſteris Manaſſæ. Sicq; Iacob fecit cum Ephraim & Manaſſe, quemadmodum pater ſuus Iſaac fecerat ſecũ & cum Eſau fratre ſuo primogenito. ¶Deniq; ſicut Iacob ex diuina reuelatiõe ꝓcognouit tot ac tãta futura, ſic ex diuina authoritate & inſpiratiõe fecit hãc cõmutationẽ ſeu ꝓpoſitionẽ. Fuit q̃q; tribus Ephraim honorata præ tribu Manaſſæ in oblationibus principum, quãdo dedicatum eſt tabernaculum, & in portatiõe ac ſituatione eiuſdem. [Et ait ad Ioſeph filium ſuũ: En ego morior, & erit Deus vobiſcum:] ꝑ gratiam, [reducetq; vos] hoc eſt, poſteros veſtros, ſcilicet duodecim tribus Iſrael [ad terram patrum veſtrorum.] hoc eſt, ad terram Chanaan, in qua Abrahã & Iſaac habitauerunt, quam & Deus eis promiſit pro poſteris eorundẽ. [Do tibi partem vnam extra fratres tuos]. i. ſpecialem hæreditatem confero tibi pro poſteris tuis, ſeu pro ſepelitione corporis tui. Quaſi dicat: Propter virtutes tuas ꝓcipuas, & pro bñficijs quæ mihi & meis impendiſti tẽpore famis, & q̃a promiſiſti me ſepelire in ſpelunca duplici, vt rogaui, do tibi præ fratribus tuis munere ſpeciali hæreditatem quandã ad me ꝑtinentem in Chanaan, & ſi nõ propter magnum eius valorẽ, tñ in ſignũ ꝓcipui amoris mei ad te. [quam] partẽ [tuli de manu Amorrhæi:] hoc eſt, de poteſtate & dñio Emor regis Sichimoꝝ, nati ex ſtirpe Amorrhęorũ. [in gladio & arcu meo]. i. virtute gladij

Esai. 9.
Iob 5.
Deut. 33.
Ioſue 1.
3. Re. 12.

gladij & pharetrę meę, ſeu iure belli. Sed difficile eſt videre, q̃liter illud impletũ eſt. Porro ſuprà legiſ: Habitauit Iacob iuxta oppidũ, ſ. Sichem, emitq; partẽ agri, in qua fixerat tabernaculũ, à filijs Emor patris Sichem centũ agnis. Itaq; de hac terra empta à Iacob, quidã exponũt hũc paſſum. Vnde in Scholaſtica hiſtoria dicit: Sane Iacob emerat eam centũ agnis à rege Emor, ſed cũ pro occiſiõe Sichimoꝝ debuiſſet auferri ſibi, tñ poteſtatiue ſemꝑ eam obtinuit, ſeu ſeruauit: & ideo dicit, quã tuli de manu Amorrhæi &c. Sed huic expoſitioni obuiare videſ, ꝙ pars illa fuit res parua. In trãſlatione quoq; LXX. quã hoc loco Hieronymus & Auguſtinus exponũt, habet: [Et dedi tibi Sichimã præcipuã ſupra fratres tuos.] Itaq; S. Hieronymus, ꝑ arcũ & gladiũ Iacob, intelligit eius iuſtitiã, ꝑ quã meruit de periculo liberari, q̃ñ habitatores vrbiũ prope vrbẽ Sichẽ ſitarũ, voluerũt in Iacob familiamq; ipſius inſurgere, eo ꝙ filij eius occiderũt ipſum Emor, & filiũ eius, vrbẽq; euerterũt, & ita extũc videſ locus ille ꝑtinuiſſe ad Iacob, tanq̃ datus ſibi à Deo, cuius virtute aduerſarij exterriti ſunt, nec audebãt ꝑſequi ipſum Iacob ac ſuos. Tangit quoq; Hieronymus aliã expoſitionẽ, q̃ nũc ex Scholaſt. hiſtoria tacta eſt, dicẽs: Dabo tibi Sichimã, quã emi in fortitudine mea, i. cũ pecunia ſeu aliquo æquiualẽte, quã multo labore acquiſiui, ſuꝑ fr̃es tuos, hoc eſt, abſq; ſorte do eã tribui Ioſeph. Ibi nãq; ſepultus eſt Ioſeph, & mauſoleũ ſeu ſepulchrũ eiꝰ vſq; hodie cerniſ. ¶Amplius, B. Auguſtinus circa hęc ſcribit: Quæriſ, quõ ad literã ſtare poſſit, ꝙ Iacob dicit ſe dare filio ſuo Ioſeph Sichimã præcipuã, & ꝙ poſſederat eã ĩ arcu & gladio. Emit eñ poſſeſſionẽ illã centũ agnis, nõ cepit iure belli. An quia filij eius vrbẽ Sichimoꝝ expugnauerũt, potuit eius fieri iure belli, vt iuſtũ bellũ geſtũ videaſ cum eis, qui primo intulerũt iniuriam, violando filiã Iacob: cur ergo non dedit eam maioribus filijs ſuis qui hoc fecerũt? Deinde ſi de victoria gloriãs, dedit eã Ioſeph, cur ei diſplicuerũt filij, qui hoc fecerunt? Cur benedicturus eis, exprobrat factũ illud? Latet ergo hic propheticũ ſacramentũ, q̃ñ Ioſeph quadã præcipua ſignificatiõe Chriſtũ ſignificat: & ipſi Ioſeph datur terra illa, in qua Iacob deos obruit ſeu defodit alienos, vt Chriſtus deſignetur ac intelligaſ poſſeſſurus gẽtes, dijs patrũ ſuorum renũciantes, & in ipſum credẽtes. Hęc Auguſtinus. Itaq; ſecundũ Auguſtinũ, iſtud intelligiſ de terra quã emit Iacob, quã (ob cauſam prætactã, ſeu iuxta expoſitionẽ inductã) dicitur Iacob accepiſſe in arcu ſuo & gladio. ¶Poſtremo, vt refert Lyra, Hebræi exponũt iſtud de terra vrbis Sichẽ, dicẽtes ꝙ Iacob eã obtinuit iure belli: quia dum Amorrhæi voluerũt contra eũ inſurgere, ꝓpter euerſionẽ vrbis illius, Iacob armauit ſe ac ſuos domeſticos ad reſiſtẽdum illis, cõfidens in Dei auxilio. Vnde & timor Dei tũc inuaſit Amorrhęos, ita ꝙ redierũt, ideo iuſte terrã illã obtinuit. Sed iſtis obijcitur, quia victoriã ſeu poſſeſſionẽ illã non obtinuit Iacob arcu & gladio ſuo, ſed Dei auxilio. Iſta quoq; narratio Hebræoꝝ, de armatione Iacob & domeſticoꝝ ſuorũ, videtur cõficta, nec textui cõſona: q̃ñ ſuprà habetur ꝙ vrbe Sichimorũ euerſa, Iacob dixit filijs ſuis: Turbaſtis me, & odioſum feciſtis Chananæis: illi cõgregati percutiẽt me, & delebor ego & domus mea. Et ſubditur ibi in principio cap. 35. Præterea locutus eſt Deus ad Iacob: Surge & aſcende Bethel. Cumq; profecti eſſent Iacob & ſui, timor Dei inuaſit oẽs per circuitum ciuitates, & nõ ſunt auſi perſequi recedentes. Ex quibus probatur, ꝙ ipſo Iacob metuẽte, Deus cõmiſit ei, non vt ſe & ſuos armaret, ſed vt cũ eis à loco illo recederet. Nec timor Dei inuaſit Chananæos, cũ Iacob armaſſet ſe & ſuos contra illos: ſed cum profectus eſſet, ſeu receſſiſſet ab ipſis. Hinc præinducta expoſitio duplex Hieronymi, rationabilior eſſe cenſeſ. ¶Iuxta ſpiritualem demum intelligentiã, per Manaſſen ſynagoga, per Ephraim eccleſia, quæ eſt ſynagogæ præpoſita, deſignatur. Et q̃uis Deus benedixit aliquando ſynagogæ, multo tñ præclarius benedixit eccleſiæ, & ipſa eccleſia numeroſitate, dignitate ac meritis ſynagogã exceſſit. Chriſtus vero videbatur ad tempus pro ſynagoga zelare, & Gentiles poſtponere: Non ſum, inquiens, miſſus niſi ad oues ꝑditas domus Iſrael. Attñ Deus pater prælegit eccleſiã, cui ꝑ fidẽ & meritum crucis Chriſti ſubuenit, quod per cruciformẽ cancellationem manuum Iacob figurabatur, quę cancellatio fuit ipſi Ephraim glorioſa, & ipſi Manaſſę quodãmodo opprobrioſa: per quod deſignatum eſt, ꝙ verbum crucis Iudæis eſt ſcandalũm, electis vero gentilibus virtus Dei, honor, & gloria.

Gene. 33.
Euſebiꝰ.
Hieron.
Auguſt.
Hieron.
Idem.
Euſebiꝰ.
Auguſt.
Idem.
Gen. 34.
Gene. 35.
Hieron.
Matt. 15.
1. Cor. 1.

¶Elucidatio capituli XLIX. Vocauit autem Iacob filios ſuos, & ait eis. Articulus C.

NVnc in iſto capitulo ſententioſo atq; difficili exaratur, qualiter beatiſſimus patriarcha Iacob, prophetali ſpiritu plenus, benedixit vniuerſis ac ſingulis filijs ſuis, & multa eis prædixit: quoꝝ quædam cõcernebant duodecim tribus, quantum ad tempus quo in terra promiſſionis ſunt conſtituti, & terram illam per congruas diuiſiones ſortiti. Aliqua vero quæ & principalia ſunt, Chriſtum reſpiciunt, de cuius primo vltimoq; aduentu clariſſime vaticinatur Iacob in iſto capitulo. [Vocauit autem Iacob filios ſuos,] duodecim ſcilicet patriarchas, qui vtiq; omnes ſtuduerunt adeſſe, quando viderunt patrem ſuum ſe ad mortẽ diſponere. [& ait eis: Congregamini] corporaliter circa lectũ meũ, ſpiritaliter quoq;

mentes veſtras recolligẽdo ad verborum meorum aduertẽtiam diligentem. [vt annunciem
quæ ventura ſint in diebus nouiſſimis] Per hoc quod ait, in diebus nouiſſimis: inſinuat ſe
locuturum de myſterijs Chriſti, & de rebus in aduentu eius implendis, cuius tẽpore non fue
rũt in carne viuentes filij Iacob, quibus ipſe iſta annũciauit, ſed poſteri eorundẽ, qui nomine
patrum ſuorum ſignificantur. Itaq; per nouiſſimos dies intelligitur vltima mundi ætas, ſeu
tẽpus regis Meſſiæ, quod eſt tempus euãgelicæ legis, cui alia lex diuinitus nõ ſuccedet. Pro-
1. Co. 10. pter quod loquitur Paulus: Nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerunt. Ioannes quoq;
1. Ioã. 2. apoſtolus in prima ſua Canonica: Filioli, inquit, nouiſſima hora eſt. Hinc de tẽpore Chriſti
Eſaiæ 2. loquitur Eſaias: Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini in vertice mon
R. Moſes tium. Atq; vt R. Paulus allegat, R. Moſes Gerundenſis ait in Gloſſa ſua: Nouiſſimi dies ſunt
dies Meſſiæ, quos Iacob ſignificauit cũ dixit: Non auferetur ſceptrũ &c. Et addit: Secũdum
om̃ium enim opinionẽ, dies nouiſſimi ſunt dies Meſſiæ, hoc eſt, tẽpus primi aduentus Chri-
ſti, in cuius tẽporis fine erit aduentus eius ſecundus. [Congregamini & audite filij Iacob, au
dite Iſrael patrẽ veſtrum:] me ſcilicet, qui alio nomine dictus ſum Iſrael. Per hæc verba tam
diligẽter & affectuoſe repetita, reddit filios ſuos ad audiendũ attentos, & magna ſe annun-
Gen. 29. ciaturũ deſignat. Deinde à primogenito inchoat: [Rubẽ primogenitus meus. Tu fortitudo
bñdictio mea] Hoc eſt: O Rubẽ qui primogenitus meus es, tu es effectus ſeu proles, in quo robur meæ
Ruben. virilitatis primo apparuit. Vnumquodq; enim (vt ait Philoſophus) in ſpecie ſua perfectum
eſt, dũ poteſt ſibi ſimile generare, ſicq; fortitudo potẽtiæ generatiuæ, & efficacia virilitatis
ipſius Iacob, primo in Ruben apparuit, tanq̃ in ſuo effectu, & velut in ſpeculo. Vnde de vi-
ro qui multos genuit, cõmuniter dicitur, fortis. Dicitur quoq; primogenitus fortitudo pa-
tris, quoniã per primogenitũ ſuum pater primo cõfidit ſuo tempore conſtipari, ac multipli
Euſebi⁹. cari. In Scholaſtica hiſtoria ita exponitur verbũ hoc: Tu fortitudo mea, id eſt, tu es quem
genui in ætate robuſta. [& principium doloris mei.] Hoc quidam exponunt ſic: Tu es præ-
Gene. 35. cipua cauſa meæ afflictionis, per hoc ꝙ cum vxore mea enormem cõmiſiſti inceſtũ, de quo
quaſi incõparabiliter dolui. Verũtamen ſi loquamur de dolore ſenſibili, videtur Iacob inten
ſius diutiusq; doluiſſe de amiſſione Ioſeph, q̃ de aliqua alia aduerſitate. Quidã vero ita ex-
ponunt: Tu es principium doloris mei. i. ſolicitudinis meæ circa filios, quæ ſolicitudo in ſe
1. Cor. 7. pœnalis eſt, & habet laborẽ annexum. Vnde de cõiugatis ait Apoſtolus: Tribulationẽ car-
nis habebũt huiuſmodi. Itaq; per dolorem rite accipit totũ onus ſtatus matrimonialis. De-
niq; cũ Iacob genuiſſet Rubẽ ex Lia, cœpit Rachel inuidere ſorori, ꝙ illa magis q̃ ipſa fru-
ctũ ꝓtuliſſet cõiugij, de q̃ inuidia doluit Iacob: ſicq; Rubẽ fuit ei doloris illi⁹ occaſio. Porro
Hieron. ſecundũ Hieronymũ, in Hebræo habet: Tu capitulũ liberis meis. i. filijs meis quoddã exor-
diũ es, qm̃ ordo ſeu ſeries gñationis eorũ cœpit à te, qui es velut capitulũ. i. paruũ caput eo-
rũ. Hinc LXX. trãſtulerũt: Tu principiũ filiorũ meorũ. Rurſus quia capitulũ accipi ſolet pro
loco diſciplinę & correctiõis, poteſt ita intelligi: Tu capitulũ liberis meis. i. cum ſis primoge
nitus, debuiſti fratribus tuis exemplum virtutũ præbere, & delinquẽtes corripere, omnesq;
diligere, cum tñ per inceſtum tuum feceris omnino cõtrariũ. Iterũ poteſt iſtud exponi in lau
dem ipſius Ruben, inquantũ fratres ſuos de vẽditione Ioſeph, ſerioſe ac veſtibus ſciſſis cor-
ripuit. [primus in donis] hoc eſt, ratione primogenituræ cõpeteret tibi duplex portio hære
ditatis ſeu facultatũ tui parentis, quia (vt dictũ eſt ſæpe) in lege naturæ primogenito debe-
batur portio duplex oĩm paternorũ bonorũ. Dicitur quoq; Ruben primus in donis, qm̃ do-
na gratiæ ſuo patri conceſſa, decuit primo ad ipſum deriuari, ac relucere in ipſo. Parentes
q̊q; cõmuniter pl⁹ diligũt primogenitũ: idcirco ſunt ꝓniores aliquid primogenito dare. Et
ita fuiſſet fratrib⁹ ſuis maior in donis, niſi peccãdo meruiſſet iure primogeniturę priuari. Lo
co huius verbi, Maior in donis: LXX. tranſtulerunt, Durus ad ferendum: quod trahi poſſet
ad ſenſum eundẽ, quoniam tanta priuilegia primogenitorum fuerũt alijs filijs frequenter
moleſta. Ruben quoq; per ſuum inceſtum fecit ſe grauẽ ad ferendum tam proprio patri, q̃
Origen. fratribus ſuis, præſertim filijs Balæ quam cognouit. In idem redit litera Origenis, qua dici-
tur: Durus in cõuerſatione. Porro in Hebræo habetur, maior ad portandũ: hoc eſt, dignior
* maior in ad obtinendũ ac poſſidendum ea, quæ ad primogenituræ priuilegia pertinebãt, quod redit
in idem cum noſtra trãslatione. [&* maior imperio.] i. dignitas primatus ac ſacerdotij per-
tineret ad te iure primogenituræ. Promiſerat quippe Deus patriarchæ Iacob, ꝙ reges na-
ſcituri eſſent ex eo. Sicq; regia dignitas etiã pertinuiſſet ad poſteros Ruben, niſi peccando
Hieron. tam grauiter obicẽ poſuiſſet. Hinc ait Hieronymus: Debebas iuxta ordinem natiuitatis tuę,
hæreditatem, quæ primogenitis debetur. i. regnũ ſacerdotiumq; accipere. Itaq; triplex bo-
num pertinuiſſet ad Ruben ex ſua primogenitura, quo propter ſuum inceſtum priuatus eſt:
Primum fuit duplex portio hæreditatis, & hoc ad filios Ioſeph tranſlatum eſt. Nam Ioſeph
Gen. 48. duplicẽ accepit funiculũ in filijs ſuis Ephraim & Manaſſe, à quibus deriuatæ ſunt duæ tri-
1. Par. 5. bus, vt ꝑcedenti articulo patuit, & quãtũ ad hoc, verificatur q̊d 1. Paralipomenon libro ha-
betur,

betur, primogenita reputata ſunt Ioſeph. Secundũ fuit ſacerdotiũ, q̊d trãslatũ eſt ad tribum
Leui. Tertiũ, regia dignitas, q̃ ad tribũ Iudæ trãslata eſt. Hinc ſubdit: [Effuſus es ſicut aqua]
i. ꝑfatis bonis ac priuilegijs ꝓrſus priuat⁹ es, & effuſa ſunt à te, ſicut effundit aq̃. Vel ſic & me
lius: Effuſus es ſicut aq̃. i. inſtar liquidi elemẽti effudiſti cõcupiſcẽtiã tuã impetu paſſiõis, nec
humorẽ tuæ libidinis refrenaſti freno virtutis ſeu retinaculo caſtitatis, quemadmodũ aqua
ab effuſione cõpeſcitur vaſculo. [Non creſcas]. i. ad primatũ & eminentiã non aſſurgas, nec
ſuper fratres tuos te efferas tanq̃ primogenitus: immo propter exceſſum tuum humilies te,
ſufficiatq; tibi eſſe vt vnum ex eis. Hinc LXX. tranſtulerunt: Sicut aqua non ebullias. Aqua
nanq; ebulliẽs iactat ſe, & creſcit in altũ, q̊d Iacob prohibuit ipſi Ruben. Vel non creſcas in
hominũ reputatione, quia tui inceſtus demerito eris cõtemptus, ſeu reputationis minoris.
Porro, ſecundũ Hieronymum, in Hebræo habetur, ne adijcias. i. non præſumas amplius ta- Hieron.
le quid agere. Poteſt quoq; ſic accipi, non creſcas. i. tribus tua non tantũ multiplicet, vt aliæ
quædã tribus in Iſrael, quod certum eſt eſſe impletum. ſicq; per quod peccauit, per hoc fuit
punitus. [quia aſcẽdiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratũ ei⁹] cognoſcẽdo ipſius vxorem Gene. 35.
nomine Balam, vt patuit 35. ca. ¶ Circa hæc quæritur, cur Iacob poſt tantos annos, tã acri-
ter cõmemorauit ac vltus eſt facinus filij ſui, etiã in poſteris eius. Rñdetur, ꝙ zelo iuſtitiæ &
ex diuina inſpiratione hoc fecit, & forſan Rubẽ ille nondũ digne inde pœnituit: nec tamen
poſteris eius in hac vindicta fiebat iniuria, qm̃ ex eorũ meritis eis nõ debebãtur præfata bo-
na, quibus propter patris ſui inceſtũ priuata ſunt. Deniq; etiã ſecundũ leges humanas, pro
crimine læſæ maieſtatis filij priuantur hæreditate ac patria & honore, propter patris ſui ex-
ceſſum. ¶ Deinde de Simeone ac Leui ſubiũgitur, quorũ crimina memorat, ſicut & crimen
Ruben: & quantũ ad hoc, nõ ſolum annũciauit futura diebus nouiſſimis, ſed & retulit pręte-
terita multis annis: attamen principale intentũ ipſius Iacob, fuit futura prædicere: propter
quæ & præterita quædã retexuit, ne pœnam infligendã ſine culpa depromeret. Quomodo
aũt ea quæ Iacob dicit ad Ruben, ad Simeonẽ quoq; & Leui, ſint benedictiões, cũ potius vi-
deant exprobrationes ac maledictiones, infrà dicetur: [Simeõ & Leui fratres, vaſa iniquita Leui &
tis bellantia] i. hi duo fratres carnales ex patre & matre, fratres quoq; conformitate mali- Simeõis
tiæ, ſunt vaſa plena iniquitate, iniuſte pugnãtia. Eſt aũt Hebrææ loquelæ proprietas, vt om̃e bñdictio
alicuius rei contentiuũ, vas appelletur illius: ſicq; Simeon & Leui vocantur vaſa iniquitatis
bellantia, q̃a fuerũt ſubiecta vitijs iræ, impatiẽtiæ, ſimulationis, rancoris, crudelitatis, ex qui- Gen. 34.
bus fuerũt moti ad bellũ iniquũ contra Sichem filiũ Emor regis Sichimorum, & contra ha
bitatores vrbis illius. [In cõſilium ipſorum non veniat anima mea.] i. abſit vt mihi compla
ceat eorum cõſilium, quod cõtra Sichimitas conceperunt. [& in cœtu eorum nõ ſit gloria
mea.] hoc eſt, gloriatio mea non conformetur impiæ gloriationi cœtus ipſorum. Quaſi di-
cat: Deteſtor ipſorũ cõſilium & conuentum, inquantũ talia tractauerũt, nec mihi vnq̃ pla-
cuit q̊d fecerũt. [quia in furore ſuo occiderũt virum] videlicet Sichem filium Emor, immo
& ipſum Emor ac Sichimitas, etiã poſt confœderationem & initam pacem. [& in volunta Ibidem.
te ſua ſuffoderunt murũ]. i. muros oppidi Sichem euerterunt pro poſſe. vnde Hieronymus
ait: Significat Iacob non fuiſſe ſui conſilij, ꝙ Emor & Sichẽ viros ſibi fœderatos interfece- Hieron.
runt, & cõtra ius pacis amicitiarũ ſanguinẽ effuderunt innocentẽ, & crudelitate q̃ſi furore
rapti, muros hoſpitæ vrbis euerterunt. [Maledictus]. i. deſpectus & abominabilis Deo [fu-
ror eorũ] cõtra Sichimitas conceptus, [quia pertinax:] Nã q̃uis Sichem ac pater eius Emor,
multũ amicabiliter tractaſſent cũ filijs Iacob de pace & cõfœderatione, de ſatisfactione &
nuptijs Dinæ, obtuliſſentq; munera copioſa, & circuncidiſſent ſeipſos, ciuesq; ſuos induxiſ-
ſent ad idem, nihilo minus Simeon & Leui in ſuo permãſerunt furore. [& indignatio eo-
rum] maledicta eſt, qua Sichimitis indignabantur propter raptum & violationem ſuæ ſoro
ris, etiam poſt prædicta. [quia dura] fuit & ferox, immo & obſtinati fuerunt in ea, qui poſt
tanta beneuolentiæ ſigna ac opera emolliri non poterant.] Diuidã eos in Iacob, & diſper-
gam eos in Iſrael.] hoc eſt, ego Iacob prędico tribum Leui, tribumq; Simeonis, hincinde in
terra promiſſionis eſſe diuidẽdas ac diſpergẽdas. Leuitæ etenĩ non acceperunt & non ha-
buerũt hæreditariã portionẽ, ſicut cæteræ tribus: ſed vrbes ad habitandũ, non ſimul in vna
plaga terræ, ſed ꝑ loca à ſeinuicẽ valde remota, partim trãs Iordanẽ, partim infrà, prout in li
bro Ioſue ſcriptũ eſt. Erãt quoq; Leuitę diuiſi in tres turmas, ſ. Chaatitas, Meraritas, & Ger Ioſue 19.
ſonitas, q̃ turmæ à ſeinuicẽ habitauerũt diuiſæ. Similiter trib⁹ Simeõ extitit parua, & ĩter fili
os Iudæ quaſdã vrbes ſortita eſt, atq; vt refert Lyra, Hebręi de diſꝑſione Simeõ adiecerũt:
Nõ eſt pauꝑ ſcriptor nec pædagogus, niſi de Simeõ, hoc eſt, filij Simeonis diſcurrerunt per
cæteras tribus Iſrael ad ſcribendũ pro precio, & ad inſtruendũ pueros aliorum pro victu
neceſſario obtinendo, ſicut nunc faciunt apud Chriſtianos clerici pauperes. ¶ Inſuper qui-
dam Hebræi, vt recitat Lyra, exponunt hunc paſſum de iniquitate Simeonis & Leui in
Ioſeph commiſſa. Nam dicunt quòd hi duo præ cęteris aduerſati ſunt Ioſeph, & voluerunt
eum

eum occidere: idcirco dicunt vaſa iniquitatis bellãtia, & eoꝝ conſilium pater ipſorum ab-
horruit. Hęc aũt expoſitio videtur valde impropria. Primo, quia nec occiderũt Ioſeph, nec
voluerunt eum bellãdo, ſed opprimẽdo occidere, nec ei aduerſando ſuffoderunt murũ. Ve-
rum eſt tamen, ꝙ pro eo quod nos habemus, in voluntate ſua ſuffoderunt murum: Septua-
ginta tranſtulerunt, In deſiderio ſuo ſubneruauerunt taurum: & iſti per taurũ intelligunt Io-
ſeph, de quo in Deuteronomio Moſes loquitur: Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius.
Deu. 33. Sed conſtat ꝙ non ſubneruauerunt Ioſeph. ¶Præterea, Septuaginta ſic tranſtulerunt: Si-
meon & Leui fratres cõſummauerũt iniquitatẽ adinuẽtionis ſuæ. Cum ergo nõ occiderint
nec ſubneruauerint ipſum Ioſeph, certũ eſt, ꝙ non conſummauerunt iniquitatem adinuen
tionis ſuæ in eum, ideo iſta non exponũtur recte hoc modo. Aſſerit tamen Lyra, ꝙ Hebrai-
ca veritas habet, in voluntate ſua ſubneruauerunt taurũ. Sanctus vero Hieronymus aſſerit
Hieron. in Hebræo haberi, in libidine ſua ſuffoderunt murũ. Hæc autem diuerſitas trãſlationum &
opinionũ contingit præcipue ex frequẽti & magna æquiuocatiõe dictionũ Hebraicarum,
in quibus (vt dictum eſt) æquiuocatio habet præcipue locum. Si ergo iuxta Septuaginta in-
terpretes dicatur, ſubneruauerunt taurum, poteſt per taurũ intelligi ipſe Sichem, propter li-
bidinis & incõtinentiæ ſuæ exceſſum quo Dianã oppreſſit. Quidã vero per taurum intelli-
gunt tauros ac cætera pecora Sichimorũ, quos Simeon & Leui cum ſuis adiutoribus ſub-
neruauerunt. Nõnulli exponũt iſta de ſacerdotibus, ſcribis, ac phariſæis, ex Leui & Simeo-
ne natis, qui præ cæteris Iudęis contra Chriſtum pugnauerũt, & multa contra eum habue-
runt conſilia, eumq́; tandẽ interfecerunt. Et murum, hoc eſt, corpus ipſius, ſeu ipſum Chri-
Pſal. 21. ſtum, qui fuit fortiſſimũ Iſraelis propugnaculum, vulneribus ſuffoderunt, ſicut fatetur: Fo-
derũt manus meas & pedes meos. Per taurũ quoq; intelligunt Chriſtũ, propter fœcundita-
tem ac fortitudinẽ ſuam, quẽ ſubneruauerunt iniqui, corpus ipſius totaliter violẽtiſſime ex-
Ibidem. trahendo, Propter quod proteſtat: Dinumerauerũt omnia oſſa mea. Deniq; tam pertinaciſ-
ſimus fuit ſacerdotũ, ſcribarũ, & phariſæorũ furor in Chriſtũ, ꝙ quãto plura atq; maiora fe-
Ioan. 10. cit miracula, tãto plus inſaniebãt in eũ, cogitantes qualiter eum occiderent. Cęteris expoſi-
tio iſta apparet magis allegorica eſſe q̃ literalis. ¶Circa prædicta ſcribit Hieronymus: Leui
Hieron. hæreditatẽ propriã nõ accepit, ſed in oĩbus ſceptris. i. ſortibus ſeu tribubus, paucas ad habi-
tãdũ habuit vrbes. Similiter Simeõ de tribu Iuda modicũ q̃d accepit. Itaq; ſicut Simeon &
Leui peccauerũt enormiter, interficiẽdo innoxios ac vrbẽ demoliẽdo, ſic & ipſi puniti ſunt
per vrbiũ ſubtractionem, & ſuorum poſterorũ diſperſionem. Nihilo minus erat alia ratio
ſpecialis, cur tribus Leuitica nõ habuit hæreditaria bona. Sequitur benedictio Iudæ præ cæ-
Iudę benedictio teris pulchra, quia de eo Chriſtus fuerat naſciturus. [Iuda, te laudabũt fratres tui.] Iudas in-
terpretat laus ſiue cõfeſſio. Itaq; Iacob bñdictur⁹ filio ſuo Iudę, ſic rite incepit: Te laudabũt.
Quaſi dicat: Merito appellatus es Iudas, quia laudabunt te fratres tui: quod & in illo Iuda
patriarcha aliqualiter eſt impletũ. Erat enim poſt Ioſeph inter fratres ſuos notabilior, for-
tior, atq; prudentior: magis aũt impletũ eſt in poſteris eius. Nam tribus Iuda, à principio
fuit numero maior, viribus fortior, ad ardua aggredienda audacior: idcirco à cæteris tribu-
Exo. 14. bus laudabat, & ſpecialiter quãdo (vt legitur) primo ſecuta eſt Moſen per viã maris rubri
diuiſi, cæteris tribubus nõ audẽtibus ſtatim Moſen ſequi. ¶Præterea, Ioſue mortuo, conſu-
Iudic. 1. lentibus filijs Iſrael dñm: Quis aſſcẽdet cõtra Chananæum, & erit dux belli? Dñs dixit: Iudas
aſſcẽdet. Cumq́; Iacob publice prophetaſſet, reges, & regem regũ Meſſiam, naſcituros eſſe
de Iuda, fuit tam ipſe Iudas, quàm tribus ipſi⁹, honorabilis reliquis filijs Iacob. [Manus tuæ
in ceruicibus inimicorũ tuorũ]. i. hoſtes tuos potẽter ꝓſternes. Hoc in Dauid præcipue con-
ſtat impletũ, quẽ dñs in oñi bello ſaluauit ac vincere fecit. [& adorabunt te filij patris tui.]
q̃d in Chriſto ex Iudę ſemine incarnato impletũ eſt, quẽ multi ex 12. tribubus Iſrael cõuerſi,
adorauerũt poſt aſſcenſionẽ ipſius in cælum, ſicut in Actib⁹ Apoſtolorũ edocet. Adoratiõe
2. Re. 19. autem duliæ multi adorauerunt Dauid regem, tanq̃ ſublimem perſonã, etiam Nathan pro-
3. Reg. 1. pheta & Bethſabee, vt patet libro tertio Regum. [Catulus leonis Iuda] hoc de Dauid expo-
nitur, qui in adoleſcentia ſua inſtar leunculi fortiter & audacter ꝓſtrauit ſupbiſſimũ gigan-
1. Re. 17. tem Goliam. Non concidat, inquiẽs, cor cuiuſquã in ſemetipſo. Ego ibo & pugnabo con-
tra incircũciſum iſtum. Et cum eſſet minimus ac iunior inter oẽs fratres ſuos, in regem vn-
ctus eſt, & leonẽ ac vrſum occidit in campo. Verius tñ exponitur iſtud de Chriſto, qui tanq̃
fortiſſimus leonis catulus, mox vt ex virgine natus eſt, ad inuiſibiliũ hoſtiũ debellationẽ pro-
ceſſit, fortiſſimũq́; tenebraꝝ principẽ cõculcauit. Hinc in tranſlatione LXX. his verbis ſub-
iungit, ex germine fili mi aſſcẽdiſti: in quibus verbis Iacob dirigit ſermonem ſuũ ad filium
Lucæ 1. ſuum Iudã, cũ tñ iſtud nõ intelligatur de eius ꝑſona, ſed de nato ex ipſo. Chriſtus quippe aſ-
ſcẽdit ex ſupnaturali germinatione, natus de ſpirituſancto ex virginea matre. Aſſcendit q̃q;
ex germine, qa cũ eſſet ſecundũ carnẽ natus ex germine Iudęoꝝ, aſſcẽdit dignitate & gloria
ſup oñe genus humanũ & ſup cælos cælorum. Noſtra vero tranſlatio continet, [Ad præ-
dam fili

dam fili mi aſſcendiſti:] quod quidam exponunt de Dauid, qui victis hoſtibus expoliauit
eoſdẽ. Aptius aũt de Chriſto accipitur, qui iuxta Pſalmiſtã, Aſſcendens in altum, captiuam 2. Reg. 8.
duxit captiuitatem. Mox nanq; vt in cruce tradidit ſpiritũ, deſcendit in limbũ patrum, at- Pſal. 67.
que in puncto ſuæ reſurrectionis ſpoliauit infernum, ac ſanctos inde educẽs, aſſcendit qua-
drageſimo die ad prædã illam electam, vt perduceret eam ſecũ in cælũ. Hinc ſecundũ Hie- Hieron.
ronymũ, in Hebræo habetur: De captiuitate fili mi aſſcẽdiſti. Et ſecundũ eundem Hierony-
mum, per captiuitatẽ intelligitur cõpræhenſio & paſſio Chriſti, per aſſcenſum reſurrectio
eius. Aſſcẽdit quoq; Chriſtus ad prædã, quia per ſeipſum, deinde per ſuos Apoſtolos proceſ-
ſit ad cõuertẽdum homines, vinculis vitioꝝ & iugo diaboli cõpeditos, quos fortis arma- Lucæ 11.
tus (puta diabolus) ſibi habuit obligatos. Chriſtus etẽm fortem illũ deuicit, & vaſa eius diri- Eſaiæ 53.
puit. Vnde de Chriſto per Eſaiã locutus eſt Deus pater: Ideo diſpartiam ei plurimos, & for-
tium diuidet ſpolia, pro eo ꝙ in mortẽ tradidit animã ſuã. [Requieſcens accubuiſti vt leo.]
Requieuit Chriſtus triduo in ſepulchro, accumbens ſeu dormiens ibi inſtar catuli leonis,
qui natus, tribus diebus dormit, anteq̃ ad vitales euigilet actus. Vnde tranſlatio Septuagin-
ta habet: Accubuiſti vt leo, & vt catulus leonis.] Porro in noſtra tranſlatione ſubiungitur: Prou. 30.
[& quaſi leæna] Itaq; Chriſtus requieuit vt leo, qui eſt fortiſſimus beſtiarũ, quẽ aliæ beſtiæ
metuunt, nec inuadere audẽt: ſic Chriſtus oĩm potẽtiſſimus regũ, ſecuriſſime requieuit atq;
regnauit deuicto mortis aculeo, nec quiſquã potuit ei nocere. Requieuit etiã vt leæna, quæ
eſt valde crudelis. Nam moriendo mortẽ deuicit, atq; poteſtates cõculcauit aereas, & quod Oſee 13.
per Oſee prædixerat, protinus adimpleuit: Ero, inquiens, mors tua o mors: morſus tuus ero Apoc. 5.
inferne. Idcirco de ipſo in Apocalypſi aſſerit: Vicit leo de tribu Iuda. [Quis ſuſcitabit eũ?]
i. Quis audebit Chriſtũ poſt reſurrectionem ſuã impaſſibilem factum, impugnare? aut quis
poterit ei regnũ auferre, de quo angelus ac Eſaias & Euãgeliſta prædixerunt, Dabit illi do- Eſaiæ 9.
minus Deus ſedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni eius non Lucæ 1.
erit finis? Nempe vt Daniel prophetauit, Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur, Dani. 7.
& regnum eius quod nõ corrũpetur. Quod ſi obijciatur, ꝙ multi tyranni ac perfidi ab exor-
dio primitiuæ eccleſiæ Chriſtũ impugnauerunt: dicendum, ꝙ impugnauerunt eum in my-
ſticis ſuis membris, ſed vt Eſaias prædixit, Ad eum venient, & confundentur oñes qui repu-
gnant ei. Vel, quis ſuſcitabit eum? ſupple, à mortuis, niſi ipſemet ſecundũ quod Deus. ¶Cir- Eſai. 41.
ca hæc ſcribit Hieronymus: Chriſtus in ſomno mortis requieuit vt leo, quia non neceſſita-
te, ſed poteſtate quieuit in morte, ſicut prædixit: Poteſtatẽ habeo ponendi animã meã. Et, Hieron.
Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam. Quod vero addidit, & vt catulus leonis: ideo di- Ioan. 10.
ctum eſt, quia inde mortuus, vnde natus. Vtrunq; ſiquidẽ ex humanitate aſſumpta compe- Ibidem.
tit ei. Aiunt Phyſici, ꝙ catulus leonis cum fuerit natus, tribus diebus & tribus noctibus dor-
mit: deinde locus cubilis tremefactus rugitu leonis, excitat eius catulũ dormiẽtem: ſic Chri-
ſtus in cubili ſepulchri tribus diebus ac noctibus iacens, ſomnum mortis impleuit. Bene er-
go Chriſtus vt leo requieuit, qui non ſolũ acerbitatem, ſed & imperium mortis vicit, & vt
catulus leonis die tertio reſurrexit. Vnde additur, Quis ſuſcitabit eum? Nullus, ſubaudi, niſi Ioann. 2.
ipſe qui ait: Soluite templũ hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Veruntamẽ quidam ex-
ponunt iſta de Dauid. Et aliquo modo in ipſo impleta ſunt tanq̃ in euidenti figura Chriſti.
Dauid quippe frequẽter aſſcendit ad prædã, & grandem prædam ab Amalechitis reduxit,
quãdo milites eius dixerũt: Hæc eſt præda Dauid, vt primo Regũ habetur. Requieuit quoq; 1. Re. 30.
in regno vt leo, quia hoſtibus ſuis potenter præualuit: & tanq̃ leæna, quia nonnullos terri-
biliter lacerauit, ducens ſuper eos ferrata ſecãtia, iuxta illud ſecundi Regum libri: Populum 2. Re. 12.
eius, ſcilicet filios Ammon adducẽs, ſerrauit & circumegit ſup eos ferrata carpenta, diuiſitq́;
cultris, & tranſduxit in typo laterum: ſic fecit vniuerſis ciuitatibus filiorum Ammon. Hinc
tandẽ nullus audebat eum ſuſcitare ad præliandũ aduerſus eum: tamẽ quod dictũ eſt, Quis 3. Reg. 2.
ſuſcitabit eum, poteſt ita exponi de Dauid, ꝙ ſolus Deus ſuſcitauit eum ad prophetandum,
vel ad procreãdum regni ſucceſſorem, videlicet Salomonem. [Nõ auferetur ſceptrũ de Iu-
da]. i. regia dignitas non tolletur in toto de tribu Iudæ patriarchæ. [& dux de femore eius]
i. princeps Iſraeliticæ plebis non deficiet de poſteritate ac ſemine Iudæ præfati. Quaſi di-
cat: Etſi rex deficiat de Iuda, non tamen princeps in toto nec diu, q̃uis ad tempus durante
captiuitate in Babylone. [donec veniat qui mittendus eſt]. i. quouſq; Chriſtus Dei filius per
incarnationẽ deſcẽdat ad homines, qui vnice, id eſt, ſingulariſſime, admirabiliſſime, ac ſa-
luberrime fuit à Deo patre mittendus in mundum, de cuius aduẽtu ac miſſione oñes præ-
dixerunt prophetæ, & copioſius Eſaias: Emitte, inquiens, agnum domine dominatorem Eſaię 16.
terræ. Itemq́; Mittet eis ſaluatorem & propugnatorẽ qui liberet eos. [& ipſe erit expectatio Eſaię 19.
gentium]. i. ſalus expectata, ſeu ſaluator à gentibus expectatus, de quo & gentiliũ vates, prę-
ſertim decem Sibyllæ, plurima prædixerũt, de quo & Aggæus: Ecce veniet deſideratus cun- Aggei 2.
ctis gentibus. Et rurſus in Eſaia: Legẽ eius inſulę expectabũt, & in ipſo gentes ſperabũt. De- Eſaię 51.
niq; ex

niq; ex hac beatiſſimi Iacob prophetia probamus veniſſe Meſſiã, quia à tẽpore Dauid vſq;
Lucæ 2. ad Herodẽ regẽ alienigenã, natione Idumæũ, ſub cuius dominio natus eſt Ieſus Nazarenus,
Matt. 1. quẽ credimus eſſe Chriſtũ, habuerũt Iudæi regẽ aut principẽ de tribu Iuda, q̃uis in ipſa Ba-
bylonica captiuitate fuerit hoc interruptũ ad tẽpus, quia Iudæi tũc erant ad alienã terram
abducti. Nã reges habuerũt vſq; ad ipſam captiuitatẽ, quoꝝ vltim⁹ extitit Sedechias. In re-
4. Re. 25. ditu aũt habuerũt ducẽ ac principẽ ipſum Zorobabel ex regibus natum, deinde ſacerdotes
ſeu põtifices præfuerũt vſq; ad Ioannẽ Hyrcanũ, q ſibi impoſuit diadema. Pontifices vero il
li poſuerũt ex vna parte de tribu Iuda, quæ à tẽpore Moſis & Aaron fuit cõiugio ſociata tri
bui Leui ſacerdotali. Ioſaba q̊q; vxor Ioiadę ſacerdotis, fuit filia Ioram regis Iuda, vt patet
3. Regũ. Hoꝝ aũt veritatẽ & oĩa ꝓbat frater Raimundus in pugione. Sed cõtra hæc tanto
3. Reg. 1. importunius inſtãt Iudæi, quanto ex eis apertius probamus Chriſtum veniſſe. Dicunt ergo,
in Hebræo non haberi, Donec veniat qui mittendus eſt: ſed, donec veniat Silo. Silo aũt fuit
1. Reg. 2. nomẽ ciuitatis, in qua tẽpore Heli ſacerdotis, fuit arca Dei, & tabernaculũ dñi, ac oleũ vn-
ctionis qua reges inungebant. Aſſerũt igit̃ prophetiã hanc eſſe impletã, qñ Saul de tribu Ben
iamin factus & vnctus eſt rex in Silo. Sed iſtud eſt fatue dictũ. Non eñ ante Saul fuerunt re-
ges de tribu Iuda, vt Saul vncto, dicat̃ ſceptrũ ablatũ à Iuda: immo Saul ſtatim poſt ſuã pro-
1. Re. 13. motionẽ eſt reprobatus à Deo, & paulopoſt Dauid ex ſtirpe Iudæ vnctus eſt rex à Samuele,
1. Re. 16. ac deinceps mãſit ſceptrũ in tribu Iuda ſecundũ modũ p̃habitũ. Alij ex Iudæis dicunt hanc
prophetiã impletã, qñ Hieroboã Ephratæus factus eſt rex, quia tũc 10. tribus receſſerũt à re-
gno Iuda. Sed iſtud eſt falſum, quia Hieroboam factus eſt rex non in Silo, ſed in Sichem, vt
3. Re. 12. legitur 3. libro Regũ. Rurſus poſt illã diuiſionẽ fuerũt reges in tribu Iuda multo ſolẽniores,
3. Re. 15. fideliores, ſanctiores & potẽtiores, q̃ reges 10. tribuum, vt patet de Aſa, Ioſaphat, Oſia, Ioa-
2. Pa. 14. than, Ezechia, Ioſia: immo regno 10. tribuũ ꝑ reges Aſſyrioꝝ prorſus deſtructo, manſit ſce-
4. Re. 14. ptrũ & principatus in Iuda vſq; ad Herodẽ, q fuit primus rex Iudæoꝝ ex gẽtibus nat⁹. Hinc
2. Pa. 26. quidã Iudæi dixerũt vaticiniũ iſtud impletũ tẽpore Nabuchodonoſor, qui regnũ Iudæ de-
4. Re. 15. ſtruxit. Quod iteꝝ improbat̃, quia poſt mortẽ Nabuchodonoſor & Babylonis deſtructio-
2. Pa. 29. nem redierũt Iudæi in ſua, habuerũtq; duces, principes & quoſdã reges de ſemine Iudæ, vt
4. Re. 22. dictũ eſt, vſq; ad Herodẽ. Ioannes eñ Hyrcanus, rex fuit, & filius eius Ariſtobul⁹. Poſtremo
2. Pa. 34. falſitas obiectionũ iſtaꝝ probat̃ ex trãſlatione Chaldaica, q̃ eſt apud Iudæos multũ authen
& 35. tica, in tantũ ꝙ nullus ipſoꝝ ei cõtradicere audet: q̃ cõtinet, Nõ auferet̃ ſceptrũ de Iuda &c.
donec veniat Meſſias. Dicendũ ergo, ꝙ nomẽ hoc Silo, qñq; in Hebræo eſt nomen propriũ
loci, qñq; nomẽ cõmune, & tũc ſignificat miſſionẽ: ſicq; accepit ipſum Hieronymus, & be-
ne, vt patet iã ex Chaldaica trãſlatione. Hæc aũt frater Raimũdus, Nicolaus de Lyra, & alij
Chr̃iani doctores, q in Hebręa lingua diligẽter eruditi fuerũt, plenius cõſcripſerũt. Deinde
Hieron. de Chr̃o ſubiũgit: [Ligãs ad vineã pullũ ſuũ, & ad vitẽ, o fili mi, aſinã ſuã.] hoc LXX. ſic trã-
tulerũt: Alligãs viti pullũ ſuũ, & funiculo pullũ aſinæ. In Hebræo aũt ſecũdũ Hieronymum
ſic habet̃, Alligãs ad vitẽ pullũ ſuũ, & in Sorech fili mi aſinã ſuã. Quod S. Hieronymus ſic ex-
ponit: Pullũ ſuũ. i. gentilẽ populũ, copulauit vineæ apoſtoloꝝ, q ex Iudæis fuerũt: & ad So-
Origen. rech, i. ad electã vitã, alligauit aſinã, hoc eſt, eccleſiã ex gẽtibus cõgregatã. Sic q̊q; Origenes
expoſuit. Porro Gloſſa clarius ſic exponit: [Ligãs] ipſe Chriſtus vinculo charitatis & diſci-
Eſaiæ 5. plinæ, [ad vineã]. i. cõgregationẽ apoſtoloꝝ ſeu primitiuã eccleſiã ex Iudæis collectã, in qua
principales fuerũt apoſtoli. Vnde loquit̃ Eſaias: Vinea dñi Sabaoth, domus Iſrael eſt: & vir
Iuda, germẽ eius delectabile. [pullũ ſuũ]. i. gẽtilem populũ ante indomitũ, & inſtar pulli à le-
gis onere alienũ. Chr̃s eñ ꝑ apoſtoloꝝ prædicationẽ cõuertẽdo gẽtiles, ꝑ fidẽ vniuit, atq; per
Ioan. 15. charitatẽ incorporauit eos cõgregationi apoſtoloꝝ, ac primitiuæ eccleſiæ ex Iudaiſmo cõ-
uerſæ, ſicq; ligauit Chr̃s [aſinã ſuã]. i. ſynagogã legis oneri aſſuetã, tardigradã, & importabi
liũ obſeruantiaꝝ põdere preſſam. [ad vitẽ,] hoc eſt, ad ſeipſum qui ait: Ego ſum vitis vera.
Vel, ad vineã iam p̃fatã, q̃a poſt Chr̃i reſurrectionẽ & ſpũſſancti miſſionẽ, multa millia Iu-
dæoꝝ ꝑ apoſtolos ſunt cõuerſa, & eis ꝑ fidẽ vnita, ac Chr̃o ꝑ charitatẽ incorporata. Sicq; in
Epheſ. 2. Chr̃o vite, ſicut ĩ lapide angulari, aſſociati ſunt Iudæi & gẽtiles electi. Ipſe etenĩ fecit vtraq;
vnũ. Sed hæc expoſitio videtur Nicolao de Lyra, magis myſtica ſeu ſpũalis, q̃ literalis: ideo
co ꝑ verba hæc, [ligãs ad vineã pullũ ſuum &c.] dicit inſinuari fertilitatẽ terræ promiſſionis
in vino & lacte, vt ſit ſenſus, ꝙ in vno ſtipite vitis, poſſit onerari vna aſina, eiuſq; pullus. Et
idem dicit ſignificari per verba ſequẽtia: [Lauabit in vino ſtolã ſuam]. i. tanta erit ibi abun-
dantia vini, vt poſſint panni in eo lauari. Sed his cõtradicit R. Paulus, affirmans expoſitio-
nem catholicoꝝ præinductã, eſſe literalẽ, nõ myſticã. Iacob eñ loquitur metaphorice in ca
pitulo iſto quaſi per totũ, per ſimilitudines ſ. corporaliũ rerum. In tali aũt locutione ſenſus
literalis nõ eſt, qui immediate ſignificat̃ per nomina, ſed qui ſignificatur per ipſas res, pro-
pter eaꝝ proprietates & ſimilitudines ad id quod principaliter deſignatur. Ideo ſicut iam
ante per leonẽ catulumq; leonis, ſignificata eſt certa ꝑſona, ſ. Dauid vel potius Chriſtus, ita
& nunc

& nunc per pullũ & aſinã præfati populi deſignant̃, q̊s & Chriſtus ſignificauit in ſe vnien-
dos, equitãdo in die palmaꝝ ſuꝑ pullũ & aſinã. In ſcripturis quoq; per vineam deſignat̃ ad Matt. 21.
ci nõ poterant populus dici. Intelligendum eſt ergo iſtud dici de angelis. ¶Deniq; ſup illud, Gen. 25.
Congregat⁹ eſt Abrahã ad populũ ſuũ, dicit Gloſſa interliniaris.i. ad angelos, quoꝝ cõciuis Gen. 35.
erat. Similiter ſup illud, Appoſitus eſt Iſaac populo ſuo, habetur in Gloſſa, id eſt, cœtui ange
lorum vel animaꝝ ſanctaꝝ, quibus appoſitus eſt, nulla remanente ſolicitudine tẽtationum,
vel periculo peccatorum. ¶Amplius, omnia iſta ſumpta vident ex verbis beati Auguſtini di Auguſt.
centis: Videndũ eſt qualiter aſſidue dicant ſcripturę, Appoſitus eſt ad populum ſuũ. Ecce eñ
de Iacob dicit iam quidẽ mortuo, ſed nõdum ſepulto: Congregatus eſt ad populũ ſuũ. ſed ad
quẽ populũ, nõ in promptu habetur. Ex illo eñ prior populus natus eſt, qui populus Iſrael
appellatur: qui vero eũ præceſſerũt, tã pauci iuſti nominãtur, vt eos populũ vocare cuncte-
mur.

mur. Nempe ſi dictũ eſſet, appoſit⁹ eſt ad patres ſuos, nulla quæſtio fieret. An forte populus
eſt nõ ſolum hominum ſanctorum, ſed etiam angelorum, populus ciuitatis illius, de qua legi-
Heb. 12. tur ad Hebræos: Acceſſiſtis ad montem Sion, & ad ciuitatem Dei Hieruſalẽ, & ad millia an
gelorum exultantium? Huic populo apponuntur, qui poſt hãc vitam placẽtes fuerũt. Tunc
enĩ dicuntur eis apponi, quãdo iam non remanet ſolicitudo tentationum ſiue periculum vi
Ecci 11. tiorum. Quod ſcriptura intuens, ait: Ante mortem ne laudes hoĩem quenquam. Ex his Augu-
August. ſtini verbis iam lucet, verum nõ eſſe q̊d ille repræhenſor dicti iſtius affirmat. Nullus dici po-
teſt appoſitus ad angelos, niſi qñ transfert ad gloriã: quia ſecundũ Auguſtinum, hi qui poſt
vitã hanc fuerũt Deo placentes, angelis dicũtur appoſiti, inquantũ in eis ceſſauit tentationũ
R. Paul. ſolicitudo & peccãdi periculũ, vtpote q̃a impeccabiles erãt. ¶ Dicit q̊q; circa hæc Rabbi Pau
lus: De nullo ſancto qui ante Abrahã deceſſit, legitur, q̃ fuit appoſitus ad populum ſuũ. Cui-
us ratio poteſt eſſe, quia licet illi deceſſerunt in gratia, habebant tamẽ forte venialia aliqua,
pro quibus oportebat eos ad tempus in purgatorio eſſe, ſic'q; propter tales nõ diceret Iacob
appoſitus ad populũ ſuum, cum non eſſet adhuc in limbo. ¶ Sed hæc Rabbi Pauli verba in
duobus deficiũt: primo in hoc q̃ dicit, idcirco non legi aliquẽ ſanctorum (qui ante Abrahã
erant) appoſitum ad populum ſuũ, quia licet deceſſerunt in gratia, habuerũt tñ forte venialia
aliqua &c. Si enĩ hoc eſſet cauſa q̃ non leguntur ad populum ſuum appoſiti, ſcriptura nõ di
Gen. 25. ceret ſuprà Gene. 25. de Iſmaele: Deficiens mortuus eſt, ad populum ſuũ appoſitus: niſi for-
te dicatur q̃ Iſmael tantæ extiterit ſanctitatis, q̃ non tulit ſecum aliquod veniale: quod nõ vi
detur, & ſi hoc de ipſo diceretur veraciter, multo plus dici poſſet de Sem, Enoch & Noe, q̃
tñ non leguntur cõgregati ad populũ ſuum. Secundo deficit in hoc, q̃ dicit, propter hoc nõ
diceretur Iacob appoſitus populo ſuo, cũ non eſſet adhuc in limbo. Nam dato q̃ ſancti qui
Abraham p̄ceſſerunt, obiſſent in aliquibus venialibus culpis, non tamen fuiſſent in purgato
rio vſq; ad mortem Iacob, præſertim illi maiores iam nominati, & eis cõſimiles, ſicut Abel,
immo & Adam, de cuius pœnitentia legitur in libro Sapientiæ: Hæc ſcilicet ſapientia, illum
Sapi. 10. qui primus formatus eſt, eduxit à delicto ſuo, & etiam Loth. vnde omnes iſti & multo plu-
res, creduntur ante mortem Iacob in limbo fuiſſe.

¶ Spiritualis expoſitio eiuſdem capituli XLIX. Art. CII.

VOcauit aũt Iacob filios ſuos, & ait eis: Congregamini.] Iacob figura eſt Chr̃i. Quẽad-
modum ergo Iacob patriarcha, obitu ſuo inſtãte, cõuocauit filios ſuos, vt ſe patrẽ ipſo
rum audirent, & eis in diebus ventura nouiſſimis p̄nunciaret, ſic Chr̃s imminẽte ſua
ſaluifica paſſione, cõuocauit glorioſos apoſtolos: Scitis, inq̃ens, quia poſt biduũ paſcha fiet,
Mat. 26. & filius hominis tradetur vt crucifigatur? Deinde in nouiſſima cœna prædixit apertiſſime
Mar. 14. ipſis ſuã paſſionem, traditiõem, reſurrectiõem, aſſcenſiõem, ſpiritusſancti miſſionem, mul
Luc. 22. torum Iudæorum & totius gentilitatis conuerſionem, præclariſſima quoq; miracula in no-
Ioan. 13. 14. 15. 16. mine ſuo fienda. [Ruben primogenitus meus.] Poteſt per Ruben intelligi ſacratiſſimus Pe-
trus, quẽ Chr̃s inter apoſtolos fecit maiorẽ, principẽ'q; eorum cõſtituit. [Tu fortitudo mea] Pe
trus nanq; fuit inter apoſtolos fortior in fide, & feruentior in amore. propter q̊d ſaluator di
Mat. 16. xit ad eum: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Item'q;: Tu ali-
Luc. 22. quando cõuerſus, confirma fratres tuos. Qui recte fortitudo Chriſti vocatur, quoniam toti-
Ioan. 21. us poteſtatis eccleſiaſticæ plenitudinẽ cõtulit ei Chr̃s, dicẽdo: Paſce oues meas, hoc eſt, toti-
us ouilis mei, vniuerſarum'q; ouium mearum te paſtorem ac prælatum cõſtituo. Sic'q; forti
tudo Chriſti in Petro magis reſplenduit, qui etiam in virtute & efficacia miraculorum fuit
Act. 5. potẽtior, quippe qui vmbra ſui corporis ægros, q̊ſcunq; per eam tangebat, ſanauit. [& prin
cipium doloris mei.] quia videlicet de Petri ruina & trina negatiõe Chriſtus ex charitate
Mat. 26. doluit vehementer. Fuit q̊q; Petrus principiũ doloris, i. ſolicitudinis Chr̃i, quia p Petri, tan-
q̃ pro pleni & ſummi ſui vicarij mox futuri, cõſeruatione fuit Chriſtus ſpecialiter ſolicitus,
dicẽs ad eum: Simon, ecce ſatan expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: ego autem rogaui
Luc. 22. pro te, vt non deficiat fides tua. [primus in donis] quia in fidei firmitate, charitatis feruore,
in eccleſiaſtica authoritate, in miraculis alijs'q; donis q̃ pluribus fuit præcipuus, & in prima-
tu ac ſacerdotio inter apoſtolos ſummus. [maior in imperio.] Fuit nanq; totius vniuerſalis
eccleſiæ p̄ſul, qui vniuerſis ac ſingulis potuit imperare, cui oẽs iure diuino inclinare ſe tene-
bãtur, ꝓpter q̊d Paul⁹ apoſtolus dixit ad archiapoſtolũ Petrũ: Meum eſt orare, tuum p̄cipe-
re. [Effuſus es ſicut aqua.] Petrus enĩ Chriſtum negando etiam cum deteſtatiõe, anathemati
Mar. 14. zatione atq; periurio, peccauit mortaliter, & donis gratiæ fuit priuatus, q̊uſq; pœnituit. [Nõ
Luc. 22. creſcas] in fama, q̃a per trinã negationẽ Chriſti, videtur Petrus quãdã ſuæ famæ denigratio-
nem q̊dammodo incurriſſe. [q̃a] inquam [aſſcendiſti cubile patris tui.] Cubile Dei patris fu
Mat. 26. it ſynagoga, olim Dei ſpõſa: quã Petrus inordinate aſſcendit, qñ in tantũ timuit eius offen-
ſam, q̃ dominum Chriſtũ negauit. Vel qñ timens eos q̃ erãt ex circũciſiõe, à gẽtibus ſe ſub-
traxit. Propter q̊d Paulus reſtitit ei in faciem. [& maculaſti ſtratum eius:] quia per hoc alios
ſcandalizauit,

ſcandalizauit, intãtum q̃ ſimulationi eius cæteri conſenſerũt, & Barnabas corruit in eandẽ, Gala. 2.
ſicut ad Galatas ſcribit Paulus. ¶ Preterea, poteſt p Iacob De⁹ pater intelligi, qui electos ſu-
os per gratiã cõuocat: ſic'q; p Ruben intelligitur Chriſt⁹, qui eſt primogenitus patris, ſub no Pro. 8.
mine ſapientiæ loquẽs: Ego ex ore altiſſimi prodij, primogenita ante oẽm creaturã. Ipſe eſt 1. Cor. 1.
fortitudo Dei, eſt enim virtus & ſapiẽtia patris. [& principiũ doloris eius] quia de p̄ſecutio-
nibus & interfectione Chr̃o illatis à Iudæis incredulis, pater p modũ dolẽtis ſe maxime ha-
buit, intãtum q̃ ſynagogam, ſibi olim tam charã, reliquit in finem. [primus in donis.] Nam
Deus non ad menſurã dedit ſpiritum ſanctum & eius chariſmata homini Chriſto, qui etiam Ioan. 3.
proteſtatur: Pater diligit filium, & oĩa dedit in manu eius. [maior in imperio.] Omnia quip Pſal. 8.
pe ſubiecta ſunt ei, & pater dedit ei nomen quod eſt ſuper omne nomẽ, vt in noĩe Ieſu omne Hebr. 2.
genu flectatur. Propter quod dixit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Nam Phil. 2. Mat. 28.
& ipſe eſt rex regum, & dñs vniuerſorum, caput, põtifex'q; totius eccleſiæ, qui tẽpore paſſio Apo. 19.
nis effuſus eſt ſicut aqua, prout in Pſalmo fatetur: Sicut aqua effuſus ſum. [Nõ creſcas] Chri- Pſal. 21.
ſtus etenim in corde perfidorum Iudæorum non creuit. [quia aſſcendiſti cubile patris tui]. i. ſyn- Matt. 23.
agogã vſq; ad intima eius ſcrutatus es, vitia ſacerdotum, ſcribarum & phariſæorum, aperiẽ- Lucæ. 6.
do & increpãdo: ſic'q; maculauit ſtratum eius, hoc eſt, maculatos oſtendit eos, in quorum cor- Io. 8. 10.
dibus debuit ſpecialiter eſſe lectus ſeu quies patris æterni. ¶ Inſup per Ruben primogenitũ Deut. 7.
Iacob, intelligitur populus Iudæorum, qui fide & vocatione prior fuit populo Chr̃iano: fuit'q;
fortitudo Dei, quia in populo illo oĩpotentiam ſuã per diuerſa mõſtrauit miracula, in quo Ephe. 2.
etiã populo fuit fidei fundamentum ac firmamentũ eccleſiæ, de quo ait Apoſtolus: Funda- 1. Cor. 3.
mentũ aliud nemo poteſt ponere, præter id q̊d poſitum eſt, q̊d eſt Chriſtus Ieſus. Fuit q̊q; po
pulus ille principium doloris, q̃a ſæpiſſime ac grauiſſime Deum offendit: primus in donis,
quia vſq; ad Chriſti aduentũ ac paſſionem fuit peculiaris populus Dei, præcipuis beneficijs
Dei decoratus: & maior in imperio: ptinebat enĩ ad eos regnũ & ſacerdotiũ, & teſtamẽtum,
& legislatio, atq; adoptio. Sed effuſus eſt ſicut aqua, impetũ paſſionũ ſuarum ſequendo, contra
ſaluatorẽ: ideo meruit minorari, non creſcere: quia aſſcẽdit cubile patris. i. Chriſti humani
tatem, quæ fuit & eſt thronus deitatis, in qua plenitudo diuinitatis corporaliter habitauit: Coloſ. 1.
q̊d Iudæi aſſcẽderũt, cõtra Chr̃m inſurgẽdo, eum'q; conculcãdo, & p diuerſas detractiones
quantũ fuit in eis, cõmaculãdo, ac mortis decoloratione operiendo. ¶ Deinde de Simeone
ac Leui ſubiungit: & ſicut in p̄cedenti tangebatur articulo, quod de illis literaliter fertur in
textu, de ſacerdotibus & Leuitis, ſcribis ac phariſæis ex ipſorum ſemine natis, ſpiritualiter ſu-
mit. Illi etenim ſacerdotes, Leuitæ, ſcribæ & phariſæi, fuerũt vitioſiſſima vaſa, q̃ cõtra Chr̃m
publice & inſidioſe p verba atq; iniurias pugnauerunt, & diuerſa habuerũt conſilia, qualiter
eum circunuenirent, accuſarent, occiderent, quemadmodũ Hieremias prædixit: Conſilium Hier. 11.
fecerunt inimici mei aduerſum me, dicẽtes: Venite, mittamus lignum in panẽ eius, & erada
mus eum de terra viuentiũ. [quia in furore ſuo occiderũt virum] de quo itidem cecinit Hie- Hier. 31.
remias: Nouum faciet dominus ſuper terrã: fœmina circundabit virum. [Maledictus furor
eorum, quia pertinax:] Pilatus nanq; multipliciter inſtitit, vt de manu eorum eriperet Chri
ſtum: ſed illi econtra tanto furibundius clamauerunt, Tolle tolle, crucifige eum. Caueamus er Ioan. 19.
go, ne & in nobis inueniatur pertinax furor, aut indignatio dura, ne maledicamur cum illis.
Nam qui ad indignationem facilis eſt, erit ad peccãdum procliuior. ¶ Conſequẽter de Iuda Pro. 29.
ſubiũgitur: [Iuda, te laudabũt fratres tui.] Per Iudã, q̃ interpretatur laus ſiue cõfeſſio, q̃ & in-
ter fratres ſuos fortiſſimus fuit, intelligit Chr̃s, qui à primo inſtanti creationis aĩæ ſuæ, nun-
quam ceſſauit à laude interna maieſtatis diuinæ, & exultauit vt gigas ad currendã viã, de q̊ Pſal. 18.
ait Pſalmiſta: Accĩgere gladio tuo ſup femur tuũ potẽtiſſime. quẽ laudauerũt fratres ſui ſan Pſal. 44.
cti Apoſtoli, de q̃bus dixit beatiſſimæ ac feruẽtiſſimæ ſuæ amatrici Mariæ Magdalenæ: Vade, Ioan. 20.
& dic fratribus meis: Aſſcẽdo ad patrẽ meũ. [Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum.]
Chr̃s quippe aereas poteſtates victorioſiſſime expugnauit, & obſtinatos Iudæos per manũ
Romanorum prorſus deiecit, ſicut p Eſaiã teſtatur: Calcaui eos in furore meo, & cõculcaui eos Eſai. 63.
in ira mea, de quo & Pſalmiſta: Dominus fortis & potẽs, dñs potẽs in prælio. Qualiter autẽ Pſal. 23.
cætera verba in benedictione Iudæ poſita, conueniant Chriſto, in præcedẽti expreſſum eſt
articulo. [Zabulon in littore maris habitabit.] Per quemlibet patriarcharum, quantũ ad bona
quæ in eo fuerũt, Chr̃s ſignificatur. Quicquid equidẽ boni fuit in alijs ac diuerſis diuiſim &
imp̄fecte, fuit in Chriſto cõiũctim atq; p̄fecte. Itaq; p Zabulon qui intelligit habitaculũ for
titudinis, exprimit Chriſtus ſaluator & Deus, cui cantatur in Pſalmo: Eſto mihi in Deũ p- Pſal. 70.
tectorem & in locũ munitum, vt ſaluum me facias. Etenĩ turris fortiſſima nomen domini: Pro. 18.
ad ipſum currit iuſtus, & exaltabit. Zabulon iſte, videlicet Chr̃s, habitauit in littore maris,
hoc eſt, in quiete & trãquillitate pectoris tẽpore tribulationis. p mare enĩ aduerſitas, inquie
tudo, tribulatio deſignatur: p littus maris, tranquillitas. Quoniã ergo ſaluator in oĩ tribula-
tiõe ac pœna quas p̄tulit, incõcuſſibilẽ mẽtis tranquillitatẽ ſeruauit, recte in littore maris di
citur

citur habitaſſe.[& in ſtatione nauium.] hoc eſt,in ſtabilitate particularium eccleſiaꝝ, quia
Matt. 11. in mentibus cõſtantium demoratur fidelium, qui nõ ſunt arundo vento agitata, ſed aſſimi-
Matt. 7. lantur viro ſapienti,qui ædificauit domum ſuã ſupra petram,ita ꝙ nec venti tentationum,
nec flumina tribulationum queũt cor eius mouere.[pertingẽs vſq; ad Sidonẽ.] Quia(vt ait
Matt. 15. Euangeliſta)egreſſus Ieſus,venit in partes Tyri & Sidonis, vt Tyrios Sidonioſq; curaret in
mente à vitijs,& in carne ab inualitudinibus.Sidon quoq; interpretat̃ venatio:per quam de-
ſignãtur animæ,dæmonum venationibus laqueiſq; deceptæ, ad quas Chr̃s deuenit, conuer-
tẽdo & redimẽdo eaſdem.Vnde Pſalmiſta:Ipſe,inquit,liberabit me de laqueo venantiũ.In-
Pſal. 90. ſuper Chr̃s(ad literam)ſæpius fuit & manſit in Capharnaum, vrbe ſupra mare Galilææ con
Matt. 4. ſtructa,& prædicauit ibidem frequẽtius, pertrãſiens vſq; Sidonem, ſanãdo oẽs oppreſſos à
8. 11. diabolo,& curando omnem lãguorem & oẽm infirmitatem in populo:per quod ſacratiſſi-
Lucæ. 4. mus Euangeliſta Matthęus oſtendit,in hoc eſſe cõpletum ꝗd illuſtriſſimus Eſaias propheta
7. 10. Ioan. 2. 6 prædixit:Primo tẽpore,hoc eſt,in euangelicæ prædicatiõis principio,alleuiata eſt terra Za-
Matt. 4. bulon & terra Nephthalim.[Iſachar aſinus fortis,accubans inter terminos.] Iſachar inter-
Eſaiæ 9. pretatur merces,per quẽ exprimitur Chriſt⁹,de quo fertur in pſalmo: Cum dederit dilectis
Pſal. 126. ſuis ſomnum,ecce hæreditas dñi,filij,merces fruct⁹ ventris. Ipſe nãq; præmium eſt oĩm bea
toꝝ,ſeu obiectalis eoꝝ felicitas.propter ꝗd ait:Qui diligit me,diligetur à patre meo:& ego
Ioan. 14. diligã eum,& manifeſtabo ei meipſum. Qui inter terminos accubauit.i. intra fines eccleſiæ
requieuit,in ſolis videlicet catholicis perſonis,nõ in ſchiſmaticis neq; hæreticis, quoꝝ con
1. Cor. 14 uenticula deteſtatur.Non eñ eſt Deus diſſenſionis,ſed pacis. [Vidit requiem ꝙ eſſet bona]
i.cõtemplationis quietẽ penſauit ꝓferendã eſſe omnibus mũdi delicijs,dicens:Vnum eſt ne-
Lucę 10. ceſſarium. & requiem felicitatis æternæ iudicauit ſuper oĩa eſſe appetendã, quam etiã mens
ſua à primo ſuæ creationis exordio plene guſtauit,& experimẽtaliter vidit.[& terrã ꝙ opti
ma.]hoc eſt,paradiſum cæleſtem,quæ eſt tertia viuentiũ,regioq; viuoꝝ,cõſiderauit incom-
parabiliter præ oĩbus iſtis terrenis amandũ. [& ſuppoſuit humeꝝ ſuum ad portãdum].i. ſe-
ipſum paratum exhibuit ad laborandũ & ſuſtinendũ,quicqd pater voluit eum facere ac ſuf-
ferre,quatenus requiẽ illã æternã,terramq; optimã ſupercæleſtem, mereretur ac procuraret
hoĩbus:& quantum ad hoc,fuit quaſi aſinus fortis,nõ ꝓpter ſtoliditatẽ ac tarditatẽ,ſed pro
pter laborioſitatem ac obedientiã, qua omne pondus laboꝝ ac tormentoꝝ patiẽtiſſime ac
obedientiſſime tolerauit.propter quod dixit ad patrẽ:Opus cõſummaui,quod dediſti mihi
Ioan. 17. vt facerem.atq; in cruce:Conſummatũ eſt.Et demum in pſalmo: Omnes fluctus tuos indu-
Ioan. 19. xiſti ſuper me.Et voce membroꝝ ſuoꝝ dicere potuit patri: Vt iumentum factus ſum apud
Pſal. 87. te.Factus eſt eñ obediens vſq; ad mortẽ.[factuſq; eſt tributis ſeruiens.]Nam & Chr̃s(ad lite
Pſal. 72. ram)ſoluit tributũ,vt Euangeliſta deſcribit,nõ quia tenebat̃,ſed quia dignat⁹ eſt,& ne ſcã-
Phil. 2. dalizarẽtur puſilli.Spiritaliter ꝗq; hoc fecit:quia vt homo,obtulit Deo ſanctæ ſeruitutis ta-
Matt. 17. lentum,hoſtiã laudis,& munus deuotiſſimæ regratiationis,ſecundum ꝗd dixit: Quia ego ꝗ
Ioan. 8. placita ſunt ei,facio ſemper.[Dan iudicabit populum ſuum.]Dan interpretatur iudicium,
& fuit figura Chr̃i,qui cõſtitutus eſt iudex viuoꝝ ac mortuoꝝ,& vniuerſa quæ egit ac docu
Acto. 10. it,cum ſumma diſcretiõe exhibuit.Qui fuit[coluber in via,ceraſtes in ſemita:]qm̃ principẽ
tenebraꝝ à quo tenebatur, cũ ſumma decepit induſtria: poteſtate ꝗq; regali ac authoritate
pontificali munitus, cõfregit tyrannoꝝ vehicula, ita ꝙ corruerũt deorſum. [Gad accinct⁹
pręliabitur ante eum,& ipſe accinget̃ retrorſum.]Per Gad,q interpretat̃ felicitas,deſigna-
tur ſaluator:qui ſecũdũ ſuã deitatem,eſt eſſentialiter ipſa in ſe ſubſiſtẽs,ſupereſſentialis ac in-
finita felicitas:& ſecundum ſuã humanitatem felix fuit,quãtum ad ſuperiores ſuę animę vi-
res, ad increatũ obiectũ relatas, ab incarnationis exordio: qui oĩ ſpiritali armatura fulcitus,
cõtra inuiſibiles hoſtes pręliatus eſt in primo ſuo aduentu ante Iſraeliticã plebẽ,ab electis Iu-
dæoꝝ cordibus illos fugãdo,& plurimos cõuertendo ꝓdicatione,oratiõe,exẽplo,miraculis.
Deinde circa finẽ mundi cõtra Antichriſtũ pugnabit, quẽ interficiet ſpũ ſui oris, & deſtruet
2. Theſ. 2 illuſtratione ſui aduẽtus.Sanctis quoq; Helię & Enoch dabit virtutẽ reſiſtendi efficaciter An
tichriſto.Sicq; per ſui collationem ſubſidij,ante eos præliabitur ac trãſibit, ſicut ꝑ Eſaiã ait
Eſa. 45. ad Cyꝝ:Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo. Sicq; accinget̃ Chr̃s retrorſum, qa
ad hoc ita cõtra Antichriſtũ bellabit,ꝗtenus eo occiſo,exerceat paulopoſt gñale iudicium.ꝗ
cõpleto,redibit vñ deſcẽdit.[Aſer pinguis panis eius,& ꝓbebit delicias regibus.]Aſer inter-
Ioan. 6. pretat̃ beatus, & typus extitit Chr̃i,q ait: Caro mea vere eſt cibus. q mãducat hunc panem,
viuet in æternũ.In qua carne cõtinet̃ ſupernoꝝ pinguedo chariſmatũ,cũ ipſa ſit deitatis in-
ſtrumentũ animatũ cõiunctũ, in quã etiã virtutes aĩæ Chr̃i copioſiſſime prorſus redundãt:
immo ipſemet totus Chr̃s eſt pinguiſſimus panis, oĩ virtute & gratia incõparabiliter ple-
Ibidem nus.Nam ait:Ego ſum panis viuus q de cælo deſcẽdi, qui in ſacramẽto acceptus,cõfert ſpiri
tales delicias regibus,q ſeipſos ratiõe iuxta euãgelicã legẽ gubernãt,vtpote cũctis vere fide-
libus:in ꝗ multi reges & principes timorati & Chr̃ifideles, miro modo ſunt delectati. Hinc
de Chriſto

de Chriſto in Pſalmo prædictum eſt:Erit firmamentum in terra in ſummis montium. Vbi
alia habet tranſlatio,Erit frumentũ. Alia vero,Erit memoriale triticũ. Tranſlatio aũt Chal Pſal. 71.
daica,Erit placenta tritici in terra &c. ꝑ quæ oĩa aperte eſt ꝓphetatum, ꝙ Chr̃us ſub forma
& tortula panis triticei,offerendus ac manducandus eſſet in euangelica lege,ꝑ hoc memori-
am faciẽs mirabiliũ ſuoꝝ, dans eſcam tam ſupſubſtantialem timentibus ſe. Vnde propheta Pſal. 110.
prænunciauit:Manducauerũt & adorauerũt oẽs pingues terræ.Hoc totum filijs ſeculi huius Pſal. 21.
incredibile eſſe videt̃ ac ſtultum,ꝓpter ꝗd vnus illoꝝ dixit:Non inueni tam fatuã legẽ, ſicut
eſt lex Chriſtianoꝝ:qm̃ Deum quem colunt, ꝓprijs dentibus deuorant. His vero q ſpm̃ Dei
habent, rõnabiliſſimum ac ꝓfundiſſimum videtur eſſe myſterium. Intelligunt nanq; rõnes
inſtitutionis tanti ſacramenti,& fructus ſaluberrimos eius, quos & viciſſim in ſeipſis grati-
oſe experiuntur.[Nephthalim ceruus emiſſus, dãs eloqa pulchritudinis.] Per Nephthalim,
q interpretatur cõparatio,intelligit̃ rex Meſſias,patri ſe cõparans: Ego,inquiens, & pater Ioan. 10.
vnum ſumus:Quia cũ in forma Dei eſſet,nõ rapinam arbitratus eſt,eſſe ſe æqualẽ Deo.Qui Phil. 2.
rite ceruus emiſſus ſeu velox vocat̃, qa exultauit vt gigas ad currendam viam.Et ſicut deſide Pſal. 18.
rat ceruus ad fontes aq̃rum,ita deſiderauit nos adducere ſecum in gloriã,nec à curſus ſui fer
uore vnq̃ potuit retardari.Dedit ꝗq; eloqa pulchritudinis,qm̃ ſapientiſſima ac profundiſſi- Lucæ 4.
ma protulit documenta,ita ꝙ oẽs mirabant̃ in verbis gratiæ quæ procedebant de ore eius. Matt. 7.
Erat qppe docens ſicut poteſtatem habẽs,nõ ſicut ſcribæ & phariſæi.Hinc & aduerſarij eius Ioan. 7.
cõpulſi ſunt dicere:Nunq̃ ſic loquutus eſt homo ſicut hic loqtur. Siqdem diffuſa erat gratia Pſal. 44.
in labijs eius.Nec miꝝ ſi in humanitate aſſumpta q̃ pulcherrima verba deprompſit,q ſecun
dum ꝗd Deus,eſt verbum æternum atq; oĩpotens ſermo Dei patris. Poteſt ꝗq; iſtud exponi
de cœtu apl'orum,ꝗrum quidam erant ex tribu Nephthalim,tribuq; Zabulon,q ad euãgeli
cæ legis ꝓdicationem tanq̃ celerrimi cerui auidiſſime & velociſſime ꝓceſſerunt,& eloqa pul
chritudinis,vtpote Chr̃i doctrinam ꝓrſus pulcherrimã,latiſſime diffuderunt,de qbus canta Pſal. 67.
mus in Pſalmo:Principes Zabulon & principes Nephthalim.[Filius accreſcens Ioſeph,fili-
us accreſcẽs, & decorus adſpectu.] Ioſeph euidentiſſima Chr̃i figura eſt. Chr̃s enim creuit Lucæ 2.
ſeu profecit ſapientia,ætate & gr̃a,ſecundũ manifeſtationem.Creuit ꝗq; & fama,ſicut glori
oſiſſimus Ioannes Baptiſta ꝓdixit:Illũ oportet creſcere,me aũt minui. Deniq; iuxta Danie- Ioan. 3.
lis oraculũ,Chr̃s eſt lapis ſine manu ꝓciſus de mõte,q lapis creuit in montẽ magnum,& im- Dani. 2.
pleuit vniuerſam ſupꝼiciem terræ. Creuit ergo fructu multiplici, multa millia cõuertendo,
partim & primo ꝑ ſeipſum, deinde plenius ac mirabilius ꝑ ſuos diſcipulos, in primis ex Iu-
dæa,Galilæa atq; Samaria, deinde vbiq; terraꝝ ex gentibus. Qui fuit decorus adſpectu, vt- Pſal. 44.
pote ſpecioſus forma ꝓ filijs hoĩm.Cuius humanitatẽ omni virtute,ſapiẽtia,dono,fructu be
atitudine ac gr̃a excellentiſſime pulchrificatam,verbũ æternum aſſumpſit. Cui etiã in deita
tis natura pulchritudo appropriat̃.Siqdem æternitas eſt in patre, ſpecies in imagine, vſus in
munere:ſpecies,inquã,in imagine:hoc eſt,pulchritudo in filio,& vſus in munere.i.commu
nio in ſpũ ſancto.Hoc fideliter cognoſcẽtes filiæ Aegypti,hoc eſt,animæ ſeu eccleſiæ ex gen
tibus conuerſæ,diſcurrerunt ſuꝑ muꝝ:qa ſuper apl'orum doctrinam ſe fundarunt,vt Chriſti
pulchritudinem contemplarent̃.Sed inuiderunt Chr̃o in primis ꝑuerſi & obſtinati ſcribæ,
& ſacerdotes ac phariſæi vani & ambitioſi,Chr̃i eminentiam & ſuam depreſſionẽ ferre non
valentes:idcirco verbis & ictibus eum impetierunt,dicentes:Promittit ſe ſcientiam Dei ha- Sapię. 2.
bere,& filiũ Dei ſe nominat:tentemus quæ ventura ſint ei, contumelijs & tormentis interro
gemus eum,morte turpiſſima occidamus eum.[Sedit in forti arcus eius:]qa in Deo fuit fidu
tia Chr̃i,quem Deus pater cito eripuit à cunctis vinculis & aduerſis, qbus ligauerunt & cru
cifixerunt eum iniq,q vinctum eum tradiderunt Pilato, clauiſq; diriſſimis affixerunt pati- Ioan. 18.
bulo.Sed Deus patris eius,hoc eſt,Deus Abrahæ & cæterorum patriarchaꝝ ac Ioſeph ſponſi Mat. 27.
Mariæ,ꝗꝝ filius Chr̃us vocatur, fuit in oĩbus Chriſti adiutor, ſicut in euangelio ait: Ego in Ioan. 14.
patre,& pater in me eſt.Et,Pater non reliqt me ſolũ,q pater per Eſaiam ꝓteſtatur de Chr̃o: Ioan. 8.
Ecce puer meus, ſuſcipiam eum:electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea. Eripuit, Eſaię 42.
inquã,eum:qm̃ tertio die ſuſcitauit eum ad immortalẽ ac impaſſibilem vitam. Ideo Chr̃s,
paſſione inſtante,loquutus eſt Petro: An putas ꝙ nõ poſſum rogare patrẽ meũ,& exhibebit Mat. 26.
mihi modo plus q̃ duodecim legiones angeloꝝ? [Omnipotens bñdicet tibi bñdictionibus
cæli deſuper,bñdictionibus abyſſi iacẽtis deorſum.]dedit enim Chriſto oẽm & plenam po-
teſtatem in cælo & in terra, omni creaturæ ꝓficiendo eundem, fecitq; eum caput ac princi-
pem in triũphante ac militante eccleſia.[bñdictionibus vberꝝ & vuluæ:] qa tam ſingulariſſi
me Chr̃m hoĩem honorauit trinitas Deus,vt lacte virginalium vberum ſacratiſſimæ virgi- Lucæ 2.
nis aleret̃,atq; de inuiolata ac integra eius vulua prodiret, procedens tanq̃ ſponſus de thala
mo ſuo.Benedixit ꝗq; Chriſtum benedictionibus vberum ac vuluæ, multiplicando populũ Matt. 3.
Chriſtianum innumerabiliter toto orbe terraꝝ.Poteſt item per vbera, intelligi vtriuſq; te- Marc. 1.
ſtamenti ſcriptura,qua Chriſtus fuit pleniſſimus:& per vuluam baptiſma,ꝗd & Chriſtus di- Lucæ 3.

gnatus eſt à Ioanne ſuſcipere.[Benedictiones patris tui,confortatæ ſunt benedictiõibus pa-
trum eius].i.bñdictiones ſeu gratiæ,quas Deus pater contulit Chriſto,præualuerũt & emi-
nentiores fuerunt omnibus bñdictionibus, quas patriarchæ aut cæteri ſancti à Deo ſortiti
Lucæ 3. ſunt,ſicut Pſalmiſta prædixit:Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ cõſortibus tuis.[do-
Ioan. 1. nec deſiderium collium ęternorũ:]hoc eſt,quouſq; opere impleretur,quod ſancti veteris te
Pſal. 44. ſtamenti prædixerunt,& fieri ac videre deſiderauerunt,quemadmodum ait ſaluator diſcipu
lis:Beati oculi q vident q̃ vos videtis.Dico enim vobis,qa multi reges & prophetę voluerũt
Luc. 10. videre quæ videtis,& non viderũt.[Fiãt in capite Ioſeph, & in ceruice Nazaręi inter fratres
Matt. 13. ſuos.]hoc eſt,omnes præfatæ benedictiones impleant in Chriſto & in corde ipſius,q p̃ omi-
bus ſuis participibus ſumme & incõparabiliter ſanctus eſt,de q̃ prædixerunt ꝓphetæ:Quia
Matt. 2. Nazaræus vocabitur.[Beniamin lupus rapax,mane cõedet prædam,& veſpere diuidet ſpo-
lia.]Beniamin filius dexteræ interpretat̃,cuius ortus,fuit ſuæ matris interitus. ꝑ quem Chrũs
Mar. 16. ſignificatur.ipſe enim eſt filius omnipotẽtis,ſedens ad dexteram eius,immo & ipſe vocabit̃
Pſal. 97. dextera & brachium patris,iuxta q̃d ſcriptum eſt:Saluauit ſibi dextera eius, & brachiũ ſan-
Eſaię 52. ctum eius.Eſaias q̃q; ait:Notum fecit dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omnium gentium.Deniq; Chriſti ortus ſiue aduentus,fuit occaſionaliter interitus ſuæ matris, videlicet ſynagogæ:quæ ipſum non recipiendo,meruit corporaliter ſpiritaliterq; occidi, & vſq; in finem relinqui.Chriſtus autem in primo ſuo aduentu,quaſi lupus rapax,non propter crudelitatem,ſed propter ſanctæ charitatis auiditatem,impetuoſiſſime prædam comedit, hoc eſt, ſibi ardẽtiſſime incorporauit, quos ꝑ ſe & ſanctos apoſtolos traxit ad fidem: q̃d deinceps fecit & faciet per prædicatores electos,cõuertendo q̃plurimos vſq; ad finem mũdi:tuncq; q̃ſi veſpere diuidet ſpolia,diſcernendo in finali iudicio inter electos & reprobos, ad dexterã ſuam ſtatuens oues,& ad ſiniſtram hœdos.Poſtremo, ꝑ hoc ꝙ Iacob filios ancillarũ, videlicet Balæ & Zelphæ,inter filios principalium ſuarũ vxorũ benedixit,nec inter eos aliosq; diſcreuit,oſtenſum eſt,ꝙ in Chr̃o Ieſu non eſt diſcretio ſeruorũ ac liberorum, niſi quãtum ad merita:ꝙ item Chriſtianis non ſit carnis nobilitas,ſed virtutum præclaritas magni pendenda.

¶Elucidatio cap. L. Quod cernens Ioſeph,ruit ſuper faciem patris. Arti. CIII.

QVàm ardentiſſime ſanctus Ioſeph dilexerit patrem ſuum ſanctiſſimum, & quantum de eius ſublatione ac morte doluerit,in exordio demonſtratur huius capituli. [Quod cernens Ioſeph,ruit ſuper faciem patris ſui,flens & deoſculans eum].i.ipſe Ioſeph,videns ac penſans patrem ſuũ in tanta plenitudine ꝓpheticarum reuelationum atq; in tanta deuotione & ſanctitate obijſſe,quaſi victus filialis amoris tam naturalis q̃ infuſi feruore,piecit ſe ſup corpus patris ſui defuncti, applicans vultum ſuum vultui eius, ſicq; cum lachrymis copioſis deoſculans ipſum,oſtendens in mortuo,q̃ vehementer amauit viuentem, & de ſublatione tam optimi patris intime dolens,q̃uis non ſit ſicut cæteri q ſpem non habẽt,nec abhorruit faciem defuncti oſculari.Puto aũt ꝙ etiam in facie defuncti tanti patriarchę,ap-
1. Theſ. 4 paruit quædam ſupernaturalis ſerenitas,& quædam coloris viuacitas,quę erat interioris puritatis & tranqllitatis defuncti indicium,ſicut de multis ſanctis in nouo teſtamẽto defunctis agnouimus. [Præcepitq; ſeruis ſuis medicis] Ioſeph qppe, vt moris eſt magnis principibus, ſpeciales habuit medicos.[vt aromatibus condirent patrem].i.corpus eius exanime,ponendo partem ꝓ toto. Voluit aũt corpus illud condiri, ne infra tempus, q̃ eius ſepultura fuerat differenda,generaret̃ vlla corruptio:quod etiam fecit honorando corpus patris tam ſancti. [qbus iuſſa explentibus,tranſierunt quadraginta dies] poſt corporis ſancti vnctionẽ, anteq̃ amplius aliquid fieret circa illud.[iſte quippe mos erat cadauerũ conditorum:]vt ſcilicet re-
Euſebi⁹. ſeruarentur tam diu intacta poſt eorum cõditionem. [Fleuitq; eum Aegyptus ſeptuaginta
Strabus. diebus.]Circa hæc ait Scholaſtica hiſtoria & etiam Strabus, & habet̃ partim in Gloſſa: Ioſeph præcepit medicis vt aromatibus eum condirent,& cuſtodierũt eum Aegyptij quadraginta diebus.Mos etenim ethnicorũ.i.gentilium erat,corpora nõ condita,ſeruare nouẽ diebus,diebuſq; ſingulis ea deflere,& calida aqua fouere,vt ſcirẽt an anima eſſet egreſſa, an ſopita.Corpora vero cõdita,q̃draginta diebus ſeruabant.Porro Hebræis mos erat,corpora incondita ſeruare diebus ſeptem:cõdita aũt,diebus triginta ſeruabant:ergo & ipſi corpus Iacob triginta diebus:ſicq; ſub cuſtodia amborũ,ſcilicet tam Aegyptiorũ q̃ Hebræorum,fluxerunt dies ſeptuaginta. Fideles aũt nunc mortuos ſuos plangũt triginta diebus,hoc eſt,ſpeciales Miſſas ſub numero tot dierum pro eis celebrant,quoniam fide trinitatis & virtutibus eos credunt conditos.Quidam vero agunt tertiam diem pro ſpiritu & anima & corpore:alij aũt ſeptimum diem,quoniam anima ſpecialiter habet tres vires,concupiſcibilem,iraſcibilem & rationalem,& corpus conſtat ex quatuor elementis: vel qa quietem, quæ per ſeptimum diem deſignatur,eis exoptant.Hæc ibi.Fleuit ergo Aegyptus ipſum Iacob ſeptuaginta diebus,quia populus in Aegypto habitans,tot diebus ſolenniter luxit eum, & eius celebrauit exequias,ita ꝙ Aegyptij ethnici fecerunt hoc iuxta ritum ſuum quadraginta diebus &,

& Hebræi habitantes ibidem, iuxta morem ſuum diebus triginta. Nam & tot diebus fleuerunt poſtea Moſen & Aaron.Fleuit autem Aegyptus ſanctum Iacob, tum propter amorem & reuerentiam Ioſeph, tum ex amore quo dilexerant ipſum Iacob, ad quem tempore famis multi confugerant Aegyptij, quibus pijſſimus Iacob per ſe & per filium ſuum Ioſeph frequenter liberaliterq; ſubuenit, propter quod erat eis valde dilectus. [Et expleto planctus tempore,loquutus eſt Ioſeph ad familiam Pharaonis: Si inueni gratiam in cõſpectu veſtro, loquimini in auribus Pharaonis,] vt det mihi licentiam abeundi ad ſepeliendum patrẽ meum,[eo ꝙ pater meus adiurauerit me,dicens:En morior,In ſepulchro meo quod fodi mihi
in terra Chanaan,ſepelies me.]Suprà legitur ꝙ Iacob exegit iuramentum à Ioſeph,ꝙ ſepe- Gen. 47.
liret eum in ſpelunca duplici, quæ à tempore Abrahæ fuit pro ſepultura empta ac præparata.Quomodo ergo Iacob fodit ſibi ibi ſepulchrum? Ad hoc ſecundum Auguſtinum dicen-
dum,ꝙ quanuis ante non legitur hoc feciſſe, tamen quia hic dicitur id egiſſe, credendũ eſt Auguſt.
eſſe ſic factum.forſan enim in loco ſpeluncæ fecit diu ante fieri aptum receptaculum ꝓ corpore ſuo ac corpore Liæ,antequam eam ſepeliuit ibidem.alij autem dicunt ꝙ fecerat ibidem habitaculum ſpeciale. [Dixitq; ei Pharao:Aſſcẽde,& ſepeli patrem tuum &c.] Quare Ioſeph qui erat regi familiariſſimus atq; chariſſimus,per ſeipſum non rogauit licentiam illam à rege? Forte ex humilitate hoc fecit,vel timuit ne rex ſuſpicaretur eum non velle reuerti,idcirco volebat per alios explorare animum regis.Qui certus de veritate & fidelitate ipſius Ioſeph,mox annuit eius petitiõi:quod per ſe, vel per alios quos Ioſeph direxit ad ipſum, inſinuauit ei. [Quo aſſcendente,ierunt cum eo omnes ſenes domus Pharaonis,cunctiq; maiores natu terræ Aegypti,]&[domus Ioſeph cum fratribus ſuis &c.]id eſt,domeſtici Ioſeph & vndecim fratres eius ſecum pergebant. [Habuit quoq; in comitatu currus & equites &c.] ſenes nanq; & nobiles erant equeſtres,vel ſedebant in curribus, & ita ierunt non pedeſtres. [veneruntq; ad aream * Attath, quæ ſita eſt trans Iordanẽ:] vbi populus Iſrael poſtea mur-
murans,igne conſumptus eſt,ſecundum Gloſſam, vt habetur in Numeris. [vbi celebrantes * Atad
exequias,planctu magno atq; vehemẽti,impleuerunt ſeptem dies &c.]tot diebus ibi plangẽdo certis horis, potiſſimum ipſi filij Iacob. [fecerunt ergo filij Iacob ſicut præceperat eis
&c.& ſepelierunt eum in ſpelunca duplici &c.]Circa hæc dicit Strabus:Area * Attath trans Strabus.
Iordanẽ eſt, & diſtat ab Abramio,id eſt, ſpelunca duplici, quinquaginta millibus. Præterierunt ergo ſpeluncam illam, & poſtea tranſito Iordane, redierunt ad eam. Ideo quæritur, cur hoc fecerunt.Sed dicit aliquis, id eſt, aliquis dicere poteſt, ꝙ timebant bella ſibi inſtare: ideo diuerterunt à recto itinere,ſicut & Deus circunduxit filios Iſrael per deſertum, ne eun-
do per rectam viam, timerẽt propter imminẽtia bella. Iſtud quoq; in Scholaſtica hiſtoria Euſebi.
tangitur.[Reuerſuſq; eſt Ioſeph in Aegyptum &c. ſepulto patre.Quo mortuo, timẽtes fratres eius, & mutuo colloquentes, ne forte memor ſit iniuriæ, quam paſſus eſt &c. mandauerunt ei,dicẽtes forte per Beniamin,qui non interfuit illi iniuriæ,quam ab alijs fratribus tolerauit. tamen ſecundum Lyram, Hebræi dicunt ꝙ mandauerunt ei per filios Balæ, quos inter cæteros fratres ſuos magis dilexit,forte quia Bala fuit ancilla matris Ioſeph:quod non videtur verum, immo certum eſt ꝙ dilexit Beniamin plus quàm eos, & forſitan etiam Iudam, qui liberauit eum de morte, & tam ſolenniter præ omnibus benedictus fuit à patre eorum. Maxime autem ipſa iniuria Ioſeph, diſplicuit ipſi Ruben. [Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius]id eſt,ex eius perſona[diceremus:] Iſtud ex timore finxerunt, vt facilius veniam impetrarent, ſicq; fuit mendacium officioſum & veniale peccatum.[Obſecro vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum,& peccati atq; malitiæ quam exercuerunt in te.]Per ſcelus fratrum,intelligi poteſt propoſitum interficiendi eum: per peccatum,inuidia qua oderant ipſum: per malitiam, vẽditio qua eum vẽdebant.[Nos quoq; oramus,vt ſeruo Dei patri tuo]id eſt, amore patris tui & ad eius honorem, [dimittas iniquitatem hanc,] id eſt, præfatas iniquitates, intelligendo plurale per ſingulare, hoc eſt, rogamus vt nobis ignoſcas tantas offenſas propter patrem tuum. [Quibus auditis, fleuit Ioſeph]ex pietate & rememoratione præteritorum, & ex patris ſui memoria. [veneruntq; ad eum fratres ſui,]cognito per internuncium ꝙ ſic fleret.[& proni adorantes in terram] eum adoratione duliæ,[dixerunt: Serui tui ſumus]ex ordinatione diuina, & etiam ex Pharaonis conſtitutione, & noſtra iam prompta ſubiectione. [Quibus ille reſpondit: Nolite timere] ꝙ vindicabo iniuriam meam. [Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?] Quaſi dicat, Non poſſumus reſiſtere voluntati Dei,quæ eſt ipſa volitio omnipotẽtis in ſeipſo,ſeu ipſemet De-
us,quæ cum ſit omnipotẽs ac breuiſſima, ſemꝑ infallibiliterq; impletur, ſicut ꝑ Eſaiam te- Eſai. 46.
ſtatur: Conſilium meum ſtabit,& omnis voluntas mea fiet. atq; ꝑ Hieremiam: Quis eſt iſte Hie. 49.
paſtor qui reſiſtat vultui meo? Signis autẽ diuinæ voluntatis,ſcilicet præcepto, prohibitioni,conſilijs,iniqui reſiſtunt & eis contraria faciunt. Quanuis autẽ vẽditio Ioſeph non fuit à voluntate diuina,nec placita Deo,inquantum fuit iniqua & à voluntate fratrũ ꝑuerſa:tñ in-

quantum fuit actus realis,& via ac diſpoſitio ad plurima bona, quæ Deus decreuit ex ea eli
cere,ſic fuit à Deo,& placuit volũtati ipſius,nec potuit quis hoc Dei propoſitum impedire:
nihilominus fratres potuerunt,immo & debuerunt, illam vẽditionem iniuſtam,vt talẽ,vi-
tare.[Vos cogitaſtis de me malũ].i. mihi nocere intendiſtis. [& Deus vertit illud in bonũ]
hoc eſt,ex veſtro malo elicuit bonum,q̃a vẽditio & ꝓductio mei in Aegyptũ,fuit occaſio ꝓ-
motionis meæ in Aegypto.propter q̃d ſubditur:[vt exaltaret me ſicut in ꝑſentiarum cerni-
tis,& ſaluos faceret multos populos].i.præſeruaret eos à morte tẽporali ꝑ prouidẽtiam me
am,qua frumenta repoſui ad vẽdendum ea tempore famis.[Nolite timere.Ego paſcam vos
& paruulos veſtros].i.neceſſaria victui dabo vobis ac ſoboli veſtræ,ſi indigueritis.Veruntñ
quando Ioſeph hæc dixit,filij fratrum ſuoꝝ erant viri ꝑfectæ ætatis, ac alios genuerunt. Io-
ſeph q̃ppe erat circiter quinquaginta ſex annoꝝ quando obijt pater ſuus, cum quo filij fra-
trum Ioſeph intrauerunt Aegyptum,& habitauerunt in ea decem & ſeptẽ annis ante ipſius
Iacob deceſſum.Sed filij,q̃uis adulti, vocantur paruuli comparatione parẽtum. Porro fra-
tres Iacob poſt annos famis ſatis diuites erant,nec indiguerunt ſuſtẽtari à Ioſeph.Attamen
ex ſua liberalitate & charitate contulit eis multa frequenter. [& habitauit in Aegypto cum
omni domo].i.poſteritate[patris ſui.]non tamẽ in terra *Ieſſen, in qua fratres ſui commora
bantur,ſed in vrbe(vt reor)cum Pharaone,poſt quem ſummus erat in tota Aegypto,in qua
tam ipſe q̃ fratres eius manebant.[Vixitq́; cẽtum & decem annis.]Quo patet ꝙ octoginta
annis vixit in principatu cum grandi ꝓſperitate,q̃a triginta annorum fuit quando præpoſi
tus eſt Aegypto.[& vidit filios Ephraim,] quẽ Iacob præpoſuit fratri ſuo cum iunior eſſet
*genubꝰ illo.[vſq; ad tertiam gñationem.Filij quoq; Machir,filij Manaſſę,nati ſunt in*genibus Io-
ſeph].i. poſt ſuam natiuitatem poſiti ſunt ſuper genua proaui ſui Ioſeph, ita ꝙ ipſe Ioſeph
tenuit eos ſuper genua ſua,vt moris eſt ſenum,amplexari,fouere,& ſuꝑ genua ponere filios
filiorum ſuoꝝ:ſicq́; vidit filios Manaſſę,etiam vſq; ad tertiam gñationem,ipſo Manaſſe in-
cluſo.[Quibus tranſactis,loquutus eſt fratribus ſuis:] non ſolum vndecim viris illis, ſed &
ſoboli eoꝝ ac filijs ſuis:[Poſt mortẽ meam Deus viſitabit vos] viſitatione miſericordiæ ſuæ,
impendendo vobis beneficia ſua: [& aſſcendere vos].i.poſteros veſtros [faciet de terra iſta
ad terram quam iurauit].i.cum iuramento ꝓmiſit[Abraham,Iſaac & Iacob.] ꝙ daret eam
poſteritati eoꝝ.[Cumq́; adiuraſſet eos &c.] vt oſſa ſua tũc ſecum portarẽt ad ſepeliendum
ea in terra Chanaan.Adiurauit aũt eos,non vt ipſi quibus loquebatur,hoc facerẽt,q̃a mori
turi erãt ante egreſſum Iſrael ex Aegypto: ſed vt poſteris ſuis hoc ipſum cõmitterent, ſicq́;
& poſteros illos quodammodo adiurauit in patribus ſuis.[mortuus eſt &c.& conditus aro-
matibꝰ,repoſitus eſt in loculo in Aegypto.]Filij etenim eius, ſuum corpus digniſſimũ poſu
erunt in repoſitorio condecẽti cum ingenti honore.Cumq́; filij Iſrael egrederẽtur Aegyptũ,
tulerunt oſſa ipſius ſecum,& ſepelierunt in Sichem,in terra ſortis tribus Ephraim,vt in Io-
Ioſu.24. ſue ſcriptum eſt.Recitat Ioſephus,ꝙ vnuſquiſq; cęterorum patriarcharum fratrum Ioſeph,
Ioſep.li. præcepit corpus ſuum ſtatim poſt mortem ſuam portari & ſepeliri in Hebron.Ioſeph vero
2.an. Iu. ita nõ voluit fieri de corpore ſuo,ſed illud tam diu in Aegypto dimitti,quatenus per hoc re-
cap.8. cordarentur Aegyptij beneficiorum ſuorum diutius, ſicq́; magis beneuoli eſſent filijs Iſ-
rael inter ipſos manentibus.Voluerunt autem Ioſeph & fratres ſui in terra promiſſionis ſe-
peliri,quia patres eorum,Abraham,Iſaac & Iacob,erant ibi ſepulti, & quia nouerunt myſte
ria Chriſti complẽda ibidem. Patet quoq; ex dictis, ꝙ Ioſeph obijt ante fratres ſuos. Nam
& magnates ac principes non ſolẽt viuere tam diu,vt ſimplices & ruſtici quidam, cum ſcri
Ecci. 10. ptum ſit:Omnis potẽtatus breuis eſt vita.Cuius vna ratio eſſe poteſt,ꝙ calidis ac fortibus ci
Exod.6. bis ac poculis vtuntur aſſidue. De Leui autem fratre Ioſeph, conſtat ꝙ vixit annis centũ tri
gintaſeptem,vt legitur in Exodo.Præterea iuxta myſticum ſenſum, ex principio huius ca
pituli edocemur,q̃ pie & amoroſe habere ſe debent filij ac filiæ ad ſuos parẽtes morientes ac
Mat. 27. mortuos.Per condituram quoq; corporum Iacob & Ioſeph,atq; eorum honorabilẽ ſepultu
Marc.15. ram, præfiguratæ ſunt vnctio corporis Chriſti & venerabilis ſepelitio eius,facta per Ioſeph
Lucæ 23. decurionem & Nicodemum.Per quod etiam eſt oſtenſum, ꝙ animas noſtras condire iugi-
Ioan.19. ter ac vngere debemus per ſanctas meditationes, puras affectiões, cæterosq́; virtutum actus
2.Cor.2. ac habitus,ne vitijs fœteant & putreſcant:ſed bonus odor Chriſti ſint vbiq;,& in ſordido cor
pore conſtitutæ,quaſi in loculis,ſuauiter fragrent coram altiſſimo.Poſtremo,quemadmo-
dum patriarchæ præcordialiter cupiebant in terra ſancta,propter Chriſti myſteria ibi com
plẽda,ſepeliri,deteſtãtes manere in terra Aegypti:ita & nos ea q̃ mundi ſunt abhorreamus,
ac totis præcordijs ad terram finalis ac beatiſſimæ promiſſionis acceleremus, vt effectu ac
fructu incarnationis paſſionisq́; Chriſti,vtpote beatifica omnipotẽtis ſuperdigniſſimi crea-
atoris fruitione, æternaliter ſatiemur. Ad laudem, honorem, ac gloriam eius,qui eſt ſuper
omnia Deus ſublimis & benedictus,Amen.

¶Finis Commentariorum libri Geneſeos.

D. Dio-

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN EXODVM, HEBRAICE *ELLEH SCHMOTH,

Enarratio.In qua de multiplicatione, afflictione & egreſſu agitur filiorum
Iſrael ex Aegypto, de decem plagis, de decalogo, de arca fœde-
ris, tabernaculo, altari ac veſtibus Aaron.

PRAEFATIO.

IVSTI ſunt omnes ſermones mei, & non eſt in eis prauum quid, Prou. 8.
neq; peruerſum. Hæc ſunt æternæ & increatæ ſapientiæ verba,in
Prouerbioꝝ libro ſcripta. Eſt enim Deus omnipotens in promiſ-
ſionibus ſuis fidelis,in verbis ſuis verax,in operibus iuſtus,nihilo-
minus miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Siquidem in hac Pſa.144.
vita effectus miſericordiæ eius, clarius abundantiusq́; reſplendẽt.
In vniuerſis tamẽ operibus Dei, aliquid diuinæ iuſtitiæ & aliquid
diuinæ pietatis relucet. Propter q̃d dixit Pſalmiſta: Vniuerſæ viæ Pſal. 24.
domini,miſericordia & veritas.Sed in quibuſdam effectibus Dei,
magis manifeſtatur miſericordia eius, ſicut in liberatiõe filiorum
Iſrael ex Aegypto.In aliquibus autẽ eius effectibus iuſtitia ſua magis oſtẽditur, quemadmo-
dum in percuſſione & ſubmerſione Aegyptioꝝ. Itaq; dum omnes ſermones Dei dicunt iu-
ſti,iuſtitia extenſe accipitur,prout eſt virtus cõmunis, & pro quadam condecentia ac recti-
tudine mẽtis,ita ꝙ quælibet virtus,immo & pietas,quædã eſt iuſtitia,inquantum rationalis
creatura ꝑ eam ita ſe habet,vt debet,tenet aut decet. Sicq́; pij ſermones Dei,ſunt iuſti:& ꝓ-
miſſiones ipſius gratioſæ ac miſericordes, ſunt iuſtæ: q̃a non admiſcet eis aliq̃d falſitatis aut Pſa.144.
culpæ.Hinc Deus appellatur fidelis in ſuis promiſſiõibus, q̃m vere eas adimplet,præſertim
ſi ſint abſolute promiſſiones.Quædam etenim promiſſiões diuinæ ſub cõditione intelligun
tur, videlicet niſi ꝑ peccata hoĩm obex ponatur, quemadmodum Deus multa promiſit fi-
lijs Iſrael,dummodo ſcilicet ꝑ ſuos exceſſus non demererent adimpletiones promiſſionum
illaꝝ.Deniq; q̃ vera ſint omnia iſta,patebit in expoſitione libri iſtius, in q̃ in primis deſcri- Gen. 17.
bitur cauſa & modus liberationis filioꝝ Iſrael ex Aegypto: quam liberationẽ Deus diu an- Gen. 26.
te ſanctis patriarchis,Abrahæ,Iſaac,Iacob & Ioſeph ꝓdixit atq; promiſit,ſicut in Geneſi pa- Gen. 28.
tuit.Vnde & Apoſtolus ad Hebræos ait:Fide Ioſeph moriẽs,de profectione filioꝝ Iſrael me- Heb. 11.
moratus eſt, & de oſſibus ſuis mandauit.Deinde in libro iſto deſcribitur,qualiter Deus per Exo. 20.
Moſen legem cõtulerit Iſraeliticæ plebi in mõte Sinai,& qualiter factum ſit tabernaculum Exo. 34.
Deo iubente: quomodo etiam inſtitutus ſit Aaron primus ſacerdos, pontifexq́; legalis. In
quibus omnibus præſignata atq; expreſſa ſunt diuerſa præcepta & myſteria eccleſiæ ac eu-
angelicæ legis.Hinc Rabanus proteſtatur:In Pentateucho excellit Exodus, hoc eſt,inter li-
bros Moſis eminet liber iſte,in quo figuraliter exprimuntur pene omnia ſacramenta ſeu ſa Raban.
cra ſecreta,quibus informatur eccleſia. Nempe per corporalẽ Iſraelitaꝝ de Aegypto egreſ-
ſum,præfiguratur ſpiritalis exitus noſter de Aegypto,id eſt, de caligine vitiorum & cõuerſa Exo. 12.
tione mundana.Per mare rubrum,deſignatur baptiſmus: per Aegyptiorum ſubmerſiõem,
interitus vitiorum,& item deiectio inuiſibilium hoſtium: per agnum paſchalem, Chriſtus Exo. 14.
& paſſio eius.ſicq́; de alijs multis,vt infrà patebit. Deniq; liber iſte Græce vocat ἔξοδος, quod 1.Co.10.
Latine exitus interpretatur:quia in prima parte huius voluminis tractat pręcipue de egreſ Ioan.6.
ſu Hebręoꝝ ex terra Aegypti.Etenim ὁδὸς Gręce,Latine via vocatur.Hinc hodœporiũ.i.
itinerariũ ſeu neceſſarium quid in via, nominatur. Hebraice vero appellat Elleh ſchmoth,
quod tantũ valet vt iſtud,Hæc ſunt nomina.Sic nanq; incipit liber iſte. Conſuetudo autem
Hebræis eſt,libros ab eorum exordijs intitulare, quemadmodum ſanctus euangeliſta Mat- Matt. 1.
thæus in euangelij ſui principio ait,Liber generationis Ieſu Chriſti:quia videlicet à corpo
rali Chriſti generatione euangelium ſuum exorſus eſt. Sic & nos nomina perſonis imponi-
mus à principijs ſuæ originis vel locorum,vt in hiſtorijs tangit magiſter.

¶Expoſitio literalis primi capituli,libri Exodi:Hæc ſunt nomina filiorum Iſrael &c.

Articulus primus.

MOSES in libri huius exordio continuat hiſtoriam nunc exponendam, hi- Euſebiꝰ.
ſtoriæ libri præcedentis,videlicet Geneſis. Circa quod in Scholaſtica hiſtoria Hieron.
ex verbis ſancti Hieronymi dicitur:Hiſtoria Exodi nõ eſt alia ab hiſtoria Ge- Exod.7.
neſis,ſed eadem continuata,quæ propter tollendum faſtidium, in quinq; par 8.9.10.
titiones,id eſt,in quinq; libros diuiſa eſt.Contra quod obijci poſſet,ꝙ in Ex- Exo. 14.
odo multa narrantur,puta decem plagę,diuiſio maris rubri,ſubmerſio Aegy

 ptiorum,

ptiorum,de quibus in Geneſi nihil habetur, & facta ſunt diu poſt ea quæ in Geneſi recitan-
Ge. 33. 35. tur. Ad quod dici poteſt, ꝙ dicitur hiſtoria eadem, quia de eodem eſt populo Hebræorum.
Itaq; ait: [Hæc ſunt nomina filiorum Iſrael] hoc eſt, ipſius Iacob, qui alio nomine vocatus
eſt Iſrael,vt dictũ eſt in Geneſi.[qui ingreſſi ſunt in Aegyptum cum Iacob.Singuli cum do-
mibus ſuis introierunt.Ruben,Simeon,Leui,Iudas,Iſachar, Zabulon.] Iſtos ſex genuit Ia-
Gen. 29. cob ex Lia eodem ordine, quo hic exponuntur. [& Beniamin,] quem genuit ex Rachele.
Gen. 30. [Dan & Nephthalim,]quos genuit ex Bala ancilla Rachelis.[Gad & Aſer,] quos ex Zelpha
Ibidem. famula Liç genuit,vt in Geneſi habitum eſt.Hi vndecim intrauerunt cum Iacob Aegyptũ,
ſinguli cum domibus ſuis.i.vnuſquiſq; eorum cum ſobole ſua,ſicut in Geneſi habet:[Erant
igitur omnes animæ eorum qui egreſſi ſunt de femore Iacob].i.eoꝝ q ſecundum carnem
nati ſunt ex Iacob[ſeptuaginta.]Aliqui textus habẽt,ſeptuagintaquinq;.Atq;(vt refert Ly
Gen. 46. ra)in Hebræo habetur,ſeptuaginta.In Geneſi quoq; ſic legitur:Om̃es animæ domus Iacob,
quæ ingreſſæ ſunt in Aegyptum,fuerunt ſeptuaginta.Quæ omnia qualiter verificent & cõ-
Ibidem. cordentur,diffuſe eſt introductum in expoſitione cap. 46. Geneſeos. ¶Porro ex Iacob nati
ſunt immediate ſolum duodecim filij,& filia vna.Quod ergo tam multi, ſicut iam tactũ eſt,
Gen. 26. dicuntur nati ex femore eius,intelligendum eſt ſimul,tam de illis quos genuit immediate,
Gen. 30. q̃ de nepotibus ſuis, videlicet filijs filiorum ſuorum, quos nepotes genuit mediate.[Ioſeph
autem in Aegypto erat:] Fuit enim & habitauit in Aegypto diu ante ingreſſum patris ſui
in eam,& diu poſt obitum eius.Iſtud autem cum clauſula ſubſequenti hic interponitur,ad
continuandum dictis dicenda.Nam ſubditur:[Quo mortuo]cum eſſet centum & decẽ an-
noꝝ,[& vniuerſis fratribus eius,omniq; cognatiõe ſua].i.omnibus illis, qui cum Iacob in-
troierunt Aegyptum,defunctis,nõ tamẽ poſteritate illoꝝ, cum ſubſequatur:[filij Iſrael cre
uerunt]p generationem & augmentationem,[& quaſi germinantes multiplicati ſunt].i.in-
ſtar ſeminum in terram proiectorum, ſiue herbarũ, aucti ſunt numero. [ac roborati nimis,
impleuerunt terram.]Nam vnuſquiſq; aliquid roboris addidit multitudini ſuæ plebis.¶Cir
ca hoc recitat Lyra:Dicunt Hebræi,ꝙ mulieres Hebrææ in quolibet partu pariebant plures
pueros ſiue ꝓles,& aliquando quatuor proles,interdum vſq; ad ſex. Propter q̃d dicitur,q̃ſi
germinantes.Q.d.Sicut ex vno grano multa grana naſcuntur. Huic recitationi ſatis cõcor-
R. Paul. dat,ꝙ R.Paulus ſcribit:Multiplicatio,inquiẽs,filiorũ Iſrael tanta erat,ꝙ aſſimilabatur ter-
ræ naſcentium germinationi,quæ ex paucis granis multum affert fructum.Vnde in Ezechie
Ezec. 16. le dominus loquitur ſynagogæ:Multiplicatam quaſi germen agri dedi te.Veruntamẽ iſtud
apparentiam modicam habet,nec naturale fuiſſet,nec vnq̃ antea legitur factum,nec neceſ-
ſe eſt dicere. Nam dato ꝙ fœminæ non genuerint vno partu niſi vnicam prolem aut duas,
nihilominus litera iſta verificatur.Nam homines tunc ſatis diu vixerunt.& mulieres vſq; ad
ſeptuaginta aut octoginta annos fuerunt fœcundæ,ita ꝙ eadem vxor poterat ſucceſſiue pa
rere quadraginta proles,aut circiter.Idem quoq; vir poterat plures habere vxores,vt patuit.
Ex quibus potuit multos gignere pueros,ſicut & Gedeon legitur ſeptuaginta filios habuiſ-
Iudic. 9. ſe.[Surrexit interea rex nouus ſuper Aegyptum, qui ignorabat Ioſeph.] In Scholaſtica fer-
Euſebi⁹. tur hiſtoria, ꝙ rex iſte fuit octauus ab illo, ſub quo Ioſeph præfuit in Aegypto, nec fuit rex
iſte de ſemine regis illius,cuius iam defecit ſucceſſio.Hinc dilectio,quam poſteri illius prio
ris regis habuerunt ad filios Iſrael,propter Ioſeph & bñficia eius,defuit regi huic:ideo dici-
tur ignoraſſe Ioſeph,qm̃ bñficia & hiſtoriam Ioſeph oblitus fuit, vel ob longitudinem tem
poris non audiuit. [Et ait ad populum ſuum: Ecce populus filioꝝ Iſrael multus, & fortior
nobis eſt.]Non eſt putandum,ꝙ abſolute loquendo Iſraeliticus ille populus in Aegypto de-
gens, fuerit maior, fortior aut ditior toto populo Aegyptioꝝ:ſed cõparando numerum ad
numerum,fortiores fuerunt illi Hebræi Aegyptijs:idcirco ſi verbum regis verificari debet,
oportet vt intelligatur per modũ hyperbolicæ locutionis,qua aliquid dicitur per exceſſum,
Gen. 46. per quem modum multæ ꝓpoſitiones in Geneſi ſcriptæ ſunt, vt ꝙ Pharao dixit ad Ioſeph:
Abſq; tuo imperio nullus mouebit manum aut pedem in tota terra Aegypti.Non tñ opor-
tet hæc verba impij regis illius à mendacio excuſare.Ipſe nãq; ſic loquebatur, quatenus Ae-
gyptios vehementius inflammaret contra Hebræos.Ex paſſione quoq; inuidiæ,quam con-
tra Hebræos concepit, proſperitas eorundem videbatur ei maior q̃ fuit. Paſſiones nanq;,
quando non reprimuntur per rationis iudicium & virtutes morales,ſemper abducũt ratio-
nem à medio,& eius peruertunt iudicium tanto plus, quanto magis intenſæ ſunt in ſeipſis.
[Venite,ſapienter]mihi conſentiendo, & ea quæ dixero adimplendo, [opprimamus eum.]
Rex iſte iniquus,ſuaminiquam aſtutiam reputauit eſſe veram prudentiam.Habet autẽ vul-
pina verſutia aliq̃d ſimile cum vera prudentia.Nam ſicut veraciter prudens honeſtum ſibi fi
nem ꝓfigit,& iuxta exigentiam finis illius bñ diſponit media ſua ad finis illius adeptionẽ:ſic
aſtutus & carnaliter prudẽs,ꝓfigit ſibi finẽ ꝑuerſum, videlicet carnaliter delectari, impie ꝓ-
ſperari,aut ꝑualere,aut aliq̃d tale, & iuxta q̃d cõgruit ad obtinendũ finẽ huiuſmodi,apte diſ
ponit

ponit de medijs.[ne forte multiplicetur] in ſexu virili plus q̃ multiplicat⁹ eſt.[& ſi ingruerit
contra nos bellũ,addat inimicis noſtris:]hoc eſt,ne ſponte ſe addat aduerſarijs noſtris,eoſq;
iuuet ad expugnãdum nos.ideo ſubditur: [expugnatiſq; nobis,egrediat de terra].i.terrã no
ſtram libere exeat in dãnum noſtrum. Erãt nãq; Hebræi ſubiecti Aegyptijs, & vtiles eis erãt
in multis,puta in artificijs,atq; (vt fertur) dabãt regi annuatim magnum tributum. Et for-
ſan rex iſte aliquid ꝑcepit de ſpe,quam habuerunt Hebræi de ſua liberatione ex Aegypto,&
introductione in terram ipſis à Deo ſuo promiſſam:ideo videns eos ſic multiplicari ac ro-
borari,verebat ne cõgregato exercitu ꝑ vim exirent.[Prępoſuit itaq; eis magiſtros opeꝝ,vt
affligerent eos oneribus.]Quidã dicunt ꝙ iſti magiſtri opeꝝ,fuerunt Aegyptij:quod etiam
aſſerit Lyra.Alij dicunt ꝙ fuerunt Hebræi, & ꝙ ipſis magiſtris opeꝝ præfecit quoſdã Aegy-
ptios,qui magiſtros illos opeꝝ Hebræos ſolicitarent ad expletionẽ ſui officij.Et hoc aſſerit
magiſter in hiſtorijs,& conſonat Ioſepho,immo & textui infrà,quo legit:Præcepit Pharao Ioſe. li. 2
præfectis opeꝝ,& exactoribus populi,dicẽs:Nequaquã vltrà dabitis paleas populo.Itemq;: ant. iud.
Flagellatiq; ſunt qui præerant operibus filioꝝ Iſrael, ab exactoribus Pharaonis. Et certum cap. 9.
eſt,ꝙ illi ſic flagellati, fuerunt Hebræi, ideo iſtud tanquã verum tenendũ eſt.Itaq; rex Aegy Exod. 5.
pti præfecit Hebræis magiſtros operum, vt ipſi magiſtri operum, affligerẽt Hebræos one-
ribus,hoc eſt,vt laborioſa opa eis imponerẽt ex parte regis,quatenus ipſi Hebræi fatigati &
fracti laboribus,tędio ac mœrore,non vacarẽt amplexibus.Sicq; in illis opibus q̃rebat Pha
rao propriã vtilitatem, & Hebręoꝝ diminutionem,quã & principaliter intendebat.[Aedifi
caueruntq;]Hebræi [vrbes tabernaculoꝝ Pharaoni,*Phiton & Rameſſes.]hoc eſt,vrbes ita
vocatas.Secũdum Lyrã,in Hebræo habet, vrbes theſauroꝝ, quia tam fortes tunc factæ ſunt
illæ vrbes,ac ſi ibi eſſent theſauri regis ponẽdi. Sed potius puto, ꝙ S.Hieronymus trãſtulit Hieronỹ.
ſicut in Hebręo habet, & ꝙ dictio illa hebraica,pro qua trãſtulit,tabernaculoꝝ,forte ęqui- Ioſe. li. 2.
uoca ſit ad deſignãdum tabernacula ac theſauros. Nã & Ioſephus innuit, in Hebræo haberi ant. Iud.
vrbes tabernaculoꝝ.¶Porro in Scholaſtica fert hiſtoria, ꝙ vrbes illæ iam ante fuerũt vrbes, cap. 9.
ſed nõ vrbes tabernaculoꝝ,erãtq; in extremitate Aegypti:ideo Pharao fecit eas muris valla Euſebi⁹.
ri, vt poneret in eis armatos quaſi in tabernaculis iugiter excubãtes,ne ĩgredi qs poſſet aut
egredi ſine regis cõſenſu.Vel dicunt vrbes tabernaculoꝝ, præ multitudine habitaculoꝝ ibi
exiſtentiũ,aut ꝓpter fortitudinẽ fortalicioꝝ ibidẽ factoꝝ,in q̃bus milites regis erãt: ſiue vt
aliqui dicũt,tabernaculoꝝ.i.poſitionũ, vbi videlicet fiſcus regis reponeret. ¶Porro Pharao
eſt nomẽ cõmune regię dignitatis regũ Aegypti,ſicut apud Romanos q̃libet imperator di- Raban⁹.
cebat Auguſtus.ideo Rabanus in lib.de naturis reꝝ:Pharao,inq̃t,eſt nomẽ non hoĩs,ſed ho
noris.Et Gloſſa:Oẽs reges Aegyptioꝝ,Pharaones vocabant,ſicut & poſtea Ptolemæi voca-
ti ſunt:& reges Perſaꝝ, Arſacidæ:Reges vero Romanoꝝ, dicti ſunt Cæſares vel Auguſti,&
pręter hęc habuerũt ꝓpria noĩa.[Quãtoq; opprimebãt eos,tãto magis multiplicabantur &
creſcebãt.] hoc eſt,Quãto plus Hebræi opprimebant ab Aegyptijs ꝑ labores,tãto Hebræi ge
nuerunt ſobolẽ abundãtiorẽ.Quod quidã aſcribunt miraculo.Vnde & Rabbi Paulus dicit R. Paul⁹.
hoc nõ fuiſſe ſecũdum naturalẽ cõmunemq; curſum. Alij dicunt, ꝙ experiẽtia doceat,ruſti-
canos & grauiter laborãtes gignere prolem copioſiorem, q̃ eos qui laute viuunt & ocio va-
cant.[Oderãtq; filios Iſrael Aegyptij:] Ioſephus breuiter tãgit quatuor cauſas odij huius,di Ioſe. li. 2
cens:Oderunt Hebræos Aegyptij, propter virtutẽ ingenij,& laboris induſtriã,& affluẽtiam ant. iud.
opum,& ſobolis nobilitatẽ.Primo itaq; oderãt eos,q̃a Hebræi erãt eis ingenioſiores.Secun- cap. 9.
do,qm̃ erãt eis in artificijs ſubtiliores. Tertio, qm̃ diuites erant & ditiores vulgo Aegyptio-
rum.Quarto,qm̃ elegãtem & copioſam ſobolẽ habuerunt.In Geneſi quoq; præhabitũ eſt,
ꝙ Aegyptij abominabant Hebræos propter diſparẽ cultũ,& tanquã alienos ſpreuerunt eos. Gen. 46.
[& affligebãt] Aegyptij Hebræos,[illudentes & inuidẽtes eis,]verbis,ſignis,& factis.[atq; ad
amaritudinem ꝑducebãt vitã eoꝝ operibus duris luti & lateris,omniq; famulatu,q̃ in terræ
opibus premebant:]hoc eſt, ꝑ opa inhumaniter laborioſa,quæ materialiter fiebãt ex terra lu
toſa atq; lateribus,ex q̃bus ædificabãt vrbes tabernaculoꝝ. ¶Deniq; in Scholaſtica hiſtoria Euſebi⁹.
ex Ioſepho dicit:Aliud opus nõ tam graue,q̃ ſeruile, impoſuit Pharao eis,vt ſcilicet lutum Ioſe. li. 2
plateaꝝ & ſordes vicoꝝ cophinis exportarent, iuxta illud in Pſalmo: Manus eius in cophi- ant. iud.
nis ſeruierunt.Atq; vt fluuium,ſ. Nilum,ꝑ multas deriuationes diuiderẽt, quatenus terram cap. 9.
Aegypti in locis plurimis irrigaret, & circũdarent ciuitates foſſatis,ne eas fluuius inunda- Pſal. 80.
ret.[Dixit autem rex Aegypti obſtetricibus Hebræoꝝ, quaꝝ vna vocabat Sephora, altera
Phua.] Pharao videns ſibi non prodeſſe præinductã verſutiã ad minorãdum populum He-
bræoꝝ,excogitauit alium dolum, vt ſ.obſtetrices Hebræoꝝ obſtetricãdo occiderẽt maſcu
los Hebræoꝝ,vt patet in textu. Porro hæ duæ obſtetrices præerãt cæteris obſtetricibus He-
bræorum, quibus duæ obſtetrices nequaquã ſufficiebant. Itaq; his duabus, & per eas cæteris
Hebræoꝝ obſtetricibus iuſſit,[præcipiens eis: Quãdo obſtetricabitis Hebræas,& tẽpus par-
tus aduenerit,ſi maſculus fuerit,interficite illum.]Atq; vt magiſter in hiſtorijs addit,ꝓmiſit

eis vt mentirent factum eſſe aborſum. Primo nãq; volebat rex propoſitũ ſuũ per fraudes oc-
culte implere, ne de nimia crudelitate argueret. [ſi fœmina, reſeruate.] hoc eſt, ſi proles na-
ta, fuerit fœmella, viuere eam ꝑmittite. Aegyptij quippe nõ timuerũt ſibi imminere pericu
lum ex multiplicatiõe fœminaꝝ Hebræaꝝ, q̃a infirmus, non bellicoſus, eſt ſexus fœmineus:
ideo quoq; voluerũt eas ſeruari, vt eaꝝ fruerẽtur cõcubitu. Eſt & tertia cauſa, cur rex præce-
pit fœminas reſeruari: q̃a videlicet fœminę Hebrææ in q̃buſdã artificijs erãt ſubtiliores mu
lieribus Aegyptiorum: ideo rex voluit, vt in talibus artificijs ſibi ac populo ſuo ſeruirẽt, &
vt poſſideret eas in ancillas. [Timuerũt aũt obſtetrices Deũ.] Dicũt aliqui ꝙ nõ ſolũ ſeruili,
ſed & filiali ſeu initiali timore dñm timuerunt, vt infrà tanget. [& non fecerunt iuxta præce-
ptum regis Aegypti, ſed conſeruabãt] hoc eſt, viuere ꝑmiſerunt [mares]. i. infantulos ſexus
maſculini, nec etiã cæteris obſtetricibus ſibi ſubiectis cõmiſerũt occidere maſculos. Nec ſo-
lum ex Dei timore, ſed itẽ ex naturali pietate & pia cõpaſſione abſtinuerũt à tam crudeliſſi
ma cæde, p̃ſertim cũ fœminæ ſint cõmuniter ac naturaliter cõpaſſiuæ ac molles. [Quib⁹ ac-
cerſitis ad ſe, rex ait:] Cũ eñ rex ꝑcepiſſet per quoſdã Aegyptios æmulos Hebræoꝝ, ꝙ obſte
trices nõ interfecerunt maſculos, vocauit rex eas ad ſe, dicens: [Quidnã eſt hoc quod facere
voluiſtis, vt pueros] ſ. maſculos [ſeruaretis?] Quaſi dicat: Cur tam inobediẽtes mihi fuiſtis?
[Quæ reſponderũt: Nõ ſunt Hebrææ, ſicut Aegyptiæ mulieres]. i. nõ ſunt ita imperitæ in ar-
te obſtetricandi, vt Aegyptiæ fœminæ. Ideo ſubdit: [Ipſę eñ obſtetricãdi habent ſcientiã, &
priuſquã veniamus ad eas] nos & obſtetrices nobis ſubiectæ, [pariunt] ita ꝙ vna eaꝝ alteri
ſuffragatur, vel iuuãt ſeipſas. [Bene ergo fecit Deus obſtetricibus]. i. eaꝝ pietatem ac timo-
rem quo Deũ timebãt, & regẽ ſceleratũ offendere, ſeq; periculo exponere maluerunt, q̃ tam
dire peccare, remunerauit etiã in præſenti, vt paulopoſt diffuſius exponet. [Et creuit popu-
lus] Iſrael in ſexu vtroq;, [cõfortatuſq; eſt nimis. Et quia timuerunt obſtetrices Deũ, ædifica-
Euſebi⁹. uit illis domos.] Hoc in Scholaſtica hiſtoria ita exponit: Locupletauit eas, cum eſſent pau-
peres: vel fœcundauit, cum eſſent ſteriles. Qui autẽ dicunt eas timuiſſe Deũ filiali, vel ſaltem
initiali timore, exponunt ſic: Aedificauit eis domos, hoc eſt, ſpiritalẽ opulentiã gr̃æ in præ-
ſenti contulit eis, manſiones q̃q; in gloria æternali eis parauit. Qui vero dicunt eas timuiſſe
Deũ timore ſolũ ſeruili, exponunt ꝙ Deus ædificauit eis domos. i. tẽporalia bona tribuit eis.
¶Circa hoc quęritur, quali timore timuerunt Deũ, & an peccauerũt mortaliter ſe mendaci-
ter excuſando timore mortis, & amore vitę præſentis, & vtrũ finaliter ſint ſaluatæ. Ad iſta ſan
Hieroñ. ctus Hieronymus ſuꝑ Eſaiã innuit reſpõſionẽ, dicẽdo ꝙ Deus ædificauit eis domos, hoc eſt,
virtutes pro q̃bus in cæleſtib⁹ requieſcerẽt. Ex quo ſequit, ꝙ filiali aut initiali timore formi-
dauerint dñm, & venialiter tñ peccauerint mentiẽdo, q̃a mẽdaciũ illud fuit officioſum, non
pernicioſum, aut cõtra fidei veritatẽ, nec cõtra religionis doctrinã: & ita habuerunt virtutes
Auguſt. infuſas, & ſaluatæ credunt. Idẽ ſentit B. Auguſtinus, qui ait, & habet in Gloſſa: Aliud faciebãt
obſtetrices paruulos conſeruãdo, aliud Pharaoni mentiẽdo. In conſeruãdo opus miſericor-
diæ fuit, mẽdacio aũt pro ſe vtebant, ne Pharao eis noceret. Quod potuit nõ ad laudẽ, ſed ad
Gregor. veniã pertinere: ſicq; eaꝝ mendacium extitit veniale. ¶Porro S. Gregorius ſentire videt, ꝙ
demerito ſui mẽdacij, priuatæ ſunt retributione felicitatis æternæ, & ſola tẽporalia pro præ-
mio ſint ſortitę: q̃a per domos intelligit tẽporalia bona, ſicq; eaꝝ mendaciũ fuiſſet mortale.
Hinc ex Gregorio fert in Gloſſa: Sũmo opere cauendũ eſt mendaciũ, q̃uis ſit culpæ leuioris, ſi
Idem. quis mẽtiatur p̃ſtando beneficiũ. Sed qm̃ ſcriptũ eſt, Os q̃d mẽtitur, occidit animã, hoc quo-
Sap. I. q; perfecti refugiunt, ita vt nec vita cuiuſlibet per eoꝝ fallaciã defendatur, ne noceãt animæ
ſuæ, dum prodeſſe cupiunt carni alienæ, quanq̃ hoc peccati genus facile relaxari credamus.
Nam ſi quæuis culpa ſequẽti pia operatiõe purgatur, quãto magis hæc facile abſtergit, quã
mater boni operis pietas comitat? Multi vero, obſtetricũ fallacia, conãtur aſſerere hoc men
dacij genus nõ eſſe peccatũ, q̃a ædificauit eis dñs domos: in qua recõpenſatione magis agno
ſcitur, quid mendacij culpa mereatur. Nam benignitatis eaꝝ merces, quæ potuit in æterna
vita retribui, in terrenã compẽſationẽ pro culpa mẽdacij eſt mutata, vt in vita ſua, quã men
tiendo tueri voluerũt, reciperẽt bona quæ fecerũt, & vlterius q̃d expectarẽt mercedis præmi-
um, non haberẽt. Nã & ſi ſubtiliter ꝑpendatur, amore vitę p̃ſentis mẽtitæ ſunt, nõ intentione
mercedis. Parcẽdo eñ, conatæ ſunt infantũ protegere vitã: mentiẽdo, ſuam. ¶Præterea, in
his verbis videtur quædã cõtradictio inſinuari. Si eñ mendaciũ obſtetricũ fuit de facili rela
xabile, faciliterq; delebile, nõ videtur fuiſſe mortale. Et ſi nõ fuit mortale, non propter illud
ſunt mercede cæleſti priuatæ, niſi forte voluerit dicere, ꝙ fuit faciliter delebile comparatiue
loquendo, & ex cauſa ſeu ratione ſuę originis. ¶Deniq; non ſequitur, mentitæ ſunt amore
vitæ præſentis, ergo ſic mentiendo peccauerunt mortaliter. Non eñ omne peccatum extat
mortale, quod oritur ex formidine mortis, aut amore vitę pręſentis: vt ſi quis euaginato gla
dio, dicat alicui, Niſi protuleris mendaciũ iocoſum aut officioſum, occidã te: & ille profer-
ret tale mendacium, ne occideretur. Sed tunc eſt mortale quod ex amore vitæ præſentis, aut
mor

mortis timore procedit, qñ eſt contra præceptum aut charitatem. Tunc eñ, & non aliter,
vita præſens & amor eius pręferunt charitati & vitæ æternæ, immo & Deo. Porro verba Gre
gorij quidã ſic gloſſant: Si nõ eſſent mentitę, Deus dediſſet eis gr̃am, ꝑ quã meruiſſent vitam
æternã: ſed mendaciũ eaꝝ fuit impedimentũ infuſionis gr̃æ gratumfacientis. Adduntq; iſti,
ꝙ obſtetrices nunq̃ gr̃am habuerunt. Quod incertum opinor. Nec veꝝ cenſet, ꝙ ſolũ veniale
peccatũ impediuit eas à gr̃æ infuſiõe. Tamẽ ſi mori maluiſſent, q̃ mẽtiri ne Deũ offenderẽt,
gr̃am vtiq; ſeu eius incrementũ ꝓmeruiſſent. Eſt ergo dicendũ, ꝙ mendaciũ obſtetricũ fuit
veniale peccatũ. Vnde ꝙ dicit Deus eis domos ædificaſſe, exponi poteſt de retributiõe tẽpo-
rali ac ſpũali. Nã & tẽporaliũ ſufficientiã, & gr̃am ac virtutes cõtulit illis, pro eaꝝ charitate
& pietate ad Iſraelitas, proq; timore quo Deũ extimuerunt. Credunt quippe hæ obſtetrices
fuiſſe primo Aegyptię, ſed Deo illuminãte, acceperũt veri Dei notitiã. Et q̃uis Pharao iſte le
gat ignoraſſe Ioſeph & eius hiſtoriã, Iſraelitarumq; Deũ, nõ tñ eſt veriſimile q̃n adhuc mul-
ti valde in Aegypto erãt, q̃ ex reuelatiõe aut conſcriptiõe nouerãt inde loqui, inter quas for
ſitan erãt & hæ obſtetrices, quę etiã inter Hebræos verſando, aliq̃d diſcere potuerunt de vero
Deo. Deinde per p̃fatã ſuã pietatẽ & compaſſionẽ, adeptæ credunt gr̃am tantã, ꝙ ad cultum
vnius Dei conuerſæ ſunt, ac promotæ in populo Hebræoꝝ, ſicut de Raab legit Ioſue 2. & de
Achior Ammonita in libro Iudith. Nempe ſi Raab cõſecuta eſt à dño tantã remuneratio- Iudit. 5. & 6.
nem in bonis vitæ p̃ſentis, atq; in ſpiritalibus donis, qm̃ duos Hebręoꝝ exploratores pie tra
ctauit, & à mortis diſcrimine liberauit: quãto magis obſtetrices iſtæ, quæ circa tam multos
innocẽtes infantulos, & ꝑ conſequẽs circa eoꝝ parẽtes fuerũt tam pię ac gratioſæ? Quòd aũt
per ædificationẽ domoꝝ à Deo collatã obſtetricibus illis, intelligi queãt etiã facultates rei
familiaris, ſeu bona terrena, teſtat in lib. de locutiõibus Auguſt. [Præcepit ergo Pharao om̃i Auguſt.
populo ſuo, dicẽs: Quicq̃d maſculini ſexus natũ fuerit] ex Hebręis, [in flumẽ]. i. in Nilũ, q̃ per
diuerſa loca diuiſus, currit hincinde ꝑ varias partes Aegypti. [proijcite: q̃cq̃d fœminei, re-
ſeruate.] Itaq; Pharao vidẽs ſe nõ obtinere intẽtum ꝑ fraudes, & per perſecutiões doloſas, in
apertã ꝑſecutionẽ erupit. Erat aũt ꝓiectio paruuloꝝ in Nilum, minus horrẽda, q̃ effuſio ſan-
guinis eorundẽ: ideo magis p̃cepit rex vt mergerent, q̃ vt ferro trucidarent vel iugularẽtur.
Quòd vero legit Pharao p̃cepiſſe iſtud om̃i populo ſuo, quidã de Aegyptijs interpretant, ita
ꝙ illis iuſſit exequi hoc mãdatũ, & inquirere diligẽter, vbi, qñ, & quid fœminæ gignerẽt He-
bræoꝝ. Alij putãt intelligendũ de populo Iſrael, q̃ populus Pharaonis vocat, q̃a ſub eius erat
dominio. Vnde & infrà dicunt Hebræi ad Pharaonẽ: Cur ita agis cõtra populũ tuũ? Hi itaq;
dicũt, ꝙ Pharao ſub pœna mortis & amiſſiõis reꝝ oim, iuſſit viris Hebræis ſubmergere pro
prios paruulos. ¶Amplius, p̃ter rationẽ ſuperius introductã, aſſignat Ioſephus aliã cauſam, Ioſe. li. 2. ant. iud. cap. 9.
cur Pharao iuſſit maſculos, nõ fœmellas, occidi: videlicet qm̃ quidam ſacerdos Aegyptioꝝ
prędixit regi, eo tẽpore maſculũ in Iſrael naſcituꝝ, q̃ regimẽ Aegypti humiliaret, & virtute
tranſcenderet vniuerſos. Iſtud quoq; allegat magiſter in hiſtorijs, immo S. Bernardus in ſer- Bernar.
mone de paſcha circa epiſtolã ſancti Ioannis teſtat, ꝙ Herodes laborabat ſimili ſuſpicione
cum Pharaone: qm̃ ſicut Pharao p̃cepit vniuerſitatẽ paruuloꝝ Iſraelitici germinis trucida-
ri propter vnũ pueꝝ ſibi ſuſpectũ, ita Herodes paruulos Bethlehemitas. Sicq; in hoc Moſes Matt. 2.
fuit figura Chr̃i. ¶Circa p̃habita quęrit: An duæ p̃fatæ obſtetrices Hebræoꝝ, fuerũt natione
Aegyptiæ, an Hebrę æ. Quocirca recitat Lyra: Dicũt Hebræi, ꝙ fuerũt ambæ Hebrææ, atq; bi
nomiæ, ita ꝙ illa quæ in textu vocat Sephora, fuit Iocabeth filia Leui, & ſecũda Maria ſoror
Moſis. q̃d improbat Lyra. Primo, qm̃ Iocabeth illa iam mortua fuit, cũ dictũ ſit, ꝙ Ioſeph
& fratres eius omniſq; cognatio illa iam erãt defuncti. Secundo, qm̃ obſtetrices illæ, excu-
ſando ſe corã rege, dixerũt: Non ſunt Hebrææ, ſicut Aegyptiæ mulieres. Per q̃d inſinuari vi-
detur, ꝙ ipſę nõ erãt Hebrææ. Tertio, qm̃ nõ eſt ꝓbabile, ꝙ occultã interfectionẽ infantium
Hebræoꝝ commiſit rex mulieribus Hebræis. His addi poteſt, ꝙ Iocabeth etſi adhuc vixiſſet,
tamen præ nimia ſenectute inepta fuiſſet ad obſtetricale officium ac generalem ſolicitudi-
nem obſtetricum. Maria vero ſoror Moſis, fuit puella tam iuuenis, ꝙ tũc fuiſſet ad officium Ioſe. lib.
illud inepta. Vix etenim erat quindecim annoꝝ. Ioſephus quoq; ait, ꝙ erant Aegyptiæ, & ꝙ 2. anti. iu
propter hoc rex putauit eas ſuam non tranſgredi iuſſionem. da. ca. 9.

¶Expoſitio ſpiritualis eiuſdem primi capituli. Art. II.

SEcundum Origenẽ, ſermo ſacrę ſcripturę ſimilis eſt ſemini in terrã proiecto, q̃d creſcit Origeñ.
in plurima grana: & tãto fructuoſius reddit, quãto ab agricola fuerit diligẽtius cultum.
Et quo terra pinguior vberiorq; extiterit, ſic vna ſcriptura multipliciorẽ parit ſenſum:
& tãto ſalubriores gignit ſentẽtias, quãto ꝓfundius cõſiderat, & quo cor conſiderãtis, ſicut Pſal. 62.
adipe & pinguedine, amplius adimplet dono ſapientiæ & ſpiritu intellectus. Ita eſt plane de
hoc in Exodo. Quod, quantum ad ſuperficiẽ literæ, extat ꝑfacile: ſed ſpiritualiter ac myſtice
conſideratũ, ſenſus habet ſublimes. Itaq; ꝑ ingreſſum Iacob & vndecim filioꝝ eius cum eoꝝ Exodi 1.
familijs in Aegyptum vt ibi reficerent, myſtice deſignatur, ꝙ dñs noſter Ieſus Chriſtus per
Iacob

Iacob præfiguratus,intrauit hunc mūdum deſiderio noſtræ ſalutis,& cū ipſo vndecim Apo
ſtoli prælecti,quoꝝ duodecimus fuit reprobus & iniquus, ſicut de ſeipſo aſſeruit Chriſtus:
Vnus ex vobis diabolus eſt.Deinde Iudæa relicta,Chrs in apl'is & ꝑ eos regna gentiliū eſt in-
Ioan. 6. greſſus. ¶Porro,per familias patriarchaꝝ, intelligunt ſpiritales filij Apoſtoloꝝ, quos ſan-
cti Apoſtoli aſſumpſerunt in adiutoriū,atq; miſerunt ad gentium conuerſionē.Per animas
quoq; ſeptuaginta,ſeu ſeptuagintaq̄nq;,intelligunt 70.diſcipuli Chr̄i,q ante vixerūt iuxta
legem ac documēta quinq; libroꝝ Moſis.Per hoc quoq; ꝙ Ioſeph tunc exritit in Aegypto
quãdo vndecim patriarchæ erant cum Iacob, datur intelligi,ꝙ Paulus nondū cõuerſus, ad-
huc inter mūdanos cõuerſabat,quãdo vndecim Apoſtoli erãt cum Chriſto,Iuda ſublato.Ve
runtamen per hoc aptius deſignat,ꝙ Chriſtus ſecūdum ſuæ deitatis incircūſcriptibilē ma-
ieſtatē fuit vbi terraꝝ,quãdo ſecundū ſuā humanitatē fuit & ambulauit cū Apl'is in loco de-
Ioann. I. terminato.Propter quod ait Euãgeliſta de Chr̄o:In mundo erat,& mundus ꝑ ipſum factus
eſt.Et nunc nõdum cognouerat eū mundus,ſed vt cognoſceret, venit per Apl'os ad munda-
nos.Chriſtus equidē qui deſignat per Iacob,ſignificat & per Ioſeph. Et cum tãta ſit ꝑfectio
& abundãtia myſterioꝝ Chr̄i,quod per vnū,immo ꝑ plures nõ poteſt plenarie præfigurari.
Quo mortuo, & vniuerſis fratribus eius,omniq; cognatiõe illa, filij Iſrael creuerunt,& quaſi
germinãtes,multiplicati ac roborati nimis,impleuerunt terram.Sic dñо Ieſu Chr̄o crucifi
xo ac mortuo,ſanctis quoq; Apoſtolis ac primis diſcipulis in fide & pro fide Chr̄i martyri-
zatis,Chr̄iani qui ſunt veri ac ſpiritales Iſraelitæ, vbiq; terraꝝ ſuꝑ arenã ſunt multiplicati,
ſuiſq; hoſtibus tam inuiſibilibus q̄ viſibilibus per fidē & patientiã, per charitatis feruorem,
fortitudiniſq; cõſtantiã ac virtutē præualuerunt.Nã tempore perſecutionū & tyrannoꝝ ma
gis excreuit eccleſia,immo ſæpiſſime in martyrizatiõe vnius ſancti aut ſanctæ,omnipotens
Deus tot & tãta peregit miracula,ꝙ ad Chr̄m cõuertebant gentiliū millia multa,quemad-
modum Chr̄us ante ſuã paſſionē promiſit atq; prædixit diſcipulis:Ego,inquiens,dabo vo-
Lucæ 21. bis os & ſapientiã,cui nõ poterunt reſiſtere & cõtradicere om̄es aduerſarij veſtri. ¶Inſuꝑ,iu-
xta tropologicū ſenſum,mortuo Ioſeph, hoc eſt,homine Chr̄iano ꝑ Chr̄i cruciformē imi
tationē ſalubriter mortificato ac reformato,creſcunt in eo filij Iſrael,hoc eſt,ſenſus ſpirita-
les ac myſtici virtuoſiq; actus,& cõtemplationū exceſſus,ita vt reuelata facie gloriã dñi ſpe-
culent,& membra corporis ſui fructificēt Deo,qm̄ exhibent arma iuſtitiæ regi æterno. Ta-
liſq; homo or̄one,p̄dicatiõe,exēplari q̄q; cõuerſatiõe multos cõuertit,ac generat dñо. Sur-
rexit interea rex nouꝰ ſuꝑ Aegyptū &c.¶Per nouū regē illū,ingratū Chr̄o & eius ignarū,in-
telligit vnuſquiſq; tyrãnus, q vidēs Chr̄ianos multiplicatos ac roboratos, tractat cū ſubdi-
tis ſuis,qualiter Chr̄ianos queat opprimere,& nomē Chr̄i delere de terra, qm̄ videt ſe ſapi-
entiæ Chr̄ianoꝝ nõ poſſe reſiſtere.Hoc primo fecerunt indurati pontifices Iudæoꝝ, perſe-
quēdo atrociter primitiuã eccleſiã, deinde reges & principes Paganoꝝ, p̄ſertim imperato-
res Romanoꝝ atq; Perſaꝝ.Primuſq; Nero generalem cõcitauit perſecutionē in Chr̄ianos.
Diocletianus vero & Maximianus feruētiſſime affectabãt ac laborabãt vniuerſam plebem
Chr̄ifidelē,eiuſq; memoriã & nomē Chr̄i prorſus auferre de terra.Prępoſuit itaq; eis magi-
ſtros opeꝝ &c.Hoc totū etiã q̄ſi ad literã impletū eſt in ppl'o Chr̄iano.quēadmodū em̄ Pha-
rao p̄poſuit filijs Iſrael magiſtros opeꝝ,vt affligerēt eos oneribꝰ, ſic multi reges principeſq;
pagani iniunxerūt Chr̄ianis labores grauiſſimos, vt ſ. metalla effoderēt,lutū & ſaxa porta-
rent,ac tributa ꝑſoluerēt.¶Pręterea,quãto plus opprimebãtur fideles ꝑ martyria & labores,
tãto amplus merito ac numero aucti ſunt.ideo oderūt eos Aegyptij,puta increduli,q illuſe-
runt & afflixerūt credētes in Chr̄m,atq; ad amaritudinē corporaliū pœnaꝝ ꝑducebãt vitam
fideliū,per opa dura luti ac lateris,vtpote per labores & ſeruitutes grauiſſimas in rebus vili
bus ac terrenis, q̄uis ſancti Chr̄iani oĩa talia ꝓpter Chr̄m æquanimiter ferrent in ſpū. ¶Per
reges demū Aegypti,q nouerãt Ioſeph & beneficia eius,nec filijs Iſrael moleſti fuerūt,ſignã-
tur principes Chr̄iani,ſub q̄bus eccleſia pacē tēporis ac pectoris eſt ſortita. ¶Inſuꝑ,per re-
gem Aegypti afflictorem Iſraelitaꝝ ,ſignificat diabolus, q dum primitiuã eccleſiã vidiſſet
quotidie mirabiliter multiplicari,om̄iq; diuinoꝝ chariſmatū virtute ac gr̄a roborari & ex-
poliri,dixit ſatellitibus ſuis:[Ecce ppl'us filioꝝ Iſrael].i.Chr̄ianoꝝ,q per fidei imitationem
ſunt filij Abrahę, & per cõtemplationē diuinoꝝ digni ſunt Iſrael appellari:[multus & forti-
or nobis eſt,] q̄a ꝑ opē ſpūs ſancti p̄ualuerūt dęmonibus,eiecerūtq; eos ab obſeſſis,& de cor-
Lucę 10. dibus hoꝝ q̄s cõuerterūt.Hinc ait ſaluator diſcipulis: Ecce dedi vobis poteſtatē calcãdi ſuꝑ
ſerpētes & ſcorpiones,& ſupra oēm virtutē inimici.Venite,ſapiēter opprimamꝰ eū.i.põdere
tentationū & impetu aduerſitatū. Dæmones aūt ſuã nequiſſimã calliditatē, ſapientiã arbi-
trant.[ne forte multiplicet] in ꝑſonis & meritis.[Et ſi ingruerit cõtra nos bellū] hoc eſt,ſi alij
quoq; adhuc infideles receperint fidē,ſeq; oppoſuerint nobis,[addat inimicis nr̄is].i.charita
tiue ac pie ſe applicet illis recēter cõuerſis.[Expugnatiſq; nobis,egrediat de terra,]hoc eſt,de
exilio ſuæ peregrinatiõis & corpore mortis,ſeu terrena & carnalia vitia omnino relinquat,
&

& intret in regnum cæleſte.[Præpoſuit itaq; eis magiſtros opeꝝ,vt affligerēt eos oneribus.]
Iſti magiſtri operum,ſunt maligni ſpiritus,ad certa diſtincta vitia inclinãtes,ac varijs mo-
dis tentãtes genus humanū. Quibus p̄cipit princeps tenebraꝝ, vt affligãt fideles ꝑ terrores
& ſomnia,ꝑ tentatiões & tribulatiões multiplices.Hinc quidã dæmonū vocãtur ſpūs forni-
cationis,alij ſpūs ſuperbiæ,alij ſpūs inuidiæ,alij iræ,alijq; acediæ.[Et ædificauerunt vrbes ta-
bernaculoꝝ Pharaoni.] Hi etem̄ qui ad tempus credunt, & facta ꝑſecutione ſcandalizãtur,
ac tentatiõe vincunt,ædificãt vrbes tabernaculoꝝ Pharaoni.i.cõgregatiões faciunt prauas, Lucæ 8.
in quibus regnat diabolus.[Quãtoq; opprimebãt eos,tãto magis multiplicabant.] Hoc im
pletur in his, qui radices cordis fixerunt in Deo, & timorati ac iuſti ſunt:qui tãto ardentius
atq; inſtãtius inſiſtunt exercitijs virtuoſis,& tentationibus renitunt, quãto acrius ſe tentari
experiunt,quēadmodū ad Hebræos hortat Apl's: Deponentes om̄e pondus & circūſtans nos Hebr. 12.
peccatū,per patientiã curramus ad propoſitū nobis certamē,adſpicientes in authorē fidei &
conſummatorē Ieſum.[Oderãtq; filios Iſrael Aegyptij].i.dæmones multiplicabiliter odiūt
Chr̄ianos,q̄s indeſinēter conant decipere.Nã & inuidia diaboli,mors intrauit in orbē terra-
rū.[Et affligebãt,illudētes eis] vtiq; inuiſibiles hoſtes ꝑ tētatiões,diſtractiões,& varias phan Sapiæ 2.
taſias ac ꝑſuaſiones,quas ingerūt cordibꝰ deuotoꝝ,valde affligūt eoſdē,& frequēter eis illu-
dūt,ita ꝙ dū Deo cū ſynceritate & feruore intēderēt,atq; ſtabiliter inhęrerēt,vanis ac friuo
lis imaginatiõibus occupant,etiã tēpore or̄onis ac cultꝰ diuini.Propter q̄d orauit Propheta: Pſal. 24.
Deus meus,in te cõfido,nõ erubeſcã,neq; irrideãt me inimici mei. [Atq; ad amaritudinem
ꝑducebãt vitã eoꝝ opibus duris luti & lateris.]Electi interdū grauiter amaricãt,dū eis à dæ
monibꝰ carnalia vitia ſuggerunt,vel dū in ea corruiſſe ſe gemūt.Opa q̄ppe luti ac lateris,re
cte dicunt immūdiſſimi actus luxuriæ,q̄ maculãt tanq̄ lutū:& prauę cõſuetudinis,q̄ inſtar la
teris,intēſo ꝓpriæ volūtatis affectu induruit. Vnde Pſalmiſta decãtat: Exaudiuit dñs preces
meas,& eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fæcis.Itaq; ad hæc inq̄namēta & cõſuetudinem Pſal. 39.
prauã conant ſpūs maligni inducere hoĩes.[Dixit aūt rex Aegypti obſtetricibus Hebręoꝝ.]
Per obſtetrices Hebræoꝝ,intelligunt aĩæ timoratoꝝ p̄ſidentium,quę ſubditos quaſi modo
genitos infantes lacte ſpiritalis doctrinę reficiūt. Talibus aĩabus diabolus ſuggerit,vt mares 1. Petr. 2.
paruulos perimãt,fœmellas reſeruent .i.ſpiritales humileſq; errare deſinãt ac perire,nec eos
hortent,conſolent,corripiãt ac caſtigēt,fœminas vero.i. carnales & molles in ſuis ꝑmittãt
carnalitatibꝰ,negligētijs,ac ꝑuerſitatibus ꝑdurare,& in talibꝰ foueãt eos.Huic tã impiæ ſug
geſtioni diaboli,nõ acq̄eſcūt aĩæ p̄latoꝝ & doctoꝝ Deū timentiū.Cūq; diabolus hoc ipſum
eis improperat,dicūt:[Nõ ſunt Hebrææ ſicut Aegyptiæ mulieres].i.aĩæ Chr̄ifideliū, nõ ſunt
ſicut animæ infideliū ac prauoꝝ.Ipſæ em̄ obſtetricãdi ſcientiã habēt,hoc eſt, aĩæ veraciter
Chr̄ianæ,deſuꝑ illuſtratæ,ex vnctione ſpūs ſancti agnoſcunt,qualiter cogitatiões & affectus
in ſe om̄i hora naſcentes,debeãt dijudicare,diſcernere,dirigere, & mala cordis germina à ſe
ſtatim abijcere.[Ideo priuſquã veniamꝰ ad eas,pariūt].i.anteq̄ informent à nobis, ex illumi
natiõe diuina recte ſe habēt,& fructū virtutis pariūt. Vnde Ioãnes apl's in prima ſua canoni
ca talibus ſubditis ſcribit:Nõ neceſſe habetis vt aliquis doceat vos,ſed vnctio eius docet vos 1. Ioã. 2.
de oĩbus.Populus q̄q;:Diuites,inq̄t,facti eſtis in Deo,in om̄i verbo & ſciētia,ita vt nõ ſit ne- 1. Cor. 1.
ceſſe nobis aliq̄d loqui. [Benefecit ergo Deus obſtetricibꝰ,& ædificauit eis domos].i.anima
bus taliū prælatoꝝ ac p̄ſidentiū, cõtulit Deus copioſiſſima munera gr̄æ ac virtutū in vita p̄-
ſenti,atq; in cæleſtibus manſiõibus p̄parauit beatiſſimas ſedes,vt nõ ſolū coronent pro pro-
prijs meritis,ſed item pro meritis oĩm quos digne rexerūt. Sub talium aūt regimine maxi-
me creſcit ac proficit populus Chr̄ianus.[Pręcepit aūt Pharao om̄i populo ſuo,dicēs:Quic-
quid maſculini ſexus natū fuerit, in flumē proijcite: quicq̄d fœminini,reſeruate.] Populus
Pharaonis ſunt dæmones,principi ſuo ſubiecti:oēs q̄q; iniqui,hæretici,ſchiſmatici,infide-
les,q̄bus oĩbus iubet ac ſuggerit diabolus,vt maſculos in flumē proijciãt.i. vere catholicos,
iuſtos ac ſpiritales ꝑſequant ac deſtruant,obruēdo eoſdē inquietudine tribulationū,impetu
tentationū,fluxu & abundãtia vitioꝝ:fœminas aūt reſeruēt.i. eos in malis foueãt & conſer-
uent,q inſtar fœminaꝝ inſtabiles ſunt,molles ac debiles ad reſiſtendū tentamētis ac vitijs.

¶Elucidatio literalis cap. 2. Egreſſus eſt poſt hæc vir de domo Leui. Art. III.

Conſequēter Moſes quaſi de alio loquēs,ſuiipſiꝰ natiuitatē, educationē,prouectū,euen-
tum & geſta deſcribit.Sic quippe authores ſcripturę,de ſeipſis quaſi de alijs frequenter
loquuntur. [Egreſſus eſt poſt hæc vir de domo Leui,& accepit vxorem ſtirpis ſuæ.]Si Exodi 2.
quod ait, Poſt hæc, intelligatur de oĩbus de quibus facta eſt mētio in præcedenti cap. tunc
egreſſus huiꝰ viri,nõ poteſt intelligi de eius natiuitate: neq; q̄d ait,accepit vxorem,accipi po
teſt de ſumptiõe mulieris illius in matrimoniū,qm̄ vir iſte,diu natus fuit ante p̄fatū Pharao
nis præceptum de ſubuerſione paruuloꝝ. Similiter ante præceptum illud duxit fœminam
illam coniugem,immo & ante illud præceptū genuit ex eadem Aaron & Mariã. Siquidem
Aaron fuit triennio ſenior Moſe: & ſi ante natiuitatem Aaron emanaſſet illud præceptum,
Aaron

Aaron fuiſſet ſubmerſus. Maria vero ſoror Moſis & Aaron, fuit per tempus notabile eis ſeni
or, vt in iſto dicet̃ cap. Si itaq; q̃d dr̃, poſt hæc, intelligat̃ de oibus illis, ſic exponet̃ particula
iſta, Egreſſus eſt. i. ad certũ actũ & determinatã prolificationem ꝓceſſit, atq; de loco & actu
oratiõis, ad locũ & actũ generatiõis ꝓgreſſus eſt poſt hæc, quæ p̃cedẽti narrant̃ cap. vir de do
Ibidem. mo Leui. i. de ſemine & familia Leui p̃riarchæ. Fuit nãq; vir iſte Amrã filius Caath filij Leui,
vt infrà patebit. & accepit vxorẽ ſtirpis ſuæ. i. maritali affectu atq; amplexu illã acceſſit, quæ
vxor fuit etiã de progenie Leui. Fuit eñ (vt infrà habet̃) Iochabed patruelis iſtius Amram.
Porro ſi q̃d ait, poſt hæc, referat̃ ſolũ ad aliqua in p̃cedenti cap̃lo ſcripta, puta ad ingreſſum
Iacob, filiorum'q; eius in Aegyptũ, ad exiſtentiã quoq; diuturnã, quãuis nõ totalẽ, ipſius Io-
ſeph in Aegypto, ſic egreſſus viri huius, accipi poſſit de natiuitate eius: & acceptio ſuæ vxo
Ioſe. lib. ris, de acceptiõe in coniugẽ. [Quæ cõcepit & peperit filiũ.] ſ. Moſen. Magiſter in hiſtorijs,
2. anti. iu alij'q; cõmuniter ex Ioſepho referunt, ꝙ poſt exitũ præfati p̃cepti de paruuloꝝ ſubmerſiõe,
da. ca. 9. Amram iſte ab vxore ſua abſtinuit, malens nõ generare, q̃ infantulos mox necãdos ꝓcreare.
Et credit̃ Deũ deuote oraſſe, vt ſuccurreret populo ſuo tã inhumane oppreſſo: tunc'q; in ſo
mno apparuit ei dñs, admonens vt ſecure vxorẽ cognoſceret, qa generaturus eſſet ex ea filiũ
liberatuꝝ filios Iſrael, de cuius filij ortu formidarẽt Aegyptij. De ſacerdotio q̃q; Aaron filij
ſui p̃dixit ei. Quibus auditis, cognouit vxorẽ. [Et videns eũ elegãtem,] Fuit equidem Moſes
puer valde formoſus & magnus. dicunt'q; aliqui, ꝙ natus mox matri ſuæ arriſit. [abſcõdit]
eum [tribus mẽſibus:] infrà quos occulte aluit eũ. Sed mirũ videt̃, qualiter potuit pueꝝ tam
diu celare, qa ex vteri ſui tumore patuit cunctis intuẽtibus ꝙ concepit, ſimiliter ex vteri ſui
depreſſiõe patuit eam iam peperiſſe: in partu quoq; videt̃ inſtar parientiũ clamitaſſe, nec ha-
buit teſtẽ, pueꝝ natum eſſe ſubmerſum. Ad iſta quidã reſpondent, ꝙ quędã ſunt fœminæ ita
diſpoſitæ, ꝙ eaꝝ impręgnatio paꝝ apparet, & ꝙ ſine dolore vehementi parere ſolent. Et ta
lem dicũt iſtã fuiſſe. [Cum'q; iam celare nõ poſſet] diutius pueꝝ adhuc viuentem. Paulatim
quippe res cœpit erumpere & patere. Aliqui q̃q; dicunt, ꝙ ex p̃cepto regis, Aegyptij ſtatutis
diebus ſcrutabant̃ habitacula Hebræoꝝ, an eis eſſet puer abſcõditus, quod ad minus ſemel
* ſirpeã fecerunt (vt dicit̃) infra tres menſes. [ſumpſit fiſcellam * ſcirpeam, & liniuit eã bitumine ac
pice, poſuit'q; intus infantulum, & expoſuit eum in carecto ripæ fluminis, ſtãte procul ſoro-
re eius, & conſiderãte euentũ rei] Fiſcella ſcirpea eſt vaſculum rotundũ inſtar alueoli, factum
de *ſcirpis. i. de iuncis. Quod linitum fuit bitumine & pice, ne aqua Nili illud intraret. Fecit
q̃q; illud de iuncis, q̃ ſunt leuis, aqueæ, aereę'q; naturæ, vt ſuꝑ aquas poſſet natare. Poſuit etiã
vaſculum illud iuxta ripã, in loco vbi ſolent creſcere carices, quæ ſunt herbæ acutæ, vt enſis,
ita ꝙ manũ ſecãt premẽtis. Vnde locus ille vocat̃ carectũ. Non eñ poſuit fiſcellã illã remo-
te à ripa, ne vi aquæ abduceret̃ longe à terra. [Ecce aũt deſcendebat filia Pharaonis, vt laua-
retur in flumine.] Exiuit nanq; de palatio & ciuitate regali, quæ erat in ſitu altiori q̃ Nilus.
Ideo dicit̃ deſcendiſſe vt in flumine lauaret̃. Nec puto ꝙ inſtar natãtium voluerit ſe nudã la
uare in aqua, ſed ꝓ refrigerio atq; ſolatio pedes & partes eius vicinas. Et ſecundũ Ioſephum,
Ibidem. luſit circa littus. Veruntñ cõſuetudines iuxta diuerſitatẽ locoꝝ & tẽpoꝝ ac hoĩm variãtur.
[Et puellæ eius gradiebãtur ꝑ crepidinẽ aluei]. i. pediſſequę ei⁹ iuxta ripã Nili deambulabãt.
[Quæ cũ vidiſſet fiſcellã in papyrione]. i. in parte & loco Nili, in quo creſcit papyrus. i. iun-
cus ſic appellatus, [miſit vnã e famulabus ſuis,] vt afferret ſibi fiſcellã. Ex quo cõſtat ꝙ aqua
non erat ꝓfunda vſq; ad locũ illum. [Et allatã] fiſcellam [aperiens] filia Pharaonis, [cernẽs'q;
in ea paruulũ vagientem, miſerta eius, ait: De infantibus Hebræoꝝ eſt hic] infans. hoc eñ
faciliter conijcere potuit, qa patris ſui cognouit præceptũ de infantulis illis mergẽdis. [Cui
ſoror pueri:] puta Maria, quæ iam iuuencula erat: [Vis, inq̃t, vt vadã, & vocẽ tibi mulierem
Exod. 1. Hebræam, quæ nutrire poſſit infantulum? Reſpõdit: Vade]. i. fac ita. ¶ [Circa q̃d quęri poteſt,
cur filia regis nõ ordinauit, vt ille puerulus à muliere Aegyptia nutriret̃. Cuius ratio paulo-
poſt exprimet̃. [Perrexit puella, & vocauit matrem * eius] ſ. pueri, immo & ſuã, quã tamen
* ſuam adduxit quaſi alienã, nec indicauit ꝙ mater eſſet illius infantuli. [Ad quã locuta filia Pharao
nis: Accipe, ait, pueꝝ iſtum, & nutri mihi]. i. ad commodũ atq; ſolatiũ meũ. Ego dabo tibi
mercedem tuã.] quã poſtulaueris à me, & quã te mereri putauero. Veruntñ mater Moſis in
illo caſu aliunde, videlicet iure naturali ac diuino, tenebat̃ proprium nutrire infantem: nec
videtur in hoc mercedẽ meruiſſe humanã, niſi ſecũdum æſtimationẽ filiæ Pharaonis. [Suſce
pit mulier & nutriuit pueꝝ, adultum'q;] vtpote ablactatum & rationis capacem, [tradidit fi
liæ Pharaonis.] Non dicit̃ ꝙ poſtulauit mercedem à filia Pharaonis pro pueri nutritione:
forſitan tñ poſtulauit, vt minus putaret̃ mater infantuli: & forſan nõ poſtulauit, ſciens ſe ma
trem infantis, & volens complacere reginæ. [Quem illa adoptauit in locum filij.] Nam cre-
ditur tunc nõ habuiſſe alium filiũ. Ex quo innoteſcit etiã, ꝙ ille infantulus erat miro modo
He. Mo- pulcher, gratioſus, amabilis, intantum ꝙ pagana regis filia ſic accẽdebatur amore pueruli.
ſche. [vocauit'q; nomen eius *Moiſes, dicens: Quia de aqua tuli eum.] ideo voco eũ hoc nomine.
Mois

Mois quippe in Aegyptio idiomate, dicit̃ aqua: is, ſaluat⁹. ſic'q; Moiſes interpretat̃, ſaluatus
de aqua. Hanc de ſeipſo hiſtoriã Moſes multum breuiter ſcripſit, quã Ioſephus plenius re- Ioſe. li. 2.
citat, dicens: Metuens Amram ne captus incideret iram regis, ꝓpter occultationẽ videlicet anc. iud.
Moſis, & ne ſimul cũ puerulo deperiret, prouidẽtiam'q; Dei excluderet, qa videlicet audiuit cap. 9.
à Deo, ꝙ puer ille eſſet liberaturus Iſraeliticũ populũ, præparanit vas rotũdum, in q̃ infans
ſpatioſe iaceret. Itaq; infantem ibi poſitũ, & in flumine collocatũ, Deo cõmiſit. Therimuth
autẽ filia regis circa littus fluminis ludens, & vas illud cõſpiciens, iuſſit ſibi afferri. In quo vi
dens infantem, gauiſa eſt valde ꝓpter magnitudinẽ & pulchritudinẽ pueri, præcepit'q; addu
ci mulierem Aegyptiã, quę daret infanti mamillã. quo renuente vbera mulieris Aegyptię,
atq; hoc idem in multis mulieribus Aegyptijs faciente, Maria adſtãs, dixit: Fruſtra o regi-
na has mulieres ad nutrimentũ vocas infantis, quæ nullã cognationẽ habent ad eum. Si aũt
aliquã Hebræaꝝ adduci præceperis, puto ꝙ vbera eius accedet, quod tñ rationabiliter di-
ctum credẽs regina, iuſſit adduci Hebræã. ſic'q; adducta matre pueruli, vbera eius infans gra-
te accepit, cõmiſit'q; filia regis mulieri Hebrææ, vt pueꝝ cum omni diligentia enutriret. Ta-
lem etenĩ fecit Deus pueꝝ illum, vt dignus haberet̃ educatiõe & cura etiã ab illis, qui timo-
re eius decreuerunt interimere totum genus Hebræoꝝ viroꝝ. Inſuꝑ Ioſephus refert: Filia
Pharaonis adultũ Moſen corã patre ſuo adduxit, qui ſuã coronã impoſuit capiti Moſis. Mo Idẽ vbi
ſes vero videns in ea ſimulacrum ſculptum, proiecit eã cum indignatione in terrã, ac fregit. ſupra.
Quod cernens quidã ſacerdotũ Heliopoleos valde cõmotus, videlicet ille ſcriba, qui p̃dixit
vnũ de Hebræis naſciturum qui vaſtaret Aegyptum, dixit: Hic eſt puer quẽ ex oraculo deo-
rum audiuimus oppreſſurum Aegyptum. ſtatim'q; voluit irruere in Moſen, dicens: Occi-
datur, vt de cętero careamus timore. Porro filia regis totis viribus ſe obiecit, & filium ſuum
adoptiuũ defendit. Nã & vnus ſapientiũ adſtãs, dixit, pueꝝ hoc ex puerili ignorãtia cõmiſiſ-
ſe: q̃d vt certius fieret, fecit prunas ardentes afferri, & puero p̃ſentari, q̃ more pueroꝝ vnã ori
ſuo appoſuit, & inde linguæ ſuæ extremitatẽ cõbuſſit, vnde (vt ferunt Hebræi) impeditioris
linguæ effectus eſt. Deniq;, vt Ioſephus ſcribit, tantæ pulchritudinis extitit Moſes, ꝙ nullus Idẽ vbi
erat tãtæ ſeueritatis, quin eius delectabat̃ adſpectu. Multi q̃q; dum eũ per plateã cernerẽt fer- ſupra.
ri, poſtpoſitis occupatiõibus ſuis, feſtinabãt poſt eũ. Inſuꝑ narrat, & tangit̃ in Gloſſa, pleni-
us'q; in Scholaſtica habet̃ hiſtoria, ꝙ Aegyptij precturi ad præliũ cõtra Aethiopes, ex oracu-
lo ſuoꝝ deoꝝ virũ Hebræum, videlicet Moſen, præfecerũt exercitui ſuo. Itaq; Moſes valla-
tus Aegyptijs, vicit Aethiopes. Cum'q; vrbẽ Saba noĩe, diutius obſideret, filia regis Aethio-
pum iniectis oculis ſuis in Moſen, eum dilexit, atq; ex cõdicto tradidit ei vrbẽ, vt eã duceret
coniugẽ, duxit'q; eã, & hæc eſt vxor eius Aethiopiſſa, ꝓpter quã Aaron & Maria cõtra eum
iurgati legunt̃, vt in Numeris ſcribit̃, & Deo præſtãte exponet̃ ibidẽ. [In diebus illis poſtquã Nũe. 12.
creuerat Moſes, egreſſus eſt ad fratres ſuos] . i. Hebræos viſitans in terra Geſſen, qui fratres
eius dicunt̃ ex genere, dilexit'q; illos, præcipue tam naturali q̃ infuſa dilectione, & frequenter
condoluit eis in tãtis eoꝝ anguſtijs, & forſan ſpecialiter viſitauit quoſdã ſuos cognatos, qui
fratres eius fuerũt conſanguinitate. [vidit'q; afflictionẽ eoꝝ] oculo corporali, & mẽtis com-
paſſione, [& virũ Aegyptiũ, percutientẽ quendã de Hebræis fratribus ſuis. Cum'q; circũſpe- Act. 7.
xiſſet huc atq; illuc, & nullum adeſſe vidiſſet, ꝑcuſſum Aegyptiũ abſcondit ſabulo.] Aegy-
ptius ille fuit vnus præpoſitoꝝ, quos Pharao præfecit Hebræis ad ſolicitãdum opus eorum,
quẽ Moſes vir fortis & bellicoſus, ſecũdum Ioſephũ, interfecit. ¶ Circa q̃d quęrit̃, qua autho Ioſe. li. 2.
ritate hoc Moſes fecerit, & an ſine peccato hoc egit. Ad q̃d aliq̃ rñderũt, ꝙ in hoc facto pec ant. Iud.
cauit mortaliter, qa nõ fuit legitimus iudex illius Aegyptij, manum'q; miſit in meſſem alie- cap. 9.
nam, & vſurpatũ cõmiſit iudiciũ, puniendo non ſibi ſubiectũ. Et iſti nitunt̃ authoritati Au-
guſtini, dicentis: Moſes tunc nullã adhuc legitimã poteſtatem gerebat, nec diuinitus acce-
ptam, nec humana ſocietate ordinatã. Primo quoq; de ciuitate Dei teſtat̃: Non licet priua-
ta poteſtate occidere hominem. Item'q; vbi dictũ eſt, Nõ occides: Hic, inquit, fiunt quædam
exceptiones, videlicet ſine diuina authoritate, aut data lege, vel expreſſa iuſſione. Vnde in
ſecunda ſecũdæ, q̃ſt. 60. loquit̃ Thomas: Auguſtinus in q̃ſtionibus Exodi dicit, homicidium Aug. li.
illud in ſe vitioſum fuiſſe, magnũ tñ fertilitatis indiciũ extitiſſe, puta virtutis qua liberatu- 1. de ciu.
rus fuit populũ Dei. Veruntñ ſi verba Auguſtini plene p̃ſent̃, nõ videt̃ ſic abſolute ſenſiſſe. Exo. 10.
Nã & in Gloſſa ex verbis Auguſtini inducit̃: De hoc Moſis facto ſatis diſputauim⁹ in libro Auguſt.
de vita p̃riarchaꝝ, quẽ ſcripſimus cõtra Fauſtũ, vtrũ Moſes laudabili indole illud fecit, quẽ-
admodũ terra ante ꝓductionẽ vtiliũ ſeminũ laudat̃ de fertilitate infructuoſaꝝ herbaꝝ, an
ipſum factũ iuſtificãdum ſit. Quod ideo nõ videt̃, qa nullã adhuc legitimã poteſtatẽ gerebat.
Deinde ſubiũgit: Et tñ ſicut Stephan⁹ ait in Actibus ap̃loꝝ, putabat intelligere frẽs ſuos, ꝙ ꝑ Acto. 6.
eũ Deus daret illis ſalutẽ, vt ꝑ hoc teſtimoniũ videat̃ Moſes iam diuinit⁹ admonitus, q̃d ſcri
ptura eo loco tacet, vt ſ. facere illud auderet. Ex q̃bus Auguſtini verbis oſtendit̃ quid ſenſerit
ipſe. Hinc ait & Thomas: Dici poteſt ꝙ Moſes occidit Aegyptiũ inſpiratiõe diuina. Vel ſicut

Ambroſius in libro de officijs videtur innuere, Moſes fecit hoc defendendo Hebræum cum
Ambro. moderamine inculpatæ tutelæ. Ait nãq; Ambroſius: Qui à ſocio nõ repellit iniuriã q̃n po-
teſt, tã eſt in culpa, vt ille q iniuriat. Et ponit exemplũ de Moſe. Reor itaq; abſolute tenen-
dum, ꝙ Moſes fecit hoc ex virtute, nõ ex vitioſa radice. Sicq́; ex reuelatione diuina cogno-
uit ſe præordinatũ à Deo in liberatorẽ populi ſui. ¶Sed tunc rurſus inquirit, qua æquitate
occidit Aegyptium pro ſola ꝑcuſſione læſiua, nõ interfectiua, quã Aegyptius ille infligebat
Hebræo. Videt quidẽ in hoc modũ exceſſiſſe iuſtæ vindictæ, cum ſecundũ legẽ talionis, par
læſio fuerit repẽdenda, iuxta illud: Vulnus pro vulnere, dentem pro dente, oculũ pro oculo.
Ad hoc Lyra reſpondet, recitãdo fabulã Iudæoꝝ, dicentiũ ꝙ Hebræus ille habuit valde for-
moſam vxorem, quã Aegyptius cõcupiſcens, fecit Hebræum valde mane exire ad opus: quo
egreſſo, redijt, & eius coniugẽ cõſtuprauit. quo cognito, increpauit eum Hebræus. Cui indi-
gnans Aegyptius, ꝑcuſſit eũdem. Quod cũ Moſes ex relatiõe Hebræi nouiſſet, occidit Aegy
ptiũ, nõ pro ſola & ſimplici ꝑcuſſione illata Hebræo, ſed & pro adulteratiõe ſuæ vxoris. Ve-
R. Paul⁹. runtamen cõtra hoc aſſerit Rabbi Paulus: Non eſt neceſſariũ dicere, ꝙ Moſes interficiendo
Aegyptiũ, ꝑcuſſit vt iudex, ſed poti⁹ vt pars. Ex debito eñ charitatis q̃libet tenet repellere in-
iuriã à proximo, ſi poteſt. Et quia Moſes nõ poterat hoc facere per aliquã percuſſionẽ, niſi
Aegyptius moreret: immineret eñ periculum mortis Moſi, ſi Aegyptius de ſua ꝑcuſſione
conquereret regi, idcirco oportuit vt Moſes eum occideret. Ideo nõ oportet ad hoc adulte-
rium allegare Aegyptij, de quo nulla fit mentio in ſcriptura. Hæc Rabbi Paulus. Cuius ver-
ba nõ vident ſatis perita, quia (vt tactũ eſt) cõmuniter dicunt doctores, nulli licere alium iu-
dicare atq; occidere, niſi conſtitutus ſit eius iudex legitimus. Et quãuis pars cõmunitatis ex
charitate teneat à ꝓximo ſuo iniuriã pro poſſe repellere, nõ tñ ſic, vt aliũ lędat aut puniat, ni-
ſi (vt dictum eſt) cum moderamine inculpatæ tutelæ. Nec licet priuatæ ꝑſonæ occidere iniu-
riantem alteri, ne iniurias ille cõquerat ſuperiori contra priuatã perſonã, & ex hoc priuatæ
perſonæ periculũ mortis inſtet, quia nõ debet quiſquã peccare propter vitãdum malum pœ
næ. Nec etiã Moſi imminebat neceſſario periculum mortis ex querela Aegyptij. Potuiſſet
eñ vulnerato Aegyptio fugere, & fugiendo manum regis euadere, ſicut & poſtea fecit. [Et
egreſſus die altero,] ſ. immediate ſequente, vt ex ſequentibus conſtat, [cõſpexit duos Hebrę-
Nũe. 16. os rixãtes] contra ſe inuicẽ. Atq; vt refert Lyra, ſecundũ Hebræos, iſti duo fuerũt Dathan &
Abiron. Quod verum nõ arbitror, quoniã Dathan & Abiron fuerunt filij Eliab filij Ruben,
& de maioribus Iſraelitici populi. Vnde non apparet, ꝙ viri tam propinqui & potentes, ita
contra ſe inuicem contenderint, ꝙ vnus percuſſerit alteꝝ. [Dixitq́;] Moſes [ei qui faciebat
Acto. 7. iniuriam: Quare percutis proximũ tuum?] Secũdum Stephanũ in Actis: Viri, fratres eſtis,
id eſt, proximi. vt quid nocetis alterutrũ? Quaſi dicat: In hoc iniuſte & contra charitatẽ, inſi
pienterq́; agitis, cum ſitis tam proximi, & aliunde ſatis afflicti, propter quod vnus veſtrum
non debet alteri augere afflictionem. [Qui reſpondit: Quis conſtituit te principem aut iudi
cem ſuper nos?] Quaſi dicat: Ideo non debes te intromittere de noſtra correctione, cum nul
lam præſidentiã aut iuriſdictionẽ ſup nos habeas. Iſte Hebræus grauiter multipliciterq́; pec
Acto. 7. cauit. Primo, per ingratitudinem. Nempe vt in Actibus S. Stephanus proteſtat, Moſes recon
ciliauit. i. reconciliare intendit illos in pace, & charitatiue corripuit ambos, ſicut ex verbis
beati Stephani patuit: q̃uis hic legatur, ꝙ illum corripuit qui iniuriã intulit: q̃a videlicet il-
lũ ſpecialiter increpauit & acrius. Ille autẽ pro verbis charitatis & pacificationis ac piæ cor-
reptionis, retribuit Moſi verba inuectionis: & de præſumptione & vſurpatione, immo & ho
micidio redarguit illũ. Secundo, quia nõ ſolum princeps & iudex, ſed & quilibet proximus,
poteſt & debet delinquentes charitatiue corripere. Tertio, quoniã temere iudicauit. Moſes
nanq; ex ordinatione diuina & inſpiratione ſuperna habuit iam quãdam authoritatẽ cor-
ripiendi & iudicandi Hebræos. [Num occidere me tu vis, ſicut heri occidiſti Aegyptium?]
Quaſi dicat: Tu es violentus & homicida, idcirco emẽda teipſum. [Timuit Moſes.] Contra-
Hebr. 11. rium videt ex verbo Apl'i: Fide reliquit Aegyptũ, nõ veritus animoſitatẽ regis. Reſpõderi po
teſt, ꝙ naturali timore timuit mortis diſcrimen, nõ timore carnali aut mũdano. [& ait] vel
intra ſe cogitãdo, vel alicui ſibi familiari loquendo: [Quõ palã factũ eſt verbũ iſtud?]. i. qua-
liter factũ iſtud tam cito vulgatũ eſt? Ex hoc elicit, ꝙ Moſes cõmiſit Hebræo, cuius iniuri-
am vindicauit in Aegyptio, ne interfectionẽ Aegyptij propalaret, ſed ille non tacuit. Deniq;
Eſaię 29. in ſcripturis verbũ pro facto frequenter accipitur, ſicut in Eſaia: Hæc verba feci. Et quarto li
4. Re. 20. bro Regũ: Non fuit verbũ in domo mea, q̃d non oſtẽderim eis. [Audiuitq́; Pharao *verbum
Alias, ſermonem hunc hoc] ꝙ ſ. Moſes occidiſſet Aegyptiũ. Et forſan ĩpius ille Hebræus, per ſe aut per aliũ indica
uit hoc regi. [& quærebat occidere Moſen:] tum q̃a occiderat Aegyptium, regis præfectum
ſup opera Hebræoꝝ, q̃d rex reputauit in ſuã redundare iniuriã: tum q̃a multi ſuggerebãt re-
gi, Moſen eſſe de quo ex deoꝝ ſuoꝝ oraculo audierunt, quòd liberaturus eſſet Hebræos, &
humiliaturus Aegyptios. [Qui fugiẽs de cõſpectu eius,] Hoc dupliciter explanat. Primo, ꝙ
poſt

poſt prędicta venit ad regis p̃ſentiã, & increpatus à rege, fugit de eius conſpectu. Dicunt eñ
Hebræi, ꝙ Pharaone iubente, Moſes captus fuit, & corã rege adductus, increpãtiq́; regi con
ſtãter rñdit. Cumq́; ſpiculator ex regis p̃cepto voluiſſet Moſen decollare, ꝑcuſſus eſt cæcita-
te, quę acriſia nuncupat, qua aliq̃s nõ videt diſtincte q̃d cupit videre, cũ tñ videat alia, qua an
geli ꝑcuſſerãt Sodomitas. Sicq́; Moſes miraculoſe euaſit, Pharaone vidẽte: quẽ & De⁹ ſic ob-
ſtupefecit, ꝙ nihil contra Moſen facere quiuit. Huic recitationi fauere videt, q̃d ait Apl's ad Hebr. 11.
Hebræos: Fide reliquit Aegyptũ, non veritus animoſitatẽ regis. Quocirca ſcribit Chryſoſto Chryſo.
mus: Quòd reliquit Aegyptũ, fides fuit, nõ metus. Secũdo exponit ſic: Qui fugiẽs de cõſpectu
regis. i. diſcedẽs ab Aegypto, ne amplius corã rege appareret. [moratus eſt in terra Madian:]
Madian q̃nq; eſt nomẽ regionis, interdum ciuitatis in terra illa, quę ſic vocat ab vno filioꝝ Ioſe. li. 2.
Abrahę ex Cethura, vt in hiſtorijs ait magiſter, fugitq́; Moſes per deſertũ, & ciboꝝ inopiam ant. Iud.
virtute patiẽtiæ vicit, vt Ioſephus dicit. [& ſedit iuxta puteum.] Hoc fuit anteq̃ fecit notabi cap. 9.
lem morã in Madian: ſeditq́; iuxta puteũ, q̃m illic ſolebãt hoĩes conuenire atq; diuertere, q̃a
& putei illis in locis ſunt rari & cari. [Erãt aũt ſacerdoti Madian ſeptẽ filiæ:] Aliqui dicunt
ꝙ iſte fuit idoloꝝ ſacerdos. In Scholaſtica vero hiſtoria dicit, ꝙ ſacerdos ſumit hic pro pri Euſebi⁹.
mate, q̃m primas antiquitus dicebat ſacerdos. Cui concordat ꝙ ſcribit Lyra: Secũdum He-
bræos, ſacerdos hic accipit pro maiori aut magnate. An aũt fuit ſacerdos hoc modo ciuita-
tis vnius Madian dictæ, an regionis illius, textus nõ exprimit: potiusq́; videt, ꝙ ciuitatis il-
lius. [quæ venerãt ad hauriendã aquã] pro ſuis pecoribus. [& impletis canalibus]. i. vaſis ſeu
lignis cauatis, in quę fundebat aqua hauſta, [adaquare cupiebãt greges patris ſui.] Erat aũt
conſuetudinis in terris illis, ꝙ puellæ, etiã filiæ diuitũ & potentũ, pecora cuſtodiebãt. Peco-
ra nãq; erãt p̃cipuæ illoꝝ diuitiæ. [Supuenere paſtores, & eiecerũt eas]. i. ab actu adaquatio-
nis incepto, eas impediuerũt & repulerunt. Nã ſicut in Geneſi habet, conſuetudinẽ in Meſo- Gen. 29.
potamia extitiſſe, vt cuncti greges ad puteum cõgregarent, & pariter potarent, ſic & in Ma
dian conſuetũ fuiſſe putatur: idcirco paſtores indignabant puellis, ꝙ contra conſuetudi-
nem facere p̃ſumpſerunt. [ſurrexitq́; Moſes, & defenſis puellis, adaquauit oues eaꝝ.] Si Mo-
ſes ſolus venit in Madian, & ſine adiutorio defendit illas puellas refrenãdo paſtores, oſtendit
vir valde robuſtus fuiſſe. Sed nonne peccauit, contra conſuetudinẽ ibi agẽdo? Dici poteſt, ꝙ
ex quadã bona curialitate hoc egit, deferẽdo virginibus, q̃s vidit indecẽter tractari. [Quę cũ
reuertiſſent ad Iethro patrem ſuum:] qui dicit quatuor noĩa habuiſſe, videlicet Iethro, Ra-
guel, Cinæus, & Obab, qui ſecundũ Hebræos vocatus eſt Iethro, q̃d interpretat adijciens, q̃m
vnum capitulũ addidit legi, hortãdo Moſen qualiter populũ iudicaret ac regeret per centu-
riones & decanos. Secũdum Hebræos quoq; aliquos, dictus eſt Obab. i. diligens, q̃m dilexit Exo. 18.
legẽ, atq; ad iudaiſmũ fuit cõuerſus, [dixit ad eas: Cur velocius veniſtis ſolito? Rñderũt: Vir
Aegyptius] non tamẽ de ſemine Aegyptioꝝ, ſed natus & demoratus in Aegypto, [liberauit
nos de manu paſtoꝝ:] qui cœperũt nos impedire. [Inſuper & hauſit aquã nobiſcũ, potumq́;
dedit ouibus.] Quo cõſtat, ꝙ puellæ impleuerũt canalia, Moſe adiuuãte, q in aula regia con
uerſatus, ſciuit curialiter ſe ad puellas habere, nam & filiã regis ante iam habuit vxorem, iu-
xta præhabita. [At ille: Vbi eſt, inquit? Quare dimiſiſtis hominẽ? vocate eum, vt comedat pa
nem.] Puellæ forſan ex quadã verecundia dimiſerũt Moſen, qui habuit valde honorabilem
apparatum. [Iurauit ergo Moſes ꝙ habitaret cum eo]. i. inter cætera cum Iethro colloquia
habita, firmiter dixit aut iuramẽto firmauit habitare cum ipſo. [Accepitq́; Sephorã filiam
eius vxorẽ.] Mirum videri poteſt, ꝙ Iethro vir tãtus, in terra ſua dedit filiã ſuã viro exuli, &
in terra illa inopi coniugẽ. Ad quod poterit reſponderi, ꝙ conſiderauit elegãtiam, amabili-
tatem, prudentiã, cæteraſq́; Moſis ſancti virtutes. Et forſan audiuit ab eo vel alijs, qualis fue
rat ĩ Aegypto, & cur inde receſſerit. [Quæ peperit ei filiũ, quẽ vocauit] Moſes [Gerſan, dicẽs:
Aduena fui in terra aliena:] puta in Madian, idcirco filiũ ſuum ſic appellauit. Nã Gerſan in-
terpretat aduena. Eſt aũt cõſuetudo Hebræis, imponere pueris ſuis noĩa ab aliqua proprie-
tate, euentu, aut actu. [Alterum vero peperit] Sephora, [quem vocauit Eliezer, dicens: Deus
eñ patris mei adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis,] per fugã meã, vel miracu-
loſe, vt tactum eſt. Eliezer autẽ interpretat, adiutoriũ Dei mei. Sicq́; in appellatione filij ſui,
recognouit beneficia ſibi deſuper contributa. [Poſt multum vero temporis mortuus eſt rex
Aegypti:] qui Moſen perſequebat, & præ cæteris regibus Aegypti dure nimis afflixit He-
bræos. [Et ingemiſcentes filij Iſrael propter opera] eis à rege iniuncta, quæ & ſucceſſor defun
cti cõtinuari voluit, [vociferati ſunt,] Dei auxilium inuocãdo, & ſuã calamitatem deflendo.
[Aſcenditq́; clamor eoꝝ ad Deum ab operibus.] Seruierunt eteñ regi, nec tamen merce-
dem tribuit eis. In quo cõmiſit vnum de quatuor vitijs clamãtibus ad Deum. Dicit quoq;
clamor Iſraelitaꝝ aſcendiſſe ad Deũ, quia exauditus fuit ab eo. [Et audiuit gemitũ eoꝝ]. i.
per modũ audiẽtis ſe habuit ſuccurrẽdo. [ac recordatus eſt fœderis,] hoc eſt, memorẽ ſe eſſe
oſtendens, aut oſtẽdere volens, cum tñ inuariabilis ſit Deus, in quẽ nec recordatio, nec obli-

uio cadit.Sed ſcriptura loquit̃ de Deo more humano,nr̃æ capacitati in hoc condeſcendens,
Itaqꝫ recordatus fœderis,[q̊d pepigerat].i.inierat & firmauerat,[cũ Abrahã,Iſaac & Iacob]
videlicet ꝙ eoꝝ poſteros ex Aegypto reduceret,& terrã Chanaan eis conferret,ſicut in Ge-
*liberauit neſi per plura capitula demonſtrat̃.[Et reſpexit dñs filios Iſrael] oculo pietatis,[& *cogno-
uit eos].i.eos ad ſe pertinere,ac ſibi aliquo modo placere,teſtatus eſt.

¶Spiritalis intelligentia eiuſdem cap.II. Art. IIII.

EGreſſus eſt poſt hæc vir] Per Moſen allegorice intelligitur Chriſtus.Et ſicut Moſes fuit
Pſal. 44. infantulus elegãs,ſic Chriſtus infans,fuit ſpecioſus præ filijs hominũ.Quẽadmodũ etiã
parentes Moſis cũ ſuo periculo abſconderunt Moſen à tyrãnide Pharaonis,ſic beatiſſi
ma ac deifera virgo & eius miniſter S.Ioſeph,abſcõderunt pueꝝ Ieſum à ꝑſecutiõe ſcelerati
Matt. 2. Herodis.Quẽadmodũ etiã Moſes, cũ diutius abſcondi non potuiſſet à ſuis parentibus, ex-
poſitus eſt in fiſcella gurgiti fluminis:ſic dñs Ieſus,cum in Iudæa diutius propter Herodis fu
rorem ſeruari nõ poſſet,in Aegyptum vitioꝝ fluctibus plenam,delatus eſt.Deinde cum glo
rioſa virgo filiũ ſuum ſecũ in ſecreto degentem,nõ poſſet detinere diutius, receſſit ab ea fili
Lucę 2. us,volens Dei patris implere mandatũ, prædicãdo publice in omni Iudæa: deſcendit'qꝫ pri-
Matt. 3. mitus in Iordanẽ,vt baptizaret à beato Ioanne.Sic'qꝫ ꝑ fiſcellã in qua Moſes eſt locatus,in-
Marc. 1. telligi poteſt caro Chr̃i,in qua eius anima atqꝫ diuinitas latuit. Porro ꝑ ſororẽ, Moſen pro-
Lucæ 3. cul ſequentem,& rei euentũ cõſiderãtem,deſignat̃ plebs Iudaica,Chr̃o ſecundũ carnem pro-
Ioann. 1. pinqua,quę eum familiarius ſequebat̃,obſeruãs quid ei accideret.[Ecce autẽ deſcendebat fi
lia Pharaonis,vt lauaret in flumine.] Per filiã Pharaonis,ſignificat̃ eccleſia ex gentibus con
gregata,& ex principibus regibus'qꝫ terrenis ꝓgenita: vel diaboli filia, quãtum ad priſtina
Pſal. 44. vitia ſua. Propter quod dicit̃ ei: Audi filia & vide, & obliuiſcere populũ tuum & domũ pa-
tris tui. Quemadmodũ itaqꝫ filia Pharaonis, deſcendẽs ad flumẽ vt lauaret, reperit Moſen:
ſic plebs gentilis ſeipſam humilians,atqꝫ ad fontẽ baptiſmi pro ſua purgatiõe accedẽs,inue-
nit Chr̃m,& cõſequuta eſt gr̃am eius.Quemadmodum aũt filia Pharaonis miſerabat̃ Moſis
vagientis,ſic eccleſia ex gentibus conſtãs, intime condolet Chriſto in vniuerſis quæ pro no
ſtra ſalute ſuſtinuit.Deniqꝫ ſicut filia Pharaonis amplexata eſt Moſen à ſuis relictum,ſic ec-
cleſia deuotiſſime apprę̃hendit dñm Ieſum à ſynagoga contemptũ.Inſuꝑ ſicut filia Pharao
nis reddidit Moſen muliebri Hebrææ,matri videlicet eius,nutriendũ:ita eccleſia ipſis quoqꝫ
Iudæis,ex quibus natus eſt,rurſus obtulit p̄dicauit'qꝫ Chr̃m. Quem & aliqui Iudæi ſuſcepe-
Apoc. 3. runt ꝑ fidem,ſic'qꝫ Chr̃m ſpiritaliter refecerunt,ſecundũ quod ipſe in Apoca. teſtat̃: Si quis
aperuerit mihi,cœnabo cũ illo,& ipſe mecũ.Refecerũt quoqꝫ eum in membris ſuis, de qbus
Matt. 25. fatet̃:Quod vni ex minimis meis feciſtis,mihi feciſtis. Amplius,ſicut filia Pharaonis ꝓmiſit
mercedẽ mulieri Hebrææ Moſen educãti,ſic eccleſia multa cõtulit beneficia ſynagogæ con
1. Co. 16. uerſæ:immo vt Paulus ſcribit apl's,neceſſaria vitæ miſit eidẽ. Synagoga q̊qꝫ cõuerſa, videns
tanta gratiaꝝ chariſmata eccleſiæ cõdonata,admirata eſt,& gr̃as egit Deo,atqꝫ in fide eſt ro
Acto. 4. borata,prout in Actibus docet̃ aplo̅ꝝ.Inſuꝑ ſicut mater Moſis adultũ Moſen tradidit filiæ
Pharaonis,ſic ſynagoga conuerſa, dñm Ieſum Chr̃m ſua prædicatione detulit ad gentiles.
Matt. 12. Sed quõ eccleſia adoptauit Chr̃m in filium,ſicut Pharaonis filia Moſen, niſi ſecũdum quod
Marc. 3. dñs ipſe in euãgelio loquit̃:Qui fecerit voluntatẽ patris mei,ipſe meus frater & ſoror & ma-
Lucæ 8. ter eſt? Eccleſia etem̃ pro magna & nobiliori ſua parte, ab omni carnali concubitu abſtinẽs,
filium Dei intra ſe ſpiritaliter cõcipit,parit,amplectit̃. Chriſtũ quoqꝫ quaſi in infantia cõſti-
tutum, ſynceriter cõtemplatur, ac materno affectu cõplectit̃, quẽ tulit de aqua baptiſmi.
[In diebus illis poſtq̃ creuerat Moſes &c.]Quemadmodũ Moſes factus virilis ætatis, viſita-
uit fratres ſuos Hebræos,Aegyptium'qꝫ iniuriãtem Hebræo,occidit ac ſabulo texit:ſic Chri-
ſtus ꝑ Moſen præfiguratus,cum iam eſſet ætatis virilis,in carne aſſumpta viſitauit Iudæos,
prædicãdo & ſigna exhibendo eiſdem: diabolum quoqꝫ illos grauiter opprimentem,pror-
ſus deuicit & conculcauit. Propter quod beatiſſimus princeps aplo̅ꝝ ait de Chr̃o: Qui per-
Acto. 10. trãſijt bñfaciẽdo,& ſanãdo oẽs oppreſſos à diabolo. [Et egreſſus die altera,cõſpexit duos He
bręos rixãtes,dixit'qꝫ ei q faciebat iniuriã:Quare ꝑcutis ꝓximũ tuũ?] Sic & Chr̃s poſt ſuã re-
ſurrectionẽ egreſſus de limbo patrũ & monumẽto,vidit duos Hebręos contra ſe cõtendẽtẽs,
videlicet eos q crediderũt ex Iudaiſmo, & eos q in Iudaica ꝑſtiterũt ꝑfidia, q per allegatiões
ſcripturaꝝ inuicẽ diſputabãt & cõtendebãt de Ieſu. Increduli aũt iniurias multas intulerũt
credẽtibus,vt patet in Actibus.Ideo Chr̃s redarguit ꝑfidos illos,qbus ꝑ os ꝓtomartyris Ste-
phani dixit:Dura ceruice & incircũciſi cordibus & auribus,vos ſemꝑ reſtitiſtis ſpiritui ſan-
Acto. 7. cto.Illi vero Chr̃i authoritatẽ negãtes,indignati dixerũt:Quis te cõſtituit principẽ aut iu-
Lucę 19. dicẽ ſuꝑ nos? Dixerũt em̃:Nolumus hũc regnare ſuꝑ nos.[Num occidere me tu vis &c.] Im-
poſuerũt em̃ Chr̃o,ꝙ per ſe & ſuos diſcipulos falſe docuerit eos,& ꝙ ex eius p̄dicatione im-
Ioan. 11. mineret eis deſtructio.Collegerũt qppe põtifices & phariſæi cõciliũ,dicẽtes: Quid facimus,
qa hic hoc multa ſigna facit? Si dimittim⁹ eũ ſic,oẽs credẽt in eũ:& veniẽt Romani,& tollẽt

noſtrum locũ & gentẽ.[Timuit Moſes,& ait:Quõ palã factũ eſt verbũ iſtud?]Sic & Chriſtus
naturali timore timuit mortẽ,oñdens in ſe humanæ naturæ veritatẽ. Signa q̊qꝫ ſua interdũ
occultari p̄cepit.[Audiuit Pharao verbũ hoc,& quærebat occidere Moſen.]Sic & principes
Iudæoꝝ cogitauerũt interficere Chr̃m,eo ꝙ tãtis p̄fulſit miraculis,ꝓpter quæ merito credi
diſſent in eum.[Qui fugiẽs de conſpectu] Pharaonis &c.Sic ſaluator interdũ fugit rabiem
Iudæoꝝ,iuxta illud Ioannis:Ieſus ergo iam non in palàm ambulabat apud Iudæos,ſed abijt Ioan. 12.
trãs Iordanẽ in ciuitatẽ quę dicit̃ Effrem,& ibi morabat̃ cũ diſcipulis ſuis.[& ſedit iuxta pu
teũ].i.fontẽ baptiſmi conſtãter edocuit,& ꝓfunditati ſapiẽtiæ ſaluberrimæ indeſinẽter ad- Ioan. 4.
hæſit. Ad literã quoqꝫ,fatigatus ex itinere,ſedit iuxta puteũ. [Erãt aũt ſacerdoti Madian ſe-
ptem filiæ,q̃ venerũt ad hauriendã aquã &c.] Per has ſeptẽ filias viri gẽtilis, intelligunt̃ vni-
uerſæ eccleſiæ gentiũ,q̃ ex auditiõe p̄dicatiõis euãgelicæ legis,venerũt ꝑ mẽtis cõuerſionẽ ad
hauriendã aquã doctrinę ſalubris,fluẽta'qꝫ gr̃æ ex ſacramẽtis Chr̃i,& maxime ex immẽſitate
pietatis diuinę,ſicut Eſaias p̄dixit:Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris.[Et im- Eſaię 12.
pletis canalibus,cupiebãt adaquare greges pr̃is ſui.] hoc eſt,cũ corda eoꝝ fuiſſent impleta
ſeptẽplici gr̃a ſpũs ſancti,optabãt & alios gẽtiles nondũ cõuerſos illuminare,& donis Dei re-
ficere,cõmunicando eis chariſmata ſibi donata,iuxta illud principis aplo̅ꝝ: Vnuſqſqꝫ ſicut 1. Petr. 4.
accepit gr̃am,in alterutrũ illã adminiſtrãtes.[Superuenere paſtores,& eiecerũt eas.]Iſti paſto-
res fuerũt põtifices Iudęoꝝ,ac paganoꝝ imperatores & principes infideles,q perſequẽdo ec
cleſiã,conati ſunt alioꝝ impedire cõuerſionẽ ad Chr̃m.[Surrexit'qꝫ Moſes,adaquauit oues
eaꝝ.]Sic Chr̃s ſuꝑnaturaliter & gratioſiſſime ſubuenit ſuis fidelib⁹,& eoꝝ ſubditos illuſtra
uit ac pauit,intm̃,ꝙ eccleſia tãdẽ oĩb⁹ hoſtibus ſuis p̄ualuit,& reges ac principes crediderũt.
[Quę cũ reuertiſſent ad patrẽ ſuũ,dixit:Cur velocius veniſtis ſolito? Rñderũt:Vir Aegyptius
liberauit nos &c.] Sic pr̃iarchæ gentiliũ cõuerſi,admirati ſunt vehemẽter celerrimã gẽtium
cõuerſionẽ,inquirẽtes'qꝫ cauſam à ſubditis,audierũt ꝙ vir Aegyptius,Chr̃s videlicet, qui in
infantia ſua ſeptẽ circiter annis moratus eſt in Aegypto,eos adiuuit,redemit,refecit. [At il
le:Vbi eſt,inqt?&c.]Per hoc deſignat̃,ꝙ bonus p̄latus increpat aĩas ſubditoꝝ ſuoꝝ relinquẽ-
tiũ Chr̃m,hortatur'qꝫ eos,vt orãdo reuocẽt ſaluatorẽ, & cũ talibus dignat̃ dñs habitare per
gr̃am.Porro,ꝑ nuptias Moſis cũ filia Iethro,p̄figurat̃ ſpiritale connubiũ Chr̃i cũ quacũqꝫ ec
cleſia,ſeu ꝑſona particulari ex gẽtilitate exorta,ex q̃ generat filios duos,videlicet contẽplati
uum & actiuũ.¶Tropologice ꝑ Moſen aquę expoſitũ,ſignificat̃ quicũqꝫ fidelis,abũdãtia tri
bulationũ atqꝫ tẽtationũ vallatus,& vitę hui⁹ deplorãs exiliũ, quẽ ſuſcipit filia regis.i.miſeri-
cordia & gr̃a ſaluatoris,adoptãs illũ ſibi in filiũ,tradit'qꝫ illũ eccleſię educãdum:q cũ creuerit
in virũ virtutũ, viſitat proximos ſuos, qñ rite p̄ficit̃ ac digne p̄ſidet alijs,& diſcordãtes pacifi
cat,dum reos redarguit. Per Hebręũ vero, q Moſi dixit,qs te cõſtituit principẽ & iudicẽ ſuꝑ
nos,deſignãtur ꝑuerſi,ingrati'qꝫ ſubditi:qui dum charitatiue & iuſte corripiunt̃ & corrigun
tur, ægre ferunt, verba pungitiua, contumelioſa, criminatoria'qꝫ reſpondent, intantum ꝙ
ſuam correctionem quaſi interfectionem exiſtiment.

¶Elucidatio literalis cap. III. Moſes autem paſcebat oues Iethro. Art. V.

COnſequẽter deſcribit̃ qualiter Deus appparuit,p̄dixit,& cõmiſit Moſi,vt educeret po-
pulum Iſrael ex Aegypto.[Moſes autẽ paſcebat oues Iethro *cognati].i.ſoceri [ſui,ſa *ſoceri
cerdotis Madian:]qui curã gregum ſuoꝝ cõmiſerat Moſi,cuius fidelitatem atqꝫ pru-
dentiã fuit ſatis expertus.In iſto quoqꝫ monſtrat̃ humilitas Moſis, q cum antea fuerit tãtus
vir,non recuſauit illud officiũ.Et puto ꝙ ideo illud libenter aſſumpſit atqꝫ exercuit,quate-
nus ſequeſtratus ab idololatris Madianitis, aptius Deo vacaret in cãpis & locis eremi ſolus,
& etiã qm̃ Iacob patriarcha & filij eius,ouium erant paſtores.[Cum'qꝫ minaſſet gregẽ ad in- Gen. 30.
teriora].i.remotiora loca [deſerti,] quærendo vberes alimonias ouium. [venit ad montem Gen. 37.
Dei Oreb].i.montem Sinai, cuius pes dicit̃ Oreb, & vertex Sina: de quo aliqui dicunt, ꝙ Gen. 46.
dicitur hic mons Dei,propter euentum futuꝝ,qm̃ Deus in eo erat legem daturus. Verunta-
men,qñ Moſes ſcripſit hæc,fuit lex data,dicebatur'qꝫ mons Dei ꝓpter euentũ p̄teritũ.Porro Euſebi⁹.
in Scholaſtica hiſtoria ex Ioſepho fertur:Mons ille ad paſturas fuit egregius, herbis abun- Ioſe.li.2.
dãs,qa paſtores illuc aſcẽdere non p̄ſumebant,tum qa excelſus fuit, tum qa fama erat Deũ ant. iud.
habitare in eo. Et iuxta hoc dicebat̃ mons Dei,non tantum propter futuꝝ euentũ,ſeu pro- cap. 12.
pter legem in eo datã. [Apparuit'qꝫ ei dñs in flamma ignis de medio rubi.] Iſta apparitio
Dei,fuit per creaturã ſubiectam, quia in angelo & per angelum apparebat & loquebat̃ do-
minus Deus.Sic'qꝫ angelus in Dei perſona loquens & apparens,dñs appellat̃ & Deus,inquan- Acto. 2.
tum Dei perſonam repræſentauit.In hac quoqꝫ viſione non apparuit angelus Moſi in for-
ma ſenſibili & humana, aut viſibiliter in propria perſona. Vnde nec Moſes ſciuit angelum
eſſe iuxta rubum,vel in igne quem vidit quãdo primo ipſum ignem conſpexit.Sed ſicut an-
gelus interdum apparet in forma humana,ita apparuit nunc in ſpecie ignis, quemadmo-
dum & apoſtolis apparuit ſpiritus ſanctus in igneis linguis.¶Quòd ſi quæratur,cur dñs ap-

paruit in ſpecie ignis: Reſpondent quidam ꝙ ideo, quoniam populus Iſrael fuit ad idolola-
triam pronus: idcirco apparebat in flamma, quæ non poteſt imagine figurari. Sed vltimum
verbum hoc, falſum & contra experientiã eſſe videtur. Flamma quippe aſſcendendo, paula-
tim ad formam angularem ꝑtingit, & ſic poteſt depingi ac figurari: magisq; terminatꝛ pro-
prio termino in ſeipſo, quàm aer aut aqua. Aptius ergo dicendum, ꝙ ideo, quoniam iuxta
Dionyſ. diuinum Dionyſium, proprietates actionesq; Dei, per proprietates & actiones ignis præci-
Hebr. 12. pue deſignantur. Vnde & Deus ignis vocatur, dicente Apoſtolo: Etenim Deus noſter ignis
Deut. 4. conſumens eſt. Quod ex Deuter. ſumptũ eſt, quo habetꝛ: Dñs Deus tuus, ignis conſumens eſt,
Deus æmulator. Quemadmodum enim ignis conſumit ac deuorat & inflammat, ſic Deus
conſumit peccata, accenditq; corda. In igne quoque ſunt ſplendor & calor, per quæ lux ſa-
pientiæ & feruor charitatis notantur. Rurſus, quia per ignem quæcunque grandis afflictio
deſignatur, apparuit dominus in igne, ad inſinuandum magnitudinem afflictionis Iſraeli-
tarum. ¶Sed cur apparebat in rubo? Ad hoc reſpondetur in Gloſſa: Dicunt Hebræi, ideo
Deum apparuiſſe in rubo, ne poſſent ſibi inde occaſionẽ idololatriæ ſumere. Ex ligno etẽm
rubi non poteſt idolum fieri. Apparuit autem dominus in flamma ignis, de medio rubi, id
eſt, de rubo forinſecus, præſertim de medio rubi inter extrema ipſius. [& videbat ꝙ rubus
arderet,] id eſt, igne opertus eſſet abſque ſua læſione. ideo ſubditur: [& non combureretur]
quia non viriditas rubi, nec eius ſubſtantia lędebatur, nec flos. Per quod Deus omnipoten-
tiam ſuam monſtrauit, ac myſtice deſignauit, ꝙ tribulatio Hebræorum in Aegypto, non
fuit eos penitus conſumptura, ſed occaſio magnificæ liberationis eorundem. ¶Circa hoc
Gregor. dicit Gregorius: Deus ignem rubumq; ſociauit, atque aliud ſuperius, aliud inferius iunxit.
Quod tunc ſolum agitur, cum aliquid magnum ex coniunctione ſignificatur. Nam per ſuc
cenſum rubum Moſen alloquẽs, oſtendit quòd Moſes fieret doctor populi, qui & legis flam
mam perciperet, & peccati ſpinam non vitaret, vel quòd ex Iſraelitico populo naſceretur,
qui ſimilitudinem carnis & peccati ſpinam aſſumeret, & ſubſtantiam humanitatis incon-
R. Paulꝰ ſumptam, in flamma deitatis ſeruaret. ¶Circa præhabita ſcribit Rabbi Paulus: Non vide-
tur neceſſarium dicere, quòd idem angelus quãdoq; in perſona domini loquebatur, & ideo
dñs nominatur. Nam ſecundum ſeriem literæ, prout etiam verba plane ſonãt, poteſt dici, ꝙ
ille qui apparuit in flamma & forma ignis, erat angelus apparens ad excitandum mentem
Moſis, vt cernens miraculum, attenderet ad audiendam vocem ac verba diuina, ſed cum ſe-
quitur, [Dixit ergo Moſes: Vadam, & videbo viſionem hanc magnam, quare non combu-
ratur rubus. Cernens autem dominus ꝙ pergeret ad videndum &c.] & poſtea, [Ego ſum De
us patris tui &c.] Hæc verba & ſequentia intelligi poſſunt à Deo dicta, vt ſonant. Hæc Pau-
lus. Cuius verba omnino imperita videntur. In litera nanque & ſerie eius non dicitur, Appa
ruit ei angelus in flamma ignis, ſed, Apparuit ei dominus &c. & tamen non ipſe dominus in
propria perſona, ſed angelus ibi apparuit. Nec verior ratio dari poteſt, cur angelus ille, do-
Gregor. minus appelletur, niſi qui in eius perſona loquebatur, ſicut ſanctus ait Gregorius, & commu
niter dicunt doctores. Deinde quòd dicit, verba prætacta intelligi poſſe dicta à domino, ſta-
re non poteſt, ita vt intelligantur immediate à Deo prolata. Nam tales vocales loqutiones
non proferuntur immediate à Deo, ſed per creaturam ſubiectam, vt ſuper Geneſim loqui-
Auguſt. tur Auguſtinus. Denique, cum in textu dictum eſt, Apparuit ei dominus in flamma ignis, &
paulopoſt ſub eodem contextu ſubiungitꝛ. Cernens autem dominus quòd pergeret ad vi-
dendum, vocauit eum de medio rubi, & ait, &c. Quo conſtat quòd vtrunque de eodem do-
mino aſſeratur, nec ex ſerie literę aliud inſinuetur. Rurſus, ſecundum expoſitores ſuper illud
Lucæ, Vox de cælo facta eſt, dicens: Hic eſt filius meus dilectus: vox illa ab angelo eſt forma-
Lucę 3. ta in aere in Dei patris perſona, quemadmodum & dum in Ioanne Chriſtus legitur dixiſſe:
Pater, clarifica filium tuum, venit vox, dicens: Et clarificaui, & iterum clarificabo: qua audi
Ioan. 12. ta, aſſeruit turba tonitruum factum eſſe. Alij autem dicebant: Angelus ei loquutus eſt. Et
hoc verum fuit. [vocauit] itaque dominus [eum] Moſen [de medio rubi, & ait: Moſes Mo-
ſes.] Repetitio nominis, ſignum fuit dilectionis, & excitatio aduertẽtiæ diligentioris, indici
um quoq; ſerioſitatis & magnitudinis dicendoꝝ. [Qui reſpondit: Adſum. At ille: Ne appro-
pies, inqt, huc.] Hoc propter ſpiritualẽ & myſticã rationem dñs dixit, ſicut & Chriſtus poſt
reſurrectionẽ ſuã, ad beatiſſimã Mariã Magdalenã locutus eſt: Noli me tangere. Cur ergo
Ioan. 20. dñs dixit ad Moſen, Ne appropies huc, niſi ad innuendum, ꝙ nemo accedere debet ad Deũ,
nec perſcrutari diuina, niſi cum reuerentia magna, cũ & Salomon ꝓteſtetꝛ: Qui ꝑſcrutator
Pro. 25. eſt maieſtatis, opprimetꝛ à gloria? [Solue * calceamentum de pedibus tuis.] Cuius præcepti
* calcea-menta cauſa ſubiungitur: [Locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.] Idcirco propter reuerẽtiam lo
ci ſancti, immo ob Dei honorem, hoc iuſſum eſt Moſi. Sed vnde & qualiter locus ille extitit
terra ſancta? Dicendum ꝙ inde & ideo, quia fuit electus & deputatus à Deo, vt in eo con-
tingerent ſacra myſteria ac multa diuina, vtpote apparitio iſta diuina, & collocutio ſan-
cta,

cta, multaq; alia, ſ. datio legis, & quæ fiebãt in ea. [Et ait: Ego ſum Deus patris tui,] qui Am-
ram vocatus eſt. Ex quo cõſtat, ꝙ pater Moſis fuit vir iuſtꝰ, intãtum, ꝙ Deus vniuerſorum
fuit ſpecialiter Deus viri illius ꝑ dilectionem & cultum præcipuum. ideo quoq; Deus voca
uit ſe Deum patris Moſis, vt in ſpe & amore Dei magis accẽderet, patrisq; ſui meritis ſe cre
deret adiuuari. Hinc ait Gloſſa interliniaris: Merita parentum bonoꝝ ſæpe filijs ſubuenerũt.
[Deus Abrahã, Deus Iſaac, & Deus Iacob.] Deus æternus, verus, atq; omnipotens, vniuerſo
rum Deus eſt iure creationis & gubernationis ac inceſſabilis cõſeruationis, oĩumq; hominũ
Deus eſt per ꝓuidentiam & iudiciariam poteſtatem, immo per prædeſtinationẽ æternam, &
dilectionem præcipuam, & item per ſpecialem illoꝝ deuotionem ad Deum, atq; aſſiduum
Dei cultũ, feruentiſſimumq; amorẽ. ¶Præterea, ſicut ſanctus Papa Syluester diſſeruit, Deus Syluester
voluit ſpecialiter hoꝝ trium patriarchaꝝ Deus vocari, & ſub eoꝝ noĩbus inuocari, ad inſi- Papa.
nuandum ſupbeatiſſimæ trinitatis myſterium in vnitate diuinæ eſſentiæ. Hac demũ autho
ritate vtitur in euangelio Chřs cõtra perfidiam Sadducęoꝝ, dicentiũ animas hoĩm eſſe mor Matt. 22.
tales, quaꝝ immortalitatem ꝓbat ſaluator per hoc, ꝙ Deus dixit ſe eſſe Deum Abrahæ, Iſa
ac, & Iacob. Non aũt eſt Deus mortuoꝝ, ſed viuoꝝ. [Abſcondit Moſes faciẽ ſuam.] hoc eſt,
vultũ declinauit in terram, q̃d faciendo, creditur Deum adoraſſe. Sic & in euangelio recitan Luc. 24.
tur ſanctæ mulieres, quæ ad Chriſti venerunt ſepulchrũ, angelis viſis, vultũ ſuũ declinaſſe in
terram. Vel abſcondit faciem ſuam, eam q̃ſi velando, ſeu manus ſuas faciei ſuæ ac oculis ſu-
ꝑponendo. Cuius ſubiungitꝛ ratio: [Non enim audebat adſpicere contra Deum] .i. ignẽ in q̃
apparuit dñs, nõ audebat intueri, nec viſum dirigere ex oppoſito verſus locum, in q̃ dñs ap-
parebat, nõ principaliter ex terribilitate dignitateve ignis aut loci, ſed ex cõſideratione ma
ieſtatis diuinæ, ibidẽ in creatura ſubiecta, ſeu in angelo apparentis. Itẽ ex cõſideratiõe ꝓpriæ
indignitatis & fragilitatis, ſicut & publicanus in euãgelio legitꝛ nec oculos auſus fuiſſe in cæ Lucæ 18.
lum leuare, ex cõſideratione ſuoꝝ exceſſuum. Nẽpe cum oppoſita iuxta ſe poſita, clarius in-
noteſcant: quãto fragilis homo excellentiã Dei altius contẽplatur ac expitur, tãto ꝓpriã de-
fectuoſitatem clarius intuetꝛ, ꝓfundiusq; ſeipſum humiliat, nec ad intuendum incircunſcri-
ptibilẽ illã ſupexcellẽtiam Dei ſe audet indecẽter ingerere, ſed ſuum moderatꝛ intuitũ. Hinc
ſcriptum eſt in Iob: Ecce excelſus Deus in fortitudine, & nullus ei ſimilis in legiſlatoribus. Iob 36.
Et ſubditꝛ ibi ſequẽti cap. Ideo timebũt eũ viri, & nõ audebunt contẽplari oẽs q ſibi videntur Iob 37.
eſſe ſapiẽtes. [Cui] videlicet Moſi [ait dñs: Vidi] oculo pietatis & q̃ſi cõpaſſionis & miſeratio
nis, [afflictionẽ populi mei] vtpote Hebręoꝝ, q erãt ſpecialiter populus Dei p̃ cæteris ꝑ ele-
ctionẽ, iuxta illud Deuteronomij: Te elegit dñs, vt ſis ei populus peculiaris de cũctis populis Deut. 7.
q ſunt ꝑ terrã. [in Aegypto, & clamorẽ eius audiui] .i. preces qbus me inuocant, iã implere
decreui. Vel clamorẽ .i. vlulatũ & gemitũ q̃s emittunt. [ꝓpter duritiam eoꝝ q præſunt operi
bus] .i. ꝓpter anguſtias & labores qbus premuntꝛ, [Et ſciens dolorẽ eius, deſcẽdi vt liberem
eũ de manibꝰ Aegyptioꝝ.] Deus incircũſcriptibilis & immẽſus, in ꝓpria ꝑſona neq̃q̃ deſcẽ-
dit, aut locũ mutat: ſed dr̃ deſcẽdere ꝑ effectũ, inquantũ de nouo ſuccurrit, punit, aut aliqd fa
cit. Vnde orauit Pſalmiſta: Dñe, inclina cælos tuos, & deſcẽde. Et Eſaias: Vtinã, inqt, dirũpe- Pſa. 143.
res cælos, & deſcenderes. [& educã] eos [de terra illa] ſ. ex Aegypto, in terrã bonã & ſpatioſam, Eſaię 64.
in terrã q̃ fluit lacte & melle] .i. omni gñe victualiũ abundat. [ad † loca Chananæi, & Ethæi,
& Amorrhæi, & Pherezæi, & Euæi, & Iebuſęi.] hoc eſt, ad terram Chanaan ſeu promiſſionis,
in qua hincinde in diuerſis locis & vrbibus habitauerunt ſex gentes, quę exprimuntur in lite
ra: ſeptima vero tacetꝛ hoc loco, & alibi ſæpe, ſ. Gergeſæi, qui tñ in Deuteronomio & Ioſuę li
bro exprimuntur. ¶Cur aũt tã raro nominantur, cauſa eſt ſecundũ Hebræos, quia non reſti Deut. 7.
terunt filijs Iſrael ingredientibus terram promiſſionis, vt aliæ gentes: ſed receſſerunt de ter- Ioſu. 3.
ra illa ex timore ante introitum Iſraelitarum in eam. [Clamor ergo filioꝝ Iſrael venit ad
me, vidiq; afflictionem eoꝝ q̃ ab Aegyptijs opprimuntur. Sed veni] .i. mẽte paratus eſto ad
executionem præcepti mei. [mittam te ad Pharaonem, vt educas populũ meum filios Iſrael
de Aegypto. Dixitq; Moſes ad Deum: Quis ſum ego, vt vadam ad Pharaonem, & educam
filios Iſrael de Aegypto?] Quaſi dicat: Inſufficiens ſum ad tantum opus, cum nec poteſtas
præualendi Pharaoni, nec facundia coram eo loquendi, exiſtant in me. [Qui dixit ei: Ego]
cui nihil difficile eſt, & cui nullus reſiſtere valet, [ero tecum per gratiam adiutricem, & dan-
do tibi omne, quo indigebis, auxilium. [Et hoc habebis ſignum ꝙ miſerim te.] Hoc Hebręi
ad præcedentia referũt, vt ſit ſenſus: Miraculũ iſtud quod vidiſti in rubo ardẽte nec læſo, erit
tibi ſignũ ꝙ vere te mitto: idcirco ex cõſideratione inſufficientiæ tuæ noli diffidere, ſed ex
intuitu aſſiſtentiæ meæ cõfide. Catholici aũt expoſitores referunt iſtud ad verba ſequentia,
eritq; ſenſus: Quod ſubditur, habebis pro ſigno legationis meæ tibi iniunctæ. [Cum edu-
xeris populum meum de Aegypto, immolabis Deo ſuper montem iſtum] .i. in monte hoc
Oreb ſeu Sinai, offeres Deo corporales ſpiritalesq; hoſtias, per quod agnoſces te miſſum eſſe
à me. Fuit quoq; iſtud impletum, quando poſt ingreſſum Hebræorum ex Aegypto, obtu-

lit Moſes in hoc monte ſacrificium laudis, gr̃arum actionẽ, & orõnem, & quædam etiam le-
Exo. 16. galia ſacrificia Deo, vt infrà patebit: ſicq; immolatio illa fuit ſignum memoratiuum præte
riti, inquantum fuit indicium, ꝙ Deo iubente atq; auxiliante, Moſes filios Iſrael perductu-
rus erat vſq; ad terram ꝓmiſſionis. Hoꝝ aũt vtrunq; prædixerat Moſi Deus. veruntamẽ im
molatio illa nõ fuit res in ſe miraculoſa, ſed ſignũ fuit ex inſtitutione & ordinatiõe diuina,
Gene. 9. quemadmodum iris ſignum eſt fœderis inter Deũ & terrã, iuxta illud in Geneſi: Arcũ meum
ponam in nubibus, & erit ſignũ fœderis mei: cum tñ arcus ſeu iris, ſit naturalis effectus. Ve-
runtamẽ p̃nunciatio immolatiõis illius, tanq̃ futuri cõtingentis, fuit q̃d miraculoſum ſeu ſu
Mar. 14. ꝑ naturam, quemadmodum q̃d Chr̃s prædixit duobus apl̃is: Ecce introeuntibus vobis in ci
uitatem, occurret vobis homo lagenam aquę baiulans. Et q̃d Samuel prędixit Sauli quorũ-
dam occurſum, ſibi in hoc & illo loco futuꝝ. ¶Præterea duas præinductas expoſitiones re-
R. Paul. probat R. Paulus: & primã primo ꝑ hoc, ꝙ Moſes nõ petiuit tale ſignum. Secũdo, q̃m ſeque-
ret ꝙ Moſes fuiſſet modicæ fidei, ſi ei datũ fuiſſet huiuſmodi ſignũ, & ita peccaſſet in hoc, cũ
tñ nil tale referat de eo hoc loco. Veꝝ hæ duæ obiectiones nullius extant valoris. Deus nãq;
multa impẽdit dona & ſigna nõ petentibus, quẽadmodum 1. Regũ ꝑ Samuelem legit prædi
1. Re. 10. xiſſe Sauli aliq̃ ſigna, ex q̃rum euentu Saul cognoſceret vera eſſe, quæ ei prænũciauit Samu-
& 16. el. Similiter in Luca angelus legit dixiſſe paſtoribus: Et hoc vobis ſignum: Inuenietis infan
Lucæ 2. tem pannis inuolutũ &c. Et tñ paſtores nõ petiuerunt hoc ſignum ſuꝑ his q̃ audierũt, nec du
bitauerunt de veritate angelicæ denunciationis, ꝑ q̃d patet ſecũdi ſolutio. Signa q̃ppe huiuſ-
modi, nõ ſemꝑ dãtur ꝓpter incredulitatẽ aut diffidentiã eoꝝ q̃bus donant, ſed dant interdũ
ꝓ conſolatione & maiori cõfortatione illoꝝ, immo & ꝓpter alioꝝ ædificationem, quẽad-
modum dñs cõtulit Noe ſignum fœderis ſui, arcũ, vt tactum eſt. Sic q̃q; cõtulit Moſi ſignum
Gene. 9. iſtud. Deniq;, nõ oportet Moſen hoc loco excuſare à culpa, & veniali incredulitatis motu,
quẽ conſtat diu poſtea, q̃n maioris erat ꝑfectionis, ꝑ incredulitatem peccaſſe mortaliter ad
Nũ. 20. aquã cõtradictionis, vbi dñs dixit ad eum ac Aaron: Quia nõ credidiſtis mihi, nõ introduce
tis hos populos &c. Vnde fertur in Pſalmo: Abſorpti ſunt, iuncti petræ iudices eoꝝ. i. Mo-
Pſa. 104. ſes & Aaron iudices Iudæoꝝ ſpiritaliter ſunt abſorpti ꝑ culpam incredulitatis, iũcti petræ,
Nũ. 20. id eſt, iuxta petram, de q̃ dixerunt: Num de petra hac poterimus vobis aquam eijcere? Per
Eſaię 43. Eſaiam q̃q; dñs cõteſtatur populo Iudæoꝝ: Interpretes tui p̃uaricati ſunt in me. Vbi, ſecun-
dum expoſitores, ꝑ interpretes intelligũt Moſes & Aaron, q̃ verba Dei populo expoſuerũt.
Exod. 4. Infrà q̃q; patebit, ꝙ Moſes in collocutione iſta cum Deo, peccauit, ita ꝙ Deus iratus fuit in
eum, vt ſequenti habet cap. Deinde reprobat expoſitionẽ ſecũdam: & primo ꝓbat, ꝙ immo-
latiõe facta in mõte illo, nõ potuit eſſe ſignum præteriti, q̃a tũc oĩbus ꝑ expientiam patuit,
ꝙ Deus fuit cum Moſe in eductione filioꝝ Iſrael. Ad q̃d r̃ndetur, ꝙ pari rõne ſequeret, nullũ
eſſe ſignum memoratiuum præteriti, q̃m re iam præterita & pacta, oĩbus, quãtum eſt ex na
tura rei, cõſtat, rem illam eſſe præteritã & pactam. Nihilominus dr̃ ſignum p̃teriti, q̃a valet
ad remedium, rememorationẽ & maiorẽ certificatiõem p̃teriti. ¶Amplius, ꝙ immolatio il
la nõ fuit ſignum futuri, videlicet introductiõis Iſraeliticæ plebis in terram ꝓmiſſionis, pro-
bat ex hoc, q̃a (vt ait) Deus nõ fecit aliquam mentionem de introductiõe populi ad terram
ꝓmiſſionis. Sed iſtud eſt euidenter falſum, & cõtra textum. Iam em̃ in iſto cap. dñs dixit ad
Moſen: Deſcendi, vt liberem eum de manibus Aegyptioꝝ, & educam de terra illa in terram
bonam & ſpatioſam, in terram quæ fluit lacte & melle &c. Itaq; dicit verba illa, Hoc habe-
bis ſignũ, eſſe referẽda ad inhabilitatẽ Moſis ad hoc, vt educeret filios Iſrael. q̃d ruſ' ſtare nõ
poteſt: Primo, q̃a in textu aptiſſime dñs ait, Hoc habebis ſignum ꝙ miſerim te &c. nõ dicit,
Hoc habebis ſignum ꝙ inhabilis ſeu inſufficiens ſis ex teipſo ad tm̃ opus. Secundo, q̃m tam
Moſi q̃ cunctis cõſtabat inſufficientia illa. [Ait Moſes ad Deum: Ecce ego vadam ad filios
Iſrael, & dicam eis: Deus patrum veſtroꝝ miſit me ad vos. Si dixerint mihi, quod eſt nomen
eius,] videlicet Dei, [q̃d dicam eis? Dixit dñs ad Moſen: Ego ſum q̃ ſum. Ait: Sic dices filijs Iſ
rael: Qui eſt, miſit me ad vos.] Iſta reſpõſio Dei, ꝓfunditate & ſubtilitate ſententiæ plena eſt.
Aſſerit etenim ꝙ nomen ſuum ſit, Eſſe, vel Qui eſt, ad inſinuãdum ꝙ ei ſoli cõpetat eſſe, cum
oĩmoda plenitudine & infinita nobilitate atq; abſoluta perfectione eſſendi, ita ꝙ cõparatiõe
increati diuiniq; eſſe, omne eſſe creatum eſt magis nõ eſſe, q̃ eſſe: ſicut & lux & ſapientia crea
ta, eſt quaſi caligo & inſipientia reſpectu lucis & ſapientiæ increatæ & infinitæ. Iteꝝ prote-
ſtatus eſt Deus, ꝙ Eſſe ſit ꝓprium nomen ſuum, q̃niam Eſſe eſt actualiſſimum & formaliſſi-
mum: & tanq̃ pelagus q̃ddam immenſum, includit in ſe omnem ꝑfectionem & nobilitatẽ.
Propter q̃d maxime cõpetit Deo, qui eſt purus incircũſcriptusq; actus, & forma oĩa formãs.
Iob 14. Hinc S. Iob loq̃tur Deo: Quis poteſt facere mundũ de immundo? Nõne tu q̃ ſolus es? Et rur
Iob 23. ſus: Deus ſolus eſt, & cogitationẽ eius nemo auertere poteſt. Hieremias q̃q; fatet: Qui creauit
Dionyſ. oĩa, ipſe eſt, & Iſrael ſceptrũ hęreditatis ei'. De hoc in lib. de diuinis noĩbus ꝓfundiſſime ſcri
Hilarius bit D. Dionyſius. Hilarius q̃q;: Eſſe, inq̃t, nõ eſt accidens Deo, ſed ſubſiſtẽs veritas, manẽs cau-
Auguſt. ſa,

ſa, & naturalis gñis proprietas. ¶Porro octauo de ciuitate Dei, videtur Auguſtinus ſentire,
ꝙ Plato ꝑ interpretem didicit libros Moſis, p̃ſertim q̃a q̃d domin' ad Moſen ait, Ego ſum
qui ſum: Hæc dices filijs Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos: Plato vehemẽter tenuit, & diligẽtiſ-
ſime commendauit. De hoc noĩe Dei, loquitur Thomas in prima parte Summæ ſuæ quæſt. Thomas
13. Hoc nomen, Qui eſt, eſt maxime ꝓprium Deo: Primo, propter ſuam ſignificationem. Si- part. 1.
gnificat enim non aliquam formam, ſed ipſum eſſe. Solus aũt Deus eſt ſuũ eſſe. Secundo, pro quæ. 13.
pter ſuam cõmunitatem. Alia enim noĩa, ſunt vel minus cõmunia, aut minus abſoluta: ſicq;
q̃dammodo determinãt & informãt ipſum eſſe: ideo minus ꝓprie noĩant Deũ, cum Deus ſit
ſimpliciſſimũ ac ſeparatiſſimũ eſſe. Tertio, ꝓpter ſuã cõſignificationẽ. deſignat etem̃ eſſe, vt
in p̃ñti. Deus aũt æterna p̃ñtia inuariabiliter eſt in ſeipſo. Itaq;, Qui eſt, eſt magis ꝓpriũ no-
mẽ Dei, q̃ hoc nomẽ, Deus: q̃tũ ad id à q̃ nomẽ imponit, & itẽ quãtũ ad ſignificationẽ & cõſi
gnificationẽ: ſed quãtũ ad id cui nomẽ imponit, hoc nomẽ Deus, eſt magis ꝓpriũ nomẽ ei',
q̃a impoſitũ eſt ad ſignificãdũ eſſentiã Dei, ꝓpter q̃d eſt nomẽ magis incõmunicabile, q̃ hoc
nomẽ, Qui eſt. Sicq; adhuc magis ꝓpriũ Dei nomẽ eſt tetragrãmaton, q̃d impoſitũ eſt ad ſi
gnificandũ diuinã eſſentiã vt incoĩcabilem, atq; vt ſic liceat fari, vt ſingularẽ. Bonũ vero, eſt
maxime ꝓpriũ nomẽ Dei, ſecundũ q̃d eſt cauſa reꝝ. Eſſe q̃ppe, intelligit añ rõnẽ cauſæ. Hinc
tertio capitulo de diuinis noĩbus S. Dionyſius ait, ꝙ noĩatio boni, ſit oĩm diuinaꝝ ꝓceſſionũ Dionyſ.
manifeſtatiua. Hæc Thomas. Veruntñ N. de Lyra, & R. Paulus cõcorditer dicũt, ꝙ Hebraica R. Paul.
veritas nõ habet, Ego ſum q̃ ſum: &, Qui eſt, miſit me: ſed, Ero qui ero: &, Qui erit, miſit me.
¶Porro in hoc iſti duo diſcordãt, q̃a ſecũdũ Lyrã, ꝑ vtrãq; literã idẽ ſignificat, videlicet ne-
ceſſitas, æternitas, & inuariabilitas eſſe ipſi' Dei. ſed ſecũdũ R. Paulũ, iſtud dici nõ poteſt, q̃m
verbũ hoc, Ero, deſignat ſucceſſionẽ vel ꝓgreſſionem à nõ eſſe, vel à p̃ñti aut p̃terito eſſe in fu
tuꝝ. ¶Inſuꝑ dicit Paulus iſte, ꝙ trãſlatio Hieronymi in hoc paſſu manifeſte deuiat ab He- Hieron.
braica veritate, q̃d male ſonat. Tertio dicit, ꝙ ꝑ verba iſta, Ero q̃ ero, Deus nõ oñdit Moſi ali
q̃d nouũ nomẽ diuinũ, ſed ꝙ nõ erat ei neceſſariũ q̃rere nouũ nomẽ, q̃a ſufficiebat ei nomen
iſtud, Deus patrũ veſtroꝝ &c. Quarto dicit, ꝙ iſte ſit ſenſus hoꝝ verboꝝ, Ero q̃ ero. i. Ego q̃
ero tecũ, ero cũ filijs Iſrael. ¶Circa hęc dico, S. Hieronymũ in hoc loco vere atq; fideliter trãſ
tuliſſe, etſi nõ ſecũdũ formã verboꝝ, tñ ſecũdũ intentionẽ & veꝝ intellectũ ſcripturæ. Quẽad
modũ q̃d apud Micheã habet, Et tu Bethlehẽ Ephrata, paruulus es in millibus Iuda: Matthę Mich. 4.
us euãgeliſta in euãgelio ſuo ſic allegat, Tu Bethlehẽ terra Iuda, neq̃q̃ minima es in principi Matt. 2.
bus Iuda. Vbi videt cõtrarietas in forma verboꝝ, & tñ in ſenſu & intẽtione cõcordia eſt, ſic-
ut ſuꝑ Matthæũ expoſitũ eſt. Itaq; ſicut aſſerit Lyra, ꝑ vtranq; literã idẽ ſignificat. Quanuis
em̃ verba p̃ñtis tẽporis, magis ꝓprie conueniãt Deo, q̃ verba tẽporis p̃teriti ac futuri, quan-
tum ad hoc ꝙ aliq̃d principaliter & q̃ſi ſtabiliter, nõ ſuccedẽter deſignãt, nõ tñ quantum ad
hoc ꝙ deſignãt illud tẽporaliter aut ſubita certa differẽtia tẽporis, cũ nullũ tẽpus cõueniat
ꝓprie Deo, tãq̃ mẽſura ipſius: ſed in ſcripturis frequenter enunciãt de Deo verba cuiuslibet
differẽtiæ tẽporis, ad innuendũ ꝙ Deus omni tẽpori coexiſtit, & omne tẽpus ſua æternitate
cõplectit & trãſcendit, ꝓut ſuꝑ primũ ſententiaꝝ ſcribũt doctores. Hinc æternitas Dei aliq̃n
deſignat ꝑ verba trium differẽtiaꝝ tẽporis ſimul expreſſa & ſumpta, iuxta illud Apoca. Gr̃a Apoc. 1.
vobis & pax ab eo, q̃ eſt, & q̃ erat, & q̃ venturus eſt. Quẽadmodũ ergo hoc verbũ, Sum & Eſt,
aſſcribit Deo, inquãtum deſignat æternã & incõmutabilẽ p̃ñtiam eſſe diuini, abſq; cõnotati
one p̃ñtis tẽporalitatis: ita hoc verbũ Ero & Erit, aſſcribit Deo, inquãtum deſignat eſſe æter
nũ, q̃d nunq̃ poterit terminari, deficere, aut finiri modo q̃cunq;, vt ſit ſenſus: Ero, q̃ ero. i. ęter
naliter idẽ manebo. Et ita nulla ſucceſſio deſignat in eſſe diuino, ſicut nec cum loq̃tur per
Prophetã: Ero illoꝝ dñs in ꝑpetuum. Illa q̃q; expoſitio, Ero q̃ ero. i. Ero cum eis q̃ ero tecũ,
eſt impropria & extorta: immo ſecundum eam, Deus magis apte dixiſſet, Adero qui ade-
ro, id eſt, Adero eis qui adero tibi. ¶Deniq; dicere, ꝙ per verba illa, Ero qui ero, Deus non
oſtendit Moſi nouum nomen diuinum, eſt euidenter contra tenorem ac ſeriem textus. Non
em̃ ſolum dixit Deus, Ero q̃ ero: ſed addidit, Hæc dices filijs Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos.
Per q̃d aptiſſime dat intelligi, ꝙ Deus protulit verba illa, oñdendo Moſi nomen nouum di
uinum. Ioſephus q̃q; ait: Deus dixit Moſi appellationem ſuam, quam hoĩes prius non audie
runt, nec mihi fas eſt dicere. Multa alia ſcribit Paulus iſte circa hæc, quę implicare videntur. Ioſeph.
ſed breuitati ſtudẽs, ꝑtranſeo. [Dixitq; iteꝝ Deus ad Moſen: Hæc dices filijs Iſrael: Dominus lib. 2. anti.
Deus patrum veſtroꝝ,] videlicet [Deus Abrahã, Deus Iſaac, Deus Iacob, miſit me ad vos.] cap. 12.
Moſes audito noĩe illo antea inaudito, videlicet, Ego ſum qui ſum: &, Hęc dices filijs Iſrael:
Qui eſt, miſit me ad vos: præ admiratione & contemplationis vigore, quaſi ſtupidus ſiluit,
ideo dominus protulit ei nomen facilius, quod etiã à filijs Iſrael capi celerius potuit, maio-
rem q̃q; ſpem & deuotionẽ eis imprimere quit, dicẽs: Hæc dices filijs Iſrael: Dñs Deus patrũ
veſtroꝝ &c. [Hoc nomẽ mihi eſt in æternũ]. i. ꝑ hoc cõplexũ, Deus Abrahã, Deus Iſaac, & De
us Iacob, volo inceſſabiliter & vſq; in finẽ mũdi exprimi, noĩari, laudari, & ĩuocari, ꝓpter cau
ſam

ſam p̃habitam. [& hoc memoriale meũ in gñatione & gñationem].i. idẽ cõplexum vniuer-
ſos fideles inducet ad recordationẽ & memoriã mei vſq; in finẽ mũdi, ſecundũ q̊d nomẽ eſt
memoriale & recordatiuũ rei deſignatæ p ipſum. Sic q̊q; in verbis his inſinuat nobis inæſti
mabilis charitas, pietas atq; dignatio Dei ad ſuos electos, eo q ipſe dñs maieſtatis immẽſæ,
creator & rex vniuerſoꝝ, dignat tã peculiariter ac familiariter Deus hoĩm nuncupari. [Va-
de] in Aegyptũ, [cõgrega] ibi [ſeniores Iſrael].i. aliq̃s ſeniores & maiores Iſraelitici populi.
[& dices ad eos: Dñs Deus patrũ veſtroꝝ apparuit mihi, Deus Abrahã, Deus Iſaac, & Deus Ia
cob, dicẽs: Viſitans viſitaui vos].i. viſitare vos pie iã tam certe decreui atq; p̃nuncio, q̃ſi iam
feciſſem hoc ipſum. Solet aũt Deus ſic loq̃ de futuro p modũ p̃teriti, ꝓpter certitudinẽ verita
tis verboꝝ ſuoꝝ. Vel viſitaui.i. viſitare vos cœpi apparẽdo loquẽdoq; Moſi, & dirigẽdo eũ
ad vos. Et ſumit viſitatio nunc in bono, videlicet p gr̃oſa ſubuẽtione, ſicut in Pſalmo: Viſi-
Pſal. 105. ta nos in ſalutari tuo. Et in Luca: Viſitauit nos oriẽs ex alto. Frequẽter aũt ſumit viſitatio in
Lucæ 1. malo, puta ꝓ punitione, ſecundũ q̊d p Sophoniã dñs cõteſtat: Viſitabo ſup oẽm q arrogãter
Soph. 1. ingredit. [& vidi oĩa q̃ acciderũt vobis in Aegypto, & dixi vt educã vos de afflictiõe Aegy-
pti in terrã Chananæi, & Ethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebuſæi, & in terrã
fluentẽ lacte & melle, & audiẽt vocẽ tuam].i. credẽt & acquieſcẽt tibi, qm̃ ſeniores illi noue-
runt ꝓmiſſiones Dei ſanctis patriarchis, Abrahæ, Iſaac & Iacob, factas de liberatiõe poſteri-
tatis eoꝝ ex Aegypto, & introductione in terrã ꝓmiſſionis. Tẽpus q̊q; à Deo p̃fixum, iã eſſe
impletũ viderũt ex numero gñationum & annoꝝ decurſu. Dixerat nanq; Deus ad Abrahã:
Gene. 15. Gñatione q̃rta reuertentur huc. [Ingredierisq; tu & ſeniores Iſrael ad regẽ Aegypti, & dice-
tis ad eũ: Dñs Deus Hebræoꝝ vocauit nos].i. Deus noſter p̃cepit nobis ire ad locũ certũ. [Ibi-
mus viã trium dieꝝ in ſolitudinẽ] iuxta p̃ceptum Dei.i. petimus vt hoc placeat tibi. [vt im-
molem⁹ dño Deo nr̃o.] Iſtud fuit veꝝ, nõ tñ voluit Deus, vt Moſes prima facie exprimeret
Pharaoni ſuũ ꝓpoſitum: q̃ patet, q aliq̃n liceat veritatem caute celare. Hinc voluit Deus, vt
Moſes & ſeniores ꝓponerent Pharaoni petitionẽ iſtã rõnabilem & nõ grauẽ, ex q̃ videbat
q eſſent celeriter redituri. ¶ Sed cur dñs iuſſit vt peterẽt licentiã eundi viã trium dieꝝ, & nõ
paucioꝝ, nec pluriũ? Ad hoc ſunt multæ myſticæ rõnes, vt patebit ſequenti articulo. Porro,
ad literã dici poteſt, q ideo, q̃a infra tres dies poterãt ſe tm̃ ab Aegyptijs elongare, q eis non
inſtabat piculum à plebe Aegypti. Nec petierunt dies plures, ne nimis multũ petendo, vide-
ret Pharao aliq̃liter excuſabilis de repulſa petitionis eoꝝ, & de inobediẽtia ſua ad Deũ. [Sed
ego ſcio q nõ dimittet vos rex Aegypti vt eatis] de ſua tellure, [niſi p manum validã].i. niſi
q̃ſi cõpulſus p plagas horribiles. [Extẽdamq; manũ meam].i. potẽtiam meã euidẽter oſten-
dam, atq; in actus iuſtitiæ eã ꝓcedere faciã. [& pcutiam Aegyptũ] videlicet terrã, terræ na-
ſcẽtia, hoĩes & iumẽta Aegypti. [in cunctis mirabilibus meis,] nõ abſolute in cunctis mirabi
libus & ſupnaturalibus plagis, ſed in cunctis mirabilibus de quibus ſubiungit: [quæ factu-
Exod. 11. rus ſum in medio eoꝝ. Poſt* hæc dimittet vos.] Nam poſt vltimam plagam, quæ fuit pcuſ-
*hoc ſio primogenitoꝝ, fuerunt rex & Aegyptij ita perterriti, q rogauerunt & quaſi compelle-
bant Hebræos exire, dicẽtes: Omnes moriemur. [daboq; gratiam populo huic coram Aegy
ptijs].i. Hebræos faciam acceptos, amabiles ac venerabiles ipſis Aegyptijs, mouendo corda
Aegyptioꝝ, vt bñ ſic afficiant Hebræis tanq̃ ſummi Dei cultoribus, ꝓpter q̃s tanta pegit De
us. Deo etẽĩ omnipotẽti immẽſo eſt proprium, voluntates & mẽtes hoĩm ad libitum im-
mutare, afficere, & q̃cũq; ei placuerit, vertere. [Et cũ egrediemini] Aegyptũ, [nõ exibitis va-
cui.] Sub pſona Moſis, loq̃tur Deus ad totũ populũ Moſi cõmittẽdum. [ſed poſtulabit muli-
er à vicina ſua & ab hoſpita ſua] Ponit hic ſingulare ꝓ plurali, vt ſit ſenſus: Mulieres Hebrę
petẽt à fœminis Aegyptijs ſibi vicinis ac hoſpitantibus ſe, [vaſa argẽtea & aurea, ac veſtes:]
immo & alia quædã iocalia atq; clinodia precioſa, q̃ poſtea obtulerunt filij Iſrael in ædifica
tionẽ tabernaculi & ſacerdotaliũ ornamẽtorum, vt infrà patebit. [ponetiſq; * ea ſup filios ve
*eas ſtros & filias,] vt portẽt ea ſup humeros ſuos, [& ſpoliabitis Aegyptũ].i. has Aegyptioꝝ di-
uitias auferetis ab eis p modũ p̃dantium. Nõ tñ fuit ſpoliatio ꝓprie dicta, ſed iuſta ſublatio,
qm̃ oĩm reꝝ dñs & creator præcepit ſic fieri. Ipſe eñ poteſt iuſtiſſime bona terrena q̃buſdã,
p̃ſertim indignis, auferre, alijſq; conferre. Hebręi quoq; diu ac laborioſe ſeruierũt Aegypti-
is, & maximã paſſi erant iniuriã ab eiſdẽ, præſertim in ſubmerſione infantum: ideo Deus iu-
ſtiſſimus iudex, rectiſſime fecit eis hanc recompenſationem. Dicunt Hebræi, q mulieres il-
læ Hebrææ petierunt ſibi talia ab Aegyptijs dari: ſed verius creditur, q poſtulauerũt ſibi hęc
mutuari: nec ab egredientibus Hebræis ea repetierunt, vel quia putabãt eos mox redituros,
vel præ nimia occupatione in ſepelitione mortuorum ſuorum.

¶ De ſpiritali ſenſu eiuſdem capituli tertij. Arti. VI.

ſoceri MOſes paſcebat oues Iethro cognati ſui.] Per Moſen intelligitur paſtor & prælatus
fidelis, qui filiam Iethro ſoceri ſui duxit vxorem, id eſt, eccleſiæ ſibi commiſſæ, filiæ
Chriſti, eſt ſponſus, & eã charitatis vlnis amplectit & fœcũdat. Sicq; oues Chr̃i paſcit
ſcien-

ſcientia & doctrina, oratione atq; exẽplo, fama & eccleſiaſticis ſacramentis. Chriſtus quoq;
dici poteſt ſacerdos Madian, id eſt, gentilitatis conuerſæ. [Cumq; minaſſet gregem ad inte-
riora deſerti] hoc eſt, fideles ſibi commiſſos perduxerit ad ſecretiora cæleſtis myſterij, expo-
nendo eis arcana & ſpiritalia documenta de lege Chriſti, quantum ipſi capere queunt, & eis
expedit dici, [venit ad montem Dei Oreb,] hoc eſt, ad cacumen & apicem eccleſiaſticæ the-
orię, quoniã ſubditos ſuos tam efficaciter inſtruẽdo, meretur valde illuminari à domino, cui
nil gratius poteſt offerri, q̃ vt oues ſuæ ſalubriter gubernentur. [Apparuitq; ei dominus in
flamma ignis rubi.] Per rubum apte ſignatur humanitas ſaluatoris, cuius charitas feruen-
tiſſima, qua tradidit ſe ꝓ nobis, eſt flamma ignis in qua Deus apparet. Quia qui Chriſti cha
ritatem rite perpẽdit, ad contẽplationis altitudinem eleuat, & ſupbenedictæ trinitatis pie-
tatẽ & gr̃am circa genus humanũ, immo & altitudinem cõſilij eius ſup noſtra redemptiõe,
fideliter ſpeculatur. Et ita potiſſime illuminari meretur, q̃a tumultibus & inq̃etudinibus ſo
cietatis humanæ & ſecularium reꝝ ſe abſtrahit, & ſolitarium petit locum, in q̃ ſolus ſoli va-
cet altiſſimo. [Videbat q rubus arderet, & nõ combureret.] Humanitas etenim filij Dei, in-
flammatiſſima erat igne ſpũs ſancti, q̃ innocue ac ſupdulciſſime arſit in ea. Quod fidelis ad-
mirans, pergit.i. diſponit ſe ad videndum tam ſublime myſterium, qualiter ſcilicet humana
natura ab increato verbo aſſumpta, manet in tali vnione ab ardore ſolis iuſtitiæ inconſum
pta, atq; in naturalibus viribus ſuis ac proprietatibus ſalua & integra. Quod reuera grande
& impenetrabile extat myſterium. [Cernens autem dñs q pergeret ad videndum, vocauit
eũ de medio rubi, dicens: Ne appropies huc. Solue * calceamenta de pedibus tuis. Locus eñ
in quo ſtas, terra ſancta eſt.] Sic deitas ſumma in Chriſto habitans, videns fidelem contem-
platorem ad cõſiderandum mirabilia legis diuinæ ac fidei Chriſtianæ accedere, vocat eũ, in-
terius inſpirãdo eidẽ, ne ſupra virium ſuaꝝ menſuram præſumat diuina ſcrutari ſecreta, iu-
xta q̊d ſcriptum eſt: Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præce-
pit tibi Deus, illa cogita ſemp. Iubet quoq; dñs homini tali auferre calceamenta de pedib⁹ Ecci. 3.
ſuis, hoc eſt, actiones carnales & opa praua, excuſationeſq; friuolas auferre à cordis ſui affe-
ctibus, q̃ ſunt animæ pedes. Non eñ aptus eſt contemplari diuina, niſi q̃ abijcit à ſuis deſide-
rijs huiuſcemodi calceamenta, quæ multi peſſime induunt & aſſumunt, q̃ ex alioꝝ peruerſi
tatibus ſe excuſant. Locus vero in quo ſtat cõtemplator & fidelis pręlatus, eſt ſancta eccleſia.
[Abſcondit Moſes faciem ſuam.] Sic dum homo ſublimiter illuſtratur à Deo, intantum mi-
rat & obſtupeſcit ex inſpecta altitudine creatoris, q ſeipſum in totius humilitatis abyſſum
demergit. Vidi afflictionẽ populi mei in Aegypto. Conſiderat etẽĩ pius dominus, qualiter
veraciter Chriſtiani à viſibilibus ac inuiſibilibus hoſtibus, ab acie vitioꝝ, ab impedimentis
virtutũ multipliciter acriterq; affligunt: & quaſi compatiens eis, cõſolationem impendit, ꝓ-
mittens q cito pducentur ad regnum cæloꝝ. Tunc Moſes mittit ad Pharaonem, vt popu-
lum Dei educat de tenebris vitioꝝ, q̃n ex diuina commiſſiõe is qui prę ſidet alijs, opponit ſe
fortiter ꝓ defenſione gregis ſui, diabolicam crudelitatẽ atq; verſutiam oronibus ac virtuo-
ſis exercitijs reprimẽdo, & vaſa eius ei auferẽdo, p hoc q iniq̃s trahit ad viam ſalutis. Verun-
tñ ad hæc pagenda, humiliter recognoſcit ſe p̃ſidens, nequaq̃ virib⁹ ſuis ſufficere: ideo domi
nus cõſolatur & roborat eum, dicendo: [Ego ero tecum. & hoc habebis ſignũ q miſerim te:
Cumq; eduxeris populum meum de Aegypto,] hoc eſt, ex vitioſa & tenebroſa conuerſati-
one, cõuerteris eos ad lucẽ gr̃æ & ſplendorẽ virtutũ, [immolabis Deo ſup montem iſtũ].i. ſu
p altare, & in eccleſia offeres Deo ſacrificiũ gr̃arum actiõis & laudis, & euchariſtiæ ſacramẽ-
tum, oẽm fructũ tuæ p̃dicationis & ſancti laboris Deo totis p̃cordijs aſſcribẽdo. [Ait Moſes
ad Deũ: Ecce ego vadã ad filios Iſrael, & dicã eis: Deus patrum veſtroꝝ miſit me ad vos,] hoc
eſt, Chr̃ianos meo regimini informationive creditos accedã, dicãq; eis, q Deus Apl'orum
iniunxit mihi, vt p̃dicem eis verbum ſalutis. [Si dixerint mihi, q̊d eſt nomẽ eius? q̃d dicam
eis?] hoc eſt, ſi petierint aliqualiter edoceri ac ſcire q̃d ſit Deus (q̃a nil poteſt amari ac time-
ri & venerari, niſi aliquatenus cognitum) q̃d dicturus ſum ipſis, dixit dñs: Ego ſum q̃ ſum.
Hæc dices: Qui eſt, miſit me ad vos. Sic plane, ſic debet prælatus & prędicator inſtruere popu
lum, exponẽdo ei, qualiter ipſe dñs Deus noſter, ſit ipſum eſſe purum, incircunſcriptum, &
ſeparatũ, in ſeipſo incõmutabiliter æternaliterq; ſubſiſtẽs, in q̊ vere, & ſine omni mẽſura ac
termino, eſt infinita pfectio, immẽſa dulcedo, ſapiẽtia, beatitudo, & q̃cq̃d excogitari poteſt
ptinere ad nobilitatẽ, eminẽtiãq; eſſendi, hoc eſt, ſuppuriſſima bonitas, oĩpotens virt⁹, inter-
minata voluptas, pulchritudo illimitata, ſempiterna libertas. Propter q̊d Deus eſt p̃ vniuer
ſis & ſingulis creaturis incõparabiliter amabilis, deſiderãdus, metuẽdus, colẽdus, & cõtem-
plãdus: & q̃cq̃d ab ipſo eſt auerſiuũ, eſt cũ infinito horrore ac nauſea reſpuẽdum. Sic ergo in-
ſtruẽdus ac inflãmandus eſt populus ad Dei contẽplationẽ, amorẽ, cultum, ac filialẽ timorẽ.
Quod ſi hoĩes rudes & idiotæ cape iſta nequerint, ſufficiat vt eis dicat: Deus patrũ veſtroꝝ,
Deus Apoſtoloꝝ, martyꝝ, confeſſoꝝ, virginũ, & omnium electoꝝ, miſit me ad vos. Vade,
con-

congrega ſeniores Iſrael, dicẽs: Deus patrũ veſtroꝝ apparuit mihi, dicens: Viſitans viſitaus
vos. Iſtud committit Deus ſuperioribus prælatis, qui præſunt alijs multis paſtoribus. Illi
ergo ſupioribus Deus iubet, vt ſeniores Iſrael. i. inferiores prælatos ac ſacerdotes, p̄dicato-
reſq́ cõgregent. i. ad celebrationẽ ſynodi & ſalubris cõcilij conuocẽt, inſinuãdo eiſdẽ quali-
ter Deus oĩpotens paratus ſit eis ſuccurrere ad hoc, ꝙ ſeipſos ac ſubditos ſuos digne refor-
ment, gubernent, ſaluificent: qm̃ Deus vidit oĩa quæ eis in Aegypto. i. in hoc ſeculo nequam
contigerunt, & q̃liter ibi à diabolo, mundo & carne decepti & victi ſint ſæpe, in tm̃ ꝙ crude
liſſimo ſuæ ſalutis aduerſario ſeruierunt. [Ingredieriſq́ tu & ſeniores Iſrael ad regem Aegy
pti]. i. ad principem huius mũdi, dicẽs: Dominus Deus Hebræoꝝ vocauit nos,] hoc eſt, dia-
bolo te oppones, inſultabis & dices: Deus nobis præcepit, vt te relicto, accedamus ad thro-
num gr̃æ eius, & ꝑ mentis cõuerſionem applicemus nos, adhæreamuſq́ ei. [Ibimus viam tri
um dieꝝ in ſolitudinem]. i. ꝑ tres partes pœnitentiæ, quæ ſunt cõtritio, confeſſio, ſatisfactio,
tendemus ad mentis tranq̃llitatem à ſtrepitu mundi & inquietudine vitioꝝ. [vt immole-
mus dño Deo noſtro] noſipſos in holocauſtum, mancipãdo nos totos cultui eius. ¶Inſuper
via trium dieꝝ, eſt exercitatio mentis in fide, ſpe & charitate, per quã ad ſalutis pertingit fi-
nem. Rurſus via trium dieꝝ, eſt ſeruitus Deo exhibita in adoleſcẽtia, in iuuẽtute & ſenectu-
te. Iteꝝ, via trium dierum, eſt obſeruantia legis naturalis, legis euangelicæ, & legis poſitiuæ
ſeu ſtatutoꝝ eccleſiæ: quas oẽs obſeruare tenemur, vnuſquiſq́ iuxta exigentiam ſuæ vocatio
nis. Adhuc aũt, via trium dieꝝ, eſt lumen naturę, lumen gr̃æ, lumenq́ gloriæ. Item ſtatus in-
cipientium, ꝓficientium, & perfectoꝝ. [Sed ego ſcio ꝙ non dimittet vos rex Aegypti vt ea-
tis, niſi per manum validam.] Princeps etem̃ tenebraꝝ & eius ſatellites, non ceſſant eos q̃ vo
lunt ſe emendare, acriter impugnare: immo tanto validius, quanto hi q̃ ei ſeruierant, fortius
ſe conuertunt ad viam ſalutis. Ideo neceſſaria eſt valde gratioſa ſubuentio Dei, q̃ manũ ſuã
extendat, percutiatq́ Aegyptũ in cunctis mirabilibus ſuis, & varijs modis faciat ſuos præua
lere electos, & machinamenta dæmonũ prorſus euacuet, eoſq́ contribulet ꝑ virtuoſa exerci
tia conuerſorum, quoꝝ humilitate, charitate, patientia, ꝑſeuerantia & ꝓfectu ac præualẽtia,
dæmones exurunt. Hæc etem̃ dona virtutũ, & varij effectus gr̃æ, ac triumphi fideliũ cõtra aere
as poteſtates, ſunt vere mirabilia Dei, quæ Deus opatur in ſuis, videntibus impijs illis: ſicq́
dimittit diabolus eos, q̃ ſibi ſic renituntur ac præualent. [daboq́ gr̃am populo huic coram
Aegyptijs.] Hoc impletur q̃tidie, qñ altiſſimo diſponente, ſerui Dei & vere religioſi, q̃ mun
dum & ea quæ mundi ſunt deſerunt, inueniunt gratiam coram mundanis hoĩbus, eleemoſy
nas q̃q́ & beneficia quædam ſortiuntur ab illis. [Poſtulabit mulier à vicina ſua & hoſpita
vaſa argẽtea & aurea ac veſtes.] Hoc ſpiritaliter adimplet, dum animæ Chriſtianæ ex dictis
philoſophoꝝ & poetaꝝ ac rhetorum accipiunt aliq̃ vtilia documẽta, & eloquẽtiæ flores, na
turaleq́ ſapientiã, ꝑ quæ oĩa adiuuant ad intelligendũ & exponẽdũ ſcripturas, ad fidei defen
ſionem, ad ædificationẽ eccleſiæ. Nã & Paulus in ſuis epiſtolis allegat nõnulla huiuſmodi di
cta. Hæc q̃q́ ponũt fideles ſup filios ſuos ac filias. i. cordibus diſcipuloꝝ & ſubditorũ ac poſte
rorũ ſuorũ imprimũt ea: ſpoliantq́ Aegyptũ, dũ illoꝝ dogmatibus in euãgelica lege vtunt.

¶Elucidatio cap. IIII. Reſpondens Moſes, ait: Non credent mihi. Arti. VII.

MOſes prudenter conſiderans magnitudinem legatiõis, quam ſibi propoſuit & iniun-
xit dñs, diu ſe excuſauit, inſufficientiam ſuam allegans, etiam quodãmodo importu
ne. Idcirco nunc recitatur qualiter Deus roborauit eum per miracula & promiſ-
ſa. Si aũt obijciat, q̃a præhabitum eſt ꝙ Moſes ex reuelatione cognouit ſe electum à Deo, ad
hoc ꝙ liberaret filios Iſrael, etiam anteq̃ fugit à facie Pharaonis, ergo ſe excuſare non debu
it, aut de veritate diuinæ reuelationis dubitare: Dicendũ, ꝙ viri virtutum nunc actioni vni-
us virtutis, nunc actioni virtutis alterius ſunt intenti: diuerſas q̃q́ habent cõſiderationes, &
1. Co. 15. ſecundũ hoc diuerſimode iudicant etiam de eodẽ, quẽadmodum Paulus vno in loco: Non
Rom. 11. ſum, inquit, dignus vocari apoſtolus: & tñ alibi ſæpe ſe vocat apoſtolũ. Sic & Dauid ſciuit ſe
1. Cor. 1. vnctũ & electũ in regem, & tamen quandoq́ deſperauit ſe poſſe euadere manus Saulis, atq́
1. Re. 24. ad Ionathan lachrymans dixit: Ego & mors vno tantum gradu diuidimur. Sic viri virtuoſi
1. Re. 20. qñq́ inſiſtunt actibus & cõſiderationibus humilitatis, ſicq́ reputãt ſe ineptos & indignos ad
ardua: qñq́ vero inſiſtunt cõſiderationibus & actibus magnanimitatis, & ita ex cõfidentia di
uini ſubſidij offerunt ſe paratos ad magna. Vna etem̃ virtus alteri cedit, & circa eandem ma
teriam humilitas magnanimitaſq́ verſant. Sic ergo nunc Moſes ſe excuſat, ꝓpriam inſuffi
cientiam humiliter penſans, non tamẽ de veritate reuelationis diuinæ ambigens per conſi-
derationem ſupernaturalium auxilioꝝ omnipotẽtis. Nunc itaq́ dicit: [Reſpondẽs Moſes,
ait: Non credent mihi, neq́ audient vocẽ meam] auribus cordis, acquieſcendo verbis meis.
Exod. 3. [ſed dicent: Non apparuit tibi dominus.] Præcedenti cap. dominus ait ad Moſen, Audiẽt
vocem tuam: quomodo ergo Moſes nunc affirmat, Neq́ audient vocem meam? Sed hoc fa
ciliter concordat, qm̃ dominus dixit illud de ſenioribus, q̃ promiſſiones patribus ſuis factas
noue-

nouerunt: Moſes vero nũc loquitur de plebe cõmuni, in qua multi erant ad credendũ diffi-
ciles. Vel Moſes protulit verba hæc non ſimpliciter affirmando, ſed probabiliter conijcien
do. Eſt enim frequens talis modus loquendi. [Dixit ergo ad eum: Quid eſt] hoc [q̃d tenes in
manu tua?] Interrogatio non ſemꝑ ex ignorãtia venit, ſicut nec iſta. Sed ideo dominus q̃d
ſciuit quæſiuit, vt ex reſpõſione Moſis ꝓportionate præciperet ei. [Reſpondit: Virga] eſt. Fu
it nanq́ virga ſeu baculus paſtoralis. [Dixitq́ dominus: Proijce eam in terrã. Proiecit, & ver
ſa eſt in colubrũ, ita vt fugeret Moſes.] Quia coluber ille fuit ſerpens magnus atq́ terribi-
lis, & (vt Ioſephus ſcribit) erat draco repens, cõuolutus ſpiris ingẽtibus, & tanq̃ cõtra perſe- Ioſe. lib.
quentes ſuum caput ſæuiſſimũ mouens. Et ita ex naturali timore, concepto ex naturali cõſi 2. anti. iu
deratione & imaginatione ſerpentis, Moſes fugere cœpit, q̃ſi lædi poſſet à colubro, nõ atten da. ca. 12.
dens actualiter ſatis p̄ſentiam Dei, ex q̃ debuit eſſe ſecurus. Et venit hoc ex ſubreptiõe & fra
gilitate humana, ideo excuſabile fuit. [Dixitq́ dominus: Extende manũ tuam, & appræhen
de caudam eius. Extendit, & tenuit: * & verſus eſt in virgam.] Et in hoc cõmendatur obedi- * verſaq́
entia Moſis, ꝙ beſtiam illam tam abominabilem, Deo iubente, mox appræhendit. Iſtud mi eſt
raculum exceſſit naturalem curſum, cauſalitatem, & ordinem reꝝ: q̃a tam ſubito virgam in
ſerpentem mutari, atq́ ſerpentem in virgam, ꝑ naturalium applicationẽ cauſaꝝ fieri neq̃t,
ꝓut de hoc infrà circa opera magoꝝ Pharaonis, magis dicet. [Vt credant, inq̃t,] tibi [ꝙ ap-
paruerit tibi dominus Deus patrũ tuoꝝ, Deus Abrahã, Deus Iſaac, & Deus Iacob]. i. ad hoc
ipſe Deus fecit & demonſtrauit ſignum hoc Moſi, q̃tenus Moſe illud coram filijs Iſrael faci
ente, ipſi crederẽt Deum vere ipſi Moſi apparuiſſe, eumq́ miſiſſe ad eos. [Dixitq́ dominus
rurſum] ad Moſen: [Mitte manũ tuam in ſinum tuum. Quam cũ miſiſſet in ſinum, ꝓtulit le
proſam inſtar niuis]. i. retraxit eam tam leproſam, ꝙ præ magnitudine lepræ fuit candens
& alba vt nix. Albor q̃ppe lucens in ſuperficie cutis, argumentũ eſt lepræ, vt in Leuitico ſcri Leui. 13.
ptum eſt. [Retrahe, ait, manũ tuam in ſinũ tuum:] id eſt, dñs dixit ad Moſen, vt manum ſuã & 14.
rurſus in ſuo poneret ſinu. [Retraxit]. i. iterum traxit eam in gremiũ, [& ꝓtulit iteꝝ] inde
retrahendo eandem, [& erat ſimilis carni reliquæ:] vtpote ſanata à lepra, cũ tñ lepra, p̄ſertim
tam ingẽs, ſit naturaliter incurabilis morbus. [Si non crediderint] filij Iſrael [tibi, inq̃t] dñs,
[neq́ audierint ſermonem ſigni prioris] . i. nõ acq̃euerint verbis q̃bus probabis te miſſum à
me, ꝑ exhibitionem præfati miraculi, vtpote mutationis virgæ in colubrum. In q̃ tamen ſi-
gno totali duo continebantur prodigia: Vnum erat, tam repentina conuerſio virgæ in aſpi
dem: Alteꝝ, æque repentina conuerſio ſerpentis in virgam. [credent verbo ſigni ſequen-
tis]. i. aſſertioni tuæ, q̃ probabis te miſſum à me, faciendo hoc ſignũ ſecundũ. In q̃ itidẽ duo
continebant miracula: Vnum, tam ſupernaturalis inductio lepræ: aliud, tam ſupnaturalis
curatio eius. [Quod ſi nec duobus quidem his ſignis crediderint] Si dñs nouerat, & vere iã
dixerat, eos credituros duobus ſignis p̄dictis, cur nunc conditionaliter addit, ꝙ ſi nec duo-
bus? Dici poteſt, ꝙ multi Iſraelitaꝝ credituri erant illis duobus ſignis: ſed propter q̃ſdam ad
credendum duriores, dñs addidit hæc de tertio ſigno, vel ex ſuperabundanti hoc fecit, & itẽ
ꝓpter myſticas rõnes infrà tangendas, atq́ vt Moſen plenius conſolaretur ac roboraret. [ne-
q́ audierint vocem tuam, ſume aquam fluminis]. i. aliquid aquæ hauri ex Nilo. [& effunde
eam ſup aridam: & q̃cquid hauſeris de flumine, vertet in ſanguinem.] Ioſephus vero dicit, Ioſep. li.
ꝙ Deo iubente, Moſes ſumpſit aquam de ꝓximo ſibi loco, & fudit in terram, quæ mox in 2. an. Iu.
ſanguinem vertebatur, q̃d fuit grande ꝓdigium. An tamẽ ꝑ magicam artem & diabolicam cap. 12.
opem fieri hoc quiuerit, infrà diſcutietur in ſeptimi expoſitione capituli. ¶Præterea ſi quæ-
ratur, cur dñs fecit ac demonſtrauit, immo & facere iuſſit Moſi tria hæc ſigna: Ad hoc aliqui
dicunt, ꝙ ſignum factum in virga, correſpondet ſtatui Hebræoꝝ, quantum ad eoꝝ introi-
tum in Aegyptum, & q̃ ad mãſionẽ eoꝝ ibidem ſub dominio Ioſeph, q̃d ſignificatur per vir
gam. Hoc dominium fuit q̃ſi conculcatum in terra, qñ poſt mortem Ioſeph, tam eius poſte
ritas q̃ reliq̃ filij Iſrael, compulſi ſunt ſeruire Aegyptijs in duris vilibuſq́ opibus: ſicq́ domi-
nium illud fuit q̃ſi verſum in colubrum, vtpote in ſerpentinam aduerſitatem mutatũ. Tan
dem vero educti ſunt Hebræi à ſeruitute Aegypti, q̃d ſignificauit appræhenſio ſerpẽtis cum
cauda, atq́ ad regiam dignitatem in terra promiſſionis promoti, q̃d præfigurauit cõuerſio
ſerpentis in virgam. Porro ſignum factum in manu Moſis, deſignauit ſtatum Hebręoꝝ, quo
eſſe cœperunt ſub cura ducatuq́ Moſis: q̃ tempore eorum calamitas fuit aucta, quia tunc
ab Aegyptijs grauius premebant, q̃d infectio manus Moſis ꝑ lepram ſignauit. Sed paulopoſt
ꝑ manum Moſis ſunt educti, q̃d curatio manus illius monſtrauit. Tertium autem ſignum fa
ctũ in flumine, deſignauit ſtatum Iudæoꝝ in Aegypto, qñ eoꝝ infantuli mergebant in Ni-
lo, q̃d conuerſio aquæ in ſanguinẽ, prætendebat: quæ etiã innuebat, ꝙ Deus vindicaret ſan-
guinẽ infantuloꝝ illoꝝ in Aegyptijs ꝑ plagas, & ſubmerſionẽ eoꝝ in mari rubro. [Ait Mo-
ſes: Obſecro dñe, non ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius]. i. à tẽpore euoluto, vel vt q̃dam
exponũt, à pueritia mea, vel natiuitatis meæ exordio. [& ex q̃ loquutus es ad ſeruum tuũ, im
dd peditio-

peditioris & tardioris linguę ſum.]Quaſi dicat:Ab hac hora q̃ mecum loq̃ cœpiſti,aucta eſt
infacundia mea:tum quoniam comparatione eloquentiæ tuæ,mea loquela amplius ſordet
& deficit:tum q̃a ex hac apparitione & alloquutione diuina,ex ſignis q̃q; iam viſis, multum
in meipſo debilitata eſt mea natura & cõplexio alterata, & virtus obriguit,ita vt vocem for
mare vix queam,quẽadmodum ex talibus ſupnaturalibus & inſolitis viſionibus,alloquutio-
nibus & portentis,ſolet humana debilitari & alterari ac vereri fragilitas:ꝓpter q̃d prophetę
Eſaię 21. in talibus corruerunt in terram.Eſaias q̃q; dixit:Corrui,cum viderem:emarcuit cor meũ,
Apoc.1. tenebræ obſtupefecerunt me.Ioannes q̃q; in Apocalypſi:Cum vidiſſem,inquit,eum, cecidi
ad pedes eius q̃ſi mortuus.Sic & Daniel dixit ad angelum:Quomodo poterit ſeruus tuus lo
Dan.10. q̃ cum domino meo?Nihil enim in me remanſit virium.Sed & halitus meus intercluditur,
& in viſione tua diſſolutæ ſunt cõpages meæ. Itaq; Moſes adhuc in tanto ſe excuſauit offi-
cio ꝓpter ineloquẽtiam ſuam.Qui em̃ regibus loq̃ debent,p̃ſertim extranei,& ꝑ arduis cau
ſis,indigent voce tubali,cum & remote ſoleãt ſtare à rege. ¶Circa hæc quærit̃,an Moſes ha
Origen. buit impeditam aut balbutientem loquelam.Ad hoc Origenes reſpondet:Quandiu Moſes
fuit in Aegypto,& erudiebat̃ omni ſapientia Aegyptioꝝ,non erat gracili voce,nec tardus
in lingua,nec ꝓfitebatur ſe eſſe ineloquentem.Vbi autem cœpit audire vocem Dei,& eloq̃a
diuina ſuſcipe,tunc ſenſit exilem & gracilem eſſe vocem ſuam, tardam'q; & impeditam eſſe
ſuam intellexit linguam.Tũc ꝓnunciauit ſe mutum, cum cœpit agnoſcere veꝝ illud verbũ
Ioan. 1. q̃d erat in principio apud Deum.Quẽadmodum homo impitus & infacundus, comparati
one brutoꝝ eloquens eſſe videtur:ſi autem eloquentibus atq; doctiſſimis hominibus com-
paret̃,ineloquens & mutus eſſe videt̃.At ſi q̃s contempletur verbum diuinum,ſapientiam'q;
diuinam pſpiciat,quantumcunq; ſit eruditus,multo plus apud Deum ſe ꝓfitebitur animal
Acto. 7. mutũ,q̃ apud nos ſunt pecudes.Huic Origenis opinioni fauere videt̃,q̃d S.Stephanus teſtat̃:
Eruditus eſt, ingens, Moſes omni ſapientia Aegyptioꝝ, & erat potens in verbis & opibus
ſuis.Alij dicunt,ꝙ poſtq̃ miſit prunam ardentem in os ſuum, vt recitatum eſt ſuprà, læſa eſt
extremitas ſuæ linguæ,& defectum incurrit loquelæ.Cæteri aſſerunt,ꝙ ex naturali diſpoſiti
one habuit paruam,tardã,ac gracilẽ vocem,Aaron vero tubalem ac ꝓmptam.Quanuis aũt
In Orig. in verbis Origenis q̃dam vera & ſubtilia cõtinentur,veruntñ non creditur,ꝙ Moſes abſolu
te loquendo, fuerit eloquens aut incõparabilis eloquentiæ. Sic enim fuiſſet eloquẽtior Aa-
ron fratre ſuo,nec indiguiſſet eius ad loquendum auxilio,nec dediſſet ei Deus ipſum Aaron
ad loquendum ꝓ ipſo Moſe ad regem Aegypti ac filios Iſrael,cuius oppoſitum infrà habet̃.
Acto. 7. Porro verba beatiſſimi Stephani intelligunt̃, ꝙ erat potens & prudens, efficax'q; in verbis.
[Dixit dñs ad eum:Quis fecit os hoĩs? aut q̃s fabricatus eſt ſurdum & mutum, videntem &
cæcum?Nonne ego?]Quaſi dicat: Ego vniuerſoꝝ creator ac dominus, qui omnem rerum
naturam,ordinem'q; inſtitui,& loquelam hominibus præſtiti,poſſum facilime tuum imple
re defectum,& infacundo eloquentiam dare.Nam & ego inſtar fabricantis,ex ſemine huma
no cõpegi,formaui,& edidi tam eos q̃ in naturalibus ſunt perfecti,q̃ eos qui monſtroſi ſeu
in naturalibus defectuoſi exiſtunt, vt ſurdi,cæci, & muti. Opus quippe cauſaꝝ naturalium
& ſecundaꝝ,eſt opus primæ cauſæ,quæ plus influit q̃ quæcunq; cauſa ſecunda.Vnde & ſan
ctus Iob loq̃tur Deo:Nonne ſicut lac mulſiſti me,& ſicut caſeum me coagulaſti?Pelle & car
Iob 10. nibus veſtiſti me,oſſibus & neruis compegiſti me. Veruntñ monſtroſitas nõ habet proprie
cauſam efficientem,ſed magis deficientem,loquendo quantũ ad cauſas naturales:nec eſt in-
tenta,ſed contingit ꝑ accidens ex indiſpoſitiõe materiæ. Natura vero facit melius id q̃d po
teſt,vt docet Philoſophus.Veꝝ ꝑ reſpectum ad omnipotentis ꝓuidentiam,cuncta & ſingu-
la pfectiſſime cõplectentem,nihil eſt caſuale,aut improuiſum,aut abſq; certa & legitima ra
Ioan. 9. tiõe ꝓueniens. Propter q̃d de cæco à natiuitate diſſeruit Chr̃s,ꝙ ideo natus eſt cæcus,vt ma
Auguſt. nifeſtarent̃ in eo opa Dei. Hinc loq̃tur Auguſtinus:Quidam Deũ veteris teſtamenti, & eius
ſcripturas ſeu vetus teſtamentũ calumniant̃,qm̃ dixit Deus,ꝙ fecit mutũ.Quid ergo dicent
Ioan.9. de Chr̃o,q̃ aptiſſime proteſtat̃:Ego veni,vt q̃ non vident,videant:& q̃ vident,cæci fiant?Quis
autem niſi ignarus, crediderit aliq̃d ſecundum corporalia vitia talia poſſe accidere hoĩ,q̃d
nolit Deus? Sed eum totũ iuſte velle, ambigit nemo. Hæc Auguſtinus. Itaq; ſurdos,mutos,
& cæcos ac ſimiles monſtroſos fecit Deus, quantum ad id q̃d ſubſtantialiter & pfectionali-
ter ſunt:q̃a & corpora eoꝝ,quantum ad materiam primam, creauit,& ea per cauſas ſecun-
das formauit,animas'q; creãdo infudit.Mõſtroſitas vero,q̃ nõ eſt niſi priuatio, nõ aliq̃d poſi
tiuũ,nõ ſine diſpoſitiõe diuina accidit eis ex rõnabilib⁹ cauſis Deo notis.[Perge igit̃,& ego
ero in ore tuo].i.defectũ naturæ tuæ ſupplebo ꝑ gr̃am.[docebo'q; te q̃d loquaris.]Magna et
Lucę 21. gr̃oſa promiſſio.Sic & ſaluator ſuis promiſit diſcipulis:Ego dabo vobis os & ſapientiã, cui
non poterũt reſiſtere & cõtradicere oẽs aduerſarij veſtri.Hebræi (vt fertur) aliter hæc expo-
Exod. 2. nunt,q̃a(vt tactũ eſt in expoſitione 2. cap.)aſſerunt Moſen captum & Pharaoni adductum,
quia occidit Aegyptium,tunc quoq; imperterrite reſpondiſſe Moſen regi.Itaq; ſenſus eſſet,
Quis

Quis fecit os hoĩs?i. quis fecit te coram Pharaone rñdere cõſtanter in tali articulo? Aut q̃s
fabricatus eſt ſurdum & mutum,i.q̃s fecit Pharaonẽ tunc inſtar ſurdi muti'q; ſtupidum? Vi-
dentem & cæcum,i.q̃s fecit ſpiculatorẽ, cui rex iuſſit te decollare, ſic cæcũ ꝑ acriſiam, ꝙ te
videre nequit,cum tñ alia cerneret?Sic'q; euaſiſti regis manũ,ita ꝙ te inſeq̃ & reuocare neq̃
uit.Q.d.Ego qui mirabilia illa feci in te,poſſum tibi nunc dare facundiam, & q̃cquid ad-
iutorij voluero.¶Circa hęc Rabbi Paulus ſcribit:Nõ videtur rõnabile vt Moſes dubitaſſet, R. Paul.
ꝙ Deus poſſet ſupplere defectum ſuum. Fateor verum hoc eſſe, nec legi aliquem dicentem
hoc.tamen Rabbi Paulus videtur hoc introducere in repræhenſionẽ Nicolai de Lyra. Præ-
fatis etenim verbis Paulus præmittit in quarto cap. vbi dicitur in Poſtilla, Dixit dominus
ad eum. Attñ Lyra non dicit verba illa in ſua Poſtilla,ſed rationabiliter ſcribit,ꝙ dominus
protulit verba illa præhabita,Quis fecit os hominis &c.ad oſtendendum,ꝙ poſſet ſupplere
defectum Moſis allegatum. Ex hoc nõ ſequitur,ꝙ Moſes dubitauerit inde: ſed potuit dubi
tare,an & qualiter vellet dominus defectum ſuæ loquelæ ſupplere. Itaq; verba doctorum &
expoſitorum non ſunt captioſe ſumenda,nec reprobanda, quãdo rationabiliter queunt ſal
uari.[At ille:]videlicet Moſes, [Obſecro, inquit, domine ,mitte quem miſſurus es.] Hoc in
Gloſſa exponitur ſic:Humiliter ſe excuſat Moſes,petens aliquem digniorem ſe mitti. Qui-
dam exponunt de Aaron,ita ꝙ Moſes per verba hæc intẽdebat orare, vt Deus aſſociaret ſi-
bi in adiutorem fratrem ſuum Aaron,qui ſenior atq; facundior Moſe fuit.Huic'q; expoſiti
oni videñtur verba illa conſonare ſequentia:[Iratus dominus in Moſen,ait:Aaron frater tu
us Leuites,ſcio ꝙ eloquẽs ſit.]Hanc explanationem ſeq̃tur Lyra. Quocirca ſcribit R. Pau- Idem.
lus:Quidam Hebræorum,& ſpecialiter Rabbi Moſes, aliter exponunt hunc paſſum,dicen
tes ꝙ Moſes non fuit introducturus populum in terram promiſſionis,prout in prima reue-
latione ei facta dictum fuit.Credidit q̃q; ꝙ alius fuit à Deo mittendus in redemptionem fi-
nalem.Idcirco petebat vt alter illoꝝ mittendorum mitteretur,quoꝝ vtrunq; digniorem ſe
æſtimabat.Circa iſtud dicendum videtur, ꝙ in prima reuelatiõe Moſi facta, quæ ſuprà de-
ſcripta eſt,non continet̃ in textu,ꝙ Moſes non fuit populum Iſrael introducturus in terram Exod. 3.
ꝓmiſſionis,vt patet textum legentibus: immo frequẽter loquutus eſt dominus Moſi,q̃ſi in-
troducturo populũ illam in terrã, ſicut & populo ex Aegypto educto, frequẽter denunciauit
ꝑ Moſen,ꝙ introduceret eos in terram ꝓmiſſionis,Quod tñ impletũ non fuit,q̃a demerue-
runt induci:& ꝓmiſſiones huiuſmodi ſub cõditione intelligendæ fuerunt,videlicet niſi pec
cando redderent ſe indignos diuinaꝝ adimpletione ꝓmiſſionum. Porro ꝙ Deus interdum
loquutus ſit Moſi,ꝙ introduceret filios Iſrael in terram eis ꝓmiſſam,cõſtat ex hoc quod in-
frà dominus ait ad ipſum: Tu autem vade, & duc populum iſtũ de quo loquutus ſum tibi. Exo. 32.
Infrà quoq; habetur alio loco,ꝙ loquutus eſt dñs ad Moſen,dicens: Vade, aſſcende de loco Exo. 33.
iſto tu & populus tuus in terram quam iuraui Abraham,Iſaac & Iacob. Item'q;,Mittã præ- Exo. 33.
curſorem tuum angelum,& eijciam Chananæum & Amorrhæum & Ethæum,& intrabis in
terram fluentem lacte & melle. Præterea ꝙ Moſes non eſſet introducturus filios Iſrael in ter
ram ꝓmiſſam,videt̃ ei tunc primo dictum, cum ad aquas cõtradictionis incredulus extitit
dño,q̃ tunc dixit ad eum & Aaron:Quia non credidiſtis mihi &c. non introducetis hos po-
pulos &c. Attñ verba hæc Moſis, Obſecro dñe,mitte quem miſſurus es:ſecũdum q̃d ſonant, Nũe.20.
videt̃ ſatis apte poſſe exponi de eo, q̃ fuit ad plenam redemptionẽ Hebræoꝝ mittẽdus, ita
ꝙ Moſes audiens Deum fari de eductione Iſrael ex Aegypto,oculum mentis direxit ad libe
rationẽ finalem,ſiue ad Chriſti miſſionem.Quẽadmodum in euangelio ꝑ iſtud cõplexum,
Propheta q̃ venturus eſt in mundũ,intelligit̃ Chriſtus:ita in veteri teſtamento ꝑ verba hęc, Ioan. 6.
Veniat q̃ mittẽdus eſt,& Mitte quẽ miſſurus es, Chr̃s ſolet inſinuari. Sed huic expoſitiõi nõ
videt̃ cõſonare q̃d ſubdit̃,Iratus dñs in Moſen.Siq̃dem propter illã petitionẽ nõ fuiſſet,vt ap
paret,ei iratus:niſi forte dicat̃,ꝙ quãtũ ad hoc, Moſes inordinate orauit, ꝙ voluit fieri pro
tũc,q̃d diu poſtea fuit agendũ:vel q̃a nimis importune ſe excuſauit,atq; puſillanimis aliqua
liter fuit in acceptãdo legationẽ ſibi iniunctam,fuit'q; eius pctm̃ veniale.[Ecce ipſe] Aaron
egrediet̃ in occurſum tuũ:q̃a(vt infrà deſcribit̃)ex reuelatiõe diuina Aaron exiuit ex Aegy
pto in occurſum Moſis fratris ſui.[videns'q; te,lętabit̃ corde].i.valde intẽſe, tũ ex ſpiritali affe
ctu,& q̃a pro magnis & proſperis cauſis ſciet te aduenisse.[Loquere ad eum, & pone verba
mea in ore eius].i. dic ei q̃d debeat loq̃ ex mea cõmiſſione. [Et ego ero in ore tuo, & in ore
illius].i.linguas veſtras dirigã ad loquendũ.Nẽpe vt in Prouerbijs legit̃,Cor hoĩs diſponit vi
am ſuã,ſed dñi eſt gubernare linguã.Propter q̃d orauit Ap̃ſus:Vt detur mihi ſermo in aper Pro. 16.
tione oris mei. Et ſancta Heſter dñm exorauit: Da in ore meo ſermonem bene ſonantem. Ephe. 6. Heſt. 14.
[& oñdam vobis q̃d agere debeatis.Et ipſe loquet̃ ꝓ te ad populũ,& erit os tuũ] .i. ex parte
tui & iuxta tuã informationẽ loquet̃ filijs Iſrael, quæcũq; p̃cepero aut cõmiſero eis. [Tu aũt
eris ei in his q̃ ad Deũ ptinent].i.à me ꝑ teipſum accipies diuina p̃cepta ac documẽta, q̃ do
cebis & ipſum Aaron.[Virgã q̃q; hanc]paſtoralẽ, quã conſueuiſti ferre in manibus tuis pro

ouium directione.[ſume in manu tua].i.tecum porta. Et forſitan Moſes habuit eam in ma
nu,qñ dñs ꝓtulit verba iſta.[in q̃ facturus es ſigna.] Etenim virga illa fuit cauſa materialis
ſeu materia,in q̃ factum eſt iſtud primũ miraculum,puta cõuerſio eius in ſerpentẽ, & rurſus
ſerpentis in virgã. Per virgã quoq; q̃ſi p inſtrumentũ, facta eſt cõuerſio aquæ in ſanguinẽ, atq;
Exod.7. diuiſio maris rubri:qa vt infrà narrat,Deo iubente Moſes percuſſit fluuium,ſimiliter ma-
Exo.14. re rubrũ cum virga.[Abijt Moſes].i.completa alloqutione & apparitione præfata,diſpa-
rente'q; angelo,receſſit Moſes à monte Sinai.[& reuerſus eſt ad Iethro ſoceꝝ ſuum.] Forſi-
tan reduxit & oues ſecũ,aut ſub alioꝝ manu paſtoꝝ eas reliqt. Forte eñ habuit aliquos ſibi
ſubiectos paſtores in intermedijs locis. Nam montẽ Sinai ſolus acceſſiſſe cẽſetur.[dixit'q; ei:
Vadam & reuertar ad fratres].i.cognatos & ꝓximos[meos in Aegyptũ,vt videam ſi adhuc
viuant.]Nõ dubitauit Moſes, qn Aaron & cæteri ſibi propinq adhuc viuerent in Aegypto:
ſed(vt putatur)noluit ex humilitate ſocero ſuo reuelare,q̃liter dominus ei apparuit, ardu-
1.Re.10. am'q; legationẽ iniunxit:ſicut nec Saul,adhuc bonus & humilis, indicauit patruo ſuo* Cis,
quemadmodũ Samuel vnxit eum in regẽ:ideo Moſes excogitauit aliam cauſam ſui reditus
in Aegyptũ,q̃ tñ extitit vera,qa ad hoc quoq; illuc reuertebat,vt videret an viuerẽt.i.ſani & bñ
diſpoſiti eſſent.[Cui ait Iethro:Vade in pace]pectoris & tẽporis, vt mente trãquillus ſis,nec
ab extra turberis. Per q̃ verba dedit Iethro licentiã Moſi,vt pgeret in Aegyptum. Nam ſine
eius conſenſu ſaltem optato,atq; licentia ſaltẽ petita,noluit Moſes in Aegyptum reuerti,p̃-
ſertim cũ eſſet gener illius, voluit'q; vxorẽ & liberos ſecum deducere. Quòd ſi obijciatur, qa
Acto.5. obedire oportet Deo magis q̃ hoĩbus,ergo ſuſcepta iuſſione diuina, non debuit ab hoĩe li-
centiam poſtulare,p̃ſertim quia & Iacob patriarcha redijt à Meſopotamia ex iuſſione diui
Gene.31. na,nõ petita à Laban licentia:reſpondet,ꝙ iuſſio illa diuina non excluſit humilem poſtula-
tionem licentiæ ab hoĩe ſuperiore. Tamen ſi Iethro renuiſſet Moſen licentiare,non ob hoc
omiſiſſet diuini exequutionẽ mandati. Porro Iacob nõ petiuit à Laban licentiam,qa iam
vidit illũ eſſe auerſum à ſe,& timuit iniurias pati ab ipſo:Iethro aũt fuit vir magnæ pruden
tiæ,vnde & cõſenſit cito Moſi vt rediret,non ꝙ libẽter ſeparabat ab eo,aut ꝙ modice eũ di-
lexit,ſed qa poſtulatio Moſis rõnabilis fuit, nec voluit Iethro ꝓpria cõmoda p̃ferre vtilita
tibus honeſtis'q; cauſis Moſis gñi ſui. Deniq;, q̃uis Moſes iſtam hiſtoriã deſcripſit tã breui-
ter,eſt tñ ꝓbabile,ꝙ ipſe & Iethro latius cõtulerunt de iſta materia,tandem'q; Iethro loqu-
tus ſit,Vade in pace.[Dixit ergo dominus ad Moſen in Madian:] Cũ eñ Moſes faceret ad-
huc aliquantulam morã in terra Madian,loquutus eſt ei dñs verba ſequentia:[Vade]de ter-
ra hac,[& reuertere in Aegyptũ. Mortui ſunt eñ oẽs q quærebant aĩam tuã].i.q te niteban
tur occidere,ſ.Pharao,& cõſenſores ſeu cõplices eius.[Tulit ergo Moſes vxorem,& filios ſu-
os.]Quare hoc fecit,cum ſciret ſe nõ diu moraturꝝ in Aegypto?Dici poteſt ꝙ putauit ſe cũ
filijs Iſrael infra breue tẽpus terrã Chanaan ingreſſurꝝ ad habitandũ ibidẽ. Ideo duxit eos ſe-
cũ,& forte vxor ſua deſiderauit pgere ſecũ,vt moris eſt fœminarꝝ:ite'q; qm mariti & coniu-
gis,ac ſobolis eorundẽ,debet cõtubernium eſſe vnum.[& impoſuit eos ſup aſinum.]¶Circa
hoc refert Lyra:Dicunt Hebræi,ꝙ iſte eſt aſinus q portauit ligna quãdo Abrahã perrexit ad
Iſaac immolandũ,ꝙ'q; ſup eundẽ aſinũ eqtabit Meſſias in ſuo aduẽtu, iuxta illud Zachariæ:
Zach.9. Ecce rex tuus venit tibi,ſedẽs ſup aſinã &c. Sic'q; aſinus ille tã fortis, ſup ſe vehere potuit tm̃
onus,videlicet matrẽ cum filijs duobus. Sed aſſertio iſta tã fatua eſt, vt ſit reprobatione indi-
gna. Neq; enim naturaliter poterat aſinus ille viuere ita diu. Meſſias quoq; iam venit,nec vſus
eſt ad eqtandum aſino illo:nec aſinus Abrahæ portãdo ligna ꝓ combuſtione corporis Iſaac,
meruit,hoc agẽdo,talẽ ac tantam vitæ ꝓlongationem. Idcirco ſi aſinus Moſis ferre non po
tuit ſup ſe onus vxoris duoꝝ'q; filioꝝ:dicendum ꝙ ponit hic ſingulare pro plurali, intelli-
gendo noĩe aſini,aſinos.[reuerſus'q; eſt in Aegyptum,portans virgam Dei in manu ſua.Di-
xit'q; ei dominus] videlicet Moſi,[reuertenti in Aegyptum:Vide vt oĩa oſtẽta].i.opa mira
culoſa oſtẽtu digniſſima,[quæ poſui in manu tua].i. quæ per tuum miniſterium perpetrare
decreui,[facias coram Pharaone].i.coram eius p̃ſentia,vel euidẽter ita, vt ea pcipiat,immo
& ſentiat.[Ego indurabo].i.indurari pmittam[cor eius:]Dicitur enim Deus facere quod ſi
* eri ſinit,præſertim quando oppoſitum fieri nõ valet,nec res illa vitari poteſt,niſi Deo agen
te. Itaq; Deus eſt cauſa indurationis & obſtinationis, non directe influendo malitiam,aut
culpam cauſando, ſed indirecte & q̃ſi per accidens, inquantum iuſto iudicio gr̃am ſubtra-
hit aut nõ confert:quemadmodum ſol recedendo ab hemiſphærio noſtro,eſt cauſa frigoris
& corruptionis:& nauta p ſuã abſentiã,eſt cauſa periclitatiõis nauigãtium. Eteñ Dei ſolius
eſt,mentẽ vitioſam ad pœnitentiã emollire,cõuertere,& ſaluare. Iuxta hũc modum loquen
Pſal.43. di Pſalmiſta loqtur Deo: Declinaſti ſemitas nr̃as à via tua. Eſaias quoq; dicit de Deo:Quare
Eſaie 63. nos errare feciſti à vijs tuis,induraſti corda nr̃a,ne timeremus te?Sed & in Ezechiele dñs ꝓte
Ezec.14. ſtat:Propheta cũ errauerit,ego dominus decepi pphetã illũ. Per quẽ loquẽdi modũ innuitur,
ꝙ ſine ope & gr̃a Dei,nil boni habemus aut poſſumus.[& nõ dimittet populũ]per multas vi
ces.

ces. Tandẽ vero plagis,terroribus'q; deuictus, fecit populũ egredi feſtinãter.[Dices'q; ad eũ,]
ſ.Pharaonẽ:[Hæc dicit dñs Filius meus primogenitus,Iſrael.] Hic loqtur Deus de toto po-
pulo Hebræoꝝ,q̃ſi de hoĩe vno. vt ſit ſenſus, Iſraeliticus populus charior mihi eſt cæteris gẽ Exod.11.
tibus,& maiora beneficia ei impendo:quemadmodum parentes filios multos habentes,pri
mogenitum communiter plus amant & ditant. Sic in Hieremia dominus ait:Ephraim pri- Hier.31.
mogenitus meus. Porro in Gloſſa habetur:Filius meus primogenitus Iſrael,quia in patriar
chis primus electus eſt ad cultum vnius Dei:hoc eſt, idcirco populus Hebræoꝝ primogeni
tus meus eſt,q̃niam cæteris ad idololatriam declinantibus, patres eoꝝ primi vocati ſunt ad
cultũ vnius Dei. Ideo quoq; populus ille primogenitus Dei vocat, qa ex eo incarnat⁹ ac natus
eſt vnigenitus patris,primogenitus oĩs creaturæ, vt ad Romanos docet. [Dixi tibi].i. tibi ô Rom.8.
Pharao per Moſen iuſſi:[Dimitte filium meum].i.populũ Hebræoꝝ mihi inſtar filij charum
pmitte egredi de Aegypto,[vt ſeruiat mihi]ſeruitute latriæ,& ſacrificet in deſerto. [& nolu
iſti dimittere eum. Ecce ego interficiam filium tuum primogenitum.]Qualiter hoc ſit im-
pletum,infrà deſcribit. In vltima etenim plaga,primogenita Aegyptioꝝ ſunt occiſa,à pri-
mogenito Pharaonis &c. Porro vltima illa plaga fuit principalis & grauior cæteris,ideo tã-
q̃ pcipuam p̃nunciari eam Pharaoni dominus Deus iuſſit. Et q̃uis infrà non legatur in textu,
quando aut vbi Moſes dixerit hæc verba Pharaoni,tamen qa hic ſcribitur dominum iſtud
Moſi cõmiſiſſe,credendũ eſt ꝙ ita expleuit.[Cũ'q; eſſet in itinere in diuerſorio].i.in hoſpi-
tio ad quod diuertit,ad Aegyptũ pgendo. Vnde Septuaginta tranſtulerunt,& factũ eſt in via ad
refectionẽ.[occurrit ei dominus,& volebat occidere eum.]Secundũ Auguſtinũ,iſtud poteſt Auguſt.
exponi tam de Moſe,eo ꝙ vnum filioꝝ ſuoꝝ dimiſit incircuncifum contra p̃ceptum dñi in Gen.17.
Geneſi ſcriptum,vbi dicit:Infans octo dieꝝ circuncidet:q̃ de filio illo incircunciſo,vt p hoc
inſinuaret,q̃ diſtincte ſeruanda ſint Dei p̃cepta. Veruntñ ex circunſtãtia literæ videtur iſtud
de Moſe intelligendũ,non de eius filio, q ſecundum Auguſtinum tunc fuit infantulus: pro
pter quod non apparet,ꝙ puero illi nondum adulto Deus imputaſſet ad culpam perſonalem Auguſt.
pœna ſenſibili puniendam,ꝙ circunciſus non fuit. [Tulit ilico Sephora acutiſſimam petrã,
& circũcidit p̃putium filij ſui.]Per hæc verba innuit,ꝙ Sephora cognouit,cur angelus Moſi
in forma viſibili humana occurrens,voluerit eum occidere,quod vel ex reuelatione angeli,vel
ex Moſis informatione cognouit. idcirco,ne ſuus occideret maritus, circũcidit mox filium
ſuum. Vel,cũ eſſet gẽtilis,more gẽtilium putauit,angelum effuſione ſanguinis poſſe placa-
ri. Ex qbus putat,ꝙ fœmina illa gẽtilis voluit vnum filioꝝ ſuoꝝ tenere in ritu gentilitatis
ſuæ. Alteꝝ vero iuxta legẽ diuinã Moſes circuncidit. Fuit quoq; culpabilis,ꝙ cũ eſſet caput mu
lieris,pmiſit eã tenere in ſuo ritu vnum ex pueris illis.[tetigit'q; pedes eius].i.ſanguis de par
te corporis circunciſi emanans,cecidit ſuper pedes pueri circunciſi vel matris eius, aut etiã
Moſis,cui mater pueꝝ circunciſum forſitan p̃ſentauit ad intuẽdam læſionẽ infantuli. Vel,vt
aliq putant, qa ad pedes Moſis ꝓiecit abciſum filij ſui p̃putium,cui ſenſui videt cõſonare quod
ſubditur:[Et ait]Sephora:[Sponſus ſanguinum tu mihi es.]Q.d. An ideo te ſumpſi in ſpon-
ſum,aut idcirco videor te in ſponſum ſumpſiſſe,vt ꝓpter te & ritum tuum,aut ꝓpter libe-
rationem tuam de manu angeli comminantis,effunderem ſanguinẽ filij mei? Et ita Sepho-
ra ꝓtulit hæc q̃ſi indignans ſuo marito, qa multum condoluit puero circunciſo, atq;(vt in
Scholaſtica hiſtoria tangitur)reputauit ſcelus eſſe,ſic ꝓprij filij ſanguinem fundere. Sed mi Euſebi.
rum ſi indignabatur, aut illud eſſe pctm̃ arbitrabatur, cum angelum Dei viſibiliter coram
ſe cerneret. Hinc in Gloſſa inſinuatur:Sãguis tetigit pedes angeli,cui Sephora fortaſſis oſtẽ
dit pueꝝ circunciſum,vt placaretur. Deinde angelo q̃ſi blandiẽs, dixit:Sponſus ſanguinum
tu mihi es.i.ſicut Moſi carnaliter nupſi,ita nunc quodãmodo tibi effuſione ſanguinis filij mei.
[Et dimiſit eũ,poſtq̃ dixerat ei,Sponſus ſanguinũ tu mihi es,ob circunciſionem.]Totus hic Auguſt.
paſſus ſua breuitate valde obſcurus eſt,vt etiã aſſerit Auguſtinus. Vnde & clauſula iſta,iuxta
p̃habita multipliciter explanat. Magiſter nanq; in hiſtoria ſic exponit:Angelus dimiſit Mo
ſen. Vnde Hebræus habet:Relaxauit eũ angelus,quẽ(ſ. Moſen) angelus prius vſq; ad mortẽ
arctauit. In Gloſſa exponit ſic:Sephora irata & indignans ex cauſa p̃tacta,dimiſit Moſen,re- Exo.18.
diẽs ad Iethro ſuũ parẽtem cũ puero circunciſo. Quidã tñ dicunt, ꝙ dimiſit pueꝝ circunci
ſum:quod nõ videt,quoniam infrà fert,ꝙ Iethro venit ad Moſen in deſertũ,adducẽs ſecũ vxorẽ &
filios eius. Ideo magis apparet,ꝙ Sephora cũ ambob⁹ filijs ſuis & aſino ad ꝓpriũ redijt patrẽ:
quod etiã credit Moſi placuiſſe:immo,vt tetigit Auguſtinus,aliq putauerunt angelum ꝓpter Auguſt.
hoc Moſen terruiſſe,ne ad impedimẽtum miniſterij ſibi impoſiti, duceret ſecum vxorẽ at-
q; puerulos. Veruntñ R. Paulus obijcit præinductis,videlicet ꝙ vxor Moſis non dimiſit Mo Exo.18.
ſen,p̃ſertim q̃ſi indignans. nam infrà habetur præallegato loco, ꝙ Iethro tulit vxorẽ Moſis
quam remiſerat. Ex q̃ apparet ꝙ vxor non dimiſit Moſen,ſed econtra. Ad quod ex dictis patet
ſolutio. Siquidem potuit eſſe, ꝙ quanuis mulier ex cauſa præhabita fuit indignans, tamen
Moſes vir mitiſſimus eam placauit, reditũ'q; perſuaſit,ꝓpter quod eam ſcribitur remiſiſſe.

Euſebi⁹. ¶Circa hæc in Scholaſtica recitatur hiſtoria:Hinc aliqui dicunt morem circuncidendi pe-
trinis cultellis habuiſſe principium,vel à Ioſue in Galgalis. Tñ vbi nos habemus petrã, He-
Ioſu. 5. bræus habet aciem:& acutiſſimam aciem,vocat nouaculam. Vnde & Iudæi nouaculis circũ-
cidũt.Fabulant̃ tñ qdam Hebræi,vſq; ad Dauid circuncisionẽ factam cũ petra:ſed qa in deij
1. Re. 17. ciendo Goliam,ferrũ loricæ & galeæ ceſſit lapidi iacto, q̃ſi dans ei locũ, deinceps lapis ceſſit
ferro in circunciſione.Hæc ibi.Lyra quoq; teſtatur, ꝓ acutiſſima petra, apud Hebræos dicĩ
*Dixit aciem ſiue nouaculã.[*Dixit aũt dñs ad Aaron]Probabile eſt, ꝙ per angelũ ſenſibiliter ap-
q; dñs parentẽ locutus ſit iſta Deus ad Aaron in Aegypto & forte idẽ angelus q apparuit Moſi,eius
q̊q; fratri apparuit,vel ꝑ inſpirationẽ & viſionẽ in ſomno locutus eſt dñs iſta ad Aaron.Hinc
1.Reg. 2. 1.Regũ ait dñs Heli de Aaron deſcendẽti:Nunqd nõ aperte reuelatus ſum domui patris tui,
cũ eſſet in Aegypto?[Vade in occurſum Moſi in deſertũ.Qui perrexit ei obuiã in montem
Dei]Perrexit eñ tam diu,donec reperit Moſen, inuenit'q; eũ in mõte Sinai. [& oſculatus eſt
eum &c. Venerũt'q; ſimul,& cõgregauerunt cũctos ſeniores filioꝝ Iſrael.]Quos primo col-
legerunt tanq̃ prudentiores,q̃tenus eis rõnabiliter informatis atq; credentibus,cæteri Iſrae-
litæ facilius crederẽt ac parerent. [Locutus'q; eſt Aaron oĩa verba q̃ dixerat dñs ad Moſen:
& fecit ſigna corã populo.]Ex his videt̃,ꝙ Moſes ꝑ ſeipſum expoſuit ſenioribus ſuã legati-
onẽ:qbus credentibus,cõuocauerunt Moſes & Aaron & ſeniores plebem cõmunem totam,
vel potius ꝓ magna parte:qbus collectis, expoſuit ipſe Aaron, tanq̃ magis tubalis in voce
& eloquens,vniuerſa quæ Deus præcepit Moſi dicere illis. ¶Porro,q̃d dictum eſt, Et fecit ſi
gna coram populo,melius intelligitur de Moſe q̃ de Aaron. Moſes etenim non per Aaron,
ſed ꝑ ſe,Deo agente,exhibuit ſigna hæc:Aaron vero ea non fecit,niſi aliq̃ modo diſpoſitiue,
& excitans Moſen ad ſigna agenda. Signa autẽ q̃ fecit,fuerunt conuerſio virgæ in colubrũ,
atq; cõuerſio colubri in virgam: infectio'q; manus Moſis per lepram, & eiuſdem curatio.Se
Exod. 3. niores demum crediderunt Moſi,ante oſtenſionem ſignorum iſtoꝝ, vt in expoſitione tertij
Ioſep.li. capituli patuit,& aliqui tenent. Ioſephus tamen ſenſit,ꝙ non crediderunt Moſi, niſi ſignis
2.an. Iu. ab eo coram ipſis peractis. Vulgus vero credidit viſis ſignis. Ideo ſubditur: Et credidit po-
cap. 13. pulus. Audierunt'q;] tam illi qui ibi fuerunt, q̃ cæteri Hebræi hincinde diſperſi, [ꝙ viſitaſſet
dominus filios Iſrael]vtpote eos. Nam loquitur hæc ſcriptura de eiſdem, quaſi de alijs. Viſi-
tauit autem dominus eos,mittendo Moſen ad liberationem eoꝝ, & faciendo ſigna præfata
in teſtimonium veritatis.[& ꝙ reſpexiſſet afflictionem illorum,& proni adorauerunt.]hoc
eſt,proſtrati gratias Deo egerunt,exorantes eundem, vt ſua promiſſa impleret in eis.

¶ Spiritualis explanatio eiuſdem capituli quarti. Arti. VIII.

PEr hoc q̊d dixit Moſes ad dñm,Non credent mihi,ſed dicent,Non apparuit tibi dñs:ꝑfi
guratum eſt,ꝙ gentilitas non credidit euangelicæ prædicationi, niſi ꝑ ſigna,miracula,
portenta'q; maxima. Porro per hoc,ꝙ Moſes virgã ſuam,Deo iubente, ꝓiecit in terrã,
& in colubrum eſt conuerſa:ſignatur,ꝙ Chriſtus ſuam iudiciariam poteſtatem humiliauit
vſq; ad infima,intm̃,ꝙ ipſe omnium iudex ac dominus, dignatus eſt ab hoĩbus impijs,tanq̃
à colubris,iudicari ac condemnari. Sed virga hæc ad priſtinam redijt ſuæ celſitudinis ſpeci-
Matt. 28. em,quando poſt paſſionẽ ſuam glorificatus eſt Chriſtus,ita ꝙ dixit,Data eſt mihi oĩs po-
teſtas in cælo & in terra:quod per appræhẽſionem caudæ ſerpentis eſt præmonſtratum. Hinc
Acto. 2. in Actibus princeps ait Apoſtolorum:Præcepit nobis Deus teſtificari,quia Chriſtus conſti-
Acto. 10. tutus eſt iudex viuorum & mortuorum. ¶Per fugam demũ Moſis à facie colubri, intelligi
Matt. 28 Mar. 14. poteſt fuga Apoſtoloꝝ,quãdo captus & appræhenſus eſt Ieſus vt iudicaretur. ¶Inſup ꝑ ma
num Moſis factam leproſam,cum miſſa fuiſſet in ſinum ipſius,ſignificatũ eſt, ꝙ Chriſti hu-
Eſaiæ 53. manitas tẽpore paſſionis inſtar leproſi apparuit,iuxta q̊d ab Eſaia fuit prædictum:Reputa-
uimus eum q̃ſi leproſum,& ꝑcuſſum à Deo, & humiliatũ. Moſes qppe figura eſt Chr̃i. Sic'q;
manus Moſis humanam Chriſti deſignat naturam,quę fuit quaſi manus & inſtrumentũ ſuæ
diuinitatis. ¶Per miſſionem vero manus Moſis in ſinum ipſius,exprimit̃ myſterium huma
nitatis,q̊ factum eſt,vt ꝑ paſſionis acerbitatẽ & ignominiam videretur q̃ſi lepra perfuſa. Per
hoc aũt ꝙ Moſes manum ſuam retraxit,& retractam reperit ſanam:notat̃, ꝙ Chriſto reſur-
gente à mortuis, quando corpus ſuum à ſepulchro, animam'q; à limbo retraxit, humanitas
eius ad priſtinam,immo ad multo maiorẽ redijt venuſtatẽ,ſecundũ q̊d ipſe paſſione inſtan-
Ioan. 17. te orauit:Et nunc clarifica me tu pater apud temetipſum. Et:Pater,clarifica filiũ tuũ. ¶Am
Ibidem. plius per aquã,populi deſignant̃:per cõuerſionem aquæ in ſanguinẽ, cõuerſio infideliũ ad fi
dem incarnationis paſſionis'q; Chr̃i,ita ꝙ quicquid Moſes hauſit de fluuio,in ſanguinẽ ver
tebat̃:hoc eſt,quicquid ſaluator de populo tumultuantium ſecularium hominum elegit, &
ſibi aſſumpſit,ad fidẽ crucis & ſanguinis eius extat cõuerſum. ¶Per ineloquentiam Moſis,ac
cipi poteſt ſimplicitas ſtyli euãgelicæ legis. Eos aũt q infacundi ſunt,& ſpũaliter muti,ſurdi
ac cæci Chr̃s per gratiam ſpũs ſancti facit facundos ad eloquendum verba Dei,atq; paratos
ad audiendum,qcquid pertinet ad ſalutem. Sed & viſum eorum internum clarificat ad con-
tem-

templãdum. ¶Per Aaron vero facundũ,ſignat̃ chorus ap̃loꝝ,quẽ ſpũſſanctus eloquẽtiſſimũ
fecit,& eundẽ Chr̃o in adiutoriũ ꝑdicationis cõceſſit. Qui chorus Ap̃loꝝ occurrit Chr̃o in
monte,hoc eſt,in ſublimitate virtutũ,& in exordio primitiuæ eccleſiæ. Poſuit'q; Chr̃s verba
Dei in ore ipſoꝝ,q ex parte Chriſti prædicauerũt primo Iudæis,deinde gentilib⁹, atq; ꝑ ſi-
gna eis collata,conuerterũt ex vtriſq; millia multa. Quẽadmodũ etiã Moſes redijt ad Iethro
ſuũ cognatũ,anteq̃ deſcẽdit ĩ Aegyptũ,ſic Chr̃s anteq̃ ꝑ ap̃los ꝑdicauit euãgeliũ ſuũ gẽtilib⁹,
ꝑdicauit illud ꝑ ſeipſum Iudæis, ſuis ſecundũ carnẽ cognatis. Cũ'q; gẽtiles cognouiſſent ſe vi
ſitari à Deo ꝑ eius ap̃los,gauiſi ſunt valde,& ꝓni adorauerũt, ſicut in Actib⁹ ap̃loꝝ copioſe
docetur. Poſtremo,q̃d per Sephorã Moſis coniugem,eius'q; filios deſignet̃,ꝑhabitum eſt.

¶Elucidatio lr̃alis cap. V. Poſt hæc ingreſſi ſunt Moſes & Aron &c. Art. IX.

NVnc deſcribit̃,qualiter Moſes execut⁹ ſit legationẽ ſibi cõmiſſam quãtũ ad regẽ Aegy
pti.[Poſt hęc ingreſſi ſunt Moſes & Aaron]palatiũ regis,[& dixerũt Pharaoni:]Aaron
aũt fuit dux verbi,& Moſes introiuit vt principalis. Porro ſuprà dñs dixit ad Moſen:
Ingredieris tu & ſeniores Iſrael ad regẽ Aegypti:idcirco credendũ videt̃,ꝙ hac vice ſeniores Exod. 3.
Iſrael intrauerũt cũ Moſe & Aaron ad Pharaonẽ,nec ex humano timore hoc dimiſerunt,vt
dicũt Iudæi. Moſes tñ & Aaron,tanq̃ principales præ illis,nũc exprimunt̃. Et dixerũt Pharao
ni:[Hæc dicit dñs Deus Iſrael:Dimitte pp̃lm meũ,vt ſacrificet mihi in deſerto. At ille reſpõ
dit: Quis eſt dñs,vt audiã vocem eius,& dimittã Iſrael?].i.qualis aut quãtæ authoritatis eſt
dñs Deus veſter,de quo mihi loquimini,vt ei obediã? Q.dicat:Nõ eſt tãtæ authoritatis,ideo
ſubiungit̃:[Neſcio dñm,& Iſrael].i.Iſraeliticũ populũ [non dimittã.] ¶Circa hoc quęritur,
qualiter Pharao dicere potuit,Neſcio dñm, cum Deũ eſſe,naturaliter ſit inſertũ mẽti huma Damaſce
næ,ſecũdum Damaſcenũ primo libro:immo ſecũdum Anſelmũ in monologio,Deũ eſſe,eſt nus.
per ſe notũ. Ad hoc qdam reſpõdent,ꝙ quãuis Deum eſſe ſit per ſe notũ,inquãtum mens hu Anſelm⁹
na Deum eſſe cogitat id,q̊d æſtimat in entibus maximũ,vel ſub ratione ſummi boni,tñ ſub
hac determinatiõe,ꝙ fuerit Deus populi Iſrael ꝑ fidem & cultum,nõ eſt ꝑ ſe notum. Vnde &
alij dicunt,ꝙ q̃uis ꝑ ſe notum,vel ſaltẽ demõſtrabile ſit,Deum eſſe,non tñ ꝙ ſit oĩm rector,
prouiſor ac iudex,ſecũdum q̊d fides docet. ¶Sed cõtra ſolutionem hãc obijci poteſt,ꝙ vtiq;
Pharao & populus eius ſciuerunt Hebræos colere Deum ſpecialẽ,quẽ ipſi nõ coluerunt,atq;
habere circũciſionẽ & ſpecialẽ ritũ colendi,ſic'q; aliquo modo cognouerunt dñm Hebręoꝝ.
Ad iſtud arbitror rñdendum, ꝙ Pharao dixit hæc verba ex mera & cruda ſuperbia, & tanq̃
ſummi Dei ꝓuidentiã negãs,vt ſit ſenſus:Neſcio dñm.i.nõ curo de eo, nec eius dominiũ re-
cognoſco. Sic qppe & Ezechiel loqt̃ur Pharaoni tẽporis ſui:Audi Pharao draco magne,qui Ezec. 29.
dicis: Meus eſt fluuius, & ego feci meipſum. Deniq; in qbuſdã ratio tã denſiſſime excæcat̃,ꝙ
naturalis notitia exiſtẽdi Deum,aufert̃ à corde ipſoꝝ,iuxta q̊d ſcriptum eſt:Dixit inſipiens Pſal. 13.
in corde ſuo,Non eſt Deus. Et in Iudith libro Holofernes ait ad Achior:Oſtendã tibi ꝙ non & 52.
ſit deus,niſi Nabuchodonoſor. Auguſt. quoq; libro de ciui. Dei,refert de quodã philoſopho, Iudit. 6.
qui contendebat nõ eſſe Deum.[Dixerunt'q;] Moſes & Aaron:[Deus Hebręoꝝ] q ratione & Auguſt.
iure creationis,& vniuerſalis gubernatiõis atq; ꝓuiſionis,eſt Deus vniuerſoꝝ: tunc vero ex-
titit ſpeciali modo Deus Hebræoꝝ, vtpote Iudæoꝝ ex Heber oriundoꝝ. [vocauit nos] per
inſpirationẽ internã,& per Moſis huius denunciationẽ,per angelũ quoq; q locutus eſt Mo-
ſi,[vt eamus viam trium dieꝝ in ſolitudinẽ,& ſacrificemus dño Deo noſtro,ne forte accidat
nobis peſtis aut gladius].i.interfectio peſtilentialis,aut perſecutio hoſtium, ſi inobedientes
Deo fuerimus in iſto ꝑcepto. Sed videt̃ iſtud fuiſſe confictum mendacium. Deus eñ in veri-
tate pręcepit,vt egrederent̃ Aegyptum ad habitãdum in terra Chanaan,quatenus ibi ſerui-
rent ſibi,non vt immolarent ei in eremo expleto trium dieꝝ itinere,vt peſtẽ gladiumve eua
derent. Neq; poſt iter trium dieꝝ ſacrificauerunt dño in deſerto. ¶Ad iſtud in Scholaſtica Euſebi⁹.
hiſtoria breuiter reſpondet̃:In his verbis nec duplicitas, nec contrarietas fuit. Eo enim for-
ſitan ordine, & ea via qua dictum eſt,populus ille fuiſſet eductus, ſi à Pharaone fuiſſet ſta-
tim dimiſſus. Fundatur q̊q; reſpõſio iſta in verbis Auguſtini,dicentis:Quærit̃,quo modo po Auguſt.
pulo dicatur,ꝙ mãdauit dñs eiectuꝝ ſe eos de Aegypto in terrã Chanaan:Pharaoni aũt di
citur,ꝙ trium dieꝝ itinere exire vellent in deſertum immolare Deo ex eius mãdato. Sed in-
telligendum eſt,q̃uis Deus ſciret q̃d eſſet facturus, qm̃ præſciebat non conſenſuꝝ Pharaonẽ
ad populum dimittendum,illud primo dictum eſſe à Deo q̊d fieret primo,ſi ille dimitteret
populum:vt eñ ſic fierent oĩa,ſicut ſequens ſcriptura teſtatur,Pharaonis & ſeruoꝝ eius con
tumacia meruit. ¶Ad aliud quoque,quod tactum eſt,Strabus reſpondet:Tertia manſione Strabus
poſtquam Hebræi tranſierunt mare rubrum,venerunt Ethan, q locus etiam dictus eſt Ma-
ra, propter aquas amaras q̃ fuerunt ibidem:qbus dulcoratis,ſacrificiũ laudis ſoluerũt. Vel
iter trium dieꝝ.i.trium menſiũ. Tertio eteñ menſe venerunt in montẽ Sinai,vbi legẽ acce-
perunt,tabernaculũ erexerunt, & ſacrificauerunt. Quemadmodũ eteñ dies interdũ pro an-
no accipitur,iuxta illud in Ezechiele,Diem pro anno dedi tibi,ita ſumitur nunc pro menſe. Ezech. 4.

dd 4 Ve-

Veruntñ iſtud ſuperius aliter ſolutũ eſt. Quãuis enĩ Deus ab exordio legatiõis Moſis inten-
derit populũ illũ de Aegypto in terrã promiſſiõis deducere, prima tñ fronte non inſinuauit
hoc Pharaoni, ne Pharao videret aliquã iuſtã habere pſuaſionẽ ad nõ cõſentiendũ pręcepto
Dei, petitioniq; Moſis, ſed primo ꝓpoſuit aliqd parui, ꝗd tamẽ extitit verum, nec excluſit
maiora. [Ait ad eos rex Aegypti: Quare] o [Moſes & Aaron ſolicitatis populum ab opibus
ſuis?] i. cur veſtra pſuaſione inducitis populũ Hebræoꝝ ad ceſſandũ ab opibus, eis à me in-
Ioſe. li. 2 ant. iud. cap. 13. iunctis? Refert Ioſephus ꝙ Moſes cõmemorauit tunc Pharaoni, quanta fecit Aegyptijs op-
preſſis ab Aethiopibus, & pericula ac labores ꝗs pro Aegyptijs tolerauit, & ꝗ vidit in monte
Sinai, ei narrauit. Quẽ rex deridẽs, ſeruũ ſuũ fugitiuũ, vocauit eũ, & pro ſeditiõe excitãda di
xit eum rediſſe. [Ite ad onera vr̃a.] hoc eſt, ad exercendũ labores ꝗs Hebræis indixi. ¶Circa
hoc aliq dicũt, ꝙ Pharao iniunxit Moſi & Aaron ac ſenioribus cæteris, laborare cũ cæteris
reliqs Hebræis. Sed inferiores tãto plus laborauerũt, vt ſeniores ſuperiores, eſſent ſupporta-
ti. [Dixitq; Pharao] ſatellitibus & cõſiliarijs ſuis: [Multus eſt ppl'us terræ]. i. Hebræi in terra
Geſſen morãtes, multiplicati ſunt valde. [Videtis ꝙ turba ſuccreuerit]. i. multitudo eoꝝ au
cta ſit nimis, nõ ſolũ in fœminis, ſed itẽ in viris. Ex quo elicit, ꝙ præceptũ regis de Hebręoꝝ
infantulis ſubmergẽdis, non diu durauit: ſed ob ſuã exceſſiuã & inhumanã crudelitatẽ, reuo
catũ fuit à rege de ſuoꝝ cõſilio, immo potius Deo ſic ordinãte: aliàs viri inter Hebræos pe-
ne iam defeciſſent. [quãto magis] augebunt, [ſi dederitis] vos exactores opeꝝ [eis requiẽ ab
opibus?] Quia tũc magis vacarẽt carnalitati atq; amplexibus. Tamẽ (vt dictũ eſt ſuprà) af-
flictio opeꝝ non impediuit multiplicationẽ eoꝝ. [Pręcepit ergo] Pharao [in die illo præ-
fectis opeꝝ] qui p̃fecti erãt Hebræi, vt habitũ eſt. [& exactorib' populi,] q erãt Aegyptij, &
pręfectis p̃fatis exigebãt impletionẽ iniũcti laboris cõmiſſi Hebræis, [dicẽs: Nequaꝗ vltrà da
bitis paleas populo] ꝗ paleæ miſcebant cũ luto, [ad conficiẽdos lateres, ſicut prius:] vt ex eis
fierẽt lateres fortiores, ꝗbus ad ędificãdum vtebant pro ſaxis Aegyptij, qa (ſecundũ gloſſam)
Euſebi'. ibi lapides nõ abundãt. In Scholaſtica vero hiſtoria dr̃, ꝑ penuria lignoꝝ in Aegypto late-
res coquebant, [ſed ipſi] Hebræi [vadãt] hincinde ꝑ cãpos, [& colligãt ſtipulas.] Quas pau-
loante vocauit paleas, vocat nũc ſtipulas: idcirco ꝑ paleas intelligit om̃e ꝗd remanet, bladis
excuſſis. [& menſurã lateꝝ quã prius faciebãt]. i. anteꝗ ſ. Moſes venit ad me, [imponetis ſup
eos]. i. p̃cipietis vt iã de cętero faciãt om̃i die tot lateres, ꝗt fecerũt, qñ paleæ eis dabant. [nec
minuetis qcꝗ. Vacãt enĩ]. i. nõ ſatis dure grauant opibus, [& idcirco vociferant, dicẽtes: Ea-
mus & ſacrificem' Deo nr̃o. Opprimant opibus & expleãt ea, vt nõ acqeſcãt verbis mẽdaci-
bus &c.]. i. verbis ꝗ Moſes finxit, dicẽs ſe miſſum à Deo. Hoc Pharao ſuſpicabat. [Diſpſusq;
* in eſt ppl's] Hebræoꝝ [*ꝑ vniuerſam terrã Aegypti ad colligẽdũ paleas.] Mgr̃ in hiſtorijs dicit:
Opprimebant Hebræi nocte paleas colligẽdo, & de die lateres faciẽdo. Et ꝑ noctẽ intelligit
forte, ꝙ valde tarde de ſero, & valde mane paleas collegerũt. [Præfecti ꝗq;]. i. magiſtri [opeꝝ
inſtabãt]. i. inſtãter & importune admonuerũt Hebræos, [dicẽtes: Cõplete op' vr̃m ꝗtidie, vt
facere ſolebatis prius qñ dabant vobis paleæ. Flagellatiq; ſunt q p̃erãt opibus filioꝝ Iſrael,]
puta p̃fati p̃fecti Hebræi, [ab exactoribus Pharaonis, dicẽtibus: Quare nõ impletis mẽſuram
lateꝝ, ſicut prius, nec heri, nec hodie?]. i. cur non facitis, ab Hebræis ꝗbus p̃eſtis, ꝗtidie fieri
tot lateres, ꝗt fecerũt, qñ paleæ eis dabãtur? [Venerũtq; p̃poſiti filioꝝ Iſrael]. i. p̃fecti iã dicti,
[& vociferati ſunt ad Pharaonẽ, dicẽtes: Cur ita agis cõtra ſeruos tuos?]. i. cur tã dure nos op
primis, & impoſſibilia p̃cipis? [En famuli tui flagellis cędimur ab exactoribus] tuis, [& iniu
ſte agitur cõtra populũ tuum]. i. Hebræos tibi ſubiectos. [videbãtq; p̃poſiti filioꝝ Iſrael, ſe in
malum]. i. in anguſtia magna viderũt ſe poſitos, & cũ graui mœrore ſe inuicẽ adſpexerunt,
[eo ꝙ diceretur eis] à Pharaone, [Nõ minuet quicꝗ de lateribus ꝑ ſingulos dies]. i. nõ relaxa
bo p̃ceptum meũ de grauitate opeꝝ vobis iniunctoꝝ. [Occurrerũtq; Moſi & Aaron, q adſta
bãt ex aduerſo, egrediẽtes à Pharaone]. i. p̃fecti opeꝝ egrediẽtes à rege, occurrerunt Moſi &
Aaron ſtãtibus ex aduerſo, ſeu in aliꝗ intermedio loco p̃ſtolãtes ibidẽ reditũ p̃fectoꝝ, vt ſci-
rẽt Pharaonis reſpõſum. [& dixerũt p̃fecti ad eos: Videat dñs & iudicet]. i. per debitã vltionẽ
oñdat ſe videre ꝗ male feciſtis nobis. [qm̃ fœtere feciſtis odorẽ nr̃m corã Pharaone]. i. aſper-
nabiles & odioſos feciſtis nos regi, ita ꝙ noſtrã ferre nõ valet p̃ſentiã, ſicut ægre fert p̃ſentia
ei', q fœtẽtẽ habet odorẽ. [& p̃buiſtis ei gladiũ vt occideret nos]. i. ꝑ verba vr̃a inflãmaſtis eũ
aduerſus nos, ita ꝙ vſq; ad mortẽ nos opprimit. ita dixerunt p̃fecti ex ĩpatiẽtia & infidelita-
te. Nã & verbis Moſis ꝗbus pauloañ crediderunt, iam diſcredebãt, eo ꝙ nõ viderunt ſe cele-
riter liberatos, ſed dire præ ſolito preſſos. [Reuerſusq; Moſes ad dñm,] Quo redijt ad incir-
cũſcriptibilẽ Deũ vbiq; p̃ſentẽ, niſi forſitã intra ſe, ad habitantẽ in corde ſuo, vel ad ſecretum
aliquẽ locũ oratiõis? Itaq; reuerſus. i. mẽte ſe conuertẽs ad dñm, [ait: Dñe, cur afflixiſti]. i. ab
Aegyptijs ſic affligi & cõtriſtari permiſiſti [populũ iſtũ] Hebræum? [Quare miſiſti me? &c.]
Q. d. Admiror de iſto, & ꝗbuſdã videt ꝙ inaniter, immo & nociue aduenerim. Secundũ Au-
guſtinum, iſta nõ ſunt verba cõtumaciæ aut indignatiõis, ſed inqſitiõis & occultæ oratiõis.
¶De

¶De myſtico eiuſdem capituli quinti intellectu. Art. X.

MOſes & Aaron ſenioresq; Iſrael, deſignant vniuerſos Chr̃i vicarios, doctores & p̃latos
eccleſiæ, q verbo & opere inſtruunt plebẽ. Hi Chr̃o iubẽte dicunt Pharaoni, hoc eſt,
diabolo, cuilibetq; tyrãno, aut hæreſiarchæ, vel ſeductori, vt populũ Chr̃i dimittat. i.
peruertere & à ſua ſalute impedire deſiſtat. Hoc, inquã, dicunt Pharaoni, cõtra vitia p̃dicã-
do, impios increpãdo, ſeductoribus reſiſtendo, atq; ꝗ vile ac miſeꝝ ſit diabolo miniſtrare, &
iugo vitioꝝ ſubijci declarãdo, quatenus populus Chr̃ianus ſacrificet Deo in deſerto. i. altiſ-
ſimo offerat ſemetipſum, ſacrificiũ quoq; laudis, eleemoſynas, decimas, oblatiões, hoſtiãq;
altaris in vera deuotiõe, ꝑ receſſum mẽtis ab om̃i ſeculari tumultu, & carnali affectu, quate-
nus in ſolitudine. i. mẽtis abſtractiõe & vacatione, qua ſoli intendit creatori, ſacrificet obſe-
quaturq; Deo. ¶Præterea ad præfatã vicarioꝝ Chr̃i admonitionẽ, reſpõdent deſignati per
Pharaonẽ: [Quis eſt dñs, vt audiã vocẽ eius &c. Neſcio dñm, & Iſrael nõ dimittã.] Tales equi-
dem etſi verbis dicãt ſe recognoſcerꝫ Deũ, attñ factis negãt & quãuis eum agnoſcãt informi
notitia, nõ tñ cognitiõe formata & affectiua, approbatiuaq; boni, idcirco nec Deo obediũt,
nec alioꝝ ceſſant impedire ſalutẽ, & ea quæ fidei ſanctæ cõtrariant, docere ac operari præſu-
munt. Om̃es ꝗq; ſupbi ac impij, propriã voluntatẽ præferẽdo, immo & ſupponẽdo volunta
ti diuinæ, ipſo facto eſſant, Neſcio dñm: quia Deũ creatorẽ ſuũ nõ recognoſcunt ꝑ verã ſub-
iectionẽ, ſed illud Iob dicũt effectu: Quis eſt om̃ipotens, vt ſeruias illi? De ꝗbus ait ſcriptura: Iob 21.
Ipſi fuerũt rebelles lumini. Veruntñ hæc ipſa eoꝝ cruda elatio, improba ꝗq; rebellio, nõ ce-
dent eis in bonũ, ſed velint nolint, tandẽ ſaltẽ per tormẽta coacti, dñm recognoſcẽt, quẽad- Iob 24.
modum per Hieremiam & Ezechielem Deus de talibus ſæpiſſime dixit: Et ſcietis quia ego Hier. 24.
dñs. Et Pſalmiſta: Imple, inqt, facies eoꝝ ignominia: & * cognoſcãt qa nomẽ tibi dñs. Sic & Ezec. 6, 11, 22, 35. & 39.
Pharao qui nunc ait, Neſcio dñm, poſtea flagellis attritus, locutus eſt: Orate dñm pro me.
¶Pręterea, etſi deſignati ꝑ Pharaonẽ, renuãt plebẽ Chriſtianã dimittere ad viuendũ & ſacri- Pſal. 82.
ficandũ catholice, nihilo minus egredi debet plebs Chr̃i ab illoꝝ iugo atq; obſequio. Nec
enĩ valẽt quempiã detinere inuitũ: ſed vnuſqſq; libere ſe poteſt ad ſuũ conuertere ſaluatorẽ.
Sic ergo, vt tactum eſt, ſacrificemus Deo, ei ſoli vacando, ne accidat nobis peſtis aut gladi-
us, hoc eſt, ne aliquem ſcãdalizemus, aut ſcãdalizemur ab aliquo, & ne ſpiritualiter iugule-
mur ab hoſte antiꝗ. Quid aũt deſignet per iter triũ dierũ, expreſſum eſt. Ait ad eos rex Aegy
pti: Quare ſolicitatis populũ ab opibus ſuis? Sic vnuſqſq; animaꝝ ſeductor tã inuiſibilis, ꝗ
viſibilis hoſtis, reſpõdet Chr̃i vicarijs, qm̃ ægerrime fert, ꝙ aliqs nitit ei ſubiectos à priſtinis
reuocare opibus & à ſeruitute peccati, & ſubdere obſequio Chr̃i, ideo pręcipit ſibi ſubiectis:
[Ite ad onera veſtra] hoc eſt, priſtina, quæ vobis ſuggeſſi, vitia exercete. In ꝗbus eſt frequen-
ter labor grauis & miſer. Propter ꝗd impij in libro Sapiẽtię fatent: Laſſati ſumus in via ini- Sapiæ 5.
quitatis & ꝑditionis, & ambulauimus vias difficiles. ¶Deniq; ſicut Pharao tunc grauius af-
flixit filios Iſrael, qñ volebant egredi terram eius, ac Deo ſacrificare in eremo: ſic diabolus &
adiutores ipſius, tunc acrius tentat fideles, quãdo ſuam volunt corrigere vitã, & Deo offerre
ſeipſos, immo toto conatu ſatagit eos tunc grauare aduerſis, vt tædio fracti, à ſalubri reſipi-
ſcant propoſito, quemadmodũ de quibuſdã inſtabilibus ac puſillis loquit Chriſtus, quia ad Lucæ 8.
tempus credũt, & in tẽpore tentatiõis recedunt. ¶Inſup quemadmodũ exactores Pharao-
nis flagellauerũt præfectos Hebræoꝝ, qa Hebræi nõ impleuerũt opus à Pharaone iniũctum:
ſic dæmones principis tenebraꝝ ſatellites, grauius ſæpe impugnant atq; affligunt deuotos
Chr̃i vicarios, q ſubditos ſuos à diaboli retrahũt ſeruitute, intm̃ ꝙ tales vicarij qñq; tẽtatio-
ni ſuccũbunt, & in vitia corruũt carnis, incipiũtq; Pharaoni ſeruire, & ab impugnationũ ſua
rum cupiũt releuari moleſtia. Tũc quoq; quodãmodo indignant his, à ꝗbus ad viam virtu-
tum erãt inducti, inquãtum fuerũt eis ruinæ grauioris occaſio: feruntq; ægre ꝙ execrabiles
facti ſunt amatoribus & magnatibus ſeculi huius, ita ꝙ eoꝝ odor illis fœtere videt. Tũc ma-
iores & ꝑfectiores viri à ꝗbus erãt cõuerſi, clamãt ad dñm, & ei' implorãt auxiliũ, vt ſuę ſub-
ueniat plebi, & ſeductis ac victis auxiliari dignet. ¶Poſtremo, ꝑ hoc ꝙ Moſes Aaronq; tam
patiẽter tulerũt iniuſtã inuectionẽ, repręhẽſionẽq; Hebræoꝝ, ipſis dicentiũ, Videat dñs & iu-
dicet, immo & ꝓ ſuis reprẽhẽſoribus ingratiſq; ſubditis orauerũt: ſic p̃lati interdũ parcere,
& diſciplinã ſuſpẽdere debẽt à ſubditis ſuis reis, dum eos cõſpiciũt aliũde dire afflictos, tẽta
tos, ac paſſionatos, ne calamũ quaſſatũ aut fumigãs linũ penit' cõterãt & extinguãt, niſi for- Eſaię 42.
te ex tali pietate & dilatiõe periclitet bonũ cõe, aut fidei veritas patiat iacturã. Tũc qppe ꝑ di
ſciplinę rigorẽ cõpeſcere debẽt ꝑuerſos. Itaq; egrediamur Aegyptũ. i. vitioꝝ caliginẽ & inqe
tudinẽ ſeculariũ negocioꝝ, relinquamus mũdũ anĩo & affectu, ſicut hortat S. Ioannes apl's: 1. Ioan. 2.
Nolite diligere mũdũ, neq; ea ꝗ in mũdo ſunt. Nec impatiẽter feramus, ſi odit nos mũdus, ſi
mundanis ac paſſionatis diſplicemus hoĩbus, qm̃ Deus diſſipauit oſſa eoꝝ q hoĩbus placent: Pſal. 12.
cõfuſi ſunt, qm̃ Deus ſpreuit eos. Quid horribili' dici poteſt? Idcirco ait & Paul': An q̃ro ho Gala. 1.
minib' placere? Si adhuc hoĩbus placerẽ, Chr̃i ſeruus non eſſem. Hinc ait ſaluator diſcipulis:
Si

Si mũdus vos odit,ſcitote q̃m me priorẽ vobis odio habuit.Verũtñ quantũ in nobis eſt,ſtu
Ioan.15. deamus vniuerſis in Deo placere,exẽpla virtutũ præbere,nemini vllam dare offenſionem.

¶Expoſitio literalis cap.VI.Dixit dñs ad Moſen &c. Art. XI.

MOdo deſcribit qualiter Deus Moſen vehementer afflictũ confortauit & conſolatus
eſt,dicens: [Nunc videbis quæ facturus ſum Pharaoni.] hoc eſt, quibus plagis eum
& terrã ac populum eius percutiã. [Per manũ em̃ fortem dimittet eos:] hoc eſt,me-
diantibus magnis prodigijs ꝑmittet exire Hebræos,[& in manu robuſta].i.per plagas ei po
tenter infligendas,[eijciet illos].i.velociter exire cõpellet [de terra ſua.] Percuſſis nanq; pri
mogenitis Aegyptioꝝ ita fuerunt ꝑterriti,ꝙ dixerunt: Om̃es moriemur. ideo non permi-
ſerũt Hebręos aliquã facere morã in terra Aegypti,vt infrà deſcribit.[Locutusq; eſt dñs ad
Moſen,dicens: Ego dñs qui apparui Abrahã, Iſaac & Iacob in Deo omnipotente:] hoc eſt,
Gene.17. qui eis apparendo,oſtendi eiſdem me eſſe Deum omnipotentẽ. Vnde in Geneſi legitur:Di-
Gen.27. xit dñs ad Abrahã:Ego ſum dñs Deus om̃ipotens,ambula coram me,& eſto ꝑfectus. Alibi
Gen.46. quoq; Iſaac ait ad Iacob:Deus meus omnipotens benedicat tibi. Similiter alio loco domi-
Gen.49. nus ad Iacob locut⁹ eſt: Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui.Sed cum dñs etiam apparuerit
Gen.14. Noe atq; Melchiſedec,immo & Adæ ac alijs quibuſdã patriarchis in lege naturæ,vt credit,
Gene. 3. cur de his tribus ſolum nunc facit mentionem ad Moſen? Ad hoc breuiter Gloſſa reſpon-
det,ꝙ Deus mentionẽ facit antiquæ promiſſionis,tanquam eam in proximo completurus.
Itaq; reſpõdendum,ꝙ ideo mentionem facit horum trium patriarchaꝝ,quoniã ipſi ſpecia
liter p̃res Hebręoꝝ vocant,eiſq; ſpecialiter ac frequenter Deus promiſit,ꝙ poſteritati eoꝝ
terram Chanaan condonaret,[& nomen meum Adonai] q̇d ſecũdum Gloſſam,interpretat
Gene.15. generaliter dñs,[non indicaui eis.] ſupple,tam clare,vt tibi. Circa quod fertur in Gloſſa:
18.& 22. Non indicaui eis ſicut tibi. Per ſucceſſiões em̃ ætatum creuit diuinæ cognitionis augmen-
Exo. 33. tum.Apparuit Deus Abrahæ, locutus eſt facie ad faciem cum Moſe.Dauid ait: Super ſenes
Pſal.118. intellexi.Apoſtoli Dei filium præſentẽ viderunt,& quicquid volebãt,interrogabãt.Quibus
Acto.2. & dictum eſt:Multi reges & prophetę voluerunt videre,quę vos videtis,& non viderũt.Hæc
Matt.13. Gloſſa. ¶Porro in Scholaſtica fertur hiſtoria:Nomen meũ Adonai nõ indicaui eis.i.forti-
Euſebi⁹. tudinem & potentiam meã,ad quas pertinet nomen iſtud,ſed puritatem & ſapientiã meam,
Gen.17. ad quas pertinet Heli, & Heloi. Sed huic dicto obijci poteſt,ꝙ dictum eſt, Deum dixiſſe ad
Gen.46. Abraham, Ego ſum dñs Deus omnipotens,atq; ad Iacob, Ego ſum fortiſſimus Deus.Quod
Gen.37. Iſaac ſciẽs:Deus,inquit,oĩpotens benedicat tibi.Apl'us quoq; in ep'la ad Romanos de Abra-
Rom.4. ham proteſtat,ꝙ nõ hæſitauit diffidentia,ſed cõfortatus eſt fide,dans gloriã Deo,pleniſſime
Ibidem. ſciens,quia quæcũq; promiſit Deus,potens eſt & facere.Itemq;:Arbitrãs,ſ.ipſe Abrahã,quia
Gen.21. à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus.Rurſus fortitudinẽ & omnipotentiã ſuã Deus monſtra
Gen.25. uit Abrahę & Iſaac facto,dando eis ſupernaturalẽ fœcunditatẽ.Sed & cognouerũt hi p̃riar-
chæ Deum cuncta creaſſe, ſicq; om̃ipotentiã eius nouerũt,ſed & pietatẽ ſapientiãq; ipſius.
¶Inſuper circa locũ hunc ſcribit Lyra:Aliqui dicunt,ꝙ hoc nomen Adonai ſignificat ge-
nerale dominiũ.Et quãuis patribus pręcedentibus Moſen,Deus oſtendit ſe dñm totius crea
Gene.7. turæ,non tñ ita ꝑfecte,vt Moſi.Contra quod obijcit Lyra,q̃m per inundationem diluuij,&
Gen.19. conuerſionem vxoris Loth in ſtatuam ſalis, in combuſtione quoq; Pentapolis, immo & in
mundi creatiõe,Deus oſtẽdit generale dominiũ ſuũ.Et talia fecit,qualia & ꝑ Moſen egit.Et
om̃ia illa fuerunt Abrahæ notificata.Hæc autẽ obiectio nõ eſt fortis.Nam ſicut oĩa illa ante
Moſen facta,fuerũt Abrahæ patefacta,ita & Moſi. Et vltra illa fecit Deus ꝑ Moſen multa &
præclara prodigia,multo copioſius,q̃ vnquã ante per aliquẽ hominẽ vnum.Sicq; ſublimius
atq; ſplẽdidius manifeſtauit Deus Moſi generale dominiũ ſuũ ac robur immẽſum,q̃ p̃cedẽ-
tibus patriarchis,nõ ſolum ꝑ miraculoſos effectus, ſed ꝑ illuminatiões ſupnas & apparitio-
nes,ac allocutiões angelicas, quas ꝑ annos quadraginta ad libitũ habuit. ¶Inſuper ſcribit
Lyra:Adonai nõ ponit hic in Hebræo,ſed nomẽ Dei tetragrammaton, vel Iehouah.Quod
cum reputet ab Hebræis tantæ ſanctitatis,vt nominari nõ debeat,niſi à ſummo ſacerdote,&
ſolum in benedictiõibus fiendis in templo, ideo loco eius pronunciatur hoc nomẽ Adonai:
velut ſi apud nos hoc nomen Deus,non eſſet nominabile ob ſuam ſanctitatem: & vbicunq;
ſcriptum eſt,loco eius pronunciaret dñs. ¶Porro hoc nomen tetragrammaton,ſecundum
Rabbi Moſen,ſignificat diuinã eſſentiã,put in ſeipſa cõſiſtit,circũſcripto omni reſpectu ad
alia:idcirco eſt nomẽ incõmunicabile,ſoliq; Deo appropriatũ,deſignãs veritatẽ diuinę eſſen
tiæ in ſe.Hoc p̃ſuppoſito,aliqui dicunt ꝙ Deus apparẽs patribus p̃cedentibus Moſen,nõ no-
minauit ſe eis ſub hoc noĩe Iehouah.Sed hoc falſum videt,q̃m in Geneſi vbi dñs ait ad Abra
Gen.15. ham,Ego ſum dñs qui eduxi te de Vr Chaldæoꝝ,in Hebræo loco huius nominis,dominus,
habetur nomen domini tetragrammaton:idcirco dicendum,ꝙ hoc nomen tetragramma
ton,Deus indicauit hic Moſi, non ſolum quantum ad vocem,ſed etiã quãtum ad ſignifica-
Exod. 3. tum,q̇d eſt proprie indicare.Et hoc primo indicauit Moſi,quando dixit:Ego ſum qui ſum.
Quia

Quia per hoc nomẽ ſignificatur neceſſitas,ſtabilitas, & plenitudo eſſe diuini, vt dictum eſt
in expoſitione capituli tertij. Secũdo oſtẽdit Moſi nomẽ iſtud,q̃n in raptu vidit clare diui-
nam eſſentiã,ſecundũ quod in Numeris legit:Clare & non per ænigmata videt Deum.Neu- Nũe. 12.
tro autẽ hoꝝ modoꝝ legit Deus patribus ante Moſen nomẽ ſuũ tetragrãmaton indicaſſe,
ſed vſus eſt nomine, vel potius ſignificato nominis, importante reſpectum ad creaturam.
Vnde & in Geneſi,q̃n loquendo ad Abrahã, vſus eſt nomine ſuo tetragrammaton, non ex- Gene.17.
preſſit proprium ſignificatum,ſed magis ꝑ nomen importans reſpectũ ad creaturã determi
nauit,dicendo:Ego dñs qui eduxi te de Vr Chaldæoꝝ. Nulli quoq; illoꝝ oſtẽdit eſſentiam
ſuam clare,vt Moſi. ¶Sed contra hęc ſcribit R.Paulus,& primo reprobat prætactas ratio- R.Paul⁹.
nes quas Lyra pro ſua expoſitiõe inducit, & contra primã eaꝝ ſic arguit: Indicare nomen
ſecũdum vocem tãtum,& nõ ſecundum ſignificatum,modicæ aut nullius eſt vtilitatis,cum Tetra-
noĩa ad ſignificandũ ordinent. Sicq; patres ante Moſen inutiliter cognouiſſent hoc nomen grãma-
Iehouah. Contra ſecundã rationem argumentat, quia dum Deus locutus eſt Moſi, Appa- ton & Ie
rui Abrahę,Iſaac,& Iacob in Deo omnipotente, Moſes nondum vidit diuinam eſſentiam. houah idem ſi-
Hinc R.Paulus circa hæc aliter ſentit,in primis allegãs Thomã,dicentẽ:Ad hoc Deus conce gnificãt.
dit homini miracula facere,vt ꝑ ea probet ſupnaturalem veritatẽ,quã docet.Deinde addit,
ꝙ quãuis ante Moſis tẽpora fecit ſupnaturalia aliqua,vt eſt tactũ,nunquã tñ fuit conceſſum Thomas
alicui antiquoꝝ facere miracula, vt verbis ipſius crederet, vt cõceſſum eſt Moſi,cui datum
eſt iſtud,vt eius legationi ac legiſlationi crederet. Lex enim per Moſen data, fuit miraculis
confirmãda.Deo aũt ſecũdum ſignificationẽ huius nominis Iehouah,principaliter cõuenit Ioann.1.
miracula facere,inquãtum om̃ipotentia fundat in puritate & plenitudine infinita eſſe diui-
ni.Hinc Moſi, nõ patribus ante eum,cõceſſum eſt miracula facere.Sicq; intelligendũ eſt q̇d
dicit,Nomen meum Adonai nõ indicaui eis,videlicet dando eis miracula facere, ſicut tibi.
¶Inſuper R.Paulus affirmat cõuenienter dici poſſe,ꝙ nomẽ Iehouah nõ fuit patribus ante
Moſen reuelatum,atq; ad id quod cõtra hoc obijcit Lyra,vtpote in Geneſi ſcriptum eſſe no Gen.17.
men tetragrammaton,vbi habemus:Ego dñs qui eduxi te &c.reſpõdet,argumentũ iſtud eſſe
inualidum. Nam illa ſunt verba Moſis,deſcribentis ea quę tranſierunt inter Deũ & Abrahã,
qui Moſes Deum cognouit ſub hoc nomine tetragrãmaton,ideo eum ſic nominauit. Hæc
R.Paulus.Qui circa hunc paſſum multa ſcribit contra Lyrã, quæ quicũq; intelligens ſatis R.Paul⁹.
faciliter ꝑpendere valet,nõ eſſe idonee introducta:ſed prolixitatẽ vitãs,pertrãſeo. Veruntа-
men circa id q̇d aſſerit Lyra, Deũ manifeſtaſſe Moſi hoc nomẽ Iehouah,dum dixit ad eum:
Ego ſum qui ſum,& ꝙ patriarchis præcedentibus Moſen, non indicauit hoc nomen ſecũ-
dum ſignificatũ, ſed ſecundum vocem,nõ videt poſſe ſaluari.Nõ em̃ videt Abrahã,& ei con
ſimiles viri cõtemplatiui ſublimiter illuminati,ignoraſſe,ꝙ Deus ſit ipſum purum,incom-
mutabile,infinitũ,ac neceſſariũ eſſe,in ſe pure cõſiſtens, & ꝙ eſſe ſic ſumptũ,ſit propriũ no- Lucę 10.
mẽ Dei, pręſertim cum & naturalis ratio dictet hoc,& quidã puri philoſophi hoc nouerũt.
ſanctus q̇q; Iob id nouiſſe videt,dicẽdo ad dñm:Quis poteſt facere mundũ de immundo con
ceptũ ſemine? nõne tu qui ſolus es? Et rurſus:Deus ſolus eſt.Om̃ibus ergo penſatis,videt lite
ra iſta ſic exponẽda: Nomẽ meũ Adonai, hoc eſt, vniuerſale dominiũ meũ & om̃ipotentiam Iob 14.
meã,ſeu nomen meũ Iehouah, q̇d nude & pure deſignat diuinã eſſentiã,nõ indicaui Abrahę Iob 23.
& Iſaac & Iacob tam copioſe & euidẽter,vt tibi. Vel, nõ indicaui eoꝝ alicui nomẽ iſtud Ie-
houah.ſi tñ verum eſt,quod R.Paulus inſinuat,dicẽs,ꝙ Moſi primo ſit reuelatũ hoc nomẽ.
Dicit etiã R.Paulus,Nomen iſtud Iehouah, nunquã pronunciat ab Hebræis,prout in litera
iacet ac ſcribit,ſed vbiq; loco eius pronunciant hoc nomen Adonai.Nec nomen illud tetra-
grammaton transferibile eſt.ideo translatores tam Chaldæi q̃ Latini,& etiã Arabici,loco il
lius tranſtulerunt dñm, q̇d eſt translatio nominis huius Adonai,non autẽ proprie nominis
huius tetragrãmaton.ideo dicit Rabbi Paulus,ꝙ nomen iſtud Iehouah tantũ ſignificat,atq; R.Paul⁹.
impoſitum eſt ex inſtitutiõe diuina,nõ humana:aliàs nomen hoc,ſeu eius ſignificatio,inno
tuiſſet ſaltem ſciẽtibus linguã Hebræam:cuius oppoſitũ conſtat ex hoc,ꝙ nec Moſes, nec fi-
lij Iſrael cognouerunt hoc nomen ante ipſius reuelationẽ. [Pepigiq; fœdus cum eis].i.ipſis
promiſi,pactumq; inij,[vt darem illis] hoc eſt, poſteritati eoꝝ [terrã Chanaan, terrã pere-
grinationis eoꝝ in qua fuerũt aduenæ,Ego audiui gemitũ filioꝝ Iſrael].i.ad ſuccurrendum
nunc cõſideraui,& preces eoꝝ cũ gemitu fuſas,iam exaudire decreui.[quo Aegyptij oppreſ
ſerunt eos, & recordatus ſum pacti mei &c.].i. ꝑ modũ reminiſcẽtis me habeo,ꝑ effectũ nũc
demonſtrãdo quod intẽdo,& implere iam volo promiſſionẽ præfatã.[Ego dñs qui educam
vos de ergaſtulo Aegyptiorum] hoc eſt,de terra Aegypti, in qua demorati ac tribulati eſtis
quaſi in carcere.Porro ergaſtulũ proprie dicit locus,in quo rei ad opera facienda relegaban
tur.[& eruam vos de ſeruitute, ac redimã vos in brachio extẽto].i.ꝑ euidẽtem & efficacẽ po
tentiã.Loquit autẽ Deus de ſeipſo metaphorice, quaſi de homine qui brachium ſuũ exten-
dit ad ſubueniẽdũ.[& iudicijs magnis].i.ꝑ miracula,hoc eſt,miraculoſos effectus punitiuos,
ex di-

ex diuina iuſtitia magnifice inſligendos Aegyptijs.[& aſſumā vos mihi in populū].i.ad glo
riam meam faciam vos deuotos maieſtatis meæ cultores.[& ero veſter Deus]per ſpecialem
Exo. 20. prouiſionem & grām.Hoc impletū eſt,qñ in monte Sinai acceperūt legē à Deo,vbi & De-
Ezec.36. us deſpõſauit ſibi ſynagogā,prout in Ezechiele fatet, qñ & filij Iſrael locuti ſunt: Oīa quæ
Exo. 24. præcepit nobis dñs Deus noſter,faciemus,& erimus obediētes.[Et ſcietis] ꝑ experientiā be-
neficioꝝ meoꝝ,& ꝑ mirabilia pro veſtra liberatiōe patrāda,[qa ego ſum dñs Deus veſter,]
qui mea poteſtate ac prouidētia vobis miſericorditer dominor,& opē exhibeo.Nā oīm De
us,dr ſpecialiter Deꝰ eoꝝ,qbus ſpecialia grē dona cõfert.[q eduxerim vos de ergaſtulo Aegy
ptioꝝ,& īduxerim vos in terrā ſuꝑ quā leuaui manū meā].i. in q̄ potētiā declarare decreui,
dādo vobis potenter eandē.[vt darē eā Abrahā,Iſaac & Iacob, daboq; illā poſſidendā vobis
&c.]ſi tñ voſipſi nõ poſueritis obicē.Nõ eñ ingreſſi ſunt eā propter murmuratiões,pueſita
tes,& diffidētias ſuas.Narrauit ergo Moſes oīa].i.p̄fata Dei ꝓmiſſa cõſolatoria expoſuit[fi-
lijs Iſrael.Qui nõ acquieuerūt ei].i.verbis eius nõ crediderūt ſynceriter,nec cõſolationē acce
perunt ex eis,[ꝓpter anguſtiā ſpūs & opus duriſſimū].i. ob nimiā ſuā afflictionē in corde &
corpore.Erāt eñ pleni mœrore & anxietate in anima.Exterioribus q̄q; laboribus inhuma-
niter premebātur.Huiuſmodi aūt exceſſiuæ paſſiões & afflictiões actū ratiõis impediunt,p̄-
ſertim in impfectis,quales fuerūt hi vulgares in populo Iſrael.Aliqui tñ ſeniores & meliores
in eis,Moſi crediderūt.[Locutuſq; eſt dñs ad Moſen,dicēs:Ingredere & loquere ad Pharao
nem regē Aegypti,vt dimittat filios Iſrael de terra ſua.Reſpõdit Moſes: Ecce filij Iſrael non
me audiunt] auribus cordis.i.nõ obtemperāt mihi, [& quō audiet] me [Pharao?]Quaſi di
cat,multo minus acquieſcet ſermonibus meis.Hoc Moſes dixit,nõ contra dñm proteruien-
do aut inobediēdo,ſed ſe humiliter excuſando,& difficultatē negocij allegādo.In talibꝰ qp
pe,vbi alicui quid iubet,q̄d ad eius excellentiā pertinet, nõ eſt cõtra ꝑfectionē obedientiæ,
difficultatē & excuſationem inducere. [preſertim cū incircūciſus ſim labijs?] .i.ineptus ad
R. Paul. loquendū corā rege, ſicut expoſitū eſt. ¶Circa q̄d Lyra ſcribit: Incircūciſus labijs proprie
dicit,qui verbis ſuꝑfluis vtitur:quod nõ eſt credendum de Moſe,ſed large accipiendo, trahi
Exod.4. tur ad quēcunq; defectū eloquentiæ deſignādum. ſicq; dicit de Moſe,ex vocis ſuæ gracilita-
te. ¶Contra hoc ſcribit R.Paulus: Incircūciſus labijs magis proprie videt dicēdus,q habet
in labijs aliq̄d corporale impedimētum,qua prolatio literaꝝ quæ labijs proferunt, impedi-
tur.Vnde ſuprà conquerebat Moſes de impedimēto loquelæ ex parte oris & linguæ,nūc au
tem addit,ex parte labioꝝ:vt ita oſtenderet,ꝙ organa corporea, quibus verba exprimūtur,
erāt in eo inepta ad loquēdum.De vocis aūt gracilitate nõ fit mentio vlla in litera,nec opor-
tet hoc fingere,p̄ſertim cum Moſes in vltima ſua ſenectute legat oībus filijs Iſrael ſimul lo
Deut.33. quutus,vt in Deutero.patet, quod cū vocis tenuitate eſſe non potuit. ¶Ad iſta reſpondeo,
ꝙ in ſcripturis incircūciſio magis aſcribit corporalibus membris & organis, propter ſpi-
Hiere.6. ritalem,q̄ ob corporalē,defectū.Et hoc in libris prophetaꝝ frequenter innuit,in qbus incir
Acto. 7. cunciſæ dicunt aures Iſraelitaꝝ.In Actis quoq; S.Stephanus loquit ad Iudæos:Dura ceruī-
ce & incircūciſi corde & auribus,vos ſemꝑ reſtitiſtis ſpirituiſancto.Porro,ꝙ Moſes gracilē
linguā habuerit,ſuprà ex doctoribus catholicis & Hebræis probatū eſt.Ideo nõ eſt hoc repu
tandū fictitiū.Deniq;,ꝙ R.Paulus aſſerit in ſcriptura mentionē nõ fieri de hoc ꝙ Moſes fue-
rit gracilis ac tenuis vocis,falſum cenſet,ſaltē ſecundū antiquā trāſlationē.Nam Septuagin
ta interpretes trāſtulerūt:Ecce ego gracili voce ſum.qua trāſlatione vtens Auguſtinus,diſſe
ruit:Nõ videt ſe excuſare de vocis gracilitate tm̄ ꝓpter multitudinē ppl̄i,ſed etiā ꝓpter vnū
hoīem,ſ.Pharaonē.Sed mirum ſi tam gracilis extitit vocis,ꝙ nec ab vno potuit audiri.An
forte regius faſtus nõ pmittebat eū de proximo loqui? Siquidē qui corā regibus habēt lo-
Auguſt. qui,à remote ſtare & loqui ſolēt.Hæc Auguſtinus. Poſtremo, ꝙ obijcit,Moſen ꝑ ſe eſſe lo-
quutū filijs Iſrael in ſenio ſuo,faciliter ſoluit. Nā & qui gracilē habēt vocē, interdū ſibi vim
faciunt ad loquendū qd altius.Poteratq; grā ſupplere defectū naturæ ad loquendū in Moſe,
quod & Aaron iam defuncto,rationabiliter credit factum. [Loquutuſq; eſt dñs ad Moſen &
Aaron,& dedit mandatū ad filios Iſrael,& ad Pharaonē regē Aegypti] .i.p̄cepit eis aliqd, q̄d
pertinebat ad Hebræos ac regē Aegypti, videlicet [vt educerent filios Iſrael de terra Aegy-
pti.]Per q̄d docemur,ꝙ Dei voluntas ſit, vt q præſident alijs,nõ cito neq; faciliter ab illoꝝ,
q̄uis duri exiſtāt,exhortatiõe & informatiõe deſiſtāt:ſed eādem ſępius repetēdo,tandē verba
2.Tim.2. ſalutis cordi illoꝝ inculcēt,ſicut ad Timotheū ſcribit Apl̄s:Prędica verbū,inſta opportune,
Gen. 33. importune,argue,obſecra,increpa in omni patiētia. Deinceps Moſes ſuipſius ac fratris ſui
proſapiā diligēter deſcribit, ne in pſona legiſlatoris Hebræoꝝ qs erret. [Iſti ſunt principes
domoꝝ per familias ſuas].i.hi q ſtatim nominabunt,ſunt patres & capita tribuū ex ſe pro-
genitaꝝ in cognatiõibus ſuis.[Filij Ruben primogeniti Iſraelis].i.Iacob p̄riarchæ,qui alio
noīe dictus eſt Iſrael,fuerūt [Enoch & Phailu,Eſron & Charmi.]Quāuis eñ Ruben fuit pri
mus & generalis pater oīm à ſe deſcendentiū,tñ quatuor filij eius fuerūt principales,vnuſqſq;
eoꝝ

eoꝝ inter natos ex ſemine ſuo. Deinde in litera exprimunt filij Simeonis,quoꝝ vnuſquiſq;
extitit princeps & caput proſapiæ ex ſe ortæ.[Et hęc nomina filioꝝ Leui] patriarchæ [ꝑ co
gnationes ſuas,Gerſon & Caath & Merari] Ex qbus natæ ſunt tres familiæ Leuitaꝝ,videli-
cet Gerſonitæ,Caathitæ & Meraritæ,vt infrà,p̄ſertim in libro Numeroꝝ,copioſe deſcribi Nūc.26.
tur.[Anni autē Leui fuerunt centū triginta & ſeptem.] Et ita vixit decem annis minus q̄ Ia
cob.] Accepit aūt Amram vxorē Iochabeth patruelē ſuā].i.neptē ex patruo,vt plenius ſecū-
do cap.extat expoſitū.[Quæ peperit ei Aaron,& Moſen,& Mariā.] Quæ quāuis vltimo lo-
co nunc ponat ꝓpter ſexū inferiorē, tñ ante Aaron & Moſen fuit nata. [Accepit aūt Aaron Heb. Eli
vxorē * Eliſabeth,filiā Aminadab,ſororē * Naaſon,quæ peperit ei Nadab,& Abihu & Elea- ſaba.
zar & Ithamar.] Circa hoc ſcribit Lyra: Eliſabeth filia Aminadab, fuit de tribu regia, qm̄ In Lyrē
propter dignitatē ſacerdotalē tribus regia & ſacerdotalis fuerūt cõmixtæ.Circa q̄d dico,ꝙ ſem.
tempore illius connubij,nec regia dignitas data fuit,aut inerat tribui Iudæ,de qua fuit Ami
nadab,nec ſacerdotalis dignitas fuit collata tribui Leui,de qua extitit Aaron.Et q̄uis Iacob Gen. 49.
prophetauerat regiā dignitatē tribui Iudæ præſtandam,tamen ſacerdotij eminentiā tribui
Leui eſſe donandā,prophetatū nõ fuit,neq; innotuit.Ideo dictū illud non videt idoneū,niſi
forſan quis dicat,Deo diſponente ſic factum eſſe, quoniā Deus præcognouit duabus tribu-
bus illis præfatas dignitates fore contribuendas,quæ ambæ in Chriſto ſunt counitæ.[At ve- In quoſ-
ro Eleazar filius Aaron,accepit vxorem de filiabus Phutiel:] quem Hebræi dicunt fuiſſe Ie- dam He
thro,vt refert Lyra,quod veꝝ non reor.ſed Eleazar accepit vxorem ante egreſſum ex Aegy bræos.
pto,nam vſq; ad tempus illud non videtur habuiſſe notitiā Iethro illius.[Hi] ſcilicet præfa-
ti tres filij Leui,[ſunt principes tribuum Leuiticaꝝ per familias ſuas. Iſte eſt Aaron & Mo-
ſes,quibus præcepit dñs,vt educerent filios Iſrael de terra Aegypti per turmas ſuas &c.] In-
terdum in textu Aaron exprimitur ante Moſen dum combinant, interdum ecõtra. Diciq;
poteſt ꝙ Moſes aliquādo exprimit Aaron ante ſe, quoniā ſenior eo fuit, & in ſummū pon-
tificem præelectus,atq; in eloquentia præcellebat:quādoq; vero prænominat ſe,quoniā ab-
ſolute principalior fuit & legiſlator,quē & Aaron ipſe ſuum dominum appellauit. [Iſte eſt
Moſes & Aaron &c.] Sicut magiſter in hiſtorijs tangit, & Gloſſa ex Strabo allegat,Eſdras
ex ſuo addidit verbum iſtud, qui omnem bibliothecam Iudæoꝝ poſt Babylonicā captiui-
tatem recuperauit,cunctis libris à Nabuchodonoſor ſuccenſis. vel Moſes de ſeipſo, tanquā
de alio loquitur:quod verius puto. ¶Præterea myſtica intelligentia huius capituli ex præ-
habitis ſatis videt patere.Moraliter vero ex iſto capitulo inſtruimur, qualiter Deus omni-
potens,pius,iuſtus ac ſapiens,ſuos permittit electos in vita hac ab impijs grauiter ac multi-
pliciter tribulari,finaliter tamen eos non deſerit:immo & in ipſis eoꝝ tribulationibus mul
tipliciter conſolatur eoſdem per prædicatores atq; prælatos, per angelicam inſpirationem
& conſolationem diuinam,denuncians eis,ꝙ in terram cæleſtis Hieruſalem,in regionem ci
uiū ſupernoꝝ,ab Aegypto(.i.hoc ſeculo nequā)ꝑducturus ſit eos:quod quidā in afflictioni
bus poſiti non aduertunt:ideo in omni huiuſmodi aduerſitate ſint in dño immobiliter con
fidentes,atq; in perſecutionibus gloriantes, certi ꝙ Deus ſuos non deſerit,& per aduerſa mi
ſericordiſſime prouidet ipſis,veniā gratiamq; largitur, & felicitatem accelerat. Rurſus do-
cemur ex dictis,exemplo ſancti Moſis,humilitatem amplecti, & omnem deteſtari ambitio
nem,noſtram quoq; ſufficientiam & defectuoſitatem in donis naturæ ac gratiæ, ex ſyncero
corde humiliter,immo & ſæpius allegare,vt ex promotione etiam dum non quæſita offer-
tur,ſic euadamus.Quod prohdolor multi non aduertentes,præcipitāt ſemetipſos, proni ad
regimen alioꝝ,qui nec ſeipſos regere queunt nec regunt.¶Præterea circa textum inquirit,
cur Moſes præfatas tres tribus, videlicet Ruben, Simeon & Leui, eaſq; duntaxat, hoc loco
deſcribit. Et reſpõdendum ꝙ ideo, vt deſignet ducatum Iſraeliticæ plebis nõ eſſe cõmiſſum
alicui viro ex primogenito Iacob nato,neq; alicui nato ex ſecundogenito eius, ſ. Simeone,
ſed ex tertiogenito eius, puta ex Leui.ideo vltra tribum Leui non deſcendit ad alias tribus.
In Gloſſa quoq; habetur:Non primā aut ſecundā,ſed tertiā tribum elegit Deus in ſacerdo-
tium & ducatum:qa in nomine ſanctæ ac ſummæ Trinitatis conſecrati ſunt ſacerdotes,vt fi
dem Trinitatis in ſe conſeruare,& alios ſtudeant edocere, & quoniam numero impare gau-
det Deus.Rurſus,ſecūdum Strabum, Amram interpretatur pater excelſus,per quem ſignifi Strabus
catur Chriſtus.Iochabeth vero interpretatur gratia Dei,per quam ſignificatur eccleſia. Ex
Chriſto igitur eccleſia naſcitur Moſes.i.lex ſpiritualis,& Aaron.i.ſacerdotium verum. Am-
plius circa illud, Accepit Aaron vxorē Eliſabeth,ait Gloſſa:De tribu Iuda fuit vxor Aaron.
Nondum enim præceptum erat, vt vnuſquiſq; de tribu ſua coniugem duceret. Ideo autem
hæ tribus,puta Leuitica & regalis, tunc matrimonio iungebantur, vt intelligeretur Chri- Hebr.7
ſtus ex eis futurus, qui eſt rex & ſummus ſacerdos.

¶Expoſitio cap. VII. Et loquutus eſt dominus ad Moſen, dicens:
Ego dominus. Articulus XIII.

EXcellentia & efficacia, quas Deus cōtulit Moſi in verbis & ſignis ac alijs ſupnaturalibus
donis, in præſenti deſcribuntur capl'o. [Et loquutus eſt dñs ad Moſen, dicens: Ego dñs.]
Quaſi dicat: Quàm verum eſt, ꝙ ego ſolus ſum omniũ dñator om̃ipotēs, qui ſolo iuſſu
Acto. 10. om̃ia poſſum, tam ſecurus & conſtās eſſe debes in his, quæ tibi dico ac iubeo, & certus de ve-
om̃ia poſſum, tam ſecurus & conſtās eſſe debes in his, quæ tibi dico ac iubeo, & certus de ve-
ritate verboꝝ meoꝝ. Ideo ſubdit: [Loquere ad Pharaonē regē Aegypti om̃ia quæ loquor
Exod. 4. tibi:] ita vt prorſus non timeas eũ. [Et ait Moſes: En incircũciſus labijs ſum. Quō audiet me
Pharao?] .i. qualiter acquieſcet verbis meis? Non ex diffidentia, ſed ex humilitate ait hoc
Moſes, non obſtāte ꝙ iam ante dixerit ei Deus, ꝙ loqueret Aaron pro eo. Et forſan nunc rur
ſus allegauit inſufficientiā ſuæ loquelæ, quoniā dñs dixit ad eum: Loquere ad Pharaonem:
Et nō addidit, Per Aaron loquere ei. Hinc dñs pandit ac ſubdit modũ, qualiter audiret Pha
rao Moſen. [Dixitq; dñs ad Moſen: Ecce conſtitui te Deum Pharaonis] .i. quaſdam diuinas
excellentias tibi do ſuper eum, ita vt inſtar Dei poſſis ei præcipere, cōminari, nocere & ſub-
uenire. Sicq; per participationē quandā dici poteris Deus ipſius. Nam quãuis ſit vnus ſolus
verus Deus ſubſtātialiter, tamē participatiue ſunt plures dij, inquātum aliquid diuinaꝝ pro
prietatum & excellentiaꝝ ac poteſtatũ participant in iudiciaria poteſtate, ſapientia, ſancti-
Pſal. 85. tate, præſidentia, ſignis, virtutibus atq; miraculis. Propter quod ſcriptum eſt: Non eſt ſimilis
Pſal. 46. tui in dijs dñe. Et: Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt. Itemq;: Ego dixi, dij
Pſal. 81. eſtis. Circa quod ait in Euāgelio Chriſtus: Illos dixit deos, ad quos ſermo Dei factus eſt.] &
Ioan. 10. Aaron frater tuus erit propheta tuus] .i. quæ ventura ſunt, ex mea reuelatione ei denuncia-
bis, & ipſe ex parte tui illa loquet, ſicq; per modũ prophetæ habebit ſe ad te. Nam ille voca-
tur propheta, cui Deus cōtingentia futura reuelat, & ille ex parte Dei illa prędicit. Vnde dñs
hoc loco non ait, Aaron erit propheta: ſed, Erit propheta tuus: ſicut nec Moſi dixerat abſo-
lute, Cōſtitui te deũ, ſed addidit, Pharaonis. Sicq; in verbis iſtis ſeruauit Deus metaphorā,
qm̃ iuxta analogiā ſeu proportionē qua conſtituit Moſen deum Pharaonis, conſtituit &
ipſum Aaron prophetā Moſis. Nam ſoli vero Deo proprie cōpetit habere prophetā, qm̃ fu
turoꝝ pure cōtingentiũ certa ꝓcognitio ponit propria Deo, nec cōpetit alijs, niſi inquātum
Eſaię 41. reuelat ipſis à dño. Propter quod loquit Eſaias: Quæ ventura ſunt, annunciate nobis, & ſcie-
mus qa dij eſtis vos. ¶Circa hæc ſcribit Lyra: in Hebræo habet Eloim, quod eſt pluralis nu-
meri, & ſignificat deos. Ideo trāslatio noſtra magis propria eſſet, ſi ita haberet, Conſtitui te
deos Pharaonis. quod nō apparet. Non em̃ proprie diceret ſingulari ꝑſonæ pluraliter, Con-
Gene. 1. ſtitui te deos. In expoſitiōe quoq; primi cap. Geneſis, ex Scholaſtica hiſtoria allegaui ſuper il
Euſebi⁹. lud: In principio creauit Deus cælũ & terrā, Hebræus habet Eloim, q̃d tam ſingulare q̃ plu-
Hieronÿ. rale eſt: idcirco tenendum, ꝙ Hieronymus proprie trāſtulit in hoc loco ſingulariter, Conſti
tui te Deũ Pharaonis. Satis tñ credēdum, ꝙ Eloim in Hebræo cōmunius atq; frequentius ſu
mitur pluraliter q̃ ſingulariter. Amplius magiſter in hiſtorijs ait, Conſtitui te deũ Pharao-
nis, i. potentem in Pharaone & in terra eius facere ſigna ad modũ Dei. Et Aaron frater tuus
erit propheta, i. præloquutor tuus. Non tñ fuit Moſes nec Aaron propheta. ¶Circa q̃d di-
co, ꝙ quãuis ex hoc loco non ſequat, Aaron fuiſſe prophetā, aliunde tñ probat, ꝙ propheti-
cas reuelationes à Deo ſortitus ſit, cũ & Maria ſoror eius prophetiſſa infrà vocet. Et ſuprà le
Exodi 2. gitur, qualiter Deus apparuit atq; locutus ſit Aaron in Aegypto. Infrà tñ hoc clarius innote
Exo. 15. ſcet. Id quoq; penſandũ, ꝙ etiā in nouo teſtamēto propheta interdũ dicat, q verba diuina in-
terpretat, eloquit, ſeu exponit, vt dum ad Corinthios ſcribit Apl'us: Prophetæ duo aut tres
1. Co. 14. dicāt. Poteſtis em̃ per ſingulos prophetare. [Tu loqueris ei oĩa quæ mādo tibi, & ille loquet
ad Pharaonē, vt dimittat filios Iſrael de terra ſua. Sed ego īdurabo cor ei⁹] videlicet Pharao
nis, gratiā emollientē cordis duritiā, nō infundendo ei, exigēte iuſtitia mea. [Et multiplica-
bo ſigna & oſtenta mea in terra Aegypti] .i. miracula, meā potentiā & verboꝝ meoꝝ verita
tem monſtrātia, quæ ſigna oſtenſione & admiratiōe ſunt digna. Vel per ſigna, intelliguntur
minora prodigia: per oſtenta autē, maiora. ¶Circa q̃d loquit Auguſtinus, ꝙ Deus bene vti-
tur cordibus malis, qa ad hoc ꝑmiſit Pharaonē ſceleratũ ſic indurari, vt ea occaſione fierent
in Aegypto plura & præclariora miracula, ꝑ quæ Deus ſuā om̃ipotentiā declarauit, & ſuos
electos ædificauit, cōuertit, om̃esq; homines in admirationē diuinæ maieſtatis induxit. [&
audiet vos. Immittamq; manũ meā ſup Aegyptũ] .i. ꝑ effectus potētiæ meæ caſtigabo Aegy-
ptios, [& educā exercitũ & populũ meum filios Iſrael de terra Aegypti ꝑ iudicia maxima] .i.
per glorioſiſſima ſigna, iuſto iudicio Aegyptijs infligēda ac nocitura. [Erat aũt Moſes octo-
ginta annoꝝ, & Aaron octogintatriũ, quādo locuti ſunt ad Pharaonē.] Et ita ex parte æta-
tis patet idoneitas eorundē ad tm̃ officiũ. [Dixitq; dñs ad Moſen & Aaron: Cũ dixerit vobis
Pharao, oſtēdite ſigna] .i. opa mira, & tāta ac talia, vt dignũ ſit ꝙ credamus vos eſſe miſſos à
Deo, quē dicitis eſſe ſummũ Deũ, [dices] tu o Moſes [ad Aaron: Tolle virgā tuā] .i. in manu
accipe, vel acceptā ex manu eijce. [& proijce corā Pharaone, & vertet in colubrũ.] Cur Moſes
virgā non proiecit? Reſpōdent quidā ꝙ ideo, ne Aegyptij dicerēt eũ magicis artibus facere
ſignũ

ſignum hoc. Nempe cum diu abſens fuerit ab Aegypto, poterāt ſuſpicari Aegyptij, ꝙ in ter
ra aliena magicas didicerit artes, quod de Aaron ſuſpicari nequibāt, quia à iuuentute fue-
rat cōmoratus inter Aegyptios, ſine quoꝝ voluntate ac ſcitu nō valuit artes illas addiſcere.
Hęc ratio nō videt magni vigoris. Primo, qm̃ infrà Moſes legit ꝑ ſeipſum q̃dā ſigna cũ virga
feciſſe. Secũdo, qm̃ Aaron potuiſſet occulte artes didiciſſe præfatas. Tertio, qa Aegyptij po
terāt ſuſpicari, ꝙ Moſes inſtruxiſſet ſeorſum ipſum Aaron magicas artes. Aptius igitur ar-
bitror reſpōderi, ꝙ Aaron virgā proiecit, qm̃ Deus hoc iuſſit, ſicut in textu euidenter expri-
mit. Et cur Deus hoc iuſſit, qs nouit? Tamē ex circũſtātia literę cōijci poteſt, ꝙ ideo, vt ordo
mediatiōis ipſius Aaron inter Moſen & Pharaonē, ſuperioritas quoq; Moſis in hoc com-
mendaret. Iam em̃ dixerat Deus ad Moſen: Conſtitui te deũ Pharaonis, & Aaron frater tuus
erit propheta tuus. Ideo Moſes quaſi ſuperior, & quaſi quidā deus Pharaonis, per interme-
dium fratrem ſuũ iuſſit virgā proijci, & eadē ratione Deus Moſi præcepit ſic facere. ¶Præ-
terea aduertendũ, ꝙ virga hæc interdũ dicit virga Dei, quia in ea Deus potentiā ſuam mon
ſtrauit, miraculoſeq; egit. Aliquādo appellat virga Moſis, quia eā habebat cum dñs in mon
te Sinai ei apparuit, & ſecum detulit eam. Nunc vero vocat virga Aaron, quia ipſe geſtauit,
ꝓiecitq; eā. [Ingreſſi itaq; Moſes & Araon] & forte quidā ex ſenioribus Iſrael cũ eis, [ad Pha
raonem, fecerunt ſicut præceperat dñs.] Quod qualiter factũ ſit, ſubditur: [Tulitq; Aaron] .i.
in terrā proiecit, [virgā corā Pharaone] cũ dixiſſet, Oſtendite ſigna, aut aliquid ſimile protu
liſſet, [&] coram [ſeruis eius, quæ verſa eſt in colubrum.] Et hoc miraculoſe, puta repente,
ſine naturaliũ applicatione agentium per omnipotentiā Dei. [Vocauit aũt Pharao ſapien-
tes,] id eſt, eos qui in ſcientia Aegyptiorum erāt inſtructi, vel philoſophos, qui ante Pytha-
goram vocabāt ſe ſapientes, quod Pythagoras reputans eſſe præſumptuoſum, interrogatus
à quodā an ſapiens eſſet, reſpōdit ſe eſſe philoſophum .i. ſapientiæ amatorem. Quę reſponſio
tantum placuit ſtudētibus ſapientiæ naturali, ꝙ omnes de cætero vocabant ſe philoſophos, Auguſt.
non ſapiētes, prout in libro de ciuitate Dei recitat Auguſtinus. [& maleficos] .i. *nigromā-
ticos, & dæmoniacis artibus auxilijsq; intentos. [& fecerunt etiā ipſi per incantatiōes Aegy
ptiacas] .i. inuocatiōes ſeu adiuratiōes diabolicas, quibus intenti erant Aegyptij, [& arcana
quædā] .i. per quaſdā occultas maneries aut virtutes, quæ cōmunem plebem latebant, vt infrà
magis tanget. [ſimiliter.] proijciendo virgas ſuas ſeu baculos, qui in Alchorano impij Ma
humeti vocant haſtilia. Hinc ſubditur: [Proieceruntq; ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in
dracones.] Qualiter factum ſit hoc, iam inquiret. [Sed deuorauit virga Aaron virgas eoꝝ.]
Hoc dupliciter exponitur. Primo, ꝙ coluber in quem virga Aaron fuit conuerſa, deuorauit
dracones ſeu ſerpentes, in quos verſæ fuerunt vere aut apparenter virgæ magoꝝ. Et ſi fue-
runt verſæ realiter in dracones, tunc coluber ille realiter deuorauit dracones illos. Si autē ap-
parenter duntaxat, tunc coluber ille deuorauit apparenter dracones, & realiter virgas. iuxta
hanc expoſitionem, deuoratio illa facta eſt, antequā coluber Aaron in virgæ naturā muta-
tus atq; reuerſus eſt. Et ita intelligit Ioſephus, dicens ꝙ draco Aaron inſilijt in illos, donec Ioſe. li. 2. ant. iud.
deuorauit vniuerſos. ¶Sed cur ſcriptura ait, deuorauit virga, & non potius, deuorauit colu cap. 13.
ber Aaron virgas ſeu dracones illoꝝ, præſertim cum deuorare nō proprie cōpetat virgæ, ſed Auguſt.
magis ſerpenti? Ad hoc B. Auguſtinus reſpondet: Si dictum eſſet, abſorbuit draco .i. coluber
Aaron virgas illoꝝ, intelligeretur verus draco Aaron abſorbuiſſe nō phantaſtica figmenta
Magoꝝ, ſed virgas. Hoc em̃ potuit abſorbere q̃d erāt, nō quod videbant & nō erāt. Sed quia
dixit ſcriptura, abſorbuit virga Aaron virgas illorum, draco Aaron potuit abſorbere virgas
magoꝝ, nō virga Aaron. Sed eo nomine vocata eſt res, ex qua reuerſa eſt, nō nomine rei in
quam verſa eſt, quia in eam rem, ſ. virgā, etiam reuerſa eſt: ideo hoc vocari debuit, quod prin
cipaliter erat. Itaq; draco ſeu coluber Aaron vocat virga, quãuis tempore deuorationis illi-
us nō erat virga, quia primo extitit virga, & rurſus in ſpeciem virgæ mutatus eſt. Hanc expo
ſitionem ſequunt catholici. Secundo exponit ab Hebræis, ꝙ poſt reditionem colubri Aaron
in virgā, ipſa virga Aaron deuorauit dracones magoꝝ miraculoſe diuina virtute, loquen-
do metaphorice de deuoratiōe, eo modo quo loquit Eſaias: Sicut deuorat lingua ignis ſti- Eſaię 5.
pulam & calor flammæ exurit, ſic radix eoꝝ ſicut fauilla erit. Sicq; diuina poteſtate in virgā
illam fuiſſent cōuerſi dracones, quoniā Deus poteſt vnum corpus in aliud cōuertere: vel vir-
ga illa per om̃ipotentiā Dei cōſumpſiſſet, & quaſi in nihilum redegiſſet dracones magoꝝ,
quēadmodũ calor ſolis diſſoluit naturaliter glaciē, & cōſumit humorē. Prima aũt expoſitio,
aptior reputat. Si em̃ Hebræi literæ volunt inniti, dicēdo ꝙ nō coluber, ſed virga deuorauit,
quia in textu habet, deuorauit virga Aaron, cōſequens eſt vt dicāt, dracones magoꝝ rediſſe
& rurſus eſſe mutatos in virgas, qa in textu aſſeritur: Deuorauit virga Aaron virgas eorum.
Inſuper videt verbũ iſtud ſic poſſe intelligi: Deuorauit virga Aaron virgas eoꝝ .i. mirabilia
facta per virgam Aaron, præualuerunt ſignis factis vere ſeu apparenter per virgas magoꝝ,
Et ſi iſte nō eſt ſenſus literalis, hoc tamē ad minus ſignificatũ eſt per deuorationē prędictam.

Deniq; deuoratio virgaꝝ ſeu draconũ à virga ſeu colubro Aaron, fuit ſpeciale prodigium.
[Induratũq; eſt cor Pharaonis,& nõ audiuit eos] .i. verbis & ſignis Moſis ac Aaron nõ ob-
temperauit,[ſicut p̃ceperat dñs] Pharaoni ꝑ Moſen,vt obtẽperaret. Cur aũt hac vice nõ ac-
quieuit,dici poteſt,q̃a reputauit facta magoꝝ ac deoꝝ ſuoꝝ in hoc ſigno eſſe parificata,q̃d
Deus Iſrael ꝑ Aaron fecit:vel q̃a ſignũ iſtud magicis artibus aſſcripſit. Potius tñ,q̃a non re-
putauit ſignũ iſtud tale ac tm̃,vt ꝓpter ipſum dignũ duceret dimittere Iſraelitas. ¶Circa p̃-
habita quærit,quid ſit catholice ſentiendũ de facto magoꝝ Pharaonis,an ſ. virgæ eoꝝ con-
uerſæ fuerint in dracones. Et videt ꝙ non,q̃a tã repẽtina virgaꝝ in dracones cõuerſio,nõ vi-
detur ꝑ naturã,neq; ꝑ magicã artẽ poſſibilis. Miracula quoq; Dei debẽt differre à miris ma-
goꝝ effectibus. Quod ſi conuerſio illa fuit ꝑ naturã aut magicã artẽ vere poſſibilis & per-
acta,ergo conuerſio virgæ Aaron in ſerpentẽ,non fuit ſufficiẽs ſignum quo Moſi & Aaron
crederet:nec Pharao videret peccaſſe non credẽdo,nec obtemperãdo ꝓpter ſignũ illud. Op-
poſitũ probat ex textu,in quo ſimpliciter affirmat,ꝙ virgæ magoꝝ verſæ ſunt in dracones.
Ad hæc diſſoluẽda eſt triplex reſponſio. Nã aliqui dicũt,ꝙ virgæ magoꝝ non fuerũt vera-
citer in dracones cõuerſæ,ſed apparẽter & ludificatorie tm̃,ita ꝙ ibi non erãt dracones rea-
Strabus liter,ſed præſtigialiter ſolũ. Hinc Strabus & magiſter in hiſtorijs dicunt:Magi diabolicis fi-
gmentis ſpectãtium oculos deludebãt,vt res in ſua natura manẽtes,aliud viderent. Huic aũt
reſponſioni videt fauere,q̃d iam ex Auguſtino eſt allegatũ. Si dictum eſſet,Abſorbuit draco
Aaron virgas eoꝝ,intelligeret verus draco Aaron abſorbuiſſe,non phantaſtica figmẽta,ſed
virgas. Hoc eñ poterat abſorbere q̃d erãt, non q̃d videbant & non erãt. Secunda reſponſio
eſt, ꝙ virgæ magoꝝ vere conuertebant in dracones, per applicatiões viriũ ac ſeminũ natu-
ralium reꝝ,quæ maligni ſpũs celerrime colligere,adducere,applicareq; poterãt,& ita repẽ-
te trãſmutare virgaꝝ materiã,vt in dracones conuerterent. Hanc quoq; reſponſionẽ Strabus
Euſebiꝰ. & author Scholaſticæ hiſtoriæ tangunt,dicendo:Dum per incantationẽ dæmonum malefici
aliquid operari conant,dæmones ipſi ꝑ mundũ diſcurrunt, & ſubito ſemina reꝝ, de quibus
hoc agitur,afferunt:ſicq; ex illis,Deo ꝑmittente,noua quædã producunt. Iſta item reſponſio
in verbis Auguſtini fundatur, dicentis: Inſunt corporeis rebus per omnia mundi elementa
Auguſt. quædã occultæ ſeminariæ rationes,quibus cum data fuerit opportunitas temporalis,pro-
rumpunt in ſpecies debitas ſuis modis ac finibus. Et qui faciunt hæc, non dicunt animali-
um creatores,ſicut nec agricolæ ſegetum. Quod autẽ hi faciunt viſibiliter ,hoc angeli boni
vel mali inuiſibiliter. Solus autẽ Deus creator eſt,qui cauſas ipſas & rationes ſeminarias re-
bus inſeruit. Hæc vero reſponſio quibuſdã non placet. Nam dicunt,ꝙ licet ex virgis poſſunt
generari ſerpentes per naturaliũ applicationẽ virtutũ ac ſeminum,hoc tñ non fieret tam re-
pente,ſed per intermedias trãſmutationes & per morã notabilem. Ideo dicunt ꝙ dæmones
celerrime & imperceptibiliter ſubtraxerunt virgas à magis proiectas,& loco eaꝝ ſuppoſue-
runt dracones aliunde inuiſibiliter allatos,vel ibi de nouo generatos,per hoc ꝙ ſuppoſue-
runt materiã de propinquo diſpoſitã ad inductionẽ formaꝝ ſerpentiũ. Textũ autẽ ſoluunt,
dicendo ꝙ conſuetudo ſcripturæ eſt,aliquid recitare ſicut ab om̃ibus reputatũ eſt,& ſicut ap-
Hieron. paruit quãdo fiebat,ſecũdum q̃d ſuꝑ Matthæum ſcribit S. Hieronymus. ¶Præterea vt ſcia-
tur,quæ haꝝ reſpõſionũ verior probabiliorq; putet,aduertẽdum in primis q̃d in prima par-
Dionyſ. te Summæ ſuæ,quæſt.110. ſcribit S. Thomas,dicẽdo: Secũdum diuinũ Dionyſiũ cap.7. de di-
uinis nominibus, Deus cõiungit infimũ ſuperioris ordinis cũ ſupremo ordinis inferioris.
Hinc angeli tã boni q̃ mali ratiõe ſuæ ſpũalis naturæ, dignitatis ac poteſtatis,agere poſſunt
in corporalẽ naturã,quãtum ad motũ localẽ. Porro ad rationẽ miraculi non ſufficit,ꝙ ali-
quid fiat præter ordinẽ naturæ particularis:alioqn q̃ proijcit lapidẽ ſurſum,perpetraret mi-
raculum:ſed oportet vt fiat præter ordinẽ totius naturæ creatæ, ſicq; Deo propriũ eſt mira-
Pſal.71. cula facere,iuxta illud:Benedictus dñs Deus Iſrael, qui facit mirabilia ſolus. Veruntñ homi-
nes ſancti & angeli glorioſi dicunt patrare miracula,inquãtũ ꝓpter eoꝝ preces & vota Deus
efficit ea,aut q̃a miniſteriũ exhibẽt in op̃atiõe miraculi. His verbis addit Thomas: Dæmones
aliqua agere poſſunt ex naturali induſtria per occulta reꝝ ſemina,quoꝝ nos ignoramus vir-
tutẽ,ſicut fecerũt per magos Pharaonis. Vnde talia,q̃uis ſint miracula,quãtum ad nos, non
tamẽ ſimpliciter,q̃a in naturali poteſtate eſt creaturæ quicq̃d efficiunt. Ex his conſtat,quid
de cõuerſione virgaꝝ magoꝝ Pharaonis ſenſerit Thomas, vtpote ꝙ in dracones vere con-
uerſæ ſunt ꝑ modũ prætactũ. Inſuꝑ in eadẽ parte Summæ ſuæ, quæſt.114. ait: Dicunt dæmo-
nes miracula facere poſſe,qm̃ per occulta reꝝ ſemina,aut ſimili modo aliqua efficere poſ-
ſunt,quæ facultatẽ & cõſiderationẽ humanã trãſcendunt. Quæ autẽ naturali virtute fieri ne-
queunt,non faciunt vere,ſed apparẽter dũtaxat,videlicet decipiẽdo ſenſus humanos,aliquas
formas ſeu ſimilitudines imprimẽdo exterioribus ſenſibꝰ, aut phãtaſiã & ſenſum cõmunem
interius immutãdo, ex qua immutatiõe refluunt ſpecies reꝝ ad ſenſus exteriores: & ita videt
homini ꝙ ſentiat,q̃d nõ ſentit. Deniq; ſicut diabolus poteſt ex aere corpus formare atq; aſſu-
mere,

mere,ſic poteſt alijs rebus corporeis quãcunq; formã & figurã circũponere,ita vt corpꝰ hu-
manũ videat in figurã beſtialẽ cõuerſum,quã cõuerſionẽ nõ poteſt diabolus vere efficere. Vn-
de 18. de ciui. Dei loq̃tur Auguſt. Nec vlla rõne crediderim,dæmonũ poteſtate & arte in be- Auguſt.
ſtialia poſſe lineamẽta & mẽbra cõuerti corpꝰ humanũ. ¶De hac autẽ materia,& q̃d ſit pro-
prie miraculũ,de diuerſitate q̃q; ac gradibꝰ miraculoꝝ,& q̃liter dæmonũ ope,magoꝝ ope-
ra fiãt, qualiter etiã dæmones valeãt imaginatiuã vim, exterioresq; ſenſus hoĩm immutare
ac fallere,valde magiſtraliter atq; ſubtiliter ſcribit ſanctꝰ doctor in 1. parte Sũmæ ſuæ,& ſuꝑ
ſecundũ Sentẽ.7. diſt. Itemq; in Sũma cõtra gẽtiles 3. lib. Itaq; verius reor,ꝙ virgæ magoꝝ
Pharaonis fuerunt vere in dracones cõuerſæ,& ꝙ magi,vt infrà habet,vere cõuerterunt aquã
in ſanguinẽ,ranasq; ꝓduxerunt. Primo,qm̃ hoc magis cõſonat textui veritatis,videlicet ſa-
cræ huic hiſtoriæ,q̃ abſolute ac apertiſſime ꝓteſtat & aſſerit,ꝙ virgæ illæ in dracones ſint ver-
ſæ,&c. Secũdo,qm̃ doctores egregij,ſuꝑ Sentẽ. diſt.7. cõmuniter dicunt hoc,& ipſe magiſter
in textu ibidẽ idẽ affirmat. Tertio,qm̃ effectꝰ illi nõ tranſcẽdunt virtutes naturaliũ ſeminum Auguſt.
& cauſaꝝ,ac angeloꝝ ſiue bonoꝝ ſiue maloꝝ. Quarto,q̃a beatiſſimꝰ Auguſt. 3. lib. de Trini-
tate per diuerſa cap̃la,hoc ipſum conteſtat atq; declarat: Video,inq̃t,q̃d infirmæ cogitationi
poſſit occurrere,cur ſ. mirabilia iſta etiã magicis artibus fiãt. Nã & magi Pharaonis,ſerpen-
tes & alia q̃dã fecerunt aereaꝝ poteſtatũ auxilio. Nam & dæmones nihil poſſunt,niſi data eis
deſuꝑ poteſtate, q̃ dat eis ad fallẽdum fallaces,ſicut data eſt eis in ipſos Aegyptios & in ma-
gos,vt in eoꝝ ſpirituũ ſeductiõe viderent admirãdi à q̃bus fiebãt,à Dei veritate dãnandi:vel
ad monendum fideles,ne tale aliq̃d facere ꝓ magno reputent, vel ad exercendã, manifeſtan-
damq; iuſtoꝝ patientiã. Nec ideo putãdum eſt, trãſgreſſoribus angelis ad nutũ ſeruire hãc
viſibilium reꝝ materiã,ſed Deo potius,à q̃ hæc dat poteſtas. Nec mali angeli illi dicẽdi ſunt
creatores,q̃a magi famulo Dei Moſi reſiſtẽtes,ranas & ſerpẽtes fecerunt per illos. Oĩm q̃ppe
reꝝ quæ corporaliter viſibiliterq; naſcunt,occulta quædã ſemina in corporeis huius mundi
elemẽtis latẽt:aliàs non naſcerent plerũq; ex terra,q̃ in ea ſeminata non ſunt. Sed nunc reſtat
obiectio illa ſoluẽda quæ tacta eſt, q̃a apparet ꝙ ꝑ magicã artẽ & dæmonũ operationẽ non Auguſt.
potuerint virgæ magoꝝ tã repente in dracones cõuerti. Quã obiectionẽ Nicolaus de Lyra
ſic põderat,ꝙ ob eã negat virgas fuiſſe in dracones cõuerſas. Veꝝ ex verbis Auguſtini 3. de
Trinitate,habet ſolutio. Ait equidẽ ibi:Angeli ex ſua ſubtilitate & agilitate ſemina reꝝ no-
bis occultiora nouerunt,& ea per cõgruas tẽperationes latẽter ſpargunt,atq; ita gignendaꝝ
rerum & accelerandoꝝ incremẽtoꝝ præbẽt occaſiones. Multi etiã hoĩes nouerunt,ex q̃bus
herbis aut carnibus,vel quarumlibet reꝝ ſuccis & humoribus,ſic vel ſic poſitis,obrutis,con-
tritis aut cõmixtis,q̃ animalia ſoleãt naſci. Quid igit mirum,ſi quẽadmodum poteſt cogno-
ſcere quilibet neq̃ſſimus homo, vnde illi vel illi vermes aut muſcæ naſcunt, ſic angeli mali
in occultioribꝰ elementoꝝ ſeminibus norunt,vñ ranæ ſerpẽtesq; naſcant,& hæc ꝑ certas ac
eis notas tẽperationum opportunitates ſeu cõueniẽtias,occultis motibus adhibeãt & procu-
rent? Quòd ſi q̃s celeritates incremẽtoꝝ forte mirat,ꝙ aĩalia illa tã cito ſunt facta, attendãt
quẽadmodum iſta pro modulo facultatis humanæ ab hoĩbus procurent. Sed hæc ab homi-
nibus tãto difficilius adhibent,quãto deſunt ſenſuum ſubtilitates,& corpoꝝ mobilitates in
membris terrenis. Hinc quãto facilius eſt angelis & malis, intimas cauſas ab elemẽtis cõtra-
here,tãto mirabiliores exiſtunt celeritates in talibꝰ eoꝝ opibus. ¶His q̃q; Auguſtini verbis
addẽda ſunt, q̃ in Summa cõtra gẽtiles lib.3. ſcribit Thomas: Conſiderãdum eſt, inquiẽs, ꝙ
dum angeli vel dæmones adhibent res naturales ad determinatos effectus,vtunt eis vt inſtru-
mentis,ſicut medicus vtit herbis ad curãdum. Ex inſtrumento aũt ꝓcedit nõ ſolum effectus
ſuæ virtuti correſpõdens,ſed etiã effectꝰ vltrà propriã virtutem,inquantũ agit virtute princi-
palis agentis. Serra nãq; & ſecuris nõ poſſent facere lectũ,niſi inquãtũ agunt vt motæ ab ar-
te ad talem effectũ. Nec calor naturalis poſſet generare carnem,niſi virtute aĩæ vegetabilis,
quæ vtit eo vt inſtrumento. Cõueniens ergo eſt,ꝙ ex ipſis naturalibꝰ proueniãt aliq̃ altiores
effectꝰ, ex hoc ꝙ ſpirituales ſubſtãtiæ eis vtunt inſtrumẽtis. Sicq;,q̃uis talis effectꝰ nõ ſint ab-
ſolute miracula,q̃a ex naturalibꝰ cauſis ꝓueniunt, mirabiles tñ nobis redduntur dupliciter:
Vno modo ex hoc, ꝙ ꝑ ſpirituales ſubſtãtias tales cauſæ modo nobis inſolito applicãtur ad
certos effectus. Vnde & ingenioſoꝝ artificum opera mirabilia his videntur,q̃ nõ percipiunt
qualiter illi operãtur. Alio modo ex hoc, ꝙ cauſæ naturales appoſitæ ad aliq̃s effectus ꝓdu-
cendos,aliq̃d ſortiuntur virtutis ex hoc,ꝙ ſunt inſtrumenta ſpũalium ſubſtãtiaꝝ,& hoc ma-
gis accedit ad rõnem miraculi. Ex his patet plena obiectiõis p̃tactæ ſolutio. Ad id autem ꝙ
obiectum eſt,opera Dei debere diſtingui à factis magoꝝ,& ꝙ conuerſio virgæ Aaron in ſer-
pentem,nõ fuiſſet ſufficiens argumẽtum ſuæ largitiõis,ꝙ eſſet à Deo,patet reſpõſio ex verbis
Thomæ ſuper ſecundum Sententiaꝝ diſt.7. aſſerentis:Signa facta per bonos,diſtingui poſ-
ſunt ab his q̃ fiunt per malos,tripliciter: Primo,ex efficacia virtutis agentis, qm̃ ſigna facta
per bonos,fiunt virtute diuina,& in his ad quæ ſe virtus actiua naturæ nullo modo extendit,

quæ dæmones nequaquam facere poſſunt,niſi in præſtigijs tantum,quæ diu durare non va-
lent.Secundo,ex vtilitate,quoniam ſigna facta per bonos,ſunt de rebus vtilibus,vt in cura-
tionibus infirmitatum. Signa autem facta per malos, ſunt de rebus nociuis aut vanis, vt ꝙ
volant in aere,vel membra hominum efficiunt ſtupida. Et hanc differentiam aſſignat ſan-
Clemẽs ctus Petrus in itinerario ſancti Clementis. Tertia differẽtia eſt,quãtum ad finem:quoniam
papa. ſigna bonorum,ordinantur ad ædificationẽ fidei & morum bonoꝝ:ſigna autem malorum,
ſunt in manifeſtũ nocumentũ fidei,bonorumq; moꝝ. Differũt quoq; in modo agẽdi,qm̃ bo
ni faciunt ea per inuocationẽ Dei pie ac reuerẽter:ſed mali quibuſdã deliramẽtis,incantatio
Strabus nibus,abuſionibusq; vtunt. Deniq; ꝙ Strabus & magiſter in hiſtorijs dicunt virgas magoꝝ
nõ realiter,ſed ludificatorie verſas in dracones,nõ dicunt aſſertiue, ſed opinatiue vel inquiſi
tiue.Nã diſiũctiue loquunt,dicẽdo ꝙ factũ ſit illud vel ꝑ illuſionẽ ſenſuum,vel ꝑ virtutes na
Auguſt. turalium rerũ.Similiter intelligẽdum eſt q̊d loquit Auguſtinus de figmentis illis phantaſti-
cis.Inſuper dici poteſt, ꝙ conuerſio virgaꝝ magoꝝ in dracones,non ſit facta tam ſubito vt
apparebat.Cum eñ verſa fuiſſet virga Aaron in ſerpẽtem,vidẽte dæmones Pharaonem vo-
care maleficos ſuos ad ſimilia perpetrãda,potuerunt mox in virgis magoꝝ facere alteratio
nes & diſpoſitiões notabiles,ad cõuertendũ eas in dracones.Et fuit notabile tempus inter il-
lam vocationẽ, & virgaꝝ proiectionẽ. Hæc circa præſentẽ paſſum tã prolixe induxi, qm̃ ad
ſequẽtium capituloꝝ expoſitionẽ,intelligẽtiamq; proficiunt. ¶Poſtremo,ex dictis poteſt
dari ſolutio,qualiter multa ꝑ magicã artẽ,ſic & ſic fieri vel potius apparere potuerunt,ſicut
Clemẽs quod legit in itinerario B.Clemẽtis,ꝙ Simon Magus ſimilitudinẽ vultus ſui impreſſit Fau
papa. ſtiniano patri S.Clemẽtis,ita ꝙ ſolus beatiſſim⁹ Petrus apl's in hoc falli nequit. Similiter in
Vitiſpatrũ narrat de q̊dã,cuius vxor videbat cõuerſa in equã:adduxit eã ad ſanctiſſimũ virũ
Macariũ,qui ſolus vidit in fœmina illa formã humanã. Nã & fratribus eremitis videbatur
ꝙ eſſet equa.Interdũ quoq; apparet hoĩbus,ꝙ gallus trahat maximã trabẽ, cũ nõ trahat niſi
feſtucã aut ſtramẽ.Deniq;,de ſanctis viris legunt mira, quæ nequaquã facta ſunt magica ar-
te,ſed diuina virtute:ſicut ꝙ S. Fronto epũs apud Petragoricas celebrãs, cum rediſſet ad ſe,
dixit ſe ſanctã Marthã ſepeliuiſſe.Beatus quoq; Ambroſius in Mediolano celebrans, atq; in
Ambro. Miſſa obdormiẽs,excitatus à clericis,dixit ſe obſequiũ præbuiſſe funeri ſanctiſſimi præſu-
lis Martini.Præterea B.Auguſt.18.de ciuitate Dei velle videtur,ꝙ homine dormiẽte & viuo
Auguſt. manẽte,phãtaſticũ eius velut incorporatũ in alicuius animalis aut hoĩs effigie apparet, qñq;
ſenſibus alienis.Vnde & de ſancto patre Bernardo legit, ꝙ interdũ qñ infirmus corporaliter
in infirmaria iacebat,videbat ire ꝑ chorũ in matutinis,& monachos intueri,ſomnolentoſq;
ſuſcitare. ¶Circa hæc ſcribit Richardus de Mediauilla, ſuper primum Sententiaꝝ diſtin-
ctione 37.Dici poteſt,quòd in veritate nec corpus,nec anima Ambroſij interfuit ſepulturæ
ſancti Martini, ſed forte angelus in ſpecie Ambroſij apparens. Quod dum fieret,videbatur
Ambroſio ſoporato, ꝙ intereſſet illi ſepulturæ.Nec eſt putãdum,ꝙ phantaſticum hominis
realiter exeat de hoĩe dormiente, ſed qñq; contingit,ꝙ homo ſomniat ſe eſſe p̃ſentem alie-
no cõſpectui.Et qñ hoc ſomniat,tũc ſpũs in ſpecie illi⁹ hoĩs apparet illi,in cuius cõſpectu il
le dormiẽs ſomniat ſe eſſe p̃ſentẽ. Veꝝ de hac materia ſcribit B. Auguſtinus diffuſe de ciui-
tate Dei 17.& 18.capl'is,in q̃bus de q̃buſdã trãſformatiõibus & apparitiõibus ſatis miranda
refert. [Dixit autem dñs ad Moſen: Ingrauatũ eſt cor Pharaonis, & non vult dimittere po-
pulum]Hebræorum,[Vade ad eum mane:]quatenus dum adhuc ieiunus & ſobrius eſt,apti-
or ſit ad conſiderandum quæ dices ad eum,& inexcuſabilior,ſi non obtemperauerit. [Ecce]
enim [egredietur ad aquas:] forte ad deambulandũ pro ſanitate circa fluenta Nili.[& ſtabis
in occurſum eius ſuper ripã fluminis] .i.in ripa Nili ſtabis intrepidus ad occurrendũ regi.
[Et virgam quæ cõuerſa eſt in draconẽ].i.virgã tuam, quæ fuit verſa in colubrum, & in na-
turã redijt virgæ,[tolles in manu tua,diceſq; ad eum: Dñs Deus Hebræoꝝ miſit me ad te,di-
cens:Dimitte populum meũ,vt ſacrificet mihi in deſerto,& vſq; ad præſens audire noluiſti.
Hæc igit dicit dñs:In hoc ſcies] per euidentiã facti, & per experientiã pœnæ tibi nunc infli-
gendæ,[ꝙ ſim dñs].i. dñs vniuerſoꝝ per vniuerſalẽ authoritatẽ & poteſtatẽ plenariã,qua &
his qui meum dominiũ recognoſcere nolunt,ad libitum infero pœnas,& eos vinco ac mihi
ſubijcio.[Ecce percutiam virga quæ in manu mea eſt,aquã fluminis].i.ego dñs iubebo flu
uium percuti cũ hac virga,quæ in mea eſt poteſtate:vel ego Moſes ex parte Dei pręcipiam,
vt Aaron cum hac virga percutiat flumen:[& vertetur in ſanguinem.] Hoc loco ponitur
ſingulare pro plurali, quia non ſolum in ſanguinem verſus eſt vnus fluuius Nili,per diuer-
ſa loca Aegypti currentis,ſed multi aut omnes fluuij eius, vt paulopoſt habetur in textu.
[Piſces quoque qui ſunt in fluuio,] id eſt,diuerſis fluuijs,[morientur:] quia in ſanguine non
i. poteſtas mea agris & iumentis tuis inferet læſionem & deſtructionem. Vnde quaſi expoſi-
torie ſubditur: [Peſtis valde grauis.] Quæ aũt fuerit peſtis hæc, in litera nõ narratur in ſpe-
ff cialis

ciali:ſed aliqui putant ꝙ ſolo Dei imperio facta fuit corruptio iſta iumentis & herbis agro-
rum,ꝗ nec Moſes nec Aaron legitur in hac plaga aliquod exhibuiſſe obſequium. Verun-
tamen tales effectus ſolet Deus magis per angelica miniſteria,q̄ per ſeipſum immediate p-
ducere. Aliqui vero dicunt,ꝙ ex corruptione aeris infecta fuerũt paſcua, & ex conſequenti
iumenta ex paſcuis ipſis veſcentia.[Et faciet dñs mirabile].i.mirã diuiſionem & diſtinctio-
nem [inter poſſeſſiones Iſrael, & poſſeſſiones Aegyptioꝝ:] ita [vt nihil omnino pereat ex
his quæ pertinent ad filios Iſrael:] quia nec paſcua, nec iumenta Hebræoꝝ læſa fuerunt hac
plaga. Et dicunt nonnulli, ꝙ in eiſdem agris ſeu campis corrupta fuerunt animalia Aegy-
ptioꝝ,non Hebræoꝝ:aliàs non videtur probabile,ꝙ Aegyptij permiſerũt iumenta Hebręo
rum ire & paſci in eiſdem campis cum animalibus ſuis.Ideo dicunt ꝙ infectio illà ſeu peſtis
non fuit in locis & paſcuis ac iumentis ad Hebręos ſpectãtibus,q̊d verius reor.[Conſtituitq́
dñs tempus,dicens] p Moſen ad Pharaonem:[Cras faciet].i.implebit [dñs verbum iſtud in
terra] Aegypti.¶Circa hoc recitat Lyra:Dicunt Hebræi,ꝙ Moſes fecit lineam in pariete,di
cens:Cras ſole hãc lineam attingente,fiet hæc plaga:& hoc,ad inſinuandũ certitudinem di
uinæ ꝓuidentiæ. [Mortuaq́ſ ſunt oĩa animãtia Aegyptioꝝ.] Iſtud quidã exponunt de ani-
malibus quæ fuerũt in domibus: ꝗ de aĩalibus quæ fuerũt in agris & cãpis, pauloposṭ dicit
ꝙ grandine perierũt.Alij hoc exponunt de aĩalibus quæ fuerũt in agris & campis,q̊d magis
cõſonat literæ, ſicut nũc patuit. De quibus aũt animalibus verificetur, ꝙ grandine perierũt,
ſtatim diſcutietur. [Et miſit Pharao ad videndum,] an nihil obijſſet de pecoribus Hebræo-
rum,vt exploraret an verba Moſis eſſent impleta. ¶Si quæratur, cur nõ miſit ſimiliter ad vi
dendum de plaga præcedenti, in qua etiã Moſes de huiuſmodi diuiſione p̄dixit, reſponde-
tur,ꝙ propter moleſtiam muſcaꝝ in aere copioſiſſime volitantium,nuncij nõ potuiſſent ex-
pedite ire per terrã.Vel forte Pharao magis reputauit hanc plagã,quæ ſibi extitit tam noci
ua.Deniq; ꝗ Aegyptij nõ ſolũ afflixerunt Hebræos,ſed & iumẽta eoꝝ, imponendo vtriſq;
grandes labores ac onera deportãda,idcirco Aegyptij iuſte puniti ſunt in morte iumento-
rum ſuoꝝ,correſpõditq́ pœna culpæ. Deinde deſcribit ſexta plaga:[Dixitq́ dñs ad Moſen
& Aaron:Tollite plenas manus cineris] .i. vnuſquiſq; veſtrũ impleat manum ſuã cineribus
[de camino,& adſpergat illum Moſes in cælum coram Pharaone, ſitq́ puluis ſuper oẽm ter
ram Aegypti.]¶Circa hęc quęri plurima poſſunt.Primo,cur dñs fecit p̄cedens miraculũ &
flagellum,quo occiſa ſunt Aegyptioꝝ iumẽta ſine miniſterio Moſis & Aaron, & nõ iſtud,
quo puniti ſunt homines & iumẽta. Secundo,cur dñs iuſſit tam Moſi q̄ Aaron implere ma
nus cineribus,& item,cur cineribus de camino. Tertio, cur ſolus Moſes iuſſus eſt puluerem
ſpargere. Quarto,cur adiecit, & ſit puluis ſup omnẽ terrã Aegypti, quaſi ante nõ fuerit ibi
Rom. 11. puluis. Ad iſta qs dicere poſſet, Quis cognouit ſenſum domini? aut qs cõſiliarius eius fuit?
Veruntamẽ conijciendo & opinãdo,poteſt aliqualis dari reſponſio:dicendo ad primum,ꝙ
domin⁹ fecit quædã ſigna p Aaron,propter cauſam ſuprà inductã:quædam per Moſen,ad
oſtendẽdum eius principalitatẽ in iſta legatione. nam & ea quæ Aaron egit,ex Moſis impe
rio fecit, ita ꝙ dñs dixit ad Moſen: Dic ad Aaron, Extende manum, vel, Tolle virgam, aut
aliquid ſimile. Aliqua vero ſigna fecit dominus per ſe,ad oſtendendũ,ꝙ ipſe nulli⁹ eget ob-
ſequio. Ad ſecundũ dici poteſt,ꝙ vtriſq; iuſſit dominus manus implere cineribus, ad decla-
randum cõmune & ſociale ac concors eorum obſequium. Ad tertium,ꝙ ſoli Moſi, tãquam
principali,iuſſit ſpargere cinerem. Nam & ſparſio iſta eſt facta ſurſum in cælum:ideo Mo-
ſi cõpetebat,qui conſtitutus eſt mediator quo ad ptinentia ad Deum.Ad quartũ,ꝙ puluis de
quo nunc ſermo,de terra conſurgens, circa eam volitabat in aere: & forte fuerat infectiuus
& inflictiuus plagæ,quæ ſtatim narrabitur. Cur autẽ eſt ſumptus cinis de camino? Dici po-
teſt,ꝙ plaga iſta correſpondebat iniquitati Aegyptioꝝ,qua oppreſſerunt filios Iſrael, im-
ponẽdo eis decoctionẽ laterum in fornace ardente.[Erunt eñ in hominibus & iumentis vl
cera & veſicę turgẽtes in vniuerſa terra Aegypti:] in qua morabantur Aegyptij, nõ tamen
in manſionibus Hebræoꝝ. Itaq; in veſicis Aegyptioꝝ fuit interior læſio, ſ. calefactio pun-
gens, ex qua primo vlcera naſcebantur, deinde ruptis veſicis facta ſunt vulnera in eiſdem.
Et hoc iuſto Dei iudicio,quia in filijs Iſrael ex magnitudine oppreſſionum, doloꝝ, laboꝝ,
anguſtiarumq́ fuit multiplex læſio viſcerum interiorum ex perſequutiõe Aegyptioꝝ. [Nec
*vlcera. poterant malefici ſtare coram Moſe propter*vulnera quæ in illis erãt.] Vnde elicitur,ꝙ pla
Exod. 8. ga iſta acrius eos torſit, quia cũ ante dixiſſent, Digitus Dei eſt hic, vtpote cognoſcẽtes pla-
gas iſtas eſſe à ſummo Deo,non tñ ceſſauerũt à ſua malitia.¶Sequitur ſeptima plaga:[Dixit
quoq; dominus ad Moſen: Mane conſurge & ſta coram Pharaone, & dices ad eũ: Hæc di-
cit dominus: Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi, quia in hac vice].i. niſi dimiſeris
eos in hoc tẽpore,[mittã omnes plagas meas ſup cor tuũ].i. ſup te totũ, ita ꝙ intus & extrà
affligeris,& cordis tui penetralia pforabuntur dolore.Per cor aũt, tanq̄ per partẽ principa-
lem,totus homo accipit.Nam & philoſoph⁹ ait,ꝙ homo eſt maxime ſuus intellectus. Nec
ſine cau

ſa dixit,ſup cor tuũ, ſed ad inſinuandũ penetratiuam huius plagæ ſeueritatẽ. Deniq;,
ꝗ nũc dicitur,omnes plagas meas,quidã exponũt iſtud non ſolũ de hac plaga,ſed ſimul de
ea & plagis ſequẽtibus.Poteſt tñ exponi de ſola hac plaga totali,quę plures partiales plagas
in ſe cõpræhendebat,quẽadmodũ nũc patebit.Frequẽter etiã ponitur numerus pluralis pro
ſingulari,& econuerſo. Omne q̊q; interdũ accipitur pro perfecto aut toto. Et ſic nũc accipi
poteſt, Omnes.i. pfectas & totales has plagas, ꝗ in hac plaga multa fuerũt afflictiua atq;
nociua.[& ſup ſeruos tuos & ſup populũ tuũ].i.cæteros Aegyptios q tibi cõſenſerunt & co-
operati ſunt,affligẽdo Hebręos, [vt ſcias ꝙ nõ ſit ſimilis mei in oĩ terra].i. ꝙ nullus ſit mihi
æqualis in poteſtate & in omni pfectione.Iſtud fuit vna cauſa inductiõis plagaꝝ iſtaꝝ.Aliæ
q̊q; fuerunt cauſæ eaꝝ,vt ſcilicet per eas filij Iſrael inſtruerentur & redimerentur.Itemq́,vt
toti mũdo tã p̄ſentib⁹ q̄ futuris innoteſceret excellẽtia Dei,ſicq́ cõuerterent ad eũ. Hinc ſub
ditur: [Idcirco aũt poſui te].i. creaui & in regno & loco hoc collocaui, [vt oſtendam in te
fortitudinẽ meã].i. omnipotentiã meã electis ſalubriter manifeſtẽ per effectus potẽtiæ atq;
iuſtitię meæ in teipſo & cũctis hoĩbus,etiã reprobis,pandã virtutẽ ac prouidentiã meam
ad eoꝝ cõmonitionẽ, vt inexcuſabiles inueniant. Ideo ſubdit:[& narret nomẽ meũ in omni
terra].i.cunctis hominibus p̄dicetur maieſtas mea,& fama excellentiæ meæ. Hunc paſſum al Rom. 9.
legat ad Rom̃. Apoſtolus,dicẽs: Dicit eñ ſcriptura Pharaoni, ꝗ in hoc ipſum excitaui te,
vt oſtendã in te virtutẽ meã,& annuncietur nomẽ meum in vniuerſa terra. Veruntamẽ De
us volũtate antecedẽte vult oẽs homines fieri ſaluos,atq; ob æternã beatitudinẽ obtinendam
cõdidit vniuerſos.Sed ipſe tam bonus & ſapiẽs eſt, ꝙ malos & reprobos nõ crearet, niſi ſci-
ret & poſſet ex eoꝝ malitia elicere multa bona. Sicq́ ex Pharaonis malitia elicuit Deus bo-
na prætacta,quemadmodũ ex ferocia tyrannoꝝ & perſequutoꝝ eccleſię,elicuit martyrum
glorificationẽ,fidei corroborationem, fidelium ædificationẽ,cõuerſionẽq́ plurimoꝝ. Por Damaſ.
ro voluntate cõſequente,vt loquitur Damaſcenus,vult De⁹ reprobos & pręſcitos damnari,
cõſiderata ſimul cũ eis eoꝝ malitia: ſicq́ aſſeritur eos creaſſe, vt iuſtitiã & fortitudinẽ ſuam
demõſtraret in eis.Vniuerſa equidem fecit, vt ſua in eis perfectio demõſtraret. Ideo ſicut in
electis voluit relucere ſuã miſericordiam,ita in reprobis ſuam iuſtitiã. Propterea ad Roma. Rom. 9.
ſcribit Apoſtolus:An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere quidem vnũ
vas in honorem,aliud vero in cõtumeliam? Quod ſi Deus volẽs oſtendere iram & notam fa-
cere potentiã ſuã,ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitũ,vt oſtenderet diuitias
gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriam. ¶Circa hæc ſcribit Lyra: De⁹
nõ indiget malitia hominũ ad declaratiõem fortitudinis ſuæ, ꝗ per multas alias vias poteſt
eam monſtrare:ſed mala permittit,vt bona eliciat. Idcirco li,vt, tenetur conſequutiue, non
cauſaliter,cũ dicitur:Idcirco poſui te,vt oſtendã in te fortitudinem meã.Sed cõtra hoc vlti-
mum,ſ. ꝙ li,vt,tenetur cõſequutiue,nõ cauſaliter,arguit Rabbi Paulus, aſſumẽs verba Tho R. Paul.
mæ dicentis:Diuina ꝓuidentia nõ ſolum diſponit qui effectus fiãt,ſed etiam ex quibus cau-
ſis,& q̊ ordine:inter quas cauſas,actus humani ſunt cauſæ q̊rundam effectuum. Sicq́ in tali-
bus homines aliqua agunt, vt p ſuos actus impleantur quidã effectus ſecundũ ordinẽ à Deo
diſpoſitum.Ideo tales intermedij actus, ratiõem habent cauſalitatis reſpectu effectus à Deo
diſpoſiti.Vnde in p̄ſenti materia,qm̃ Deus ex ꝓpoſito ſuæ voluntatis diſpoſuit, ꝙ p malitiã
Pharaonis à Deo toleratam & pmiſſam,ſua potẽtia,iuſtitia & lõganimitas hoĩbus declaren
tur:huiuſmodi malitia ſic à Deo pmiſſa, habet rationem cauſalitatis reſpectu huiuſcemodi
declaratiõis à Deo intẽtę,ideo li,vt,in hoc loco tenet cauſaliter,vt etiã patet ex Gloſſa.¶Cir In R. Pa.
ca hęc verba Rabbi Pauli dico, ꝙ verba S. Thomę ſecundũ ipſius Thomę intentiõem, vere
atq; catholice ſunt inducta. Siquidem doctor ſanctus introducit verba illa in ſecũda ſecun-
dæ,quæſt.83.ſoluendo hãc q̄ſtiõem,an cõueniens ſit orare.Et declarat ꝙ imo,nõ obſtãte im
mobilitate ꝓuidentiæ Dei,ꝗ videlicet Deus præuidit ac p̄ordinauit ſe datuꝝ gr̃am ac ſalu-
tẽ hoĩbus p oratiões & q̊ſdam actus eoꝝ.Hinc Thomas aſſerit ibi: Orandũ eſt,nõ vt Deũ fle-
ctamus,aut diuinã diſpoſitiõem mutemus,ſed vt orãdo id impetremus,q̊d Deus p oratiõem
ſtatuit dare aut facere.Itaq; cõſtat ꝙ intẽtio Thomæ eſt,loqui de actibus bonis, nõ vitioſis,
ꝙ ſ.habeant ratiõem cauſalitatis directe reſpectu effectuũ à Deo diſpoſitoꝝ. Et ita Rabbi P.
nõ recte applicare videtur verba Thomæ ad ꝓbandũ ꝓpoſitum ſuũ, vtpote ꝙ in ordine diui-
næ prouidentiæ obſtinatio aut malitia Pharaonis, habeat rationẽ cauſalitatis reſpectu ma-
nifeſtatiõis fortitudinis Dei.Nempe ſi ita eſſet,ſequi videretur ꝙ malitia Pharaonis fuiſſet à
Deo intẽta,atq; ꝙ Deus eſſet nõ ſolũ permiſſiua,ſed & effectiua ſeu directa cauſa illius mali
tiæ,ꝗ Deus hoc intendit & efficit, p q̊d ſua prouidentia directe cauſaliterq́ impletur. Nec Auguſt.
Gloſſa videt eſſe pro Rabbi Paulo, qm̃ Gloſſa introducit verba Auguſtini dicentis: Nouit
dñs bene vti malis,nõ tamen humanam naturã ad malitiã creat.Ex quibus verbis ꝓbatur, ꝙ
demõſtratio fortitudinis Dei p Pharaonis malitiam, cõſequutiue magis q̄ cauſaliter ſe habe
at ad Pharaonis creationẽ & obſtinationẽ. [*Ecce pluã cras hac ipſa hora,] nõ eadem nu-

 mero,

tes,imbres,& variæ impreſſiones copioſius ac terribilius,q̄ in Aegypto acciderãt. Speciali-
ter vero,ꝑ tonitrua accipiunt clamoroſæ & inordinatiſſimæ voces ac p̄dicationes hæretico
rum & ꝑfidoꝝ ac ſchiſmaticoꝝ,qui inſtar canũ cõtra catholicę fidei veritatẽ atq; eccleſiaſti
cam vnitatẽ impudẽter vociferant ac ꝑſtrepunt,& argumenta ſua quaſi tonitrua magnipen
dunt:ꝑ fulgura quoq; diſcurrentia,deſignant reales & ignitæ ꝑſequutiones,quas vndiq; cõ-
tra catholicos ſpargũt,& velociſſime currere faciũt.Nam & materiali igne inuadũt ſacra lo
ca atq; fideles.Præſumũt etiã ſententias excõmunicationis q̄ſi fulgura cõtra fideles emittere.
Porro ꝑ grãdinẽ intelligunt mortes amarę, quas pro fide & iuſtitia iuſtis & fidelib⁹ inferũt,
ſicut ſaluator p̄dixit:Venit hora vt oĩs qui interficit vos,arbitret obſequiũ ſe p̄ſtare Deo.His
Ioan.16. plagis ac vitijs ꝑmittit iniquos dñs lædi,ſpiritaliterq; occidi.Quẽadmodũ etiã occiſi ſunt ho
mines & iumẽta nõ cõgregata in domũ,ita qui in eccleſia Chr̃i nõ ſunt fide & charitate vni
ti,diſpereũt.Et ſi aliqua agũt bona ex genere,nõ tñ meritoria extant,quia Chr̃o incorpora-
ti nõ ſunt, nec ſunt viua eccleſiæ mẽbra. Poſtremo per hoc,q̊d magi & ſapientes Pharaonis
grauius læſi ſunt ſexta plaga,hoc innuit,ꝙ in populo Chr̃iano multi ſunt ingenioſi & hu-
mano ſtudio eruditi,qui tñ iuxta ſcientiam & doctrinã ſuam nõ conuerſant,quales & in ve-
teri teſtamẽto ſcribæ & phariſæi fuerunt:ideo illi acrius relinquunt & cõdemnantur à Deo.
Scienti eñ bonum facere,& non facienti,peccatum eſt illi. Propter quod aſſerit Chr̃s:Ser-
Lucę 12. uus qui cognouit voluntatem dñi ſui,& nõ fecit,plagis vapulabit multis.

¶Expoſitio literalis capituli X. Et dixit dominus ad Moſen:Ingredere ad Pharaonem. Art. XIX.

OCtaua & nona plagæ hic deſcribuntur:[Et dixit dominus ad Moſen: Ingredere ad
Pharaonem. Ego eñ induraui cor eius & ſeruorum illius]hoc eſt,indurari permiſi.Et
quo ego benignior ſum remouendo cito ab eo plagas illatas,eo obſtinatior redditur,
vtpote mea lõganimitate & patientia prorſus abutens.Et quia ſic induratus fuit,neceſſe fu-
it vt frequenter admoneret.[vt faciã ſigna mea hæc in eo &c.]Qualiter intelligendũ ſit hoc,
cõſtat ex dictis in p̄cedenti articulo ſuꝑ illud, idcirco poſui te, vt oſtẽdã in te fortitudinem
Exod. 9. meam &c.¶Circa hoc loquitur Auguſtinus:Hæc ita ſonãt, quaſi Deus indigeat alicuius ma
Auguſt. litia ad oſtendẽdũ potentiã ſuã,ſeu rigorẽ iuſtitiæ.Sed ſic intelligẽdũ eſt,q̄ſi dñs diceret:Ego
patiens fui circa eũ & ſeruos ipſius, ne eos delerẽ,& hoc ordine ſuꝑueniãt ſigna mea in eos.
Quia eñ obſtinatior fiebat malus animus ex patientia mea,dictũ eſt, Induraui cor eius.[In-
troierũt ergo Moſes & Aaron ad Pharaonẽ,& dixerũt ei:Hæc dicit dñs Deus Hebræorum:
Vſq; q̊.nõ vis ſubijci mihi?Dimitte populũ meũ &c. Ecce ego inducam cras locuſtã in fines
tuos:]hoc eſt, copioſiſſimã multitudinem locuſtaꝝ in terrã Aegypti,[quæ operiet ſuperfi-
ciem terræ,ne quicquam eius appareat.i. tot & tantæ erunt locuſtæ in terra tua, vt iuxta hy
perbolicum modum loquẽdi,terra dicatur & videatur totaliter locuſtis opta.[ſed comeda-
Exod. 9. tur]à locuſtis[quod reſiduum fuit grandini.]hoc eſt,q̊d grando non deſtruxit in toto,prout
dictum eſt p̄cedenti capitulo.[Corrodet enim omnia ligna quæ germinãt].i. fructum pro-
* ĩplebit ducunt[in agris]aut hortis.i. fructum arboꝝ deuorabũt.[& * implebunt domos tuas & ſer
uorum tuoꝝ & omnium Aegyptioꝝ:] ſicq; & ipſos Aegyptios moleſtauerũt, [quãtam non
Strabus viderũt patres tui].i.tãta erit copia locuſtaꝝ,ꝙ nullus patrum tuoꝝ vidit tam multas.Locu
ſta,ſecundum Strabum,quoniã longiora habet retro crura,vocat locuſta,quaſi longa haſta.
Eſt tamen beſtiola breuis & modica.[Auertitq; ſe]Moſes[& egreſſus eſt à Pharaone.]For-
ſan ex zelo iuſtitiæ indignabatur obſtinatiſſimæ voluntati impij regis,ideoq; receſſit ab eo.
Vel vidit ꝑ certa indicia,ꝙ Pharao noluit obtemperare. [Dixerunt autẽ ſerui Pharaonis ad
eum: Vſq; quo patiemur hoc ſcãdalum?] hoc eſt, q̄ diu ſuſtinebimus has confuſibiles pla-
gas,ꝑ quas nõ ſolum affligimur,ſed etiã diffamamur tanq̄ victi & infortunati ac miſeri? [Di
mitte homines,vt ſacrificent dño Deo ſuo.Reuocauerũtq; Moſen & Aaron ad Pharaonem.
Qui]ſ. Pharao[dixit eis:Ite,ſacrificate Deo veſtro. Quinam ſunt,qui ituri ſunt]in deſertum
viam trium dieꝝ?[Ait Moſes:Cum paruulis noſtris & ſenioribus ꝑgemus,cum filijs & filia-
bus,cũ ouibus & armentis].i.pecoꝝ multitudinibus. [Eſt eñ ſolennitas dñi Dei noſtri]Id-
circo oportet nos oẽs adeſſe.Cur ita locutus ſit Moſes,& qualiter hæc verba à mendacio ex-
cuſent,patet partim ex p̄inductis.Deus quippe in mõte Sinai prædixerat Moſi,ꝙ poſt egreſ-
ſum de Aegypto,immolaturus eſſet ei in monte illo:& diem in quo id erat implendum,vo
cat nunc Moſes Dei ſolennitatẽ,in qua Deus voluit oẽs adeſſe Hebræos. Vel ſolennitatẽ Dei
appellat,celebrem eius venerationẽ,per ſacrificia illa.[Et reſpõdit Pharao: Sic dñs ſit vobiſ-
cum, quomodo ego dimittam vos & paruulos veſtros.] Aſpernatorie atq; ironice,immo &
negatiue ac inuidialiter dixit hoc,tanquam dicat:Sicut ego non dimittam vos ac filios ve-
ſtros,ſic dñs non ſit vobiſcum. Et quanuis Moſes non ſolum expreſſerat paruulos, ſed etiam
ſenes & filios ac filias, oues atq; armenta, Pharao tamen non repetit niſi paruulos, hoc eſt,
infantulos,ſciẽs ꝙ parẽtes inuitiſſime deſererẽt ſuos infantes: vel quia ex nominatione par-
uulorum,

uuloꝝ,magis ſuſpicabat fallaciã:nam & infantũ præſentiã in ſacrificio minus neceſſariam
reputauit,ideo ſubdit:[Cui dubiũ eſt ꝙ peſſime cogitetis?]q.d. Certũ eſt cunctis hæc audi-
entibus,ꝙ nos decipere vultis,nec reuerti intẽditis,aut etiã repugnare & inſidiari nobis diſ-
ponitis. Quæ oĩa Pharao peſſima iudicauit. Hinc primo libri huius capitulo fertur dixiſ
ſe: Ecce populus filioꝝ Iſrael multus,& fortior nobis eſt. Venite,ſapiẽter opprimam⁹ eum, Exod. 3.
ne forte multiplicet,& ſi ingruerit cõtra nos bellũ, addat inimicis noſtris,expugnatiſq; no
bis,egrediat de terra.[Nõ fiat ita,ſed ite tantũ viri,& ſacrificate dño:]qm̃ certũ eſt,ꝙ vxores
veſtras ac ſobolẽ nõ relinquetis in terra.[Hoc eñ & ipſi petiſtis.]Forſitã Pharao æſtimauit,
ꝙ Moſes & Aaron nõ intẽderẽt petere exeundi & ſacrificãdi licentiã, niſi ꝓ viris duntaxat.
Non tñ oportet eũ in verbis his à mẽdacio excuſare.[Statimq; eiecti ſunt de conſpectu Pha
raonis.]hoc eſt,cum Moſes & Aaron non fuiſſent cõtenti de iſta Pharaonis licentia,tã ipſe
rex q̄ eius miniſtri contra Moſen & Aaron indignabãtur, & rege iubente, miniſtri cum ira
& aſpernatione fecerũt eos exire. [Dixit aũt dñs ad Moſen,] cum fuiſſet eiectus die eodem
vel ſequente:[Extende manũ tuam ſuper terrã Aegypti ad locuſtam,vt aſcendat ſuꝑ eam:]
hoc eſt, ad hoc, vt ego faciã multitudinem locuſtarũ venire. Superius dictum eſt,ꝙ Moſes
iuſſus eſt manum extendere verſus cælum, quoniam fuit in his quæ ſunt ad Deum: Aaron Exod. 9.
vero ſuper terram, quia in his quæ erant ad populum, fuerat medius conſtitutus. Cur ergo
nunc præcipit dñs Moſi,vt manũ ſuper terrã extẽdat? Ad hoc Auguſtin⁹ reſpõdet:Dictum Auguſt.
eſt Moſi, Extende manum tuã in cælum, nec vnq̄ hoc dictum eſt Aaron. Quod ergo nunc
dicitur Moſi, Extẽde manũ tuã ſuꝑ terrã, hoc credo ſignificare, ꝙ is q̄ poteſt q̊d maius eſt,
poſſit q̊q; q̊d minus eſt,nõ ecõuerſo:q̊d verũ eſt in poteſtatibus ſubordinatis,inquantũ hui-
uſmodi.[Extẽdit Moſes virgã ſuꝑ terrã Aegypti.]Per hoc conſtat, ꝙ manũ ſimul cũ virga
ſuꝑ terrã leuauit,in ſignũ ꝙ dñs terrã fuerat percuſſurus. Dñs aũt,cuius dignatio eſt immen
ſa in ſuis electis,q̄uis per ſeipſum oĩa poſſit,in aliquibus tñ vult homines habere quaſi coo-
peratores.Propter quod ait Apoſtol⁹:Dei adiutores ſumus. [& dñs induxit ventũ vrẽtem] 2.Cor.3.
i.valde calidum.Et forſan fuit vẽtus auſtralis,qui & naturaliter calidus eſt, ſed tunc vltra ſo
litũ calidus fuit & ſiccus. [tota die illa] qua Moſes manũ leuauit. Quod intelligitur de die
artificiali,qui eſt pars diei naturalis. Nam ſubditur,[& nocte.]Fuitq; ventus ille diſpoſitiuus
ad gñationẽ & multiplicationẽ locuſtarũ. [Et mane facto, ventus vrens leuauit locuſtas]de
ſuperficie terræ in qua erant natæ,ita ꝙ volare cœperunt.ideo ſubditur: [quæ aſcenderunt
ſuꝑ vniuerſam terrã Aegypti,& ſederũt in cunctis finibus Aegyptiorũ] Ex quo videt ꝙ etiã
alibi natæ,illuc venerũt,[innumerabiles,quales ante tẽpus illud nõ fuerũt in terra Aegypti]
aut etiã alibi,[nec poſtea futuræ ſunt.]Hoc prophetico ſpiritu Moſes protulit,quia nec ali-
ter ſcire id poterat, maxime ꝙ nec poſtea tot eſſent locuſtæ ſimul venturæ in terra. Quod ſi
intelligatur de tota terra habitabili,poteſt habere inſtantiã ex eo q̊d in Iohele habetur: Au- Ioel. 1.
dite hoc habitatores terræ, ſi factum eſt iſtud in diebus veſtris,aut in diebus patrũ veſtroꝝ?
Reſiduũ ærucæ comedit locuſta, & reſiduũ locuſtæ comedit bruchus,& reſiduũ bruchi co-
medit ęrugo. In quibus verbis capit ſi, pro non. Ad hoc breuiter dici poteſt,ꝙ Iohel non lo
quitur de multitudine locuſtarũ, ſicut nũc Moſes,ſed de ſucceſſiua illa deuoratione. Hiero- Hieron.
nymus quoq; ſuꝑ Iohelẽ, ꝑ ęrucam, locuſtam,& bruchũ intelligit diuerſas gẽtes ad literam,
quæ vaſtarũt Hebræos. Et idẽ dicit ſentire Iudæos,vt plenius ſcripſi ibidẽ. Alij dicunt ꝙ pla
ga locuſtarũ,de qua nũc ſermo,fuit grauior intẽſiue, q̄ plaga de qua loquit Iohel, quã dicũt
fuiſſe iſta maiorẽ extẽſiue ſeu diuturnitate. [Deuorata eſt ergo herba terræ, & quicq̄d po-
morũ in arboribus fuit.]Nomine pomi ſolet in ſcripturis quicunq; arboꝝ fruct⁹ ſignifica-
ri. Et ita nũc accipi poteſt.[Quãobrẽ feſtin⁹ Pharao vocauit Moſen & Aarõ,& dixit: Pecca
ui in dñm Deũ veſtrũ]ei⁹ p̄cepta toties cõtemnẽdo, & ei⁹ beneficijs exiſtẽdo ingratus:[& in
vos.]q̊s indignãter eieci,& cõtumelioſe affat⁹ ſum,& contẽpſi.[ſed nũc dimitte peccatũ mi
hi etiã hac vice, & rogate dñm Deũ veſtrũ, vt auferat à me]& à populo meo[mortẽ iſtam].i.
plagã iſtã durã,vt morti ſimilis videat. Et aliq̊s læſit forſitã vſq; ad mortẽ. [Egreſſuſq; Mo-
ſes orauit dñm.Qui flare fecit ventũ ab occidẽte]Fuitq; vẽtus ille frigidus & debilitatiu⁹ lo-
cuſtaꝝ,ſicut ventus auſtralis calidus eos fortificauit.[vehemẽtiſſimũ,& arreptã locuſtã,]hoc
eſt,totã eaꝝ multitudinẽ[proiecit in mare rubrũ]impetu ſuo tã valido & acuto.¶Sequitur
plaga 9.[Dixit aũt dñs ad Moſen:Extẽde manũ tuã in cælũ]cũ virga tua. In hac plaga nõ le
git Deus p̄auiſaſſe Pharaonẽ ꝑ Moſen ob nimiã eius duritiã,[& ſint tenebræ ſuꝑ terrã Aegy
pti tã denſæ,vt palpari queant. Extenditq; Moſes manũ in cælũ, & factæ ſunt tenebrę hor
ribiles in vniuerſa terra Aegypti. Tribus diebus nemo vidit fr̃em ſuũ, nec mouit ſe de loco
in quo erat].i.nullus Aegyptiorũ vidit proximũ ſuũ. Quo cõſtat,ꝙ triduo durauit illa cali-
go.¶Porro tenebræ,cũ nõ ſint ꝓprie aliquid poſitiuũ, ſed priuatio luminis tantũ, proprie
nõ valẽt palpari:idcirco ꝑ hoc ꝙ dicuntur potuiſſe palpari,hyperbolice deſignat magnitu-
do eaꝝ. Vel,ꝑ palpabilitatẽ tenebraꝝ inſinuat, ꝙ aer q̄ in Aegypto naturaliter clarus eſt ac

 ſubtilis

ſubtilis, fuit tũc taliter ingroſſatus, vaporibusq́; repletus, ꝙ quiuit palpari. Erant quoq; te-
nebræ illæ horribiles, incutiẽdo terrorẽ Aegyptijs: atq; vt dicitur, apparitiones imaginariæ
terribiles in triduo illo fiebãt Aegyptijs: immo vt in Scholaſt. fert hiſtor. multi Aegyptiorũ
coacti ſunt tũc mirabiliter ac miſerabiliter mori. Recitat etiam Lyra, ꝙ ſecundũ Hebræos,
Euſebi. tunc moriebãtur & quidã increduli ac peruerſi ex filijs Iſrael, q̃ noluerũt exire Aegyptum.
Vnde & Deus tũc induxit caliginẽ etiam ob hoc, ne Aegyptij hoc cognoſcerent, & inter ſe
dicerẽt, ita percuſſi ſunt Hebręi, ſicut & nos, & mortẽ Hebræorũ dijs proprijs aſcripſiſſent.
[Vbicũq; aũt habitabãt filij Iſrael, lux erat] tẽpore opportuno. Hinc Damaſcenus & docto-
res catholici dicũt cõmuniter, ꝙ ſignũ iſtud tã admirabile fuit per hoc, ꝙ omnipotẽte crea-
Damaſ. tore iubẽte, ſol radios ſuos ſubtraxit, ſeu non effudit ſup terrã habitationis Aegyptiorũ: ſed
ſuper terrã mãſionis Hebrçorum, ſolito modo lumen effudit. Verũtamen indenſatio aeris,
& vaporũ groſſities, poterãt ad obſcurationẽ illã Aegyptijs factã, cooperari. Dicendũ q̃q;
ꝙ nec ſtellæ, neq; planetæ aliquid luminis influxerũt terræ Aegyptiorum infra triduum il-
R. Paul⁹ lud. ¶Veruntamen R. Paulus circa hæc aliter ſentit, dicens ꝙ aer fuit tunc tam vehemen-
ter ingroſſatus, ꝙ diaphaneitatem ſuam amiſit, nec luminis capax erat. quod probat dupli-
citer: Primo, nam aliter potuiſſent Aegyptij ſe videre per lampades & lucernas. Secundo,
InRabbi quoniã infra tres dies nemo ſe mouit de loco in quo erat, vt in textu habetur. Ideo dicit ꝙ
Paulum. ſol cõſueto modo lumẽ effudit, ſed aer qui circa Aegyptios fuit, non erat capax illius. ¶Ve-
rum vt tactum eſt, iſtud nõ conſonat dictis catholicorũ doctorum, nec apparentiam habet.
Si eñ aer fuiſſet ſic ingroſſatus, ꝙ nullus Aegyptiorum potuiſſet locũ mutare, tunc aer ſuam
amiſiſſet mollitiẽ, & durior fuiſſet ſpiſſiorq́; q̃ aqua, nec aliquis Aegyptiorũ infra triduum
illud fuiſſet vſus cibo aut potu. Gloſſa etiã dicit ſup illud, Nec mouit ſe &c. non ꝙ penitus
non moueretur, ſed quia de loco ad locũ migrare non poterant. Hinc verior reputatur ex-
poſitio catholicorũ doctorũ. Secunda quoq; ratio R. Pauli ſoluta eſt, quoniã falſum ſuppo
nit. Ad primam vero rationẽ eius reſpondetur, ꝙ indiſpoſitio, humefactio aut turbulentia
aeris, aut ſimile aliquid, accenſionẽ luminariũ poterat impedire, quod & diuina virtute fieri
poterat. Nam & in aduẽtu tenebrarũ illarũ, ignes Aegyptiorũ videntur extincti, vel vi illu-
minatiua priuati. Nec incredibile, Deum abſtuliſſe tunc vim illuminandi terrenis lumina-
ribus Aegyptiorũ, qui cæleſtibus luminaribus abſtulit ſolitam influentiã luminis ſup Aegy
ptios. [Vocauitq́; Pharao Moſen & Aarõ.] Quæritur, qualiter eos vocauit & quãdo. Nam
infra triduũ illud, nullus Aegyptiorum poterat ire ad eos. Ad hoc cõmuniter reſpondetur,
ꝙ poſt triduũ illud, luce reuerſa, vocauit eos timore maioris plagæ futuræ, ſicut & poſt pri-
mogenitorũ ꝑcuſſionẽ cõpulit Hebręos exire timore proprię mortis & populi ſui. Vnde in-
frà non habetur, ꝙ rogauit hãc plagã tenebrarũ auferri. Nec mirum ꝙ duriorẽ timuit pla-
gam, niſi dimitteret populũ, quia iam toties fuit expert⁹ nouã & duriorẽ ſibi plagam infli-
ctã, eo ꝙ pręcedẽti plaga ſublata, nõ dimiſerat eos. [& dixit eis: Ite, ſacrificate dño.] Pharao
verberibus eruditus, & aliqualiter humiliatus, eũ didicit dñm appellare, de quo ante dixit,
Neſcio dñm. [Oues tantũ veſtræ & armẽta remaneant] in Aegypto. Hoc addidit Pharao,
quia timuit ꝙ non redirent. Vel ſi non redirẽt, obtineret ſaltẽ iumẽta ipſorũ. [paruuli veſtri
eãt vobiſcũ. Ait Moſes: Hoſtias quoq; & holocauſta dabis nobis.] hoc eſt, permittes vt ani-
malia noſtra, ex q̃bus ſacrificia offeremus, ducamus nobiſcũ. [Cuncti greges] pecorum no-
ſtrorum [pergent nobiſcum.] præſertim cum ignoremus quid immolari debeat, [donec ad
ipſum locũ] ſacrificij [perueniamus.] Hoc ideo protulit Moſes, quoniã Deus nõ expreſſerat
ei in ſpeciali, quid, quantũ, & quoties fieret ei immolatio ab Hebræis. Veruntamẽ iſtud non
fuit totalis principalisq́; cauſa, ꝙ cuncta pecora irent cũ eis, ſed ꝙ nõ fuerant redituri. Non
tamen mentitus eſt Moſes, ſed vnã cauſam expreſſit, aliã tacuit, vt Pharao nullam excuſati-
onem ſuæ obſtinatiõis haberet. [Indurauit autem dominus cor Pharaonis, & noluit dimit-
tere eos. Dixitq́; Pharao ad Moſen] tanq̃ ad principalem. Tamen quod dixit ad eum, inten-
debat etiam ad Aaron dirigi. [Caue ne vltrà videas faciem meam.] hoc eſt, ne amplius ap-
pareas coram me, ita vt videam te, niſi à tuo reſipiſcas propoſito. [Quocunq; die apparue-
ris mihi, morieris.] hoc eſt, occidi te faciam. Hoc ſolita temeritate & præſumptione protu-
lit Pharao, quaſi Deus, qui tot & tanta miracula per Moſen fecerat, non potuerit eum co-
ram Pharaone poſitum, liberare à morte. [Reſpondit Moſes: Ita * fiet vt locutus es. Non vi-
debo vltrà faciẽ tuam] in hac vita. Veruntamẽ infrà legitur, ꝙ vocatis Moſe & Aaron Pha-
Exo. 12. rao dixit: Ite, egredimini de terra mea. Sed hoc fuit in nocte, & forte per internuncios. Vel,
intentio Moſis fuit, ꝙ vltrà non videret Pharaonem, proprio motu eundo ad ipſum. ¶Po-
ſtremo, denſiſſimarũ harum plaga tenebrarũ, apertiſſime correſpõdet admirabili excæca-
tioni Pharaonis & Aegyptiorũ internæ & vitioſæ, qui poſt tot & tãta prodigia, in ſua man-
ſerunt perfidia atq; malitia. At vero iuxta intelligentiam ſpiritualem, per locuſtas recte ac-
cipiuntur ſimulatores, & callidi adulatores, & ſeductores magiſtri. Etenĩ Salomone teſtãte,
locuſta

locuſta q̃uis regẽ nõ habeat, tñ per turmas egredit̃ vniuerſa. Sic ꝑfati, q̃ & ſi Chriſtum non
imitant̃, tñ forinſecus quandã ordinationẽ & honeſtatẽ ſimulant & aſſumunt. Et ſicut locu-
ſta ſpecialiter fructibus frugibusq́; nociua eſt, & quod ſuperfuit grãdini, deuorauit: ita prę-
fati miro & miſerabili modo nociui ſunt proximis ſuis, eos ꝑ detractiones, ſimulationes,
adulationes, & falſas informationes inficiẽdo atq; fallendo, intantũ, ꝙ hi qui graues tenta-
tiones aduerſitatũ, tanq̃ grandinum ictus vicerunt & euaſerunt, ꝑ taliũ blandimenta & ſu-
ſurrationes ac ſuggeſtiones peſtiferas, corrũpantur, bonorumq́; operum fructibus ſpolien-
tur. ¶Porro per denſiſſimas atq; palpabiles tenebras, deſignãtur eorũ qui vitioſis conſuetu-
dinibus preſſi ſunt, deteſtabiles & apertiſſimæ excæcatiões interiores, qui nullã increpatio-
nem ſuſcipiũt, nulli informationi acquieſcũt, nulla cõpunctione emolliuntur, nec à ſua pra-
uitate flectuntur, immo in via ꝑditionis, quaſi immobiliter ſtant, infeliciter obdurati, ſuper
quos puteus clauſit os ſuũ. Impij nanq; cum in profundum venerint peccatorũ, contemnũt. Pſal. 68.
Pro quibus iugiter eſt orandum, quia à ſolo cæleſti omnipotentiq́; medico poſſunt curari. Prou. 18.

¶Explanatio cap. XI. Et dixit dominus ad Moſen. Art. XX.

IVſtus & pius Deus, in omni opere ſuo miſericordiam iuſtitiamq́; contemperat. Sic &
nunc inflicturus Aegyptijs decimã plagã præhabitis grauiorem, primo pręauiſat Aegy-
ptios. [Et dixit dominus ad Moſen:] Iſta allocutio facta eſt Moſi anteq̃ à Pharaone re-
ceſſit, ſicut ex ſequentibus innoteſcet, immo & facta videtur Moſi coram Pharaone adhuc
ſtante, per illuminationem internam, vel angelicam apparitionem, ſoli Moſi demonſtra-
tam. Interdum quippe reuelationes propheticæ & illuminationes diuinæ, factæ ſunt vi-
ris ſanctis in aliorum præſentia, aut etiam coram iniquis hominibus. Vnde, vt legitur libro
quarto Regum, facta eſt prophetalis reuelatio Heliſeo coram eo tribus regibus cum exer- 4. Reg. 3.
citibus ſuis, quorum vnus extitit iuſtus, videlicet Ioſaphat, alij duo iniuſti, vtputa Ioram rex 2. Pa. 20.
Iſrael, & rex Edom. Secundo quoq; Paralipomenon legitur, quẽadmodum ipſo Ioſaphat
& habitatoribus Hieruſalem in templo ſtantibus, factus eſt ſpiritus domini ſuper Iahaziel,
& prophetauit. Sequitur: [Adhuc vna plaga tangam Pharaonem & Aegyptum] hoc eſt,
Aegyptios. Plaga hæc, fuit interfectio primogenitorum in hominibus & iumẽtis: quæ q̃uis
non tetigit immediate Pharaonis & omium Aegyptiorum perſonas, tetigit eos tamẽ me-
diate, quia redundauit in eos, & afflictiua fuit eorũ. [& poſt hæc dimittet vos] cum ſobole
atq; pecoribus veſtris, [& exire cõpellet] timore propriæ occiſionis. Non autem ſic cõpu-
lit, ꝙ filij Iſrael exierunt inuite, ſed cõpulit, id eſt, importune ac feſtinãter excitauit ſeu pro-
uocauit ad exeundũ. Quod & Hebræi libenter fecerunt. [Dices ergo omni plebi] Hebræo-
rum, [vt poſtulet vir ab amico ſuo] id eſt, vt viri Hebræi poſtulent ab Aegyptijs ſibi amica-
bilibus, [& mulier à vicina ſua] hoc eſt, mulier Hebræa ab Aegyptijs fœminis iuxta ſe com-
morantibus, [vaſa argentea & aurea &] etiam [veſtem] plurimã, ſeu multiplicia veſtimenta,
vt ſequẽti habetur capitulo. [Dabit autem dominus gratiã populo ſuo coram Aegyptijs]
id eſt, corda Aegyptiorum inclinabit ad hoc, vt bene afficiantur circa Hebræos, & faueant
atq; accommodent eis vaſa ac veſtes. Hic variatur modus loq̃ndi de prima perſona in ter-
tiam. Nempe cum dixiſſet dominus ad Moſen in prima perſona. Adhuc vna plaga tãgam Exo. 11.
Pharaonem: nunc in tertia perſona adijcitur: Dabit aũt dominus gratiam. Itaq; angel⁹ qui Auguſt.
verba illa in prima perſona protulit, quaſi loquẽs in Dei perſona, iſta verba in tertia perſo-
na locutus eſt in propria perſona de Deo, ſicut de alio. ¶Circa hęc quærit̃, qualiter quidam
Aegyptij erant amici fautoresq́; Hebræorũ. Quocirca loquitur Auguſtinus: In terra Geſſen
quidã Aegyptij cohabitauerũt Hebræis, ad quos merito Hebræorũ potuerũt illa diuina be
neficia ꝑuenire, ita vt & Hebræos diligerẽt, & eis faciliter cõmodarẽt q̃d petebãt. Nec tñ De
us iudicauit illos Aegyptios, ita alienos fuiſſe ab iniurijs & cõtritiõib⁹ Hebræorũ, vt dãnum
iſtud nõ paterent̃, q̃ alijs plagis ꝑcuſſi nõ erãt. In his verbis aſſerit Auguſtin⁹, Aegyptios il-
los in terra Geſſen morantes, nõ fuiſſe 9. plagis ꝓinductis ꝑcuſſos, ideoq́; dilexiſſe Hebræos.
Hinc & in Gloſſa aſſerit̃: Aegyptij qui habitabãt in terra Geſſen cũ Hebræis, nouem plagis Ioſe. li. 2
percuſſi nõ erant. Iſta tamen non videntur conſonare prædictis. Et quidã alij ac Ioſephus anti. iud.
aliter ſentiũt. Nec poteſt negari, quin 10. plaga percuſſi ſint, quæ facta eſt ante Hebræorum cap. 13.
egreſſum. Cur ergo nõ alijs plagis minoribus? Nihilo minus veriſimile eſt, & ſatis credibile,
ꝙ quidã Hebræi cũ quibuſdã Aegyptijs quandã amicitiã habuerũt, & ꝓpter ꝓhabita ſigna
multi Aegyptij Hebræis vicini, cõceperũt reuerentiã & affectionẽ ad eos. Et tales forſan mi
nus afflicti fuerũt plagis ꝓfatis q̃ cæteri. Nã & ſequẽti habet̃ capitulo, ꝙ ĩnumerabile vulgus
Aegyptiorũ ꝑ ſigna iſta cõuerſum, exiuit pariter cũ Hebræis. In Scholaſtica q̃q; fertur hiſto Euſebi.
ria: Quidã Aegyptiorũ timentes Aegyptũ periturã, egreſſi ſunt, vt Cecrops, qui ingreſſus
Gręciam, condidit vrbem quam vocauit Acten, quæ poſtea dicta eſt Athenæ. ¶Deniq; non
obſtante ꝙ ꝑ Moſen facta ſunt ſigna hæc, quibus Aegyptus deſtructa eſt, tamen Aegyptij
vidẽtes tot ſupernaturalia ꝑ Moſen fieri, habuerũt eum pro viro eximio, ſicut ſubiungitur:
[Fuitq́;

[Fuitq́; Moſes vir magnus valde in terra Aegypti coram ſeruis Pharaonis & om̃i populo]
Aegyptioꝝ. Nec dubium, quin & corã Hebræis. Pharao aũt elatione cæcatus, vltimo dixit
ad eum, caue ne vltrà videas faciẽ meã &c. vt patuit in fine præcedẽtis capituli. [Et ait] Pha
raoni & eius miniſtris, inſinuando eis reuelationẽ ſibi factã à Deo: [Hęc dicit dñs: Media no
cte ingrediar Aegyptũ:] Quod intelligitur de nocte illa ſecunda, in qua primogenita ſunt
Exo. 12. occiſa, quæ fuit poſt aliquos dies poſt hæc, vt ex ſequenti capitulo eluceſcit. Ingreſſus eſt au-
tem dñs Aegyptum, non per ſuæ Deitatis motum aut mutationem, ſed per iuſtitię ſuæ effe-
ctum. Nam ſubditur: [& morietur omne primogenitũ in terra Aegyptiorũ, à primogeni-
to Pharaonis] incluſiue, [qui ſedet in ſolio eius,] hoc eſt, ius hęreditarium regnãdi habet pro
patre ſuo, vel, iam conſtitutus fuit in principatu à patre ſuo: quod tamen non videtur, quia
Ibidem. in textu vbiq; Pharao iſte inſinuatur regnaſſe vſq; ad ſuam ſubmerſionem. [vſq; ad primo-
genitum ancillæ, quæ eſt ad molam.] hoc eſt, à ſupremo vſq; ad infimũ incluſiue. [Et omnia
primogenita iumentorum] morientur, prout ſequenti recitatur capitulo. [Eritq́; cla-
mor magnus in vniuerſa terra Aegypti, qualis nec ante fuit, nec poſtea futurus eſt. [Vlula-
bant nanq;, flebant, & clamitabant Aegyptij, tam ex dolore plagæ inflictæ, q̃ ex timore pla-
Lucę 21. gæ grauioris infligendæ. Verũtamen inſtante fine ſeculi, areſcẽtibus hominibus præ timore
& expectatione eorum quæ ſuperueniẽt vniuerſo orbi, erit vbiq; terrarũ incõparabilis do-
lor, timor, anguſtia. Moſes vero nunc loquitur de ſpeciali Aegyptiorũ calamitate atq; cla-
more, non de vniuerſali generis humani ærumna. [Apud om̃es autẽ filios Iſrael non mutiet
canis ab homine vſq; ad pecus:] hoc eſt, tãta quies atq; ſecuritas erunt in Hebræis & eorum
pecoribus, ꝙ nec canis, qui ex facili latrat occaſione, latratum emittet. Per quẽ modum lo-
quendi deſignatur præcipua pax Hebræorũ. Et poteſt hoc verbum per modum hyperbo-
licæ locutiõis intelligi. [vt ſciatis quãto miraculo diuidat dñs Aegyptios & Iſrael:] hoc eſt,
q̃ miraculoſe oſtendat pietatem ſuam circa Iſraelitas, & rigorem iuſtitiæ circa Aegyptios.
[Deſcendentq́; om̃es ſerui tui iſti ad me] Hoc Moſes dixit de ſeipſo. nã ſubditur: [& adora-
bunt me] adoratione duliæ, id eſt, rogabunt. Vnde aliqui habẽt, orabũt. [dicẽtes: Egredere
tu & om̃is populus qui ſubiectus eſt tibi:] hoc eſt, tota plebs Iſraelitica. [Poſt hæc egredie-
mur] Aegyptũ. Vel ſenſus eſt, ꝙ ſerui Pharaonis deſcẽdentes in terrã Geſſen, adorabunt De-
um Iſrael, quẽ ex tãtis prodigijs aliqualiter cognouerũt, vt ipſe dñs Deus Hebræorum cum
populo ſuo ab Aegypto deſcenderet, ne amplius plagaret Aegyptios. Moſes quippe poſt
hæc redijt ad terrã Geſſen, & eo exiſtẽte ibidẽ, primogenita ſunt percuſſa. Quo facto, ſerui
Pharaonis venerũt illuc, vt infrà habetur. [Et exiuit à Pharaone iratus nimis.] Moſes q̃uis
Num. 12 eſſet mitiſſimus, tamen ex zelo iuſtitiæ fuit multũ iratus ſecundũ rationis dictamen, tam in-
auditam impij regis obdurationem, ingratitudinem, rebellionem, & cõminationem dete-
ſtans atq; admirans, immo & iuſte puniri ſaltem in vita hac cupiẽs. [Dixit autem dominus
ad Moſen: Non audiet] auribus cordis [vos Pharao,] donec rurſus tangatur, [vt multa ſi-
gna fiant in terra Aegypti.] Quod ex Pharaonis obſtinatione cõſecutum eſt, nõ directe cau
ſaliter, ſed concomitanter. Certumq́; eſt, ꝙ Pharao non ob hoc non audiuit Moſen, qua-
tenus ſigna multiplicarentur, quia non intendebat, neq; optabat hoc. Porro poſt hæc fa-
cta eſt percuſſio primogenitorum, diuiſio maris rubri, ſubmerſio Aegyptiorũ. [Moſes aũt
& Aaron fecerunt] miniſterialiter, non efficienter & principaliter, [omnia ſigna & oſtenta
quæ ſcripta ſunt, coram Pharaone.] hoc eſt, præfata ſigna quæ fuerunt oſtenſione & admi-
ratione digniſſima. Nec ſolum fuit miranda ſignorum illorum productio, ſed & eorum, ſal
tem aliquorum, ceſſatio, vt ex præhabitis cõſtat. ¶ Iuxta intelligẽtiam ſpiritalẽ docemur ex
Acto. 9. iſto capitulo, ꝙ Deo reſiſtere non eſt conſultum, ſicut & Chriſtus locutus eſt Paulo: Durum
eſt tibi cõtra ſtimulum calcitrare. Idcirco qui Dei ſentit percuſſionẽ, protinus ſe emẽdet, ne
Pſal. 38. durioribus plagis afficiatur, attendẽs quod ſcriptum eſt: Amoue à me plagas tuas. Et cauſã
Ibidem. ibidẽ ſubijcitur: A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus. ¶ Quid aũt per va-
Exod. 3. ſa aurea atq; argẽtea Aegyptiorum, & mutationem eorum ſignetur, in expoſitione tertij ca-
pituli patuit. ¶ Fuit aũt Moſes vir magnus valde coram ſeruis Pharaonis. Sic & quilibet no
ſtrũ ſtudeat eſſe ſpiritaliter magnus, hoc eſt, valde virtuoſus ac ſapiens, ita vt ſit bonus odor
2. Cor. 2. Chriſti in om̃i loco, & ſecularibus exemplaris exiſtat. Eſt itaq; magnus valde, qui eſt profun
de humilis, perfecte patiẽs, fractus, & ſibimet mortuus, viuẽs ac feruens in dño. ¶ Hæc dicit
dominus: Media nocte ingrediar Aegyptum, & morietur om̃e primogenitũ in terra Aegy-
pti. Hoc ſpiritaliter agitur, dũ Deus corda hominũ viſitat gratioſe, quãdo adhuc ſunt in ꝓ-
funda vitiorũ caligine, perimitq́; in eis vniuerſa peccata mortalia, illos ad veram cõtritio-
nem inſtigãs. Tunc plane generatur incõparabilis dolor, clamorq́; cordis, id eſt, interna ac
feruẽs deuotio inter eos, qui in tenebris ſeculi, quaſi in Aegypto, fuerunt. Cõtritio nanq; eſt
maximus dolor, qa de malo culpæ & ſummi boni offenſa atq; amiſſione, oportet maxime
dolere, quẽadmodũ & neceſſe eſt ſummũ bonũ incõparabiliter ſemꝑ diligere. Qui vero ſic
viſitantur

viſitant̃ & illuſtrant̃ à dño, ſua ꝑpendũt peccata, & intime deflẽt ea. ¶ Apud filios Iſrael non
mutiet canis. i. in cordibus cõtẽplatiuoꝝ abundabit pax pectoris, nec iræ cęterarumq́; paſ-
ſionũ erit tumultus in eis, ſed vita ſecreta, quẽadmodũ in Eſaia dñs proteſtat: Erit opus iu- Eſaię 32.
ſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentiũ: & ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in ta
bernaculis fiduciæ, & in requie opulẽta. ¶ Vt ſciatis quãto miraculo &c. Ex his equidẽ cla-
ret, quantũ inter carnales & ſpiritales, inter ſeculares & vere religioſos, inter paſſionatos &
contẽplatiuos diſtet ac differat, & q̃ diuerſimode dñs operetur in eis. ¶ Deſcendentq́; om̃es
ſerui tui iſti ad me &c. Dũ em̃ iniqui ita præueniunt̃ & cõpungunt̃ à ſpiritu ſancto, humiliãt
ſe, atq; in mẽtis humiliatione accedũt ad thronũ gratiæ Dei, dicentes: Egredere tu. Quia ex Hebr. 6.
conſideratione ſuorũ exceſſuum, diuina viſitatione ſe fatentur indignos, cum ſancto Petro
dicentes: Exi à me, quia homo peccator ſum domine. Veruntamen non volunt relinqui à Lucæ 5.
domino, ſed peculiari eius conſolatione ac præſentia ſuaui reputant ſe indigniſſimos eſſe,
& quaſi indecens eis apparet, ꝙ dominus tam miſericordiſſime agit cum eis. ¶ Et om̃is po-
pulus qui ſubiectus eſt tibi, egredietur à noſtra oppreſſione. Nẽpe iniqui qui iuſtos premũt
ac perſequuntur, cum ſic cõuertuntur, dimittũt iuſtos egredi liberos, & venerãtur eoſdem,
immo eorum obſequio indignos ſe arbitrantur. Et exiuit à Pharaone iratus nimis. Sic & iu
ſti contra peruerſorum duritiam interdũ zelo iuſtitiæ iraſcuntur, & cupiunt eos in hac vita
caſtigari à domino, ne pereant in æternum. Veruntamen zelus huiuſmodi eſſe debet ſecun
dum ſcientiam, hoc eſt, diſcretione condiri, vt memor ſit homo propriæ fragilitatis, nec im
moderate ferueſcat, immo pro eorum oret ſalute quibus iraſcitur.

¶ Elucidatio literalis cap. XII. Dixit quoq; dñs ad Moſen &c. Art. XXI.

ANtequam Moſes decimæ plagæ in præſenti capitulo comminatæ inflictionem de-
ſcribat, nunc quædam interſerit de inſtitutione & ritu paſchæ, hoc eſt, tam feſti quàm
agni paſchalis, quod ad literam Deus inſtituit, in cõmemorationem liberationis He-
bræorum ex Aegypto. Spiritaliter vero per illud apertiſſime deſignauit generalem mundi
redemptionẽ, per Chriſti paſſionẽ effectam. [Dixit quoq; dominus ad Moſen & Aaron in
terra Aegypti:] Iſtud creditur eis dixiſſe, cum à Pharaone rediſſent ad ſuos in terrã Geſſen,
poſt nonæ plagę inflictionẽ, vt præcedenti tangebatur articulo. [Menſis iſte, vobis princi-
pium menſium] ſupple exiſtens, [primus ęrit in menſibus anni.] id eſt, Hoc præcipio, vt vos
Hebræi computationem anni incipiatis à menſe iſto, tanq̃ à primo anni menſe, & propter
beneficia quæ vobis in iſto menſe exhibeo, de Aegyptia ſeruitute & alijs malis vos liberan-
do, multaq́; bona præſtando, vt conſequenter dicetur. Alij vero populi ab alijs menſibus in-
choant annum. Nam Chriſtiani morem Romanorum ſequendo, à Ianuario annum inci-
piunt, Arabes vero poſt æſtuale ſolſtitium. ¶ Per hunc menſem Gloſſa & Rabanus, ac alij
multi catholici Aprilem intelligunt, qui ſecundum eos, appellatur Niſan apud Hebręos. Et
dicitur Aprilis quaſi aperilis, quia in eo terra aperitur ad producendũ virgulta, flores, ac
herbas. Porro Lyra hoc reprobat, dicens, per hunc menſem qui eſt primus apud Hebræos,
intelligi Martium: quia ſecundum om̃es, Septembris eſt ſeptimus menſis apud Hebræos. Se-
ptember aũt non eſt ſeptimus ab Aprili, ſed à Martio. Quod argumentum faciliter ſolue-
retur, dicendo ꝙ computatio illa ab Aprili & Martio vſq; Septembrem, poteſt fieri per in-
cluſionem aut excluſionem extremi vel extremorũ, & ita Septẽber erit ſeptimus ab Apri-
li. Quemadmodũ transfigurationẽ Chriſti quam ſcribit Lucas factã poſt 6. dies, Matthæus Lucæ 9.
refert factam poſt octo dies, quod prætacto modo ab expoſitoribus concordatur. ¶ Deniq; Mat. 17.
magiſter in hiſtorijs de hac re magiſtralius ac reſolutius ſcribit, dicendo: Menſis iſte erit vo-
bis primus in menſibus anni, hic eſt Aprilis, id eſt, lunatio Aprilis, quæ ſæpe in Martio in-
choat, qui menſis ab Hebræis dicitur Niſan. Voluit quippe dñs Hebræos à cæteris nationi-
bus differre in tẽporis cõputatione, ſicut in religione & circuncisionis charactere. Romani
aũt ex traditione Numæ Pompilij, primũ menſem ponũt Ianuarium, quia tunc ſol incipit
aſcẽdere poſt ſolſtitium hyemale. Sed congruentius videtur fieri ab Hebręis in Martio. In
Aprili ergo cęremoniali differũt à nobis, qa videlicet ille eſt in Martio: in tẽporali nobiſcum
cõueniunt. Hæc magiſter ibidem. ¶ Deniq; de hac materia ſcribit R. Paulus prolixe, inter cę
tera dicẽs: Menſis apud Hebræos Niſan vocatus, ꝓprie loquendo, non eſt Aprilis noſter, nec
Martius. Cũ em̃ ipſi cõputent menſes per lunationes, raro cõtingit, ꝙ prima dies lunatio-
nis cõcurrat cum prima Martij die, ſed cõmuniter venit in diebus primũ Martij diẽ ſequen-
tibus, ideo menſis Niſan frequẽter cõcurrit cum Aprili ſecundũ aliquam ſui partem. Vnde
opinio catholicorũ doctorum dicentiũ Aprilẽ eſſe primum menſem apud Hebræos, cõcur
rit cum primo menſe apud Hebræos ſecundum aliquam ſui partem. Circa hoc dico, verum
eſſe ꝙ noſter Aprilis aut Martius non eſt præciſe menſis ille, quem Hebræi nominant Ni-
ſan, vt ex dictis elicitur. [Loquimini ad vniuerſum cœtum filiorum Iſrael, & dicite eis: Deci
ma die mẽſis huius,] qui eſt primus inter mẽſes anni ſecundũ vos. [tollat vnuſquiſq; agnum
per

familias & domos ſuas:]hoc eſt,quilibet paterfamilias ſeu principalis in domo ſua atq; fa-
milia, ſumat de grege agnum. [Si autē minor eſt numerus, vt ſufficere poſſit ad veſcēdum
agnum] .i.ſi habitātes in vna domo,non ſint tot,vt queant paſchalē comedere agnum.Di-
Euſebi. citur autē in Scholaſtica hiſtoria:Aiunt quidā, ꝙ decē capita ſeu homines erant in eſu agni
vnius. [aſſumet vicinū ſuū, qui coniunctus eſt domui eius,iuxta numerum animarum quæ
ſufficere poſſint ad eſum agni.] hoc eſt,tot hoīes Hebræos ſibi vicinos,aſſumet ad māducan
dum ſecū agnū illū,vt ſimul cū illis valeat agnū paſchalē comedere. Vnde in tali caſu pote-
rant duaꝝ domoꝝ perſonæ cōiungi ad edendū vnū agnum paſchalē. [Erit aūt agnus abſq;
macula, maſculus,anniculus].i.vnius anni, vel potius infra vel nō vltra vnius anni ætatem.
Poterat eñ aſſumi & offerri ab octaua ſuæ natiuitatis die, & nō ante,vſq; ad cōſummatio-
nē ſui primi anni,nō poſtea:maſculus,q̃a nō poterat eſſe agna:abſq; macula,i.non mōſtroſa
fœditate deformis.Itaq; macula non ſumit hic pro varietate coloꝝ in pelle ſeu vellere,ſicut
Gen. 30. in Geneſi,vbi pecora diuerſorū colorum, maculoſa dicuntur:ſed pro monſtroſitate,de qua
Leui.20. macula in Leuitico legitur:Si cæcum fuerit,ſi fractum,aut impetiginem habens.Perfectio-
Malac.1. ra etem̃ Deo ſunt offerenda, iuxta illud Malachiæ: Maledictus doloſus qui habet in grege
ſuo maſculum,& votū faciēs, immolat debile dño.[Iuxta quem ritum tolletis & hœdum,]
videlicet 10.die mēſis iſtius,[& ſeruabitis eum vſq; ad 14. diem menſis huius.] Ad quā etiam
diem agnus fuit ſeruādus.¶Præterea quidā dixerunt, hoc loco duplicē oblationem iuberi
à dño.Vnam agni,quē dixerūt 10.die offerri in qualibet domo: Aliā hœdi,quē dicebant 14.
die immolari à toto Iſraelitico populo ſimul collecto,nō ſeorſum in domibus ſingulorum:
quia in textu ſubiūgitur, Immolabitq; eum vniuerſa multitudo filiorū Iſrael ad veſperam.
Sed huius oppoſitū probatur ex textu,quia poſt pauca adijcit:Sument de ſanguine eius,ac
ponent ſuꝑ vtrunq; poſtem,& in ſuperliminaribus domoꝝ,in quibus comedēt illū,& edēt
carnes nocte illa aſſas igni:caput cū pedib⁹ eius & inteſtinis vorabitis, nec remanebit ex eo
quicq̃ vſq; mane.Certū eſt ꝙ vniuerſi Hebræi in domibus ſuis nō poterant veſci carnibus
hœdi vnius,nec de eius ſanguine poterat tanta linitio fieri, nec fuit periculū ꝙ de carnibus
R. Paul. vnius hœdi poſſet tot manducantib⁹ aliquid ſupereſſe.Itaq; ſicut Lyra & R.Paulus teſtan-
tur,Trāſlatio noſtra hoc loco diſcrepat ab Hebraica veritate in verbis: quia pro his verbis,
Iuxta quē ritū tolletis hœdū:in Hebræo habetur,De arietibus vel de capris accipietis illum,
Hieron. videlicet agnū.Vnde dictio Hebraica ibi pro agno poſita, quādoq; pro hœdo accipit,& ita
nō ſumpſit eā Hieronymus.Idcirco nō fuit duplex oblatio,ſed vna,q̃ fieri debuit de agno,ſi
bono modo poſſet haberi: alioquin de hœdo fieri poterat.His cōcordat q̊d LXX.tranſtu-
lerūt,Ab agnis & hœdis accipietis illud.q.d.Id q̊d offeret,erit agnus aut hœdus.Sicq; q̊d ha
bet trāſlatio nr̃a, Iuxta quē ritū accipietis & hœdū,intelligēdū eſt in caſu,q̊ agn⁹ haberi ne-
quibat.Veruntamē R.Paulus his cōtradicit,& dicit: Immolatio paſchalis,ſecundū docto-
res Hebræos,de agno debebat fieri,& nō de hœdo:q̊d cōgruit tā literali cauſæ ſacrificij hui-
R,Moſes us,q̃ etiā figurali. Primū patet,q̃a ſecundū R. Moſen Gerūdenſem & alios,ꝓcipiebat agnus
occidi in primo mēſe, qm̃ ſignū arietis eſt tūc in potiſſimo ſuo ſtatu,cū ſol tūc in eodē ſit ſi-
gno cōmuniter. Et q̃a Aegyptij arietē venerabant,volebat dñs per occiſionē agni oſtēdere,
ꝙ etiā in dijs Aegyptioꝝ faceret vltionē, q̃ ratio nō haberet locū in hœdo. Secundū patet,
qm̃ Chriſtus ſignificat ꝑ agnū, non ꝑ hœdū, immo ipſe ꝑ hœdos ſignificat reprobos apud
Matt. loquēs:Hœdos ſtatuet à ſiniſtris.¶Circa hæc dico, ꝙ duæ rōnes iſtæ, ad probandum
Matt.25. propoſitū ſunt inualidæ,Dñs em̃ in ſacrificioꝝ inſtitutione ac iuſſione, reſpectū nō habuit
ad ſigna zodiaci vel luminaria cæli.Aegyptij q̊q; nō ſolum colebāt arietē ſeu potius Iouem
in forma arietis,ſed etiā hircos, q̃a in ſimilitudine hirci apparuerūt eis interdū diaboli,vt &
Lyra hic refert.Inſuꝑ Chriſt⁹ interdū in ſcripturis veteris teſtamenti deſignat per hircum,
quēadmodum in Leuitico patet de hirco, qui portauit oēs iniquitates filiorū Iſrael in de-
Leui.19. ſertū:per q̊d paſſio Chriſti extra portā crucifixi, & ibi peccata mūdi tollentis,euidēter ſigna-
Mat.27. ta eſt.Idem patet de hirco,cuius ſors exijt dño. Immo & per capream figuratur, iuxta illud
Hebr.13. in Canticis:Fuge dilecte mi,ſimilis eſto capreæ,hinnuloq; ceruorum.Nec obſtat,ꝙ per hir
Ioann.1. cum reprobi aliquādo exprimantur, ſicut per leonē quandoq; intelligitur Chriſtus, quan-
Canti.8. doq; diabolus.Chriſtus,ob ſuam fortitudinē ac regiam dignitatem,iuxta illud in Apocaly-
pſi,Vicit leo de tribu Iuda:diabolus,ob ſuā ferocitatem,principe apoſtolorū hortante: Ad-
Apoc.5. uerſarius veſter diabolus tanq̃ leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.Immo & reprobi
1.Petr.5. nonnunq̃ deſignantur per oues, ſecundū illud Pſalmi: Sicut oues in inferno poſiti ſunt.Si-
Pſal.48. quidē per eandem rem,ſecundū diuerſas ſuas proprietates,deſignantur diuerſa.¶Preterea,
dato ꝙ aliqui doctores Hebræi ſint opinati, ꝙ immolatio paſchalis nō niſi de agno fieri de-
buit,nihilo minus multi ſolennes & antiqui Hebræoꝝ doctores dixerūt oppoſitum.Vnde
Auguſt. circa ꝑinductā literā LXX. interpretū,ab agnis & hœdis accipietis illud,loquit Auguſtin⁹:
Conant Iudæi aſſerere, etiā hœdū accipiendū ad celebrandum paſcha,tanq̃ ſi diceretur,Ab
agnis

agnis agnū ſumi oportet,vel ab hœdis hœdū,ſi illud deſit.In Scholaſt.quoq; hiſto. dicit,10. Euſebi.
die mēſis huius tollet domus quælibet agnū,vel ſi nō poterit agnū,ſaltē hœdū.Sed & Lyra
refert doctores Hebræorū ita ſentire.Deniq;,ſi de ſolo agno fieri poterat illa oblatio,tranſ
latio Hieronymi quā eccleſia approbat,eſſet falſa,ſuffeciſſetq; dicere in Hebræo,de arietibus
accipietis illum,nec addi oportuiſſet,vel de capris, niſi ꝓpter myſticā quandā ſignificatio- Hieron.
nem,ex qua argumentū ſumi nō poteſt ad literā, vt Auguſtinus teſtatur. ¶Præterea q̃ritur,
cur in litera de agno nō dicitur, ꝙ ſeruādus erat vſq; ad 14.diem,quēadmodū hoc de hœdo
exprimitur. Deinde,cur vtrūq; animal iubet per 4.dies ante ſuā immolationē accipi & ſer-
uari.Reſpōdet ad primū, ꝙ ex quo vna fuit oblatio illa paſchalis de agno aut hœdo, idcirco
q̊d de reſeruatiōe hœdi exprimitur, de agno intelligi datur.Ad aliud reſpondet ꝙ ideo, ne
Hebræi tūc diuerſimode occupati, ſe diſponēdo ad exitum ab Aegypto, obliuiſcerētur ac-
cipere agnū vel hœdū in die immolatiōis.Et itē,vt infra illud quatriduū diligēter perpēde-
rēt, an aliq̃ macula eſſet in hœdo immolatiōis, & itē an in agno. Alia aūt eſt ratio ſpiritalis,
quæ infrà tāgetur.Et qm̃ cauſæ ꝓtactæ ꝓaccipiendi agnum vel hœdū per 4.dies,poſtea ceſ-
ſauerūt:dicunt Hebræi, ꝙ præacceptio illa nō obligabat nec ſeruabatur in poſterum, qñ ex
cōſuetudine facilius attenderetur,an agnus vel hœdus immolatiti⁹ eſſet.Sequit: [Immola-
bitq; eū]hœdum aut agnū[vniuerſa multitudo filiorū Iſrael] .i.vnuſquiſq; paterfamilias aut
quælibet ꝑſona capitalis de multitudine Iſraelitarū,offeret in domo ſua. Quod dictū eſt,ca
ſu ꝓtacto excepto:ſicq; q̊d ait,Vniuerſa multitudo, diuiſim,nō collectim,accipit:& ꝑ agnū
ſeu hœdū,agni aut hirci pluraliter intelligunt.[ad veſperā] 14.die mēſis præfati,ſeu luna 14.
qñ die ſequenti valde mane egreſſuri erant Aegyptū.Fuit equidē īmolatio illa,diſpoſitio ad
egreſſum, atq; ad liberationē à percuſſione,qua angelus primogenita Aegyptiorum occi-
dit. Et fiebat ad veſperā,quā Iudæi à 7. hora incipiebāt, pertinuitq; ad diē ſequentē ſecun-
dū cōputationē eoꝝ.[Et ſumēt de ſanguine eius,]videlicet agni aut hœdi oblati. (cōmuni-
ter th̃ extitit agnus)[ac ponēt ſuꝑ vtrunq; poſtē] .i.ambos ianuæ poſtes tingēt ſanguine il-
lo.[& in ſuperliminaribus domoꝝ].i.etiā ſuperliminaria domoꝝ ſic tingēt. [in quib⁹] do-
mibus[comedent illū,]vtpote agnum aut hœdū oblatū atq; aſſatū, fiebatq; tinctio illa cum
faſciculo hyſſopi.Porro poſtes ſunt ligna,inter quæ clauditur ianua ſecundū longitudinem
ſuā. Et ſuperliminare vocat,lignū ſeu limē ſuperius,ſ.lignū tranſuerſaliter poſitū ſupra po-
ſtes. Sicq; in qualibet domo habitatiōis hoīm, nō brutoꝝ,fiebat linitio illa cū ſanguine,ꝓ-
pter cauſam quę infrà in textu exprimitur.[Et edent carnes nocte illa aſſas igni.]Agnū nāq;
ſeu hœdū oblatum in veſpera,iuſſit dñs paulopoſt igne aſſari, ad innuendū & recolendum,
ꝙ igne diuturnæ & maximæ tribulatiōis in Aegypto aſſati erant: & qm̃ præparatio illa car
niū,per aſſationē expeditius fieri potuit.Eadē etem̃ nocte Aegyptij erant ad eos venturi, vt
eos egredi cogerēt.[& azymos panes,] qui etiā celerius præparātur ex aquæ & farinæ cōmi
xtione.Iuſſi etem̃ ſunt agnū illū comedere,tanq̃ mox egreſſuri.Idcirco oīa parauerūt,prout
velocius fieri valuit.[cū lactucis agreſtibus:]quę ſunt herbæ multū amaræ,quas cū carnibus
edere iubebātur,ad reminiſcendū amariſſimæ afflictiōis, quam in Aegypto erant perpeſſi.
[Non comedetis ex eo crudū quid] .i. ſemicoctū ex feſtinatiōe.Nā & in Hebræo, vt fertur,
ſemicoctū habetur.Voluit quippe dñs cultores ſuos differre ab idololatris,qui aliqua idolis
immolata, ſolebāt comedere ſemicocta.Vel ad literā,noluit dñs,vt in tantū feſtinarent co-
quēdo,ꝙ ſemicoctū quid comederēt,quum hoc corruptiuū ſit vitæ.[nec coctū aqua] .i.ni-
hil de carnibus illis erit bullitū,vel quia idololatræ ſic agebāt,vel qm̃ tardior eſt ꝑparatio ta
lis,[ſed aſſum tantū igni. Caput cū pedibus eius & inteſtinis vorabitis.]In Hebræo,ſecūdū
Lyrā,non habet,Vorabitis.propter q̊d,ſecundū Hebræos, ſenſus eſt,ꝙ caput cū pedibus,
inteſtiniſq; agni primo lotis,erāt aſſanda ſimul cū corpore agni,nō ſeorſum,nec ſeparatim:
idcirco apparet ꝙ trāſlator adiunxit, Vorabitis,q̃a ſubiungitur, [nec remanebit ex eo qcq̃
vſq; mane].i.totū in ipſa nocte edetis,nō tamē oſſa,ſed quicq̊d de carnibus eis adheſerit:ad
inſinuandū,ꝙ valde mane fuerant exituri,nec tēpus habituri ad manducandū,q̃a Aegyptij
nō ſinebāt eos aliquā facere morā. Ideo q̊q; dixit,Vorabitis,qm̃ ſtādo feſtinanter edebant.
[Si quid reſiduū fuerit] comeſtioni,[igne comburetis:]hoc eſt,taliter conſumi facietis per
ignem,vt nihil remaneat.Quāuis aūt præceperit dñs,vt tot aſſumerētur ad comedēdum, ꝙ
agnū comedere totū poſſent,in hoc tamen poterat error excuſabilis interuenire, ita ꝙ non
poterant tantū comedere,ſicut putabant ſe comeſturos.Nec voluit Deus vt ſe vltra vires aut
guloſe replerēt, ideo addidit iſtud: [Sic aūt comedetis illū:]ſ.agnū aut hœdū aſſatū. [Renes
veſtros accingetis,& calceamēta habebitis in pedibus, tenētes baculos in manibus,& come
detis feſtinātér.]Quorū oīm cauſa ſubiūgitur:[Eſt em̃ Phaſe]Quid aūt deſignat Phaſe, ſub-
iungitur:[id eſt,trāſitus dñi.] q̊d translator appoſuit,hoc eſt,agnus iſte paſchalis ſeu mādu-
catio eius, vel paſchalis iſta celebritas, tranſitus dñi appellatur, vel tranſitum eius deſignat:
quia in illa hora filij Iſrael, Deo iubente,de Aegypto egreſſi ſunt:præcipienteq; dño, ange-
 lus eius

ſus eius pertrãſiuit Aegyptios, primogenita occidẽdo, tẽpla quoq; & idola euertẽdo. Itaq;
qm̃ paſchalis ille agnus & eſus ſic trãſitus Dei fuit, ideo filij Iſrael iuſſi ſunt agnũ comedere,
tanq̃ mox trãſituri, & ſicut vere parati ad emigrandũ velociter. Ad quod pertinet eſſe accin
ctum, calceatũ, baculoq́; prouiſum. [Et tranſibo per terrã Aegypti nocte illa, percutiamq́;
om̃e primogenitũ in terra Aegypti ab hoĩe vſq; ad pecus] incluſiue. i. tam primogenita ho-
minũ, q̃ pecorũ. [& in cunctis dijs Aegypti faciã iudicia] . i. Aegyptiorũ deos ſeu idola iuſto
iudicio deſtruã. Iſta peregit dñs, cuius magnitudinis nõ eſt finis, nõ in ꝓpria perſona eundo
aut locũ mutãdo, vel iſta per ſe immediate exequẽdo, ſed ꝑ angelũ atq; per ſuæ iuſtitiæ ope-
rationẽ. Quocirca habet in Gloſſa: Ferũt Hebræi, ꝙ oĩa idola Aegypti cõfracta ſunt nocte
illa, tẽpla quoq; vel terræ motu vel Nili inundatione. Recitat etiã Lyra: Dicũt Hebræi, ꝙ no
cte illa oĩa idola Aegyptiorũ lignea fuerũt ſubito putrefacta, & oĩa metallina reſoluta ac fu
ſa in terrã, oĩa quoq; lapidea cõminuta, in idololatriæ deteſtationẽ, & in ſignũ ꝙ ſolus He-
bræorũ Deus fuit adorandus. Idcirco adiungit: [Ego dñs.] q. d. Ego ſolus oĩpotens ſum, in
cuius manu cuncta ſunt poſita, quẽ ſolũ decet latriæ cultus, tanq̃ ſummũ & incomparabi-
lem dñm, q ait ꝑ Eſaiã: Ego dñs, hoc eſt nomẽ meũ. Gloriã meã alteri nõ dabo, nec laudem
meã ſculptilibus. Cõſequẽter pandit cauſa linitionis poſtiũ ac ſupliminariũ cum ſanguine
agni oblati. [Erit aũt ſanguis vobis in ſignũ in ædib⁹ in q̃bus eritis]. i. linitio illa cũ ſanguine
Eſaię 42. in domibus habitationũ veſtrarum, erit vobis in liberationẽ ꝑ manũ angeli primogenita occi
dẽtis. Ideo ſubdit: [& videbo ſanguinẽ]. i. tinctionẽ illã cũ ſanguine, gratã habebo, inquan-
tũ ex mea iuſſione à vobis peracta eſt, & redemptionẽ mũdi per ſanguinẽ Chriſti ſignificat:
diſtinctiuũq́; ſignũ fuit inter Hebræos atq; Aegyptios, q̃s voluit dñs hoc ſigno foris diſtin-
gui, queadmodũ intus diſtinguebant ꝑ fidẽ & religionẽ ab inuicẽ. [& trãſibo vos] . i. domos
vr̃as ꝑtrãſibo, nullũ in eis ꝑcutiendo. Ideo ſubdit: [nec erit in vobis plaga diſperdẽs] . i. ꝑcuſ-
ſio primogenita occidẽs. [qñ ꝑcuſſero terrã Aegypti:] hoc eſt, primogenita Aegyptiorum.
[Habebitis aũt hũc diẽ] vr̃ę egreſſiõis de Aegypto, & liberatiõis à morte primitiuorum. [in mo
nimentũ]. i. in iugi memoria, nõ obliuiſcẽdo beneficiorum tantorum. [& celebrabitis eã ſolennẽ
dño in ĝnationibus vr̃is] . i. tã vos q̃ poſteri vr̃i om̃i anno feſtiuũ agetis hũc diẽ, in cõmemo
rationẽ beneficiorum vobis in eo deſuꝑ p̃ſtitorum, vt datori eorum ſitis grati. [cultu ſempiterno]. i.
Auguſt. ꝑpetue, ſtatu veteris teſtamẽti durãte. ¶Circa hoc loquit Aug. Diligẽter ſcrutandũ eſt, quõ
ſcriptura ſoleat appellare ęternũ, qm̃ nefas habet hoc p̃termittere aut mutare. Aliud em̃ eſt,
Ioſu. 6. cũ p̃cipit, q̃diu aliq̃d fiat, ſicut p̃ceptũ eſt, vt arca ſepties circuiret Hiericho muros. Aliud, cũ
aliq̃d p̃cipit ſic obſeruari, vt nullus terminus p̃figat. Aut ergo ſic appellauit ſcriptura iſta ęter
nũ, vt filij Iſrael illud nõ auderẽt p̃termittere ſpõte: aut q̃a æternũ eſt, q̃d ꝑ illã celebritatẽ pa-
ſchalẽ ſignificat. Hic alij ſic exponũt, Cultu ſempiterno. i. abſq; certa tẽporis determinatiõe:
q̃a paſchalis ſolẽnitas, quãtũ ad id q̃d ſignificabat ꝑ eã, ꝑfectius obſeruat in euangelica, q̃ in
Moſaica lege, quãtũ lux & veritas trãſcendit figurã & vmbrã. Nã oĩa in figura tũc cõtinge-
bãt. ¶Porro vt R. Paul⁹ affirmat, ĩ Hebræo habet, in ſeculũ. Vñ ſenſus in Hebraico ꝓpri⁹ iſte
eſt: Celebrabitis diẽ hãc ſolennẽ in ſeculũ. Seculũ aũt apud Hebræos, ſicut & apud nos, po-
nit ꝓ q̃libet ſpatio tẽporis determinãtis durationẽ vitæ alicuius. Vnde & in ſcripturis dura-
tio totius tẽporis vitæ p̃ſentis, ſeculũ nũcupat. Et duratio vitæ futuræ, dicit aliud ſeculũ ꝑ ſe.
Pſal. 71. Sicq́; intelligit illud, Benedictus dñs Deus Iſrael à ſeculo & in ſeculũ. Et illud in ſymbolo: Et
vitã venturi ſeculi. Hinc antiqui Hebræi totũ tẽpus durationis Moſaicę legis, vnum ſęculum
vocant, & tẽpus Meſſiæ aliud ſeculũ, propter diſtinctionẽ eorum quæ in vtroq; ſeculo ad ſpi-
ritualẽ pertinẽt vitã. Vnde cũ in pręceptis huiuſmodi, p̃ſertim cæremonialibus, additur, Et
in ſeculũ: intelligendũ eſt de toto tẽpore duratiõis Moſaicæ legis, quæ eſt vſq; ad aliud ſecu-
lũ, ſ. vſq; ad tẽpus Meſſiæ & durationis legis ipſius. Et iſte eſt modus reſpondẽdi ꝓprius He
bręis, cũ de euacuatiõe cæremonialiũ agitur, qui modus loquẽdi de duplici ſęculo, cõmuni-
ter tenetur etiã à Talmudiſtis in varijs locis. Hæc R. Paulus. [Septẽ diebus azyma comede-
tis]. i. panes nõ fermẽtatos. Et incipiebãt dies illi ab hora immolatiõis agni paſchalis, quem
cum talibus panibus edere tenebant. [*A die primo nõ erit fermentatũ in domibus veſtris.]
*In hoc eſt, à præfata 14. die menſis Niſan, nõ erit in domibus Hebræorũ panis fermẽtatus, neq;
fermentũ, ita ꝙ ante horam veſpertinã in qua agnus offerebat, tollendũ fuit ab eorum habita-
culis om̃e fermentũ ac fermentatũ. [Quicunq;] Hebræorũ [comederit fermentum à die pri-
ma]. i. ab hora veſpertina præfatæ diei, [vſq; ad diem ſeptimũ] incluſiue, quia nec in eo hoc
licuit, [peribit anima illa de Iſrael]. i. homo hoc faciẽs, peccabit mortaliter atq; damnabi-
tur, nec inter electos cõputabitur Iſraelitas, niſi pœnitentiã egerit. Porro prima dies illa fuit
dies quartuſdecimus primi menſis Hebræorũ, & dies ſeptimus fuit dies viceſimusprimus
eiuſdẽ mẽſis. [Dies prima erit ſancta atq; ſolẽnis]. i. deputata actib⁹ ſacris ad agnũ paſcha-
lẽ ſpectantibus. Incepitq́; illa ſolennitas à veſpera primæ diei, in qua agnus immolabatur.
[& dies ſeptimus eadẽ feſtiuitate venerabilis] erit, qua dies prima. Illã tamẽ celebritatẽ pro
magna

magna parte agebãt in exterioribus & carnalibus q̃buſdã eminentijs, vt in ornato veſtitu,
lautiſq; refectiõibus, iuxta illud in Eſdra: Ite, comedite pinguia, & bibite mulſum. Dies em̃ Nehe. 8.
dñi ſanctus eſt. Fuit nanq; lex illa groſſa & figuralis, nõ ꝑfecta & ſpiritalis, ſed iuxta capaci-
tatẽ populi & cõgruentiã tẽporis data. Propter q̃d ait Apoſtolus: Nihil ad perfectũ adduxit
lex. [Nihil operis] ſeruilis & exterioris [facietis in eis] per voſipſos, neq; ꝑ veſtros miniſtros,
[exceptis his q̃ ad veſcendũ pertinẽt] . i. ad p̃parationẽ ciborũ. Ex his elicit, ꝙ diebus inter- Hebr. 7.
medijs poterãt operari, vt ĩ Scholaſtica fertur hiſtoria. Patet q̃q; ex his, ꝙ ſabbati celebritas
ſtrictius ſeruabat q̃ iſta, quantũ ad ceſſationẽ ab opere. Vnde & ſi ſolẽnitas iſta venit in ſab-
bato, nõ licuit in ea cibaria parare. [& obſeruabitis azyma]. i. eſum azymorũ panũ, ſeptem
diebus, vt patuit. [In eadẽ em̃ ipſa die] videlicet die 15. primi mẽſis, ad quã diem pertinebat
veſpera præcedẽtis diei, quia ab illa veſpera cœpit, vt dictũ eſt. [educam exercitũ veſtrum] Euſebi⁹.
i. voſipſos per modũ exercitus cõgrue adunatos ac ordinatos, [de terra Aegypti, & cuſtodie
tis diẽ iſtũ in ĝnationibus veſtris]. i. diem celebrabitis vos & poſteri veſtri tẽpore opportu-
no ꝑ ſucceſſiones ĝnationum veſtrarũ ritu perpetuo. Tamen, vt dicũt catholici & Hebræi,
queadmodũ diſpenſatũ fuit cũ Iſraelitis, ꝙ nõ circũcidebant q̃ diu fuerũt in deſerto, ita &
in obſeruatione huius præcepti, ita ꝙ in deſerto nõ leguntur paſcha hoc celebraſſe niſi ſe-
mel, videlicet in anno ſecũdo egreſſionis ab Aegypto, vt infrà habebitur. Nẽpe q̃ diu fuerãt
in deſerto, ſatis memores erant egreſſionis illius, idcirco ob illam cõmemorandam rationa
biliter fuit dilata celebratio illa. [Primo mẽſe,] qui dicitur Aprilis vel Martius apud nos, &
Niſan apud Iudæos. [quartadecima die mẽſis] huius [ad veſperã comedetis azyma, vſq; ad
diem 21. eiuſdẽ menſis ad veſperã:] forſitan excluſiue, quia dies illa 21. terminabatur in exor-
dio veſperæ ſuæ, quæ & pertinuit ad diẽ ſequentem. [Septẽ diebus fermentatũ non inuenie
tur in domibus veſtris] . i. hoc iubeo, vt nõ ſolũ non manducetur, ſed neq; exiſtat in habita-
culis veſtris. [Qui comederit fermentatũ] infra hos 7. dies, [peribit anima eius de cœtu Iſra-
el,] ſicut expoſitũ eſt, [tã de aduenis q̃ de indigenis terræ.] hoc eſt, ſiue fuerit proſelytus, ſiue
natione Hebræus. Itaq; per aduenas intelligũtur ad Iudaiſmum conuerſi. [Om̃e fermenta-
tum nõ comedetis. In cunctis habitaculis veſtris edetis azyma.] Frequẽter legiſlator vnum
& idem reſumit, vt ſtrictius obſeruetur in memoria & effectu. [Vocauit autẽ Moſes omnes
ſeniores filiorũ Iſrael,] ſ. patresfamilias & principales, ad quos pertinebat agnũ aut hœdum
offerre. [Et dixit ad eos: Ite, tollẽtes animal per familias veſtras] . i. vnuſquiſq; in ſua fami-
lia principalis, pergat ad domũ ſeu gregẽ ſuum, & inde accipiat agnum, ſi poteſt, vel hœ-
dũ. [& immolate phaſe]. i. agnũ paſchalẽ, qui trãſitum dñi repræſentet, iuxta ſenſum præ-
habitum. [faſciculumq́; hyſſopi intingite in ſanguine, qui eſt in limine] . i. in ſanguine agni
vel hœdi oblati, reſeruato & exiſtente in vaſe circa limen domus. [& adſpergite ex eo ſuper-
liminare & vtrunq; poſtem.] Vt tãgit Auguſtinus, ſanguis recipiebatur in vaſe, & vas illud
cum ſanguine ponebatur iuxta limen, quia ex eo liniendi erant poſtes & ſuperliminare. Vn
de, vt dicitur, in Hebręo habetur, in *pacino. i. vaſe argenteo, in quo recipiebat ſanguis agni
oblati. Porro, ad faſciculũ requiruntur ad minus tres calami colligati, vt fertur. Cur autem
tinctio illa fiebat per faſciculũ hyſſopi, ad literã dici poteſt, ꝙ ꝓpter munditiã herbæ illius,
& reuerentiã oblationis ad Dei honorẽ, vel ꝓpter cõuenientiam proprietatũ hyſſopi, cum
ꝓprietatibus agni, de q̃bus dicetur ſequẽti articulo. [Nullus veſtrũ egrediatur oſtiũ domus
ſuæ vſq; mane.] Cuius cauſa ſubiungitur: [Trãſibit em̃ dñs percutiẽs Aegyptios] per miniſte
rium angeli. [Cumq́; viderit]. i. eſſe cognouerit & approbauerit, [ſanguinẽ in ſupliminari,
& in vtroq; poſte oſtij domorum veſtrarũ, trãſcendet oſtium domus] ipſe angelus, [& non ſi-
net percuſſorẽ] videlicet angelum, [ingredi domus veſtras, & lædere]. i. præcipiet angelo, vt
neminẽ veſtrũ lędat. Cur Deus pręcepit neminẽ Hebræorũ egredi domũ ſuã nocte illa? num Auguſt.
quid, ne angel⁹ per errorẽ aut ignorantiã occideret eũ? Non vtiq;. An forſan ideo, ne Aegy
ptij prope Hebræos cõmorantes, perciperẽt & ſuſpicarent aliq̃d mali per Hebræos noctur-
no tẽpore eſſe patratũ? Deinde Moſes ad vnũquenq; loquit Hebræorũ patrũ: [Cuſtodi ver-
bum iſtud]. i. præceptũ de oblatione & celebritate paſchali, [legitimũ]. i. iuſte impoſitũ, [ti-
bi & filijs tuis vſq; in æternũ]. i. per omne tempus durationis tuæ, ſicut expoſitũ eſt. [Cumq́;
introieritis terrã, quam dñs Deus daturus eſt vobis vt pollicit⁹ eſt, obſeruabitis cæremonias
iſtas]. i. ritũ iſtũ & modũ colendi Deũ, obſeruantiaſq; prætactas figuratiuas. Verũtamen iſti
quibus Moſes loquebatur, non introierũt in propria perſona terrã promiſſam, quæ & ſub
conditione fuit eis promiſſa, videlicet ſi nõ demererentur eius ingreſſum, ſed ſub perſonis
eorũ, loquit poſteris eorundem. [Et cum dixerint vobis filij veſtri, quæ eſt iſta religio] . i. le-
galis obſeruãtia ſeu veneratio Dei, actuſq; latriæ ad quã ſacrificiũ pertinet. Solet aũt religio
pro latria accipi. [dicetis eis: Victima tranſitus dñi eſt:] hoc eſt, immolatio & celebratio iſta
paſchalis, eſt memoratiua tranſitus Dei ſeu angeli eius. [quando tranſiuit ſuꝑ domos filio-
rum Iſrael]. i. habitacula eorũ tranſilijt, [in Aegypto percutiens Aegyptios, & domos nr̃as
 liberans

liberās] .i.habitatores domorum noſtrarū ab illa percuſſione præſeruās. [Incuruatusq; popu-
lus adorauit].i.populus Iſraeliticus,his auditis,gratias egit Deo cum inclinatione,orauitq;
eum, vt iſta impleret. [Factum eſt autem in noctis medio,] in cuius noctis initio comeſtus
fuit agn⁹ paſchalis,[percuſſitq; dñs om̃e primogenitū in terra Aegypti,à primogenito Pha-
raonis qui ſedebat in ſolio eius, vſq; ad primogenitū captiuæ quæ erat in carcere:] hoc eſt,
incluſiue vſq; ad primogenitū cuiuſcunq; infimæ atq; viliſſimę mulieris Aegyptiæ.[& om̃e
primogenitū iumentorum,] videlicet primogenitā ouem in grege ouiū,primogenitū equum
in ſpecie equorū &c. Et ſi in domo aliqua nō fuit niſi vnigenitus,ille fuit percuſſus:quod &
de iumētis ſentiēdū videtur.Sicq; primogenitus nō diſtinguit nūc cōtra vnigenitū,ſed con-
Lucæ 2. tra ſecūdogenitū, quēadmodū in euāgelio Chriſtifera virgo ſcribitur peperiſſe filiū ſuum
primogenitū. Porro ſecundū doctores, Deus ſic ordinauit atq; prouidit, q in qualibet do-
mo Aegyptiorum, fuit primogenitus aut vnigenitus aliqs: q̊d tñ videt non parū mirabile in
tanto regno.Apparet vero,q q̄uis in aliq̄bus domibus nō fuiſſet niſi vir vnus vel vxoratus,
vel nō vxoratus, q ille fuiſſet primogenitus domus illius, nō q haberet parētes viuētes, ſed
q̄a in domo ſua nullus ſenior eo,ſeu ante ipſum natus exiſtens.[Surrexitq; Pharao nocte &
oēs ſerui ei⁹,cūctaq; Aegyptus] .i.cæteri Aegyptij ad ſurgendum diſpoſiti.[& ortus eſt cla-
mor magnus in Aegypto:] q̄a ex dolore plagæ inflictæ,& ex timore plagę grauioris futu-
ræ,clamabāt & vlulabāt.[Neq; em̃ erat domus in qua nō iaceret mortuus] .i.in qualibet do
mo habitationis Aegyptiorum,iacuit ad minus vnus occiſus.Et ſi in vna domo habitauerunt
Auguſt. plures primogeniti diuerſorū parentū,erāt in vna domo plures ſic mortui.Quanuis aūt oc
ciſio ſeu mors illa fuit ſecundū Auguſtinū occulto angelicoq; percuſſu, poterāt tamē viuen-
tes faciliter aliq̄ ſigno cognoſcere mortē ſic percuſſorū.[Vocatiſq; Pharao Moſe & Aaron
nocte,ait:]Pharao per nūcios Moſen Aaronq; vocauit,& ſequētia verba per eoſdē nuncios
protulit eis.Præterea q̄uis Deus p Moſen iuſſerat, vt nullus filiorū Iſrael egrederet domum
ſuam in nocte illa,Moſes tamen & Aaron vocati,forſitan ex Dei diſpēſatione, exierunt ad
Pharaonis miniſtros,aut infra domum manentes,audierunt, alloquebāturq; ipſos. [Surgi-
te,egredimini à populo meo & vos & filij veſtri. Ite,& immolate dño ſicut dicitis. Oues ve
ſtras & armēta aſſumite,vt petieratis:& abeuntes,benedicite mihi] .i.gr̃as agite q ita licētio
vos,vel benedicite mihi,imprecando mihi bona, ne plura flagella ſup me & ſubditos meos
Aegyptios veniāt.[Vrgebātq; Aegyptij populū]Hebræorū[exire de terra velociter,]ſ.ſum-
mo mane,[dicētes:Oēs moriemur].i.percutiemur ad mortē, ſicut primogenita noſtra pcuſ
ſa ſunt,ſi iſti Hebræi tardauerint apud nos.De hoc tamen non fuit periculum, quia non te-
nuiſſent Hebræos ſecū contra Dei præceptū. Et vt Ioſephus refert,flebant,veniāq; petebant
Ioſe.li.2 ant.iud. cap.13. Aegyptij pro eo,q ita afflixerunt Hebræos.[Tulit ergo populus cōſperſam farinā] .i.aqua
permixtam, [anteq̄ fermentaretur:]quia præ feſtinatione nō habuerunt tempus fermentan
di. [& ligans]farinam ita cōſperſam[in pallijs,]ne deflueret,[poſuit ſup humeros ſuos.Fece-
runtq; filij Iſrael ſicut præcepit dñs Moſi] .i.ipſis per Moſen, & ipſi Moſi vt præciperet eis.
[Et petierūt ab Aegyptijs ſibi] vicinis,[vaſa argētea & aurea,veſtemq; plurimā. Dñs autem
dedit gratiā populo corā Aegyptijs,vt cōmodarēt eis:& ſpoliauerūt Aegyptios.] Iſtud iam
ſæpe præhabitū eſt,atq; expoſitū:& ſpoliauerūt Aegyptios.i.diuitias iſtas tulerūt ab eis,non
tamen per iniuſtitiam, aut rapinā, aut violentiam aliquā,ſed ex cōmiſſione diuina, q̄a Dei
ſunt om̃ia,& cui vult aufert ea,& cui vult tribuit ea. Aegyptij quoq; meruerūt hæc ſibi au-
ferri,& filij Iſrael ſeruiēdo Aegyptijs gratis,meruerūt hanc mercedē ſuſcipere. Idcirco non
fuit ſpoliatio proprie, ſed per ſimilitudinē quandā.Vnde ſpoliare ſumit hic extenſe.[Pro-
fectiq; ſunt filij Iſrael de Rameſſe in Socoth].i.de terra Geſſen exeuntes,primo caſtrametati
ſunt ſeu tabernacula ſua fixerūt in loco Socoth vocato,q locus eſt alius à loco in quo Iacob
de Meſopotamia rediens, fixit in terra Chanaan manſionē, quem & Socoth.i. tabernacula
nūcupauit,vt in Geneſi legitur.[ſexcenta fere millia peditū virorum, abſq; paruulis & mulie-
Gen. 33. ribus].i. quaſi ſexcēta millia peditū virorū Hebræorū pedeſtriū pugnatorū egreſſa ſunt, in-
ter quos paruuli ſeu pueri q infra 20.annos erāt, & mulieres,cōputati nō ſunt. Qualiter aūt
popul⁹ Iſrael potuit ita multiplicari in Aegypto infra annos quibus ibi morati ſunt,diſcuſ
ſum eſt in expoſitiōe primi capituli hui⁹ libri. [Sed & vulgus promiſcuū innumerabile aſ-
ſcēdit cū eis].i.Aegyptij vtriuſq; ſexus vltra modū multi,aſſociauerūt ſe Hebræis.Nam viſis
tot ſignis,relicta idololatria,crediderūt in Deū verū,& cum filijs Iſrael exierunt Aegyptū in
ſolitudinē, quæ altior erat Aegypto in ſitu : pter quod aſſcendiſſe dicuntur. Et vulgus il-
lud,ſecundū Scholaſticā hiſtoriam,famulabatur Hebræis,& multi Aegyptiorū fleuerūt,q̄a
Euſebi⁹. tā duri fuerūt Hebræis.[Coxerūtq; farinā,quā dudū de Aegypto cōſperſam tulerāt,]videli-
cet primo die ſuæ egreſſiōis.[& fecerūt ex eo ſubcineritios panes azymos:]in loco q dicitur
Socoth aut circiter.[Neq; em̃ poterāt fermētari]ob tēporis breuitatē ipſi panes,ſeu farinę
conſperſæ aut maſſæ,ex quibus facti ſunt panes.[cogentibus exire]ipſos Hebræos [Aegy-
ptijs,&

ptijs, & nullā facere ſinētibus morā,nec pulmēti quicq̄ occurrerat præparare] .i.filijs Iſrael
nō vacabat coquere quicq̄ pulmēti aut cōfectionis ,pter importunā illā coactionem exeun
di celeriter. De hoc magiſter in hiſtorijs ſcribit: Fecerūt ſubcineritios panes azymos,ex mo
dico tantū tēpore coagulatos.His nanq; vſi ſunt 30. diebus,nec vltrà eis ſuffecerunt quę tu-
lerant de Aegypto, licet ſub neceſſitate cuſtodirentur, nec ad ſatietatem reficerentur ex eis.
[Habitatio autem filiorum Iſrael,qua manſerunt in Aegypto,fuit quadringentorū trigin-
ta annorū.]Sic & Apoſtolus ait ad Galatas:Hoc aūt dico,teſtamentū confirmatū à Deo,quę Galat. 3.
poſt quadringētos & triginta annos facta eſt lex &c.Qualiter aūt accipiēda ſit computatio Auguſt.
iſta,diuerſi diuerſimode tradiderūt, q̊rum cōputationē B.Auguſtinus ,p magna reprobat par- Euſebi.
te. Deinde approbat cōputationē Euſebij Cæſarienſ. in Chronica ſua, incipiētis horū cōpu-
tationē annorū ab eo tēpore,quo Abrahā Deo iubēte egreſſus eſt de terra ſua,veniendo de
Aran ad terrā Chanaā,q tūc erat 75.annorum,vt in Geneſi patet.Cumq; 100. eſſet annorum, Ge. 12.17
natus eſt ei Iſaac.Iſaac vero vixit annis 180.Sicq; ab exitu Abrahæ de Aran,vſq; ad mortem
Iſaac,fuerūt anni ducēti & quinq;.Porro in morte Iſaac fuit Iacob 120.annorū.Nat⁹ eſt etiā
Iacob ipſo Iſaac ſexagenario exiſtēte.Deīde poſt annos 10.cū Iacob eſſet 130.annorum,ingreſ Gen. 25. & 47.
ſus eſt cū ſobole ſua Aegyptū.Sicq; à præfato Abrahæ exitu, vſq; ad introitū Iacob in Aegy
ptū, fluxerūt anni 215. tuncq; Ioſeph erat 39.annorū. Fuit quippe 30.annorum, qñ eductus de
carcere,præſentatus eſt Pharaoni. Deinde poſt 7.annos fertilitatis,duoſq; annos inopiæ,Ia Gen. 42.
cob intrauit Aegyptū. Ioſeph quoq; poſt annos illos triginta nouem, vixit annis 71. quia in 43. & 50.
toto vixit annis cētū & decē.Adiunctis ergo annis 71.ad annos ducētos & quindecim præ-
taxatos,fiunt anni 286. quibus addendi ſunt anni 144. quibus populus Iſrael fuit atq; ſerui-
uit in Aegypto poſt obitū Ioſeph,ſicq; in toto habētur anni 450.Idcirco nō valet q q̄dam
computationem iſtam redarguit. Veruntamē non fuerunt in ſeruitute illa dura, de qua in Exod. 1.
primo huius libri capitulo ſcribitur, toto tēpore poſt mortē Ioſeph,quouſq; egreſſuri ſunt:
ſed diu poſt mortē Ioſeph, cū ſurrexiſſet rex qui ignorauit famā & beneficia Ioſeph , prout Ibidem
in primi expoſitione capituli patuit. Idcirco q̄d fertur in textu,Habitatio filiorum Iſrael in
Aegypto, fuit quadringētorū triginta annorum,nō eſt intelligendū, q tāto tēpore in Aegy-
pto ſint demorati,ſed noīe Aegypti deſignātur & alię terrę,in q̄bus patres eorū,Abraham,
Iſaac & Iacob pegrinati ſunt. Exprimit tñ in ſpeciali Aegypt⁹, q̄a ibidē in maiori numero
perſonarum atq; annorū ſunt cōmorati, grauiuſq; oppreſſi,& quia à fine maioriq; parte ſolet
denominatio fieri. Verūtamē ait in textu iſto haberi,incolatus q̄s incoluerūt in terra Aegy-
pti & in terra Chanaan, ipſi & patres eorum. Vtitur aūt Auguſtinus trāslatione LXX.inter- Auguſt.
pretū, q interdū aliquid addiderūt,vel ſubtraxerūt.Patres vero filiorum Iſrael, nō ſolū fuerunt
coloni & peregrini in terra Chanaan,ſed & Abrahā & Iſaac diu demorati ſunt in terra Phi
liſtijm,& Iacob in Meſopotamia Syriæ. Porro Ioſephus ſcribit: Reliquerūt Hebræi Aegy-
ptū poſt annos triginta & quadringētos,q̄ pater noſter Abrahā venit in terrā Chanaā: poſt Ioſe.li.2
aduentū vero Iacob in Aegyptū, anno 205.[Quibus expletis,eadē die egreſſus eſt om̃is exer ant.iud.
citus dñi de terra Aegypti].i.tota multitudo Iſraelitice plebis recte diſpoſita, vna die pari- cap.13.
ter exijt de Aegypto.Itaq; ſenſus nō eſt,q eadē die,qua patres eorum introierunt Aegyptū,iſti
egreſſi ſint.[Nox iſta obſeruabilis eſt dñi].i.nox in qua Hebræi ab Aegyptijs ſolicitabantur
exire, & in qua ſe diſpoſuerūt ad exeundū valde mane,digna & apta eſt, vt in ea ſit Dei ce-
lebritas, & cultui eius vacet ,pter beneficia tāta, ne obliuioni tradant.[quando].i.in cuius
noctis aurora[eduxit eos de terra Aegypti.Hāc obſeruare debēt oēs filij Iſrael in generatio-
bus ſuis].i.celebrē habere per ſuas poſteritates & ſucceſſiones.Paſchalis em̃ ſolennitas ince-
pit à veſpere noctē hanc præcedente.[Dixitq; dñs ad Moſen & Aaron:Hæc eſt religio pha-
ſe].i.iſtud q̄d ſequit,ptinet ad ritū & iuſſionē comedēdi agnū paſchalē, videlicet:[Oīs alie-
nigena nō comedet ex eo].i.nullus à fide & lege Iudęorum extraneus etiā ſi ſit natione Iudęus,
ad eſum agni huius eſt admittēdus,quēadmodū ad ſacrā cōmunionē nullus ſcienter admit-
titur,niſi catholicus.[Oīs aūt ſeruus emptitius circūcidetur,& ſic comedet] .i.cū fuerit cir-
cunciſus,veſcet agno paſchali.[Aduena & mercenarius nō edent ex eo:] niſi prius circunci
dant, ſicut nec aliquis poteſt cōmunicare, niſi fuerit baptizatus.[In vna domo comedetur]
agnus paſchalis.i.quilibet cū ſua familia comedet eū in domo ſua, dūmodo domeſtici ei⁹ ad
hoc ſufficiant.[Nec efferetis de carnibus eius foras].i. nō mittetis alijs partē aliquā agni pa-
ſchalis aſſati.[nec os illius cōfringetis].i.oſſa eius nō diſſipabitis nec frāgetis.Literalis ratio
horum eſt,qm̃ filij Iſrael in Aegypto hoc modo māducauerunt agnum paſchalē,& cū feſtina-
tione tāta, q nō habebāt tēpus frangēdi oſſa ad quærendū medullā.Vnuſquiſq; etiā paterfa
milias aut principalis in domo,p redēptione ſua atq; domeſticorū à percuſſione angeli,ob-
tulit agnū in ſua domo.[Om̃is cœtus filiorum Iſrael faciet illud].i. vnaquæq; familia propriæ
domus comedet modo præfato. Sicq;, omnis, ſumitur nunc diuiſiue, non penitus collecti-
ue. [Quòd ſi quis peregrinorum].i.extraneorū à lege veſtra,[in veſtrā voluerit tranſire colo

 niam,

niā, & facere phaſe dñi].i. legē veſtrā aſſumere, & veſter cōciuis fieri ꝑ cultus diuini & ſacramentoꝝ cōmunionē, [circūcidet prius oē maſculinū eius].i. vniuerſi eius domeſtici ſex' maſculini, qa nō ſatis erat ꝙ ipſe circūcidebat ad hoc, vt de agno paſchali veſceret. [& tūc rite celebrabit].i. agnū paſchalē edet cū ſuis, ſecundū obſeruantiā nūc præſcriptam. [eritq́ ſicut indigena terræ] hoc eſt, ſimilis erit natis in Iudaiſmo, & velut Iudæus habebit. [Si qs autem circūciſus non fuerit, non veſcet ex eo. Eadē lex erit indigenę & colono, q peregrinat apud vos].i. tā intranei ſeu cōciues natione Hebræi, q̄ extranei & tanq̄ peregrini inter vos habitātes, quātum ad hoc, erūt paris conditionis, & eadē iuſſione adſtricti, ꝙ nullus eoꝝ poterit de agno mâducare paſchali, niſi ꝓdicta impleuerit. [Fecerūtq́ oēs filij Iſrael, ſicut p̄ceperat dñs Moſi & Aaron: & eadem die eduxit dñs filios Iſrael de terra Aegypti per turmas ſuas,] hoc eſt, cū diſtinctione ſpecialiū turmaꝝ quæ inter eos fuerūt. Quāuis em̄ fuit vnus totalis exercitus, tamē ſpeciales cœtus, particulareſq́ tribus ac cunei atqꝫ familiæ inter eos fuerūt, qui oēs pariter ſunt educti. ¶Circa ꝓhabita quæritur, an angelus qui percuſſit primogenita Aegyptiorum, fuit angelus bonus an malus, & vtrum fuit vnus duntaxat, an plures.

¶Solutio quæſtionum iſtarum. Artic. XXII.

Strabus. STrabus ait, & habet in Gloſſa: An ꝑcuſſor primogenitoꝝ fuit angelus bonus, an malus, nō eſt neceſſe inquirere. Quicunqꝫ etem̄ fuit, præcepto Dei obediuit. Sciendū tamen, ꝙ angeli mali ꝑmiſſione aut iuſſione Dei tales peſtes facere ſolent. Hæc Strabus, ex cui' verbis elicit, ꝙ ipſe magis ſentire videt, ꝙ fuerit angel' malus, & hoc tenēt aliqui. Ad quod primo allegāt illud in Pſalmo: (Pſal. 77.) Miſit in eos (vtpote in Aegyptios) iram indignationis, irā, indignationē & tribulationē, immiſſiones per angelos malos. Vnde & paulopoſt ibi ſubiungitur: (Ibidem) Et ꝑcuſſit om̄e primogenitū in terra Aegypti. Secundo allegant qd in iſto fert capitulo, Nō ſinet dñs ꝑcuſſorē ingredi domos vrās, & lædere. Ex q̄ inferūt, ꝙ ꝑcuſſor ille libēter intraſſet domos Hebręoꝝ ad ꝑcutiendū primogenita eorundē, ſi dñs ꝑmiſiſſet, ergo & malus fuit. Tertio, idē probat authoritate Auguſtini, (Auguſt.) q in expoſitione Pſalmi 77. in quo habentur verba pſalmiſtæ ꝓallegata, aptiſſime dicit, ꝙ fuit angelus malus. ¶Oppoſitū hui' probatur primo ex eo, qd in libro Sapiētiæ habet: (Sapi. 18.) Tūc cū primū fuit exterminiū primogenitoꝝ, ſpoponderūt populū Dei ſe eſſe. Deinde ſubiūgitur ibi, (Ibidem) qualiter factū ſit exterminiū illud. Cum em̄ quietū ſilentiū tenerēt oīa, & nox in ſuo curſu mediū iter haberet, oīpotens ſermo tuus dñe exiliēs de cælo, à regalibus ſedib', venit durus debellator, in mediā exterminij terrā, gladi' acutus, inſimulatū (.i. verū & nō fictū) imperiū tuū portās, & ſtās repleuit omnia morte, & vſqꝫ ad cęlū attigebat ſtās in terra. Circa q̄ verba multi dicūt, ꝑcuſſionē illā factam ꝑ angelū bonū, immo verba illa clariſſime cōteſtant, ꝙ ſit facta ꝑ bonū Dei miniſtrū aut executorē diuinū. Secūdo, idē videt ex modo loquēdi huius capituli, in q̄ dñs clare atqꝫ frequenter affirmat ſe ꝑcuſſuꝝ ſeu ꝑcutientē primogenita Aegyptioꝝ, vt patuit. Et q̄uis ea facere aſſerat, q̄ facit ꝑ angelos malos, p̄ſertim loquēdo de malis pœnalib', nō tamē videt ꝙ in ſcripturis in recitatiōe hiſtorica aſſerat tā clare ac ſæpe factuꝝ, qd in iſto capitulo aſſerit ſe facturū, niſi qd facit ſeipſum aut ꝑ angelos bonos. Tertio, idē probat, qm̄ Deus ꝑ angelum bonū interfecit exercitū Aſſyrioꝝ ſub rege pijſſimo Ezechia, vt legit 4. Regū & 2. Parali. libris. (4. Re. 19. 2. Pa. 32.) Similiter ꝑ angelos bonos euertit Sodomitas, vt in Geneſi legit. (Gen. 19.) In Ezechiele qꝫ legit De' præcepiſſe angelis bonis percutere habitatores Hieruſalē. (Ezech. 8.) ¶Circa hāc q̄ſtionē aduertenda ſunt verba beatiſſimi Auguſtini, (Auguſt.) in expoſitiōe p̄fati pſalmi dicētis: Satis hic expreſſū eſt, iudicio Dei hæc fieri in illis, puta Aegyptijs, ꝑ angelos malos. Itemq́, Vtitur Deus angelis malis, nō ſolū ad puniendos malos, ſicut in iſtis oībus, puta Aegyptijs, de qbus loquit Pſalmus iſte, & ſicut in rege Achab, (3. Re. 22.) quē fallaciæ ſpūs ex Dei volūtate decepit, vt caderet in bello, verūetiā ad probādos & manifeſtādos bonos. In his verbis videt Aug. ſentire, nō ſolū ꝑcuſſionem primogenitoꝝ, ſed & alias plagas, eſſe inflictas Aegyptijs ab angelis malis. Quod ꝓinductis nō cōſonat, nec videt poſſe ſaluari. (Auguſt. Exod. 8.) Magi nāqꝫ defecerūt in tertio ſigno, ita ꝙ cyniphes ꝓducere nō valebāt magica arte & diabolica ope, ſicut verterūt aquā in ſanguinē, & ranas fecerūt. Nec poſt tertiū illud ſignū opati ſunt aliqd ſimile ſignis q̄ fecit Deus per Moſen & Aarō, aut per ſe, hoc eſt, ſine ipſoꝝ adminiſtratiōe. Ergo dæmōes nō fecerūt aliqd ſimile 8. ſignis & plagis, qbus Aegyptij ſunt percuſſi. Nec aliq̄ modo dicendū eſt, ꝙ De' per dęmones fecit illa miracula, nec aliqs expoſitoꝝ hoc dicit, ſed per angelos ſctōs. Nec ipſe Aug. audet hoc dicere. (Auguſt.) Siqdē poſt verba ꝓhabita loquit: Si per angelos malos Deus illas plagas inflixit Aegyptijs, nūqd audebim' dicere, & aquā in ſanguine ꝑ eoſdē angelos malos eſſe verſam, & ranas per eos eſſe ꝓductas? Quoꝝ ſimilia Magi Pharaonis per veneficia ſua fecerūt, vt angeli mali ex vtraqꝫ parte cōſiſterēt, hic illos affligētes, inde fallētes, ſecundū iudiciū & diſpoſitionē iuſtiſſimi Dei, nō audeo dicere. Ecce Aug. nō audet dicere, ꝙ De' per angelos malos induxit duas primas plagas. Verūtn̄ primogenita aſſerit ꝑ eos ꝑcuſſa, ſubdēdo: Si ea q̄ ibi mirabil'r facta ſunt, malis angelis tribuere nō audem', habem' qd eis tribuere ſine dubitatiōe poſſumus,

poſſumus, ſ. mortes primogenitoꝝ in hoībus & iumentis. Verūtamē iuxta ꝓinducta, ꝓbabilius reor, ꝙ ſicut cæteras plagas De' ꝑ angelos ſanctos produxit ac intulit, ita & iſtā. Ad qd probādum valent motiua prætacta. Nam & eadē ratio in oībus plagis his, ad hoc eſſe cenſetur: nempe cur potius inflixiſſet ꝑcuſſionem illā primogenitoꝝ per dæmones, q̄ plagas cyniphum, ranaꝝ, muſcaꝝ, cynomyiæ, vulnera veſicarum, tonitrua, fulgura, grādines, tenebras, qbus nō ſolum primogeniti, ſed cuncti Aegyptij generaliter ſunt percuſſi? (Gen. 19.) Itaqꝫ agnoſcendum, ꝙ ſicut ſcriptura nos docet, Deus quādoqꝫ puniuit iniquos ꝑ angelos ſanctos, vt patet de ſubuerſione Pentapolis, & ꝑcuſſione Aſſyrioꝝ, (4. Re. 19.) & in Actibus apoſtoloꝝ fert angelus Dei percuſſiſſe Herodē. (Act. 12.) Quādoqꝫ vero hoc fecit ꝑ angelos malos, quēadmodum primo Regum aſſerit, ꝙ ſpūs Dei malus exagitabat Saulē. (1. Re. 8. 9) Interdum q̄qꝫ percuſſit bonos ꝑ angelos malos, vt patet de Iob, (Iob 1. 2.) & Paulo apoſtolo q fatet: Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſatanæ, qui me colaphizet. (2. Co. 11.) ¶An aūt aliqn̄ percuſſit bonos ꝑ angelos ſanctos, ſpecialis eſt quæſtio. Quocirca loquit Auguſtinus (Auguſt.) in expoſitione Pſalmi p̄fati: Iuſtos corporalibus pœnis ꝑ bonos angelos tentari & ꝓbari, nō mihi occurrit: nihilominus dicere poſſumus, ꝙ etiā interdū iuſti per angelos bonos puniti ſunt, vt patet circa finē ſecūdi Regum de ſeptuaginta millib' ab angelo ſancto ꝑcuſſis, ꝓpter peccatū Dauid in numeratiōe populi, (2. Re. 24.) de qbus Dauid dixit ad dñm: Iſti q oues ſunt, quid fecerūt? Nec dubium quin multi boni inter illos fuerūt. Suprà q̄qꝫ ꝓhabitum eſt, ꝙ dñs occurrit Moſi in diuerſorio, (Exo. 4.) & voluit eum occidere, qd fuit per angelum ſanctum. ¶Præterea, ad obiecta dicendū, ꝙ illa authoritas, immiſſiones per angelos malos, intelligenda eſt de peſſimis inſpiratiōibus, quas dæmones immiſerūt Aegyptijs, ex qbus tā obſtinati & excæcati effecti ſunt, ꝙ Deo permittēte eſt factū: nō de inductionib' plagaꝝ & interfectionum, quæ fuerunt mala pœnalia, nō culpabilia: & ita fuerunt à Deo directe cauſaliter. Alia q̄qꝫ authoritas ſecundum expoſitiōem ꝓhabitam, non militat cōtra ꝓdicta. (Diony.) Nam vt diuinus Dionyſius docet, angeli ſancti nō audent aliquid agere, niſi iuxta legem eis à Deo p̄fixam: idcirco ꝑ id qd dicitur, Non ſinet percuſſorē ingredi &c. non dat intelligi ꝙ percuſſor ille optauit Hebræos ꝑcutere, ſed ꝙ Deus ei p̄fixit, quid & qualiter ageret, quēadmodū 2. Regum legit Deus angelo percutienti iuſſiſſe, (2. Re. 24.) Ceſſet manus tua &c. At vero in his quæ non ſpectāt directe ad fidem, nec ab Eccleſia determinata ſunt, ipſemet Auguſtinus (Auguſt.) dicit, non accipi ſufficiens argumentū ex ſola allegatione Eccleſiaſticoꝝ doctoꝝ, ſed in talibus licet viris eruditis tenere, qd ratiōi & ſcripturis cōſonanti' arbitrant. ¶Inſuper circa ſecundæ quæſtiōis ſolutiōem poſſent valde multa difficilia atqꝫ ſubtilia introduci de motu, loco, & operatiōe angeloꝝ, de quibus doctores ſup ſecundū ſentētiaꝝ, & in Summis ſuis tractāt diffuſe, de qbus nūc ſupſedendū opinor. Scriptura aūt hæc loquit, quaſi percuſſor de domo in domū tranſierit, percutiēdo primogenita hoīm & brutoꝝ: ſed iuxta doctores, angelus eſt in loco definitiue, & illic eſt vbi operat, nec ei debet locus punctalis. Veꝝ ad q̄ virtus ſua actiua ſe poteſt extēdere ad agēdū, in eo eſt loco, vel eſſe poteſt. Poteſt aūt ſe virtus angelica in longū & latū extēdere pariter ad agendū: ſed in q̄ntum, qs nouit? Ex verbis aūt libri Sapiæ introductis apparet, ꝙ fuit vnus tātū percuſſor. Quod ſi naturalis poteſtas angeli vnius, nō potuit ſe ſimul extēdere ad percutiēdū vno momēto aut vna horula, vniuerſa primogenita regni tā magni, tn̄ per ſupernaturalē Dei potētiā potuit hoc. Angelus aūt qui populum Iſraeliticum ꝓ peccato Dauid percuſſit, ſucceſſiue hoc fecit à mane vſqꝫ ad veſperā. Porro in Ezechiele legunt multi angeli miſſi ad ꝑcutiēdum Hieruſalē, (Ezec. 8.) qd tn̄ in viſiōe imaginaria ſic fuit oſtēſum. ¶Poſtremo, iuxta eos q dicunt percuſſionem primogenitoꝝ eſſe factā ab angelo malo, dicendum eſſet, ꝙ fuerunt dæmones multi percutientes, ſicut & Auguſtinus allegat ac tenet. Hæc ſine præiudicio & incauta aſſertione ſint dicta.

¶Spiritualis & myſtica eiuſdem cap. XII. Elucidatio. Art. XXIII.

DIxit dñs ad Moſen: Menſis iſte vobis principium mēſium, prim' erit in mēſib' anni.] Recte mēſis ille primus in menſibus anni iuſſus eſt eſſe, in q̄ agnus paſchalis oblat' eſt, (Eſa. 33.) immo in quo Chriſtus vnigenitus Dei, pro mundi ſalute eſt immolatus: decuitq́ illo in mēſe typicum agnum offerri, (Ioan. 1.) & per eius oblatiōem populum Iſraeliticum à corporali & Aegyptiaca ſeruitute educi ac liberari, in q̄ Chriſtus agnus Dei, verus vniuerſitatis ſaluator, elegit Deo patri in cruce offerri, ac genus humanum à diabolica ſeruitute, à iugo peccati, à damnatiōe inferni eruere. [Decima die mēſis huius tollat vnuſquiſqꝫ agnum.] Quāuis ꝓ totius mundi ſalute vnus duntaxat oblatus ſit verus agnus, nihilomin' dominus iuſſit vnūquenqꝫ patrēfamiliās inter Hebræos ſumere & offerre, occidere atqꝫ comedere agnum cum ſuis. Quia ſic mortuus eſt Chriſtus pro oībus, vt & pro ſingulis mortuus ſit & oblatus. Vnde & vnuſquiſqꝫ ſic debet paſſionem Chriſti attendere, & ei gratus exiſtere, quaſi pro ſe ſolo ſit crucifixus. Ad quod inſinuandum dixit Apoſtolus: (Gal. 2.) In fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Circa qd ait Chryſoſto. (Io. Chryſoſtom'.) Hic eſt effect' ſerui fidelis, vt qd ꝓ oīb' geſtū eſt, q̄ſi ꝓ ſe ſolo reputet factum. Porro ꝙ agn' iubet decimo die tolli, & quartodecimo

 immolari,

immolari,hoc ſignat,ꝙ paſſio Chriſti figurat̃ in lege,quæ ꝓpter decalogum per decem ſigni
ficatur, & in exordio euãgelicæ legis implet̃, quæ lex ꝑ quartumdecimũ diem exprimitur,
qm̃ decalogo quatuor euãgelia addit,& ꝑ quatuor mũdi partes copioſe diffuſa eſt. [Si autẽ
minor eſt numerus &c.]Sic qlibet Chr̃ifidelis vidẽs ſe Chr̃i beneficia atq; myſteria non poſ-
ſe ſatis mirari,diligere,venerari,proximũ ſuũ inuitet ad regratiãdum ſecum in oĩbus Chr̃o,
& ad ſupplendum propriũ imperfectũ.Nec eñ quiſpiã valet Chr̃o digne ac plene regratia
Io. Cli- ri,etiã ſi millies moreret̃ pro Chriſto.Quia(vt Climach⁹ ait) aliud eſt ſanguis Dei,aliud ſan
machus. guis ſerui. Non ꝙ vnius ſpeciei non fuerit ſanguis Chriſti & hominum cæteroꝝ, ſed quia
incomparabiliter precioſior eſt ſanguis vnigeniti filij Dei. Erit autem agnus anniculus,ma-
ſculus,ſine macula.Per ꝗd Chriſti illibatiſſima puritas deſignatur, in quo fuit totius virilita
tis perfectio: qui in triceſimotertio ſuæ ætatis anno, qñ & cruci appenſus eſt,erat tam pur⁹
& innocẽs,ſicut in primo anno,quo ex virgine natus eſt. [Iuxta quem ritum tolletis & hœ-
dum.]Solet per hœdũ peccator intelligi: idcirco Chr̃s, in quãtum ſimilitudinẽ carnis pec-
cati & mortalitatẽ aſſumpſit, nec ſolũ ex iuſtis, ſed & peccatoribus quoq; & peccatricibus
Canti. 2. mediate humanã aſſumpſit naturã, ſignificat̃ per hœdũ:& rurſus, qm̃ ipſe inſtar hœdi ve-
nit ſaliens in mõtibus, trãſiliens colles: celerrime quoq; omne bonũ eſt proſequut⁹, & regia
dignitate,pontificaliq́; poteſtate quaſi duplici cornu fuit munitus. [Immolabitq́; eum vni-
Mat. 26. uerſa multitudo filioꝝ Iſrael ad veſperã,]quia in cœna nouiſſima Chriſtus paſſionẽ ſuã aper
Ioan. 13. tiſſime denunciauit, & ſuæ immolationis ſacramentũ inſtituit, & patri ſponte ſe obtulit,
Lucę 13. dum à Bethania in Hieruſalem,extra quã nõ capiebat perire prophetã, tanꝗ ad locũ paſſio-
nis volũtarie eſt profectus.Ipſe quoq; in veſpera,hoc eſt, in vltima mũdi ætate ſuſtinuit mor
tem.[Et ſumẽt de ſanguine eius,& ponent ſup vtrunq; poſtem.]Per hoc ſignificatum eſt, ꝙ
populus Chriſtianus corpus ſuũ & animã fide & cõmemoratione aſſidua paſſionis domi-
nicæ debeat cõmunire,cõſignare ac cuſtodire, Chr̃mq́; int⁹ ꝑ fidem & charitatem reuolue-
re,ac crucis ſignaculo frõtem armare,ipſumq́; ore fateri. Et in ſuperliminarib⁹ domorum,
hoc eſt,altitudinẽ mentiũ,ſpem ſupnoꝝ,intentionẽ & contemplationẽ cæleſtiũ,debet iugi-
ter in fide & dilectiõe paſſionis & ſanguinis Chr̃i fundare,intingere,cõſeruare. [Et comedẽt
carnes nocte illa aſſas igni].i.Chriſtifideles corpus Chriſti in ſacramẽto Euchariſtiæ ſumẽt,
qui igne paſſionis aſſatus eſt, atq; ex ardentiſſimæ charitatis igne ſe obtulit patri oblationẽ
& hoſtiã in odorẽ ſuauitatis,& ipſe in nocte illa grauiſſime eſt afflictus. In cuius etiã noctis
exordio ſeipſum dedit diſcipulis mãducãdũ,dicẽte Apoſtolo:Dñs noſter in qua nocte tra-
1.Co. 11. debat̃,accepit panem &c. [Et azymos panes].i. exercitijs ſynceriter virtuoſis,& vitioꝝ cõ-
mixtione carentibus, potiſſime cõtẽplatiõe diuinoꝝ, & meditatiõibus * myſticoꝝ ſuas refi
cient mentes.[Cũ lactucis agreſtibus,] quæ prorſus amarę ſunt.i. cũ interna cõpaſſiõe Chr̃i
propter nos paſſi,& cũ cordiali cõtritiõe ac deploratione p̃ſentis exilij. Quæ oĩa in celebrã-
tibus & cõmunicantibus eſſe oportet,vnde ait vas electiõis: Paſcha noſtrũ ĩmolatus eſt Chri
ſtus.Itaq; epulemur,nõ in fermẽto veteri,neq; in fermẽto malitiæ & nequitiæ,ſed in azymis
ſynceritatis & veritatis.[Non comedetis ex eo crudũ qd,nec coctũ aqua,] hoc eſt, corpus &
1.Cor. 5. ſanguinẽ Chr̃i nõ carnaliter,neq; cũ groſſa imaginatiõe adſpicietis, neq; ꝑ philoſophicã ſa-
pientiã myſteria ſaluatoris diſcutietis.[Sed aſſum tm̃ igni].i.ꝑ illuminationẽ & feruorẽ ſpũs
ſancti intueri oportet,qcqd de ipſo ꝑ fidẽ accipit̃,vt ꝑ oĩpotentiã Dei, incõprẽhẽſibilia fie-
ri agnoſcam⁹,ꝑ atteſtationẽ infallibiliũ,ſoliq́; Deo poſſibiliũ ſignoꝝ.[Caput eius cũ pedib⁹
& inteſtinis vorabitis].i.vniuerſa quæ de Chr̃o proponenda, credendaq́; ſunt, videlicet di-
uinitatis ſublimia,& hũanitatis decliuia,ac ea quę medio modo ſe habẽt,prõpta fide & aui-
da mẽte amplecti debetis. Interiora ꝗq; & myſtica,ſed & exteriora eius opa fideli mẽte ap-
prẽhendetis, vt ſitis in fide integri ac prorſus catholici. [nec remanebit ex eo quicquam vſq;
mane.]quia nihil de pertinentibus ad myſteria ſaluatoris eſt relinquendum, aut conuerten
dum in dubium. In ſacramẽto quoq; non ſunt caro,ſanguis,anima & deitas Chriſti, ab in-
uicem ſeparata,ſed totus ibidem cõtinetur ac ſumit̃ Chr̃s.[Si quid reſiduũ fuerit, igni cõbu
retis].i. ea quę fidei ſunt, nec cõprẽhendi queunt, oĩpotentiæ & infallibili atteſtatiõi ſpũs ſan
cti, qui amor & ignis appellat̃, ſunt humiliter reſeruanda ac cõmittenda, ita vt nihil vertat̃
in hæſitationem. Sed licet angelus de cælo euãgelizet oppoſitum,reſpuat̃. [Sic autem come
detis illũ].i. ad cõmunionem ſacrã ita vos diſponetis ac ibitis. [Renes veſtros accingetis].i.
fluxum & deſideria turpia reſtringetis, vt ſitis corde & corpore caſti, iuxta illud euangelij
Sint lumbi veſtri p̃cincti. [Calceamenta habebitis in pedibus].i. greſſus actionum veſtraꝝ
Lucę 12. munietis ſanctoꝝ patrum exemplis.[Tenentes baculos in manibus].i. crucis vexilla tenen-
tes fide fortiſſima. Baculi quoq; ſunt curæ paſtorales,ſuſtentamenta virtutum, conſolatiões
ſupernoꝝ chariſmatum.[Et comedetis feſtinanter].i.cũ omni prõptitudine charitatis & agi
litate virtutũ accipietis ſacramenta cæleſtia, & exequemini diuina p̃cepta, menteſq́; veſtras
ſpiritaliter reficietis.[Eſt eñ phaſe,i.tranſitus dñi,]hoc eſt,ꝑ iſtã refectionẽ tanquã ꝑ ſaluta-
re viaticum

re viaticũ,ire debetis de p̃ſenti exilio ad beatificã deitatis huius agni fruitionem, & in oĩ bo
no inceſſanter ꝓficere,quia neſcitis diẽ & horã.[Et pertrãſibo ꝑ terrã Aegypti nocte illa,ꝑ-
cutiamq́; omne primogenitũ in terra Aegypti,ab hoĩe vſq; ad pecus.]Per terrã Aegypti in Lucę 12.
telligit̃ oĩs natio increduloꝝ ac peruerſoꝝ.in quibus Deus primogenita interfecit, ꝗſdã miſe-
ricorditer cõuertendo. In qbus primitiua & capitalia vitia diſſipauit, ita ꝙ deſierũt eſſe ꝗd
erãt ꝑ culpã,quemadmodum Salomon ꝓteſtat̃:Verte impios,& nõ erunt.Quoſdã vero iu-
ſte derelinquendo,in quibus fuit mors culpę,deinde mors æternæ miſeriæ:ſicq́; primogeni
ta magis occidit,quia magnos in hoc ſeculo p̃ſertim reliquit,ſicut ait Apoſtolus:Non mul- Pro. 12.
ti ſapientes,nõ multi nobiles ſunt inter vos,ſed abiecta mundi elegit De⁹.[Et in cunctis dijs
Aegypti faciã iudicia.] Per hoc figuratũ eſt, ꝙ Chr̃s ſuos impleuit apoſtolos, ꝑ quoꝝ mira- 1.Cor. 1.
cula,phana paganoꝝ deſtruxit & idola.[Erit autem ſanguis vobis in ſignum.]Quemadmo
dum eñ Hebræi,quoꝝ poſtes & liminaria erãt ſanguine tincta, de morte qua Aegyptij pe-
rierũt,ſunt liberati:ſic in Chr̃i fide,& merito ſuę paſſionis ac precio ſanguinis,redimunt̃ fide
les nunc à morte peccati,deinde à morte infernalis ſupplicij, quibus plagant̃ increduli & in-
grati.[Habebitis autem hũc diem &c.ſolennem.]Chriſtiani quippe paſcha Chriſti veriſſi-
me celebrant, & ſuam per Chriſtum redemptionem iugiter recolunt. Septem diebus azy- 1.Cor. 5.
ma comedetis.] Septenario vniuerſitas deſignatur. Fideles ergo ꝑ omne tempus vitæ p̃ſen-
tis in azymis ſynceritatis & veritatis.i.in actibus ſimplicitatis & innocentiæ Deo habẽt ſer-
uire,& corda ſua reficere.]Quicunq; comederit fermentatum].i.in actibus vitioſis,in operi- Pro. 2.
bus duplicitatis & ſimulationis ſuã oblectauerit mentem,iuxta illud:Gloriãtur cum male fe
cerint,erit filius ꝑditiõis.[Dies prima erit ſancta atq; ſolennis.]Hęc eſt dies dñicæ cœnę,[&
dies ſeptima,]videlicet dies reſurrectionis.[Nihil operis facietis in eis,exceptis his quę ad ve
ſcendum ꝑtinent.]hoc eſt,opera praua & corruptiua vitabitis.Actibus vero virtuoſis,qbus
reficitur anima, eritis tunc ſumme intenti. [In eadem eñ die educam exercitum veſtrum.]
i.vniuerſos liberabo electos,& detentos in limbo beatifice illuſtrabo. [Omne fermentatum
nõ inueniet̃ in domibus veſtris].i. nulla peccati corruptio,nulla falſa doctrina admittatur à
vobis,aut domeſticis ſeu cõgregationibus veſtris.[Qui comederit fermentatũ,peribit,tam
de aduenis ꝗ de indigenis].i.ſiue neophytus,ſiue ab infantia Chriſtianus.[faſciculum hyſſo
pi intingite in ſanguinem,qui eſt in limine.]Per faſciculum hyſſopi, poteſt intelligi vera hu
miliatio ſuipſius,ex tribus concepta,videlicet, ex cõtemplatione excellentię Dei,ex conſide
ratione ꝓpriæ defectuoſitatis in naturalibus,atq; ex propriaꝝ intuitione culpaꝝ.Hęc humi
liatio ſui eſt intingenda ſanguine Chriſti,ne homo ex inſpectione ꝓpriæ vilitatis & praui-
tatis deſperet, ſed ex conſideratiõe & participatione meritoꝝ Chriſti, & virtute ſuę paſſio-
nis,reſpiret in domino, ac opera bona quæ agit, vniat meritis capitis ſaluatoriſq́; ſui, & ſic
offerat ea Deo, omne bonum aſſcribendo eidem. ¶Porro hic ſanguis eſt in limine domus,
quia in baptiſmo quod eſt ianua ſacramentorum, & quaſi limen quo in Eccleſiam introit̃,
prçcipue operatur. Quicunq; enim baptizati ſumus,in morte Chriſti baptizati ſumus,ſecũ- Rom. 6.
dum Apoſtolum. Eſt quoq; ſanguis iſte in limine domus,quoniam fides & meritum paſſio-
nis Chriſti omnibus offeruntur. Recte ergo herba hyſſopi purgatiua pectoris, oblectatiua
odoratus,deſignatiua humilitatis,congruit ſanguini Chriſti,qui purgatiu⁹ eſt cordium,in-
ductiu⁹ odorum ſpiritaliter dulcium,& totius humilitatis exemplar,præceptor ac doctor.
[Nullus egredietur oſtium domus ſuæ vſq; mane,] hoc eſt, celebrãtes hoc ſacramentum &
communicantes,intra cordis ſui arcana debent Deo intendere,diſtractiões & diſcurſus ina-
nes vitare,& infra eccleſiaſticam vnitatem perſiſtere,quouſq; ad lucem gloriæ perducantur.
[Cumq́; introieritis terrã quam dominus daturus eſt vobis, obſeruabitis cæremonias iſtas.]
Nullus eñ poteſt paſcha vere atq; ſalubriter celebrare,niſi in militãte Eccleſia, non in cõuen
ticulis hæreticoꝝ aut ſchiſmaticoꝝ. [Et cum dixerint vobis filij veſtri, quæ eſt iſta religio,
dicetis: Victima tranſitus dñi eſt.]id eſt,cũ diſcipuli aut ſoboles veſtra quæſierit ſibi exponi
cauſam cultus Chr̃ianæ religionis circa ſacramẽtũ altaris, celebrationiſq́; paſchæ,docebitis
eos qualiter Chr̃s immolatus eſt paſcha noſtrũ,& ꝗliter celebritas noſtra paſchalis,rememo
ratiua eſt paſchæ legalis,ꝗmodo etiã in ſacramẽto altaris Chr̃s offert̃,& in ſuo myſterio ſa-
crificat̃,vt eius merita nobis copioſius impertiãtur,& Deũ pro ſua ad nos charitate, pietate
& bñficentia,deuotius & inceſſabilius veneremur. Surrexit vero Pharao nocte,& omnes ſer-
ui eius &c.]Per hoc ꝙ Pharao & eius ſatellites ꝑcuſſionibus victi,cõpulerunt Dei populum
egredi,inſinuatur,ꝙ aduerſarij fidei frequẽter ſic victi ſunt diuina virtute, ꝙ à populi Chr̃i-
ani prorſus abſtinuerũt ꝑſecutione. [Tulit ergo populus cõſperſam farinam].i. innocentiã
& ſimplicitatẽ lachrymis deuotionis aut pœnitentię decoratã & coagulatã.Quę liganda eſt
in pallijs,hoc eſt,in interioribus ornatibus cordis:ſup humeros deferenda,vtpote infatiga-
biliter exequẽda.[Profectiq́; ſunt filij Iſrael de Rameſſe]ꝗd interpretat̃, commotio tineæ.[in
Socoth,]quod interpretatur tabernacula. Per quod innuit,ꝙ de inſtabilitate & inqetudine
paſſionum

paſſionum ac vitioꝝ,ad tabernacula dñi virtutum dilecta,ad tēpla & congregatiões ſancto
Pſal. 83. rum,ad manſiones cæleſtes ſit feſtinandũ.[Sexcēta fere millia &c.] Per quæ ob numeri hui-
us pfectionē rite intelligit tota primitiua Eccleſia ex Iudaiſmo cõuerſa, in qua fuit pfectio
virtutũ pcipua. Cum qua aſſcendit innumerabile vulgus pmiſcuũ.i.inæſtimabilis multitu-
do diuerſaꝝ ſupſtitionũ atq; ſectaꝝ,quę ex gentilitate cõuerſa, cũ electis Iudæis aſſcēdit ad
virtutũ ſublimia,& ad regna cæleſtia. [Hęc eſt religio phaſe: Oĩs alienigena nõ comedet ex
eo].i.nullus à Chriãnitate extraneus,ad cõmunionē eſt admittēdus. [Oĩs aũt ſeruus emptiti
us circũcidet,]hoc eſt,quilibet homo Chri ſanguine emptus,eſt in baptiſmo & in ſacramē-
to pœnitētiæ ſpiritaliter circũcidēdus,& ſic comedet Euchariſtiæ ſacramentũ. [Aduena &
mercenarius nõ edēt ex eo.] Aduena poteſt catechumenus accipi: mercenari⁹ aũt, qui nõ ex
charitate, ſed ex pprij cõmodi intuitu videt facere bona: iſti nõ ſunt ad cõmunionē idonei,
nec admittēdi.[In vna domo comedet.]Quia in ſola catholica Eccleſia,extra quã nemo ſal
uatur, hoc eſt,in myſtica vnione cũ Chro & eius fidelibus, ſumēda eſt ſacra cõmunio.[Nec
efferetis de carnibus eius foras,] qa pfidis & iniquis nõ ſunt ſacramēta hæc conferēda. [Nec
os illius cõfringetis.] Hoc ſacratiſſimus Euãgeliſta Ioannes allegat de Chro pdictũ, & in eo
Ioan. 19. cõpletum. Quãuis eñ dictũ ſit iſtud ad literã de agno illo paſchali & typico,hoc tamen fu-
it, inquantũ fuit Chriſti figura:idcirco de Chriſto principaliter eſt pdictum, cuius oſſa nõ
fregerũt milites Pilati in crucis patibulo, quis extra naturalē cõpaginē in crucifixione vio
lentiſſime traxerunt ea, iuxta illud pſalmi: Diſperſa ſunt omnia oſſa mea.[Quòd ſi quis pe-
Ioan. 19. regrinorum in veſtram voluerit tranſire coloniam, & facere phaſe domini, circuncidetur
Pſal. 21. primo omne maſculinum eius,& tunc rite celebrabit.] hoc eſt,ſi quis infideliũ voluerit effe-
ci Chriſtianus & ciuis Eccleſiæ, oportet vt ipſe & pertinentes ad eum in baptimo ab origi-
nali peccato,& vitijs alijs emundentur, dummodo ipſe poterit illos ad hoc ipſum inducere,
ſicq; erit idoneus ſalubriter communicare.[Et erit ſicut indigena].i.quaſi ex fidelibus natus,
& pie tractabit nec ſpernetur.[Eadem lex erit indigenæ & colono].i.lex euangelica vnifor-
miter eſt ſeruãda tam Chriſtianis ab infantia atq; origine, q̃ neophytis. Et cõformiter ſunt
ad cõmunionem ac cætera ſacramēta aptandi ac inducēdi,quia in Chriſto Ieſu omnes ſunt
vnum myſticum corpus,in quo non eſt ſeruus nec liber, Iudæus & Græcus, Barbar⁹ & Scy-
Coloſſ. 3 tha,ſed omnia & in omnibus Chriſtus.

¶Comparatio decē plagaꝝ Aegypti, ad decem præcepta,& qualiter decē plagæ illæ, in Romano imperio ſunt impletæ. Art. XXIIII.

Auguſt. BEatiſſimus Auguſtinus ac Rabanus,decem plagas quibus Aegyptij ſunt percuſſi, redu
Rabanus cunt ad præcepta decalogi, inquãtum per decem pcepta curantur ac prohibentur pec-
Exod. 7. cata,per plagas illas ſignata. Etenĩ prima Aegypti plaga, fuit conuerſio aquæ in ſan-
guinem. Per aquæ claritatē, inſinuatur ſpiritualis intelligentia ſcripturarum, in qua vnius
veri Dei prædicatur notitia:per ſanguinē autem,ſenſus carnalis: ſicq; conuerſio aquæ in ſan
guinem,eſt commutatio ſpiritualis intelligentiæ in carnalem,cui contrariatur primum p-
ceptum,q̃d eſt colere vnum Deum. Nam & carnales qui ſe ſupra imaginationē eleuare non
Exo. 20. valuerũt,deitatē rebus carnalibus ac vilibus aſſcripſerunt, dicente Apoſtolo: Cõmutauerũt
gloriã incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hoĩs & volucrum & ſer
Rom. 1. pentum. Hæc ergo impietas,primo curatur ac prohibetur præcepto. Secunda plaga fuit ra
naꝝ productio. Per ranas,vana deſignatur loquacitas, fœditasq; periurij, quibus cõtraria-
Exo. 8. tur ſecundũ pceptum,q̃d eſt non aſſumere nomen dñi fruſtra.i.non periurare,nec ſine ratio
Exo. 20. nabili cauſa iurare. Quorum vtrunq; optime vitat,qui à loquacitate & deformitate periu-
rationis linguam refrenat. Tertia plaga eſt cyniphum afflictio, quæ fuit moleſta punitio &
morſio inquieta, per quam ſolicitudo mundana, inquietudoq; ſeculi & pungitiua locutio
Exo. 8. explicantur. Quæ omnia tertio opponuntur præcepto, quod eſt ſanctificatio ſabbati, per
quod mentis in Deo tranquillitas oſtēditur ac iubetur. Qui aũt mentē ſuã in Deo figit, vitia
Exo. 20. illa in ſeipſis afflictiua & inqeta exhorret. Quarta plaga fuit cynomyiaꝝ adductio, p quas
inhonoratio ſignificat parentũ. Cynomyia quippe eſt muſca canina. Canes autem ſuos nõ
Exo. 8. cognoſcuut parentes. Hinc & catuli eoꝝ cæci naſcuntur, per myſticam ſignificationum ex-
preſſionem, Contra quod quartũ eſt pceptum: Habeas in honore parentes. Quinta plaga fu
Exo. 20. it mors pecoꝝ, p quam fornicatio,quæ eſt beſtiale vitium,demõſtratur,cui quintum pręce
9. 20. ptum,q̃d eſt,nõ mœchari,cõtrariat. Sexta plaga eſt vlcera ac vulnera veſicarum, per quę ira
cundiæ furor,inuidiæ lues, impatientiæ impetus exprimuntur. Quibus omnibus ſextũ præ-
Exod. 9. ceptum,videlicet Non occidere,extat cõtrarium. Ardent equidem homicidæ inſania irę, q̃ꝝ
Exo. 20. ſi poſſes animas intueri, plus eas q̃ corpora vulnerata defleres. Septima plaga fuit percuſſio
ſegetum,facta ictibus grandinum,per quam nocumentum furti exprimitur,quod ſeptimo
Exod. 9. curatur præcepto, quo dicitur: Non furaberis. Octaua plaga, corroſio fructuum per lo-
20. 10. cuſtas, per quam detractio ſeu falſa teſtificatio ſignificatur, contra quod octauo præce-
pto iube

pto iubetur, Ne ſis teſtis iniquus: Nona plaga fuit caligo palpabilis, p quam adulterina cõcu Exo. 10.
piſcētia ſumitur, q̃ mētem prorſus euertit & fuſcat. Contra quã nonũ ſonat pceptũ, Nõ con 10. 20. 12.
cupiſces vxorē pximi tui. Decima plaga fuit cõmunis ſtrages primogenitoꝝ in hominib⁹ Deut. 6.
& iumentis,per quam oĩs inordinata alienaꝝ reꝝ cupiditas deſignatur,quæ plurimoꝝ pe- Exod. 20
rimit animas,cum omnium radix malorum dicatur cupiditas. Contra quam decimo fertur 1. Ti. 6.
mandato, Non cõcupiſces rē proximi tui.¶Præterea,ſicut ait Oroſius,& habetur in Gloſſa,
decem plagæ quibus pper Iſraelitas Aegyptus eſt cæſa, cõparari poſſunt decē plagis,quib⁹ Oroſius
Romanum imperiũ eſt percuſſum ob ſuam tyrannidē in populũ Chriãnum. Illa quippe in
figura noſtri cõtigerunt. Chriſtiani & Hebræi vni & eidē Deo deſeruierũt. Et ſicut Hebræi 1. Co. 10.
fuerũt Aegyptijs ſubditi, atq; ab eis oppreſſi, ſic Romano imperio, adhuc Gētili, fuerũt Chri
ſtiani ſubiecti, à quibus & grauiſſimas afflictiões noſcunt perpeſſi. Pharao decies contradi- Ex. 5. 6. 7
xit Moſi, Romani imperatores decem edicta contra Chrianos dederunt. Ibi diuerſæ plagæ 8. 9. 10.
Aegyptiorum, hic diuerſæ calamitates Romanoꝝ. In Aegypto primum de puteis atq; flu- Exod. 7.
minibus pro aqua ſanguis manauit: in Romano imperio ſub Nerone vndiq; morientiũ Ro
manoꝝ ſanguis fluxit, & morbus in vrbe corruptus, bellis quoq; in vrbe profuſis. In Aegy-
pto rana habitatores Aegypti pene extinxit: in Romano imperio ſub Domitiano impera-
tore effrenati ſatellites iuſſu cruenti principis atq; inopia, Romanos ciues quaſi diſperſerũt. Exod. 8.
In Aegypto tertia plaga cyniphes, hoc eſt, ſæuiſſimæ muſculæ, quæ media æſtate per ſquali- Ibidem.
da loca gregatim volant, & homines ac pecora grauiter mordent: in Romano imperio ter
tia plaga ſub Traiano excitauit Iudæos, qui cum ante diſperſi, quaſi nõ eſſent, quieſcerēt, re-
pentino calore permoti ſunt & craſſati, multæq; vrbes tunc terræmotu euerſæ ſunt. In Ae-
gypto quarta plaga fuit, muſcæ caninæ, quæ ſunt alumnæ putredinis, & vermium matres: Ibidem
in Romano imperio ſub Marco Antonino lues ſeu peſtis infuſa diuerſis prouincijs, Italiam
ac Romanoꝝ exercitum per diuerſa diſperſum, morte diſſolutũ, putredini dedit ac vermi-
bus. In Aegypto quinta plaga fuit, mors pecorum: in Romano imperio ſub Seuero perſe-
cutore ciuilibus bellis comminuta ac lacerata ſunt viſcera Romanorum, & adiumenta rei- Exod. 9.
publicæ, id eſt, plebes prouinciarum legionesq; militum. In Aegypto ſexta plaga fuit, veſi- Ibidem
cę turgentes vlceraq; manãtia: in Romano impio hæc plaga per Maximini perſequutionē
crebro intumeſcens ira atq; rancore, eſt exaltata, nõ per vulgi occiſiõem, ſed per cædem mo-
rientium principum ac potentum, quoniã Maximinus ſpecialiter percuti iuſſit Eccleſiarũ
primates, epiſcopos ſcilicet, clericos, & magnates. In Aegypto ſeptima plaga fuit, grando Ibidem
quæ hominibus ac iumentis fuit exitio: in Romano imperio ſub Gallo & Voluſiano, qui
Decio perſecutori ſucceſſerunt, peſtis per omnia ſpatia regni Romani diffuſa eſt, & omne
pene genus hominum dedit neci. In Aegypto octaua plaga fuit, excitatio locuſtaꝝ: in Ro-
mano imperio excitatæ vndiq; Gentes, Romanam vrbem cædibus incendijsq; vaſtarunt. Exo. 10.
In Aegypto nona plaga fuit, palpabiles tenebræ, plus periculi cõminantes, quàm inferētes:
in Romano imperio Aurelio perſecutiõem promulgante, terribilius fulmē ſub ipſius pedi- Ibidem
bus iuit, oſtendens q̃d faceret tãtus vltor, ſcilicet Deus, ſi vellet, niſi patiens eſſet, quanquam
infra ſex menſes interfecti ſunt tres imperatores, Aurelianus, Tacitus, & Florianus. In Aegy
pto decima plaga fuit, primogenitorum occiſio, immo & templorum & deorum euerſio. Exo. 12.
Sic & in Romano imperio tandem facta eſt omnium perditio idoloꝝ. Rex Aegypti poten
tiam Dei probauit, ſenſit & timuit, ac populum Dei liberũ ire dimiſit. Sic & Romanorum
imperator tãdem conuerſus eſt. In Aegypto populus Dei nõ eſt amplius ad ſeruitutem re-
tractus, nec in Romano regno ad idololatriam amplius eſt coactus. Aegyptijs Hebræos di-
miſſos perſequentibus, poſt decem plagas irruit mare rubrum. Chriſtianos quoq; in hoc ſe
culo peregrinantes perſecutio Gentilium manet, donec Chriſto duce tranſeamus mare ru- Apo. 20.
brum, hoc eſt, ignem iudicij euadamus. Porro qui Chriſtianos perſequuntur, cum rege ſuo
Antichriſto in ſtagnum ignis æterni demergentur.

¶Elucidatio capituli XIII. Locutusq; eſt dñs ad Moſen, dicens: Sanctifica mihi omne primogenitum. Arti. XXV.

PRęcedenti capitulo deſcripta eſt percuſſio primogenitorum Aegypti, nunc recitatur
quid ex illa percuſſione ſit conſecutum. [Locutusq; eſt dominus ad Moſen, dicens: San
ctifica mihi] id eſt, meo cultui, ſeu honorationi deputa & applica, [omne primogeni- Exo. 12.
tum, quod aperit vuluam in filijs Iſrael:] hoc eſt, omne primitiuum inter filios Iſrael, ſeu
Iſraelitarum, quod primo de matre ſua egreditur, etiam ſi poſt illud alter nullus ex eadem
matre naſcatur. Sicq; primogenitum non diſtinguitur nunc contra vnigenitum, ſed con
tra ſecundogenitum, ac deinceps. [tam de hominibus quàm de iumentis] id eſt, tam primo-
genita hominum, quàm primogenita brutorum. [Mea enim ſunt omnia,] hoc eſt, vni-
uerſa primogenita ſunt ſpecialiter mea, quoniam iubeo ea mihi offerri, aut meo cul-
tui applicari, ſeu ad meum honorem aliquid fieri de eiſdem, prout infrà in iſto habe-
tur ca-

tur capitulo. Vel ſic: Locutus eſt dominus ad Moſem: Sanctifica mihi omne primogenitum
&c. id eſt, præcipe mihi ſanctificari, ſeu meo cultui aut honorificentiæ deputari omne pri-
mogenitum. Nã quanuis aliqua primogenita redimebantur, & aliqua offerri nõ poterant,
vt primogenita canum, quæ interficiebantur, aliquid tamẽ fiebat de eis, ſeu circa ea ad Dei
honorem in cõmemorationem potentiæ atq; iuſtitiæ eius, quas in percuſſione primogeni-
torum Aegypti oſtendit. Sicq; primogenita diuerſimode ſanctificabantur Deo, vt infra ma
Exo. 12. gis dicetur. Iſtud quoq; intelligitur totũ de primogenitis maſculis. De omni etẽm fructu pri-
mitiua ſeu potiora, Deo ſunt offerenda, & qm̃ ſola primitiua maſculini ſexus percuſſerat in
Aegypto. [Et ait Moſes ad populum] Hebræoꝝ: [Mementote diei huius in qua egreſſi eſtis
de Aegypto,] quæ fuit dies quintadecima menſis primi apud eos, ſ. Aprilis aut Martij, ſicut
in ꝓcedentis capituli expoſitione ꝑhabitũ eſt. [& de domo ſeruitutis] hoc eſt, de ipſo regno
Aegypti, in quo tanq̃ in loco & manſione duriſſimæ ſeruitutis eſtis morati. Vel de domo ſer
uitutis, hoc eſt, de domibus habitationũ veſtraꝝ, quas habuiſtis in terra Geſſen, in quib⁹ do
mibus habitaſtis, vt ſerui Aegyptioꝝ. [quoniã in manu forti] hoc eſt, per magna ſigna & in
fortitudine ſua omnipotẽte, [eduxit vos dominus de loco iſto.] Mementote, inquam, huius
diei tam vos q̃ poſteri veſtri. [vt non comedátis fermentatũ] .i. panem, in quo fermẽtum ad-
mixtum eſt, [ſeptem diebus] qbus durat paſchalis feſtiuitas. ¶Circa hoc Lyra allegat Rab-
bi Salomonem, dicentẽ: Præceptum nõ obligabat ad comedendũ azyma, niſi primo die qñ
comedebať agnus paſchalis: cæteris diebus ſufficiebat abſtinere à fermẽto & fermẽtato. Cui
dicto obuiare videtur, ꝙ præcedẽti cap. à Deo iubetur, Septem diebus azyma comedetis.
Circa q̃d dicit Gloſſa interlinearis: Prima dies dicif paſcha, reliqui dicuntur dies azymoꝝ,
quia videlicet azymis panibus in eis veſci oportuit. [Hodie egrediemini de Aegypto menſe
nouaꝝ frugum:] quæ illo in menſe habentur in territorijs illis. In quo etiã menſe fiebat de
primitijs fructuũ nouorum oblatio, eſtq; tempus illud ad ambulãdum ſatis cõueniens. [Cũq;
introduxerit te dñs] ſi non demerueris introduci, vel te in poſteris tuis, ſeu poſteros tuos pro
te, [in terrã Chananæi & Ethæi, &c. quam iurauit patribus tuis] .i. Abrahæ, Iſaac & Iacob cũ
iuramento promiſit dare poſteritati eoꝝ, [vt daret tibi terram fluentem lacte & melle] .i.
celebra in victualibus abundantẽ, [obſeruabis hunc morem ſacroꝝ menſe iſto] .i. ſacros dies pa-
biris ſchales & ſacrificia eorundem celebrabis iuxta ritum præfatum. [Septẽ diebus veſceris azy
mis:] Per q̃d patet veritas verbi cõtra Rabbi Salomonem inducti. [& in die ſeptimo erit ſo
lennitas dñi] .i. dies ſeptima feſti paſchalis, erit ſolẽnis ſicut & prima, vt capitulo patuit prę-
In R. Sa- cedẽti. [Azyma comedetis ſeptẽ diebus. Non apparebit apud te aliquid fermẽtatum, nec in
lomonẽ. cunctis finibus tuis. Narrabiſq; filio tuo in die illo, dicẽs] .i. domeſticis tuis, & ſoboli atq; di-
ſcipulis cauſam obſeruantiaꝝ iſtarum exponens, dicẽdo: Hoc eſt quod fecit mihi dominus
qñ egreſſus ſum de Aegypto] .i. celebritas iſta paſchalis cõmemorat & deſignat beneficia mi
Exo. 12. hi ſeu patribus meis deſuꝑ præſtita, quando exiui Aegyptum in propria ꝑſona, vel in patri-
bus meis, in quoꝝ lumbis tunc eram ſecundũ rationẽ ſeminalem & carnis maſſam. [Et erit
quaſi ſignum in manu tua, & quaſi monimẽtum ante oculos tuos] .i. tam inceſſabiliter recor
daberis hoꝝ, ac ſi eſſet aliquod corporale indicium in manu tua pro recordatone ligatum,
vel corã oculis tuis appenſum. Porro Iudæi, vt fertur, occaſione horum verborum ſcribunt
iſtud in ſchedula, quam ligãt in manu ſiniſtra ſiue ad brachium, & aliã ſchedulã eadem con-
tinẽtem ligãt ad caput. [Et vt lex domini ſemꝑ ſit in ore tuo] .i. in omni tẽpore opportuno
paratus ſis legẽ hanc dñi confiteri & filios tuos docere. [In manu eñ forti eduxit te dominus
de Aegypto. Cuſtodies huiuſcemodi cultũ ſtatuto tempore à diebus in dies:] hoc eſt, obſer-
uantiã hanc paſchalẽ omni anno ſeruabis menſe primo, ſicut præfixum eſt, à prima die hui-
us feſti vſq; ad ſeptimum diem. [Cumq; introduxerit te dñs in terram Chananęi, ſicut narra
uit tibi & patribus tuis, & dederit tibi eam,] Per quam deſignâtur terræ omniũ gentium ſeu
decem nationum, quoꝝ terras De⁹ promiſit Hebræis. [ſeparabis omne q̃d aperit vuluam,]
omne ſ. primogenitum [domino] .i. ab alijs fœtibus diſcernes illud, tanq̃ ad Deum ſpeciali-
ter pertinens. [Et quod * primogenitum eſt in pecoribus tuis. Quicquid habueris maſculi-
*primi- ni ſexus, cõſecrabis domino] .i. primogenita maſculina Deo repones, offeres, & ſpeciale ali-
tiuum quid circa illud facies ad Dei honorem. Primogeniti quippe Leuitaꝝ Deo ꝓcipue offerebã-
tur & conſecrabãtur lege collata, quia in tẽplo domino ſeruierũt. Primogenita aliaꝝ tribu
um offerebantur: & oblati, mox redimebanť quinq; ſiclis, ita ꝙ de cætero non erant obliga
ti eſſe miniſtri in cultu templi. Ideo ſanctificatio & conſecratio horum nõ fuit ita perfecta
& propria, vt ſanctificatio & conſecratio Leuitaꝝ. Primogenita demum animaliũ mundo-
rum immolatitioꝝ offerebãtur, ſacerdotumq; erant. Primogenita vero animaliũ immũdo-
rum, quæ offerri in ſacrificium nõ valebant, vel cõmutabantur, ita ꝙ aliud animal mũdum
aptum immolari offerebatur pro primogenito tali, ſicut ſubiũgitur: [Primogenitum aſini
mutabis oue:] vel occidebãtur, propter quod ſubdit: [Quòd ſi non redemeris, interficies] .i.
primogenitum

primogenitum q̃d nõ redimebatur nec mutabatur, mox occidebatur ad Dei honorem: qa
Deus hoc iuſſit, ne alijs vſibus deputaretur, q̃d ipſe voluit eſſe ſuũ, ꝓ memoriali ꝙ primoge
nita Aegyptioꝝ necauit, & primogenita Iſraelitaꝝ de manu percuſſoris ſaluauit. Sic ergo
primogenita vniuerſorum dño conſecrabãtur aliquo modo, qa aut offerebantur, aut com-
mutabanť. Et id q̃d offerebatur pro eis, ſeu precium pro quo vendebantur, fuerat ſacerdo-
tum ad ſuſtentationẽ eoꝝ: aut occidebanť. [Omne aũt primogenitum hoĩs de filijs tuis pre
cio redimes] .i. primogenita inter filios Hebræoꝝ, precio (ſ. quinq; ſiclis) redimentur, vt di-
ctum eſt, demptis tamen primogenitis Leuitarum. Deinde in textu deſcribitur cauſa ſeu ra
tio horum, quæ iam euidenter expreſſa eſt, & patet textus ex dictis. Sed Moſes eadem mul-
toties repetit, vt ea duriſſimis cordibus Iudæorum firmius inculcaret. Quemadmodum eñ
lapis aut ferrum non cito recipit formã imaginis imprimẽdæ, ſic corda illa lapidea, immo
& ferrea, frequenti repetitiõe & incuſſione egebant, vt tandem diuina teſtimonia ac manda
ta ſtabiliter retinerẽt, q̃d legislatorem eoꝝ non latuit. Non ergo ſuperflua fuit tam frequẽs
repetitio. [Igitur cum emiſiſſet Pharao populũ] .i. cũ feciſſet Hebræos egredi de Aegypto,
non eos duxit dñs ad terram] ꝓmiſſionis [ꝑ viam terræ Philiſtijm, quæ vicina eſt Aegypto,]
& etiam terræ Chanaan, inter quas directe eſt ſituata, ita ꝙ ꝑ Philiſtæos cõpẽdioſiori itine-
re de Aegypto in terram promiſſionis pertingitur, & ecõtra: & ꝙ via illa non ſit vehemẽter
remota & longa, inde perpẽditur, ꝙ filij Iacob ex terra ꝓmiſſionis in Aegyptum ꝓ victua-
libus deſcenderunt: tantaq; inde tulerunt, ꝙ ſuffecit tã in itinere q̃ in terra ꝓmiſſionis per an
num aut circiter, cum tamẽ aſini, non quadrigæ, tulerunt empta. [reputans, ne forte pœnite
ret eum, ſi videret aduerſum ſe bella cõſurgere, & reuerteretur in Aegyptũ] .i. ipſe dñs intra
ſe cogitans, & idcirco id faciens, ne forſitan filij Iſrael dolerent ſe exiſſe Aegyptum, ſi viderẽt
Philiſtæos ſibi occurrere ad pugnandum. Erant equidem Philiſtæi duri & robuſtiſſimi bel-
latores. Immo Deus certe cognouit, ꝙ in tali caſu filij Iſrael de ſuo exitu pœniterent, de di-
uino auxilio diffidentes, quemadmodũ poſtea doluerunt, audito ab exploratoribus quales
eſſent habitatores terræ Chanaan. Veruntamen in litera dicitur, ne forte, non ꝙ in diuina ꝑ-
ſcientia ſit aliq̃ incertitudo, ſed ad inſinuãdum libertatem arbitrij, cui præcognitio nequaq̃
neceſſitatem imponit. ¶Circa hæc qdam ſcribit duo: Primum eſt, ꝙ Philiſtæi erant multi
& fortes bellatores, vnde Ioſue & filij Iſrael non potuerunt eos debellare. Quod non videtur
idonee dictum, q̊niam ſicut Ioſue & filij Iſrael debellauerunt Chananæos ſe multo fortiores,
non humana, ſed diuina virtute, ita eadem virtute potuiſſent debellare & Philiſtæos, ſi Deo
ſic placuiſſet. Cur autem Deus non ſubiecit ipſi Ioſue & filijs Iſrael Philiſtæos in toto, ſiqui-
dem pro parte ſubdidit eos illis, habeť in libro Iudic. in textu, vtpote vt in Philiſtæis experi Iudic. 3.
retur Iſraelem, an vere timeret dominum, & vt filij Iſrael haberẽt conſuetudinem præliãdi.
Secundum eſt, Philiſtæi nondũ demeruerunt ita puniri ſicut Aegyptij, nec de terra ſua expel
li, ſicut Chananæi. Ideo dñs noluit ꝙ filij Iſrael irent ꝑ viam terræ Philiſtijm. Ad q̃d dico, ꝙ
Philiſtijm erant idololatræ peſſimi, quemadmodum Chananæi atq; Aegyptij: nec ſolũ me-
ruerunt temporaliter puniri & expelli, ſed & æternaliter cõdemnari, q̃d omnẽ temporalem
ſuꝑgreditur incomparabiliter pœnam: immo dñs promiſerat filijs Iſrael terram Philiſtijm,
ſicut & Chananæoꝝ. Erant enim ex genere Cham, & vna decem gẽtium, quaꝝ terrã ꝓmiſe
rat Iſraeli, vt patet in Geneſi, & in libris Ioſue ac Iudicũ manifeſte. Quãuis aũt oĩpotens De Ge. 17. 22
us oĩa poſſit, nõ tamẽ vult ſemꝑ oĩpotentiam ſuã oſtendere, ſed ſecundũ ſapientiæ ſuæ cenſu- Ioſu. 12.
ram ac ordinem operať. [ſed circũduxit] filios Iſrael ꝑ viam deſerti, q̃ eſt iuxta mare rubrũ.] & 13.
Nam Deus Moſi ꝓnunciauit, ꝙ in montẽ Sinai eſſent venturi & ibi immolaturi. Ibi quoq; vo- Iud. 5. 16
luit eis legẽ donare. In Aegyptioꝝ item demerſione voluit ſuã demõſtrare iuſtitiã. Dicit au
tem mare rubrũ, nõ ꝙ aquæ ſint rubræ, ſed ꝙ apparẽt rubræ ꝓpter fundi & lapilloꝝ ibi ia-
centium ruborẽ, vt ferť, & qa terra in ripa eſt rubra, cõmiſceťq; aquæ, ꝓpter q̃d ꝓcipue circa
littus rubra videť. Veruntamẽ in Hebræo dr̃, mare ſuph. i. iuncoſum ſiue cannoſum, eo ꝙ iun
ci ſiue cannæ abundent in littore. [Et armati aſſcenderũt filij Iſrael de terra Aegypti.] Qui-
dam dicunt ꝙ Aegyptij accõmodauerunt Hebræis arma ad defendendũ ſe à ꝓdonibus, & va
ſa precioſa q̃ conceſſerant eis. Alij veriſimilius dicunt, ꝙ dicunť aſſcendiſſe armati, qa de ſu
pellectili & precioſis rebus Aegyptioꝝ eis cõceſſis, erant bñ ꝓuiſi atq; muniti. Quã expoſiti-
onem tãgit Hieronymus. Porro Septuaginta tranſtulerũt, Et qnta gñatione aſſcenderũt filij Hieron.
Iſrael &c. In Hebræo habeť, quinta: & ꝑ explanatione, Septuaginta addiderunt, gñatione. Et
poſſent gñationes illæ tam in tribu Leuitica, q̃ in tribu regia Iudæ ſic accipi. Nã Moſes fuit
quintus à Iacob, qm̃ Leui, Caath, & Amram, inter eos fuerũt. Similiter* Salomon de tribu
Iuda qui de Aegypto egreſſus eſt, fuit quintus à Phares filio Iudæ, qui cum ipſo Iuda intra-
uit Aegyptũ. Phares nanq; genuit Eſrom, Eſrom genuit Aram, Aram vero Aminadab, Ami
nadab vero Naaſon, de q̊ natus eſt Salmon. [Tulit quoq; Moſes oſſa Ioſeph ſecũ, eo ꝙ Ioſeph
adiuraſſet filios Iſrael, dicens: Viſitabit vos Deus] id eſt, gratioſe liberabit poſteros veſtros

hoc cognouerũt,& q in Aegypto remãſerãt,hoc nouerũt ex mirabilibus q̃ Deus tũc in mari
rubro exercuit. Veruntñ Aegyptioꝝ cognitio, q̃ Dei eminentiã dominiũq; nouerũt,infor-
mis fuit & imꝑfecta,q̃tũ ad eos q ſe nõ emẽdauerũt ex ea.[Fecerũtq; ita. Et nunciatũ eſt regi
Aegyptioꝝ ꝙ fugiſſet ppl'us.]Iã añ ſciebat ppl'm Hebræoꝝ exiſſe de terra ſua,ſed eos reditu-
ros putabat, dũ expleto triũ dieꝝ itinere ſacrificaſſent. Nũc aũt ꝑcepit à nũcijs ſuis, q iter &
ꝓceſſum Iſraelitaꝝ explorauerũt,ꝙ ipſi Iſraelitæ nõ diſpoſuerũt ſe ad redeundũ poſt viã tri
um dieꝝ,ſed ꝙ ꝓceſſerũt vlterius, ideoq; ꝓponerẽt oĩno recedere: q̊d fugã eſſe reputauerũt
Aegyptij.[Immutatũq; eſt cor Pharaonis & ſeruoꝝ eius ſuꝑ ppl'm].i.ꝓpoſitũ mutauerunt,
& q̊s egredi cõpulerũt,nũc ad redeundũ cogere cogitabãt.[Et dixerũt]ad inuicẽ:[Quid vo
luimus facere,vt dimitteremus Iſrael,ne ſeruiret nobis?]Q.d.In hoc ſtulte fecimus. nã & ſi-
Ioſe. li. 2. gna p̃habita aſſcripſerũt (ſecundũ Ioſephũ) veneficijs Moſis.[Iũxit ergo curꝝ].i.ꝓpriũ ſuũ
ant. iud. currũ iuſſit parari ſibi,[& oẽm ppl'm ſuũ]i.q̊ſdã de ſingulis[aſſumpſit ſecũ.]In Scholaſtica hi
cap. 14. ſtoria fert:Aſſumpſit ſecũ qnq̃ginta millia eqtũ,& ducẽta millia peditum.[Tulitq; ſexcẽtos
Euſebi. currus electos,& qcquid in Aegypto curruũ fuit & duces exercitus.]Secundũ Ioſephũ,acce-
Ioſe. lib. pitq; ꝓprios currus trecẽtos,& totidẽ ab Aegyptijs. Et ꝙ ait, Quicqd curruũ in Aegypto fu
2. anti. iu it,intelligendũ eſt de electis ſeu elegãtibus curribus,q in bellicis ſolẽt negocijs deſeruire, &
da. ca. 14 q̊s expedite quit acqrere.¶Et ſi quærat̃,q̃liter habebat tot eq̊s,patet rñſio ex p̃dictis. Nõ eñ
oĩa Aegyptioꝝ aĩalia erãt grãdine interfecta,ſed q̃ erãt in agris relicta. [Cũq; ꝑſequerẽt Ae-
gyptij veſtigia p̃cedentiũ]ſ.Hebræoꝝ,q̊ꝝ etiã veſtigia in locis arenoſis potuerunt faciliter
apparere. [reperunt].i.à lõge viderũt[eos]eſſe[in caſtris].i. caſulis ſuis[ſuꝑ mare.] Nõdũ tñ
attigerũt Hebræos,ꝓpter q̊d ſubdit:[Oĩs eqtatus & currus Pharaonis & vniuerſus exercitus
ei⁹ erat in Phihahiroth cõtra].i.ex oppoſito[Beelzephõ]de qbus locis iã dictũ eſt.[Cũq; ap
propinq̃ſſet Pharao, leuãtes filij Iſrael oculos,viderũt Aegyptios poſt ſe,& timuerũt valde:]
qm̃ rudes erãt & imꝑfecti,nõ habẽtes ꝑfectã fidẽ & ſpem in Deo,qui toties pugnauit ꝓ eis,&
adiutoriũ ſuũ eis ꝓmiſit. Atq;(vt Ioſephus addit)erat luctus & gemitus mulieꝝ & infantiũ,
Ibidem. q̃ſi habẽtiũ ante oculos mortẽ, nec euadere potẽtiũ. [clamauerũtq; ad dñm,]inuocãdo eius
auxiliũ,qa aliq̃liter ſperauerũt in eo:ſed q̃ modice,cõſtat ex eo q̊d ſubdit: [& dixerũt ad Mo
ſen]aſꝑnãter atq; ironice & increpatorie:[Forſitã nõ erãt ſepulchra].i.apta loca ꝓ ſepultura
[in Aegypto, & ideo tuliſti].i.de Aegypto exire feciſti[nos,vt moreremur in ſolitudine &c.]
hoc eſt, vt nunc in deſerto hoc ab Aegyptijs occidamur. Sed cur tantũ timuerunt Hebræi,cũ
eſſent plus q̃ in duplo,immo q̃ſi in triplo plures Aegyptijs illis? Rñdetur,ꝙ non erãt ita peri
Exo. 13. ti ad bella ſicut Aegyptij,nec equitibus putabant ſe poſſe reſiſtere, atq; (vt in hiſtorijs addit
magiſter)erant inermes. Nec obſtat quod præcedenti habetur cap. ꝙ aſſcenderunt armati:
qa ſecundũ ꝓbabiliorẽ expoſitionẽ, hoc intelligit̃ de diuitijs Aegyptioꝝ quas abſportabãt,
non armis ꝓprie dictis. Vel ideo dicuntur fuiſſe inermes, qa non bene erant armati. [Et ait
Moſes ad populum:Nolite timere]Aegyptios carnali & mundano timore.[ſtate]firmi in fi-
de & ſpe diuini auxilij,[& videte magnalia domini quæ facturus eſt hodie,]id eſt,quæ face-
re inchoabit hac die. Non tamẽ die illo ante noctem fuerũt ſubmerſi Aegyptij. Sed qd do-
minus fecerit illo die pro filijs Iſrael, paulopoſt ſubdit:[Aegyptios enim quos nunc videtis,
nequaq̃ vltrà videbitis vſq; in ſempiternũ].i.nunq̃ poſt hanc diem videbitis eos viuos in vi-
ta præſenti. Tamẽ die ſequẽti viderũt eoꝝ cadauera. In die quoq; generalis iudicij poterũt
reſuſcitatos videre. Ex hac pia & dulci reſpõſione oſtẽditur mira manſuetudo ac patientia
Moſis,q ad irrationabilẽ,improbã & ingratã populi ſibi ſubiecti interrogationẽ,immo po
tius redargutionem,tam benigne rñdit. Siqdem dicere potuiſſet: Quid inuehimini cõtra
me,q̃ſi ego ꝓprio motu vos de Aegypto eduxerim?[Dominus pugnabit pro vobis,& vos ta
cebitis. Dixitq; dominus ad Moſen:Quid clamas ad me?]Per hoc dat̃ intelligi, ꝙ & Moſes
clamauit ad dominum,ſed nõ ita ſicut imꝑfecti Hebræi. Nõ enim ex animi ꝑturbatione aut
diffidentia ſeu inordinato timore clamauit,nec clamor eius fuit ſtrepitus oris,ſed feruor at-
q; deuotio cordis,nec ceſſauit Dei auxilium inuocare,q̃uis ſciret id mox affutuꝝ. Nã ſciuit
ꝙ Deus vult ꝑ orationes obtineri, q̊d ipſe ꝓponit miſericorditer dare. Et ꝓuidẽtia Dei hoc
continet,vt multa ꝑ ſanctoꝝ preces adimpleant̃. Sic & Chriſtus paſſione inſtante orauit ꝓ
Ioan. 17. ſui corporis glorificatione,& pro ſua clarificatione,pro electoꝝ quoq; finali ſaluatiõe,q̃ oĩa
certiſſime ſciuit futura. Nec Deus increpatorie dixit ad Moſen, Quid clamas ad me,qa non
repræhẽdit ꝙ orauit, ſed ex familiaritate. Quaſi dicat: Tam familiaris & charus es mihi,vt
nõ oporteat diutius te clamare,cum ſim paratus te exaudire. Ideo ſubditur:[Loquere filijs
Iſrael vt proficiſcantur]vſq; ad ripam maris,deinde ꝑ fundum eius ſiccatum.[Tu autẽ eleua
virgã tuã,] ꝑ quã & alia ſigna feciſti, [& extẽde manum tuã ſuꝑ mare]cum virga, & diuide
illud].i.diuidẽdũ deſigna, & miniſterialiter diuide illud,quẽadmodũ alia ſigna egiſti. Mo-
ſes q̊q; meritis ſuis ac precibus ad maris rubri diuiſionẽ cooꝑabat̃. [vt gradiantur filij Iſrael
in medio mari ꝑ ſiccũ].i.per arefactum fundũ,in quo paulo ante aqua cucurrit. [Tollensq;
ſe

ſe angelus dñi qui præcedebat caſtra Iſrael,]qa per motum nubis & ignis p̃ceſſit & viã mõ-
ſtrauit,[abijt poſt eos, & cũ eo pariter columna nubis].i.angelus ſeipſum ac nubẽ illã trãſtu
lit à loco anteriori vſq; poſt dorſa Hebræoꝝ,ponẽsq; ſe inter eos atq; Aegyptios. ideo ſub-
ditur,[priora]ſ.loca[dimittens,poſt tergũ]Hebræoꝝ[ſtetit] inuiſibiliter in aere & in nube
quã rexit.[inter caſtra Aegyptioꝝ & caſtra Iſrael:]hoc eſt,inter turmas ſeu tentoria vtrorũ-
q;.[Et erat nubes tenebroſa & illuminans noctem.] Ex hoc apparentiam habet opinio di-
centium,ꝙ columna nubis & columna ignis eadem erat. Videtur enim in textu inſinuari,
ꝙ eadem columna nubis, quam ſcilicet angelus tulit ſecum, fuit tenebroſa atq; illuminãs:
tenebroſa videlicet in ea parte, qua reſpiciebat Aegyptios: & illuminans noctem, ex parte
qua verſa fuit ad Hebræos.[ita vt ad ſe inuicem toto noctis tempore accedere non valerẽt.]
Non ꝙ Hebræi optarent ad Aegyptios ire,ſed qa Aegyptij appetebant Hebræos ſubito ob-
ruere,& violenter reducere:ſed propter interpoſitæ nubis deterrimã denſitatẽ eos adſpicere
& aggredi non valebant. Porro q dicunt duas fuiſſe columnas,affirmant ꝙ circa noctẽ ad-
ueniente columna ignis,columna nubis more ſolito non receſſit:ſed mãſit verſus Aegypti-
os,& columna ignis reſpexit Hebræos.[Cumq; extendiſſet Moſes manum] cum virga[ſuꝑ
mare,abſtulit illud dñs,]i.aquas à fundo abſtraxit & ab inuicem ſeparauit.[flante vento ve
hementi & vrente tota nocte,]qui ventus non diuiſit mare. immo vento illo incipiẽte, diui
ſæ ſunt aquæ,poſt quarũ diuiſionem mãſit flans ventus,& ſuo impetu ac calore deſiccãs ter-
ram fundi,ſuper quã aqua pauloante cucurrit. Ideo ſubditur:[& vertit in ſiccum:] non ꝙ aq̃
fuit ſiccata,cũ humiditas inſeparabilis ſit ab aqua,ſicut calor ab igne:ſed fundũ prius humi-
dum,vertit in ſiccũ,ne ſi maneret lutoſus & mollis, eſſet ad perãbulandũ ineptus. [Diuiſaq;
eſt aq̃.]Dicunt nõnulli, ꝙ vniuerſi Hebræi per eandẽ diuiſionẽ & viã diuiſi maris inceſſerũt,
Moſen ducẽ ſequẽtes:ſicq; diuiſa fuiſſet aq̃ in duas partes duntaxat, inter q̃s vna via apparu
it. Probabile nãq; videt̃,ꝙ oẽs tribus elegerunt viã incedere,in q̃ Moſen cernebant p̃cedere,
& ꝙ per alias vias formidaſſent intrare. Et iſta eſt Hebræorũ & multoꝝ catholicoꝝ poſitio,
quã & in expoſitiõe libri Pſalmoꝝ magis ſequutus ſum. Alij dicunt,ꝙ factæ ſunt ibi duode-
cim diuiſiões ac viæ,vnicuiq; tribui vna:& ꝙ ſingulæ tribus per ſingulas vias, ſeu vnaquæq;
per ſuã ingreſſæ ſint. Vnde Origenes circa hæc ſcribit:Audiui à maioribus traditũ,ꝙ in iſta Origen.
digreſſione maris,ſingulis tribubus Iſrael ſingulæ diuiſiones ſint factæ. Quod oſtendit ex eo
q̊d ſcriptũ eſt,Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiões:per q̊d plures diuiſiones docent̃ factæ,at- Pſal. 135.
q; per illud: Ibi Beniamin iunior in ſtupore,principes Iuda duces eoꝝ, principes Zabulõ & Pſal. 67.
principes Nephthalim. Idem tenet Caſſiodorus ſuꝑ illud, Qui diuiſit mare rubrũ in diuiſio Caſſiod.
nes. Magiſter quoq; in hiſtorijs. Veruntñ illa authoritas, q̃ magis videt̃ eſſe pro eis,ſic poteſt Pſal. 135.
intelligi: Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones,id eſt,in duas partes à ſe inuicem diuiſas.
Alij dicũt ꝙ ibi ponitur plurale ꝓ ſingulari,quemadmodũ in Geneſi,vbi dicitur: Filij Dan, Gen. 46.
cum tñ Dan nõ niſi vnum habuerit filium. [Et ingreſſi ſunt filij Iſrael per medium ſicci ma-
ris].i.per medium terræ ſiccatæ ſuꝑ quam cucurrerat aqua. [Erat enim aqua quaſi murus à
dextra eorum & læua.] Nempe ſi frigus poteſt aquæ ſoliditatem & immobilitatem influe-
re,vt patet in glacie:quanto magis omnipotentia creatoris, cui oĩs creatura ad nutũ obedit
per ingenitam obedientialem potentiam?[Perſequentesq; Aegyptij,ingreſſi ſunt poſt eos.]
Quod fuit excæcatio admiranda,& ſtulta ac impetuoſa audacia,qa eoꝝ ratio fuit prorſus
obtenebrata. ¶Circa hæc in Scholaſtica recitat̃ hiſtoria:Diuiſum eſt mare in duodecim di Euſebi⁹.
uiſiones,vt quæq; tribus per turmas ſuas incederet. Et aduocans Moſes ſingulas tribus ſecũ-
dum ordinẽ natiuitatis eaꝝ,hortabat̃ eas vt ipſum præeuntẽ ſequerent̃. Cumq; Ruben,Sime
on & Leui renuiſſent intrare, tribus Iuda primo aggreſſa eſt iter poſt Moſen, ꝑ q̊d meruit
regnum. Aegyptij vero videntes ꝙ Hebræi ingreſſi eſſent ꝑ mare, reputabant eos veſanos.
ſed cũ viderent illæſos abire,ingreſſi ſunt poſt eos.[Iamq; aduenerat vigilia matutina,] in q̃
filij Iſrael iam peruenerunt ad littus, Aegyptij aũt adhuc erant in medio maris ſiccati.[& ec
ce reſpiciẽs dñs ſupra caſtra].i.exercitus[Aegyptioꝝ,]erant enim in illo totali exercitu tur
mæ diſtinctæ ac plures,ſubiectæ diuerſis ducibus belli,[per columnã ignis & nubis.]Iſte re-
ſpectus,fuit reſpectus iuſtæ ac rigidæ vltiõis:qa ex illa colũna deſcẽderũt ſuꝑ Aegyptios ful-
gura atq; tonitrua:immo(ſicut ex Ioſepho magiſter in hiſtorijs proteſtat̃) intolerabiles im Ioſe. li. 2.
bres & graues tonitruos,coruſcatiões & lampades iniecit dñs ſuꝑ eos,ex quibus etiam mul- ant. iud.
ti occidebantur. Idcirco ſubiungit: [interfecit exercitum eoꝝ, & ſubuertit rotas curruũ,fe- cap. 14.
rebanturq; in ꝓfundum.]Ceciderunt enim p̃cipites.[Dixerunt ergo Aegyptij]nondũ occi-
ſi,neq; adhuc ita præcipitati:[Fugiamus Iſraelem,dominus eñ]cui nullus reſiſtere valet,[pu Heſt. 13.
gnat ꝓ eis contra nos.]Prædicta autem angelico fiebãt obſeq̃o.[Et ait dñs ad Moſen:Exten
de manũ tuã]cũ virga [ſuꝑ mare, vt reuertant̃ aquæ ad Aegyptios ſuꝑ currus & eqtes eorũ.
Cũq; extẽdiſſet Moſes manũ cõtra mare,reuerſum eſt primo diluculo ad priorẽ locũ. Fugiẽ
tibusq; Aegyptijs occurrerũt aq̃ &c.& obruerunt currus & eqtes cũcti exercitus Pharaõis &c.

in q̄ etiam pedites multo velocius fuerunt aq̄s operti.¶Circa hoc ſcribit q̄dam:Aegyptij ex
timore ita erãt turbati & ſtupefacti, ꝙ non currebant ad littus,ſed magis cõtra aq̄s ſupueni
entes. Quod non videt̃ idonee dictũ. Aquæ enim maris diuiſi,ſtabant à littore ꝑ q̊d ingreſſi
fuerunt Hebræi,vſq; ad locum q̊ exierunt, ꝑ modum muroꝝ conſolidatæ & fixæ vſq; ad exi
tum Hebræorum.Quibus egreſſis,cœperunt aquæ ex vtraq; parte à littore ꝑ totum ſpatium
factæ diuiſionis,ad fundum recidere & deorſum confluere, ſicq; occurrerunt Aegyptijs,eti
am ſi ad littus confugere conabant̃.[Et viderunt]filij Iſrael[Aegyptios mortuos ſuper littus
maris:]Mare nanq; eiecit corpora ſubmerſorum, [& manũ magnã] .i. potentẽ effectum ſeu
Ioſe.li.2. vltionem, [quam exercuerat dominus cõtra eos.] ¶Circa hæc aſſerit Ioſephus, ꝙ filij Iſrael
ant.iud. inceſſerunt per fundum maris vſq; ad littus oppoſitũ, ita ꝙ pertranſierunt ſpatium maris ꝑ
cap.14. latum. Porro Hebræi & multi catholici dicunt oppoſitũ, affirmantes ꝙ cum Hebræi veniſ
ſent ad extremum montis porrecti in mare,ꝑ longam maris viã obliquauerũt montẽ circũ-
eundo, & ita ad idem littus Aegypti redierunt. Quod ꝓbant, q̄a natura maris eſt,corpora
extincta ad proximum littus eijcere. Cum ergo mane iacerẽt corpora Aegyptioꝝ in eodẽ
littore,in quo ſ.exierunt Hebræi,patet ꝙ idẽ erat littus ex altera montis parte ſitum. Mare
q̊q; ibidem eſt latitudinis tantæ, ꝙ nec Hebræi neq; Aegyptij ſpatio noctis vnius tũc fere
Nũe. 33. æquinoctialis,vſq; ad maris medium tranſcurriſſent. Et niſi corpora Aegyptioꝝ fuiſſent
ꝓiecta ad littus in quo exierunt Hebræi,non potuiſſent ea videre ex oppoſita ripa propter
diſtantiã.Inſup in Numeris legitur,ꝙ filij Iſrael poſt tranſitũ maris rubri fuerunt in deſerto
Ethan,& in illo fuerunt ante trãſitum maris rubri. Fuitq; illud deſertum in extremitate ſo-
Exo. 13. litudinis verſus Aegyptum,puta ad littus ex parte Aegypti,vt patuit capitulo p̄cedẽti. His
Origen. quoq; concordare videtur q̊d aſſerit Origenes:Iubetur Moſes virga percutere mare, vt in-
gredi ẽti populo Dei dehiſcat & cedat. Cogitur fluctus in tumulũ,& vnda in ſemetipſam re-
preſſa,curuat̃. Ex q̄bus videt̃, ꝙ maris diuiſio inſtar ſemicirculi iuit ac redijt ad idẽ littus, ta
men vltra montem præfatum. Videt̃ q̊q; ꝓbabile, ꝙ Aegyptij ſint ſubmerſi non remote à lit
tore quo intrabant. Non enim niſi ante aliquantulam lucem diei ingreſſi ſunt. Mare aũt pri
mo diluculo ad priſtinum redijt locum, vt in iſto habetur capitulo. Idcirco quod quidam
ſcribit, ex textu non haberi ꝙ Aegyptij fuerunt propinquiores lateri vni, quàm alteri, quã-
do aqua irruit ſuper eos,ſtare nõ poteſt:nec valet argumentum eiuſdem, quo arguit pro Io
Ioſe.lib. ſephi opinione quam ſequitur: quoniam in ſequenti capitulo legitur, Tulit Moſes Iſrael de
2.anti.iu mari rubro,& ingreſſi ſunt deſertum Sur. Nam vbi nos habemus deſertum Sur, Hebræus te
da.ca.14. xtus habet deſertum Ethan, vt Magiſter in hiſtorijs dicit, & ſuo loco dicetur. Rurſus quod
Exo.15. idem ait, deſertum Ethan, de quo in Numeris legitur, eſſe aliud ab eo, de quo fertur præce-
Nũe. 33. denti capitulo, improbat Rabbi Paulus, quia ſic vnum illorum fuiſſet citra mare rubrum,
Exo. 13. & aliud vltra, quod non habetur ex litera:ſed textus planius ſonat, ꝙ idem ſit. Nec inde con
ſequitur, quòd Deus reduxit Hebræos ad terram Aegyptiorum, vt arguit quidam: quoni-
am mare rubrum fuit propinquum Aegypto, quia Hebræi quanuis feſſi & onerati ante, vſ-
Exo. 23. q; ad triduum peruenerunt ad illud,& extendebatur vſq; ad terram ꝓmiſſionis, terminando
eandem ſecundum plagam orientalem, vt infrà legit̃. Sicq; filij Iſrael tranſeundo ꝑ littus ma-
ris, ſecundum longitudinem eius, ab Aegypto ſemp elongabant̃. Vnde totũ illud, exiſtens ci
tra & ꝓpe mare rubrum, eſt vnum magnum deſertum, cuius pars quædam eſt deſertum Sur,
circa q̊d exierũt Hebræi. Hæc R.Paulus.[Timuitq; populus]Hebræoꝝ[dominũ,]cuius po
tentiã atq; iuſtitiã in Aegyptioꝝ demerſione,& maris rubri diuiſiõe cõſiderauerunt. Et q̄dã
eoꝝ timuerunt Deũ ſeruili, alij initiali, alij filiali timore.[& crediderũt dño,& Moſi ſeruo
Ioſe.li.2. eius,] quia diuina promiſſa in ſua liberatione & Aegyptiorum plagatione viderunt im-
An.Iud. pleta. Detraxerũt q̊q; arma Aegyptioꝝ ad littus eiectoꝝ, quæ(vt dicit̃) precioſiora fuerũt,
cap.14. q̄ cætera quæ ab Aegyptijs accõmodauerunt. ¶Circa hæc Ioſephus ait: Nemo diſcredat fa-
ctum eſſe iſtud miraculũ, dũ & eis q̄ cum Alexandro rege Macedonũ fuerunt, Pamphylicũ
mare diuiſum ſit, & iter præbuit eis, cum ipſis aliud iter nõ eſſet, volente Deo ꝑ eos deſtrue-
re principatum Perſaꝝ. Hoc teſtantur omnes qui actus Alexandri conſcripſerunt.

¶De ſpiritali eiuſdem capituli XIIII. intellectu. Arti. XXVIII.

LOcutus eſt dñs ad Moſen, dicens: Loquere filijs Iſrael: Reuerſi caſtrametentur &c. Per
Pharaonem & eius exercitum, deſignatur princeps tenebrarum cum ſatellitibus ſuis:
per filios Iſrael, populus Chriſtianus:per Moſen, Chriſtus, ſeu quicunq; fidelis prælatus
Chriſti vicarius. Itaq; per hoc quòd Deus ꝑ Moſen iuſſit filijs Iſrael, vt redirent verſus ma-
re rubrum, dum eos inſecuturus fuit Pharao cum populo ſuo: figuratum eſt, ꝙ Deus ꝑ p̄la-
tos ac p̄dicatores denunciat Chr̃ifidelibus, ne penitus fugiant à campo & exercitio ſp̃ualis
militiæ cõtra aciẽ vitioꝝ ac dæmonũ, dũ inuiſibiles hoſtes inſequunt̃ ipſos fideles ad tentan
dũ, ſed opponãt ſe eis. Et ſup mare, .i. ſup fidẽ gr̃amq; in baptiſmo collatã, ſe fundẽt ac figant,
immo & ſup cõtritionis cõfeſſioniſq; ſacramẽtũ & lachrymas pœnitẽtię ſalutaris, q̄ om̃ia ꝑ
ma-

mare rubrum ſignant̃. Dicturus eſt Pharao ſup filijs Iſrael: Coarctati ſunt in terra, concluſit
eos deſertũ. Sic inuiſibiles hoſtes dum videt fideles terrenis occupatiõibus aut peccatis car-
nalibus detineri,& deſerto cõcludi .i. fragili carne, in qua nõ habitat bonũ, circũdari, æſtimãt
eos ſuaꝝ rabiem tẽtationũ nõ poſſe euadere, ſed cũ ingẽti p̄ſumptiõe eos impugnãt, q̄ iam
per gr̃am Dei reliquerũt Aegyptũ, vtpote vitioꝝ & erroꝝ caligines. Interdũ aũt cõtingit, ꝙ
fideles adhuc puſilli, vidẽtes ſibi imminere graues tentatiões ac ꝑſecutiões pro iuſtitia, quo-
dãmodo doleãt ſe viã apꝓhẽdiſſe iuſtitiæ,& eis ꝑ q̄s cõuerſi ſunt, indignent̃, dicẽtes: Forſitan
non erãt ſepulchra in Aegypto,& ideo tuliſti nos, vt moreremur in ſolitudine. Quaſi dicãt:
Nonne in ſeculari & priſtina vita manẽdo, poteramus ſatis cito deuenire ad mortem? Cur
ergo, inde nos retraxiſti, vt tẽtatiõibus & ꝑſecutiõib⁹ obruamur, atq; in hac arcta vita & pœ
nitentiali horrore, deficiamus ſine hũano ac diuino ſolatio? Iſti ſunt penitus impfecti, q̄ ad
tempus credũt,& in hora tẽtatiõis recedunt, intantũ, vt melius arbitrent̃ ſeruire Aegyptijs, Lucæ 8.
hoc eſt, carnalibus vitijs vanitatibuſq; mundanis, q̄ mori in ſolitudine, .i. q̄ pro iuſtitia gra-
uia pati,& in abſtractiõe ac rigore pœnitẽtiæ q̄ſi in ſolitudine vitã finire. Quibus bonus p̄la-
tus ſeu exhortator virtuoſus r̃ndet: Nolite timere, inordinata puſillanimiq; formidine. State
per fidẽ & ꝑſeuerãtiã boni incepti. Et videte magnalia dñi, q̄ factur⁹ eſt hodie, hoc eſt, ſapiẽ-
ter pẽſate, q̄ glorioſe atq; magnifice Deus ꝓtinus vobis ſuccurret, dũmodo ſyncere cõfidatis
in eo, implorãdo eũ aſſidue cũ om̃i affectu. Tunc em̃ ſic cõteret ſatanã ſub pedibus veſtris, vt Rom.16.
Aegyptios, vtpote dęmones tẽtatores, quoꝝ infeſtationẽ nũc grauiter fertis, ꝓrſus vincatis,
ita vt nunq̄ de cætero eos cõſpiciatis taliter ſicut modo. Dñs pugnabit pro vobis,& vos tace
bitis. Vere em̃ Deus aduerſarios noſtræ ſalutis expugnat: idcirco non debemus nos inaniter
iactare aut reputare, dum tẽtatiõibus p̄ualemus, ſed ſilere humiliter,& gr̃as Deo referre. Di-
xit q̊q; dñs ad Moſen: Quid clamas ad me? Saluberrime ad Deũ clamamus, dum cũ om̃i cor-
dis recollectiõe & ſenſuũ attentiõe oramus, dum diuinæ pietatis ſubſidia ardẽter optamus,
dum ad cæleſtia ſuſpiramus. Quod dum agimus, conſolat̃ nos Deus, inſpirãdo ꝙ orationes
huiuſmodi & ſanctæ affectiões exaudiant̃ ab ipſo. Pręcepit q̊q; dñs bono p̄lato, vt filijs Iſrael,
vtpote ouibus Chr̃i ſibi cõmiſſis, dicat, quatenus ꝓficiſcant̃ tendẽdo ad patriã beatoꝝ per
profectum virtutum. Tu aũt o prælate p̄dicator eleua virgã tuam, hoc eſt, euangelicæ legis
doctrinã exalta ac fortiter prædica,& extende manũ tuã ſuper mare,& diuide illud .i. virtu-
tem tui ſermonis applica ad declarãdum fidelibus efficaciã ſacramentoꝝ baptiſmi & con-
feſſionis, quoꝝ gratiã cunctis paratã eſſe doceas tẽpore opportuno, per quoꝝ virtutẽ & gra
tiam præualent & ſaluant̃ electi. Cumq; miniſtri tenebraꝝ inſequunt̃ fideles, ſuſceptioni ba
ptiſmatis aut pœnitentiæ actibus ſacris intentos, ſuperant̃ ac pereunt virtute ſacramentoꝝ
euãgelicæ legis, per quæ om̃ia glorificat̃ altiſſimus. ¶Præterea, ſicut angelus cũ columna nu
bis ſe poſuit inter Aegyptios & Hebręos, ſic angeli ſinguli, q̄ cuſtodes ſunt animaꝝ noſtraꝝ,
ſcientes quãta ſit dęmonũ aſtutia atq; ferocia, quãta item ſit inſufficiẽtia noſtra, interponũt
ſe quaſi fideliſſimos muros inter illos & nos, reprimẽdo malignitatẽ illoꝝ. Ponunt q̊q; colu
mnam nubis inter illos & nos, q̄a auxiliũ gr̃æ & ꝓtectiõis diuinæ impetrãt nobis, q̄ gr̃a ſiue
ꝓtectio, eſt dæmonibus tenebroſa, nec eã æquanimiter inſpicere queũt, ſed ꝑ inuidiã potius
peiorant̃, ſeu cõtabeſcũt de ea. Nec pro libito ſuo nos poſſunt accedere ꝓpter interpoſita iſta
ſubſidia. ¶Deniq; in vigilia matutina, qua Deo in mẽtis feruore & contẽplatiõis ſynceritate
adſtam⁹, reſpicit dñs ſup aduerſarios nr̃os. Et ſicut Pharao cũ vniuerſis ſibi adiũctis in rubro
perijt mari, ita in baptiſmo, Chr̃i ſanguine cõſecrato, itemq; in pœnitẽtię ſacro à Chr̃i paſ-
ſione efficaciã ſuã ſortito, pereũt inuiſibiles aduerſarij & vincunt̃, cũ vniuerſis tẽtamẽtis ac vi
tijs, ad q̄ nos ꝑtrahere enitunt̃. Frequẽter q̊q;, dũ cernũt ꝙ tã gratioſiſſime adiuuamur à dño,
ad fugã ſe cohortant̃, dicẽtes: Fugiam⁹ Iſraelẽ, dñs em̃ pugnat ꝓ eis cõtra nos. Q̄n̄q; vero rur Lucæ 4.
ſus ſic indurant̃, ꝙ de nouo p̄ſumũt eos impugnare, à q̄bus deiecti ſunt, ſicut de Chriſto ait
Euãgeliſta, ꝙ cõſummata om̃i tentatiõe, diabolus receſſit ab eo ad tẽpus. Per q̊d inſinuat̃, ꝙ
poſtea redijt: idcirco oportet nos iugiter eſſe cuſtoditos, ſolicitos, ſpiritualiterq; armatos.

¶Elucidatio cap.XV. Tũc cecinit Moſes & filij Iſrael carmẽ hoc dño,&c. Art. XXIX.

COnſuetudo fuit ſanctis viris, immo & fœminis virtuoſis, ſpiritalia cantica Deo offer-
re atq; componere, pro ſpecialibus beneficijs Dei,& de magnificis ac ſupnaturalibus
eius operibus. Quod in veteri teſtamento potiſſime ſeruabatur, atq; à Moſe initium
ſumpſiſſe videtur. Non enim legitur hoc factum ab aliquo ante eum. Hinc loquitur Orige- Origẽn.
nes: Multa legimus cantica facta in diuinis ſcripturis. Horum tamen omnium primum eſt
iſtud. Moris quippe ſanctorum eſt, vbi aduerſarius vincitur, hymnum congratulationis
Deo offerre. In Scholaſtica quoq; fertur hiſtoria: Moſes compoſuit canticum domino he- Euſebi.
xametro carmine, quod quia *de cæteris prius legitur factũ, dicitur canticum canticorum.
Quod intelligendum eſt propter pręrogatiuã antiquitatis. Veruntñ ob myſticoꝝ ſenſuum
profunditatẽ & elegantiã, dialogus ille amoris à Salomone cõpoſitus, Canticoꝝ canticum

 ap-

appellatur. [Tunc] videlicet Pharaone Aegyptijsq́ ſubmerſis, [ce cinit Moſes & filij Iſrael
carmen hoc dño, & dixerunt:] Moſes, ſpiritu ſancto illuminãte ac dirigente, edidit carmen,
deinde docuit hoc filios Iſrael, ſicq́ pariter cecinerũt, & ſe inuicem ad regratiãdum Deo, &
ad eius decantãda præconia, hortabant ac inuitabãt, dicentes: [Cantemus dño]. i. ad eius ho
norẽ depromamus laudes ipſius. [glorioſe eñi magnificatus eſt]. i. excellentiã, oĩpotentiam
atq; iuſtitiã ſuã præclare mõſtrauit, & famã magnificã ſibi fecit ꝑ ſigna & mirabilia quę con
tra Aegyptios egit, & nunc ꝑcipue in maris rubri diuiſione, Aegyptioꝝ ſubmerſione, & no
ſtra eductiõe ac liberatione. In qbus oĩbus ſuã quoq; pietatẽ & fideliſſimã veritatẽ decla-
rauit in nobis. [Equũ & aſſcenſorẽ deiecit in mare]. i. equites Pharaonis ſimul cum ipſo eo-
rum rege, & toto eius exercitu, ac quadrigis eoꝝ ꝑcipitauit ac merſit in mari rubro, ꝑ mo-
Exo. 14. dum in ꝑcedenti caplo recitatũ. [Fortitudo mea & laus mea dñs:] hoc eſt, ipſe Deus author
hoꝝ mirabiliũ, eſt cauſa totius fortitudinis meæ in naturalibus atq; fortuitis, cuius auxilio
cõtra Pharaonẽ ꝑualui. Ipſe ꝙq; eſt laus mea. i. obiectũ ac materia laudũ meaꝝ, qbus eum in
ſeipſo & in ſuis opibus laudo, nõ meipſum. Ex eius ꝙq; iudicijs, ſignis, effectibusq́ præclaris
materiã habeo copioſam laudis diuinæ: immo ſi & aliqd laude dignũ in me eſt, huius cauſa
eſt ipſe. Vnde circa hæc, Fortitudo mea & laus mea dñs, ait Gloſſa, qa ꝑ ipſum fortis ſum &
laudabilis. Itaq; Moſes, cum tot & tãta per eũ dñs ꝑpetraſſet, & vir eximius eſſet corã omni
frequẽtia populi, noluit tñ in ſeipſo laudari, nec voluit cõmendare ſeipſum, ſed dñm, cui aſ-
ſcribendũ nouerat eſſe omne bonũ. Sic & ſacratiſſima virgo Maria, cũ mater eſſet altiſſimi
Lucæ 1. facta, nõ ſeipſam, ſed dñm glorificauit, dicẽdo: Magnificat anima mea dñm. Et Pſalmiſta: In
Pſal. 33. dño, inquit, laudabit anima mea. [& factus eſt mihi in ſalutẽ.] hoc eſt, potenter & gratioſe
ſaluauit me de manu Pharaonis, alijsq́ periculis. Moſi autẽ tanq̃ duci populi, inſtabat ſpe-
ciale periculũ ex Pharaonis tyrãnide, niſi Deus eum eripuiſſet: idcirco hæc ſingulariter lo-
quitur & decãtat, cum tñ fuerint cõmunia beneficia Dei, ſibi ac Hebræis collata. Nã & hoc
ad ſeruum Deo ſpecialiter gratũ, deuotũ, fidelemq́ ꝑtinet, vt de generalibus beneficijs crea
toris, ſpeciales laudes & grates referat dño, quaſi ſint ſibi ſoli cõdonata ab illo. Itaq; Deus in
ſeipſo inuariabilis, æternus & nõ factus, dicit nobis fieri in ſalutẽ ſeu refugium ac ſaluator,
abſq; ſuæ Deitatis mutatiõe, quãdo per gratiaꝝ ſuaꝝ chariſmata & effectus, ſubſidiũ & ſa-
lutem nobis impẽdit. [Iſte] qui ita pugnauit pro filijs Iſrael, eſt [Deus meus:] qui cũ ſit vni-
uerſoꝝ Deus iure creatiõis, gubernatiõis, & cõſeruatiõis, ſpecialiter tamẽ eſt Deus eoꝝ, à q-
bus ꝑcipue colit, & ardẽter amat, & qbus ipſe ꝑcipua grãe dona largit. Sicq́ fuit deuotiſſimi
3. Re. 17. ac ſanctiſſimi Moſis Deus. Hinc & Helias orãdo locut⁹ eſt: Deus meus, reuertat, obſecro, ani
Phil. 4. ma pueri huius in viſcera eius. Et Paulus: Deus meus impleat omne deſideriũ meũ in vobis.
[& glorificabo eum]. i. glorioſum ac famoſum, & oñi gloria & honore dignũ eſſe eum fate
bor, deſcribã, & opere demõſtrabo, ei cũ omni reuerẽtia obſequẽdo. [Deus pñs mei,] Quaſi
Moſes dicat: Non ſolũ ego ꝑ dona grãe fidelis ſum, ſed etiã natiõe, qm̃ Deus verus, q̃ eſt Deus
meus, fuit & eſt De⁹ patris mei. Quod tã de immediato Moſis pñe, q̃ de quolibet ſanctoꝝ pa
triarchaꝝ, ex qbus duxit originẽ, accipi poteſt. [& exaltabo eũ]. i. corde, ore, & ope per ſcri-
pta teſtabor eum ſolũ eſſe adorãdum, & oĩbus incõparabiliter digniorẽ ac altiorẽ. Qui ſo-
lus in ſeipſo perfectionaliter infinitus, incircũſcriptibilisq́ conſiſtit, & vniuerſa infinite in
omni ꝑfectiõe ac claritate excedit, & oĩs creati intellectus capacitatẽ interminabiliter ſupe
rat. Itaq; pronomẽ hoc, iſte, notat hic demõſtrationẽ ad intellectũ. Recitat tñ Lyra, ꝙ ſecun-
dum Hebræos, facit demõſtrationẽ ad ſenſum. Nã dicũt, ꝙ filij Iſrael trãſeundo ꝑ fundũ ma-
ris, ſenſibiliter Deum videbãt, atq; cũ digito demõſtrabãt. In quadã tñ ſimilitudine ſenſibili
aſſumpta, ſeu repñſentãte, qa Deitas ſenſibiliter nequit videri. Dicũt ꝙq; ꝙ popul⁹ ille tũc cla
rius vidit Deũ, q̃ poſtea ſancti prophetæ. Sed iſtud nec ꝓbationẽ, nec apparentiã habet, ꝑſer
tim cũ popul⁹ ille fuit tã duræ ceruicis. [Dñs quaſi vir pugnator]. i. ſimilis viro pugnatori, nõ
niſi iuſta ac fortia ꝑlia exercẽti. Alibi aũt dicit Lyra, ꝙ in Hebræo nõ habet, quaſi: ſed trãſla
tor hoc addidit, ad inſinuandũ ꝙ Deus dicit vir pugnator, nõ ꝙ in eo ſit ſexus, aut corporeũ
Ioan. 15. aliqd ſecũdum Deitatis naturã. Vnde ſic dicit vir pugnator, quõ ait ſaluator: Ego ſum vitis
Auguſt. vera, & pater meus agricola eſt. Quod ſecundũ Auguſtinũ intelligendũ eſt ꝑ ſimilitudinem,
nõ per proprietatẽ. [oĩpotens nomẽ eius.] Hoc intelligi poteſt tã de noĩe nominãte, q̃ de no
mine noĩato. Siqdem ipſe Deus altiſſimus deſignat, & appellat noĩe iſto nominãte, oĩpotẽs.
Sicq́ oñipotens, eſt nominãs nomẽ Dei. Nomẽ quoq; Dei nominatũ. i. ipſe Deus hoc nomi
ne oñipotẽs Deus, deſignatus, eſt realiter prorſus oñipotẽs. Nã quicqd cõtradictionẽ nõ im
Sapię 12. plicat, & cuicũq; ratio entis cõpetere valet, hoc ipſe poteſt. Cui in lib. Sapiæ dicit: Subeſt ti-
bi, cum volueris, poſſe. Hieremias quoq; ait: Dñe Deus, nõ erit tibi difficile omne verbum.
Hier. 32. [currus Pharaonis, & exercitũ eius proiecit in mare.] quẽadmodũ præcedẽti caplo dictum
Exo. 14. eſt, Reſpiciens dñs ſuꝑ caſtra Aegyptioꝝ per columnã ignis & nubis, ſubuertit rotas curru-
um, ferebanturq́ in profundum. Siquidem vt ex Ioſepho atq; Scholaſtica hiſtoria circa hoc
tactũ

tactum eſt, dñs proiecit ſuꝑ Aegyptios, fundũ maris ſiccatũ ingreſſos, intolerabiles imbres,
grauesq́ tonitruos, coruſcatiões, ac lãpades. Erãt ibi currus ſexcenti, & quinquaginta millia
equitũ, ducẽtaq́ millia peditũ. [Electi principes eius] q̃s ipſe præ cæteris elegit in duces bel-
loꝝ, [ſubmerſi ſunt in mari rubro, abyſſi operuerũt eos.] Abyſſus & mare ac pelagus, pro eo Ionæ 2.
dẽ accipi ſolẽt. Vñ & Ionas: Abyſſus, inqt, vallauit me, pelagus operuit caput meũ. Sed nũc
de aquis eiuſdẽ maris pluraliter dicit, abyſſi, propter multitudinẽ partiũ aquæ profundaꝝ,
vel potius propter duas partes maris diuiſi, quæ ex vtroq; latere ſuper Aegyptios irruerunt.
[deſcenderunt in profundũ quaſi lapis,] qa & corda habuerunt lapidea, omni iniquitate gra
uata. Iniquitas autẽ grauat mẽtem. Propter q̃d Zacharias ait propheta: Iniquitas ſedet ſu- Zach. 5.
per talentum plumbi. Et Eſaias: Væ populo graui iniquitate. Hinc monet Aplus: Deponen Eſaię 1.
tes oñe pondus, & circũſtans nos peccatũ. [Dextera tua dñe magnificata eſt in fortitudine, Heb. 12.
Dextera tua dñe percuſſit inimicũ.] Solet in ſcripturis ꝑ dexterã Dei, ei⁹ benignitas ſeu gra-
tioſa ꝓtectio aut ſuccurſus intelligi, iuxta illud Sap. Dextera ſua teget eos. Et in Iob: Operi Sap. 3.
manuũ tuaꝝ porriges dexterã. Interdũ per dexterã deſignat poteſtas, iuxta illud Iob: Confi Iob 14.
tebor ꝙ ſaluare te poſſit dextera tua. Aliquãdo vero per dexterã Dei ſignificat eius æquali- Iob 40.
tas, ſeu potior bonitatis eius fruitio, vt in Pſal. Sede à dextris meis. Quãdoq; per dexterã Dei Pſal. 109
exprimit rigor diuinæ iuſtitiæ, & diſtricta vltio eius qua Deus durius ꝑcutit: quẽadmodum Pſal. 20.
per dexterã homo fortius verberat, quàm per ſiniſtrã. Sicq́ in Pſalmo accipit: Dextera tua
inueniat omnes qui te oderunt. Pones eos vt clibanum ignis &c. Sic quoq; accipitur modo,
cum dicit: Dextera tua dñe magnificata eſt in fortitudine, hoc eſt, rigor ſeu vis tuæ iuſtitiæ
magnifice ſe oſtendit in forti Aegyptioꝝ punitione, per quam magnificata eſt, id eſt, ma-
gna eſſe innotuit, & magna, immo immenſa, à multis eſt reputata. Quæ etiã percuſſit inimi-
cum, hoc eſt, Pharaonẽ principẽ hoſtiũ populi tui in mari extinxit, immo & ante per decem
plagas dure multipliciterq́ afflixit. Quidã tñ per dexterã Dei, intelligunt vnigenitũ filium
eius, de qua expoſitiõe in ſequenti articulo erit ſermo. [Et in multitudine gloriæ tuæ depo-
ſuiſti aduerſarios *meos.] Gloria Dei hoc loco vocat eius maieſtas: quæ q̃uis in ſeipſa ſit vna
ſimplexq́, tñ propter ſuoꝝ diuerſitatẽ effectuum, multiplex nuncupat: quemadmodum &
miſericordia Dei, ſecũdum illud: Miſericordias dñi in æternum cantabo. Et denuo: Remini Pſal. 88.
ſcere miſerationũ tuaꝝ dñe, & miſericordiaꝝ tuaꝝ quæ à ſeculo ſunt. Itaq; ait: In multitu- & 24.
dine gloriæ tuæ, hoc eſt, in maieſtate tua multiplici per effectũ, ſeu in multis eius ꝑclaris ac
miris effectibus, hoc eſt, per diuerſa prodigia cõtriuiſti Aegyptios, tam in terra eoꝝ primo-
genitos occidendo, q̃ in mari rubro tot millia ſubmergendo. [Miſiſti iram tuã, quæ deuo-
rauit eos ſicut ſtipulã]. i. iuſtitiæ tuæ vindictã effudiſti, quæ cõſumpſit Aegyptios, ſicut ignis
ſtipulã valde velociter, prout de alijs fert in Pſal. Sicut ignis q̃ cõburit ſyluã, & ſicut flamma Pſal. 82.
comburẽs mõtes, ita ꝑſequeris illos in tẽpeſtate tua. Et in Eſaia: Sicut deuorat ſtipulã lingua
ignis, ſic radix eoꝝ quaſi fauilla erit. [& in ſpũ furoris tui]. i. in impetuoſo effectu tuæ iuſti- Eſaię 5.
tiæ [cõgregatæ ſunt aquæ]. i. partes aquæ diuiſæ, ſe recollegerũt ſuꝑ Aegyptios pariter irru-
endo. Vel, cõgregatæ ſunt. i. in partes ſeorſum quaſi cõſolidatæ. Quod q̃uis fuerit pie factum
pro Hebræoꝝ euaſione, fuit tñ Aegyptijs ſubmerſionis occaſio. [Stetit vnda fluens]. i. gur-
ges aquæ ex ſua natura mollis ac fluidus, diuina virtute ſtetit fixus, vt tellus. Atq; vt loquitur
Origenes: Soliditatẽ liquor recepit, & coactus eſt fluctus in cumulũ, ac vnda in ſeipſam re- Origeñ.
preſſa. Nẽpe ſi (vt in libro Iob legit) ſuꝑficies abyſſi cõſtringit frigore, quãto magis creatore
iubẽte, vndæ ei⁹ figunt? Quẽadmodũ eñi in exordio ſeculoꝝ Deus ꝑfixit oceano terminũ ſui Iob 39.
fluxus, ne terrã operiat (ſecũdũ q̃d ad Iob teſtat: Quis cõcluſit oſtijs mare, qñ erũpebat q̃ſi de Gen. 1.
vulua ꝓcedẽs? circũdedi illud terminis meis, & poſui vectes & oſtia, & dixi: Hucuſq; venies, & Pſal. 103
nõ ꝓcedes amplius, & hic cõfringes tumẽtes fluctus tuos) ſic ex Dei ꝑcepto diuiſum eſt mare Iob 38.
rubrũ, & partes diuiſę, ſteterũt in altũ fixæ, adunatę ex creatoris ĩperio. [cõgregatę ſunt abyſſi
in medio mari]. i. ĩtra ripas rubri maris. Atq; in tali diuiſiõe & cõſolidatiõe vndaꝝ fuit ma- Matt. 12.
gna eleuatio earũdẽ, nõ tñ egreſſæ ſunt ripã. Præterea, ſicut ait ſaluator: Ex abundãtia cordis Lucæ 6.
os loquit, ideo Moſes ex ſuæ deuotiõis feruore, & inſoliti miraculi admiratione, diuinorũq́
opeꝝ nouitate & cõgratulatiõe, eãdẽ ſentẽtiã multoties repetit ſub alijs verbis, quẽadmodũ Pſal. 6.
& Pſalmiſta, dicẽdo: Qm̃ exaudiuit dñs vocẽ flet⁹ mei, exaudiuit dñs deprecationẽ meã, dñs
orõnẽ meã ſuſcepit. [Dixit inimic⁹] videlicet Pharao ſeu qcũq; de ei⁹ exercitu, [ꝑſequar] He Exo. 19.
bræos, [& repræhendã] eos, [diuidã ſpolia,] bona eoꝝ diripiẽdo, & [implebit aĩa mea]. i. iu
xta deſideriũ volũtatis meæ eos tractabo ac ſpoliabo. [Euaginabo gladiũ meum, interficiet
eos manus mea.] Præcedẽti caplo Pharao, & eius miniſtri dixiſſe legunt: Quid voluimus fa-
cere vt dimitteremus Iſrael, ne ſeruiret nobis? Circa q̃d dictũ eſt, ꝙ Pharao & Aegyptij in-
tẽdebãt filios Iſrael violẽter reducere ad ſeruiẽdũ ſibi, vt antea in Aegypto: idcirco nõ reor,
ꝙ nũc voluerint eos oẽs occidere, ſed quoſdã, ꝑſertim principaliores ac ditiores. [Flauit ſpũs
tuus]. i. vẽtus à te productus, & grãdis imbrium fulgurumq́ tẽpeſtas, diffuſi ſunt ſuꝑ aquas.
Vel,

Vel ſpũs tuus flauit.i.ex tua indignatiõe motæ ſunt aquæ,ſicut ex flatu puluis mouet.[& ope
ruit eos mare,ſubmerſi ſunt quaſi plumbũ in aq̃s vehementibus. Quis ſimilis tui in fortibus
dñe? quis ſimilis tui?] Quaſi dicat:Nullus oĩo, qm̃ om̃is poteſtas creata,deficit infinite ab
increata virtute.Alia trãſlatio habet:Quis ſimilis tui in dijs domine? Quaſi dicat:In his appa
Hier.10. ret infirmitas falſitaſq́ deoꝝ gentiliũ,qui ſuos nõ potuerunt iuuare cultores. Hinc in Hiere
mia ſcriptũ eſt:Nõ eſt ſimilis tui dñe,magnus es tu,& magnũ nomẽ tuũ in fortitudine.Quis
Hier.49. nõ timebit te o rex gentiũ?Et rurſus in Hieremia propheta Deus: Quis ſimilis mei?& quis
ſuſtinebit me? Et:Quis eſt iſte paſtor qui reſiſtat vultui meo? Veruntñ creaturæ rationales
1.Ioan.4 & intellectuales dicunt Deo aſſimilari.Ioannes q̃q; apl'us in prima ſua fatet canonica:Sicut
1.Ioã.3. ille eſt,& nos ſumus in hoc mundo: Nondũ,inquit,apparuit q̃d erimus: ſcimus qm̃ cum ap-
paruerit,ſimiles ei erimus,qm̃ videbimus eũ ſicuti eſt. Verum in his verbis,Quis ſimilis tui
in fortibus dñe,ſumit ſimile pro æquali. Nil autẽ Deo æquale eſt, immo finiti ad infinitum
nulla eſt comparatio.[Magnificus in ſanctitate:] hoc eſt, magna & mira efficiens ſancte ac
virtuoſe. Quemadmodũ em̃ Deus dicit magna facere in ſapiẽtia,ita & in ſanctitate,qm̃ ſan
ctus eſt in om̃ibus operibus ſuis.Hercules autẽ,Alexãder Magnus,Hector Troiæ,& conſimi
les,fecerunt aliqua magna, nõ in ſanctitate, ſed magis in vanitate. [Terribilis] propter in-
Pſal.65. ſcrutabilia tua iudicia,& ob tuæ rigorẽ iuſtitiæ, ac metuendos effectus, de quo ait Prophe-
Iob 9. ta:Venite,& videte opera Dei,terribilis in conſilijs ſuper filios hominũ.Ideo S.Iob ait:De-
us cuius iræ reſiſtere nemo poteſt,ſub quo curuant qui portãt orbem.Cogitationẽ eius ne-
mo auertere poteſt:idcirco à facie eius turbatus ſum, & conſiderãs eum, timore ſolicitor.
Matt.10. In Euãgelio q̃q; Chriſtus ait:Eũ timete,qui habet poteſtatẽ & corpus & animã pdere in ge-
hennam ignis. [atq; laudabilis] quia virtuoſe, ſapienter, & irrepræhẽſibiliter om̃ia agens,
Iob 9. [& faciens mirabilia] iuxta illud Iob: Qui facit magna, & inſcrutabilia, & mirabilia, quo-
rum nõ eſt numerus.Nec ſolum in ſupnaturalibus, ſed item in naturalibus, & præſertim in
operibus gratiæ & gloriæ,Deus mirabilia & incompræhenſibilia operatur.[Extendiſti ma
num tuã] hoc eſt,poteſtatem & æquitatem tuam duxiſti in actum.[& deuorauit eos terra.]
hoc eſt,Aegyptij,ita in pfundo maris obruti erant gurgitibus, quaſi fuiſſent abſorpti à ter
ra.Veruntñ mox fuerunt ad littus proiecti.Dicitur autẽ manus Dei extendi,quãdo pœnam
infligit,q̃a ſcriptura fatur de Deo more humano condeſcendens noſtræ infirmitatis capaci
tati.Vnde & in Eſaia habet:In oĩbus his nõ eſt auerſus furor domini, ſed adhuc manus eius
Eſaię 9. extenta.Hinc ſatan dixit ad dñm de Iob: Extende paululũ manum tuã,& tange carnes eius
Iob 2. & oſſa. [Dux fuiſti in miſericordia tua populo quẽ redemiſti.] Deus em̃ nõ ſolum per gra-
tiæ ſuę infuſionẽ,ſed & per angelũ ſanctũ,& per columnã ignis & nubis,atq; per Moſen prę-
ceſſor & ductor Iſraeliticæ plebis fuit,quã ex Aegypto redemit.Deinde ſanctus Moſes pro-
phetali ſpiritu plenus,de futuris vaticinãs,de eiſdẽ quaſi de præteritis ppter prophetiæ cer-
titudinem loquẽs,ſubiungit:[Et portaſti eum].i. populũ iſtũ gratioſe deduces,[in fortitu-
dine tua] hoc eſt,in oĩpotentia tua,cui nihil difficile eſt:per magna q̃q; pdigia,ac p prote-
ctionẽ magnificã,q̃ eos in via defendes,[ad habitaculũ ſanctũ tuũ].i.ad montẽ Sion ſeu Mo
2.Reg.7. ria,& ad vrbẽ Hieruſalẽ,vbi Deus elegit templũ ædificari,in quo habitare dignatus eſt,pro-
3.Re.18. ut 2.& 3.Regũ,ſecũdo quoq; Paral'.libris patet. ¶Porro p hoc q̃d ait,Portaſti eum,inſinua
2.Par.7. tur q Deus inſtar pijſſimi pr̃is ac paterni puiſoris,deduxit ac ſupportauit in multis filios Iſ-
Deut.1. rael in deſerto.Ideo in Deutero. Moſes huic populo eſt locutus: Portauit te dñs Deus tuus,
ſicut portare ſolet homo paruulũ filiũ ſuũ.Veruntñ iſti,q̃bus dixit Moſes hæc circa mare ru
brum,ppter eoꝝ peccata nõ introierũt terrã promiſſiõis,niſi ppauci ex eis,ſed loco eoꝝ in-
greſſi ſunt poſteri eorundẽ.[Aſſcenderũt populi,& irati ſunt].i.Amalechitæ & eis adiũcti in
deſerto,cõtra hos Hebræos aſſcẽdent ad pręliãdum.Timebãt em̃,q filij Iſrael eis nocerẽt,put
infrà recitat.Quod etiã exponi poteſt de Seon rege Amorrhęoꝝ & Og rege Baſan,q̃ cõtra fi
Exo.17. lios Iſrael cõſurrexerunt in via.De rege q̃q; Edom in lib.Numeroꝝ deſcribit,q cũ infinita
Nũe.21. multitudine egreſſus eſt cõtra filios Iſrael.[Dolores obtinuerũt habitatores Philiſtijm.] q̃a
Nũe.20. percepto qualiter Deus plagaſſet Aegyptios,& pugnaſſet pro Iſrael,inuiderũt Hebręis,& ti-
muerũt pprię pelli,pſertim cũ cognouiſſent q̃liter filij Iſrael expugnauerunt Seon & Og ac
Nũe.31. Madianitas.¶Circa hęc R.Paul' rephẽdit Nicolaũ de Lyra,dicẽtẽ q Amalechitę irati ſunt
ppter timorẽ,ne filij Iſrael ĩuaderẽt terrã eoꝝ.Et addit R.Paul':Ira em̃ nõ cõſurgit ex timo-
re,ſed ex alijs paſſiõib',ſ.ex triſtitia illata cũ deſiderio ac ſpe vlciſcẽdi,ſecũdũ Philoſophũ 2.
Rhetoricę.¶Quocirca dico in primis,q Lyra nõ dicit,ſicut recitat R.Paul':ſed iſta ſunt ver
Gregor. ba ei' in forma:Amalechitę irati ſũt timẽtes ne ĩuaderẽt terrã eoꝝ.Deĩde adijcio,q q̃uis Ly
Nyſſen' ra diceret q̃d ille ſibi ĩponit,ſ.R.Paul'.rephẽdendũ nõ eſſet:qm̃ ira nõ ſolũ ex triſtitia,ſed etiã
Damaſ. ex timore cauſat,imo ex deſpatiõe poteſt oriri.Sũt em̃ diuerſę ac varię cauſę,ſecũdũ Ariſtote
Thomas lẽ,Gregoriũq; Nyſſenũ ac Damaſcenũ,put Thomas in prima 2.q.47.pulchre declarat,inter
1.2.quę. cętera,dicẽs:Motiuũ ſeu cauſa irę,eſt aliq̃d cõtra placitũ iraſcẽtis cõmiſſũ,ſiue omiſſum:ideo
74. quic-

quicq̃d vergit in grauamẽ alterius,poteſt in eo irã cauſare. Qui aũt eſt alteri cauſa timoris,
grauat eũ:ſicq́; ille ex tali timore poteſt irã cõcipere cõtra grauantẽ.Nihilo min' veꝝ eſt q
ira magis directe & immediati' ex triſtitia q̃ ex timore naſcat. Deniq; q̃ aliũ ad tantã impel
lit anguſtiã,vt quaſi deſperet ſe poſſe euadere,frequẽter fit illi occaſio, q acrius cõtra ipſum
ſic anguſtiantẽ inſurgat p irã. Et hoc in bellis accidere ſolet.Propter q̃d Abner 2. Regũ ait 2.Reg.2.
ad Ioab:Quare nõ dicis populo, vt omittat pſequi fratres ſuos? An ignoras q̃ periculoſa ſit
deſperatio? [Tunc cõturbati ſunt principes Edom:] videlicet rex & principes Idumæoꝝ,
p admiratiõe eoꝝ q̃ audierãt facta circa Aegyptios, & ſibi tale q̃d poſſe accidere verebant.
[Robuſtos Moab obtinuit tremor.] Nã ſicut in Numeris legit,Balach rex Moabitaꝝ cõuo Nũe.22.
catis principibus Moab & Madian, dixit:Ita delebit hic populus oẽs habitãtes in terminis
noſtris,ſicut ſolet capere herbã vſq; ad ſolũ.[obriguerunt oẽs habitatores Chanaan].i.Cha
nanæi vltra Iordanẽ morãtes, intm̃ expauerũt ex aduentu filioꝝ Iſrael,q timor cordis cau-
ſauit tremorẽ in corpore, & mẽbra eoꝝ obrigeſcere fecit. Hinc in libro Ioſue aſſerit: Poſtq̃ Ioſue 5.
audierũt oẽs reges Amorrhæoꝝ,q̃ habitabãt trans Iordanẽ,& cuncti reges Chanaan,q ſic-
caſſet dñs fluenta Iordanis corã Iſrael donec trãſierũt,diſſolutũ eſt cor eoꝝ,& nõ remãſit in
eis ſpũs.Raab q̃q; dixit ad exploratores Iſraelitaꝝ:Pertimuimus,& elanguit cor noſtrum ad
introitum veſtrũ. Deinde diuinæ præordinationi congaudẽs, ait:[Irruat ſup eos formido & Ioſ. 2.6.
pauor,]vt corde & corpore cõtremiſcãt,[in magnitudine brachij tui].i.ex magnis & mira-
bilibus tuæ poteſtatis opibus, quæ feciſti in Pharaone & Aegyptijs,in regibus Seon, Og, ac
Madian,in diuiſione maris rubri,& deſiccatiõe fundi Iordanis.[Fiãt immobiles] hoc eſt,ad
reſiſtendũ penitus impotẽtes,[quaſi lapis,donec pertrãſeat populus tuus dñe,donec ptranſe-
at populus tuus iſte quẽ poſſediſti:] hoc eſt,quouſq; populus Iſraeliticus iſte tibi peculiaris,
& præ cæteris tuo cultui deputatus,perambulet eremũ ac Iordanẽ, veniatq́; ad terrã ei pro-
miſſam.Et q̃d ait,donec,nõ eſt ſic intelligendũ,q̃ſi poſtea potuerint Iſraelitis reſiſtere,quan-
uis hoc tentauerũt, ſed victi fuerunt,niſi q viri Hai ſemel fugauerũt filios Iſrael,& aliq̃s pro- Ioſue 7.
ſtrauerunt,vt ſcribit Ioſue 7. Veꝝ(vt ait Philoſophus)quod modicũ eſt,pro nihilo reputa Philoſo-
tur inter multa & magna.[Introduces eos] puta Hebræos in terrã promiſſiõis. [& plantabis phus.
in mõte hęreditatis tuæ:] hoc eſt,firmiter eos facies habitare in Hieruſalẽ,& in mõte ſancto,
quẽ elegiſti tibi in hæreditatẽ populi tui. Vel,per mõtẽ intelligit tota terra Chanaan mõto-
ſa,Plantabis etiã eos in [firmiſſimo habitaculo tuo,q̃d operatus es dñe.] hoc eſt,fortibus vr
bibus,caſtris & fortalitijs cõſtitues eos ad habitandũ, quæ tua virtute fient: vel per firmiſſi-
mum habitaculũ, intelligitur templũ & regale palatiũ, quæ Deo auxiliãte per Salomonem 3.Reg. 8.
ſunt facta in mõte Sion,& circa,vt patet 3.Regum. Vnde ſubiungit:[Sanctuariũ tuum dñe] 3.Reg.4.
Quaſi dicat,firmiſſimũ habitaculũ id dico ſanctuariũ.i.templũ tuum dñe,[quod firmauerũt & 5.
manus tuæ].i.ſapiẽtia & omnipotẽtia tua induxit,ditauit & illuminauit Salomonẽ ad con-
ſtruẽdum hoc templũ. Cum em̃ Dauid voluiſſet hoc attẽtare, dñs dixit per Nathan ad eum:
Tu non ædificabis mihi domũ,ſed Salomon filius tuus.[Dñs regnabit in æternum & vltrà.] 2.Reg.7.
In Hebræo habet,in ſeculum .i. per omne tẽpus veteris Teſtamenti regnabit ſpecialiter in
populo Hebræoꝝ. Et vltrà,quia relicto populo illo, ob ſuã perfidiã, regnat deinceps in po-
pulo Chriſtiano in via per fidem vſq; ad mundi finẽ, deinde in patria per ſpeciẽ ſine fine in
ſempiternũ.Aeternũ autẽ in ſcripturis quãdoq; pro tẽpore alicuius vſq; ad vitæ ſuæ finem ac
cipitur, iuxta illud: Erit tibi ſeruus in æternũ. [Ingreſſus eſt em̃ eques Pharao cum curribus Deut.15.
& equitibus eius in mare].i.in profundũ maris rubri ſiccatũ. [& reduxit ſuper eos dñs aquas
maris.Filij autẽ Iſrael ambulauerunt per ſiccum in medio eius.] Iſtud clarum eſt ex pdictis.
Tamen q ait,enim, nõ denotat cauſam à priori,q dñs regnabit in æternum & vltrà,ſed po
ti' notat ſignum huius rei & cauſam à poſteriori. Deniq; ſicut in Scholaſtica hiſtoria recita Euſebi'.
tur,moratus eſt populus Iſrael iuxta littus maris rubri ſeptẽ diebus,iacentibus ibi cadaue-
ribus Aegyptioꝝ,& cum tympanis ac muſicis inſtrumentis veniebant ſingulis diebus ad lit-
tus,cantabantq́; dño Moſi canticum iam explanatum,viri ſeorſum,& mulieres ſeorſum.In
cuius rei memoriã,ſeptem diebus paſchalibus cantãdo redimus ad fontes baptiſmi.Abſtule
runt quoq; arma,& cætera quæ eis placuerunt, ab Aegyptijs interfectis atq; eiectis.

¶Expoſitio allegorica eiuſdem cantici,Cantemus dño. Art. XXX.

DE dño noſtro Ieſu Chriſto,vnico Dei filio,& eius myſterijs, canticũ iſtud cõuenienter
exponit.Chriſtiani igit attendentes ſe virtute & meritis Chriſti à poteſtate diaboli p
Pharaonem deſignati, atq; à iugo vitioꝝ & ſeruitute peccati viliſſima erutos,in voce
gratiaꝝ actionis & laudis ſe inuicem cohortent,& feruenti ex deuotione pronunciẽt:[Can
temus dño] creatori ac ſaluatori noſtro propter nos incarnato,qui in femore & veſtimento
ſuo habet ſcriptum,Rex regũ & dñs dominãtium.[Glorioſe em̃ magnificatus eſt] quemad- Apo.19.
modũ à Michea fuit pdictũ:Et magnificabit in medio vniuerſæ terræ. Cũ em̃ exinaniuiſſet Mich. 5.
ſe,formam ſerui accipiens, in ipſa forma ſeruili.i.humanitate aſſumpta,magnificatus eſt ab Phil.2.
ange

Lucæ 2. angelis qui in eius natiuitate cecinerunt,& ei in deſerto miniſtrauerũt.Magnificatus quoq;
Matt.4. eſt in miraculis tot & tãtis,ꝙ videntes dixerũt:Nunq̃ ſic apparuit in Iſrael.Magnificatus eſt
Matt.9. item à patre,q in baptiſmo & trãsfiguratiõe dixit ad eũ: Tu es filius meus dilectus,in te mi-
Matt.3. hi complacuit.Magnificatus eſt etiã à ſpiritusancto,qui in ſpecie columbæ deſcẽdit & mã-
& 17. ſit ſuper eum.Cum'q; factus fuiſſet patri obediẽs vſq; ad mortẽ crucis,exaltauit illum pater,
Lucæ 3. & dedit ei nomẽ quod eſt ſup om̃e nomẽ,vt in nomine Ieſu om̃e genu flectat,cæleſtiũ,terre-
Ioan.1. ſtrium,& infernoꝝ.Deinde per apoſtoloꝝ prædicationẽ atq; miracula,per om̃ia mundi re-
Phil.2. gna.Eſtq; copioſe impletũ,quod à Daniele erat prædictũ:Filius hominis,ſ.Chriſtus,ad an-
Marc.16. tiquum dieꝝ peruenit.i.ad patrẽ æternum,& ipſe dedit ei poteſtatẽ & honorẽ & regnum,&
Dan.7. om̃es populi,tribus & linguæ ſeruiẽt ei. Poteſtas eius, poteſtas æterna,quæ nõ auferet,& re-
gnum eius quod nõ corrumpet.Equum & aſſcenſorẽ deiecit in mare.Per equos poſſunt in-
telligi vniuerſi indomiti,Chr̃ianæ fidei inimici,puta Iudæi increduli, cæteri'q; tyrãni,quoꝝ
aſſcenſores fuerũt diaboli,à quibus inſtigabant ad Chriſtianoꝝ perſequutionem & Chriſti
blaſphemiã,quos Chriſtus poſt ſuã in cælum aſſcenſionẽ proiecit in mare.i.in profundũ da-
mnatiõis tartareæ,q̊d inſtar maris inquietũ,amaꝝ & ſupplicioꝝ fluctibus plenũ eſt.Verun-
tamẽ multos illoꝝ miſericordiſſime traxit ad fidẽ, ſalubriter'q; proiecit in mare.i.in fontẽ
baptiſmi,qui ſecũdum aliã maris proprietatẽ ſignificat per mare.¶Circa hunc locũ loqtur
Origen. Origenes:Sunt equi quos dñs aſſcendit, & circũeunt omnẽ terrã. Sunt aũt & equi,'q aſſcen-
ſorẽ habent diabolũ & angelos eius.Iudas equus fuit:& quãdiu aſſcenſorẽ habuit Deum,de
equitatu fuit ſalutis.Etenĩ ap'lus miſſus,ægris ſalutẽ donauit,& ſanitatẽ languentibus præſti
tit.Sed vbi diabolo ſe proſtrauit, aſſcenſor eius fact' eſt ſatanas,cuius habenis ductus, cœpit
cõtra dñm & ſaluatorẽ noſtrũ equitare. Om̃es ergo qui pſequunt iuſtos & ſanctos,equi ſunt
hinniẽtes,aſſcenſores'q; habẽt angelos malos:idcirco feroces ſunt. Si ergo aliqñ videris perſe
quutorẽ tuum ſæuiẽtem nimiũ,ſcito quia ab aſſcẽſore ſuo diabolo perurget.Hæc Origenes.
Ioan.15. Fortitudo mea & laus mea dñs. Ipſe etenĩ conteſtatur: Sine me nihil poteſtis facere. Idcirco
Pſal.33. ipſum in cunctis laudare debemus. Et factus eſt mihi in ſalutẽ. Ipſe etenĩ dixit: Animã meã
Ioan.10. pono pro ouibus meis.Et rurſus:Venit filius hominis quęrere & ſaluũ facere quod perierat.
Lucę 19. De quo in Eſaia legit:Dñs poſuit in eo iniquitatẽ oĩm noſtrum. Qui in Oſee fatur: Ego dñs
Eſaię 53. Deus tuus,& ſaluator non eſt præter me: De manu mortis liberabo eos,de morte redimam
Oſee 13. eos:Ero mors tua o mors,morſus tuus ero inferne. Verũtñ nõ credentibus & ingratis,carna
libus & iniqs,ipſe Chriſtus & paſſio eius ſanctiſſima, eſt occaſio grauioris damnationis,pe-
1.Petr.2. tra'q; ſcandali & lapis offenſiõis,ſecũdum quod iuſtus Simeon ꝓphetauit:Poſitus eſt hic,in-
Lucæ 2. quiens, in ruinã & in reſurrectionẽ multoꝝ in Iſrael.Iſte Deus meus.'Chriſtus nãq; eſt De-
1.Ioan. 2 us verus & vita æterna, vt in prima ſua canonica fatetur Ioannes Euangeliſta. De quo & in
Eſaiæ 9. Eſaia prædictũ eſt:Vocabitur nomẽ eius admirabilis,cõſiliarius,Deus,fortis,pater futuri ſe
Mich.5. culi,princeps pacis.Vnde & in Michea fertur de eo:Egreſſus eius à principio,à diebus æter
Pſal.71. nitatis.Atq; in Pſal.Adorabũt eũ oẽs reges,oẽs gentes ſeruiẽt ei.Et glorificabo eũ.i.eius ma
ieſtatẽ corde credã,ore cõfitebor,& cõuerſatiõe honorare nõ deſinã. Ipſe etenĩ dixit: Beatus
Matt.11. eſt q nõ fuerit ſcãdalizatus in me.Ideo q̃nto ꝓpter me humilior & cõtemptibilior ac miſera
bilior factus eſt,tãto ſublimior,honorabilior,& glorioſior eſt in corde meo.De' patris mei.
Oẽs etenĩ patres noſtri,viri vere catholici, eius Deitatẽ ſunt faſſi:idcirco hos reputo patres
meos:nõ autẽ hęreticos,qui eius Deitatem nõ crediderunt,vt Arrius,Eunomius,Photinus,
Neſtorius,Ebion,& Cerinthus.Et exaltabo eum,eius ſublimationẽ ad dexteram Dei patris
Hier.31. recognoſcendo.Dñs quaſi vir pugnator.Chriſtus dñs vere vir fuit,de quo Hieremias prædi-
xit:Nouum faciet dñs ſup terrã.Mulier circundabit virum. Fuit equidẽ vir etiã in materno
Lucæ 2. vtero virginali,non vtiq; corporis quãtitate, ſed omni diuinoꝝ chariſmatum ꝑfectione,
Pſal.18. omni ſapiẽtia & virtute.Fuit item pugnator,qui ad debellandas aereas poteſtates proceſſit
Pſal.23. vt gigas.De quo Pſalmiſta prædixit:Dñs fortis & potens, dñs potens in prælio. Ipſe quippe
Lucæ 11. for tem armatum,hoc eſt,diabolũ ligauit,& vaſa eius diripuit,quia peccatores ſaluauit, ſe-
Eſaię 53. Eſaiæ 9. cundum quod per Eſaiam pater prædixit: Diſpertiam ei plurimos, & fortium diuidet ſpo-
Ioan.5. lia.Omnipotẽs,nomẽ eius. Propterea ſicut iam allegatũ eſt, Eſaias inter ſex nomina Chri-
ſti poſuit,fortis.Et ipſemet filius Dei ait:Quæcũq; facit pater,hæc & filius ſimiliter facit.Per
quod euidenter inſinuat,ꝙ ſit æqualis,immo & eiuſdem poteſtatis cum patre. Currus Pha-
raonis & exercitũ eius proiecit in mare.Quemadmodũ viri ſancti & veri doctores,idonei'q;
prælati,ſunt currus populi Chriſtiani & gregis eis cõmiſſi,qm̃ ſua ꝑfectione,pietate,doctri-
na,paternaliter ferunt,ſupportant,dirigunt ac deducunt proximos ſuos ad patriã beatoꝝ.
Propter quod nõ ſolum currus,ſed & aurigæ vocant,quẽadmodũ 4.Reg.beatiſſimi viri He-
4.Reg.2. lias & Heliſeus currus Iſrael & auriga eius dicuntur.Sic hæreſiarchæ,ſeductores,principes &
4.Re.13. prælati iniqui,& qui alios trahunt ad vitia,ſunt currus Pharaonis.i.diaboli,cuius exercitus
ſunt collectio vitioſoꝝ,quos om̃es proiecit Chr̃s oĩm iudex in mare tartareũ, vbi moratur
Le-

Leuiathan.Electi principes eius ſubmerſi ſunt in mari rubro.Quia angeli tenebraꝝ q cum Eſaię 14.
Lucifero ceciderũt, & qui in hoĩbus deteriores,ac per hoc,diabolo placentiores fuerunt, ſi
mul cum illo iam perierũt,aut diſperibunt,præſertim in die iudicij,cum pariter audiẽt: Ite
maledicti in ignẽ æternũ.Abyſſi operuerũt eos.i.fluctus iniqtatũ,qbus repleti ſunt.Deſcẽ- Matt.25.
derũt in profundũ quaſi lapis.Nunc enĩ deſcendunt in voraginem vitioꝝ, deinde in infima Eſaię 52.
infernoꝝ.Dextera tua dñe magnificata eſt in fortitudine. Per dexterã Dei ĩtelligit vnigeni & 15
tus patris æterni,q etiã brachiũ patris vocat. Nã pater ꝑ filiũ oĩa operat. Sic & Spũſſanctus Lucæ 11.
dicit digitus Dei,qa ꝑ eũ pater oñdit nobis oẽm veritatẽ neceſſariã ad ſalutẽ.Itaq; o dñe pa
ter,dextera tua magnificata eſt in fortitudine.i.vnigenitus tuus magnificatus eſt vehemen-
ter,tã ſua in fortitudine increata,q̃ in fortitudine ſua creata,ſuæ humanitati collata.Nã da- Matt.28.
ta eſt ei om̃is poteſtas in cælo & in terra. De hac dextera ait Pſal. Saluauit ſibi dextera eius, Pſal.67.
& brachiũ ſanctũ eius. De quo & in Eſaia habet: Parauit dñs brachiũ ſanctũ ſuum in oculis Eſaię 52.
omniũ gentiũ.Dextera tua dñe ꝑcuſſit inimicũ,quia vicit diabolũ, ſicut in libro Iob conti- Matt.4.
netur:Potentia eius ꝑcuſſit ſuperbũ,& obſtetricante manu eius eductus eſt coluber tortuo- Iob 26.
ſus.Et in multitudine gloriæ tuæ depoſuiſti aduerſarios meos. Quẽadmodũ Salomon profi
tetur,Gloria patris,filius ſapiens:quãto magis Chriſtus, qui eſt ipſa ſapiẽtia increata,eſt glo Pro.15.
ria ſui pr̃is? Itaq; pater in multitudine gloriæ ſuæ,hoc eſt,per multiplicẽ paſſionẽ,per virtu
tes ac merita filij ſui, vniuerſos hoſtes noſtræ ſalutis deiecit, videlicet ſpiritũ ſuperbiæ, ſpi-
ritum fornicationis,ſpiritum iracundiæ,ſpiritũ cupiditatis.Miſiſti iram tuam,quæ deuora
uit eos ſicut ſtipulam, hoc eſt, iuſto iudicio expuliſti illos à vaſis miſericordiæ tuæ, ſicut &
Chriſtus paſſione inſtante faſſus eſt: Nunc iudicium eſt mundi,nunc princeps huius mun- Ioan.12.
di eijcietur foras.Chriſtus quoque paſſim depulit dæmones ab obſeſſis.Vnde dixerunt:Ieſu Matt.8.
fili Dei ſummi,veniſti ante tempus torquere nos? Quod & per ſuos copioſiſſime fecit diſci Marci 1.
pulos, quibus dixit:Dæmones eijcite. Et in ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ. Per Lucæ 4. Mat.10.
aquas, populi deſignantur, iuxta illud in Apocalypſi: Aquæ multæ, populi multi. Vnde & Apo.17.
Eccleſiaſtes ſcribit:Mitte panẽ tuum ſuper tranſeuntes aquas. Congregatæ ſunt itaq; aquæ Eccẽs.11.
in ſpiritu furoris Dei, quando impijſſimi increduli'q; Iudæi, qui Chriſtum & eius diſcipu-
los grauiſſime fuerant perſecuti in Hieruſalem, pariter ſunt à Romanis obſeſſi, & miſera- Act.25.
biliſſime cruciati,ſecũdum quod Chriſtus apud Lucam prænunciauit:Videns etenĩ ciuita- Lucę 19.
tem,fleuit ſup illam,dicẽs: Circũdabunt te inimici tui vndiq;,eo ꝙ nõ cognoueris tempus
viſitatiõis tuæ.Hinc Propheta ꝑ̃dixit:Effunde ſup eos iram tuã, & furor iræ tuæ cõpræhẽdat Pſal.68.
eos.Stetit vnda fluens,hoc eſt,exercitus Romanoꝝ inſtar vndæ copioſus atque diſcurrens,
tunc in gyro Hieruſalẽ fixit gradũ. Cõgregatæ ſunt abyſſi,id eſt,populi Iudæoꝝ,in medio
mari,hoc eſt, in medio Hieruſalẽ,q̃ tũc om̃i vitioꝝ inqetudine & infidelitatis amaritudine
fuit repleta, immo vt mare aqs, ita miſerijs plena fuit,iuxta illud in Threnis: Magna velut Thre.2.
mare cõtritio tua. Dixit inimicus,pſequar & cõpræhendã,diuidã ſpolia,implebit aĩa mea:
Euaginabo gladiũ meũ, interficiet eos manus mea. Hoc tã de viſibilibus, q̃ de inuiſibilibus
fidei Chr̃ianæ atq; fideliũ hoſtibus,poteſt exponi.Viſibilis equidẽ inimicus,videlicet popu-
lus Iudæoꝝ incredulus, deinde Imperatores Romani, principes iudices'q; terreni ac perfidi
condixerunt ac ꝑ̃ſumpſerũt ſe populũ Chriſtianũ penitus deleturos,& ſpolia eius iuxta pro
pria deſideria diuiſuros.Inuiſibiles q̊q; hoſtes, fideliũ animas tẽtare aut pſequi,eorum'q; ſpi
ritales diuitias demoliri conati ſunt, immo & electos q̊ſq; ac ſanctos ſe poſſe vincere ꝑ̃ſum
pſerũt:cõtra quos,ſuos gladios ſpecialiter extraxerũt, ab occultis ĩſidijs in aptas infeſtatiões
& interdũ in corporales flagellatiões ac lęſiones crudeliter erũpendo,vt patuit in ſacratiſſi-
mo abbate Antonio,multiſq; alijs.Flauit ſpũs tuus,& operuit eos mare.Nã adſpirãte ſpiritu
ſancto, victi ſunt inuiſibiles hoſtes à famulis Dei. Effuſa q̊q; iuſta Dei indignatiõe, perierũt
viſibiles inimici.Nã ſup Iudęos ꝑuenit ira Dei vſq; in finẽ.ſed & tyrãni idololatrę defecerũt,
& Romanũ imperiũ fidei Chr̃ianæ ſe ſubdidit.Sic'q; euidẽter impletũ eſt,q̊d in Eſaia Chri- Eſaię 63.
ſtus ꝑ̃dixit:Calcaui eos in furore meo,& cõculcaui eos in ira mea.Submerſi ſunt quaſi plum
bũ in aqs vehemẽtibus:qa in ꝓpriaꝝ iniquitatũ profluuijs, in ſuaꝝ fluctibus prauitatũ da-
mnati ſunt.Porro iuſti,quoꝝ corda per charitatẽ ſurſum mouent,& igne ſpũſſancti in cæ-
leſtia eleuant,ſup has ambulãt aquas.Interdũ tñ ex fragilitate humana vacillãt, quod per Pe
trum ſignatum eſt,cui ſup aquas ambulãti ac trepidanti locutus eſt Chr̃s:Modicę fidei, cur
dubitaſti? Hinc aſſerit Origenes: Quis ita beatus eſt, q ſic tentationũ põdus expediat,vt nul
la ambiguitatis cogitatio,menti eius obrepat? Vide qd magno illi eccleſiæ fundamẽto ac ſo
lidiſſimæ petræ,ſuper quã Chriſtus fundauit eccleſiã,dicat à dño:Modicæ fidei,quare dubi Matt.14.
taſti? Hæc Origenes. In qbus verbis antiquus ille & excellentiſſimi ingenij doctor, magnifi- Origeñ.
cum exhibet teſtimoniũ authoritati ac eminentiæ, glorioſiſſimo archiapoſtolo Petro col-
latis à Chriſto.Quis ſimilis tui in fortibus dñe? Quis ſimilis tui? Fortes fuerunt ſancti apo
ſtoli,de qbus cantat in Pſal.Dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt. Nullus tñ eoꝝ æq̃lis eſt Pſal.46.
ii Chri-

Chriſto, immo ab increata eius perfectiõe deficiunt infinite, à creata quoq; perfectiõe ineffa
biliter valde. Dæmones inſuper naturali fortitudine fortes & ſubtiles. Et q̃ in idolis habita-
uerunt, diuina potentia ſe p̄ditos cõfinxerunt, & tñ Chriſti virtute ſunt diſſipati, & idolola-
tria fuit deſtructa longe lateq́;, q̃uis non in toto vbiq;. Magnificus in ſanctitate. Chr̄s in ſan-
ctitate magnificus fuit, q̃a ſanctiſſime vixit, euãgelicam legẽ om̃i perfectiõe ornatã propo-
ſuit, & ſuæ ſanctitatis virtute innumerabilia egit miracula. Terribilis, q̃m oĩm conſtitutus
eſt metuendiſſimus iudex. Atq; laudabilis, q̃m peccatum nõ fecit, nec inuentus eſt dolus in
Eſaię 53. ore eius. Et faciens mirabilia. Nã vſq; in præſens p̄clara facit per ſanctos ſuos miracula. Por
ro in animabus electorũ ſuorũ facit aſſidue mirabilia vere ſublimia, irradiãdo interiꝰ, p̄cor-
dia inflammãdo, cõſolatiões ſupernas infundendo, voluntatẽ immutãdo, vitioſos, carnales,
vagos & vanos ſubito ac miſericordiſſime cõuertendo, & quaſi de extremo ad extremũ po-
tentiſſime trãſferendo, intm̃, vt tales in adoleſcentiæ flore, in iuuẽtutis vigore, vniuerſa quæ
Pſal. 76. mundi ſunt deſerãt, religionẽ intrãtes. O vere mutatio dexteræ excelſi. Extendiſti manũ tuã,
& deuorauit eos terra. Extendit Chriſtus poteſtatẽ ſuã in actum, q̃ñ (vt dictũ eſt) vaſtauit &
diſperſit Iudæos, ita q̃ in terrã abſorpti ſunt, quia proiecti fuerunt in foueas, viliterq́; ſepul-
Eſaię 65. ti. In cruce q̃q; extendit manũ ad populum non credentem, q̃ ob ſuã incredulitatẽ diſperijt.
Deniq; vniuerſi carnales & cupidi deuorantur à terra, quia terrenis & carnalibus rebus iugi-
ter ſunt intenti, & in illis figũt ſpem ſuã. Ideo ſordibus & cupiditatibus ſuis ipſi deglutiunt à
Iob 10. terra tenebroſa, & opta mortis caligine: vbi vmbra mortis, & ſempiternus horror inhabitat
& abundat. Dux fuiſti in miſericordia tua populo quẽ redemiſti. Dñs etem̃ Ieſus locutꝰ eſt:
Ioan. 10. Ego ſum paſtor bonus, & agnoſco oues meas. ipſe eſt rector & dux populi Chriſtiani per in-
ſpirationẽ diuinã, per directiões angelicas, per p̄latos & p̄dicatores, per euãgelicam legem,
per ſanctorũ exempla, ſigna ac documenta. Et portaſti eũ in fortitudine tua ad habitaculum
ſanctũ tuum: q̃a nõ ſolũ ad militãtem, ſed item ad triumphãtem eccleſiã, quẽadmodum ad
Heb. 12. Hebræos legit: Acceſſiſtis ad mõtem Sion & ciuitatẽ Dei viuẽtis, Hieruſalẽ cæleſtem, & mul
torũ milliũ angelorũ frequentiã, & eccleſiã primitiuorũ, qui cõſcripti ſunt in cælis. Aſcende-
runt populi, & irati ſunt. Increduli nãq; Iudæi atq; pagani, multipliciter ſe oppoſuerũt euan
gelicæ legis prædicationi. Dolores obtinuerunt habitatores Philiſtijm. Per quos deſignãtur
guloſi, q̃a Philiſtijm interpretãtur potiõe cadentes. Tunc cõturbati ſunt principes Edom. i.
auari & principes cupidorũ, q̃m Edom interpretaẽ terrenꝰ ſiue ſanguineus. Robuſtos Moab
obtinuit tremor. Per robuſtos Moab intelligunẽ ſuperbi, qui ſpecialiter dicunẽ & ſunt filij
diaboli. Moab equidem interpretatur ex patre. Et talibus ait ſaluator: Vos ex patre diabolo
Ioan. 8. eſtis. Obriguerũt om̃es habitatores Chanaan. Chanaan interpretaẽ commotio. Per habita-
tores itaq; Chanaan, recte accipiũtur luxurioſi, qui ſpecialiter inſtabiles corde ſunt, vani &
ſtolidi, paſſionibus varijs agitati, nuſquã ad Deum ſyncere erecti. Hi om̃es audientes prædi-
cari euãgelicam legem, in qua p̄fata vitia cõdemnanẽ, & virtutes oppoſitæ, ſ. ſobrietas, libe-
ralitas, paupertas, humilitas, caſtitas, edocenẽ, cõmendanẽ, iubenẽ, irati & cõturbati fuerunt.
Cumq́; vidiſſent legem hãc p̄ualere, & Romanũ imperiũ eſſe ei ſubiectũ, expauerũt & cõtre
muerunt. Innumerabiles q̃q; eorũ cõuerſi ſunt, q̃ ſalubriter timuerunt. Irruat ſup̄ eos formi-
do, & pauor in magnitudine brachij tui. Hoc accipi poteſt in bono, vt ſ. ex conſideratione
excellẽtiæ Chr̄i, fiãt veraciter timorati. Quòd ſi cõuerti noluerint, deſup̄ terreanẽ, ita vt ele-
ctos & Chr̄ifideles à ſpirituali p̄fectu ac ſalutis internæ nequeãt impedire. Idcirco ſubiungit:
Fiãt immobiles quaſi lapis, quãtum ad id quod p̄tactum eſt, & ne cõmune impediãt bonum,
Donec p̄tranſeat populus tuus dñe, videlicet populus Chr̄ianus, à via atq; exilio p̄tingẽdo
ad patriã ſupercęleſtẽ. Introduces eos, & plãtabis in mõte hæreditatis tuę. Hic mons eſt eccle
Eſaiæ 2. ſia militãs, de quo loquiẽ Eſaias: Erit in nouiſſimis diebus p̄paratus mons domus dñi in ver
Pſal. 67. tice mõtium. Et Pſal. Mons Dei, mons pinguis: mons coagulatus, mons pinguis. Abundant
em̃ in mõte hoc opulẽtiſſima ſacratiſſima virtutũ chariſmata, ſup̄naturalia dona, in q̃bus ra
dicanẽ electi. Firmiſſimo habitaculo tuo q̃d operatus es dñe. Hic etem̃ mons, eſt ſolidiſſimũ
Matt. 16. habitaculũ à Chr̄o cõſtructũ, q̃ dixit: Sup̄ hãc petrã, videlicet ſup̄ meipſum, ædificabo eccle-
ſiã meã, & portę inferi nõ p̄ualebũt aduerſus eã. Eſt q̃q; hic mons, ſanctuariũ tuum dñe, q̃d fir
Zach. 6. mauerũt manus tuæ, cũ ſit ſpiritale templũ, de quo à Zacharia p̄dictũ eſt: Ipſe ędificabit tem
plũ dño. Dñs Ieſus Chr̄s regnabit in ęternũ & vltrà, ſicut Gabriel archãgelus virgini p̄electæ,
Lucæ 1. ait: Regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni eius nõ erit finis. Et Eſaias: Multiplicabiẽ
Eſaiæ 9. eius imperiũ, & pacis nõ erit finis. Ingreſſus eſt em̃ eques Pharao cũ curribus &c. Iſtius verſi-
culi ſenſus patet ex p̄inductis. Filij autẽ Iſrael ambularunt per ſiccũ in medio eius. Filij Iſrael
ſunt, veri Chr̄ifideles, diuina atq; cæleſtia contẽplãtes. Iſti in medio ſeculi huius, q̃d eſt mare
Eſaię 57. turbulentum ac periculoſum, de quo loquiẽ Eſaias, Impij quaſi mare feruens, q̃d quieſcere
non valet: in medio, inquã, huius maris gradiunẽ per ſiccũ, dum ſeculi vitijs nõ fœdanẽ, neq;
Phil. 2. in aquis cõcupiſcentiæ volutanẽ, ſed in medio nationis prauæ & peruerſæ irrep̄henſibiliter
con

conuerſantur, lucentes inter illos tanquam luminaria gratiæ, verbũ vitæ in ſe ſtabiliter con
tinentes, ac Chriſti veſtigia imitãtes, atq; dicentes cum ſponſa in Canticis: Laui pedes me- Cant. 5.
os, quõ inquinabo illos? Qui autem Aegyptius eſt. i. carnalis & mente mundanus, & ſe qui
tur Pharaonem, conſentiendo tentamentis diaboli, fluctibus mergitur vitiorum.

¶Elucidatio tropologica eiuſdem cantici, Cantemus dño. Art. XXXI.

TRopologicus huius cantici intellectus, ex præhabitis faciliter elici poteſt: ideo non niſi Exo. 14.
breuiter tangam illum. Itaq; per Moſen, qui per aquã mortem euaſit tam in ſua infan
tia, q̃ in ſenio ſuo, intelligi poteſt quilibet Chriſtifidelis, qui vidẽs ſe p̄ fontẽ baptiſmi
in Chriſto renatũ, & tam illo ſacramento q̃ in pœnitentia ſeu cõfeſſione ſacramẽtali, de ſpi
ritali Aegypto & fluctibus ſeculi huius, de poteſtate diaboli, de iugo & ſeruitute peccati, de
ignorantiarũ & errorũ caligine erutum, cum gratiarũ actione dño pſallat, aliosq́; ad regra-
tiandum ſecum & pro ſe inuitet, dicendo: Cantemus dño, glorioſe em̃ magnificatus eſt, ani
mam meã taliter eruendo, ac donis gratiæ decorando, ita vt gratia & humili mente dicere Pſal. 63.
queam: Protexiſti me dñe à conuentu malignantium, à multitudine operantiũ iniquita- Pſal. 55.
tem. Et item: Quoniã eripuiſti animã meã de morte, & pedes meos de lapſu, vt placeam co
ram Deo in lumine viuentiũ. Equum & aſſcenſorẽ deiecit in mare. i. viſibilẽ ac inuiſibilem
meæ ſalutis hoſtẽ proſtrauit, dãdo mihi virtutẽ reſiſtendi ac præualendi tentatiõibus eorũ- Pſal. 17.
dem. Fortitudo mea & laus mea dñs, cui dicere habeo: Quoniã in te eripiar à tentatione, & Pſal. 145.
in Deo meo trãſgrediar murũ. Et denuo: Laudabo dñm in vita mea, pſallã Deo meo q̃ diu Eccl 51.
fuero. Et item: Laudabit vſq; ad mortẽ aĩa mea dñm. Abſit ergo, vt p̄priã quærã laudẽ, glori
amq́; humanã. Et factus eſt mihi in ſalutẽ. Quia cũ toties recidiuauerim, iamq́; enormiter
ipſum offenderim, nõ tamẽ iuſte dãnauit me, ſed pro malis retribuit bona, & iam per cõtri-
tionem ſaluauit me à morte peccati, & à via meritoq́; gehennæ, cũ tamẽ multos in æternũ
dãnauerit, qui minꝰ peccauerunt q̃ ego, ita vt illud ſancti regis Ezechiæ dicere valeam: Tu Eſaię 38.
aũt eruiſti animã meã vt nõ periret, proieciſti poſt tergũ tuum om̃ia peccata mea. Iſte Deus
meus. Qui cum ſit oĩm Deus, tñ tanto ſpecialius eſt Deus meus, quãto gratioſius egit mecũ, Pſal. 58.
ita vt dicere mihi incũbat: Adiutor meus tibi pſallã, quia Deus ſuſceptor meus es, Deus me-
us miſericordia mea. Et glorificabo eum: q̃a quo plus peccaui in eum, & quo maiorẽ mihi
miſericordiã gratiamq́; exhibuit, eo plus teneor ei eſſe ſubiectus & gratus. Deus patris mei.
Chr̄ianus ſum em̃, filius hoĩs Chr̄iani. Et exaltabo eũ, ipſum præ oĩbus incõparabiliter dili
gendo, timẽdo, colendo, quærẽdo, omniq́; creaturæ ipſum totis præferendo præcordijs. Dñs
quaſi vir pugnator, oĩpotens nomen eius, qui hoſtes animæ meæ ac vitia expugnat in me.
Ex me nãq; p̄ditio mea, in ipſo dũtaxat auxiliũ meũ. Nec em̃ ſufficiẽs ſum aliq̃d cogitare ex Oſee. 13.
me, quaſi ex me. Ab ipſo plane eſt oĩs tentationũ victoria. Currus Pharaonis & exercitũ eius 2. Cor. 3.
proiecit in mare. i. oẽs aduerſarios meæ ſalutis, vt tactũ eſt. In his ergo Dextera tua dñe ma-
gnificata eſt in fortitudine. Miſiſti iram tuã quæ deuorauit eos ſicut ſtipulã, q̃a per ſanctum
angelum tuũ, zelo iuſtitiæ tuæ accenſum, atq; in manu ſua gladiũ flammeũ tenẽtem, repuli-
ſti frequẽter inuiſibiles hoſtes meos à me. Et in ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ. i.
fluctus tentationũ & tribulationũ, quibus me ſæpius repleuerunt, in ipſos redacti ſunt, quia
ex ipſis nõ profecerũt finaliter in me, ſed ſibimet calamitatẽ triſtitiamq́; auxerũt. Stetit vn-
da fluens. i. gratia Dei exuberãs quieuit in corde deuoto, immo & influxum ſuũ ab indeuo-
to retraxit. Cõgregatæ ſunt abyſſi in medio mari. Abyſſi iſtæ, ſunt exundatiões atq; proflu-
uia inani cogitationũ & affectionũ carnaliũ, q̃ in medio mari. i. corde ſeculari & amaro ac
turbulẽto coaceruãtur, quouſq; radio illuminatiõis ſupernæ & rore gratię diſpergãtur ac re
frenenẽ. Dixit inimicus, Perſequar & cõpræhendã. Iſte eſt ſpiritus malus vnicuiq; ad exerci
tium datus, qui iugiter intra ſe cogitat p̄ſequi ac vincere animam eius, cui ad exercitium ac
probã eſt deputatus, eiusq́; ſpiritalia bona auferre moliẽ, & bona eius propoſita, ſalubres cõ-
ceptiones, amoroſos affectus interficere & auferre conatẽ: ſed flante ſpiritu Dei, ſuccumbit.
Aſcẽderunt populi, & irati ſunt. Iniuſti etem̃ iuſtos p̄ſequi nõ deſiſtunt, & multis nõ ſufficit
dãnatio p̄pria, immo & alios dãnationi ſecũ inuoluere enitunẽ. Dolores obtinuerũt habita
tores Philiſtijm. Tunc cõturbati ſunt principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor, ob-
riguerunt habitatores Chanaan. Hoĩes q̃ppe vitioſi, guloſi, auari, ſup̄bi, libidinoſi, p̄ gentes
præfatas ſignati, vt patuit cap̄lo p̄cedenti, om̃i interna trãquillitate priuanẽ, & varijs paſſio- Exo. 14.
nibus agitanẽ, nunc inordinate & ſtolide metuentes, nunc inaniter præſumentes, nũc illici- Pſal. 1.
te gloriãtes, nunc culpabiliter cõtriſtati, nunc inique cõcupiſcentes, nunc cõcupiſcentiarũ & 34.
ſuarũ incõmoda intra ſe ſentiẽtes, q̃ ſunt tanq̃ puluis ante faciem venti, & in circuitu ambu Pſal. 11.
lant, quos Deus ponit vt rotam, quoniam vndique euagantur, nec in Deo eorum corda fi- Pſal. 82.
guntur. Cætera patent, nec tropologiam exigunt ſpecialem.

¶ Proſecutio expoſitionis huius capituli à loco, Sumpſit ergo Maria.
Articulus XXXII.

QVoniam nõ ſolum viri,ſed fœminæ quoq; per maris diuiſi fundũ profectæ ſunt, con-
gruum fuit vt ipſæ gr̃as agerent Deo. [Sumpſit ergo Maria ꝓphetiſſa ſoror Aaron]
Habuit enĩ gratiã propheti**ę**,ſicut & fratres eius. Tamẽ gratia illa fuit maior in Moſe,
Et forſan etiã fuit maior in Aaron,q̃ in Maria ſorore Aaron. Quare potius hic vocat̃ ſoror
Aaron,q̃ Moſis? Dici poteſt ꝙ gratia breuitatis ſolus Aaron exprimit: vel quia ſenior Moſe
fuit. Recitat tamen Lyra,ꝙ Iudæi reddunt ſuper hoc aliam cauſam,dicentes,ꝙ Moſe non-
dum nato,quãdo nõ habuit fratrem niſi Aaron,hæc Maria prophetauit ſuæ matri,ꝙ pari-
tura eſſet filium,qui populum Iſrael liberaret. Sed incertum videt̃,ꝙ in ætate illa tam puel-
lari habuiſſet gratiã prophetiæ. Et ſi ita fuit,tamẽ hoc parum facit ad iſtud,cuius nunc cau-
ſa inquirit̃. [tympanũ in manu ſua.] Tympanũ enĩ eſt muſicũ inſtrumentũ factum de corio
extento, ſiccato atq; firmato,q̃d ſonum emittit percuſſiõe pellis ita extentæ. [Egreſſæq; ſunt
om̃es mulieres poſt eam.] Nã ſicut Moſes fuit eminentior inter viros,ſic ſoror ſua ob ſuam
ſanctitatem & ſapientiã inter fœminas. [cum tympanis & choris:] non ꝙ vnaquæq; illaꝝ
habuerit tympanũ aut chorum,ſed aliquæ inter eas. Per mulieres vero etiã puellæ & virgi-
nes intelligunt̃. ¶Porro chorus nunc ſumit̃ pro muſico inſtrumento,q̃d fit ex ſimplici pelle
duas cutes habente,per quaꝝ vnam inflatur, per aliã reddit ſonũ. Poteſt tamen chorus nunc
ſumi pro concordi & pacata ſeu recte diſpoſita ſocietate,q̃m fœminæ taliter ſe habẽdo ſe-
quebant̃ Mariã. [quibus præcinebat,dicens: Cantemus dño] hymnũ victoriæ, [glorioſe enĩ
* honorificatus eſt:] q̃a per opera præinducta oſtendit p̄clare ſe ſuper om̃ia honorabilẽ eſſe.
[Equum & aſſcenſorem deiecit in mare.] Sicut expoſitum eſt. An aũt hunc verſum dũtaxat
præcinebat,an & ſequentes om̃es,aut quoſdã,p̄ciſe q̃s nouit? Forſitan p̄cinebat & alios ver-
ſus,ſed fœminę repetebãt primũ verſum,vel etiã alios ſingulatim. Itaq; ſimul ore cãtabãt,&
2. Reg. 6. manu in muſicis inſtrumentis ludebãt,quẽadmodũ Dauid conſueuit cum ſono citharæ vel
cum pſalte,canere pſalmos. Sic igit̃ illa p̄cinebat,& alię repetebãt,ſicut in choreis fieri ſolet.
Nã & Durãdus in Summa ſua dicit eas choros duxiſſe, & addit ꝙ illa fuit bona chorea. Aliq̃
quoq; dicunt,ꝙ eodem modo p̄cinebat Moſes viris,nõ tamẽ habet̃ ex textu,ꝙ cum pręfatis
muſicis inſtrumentis ipſe & cæteri viri cecinerũt. Conſueuerũt autem fœminæ Hebræoꝝ
ſcire huiuſmodi muſicos ludos. Vnde & 1. Regum habet̃, ꝙ mulieres egreſſæ ſunt in occur-
1. Re. 18. ſum Saul regis & Dauid cũ tympanis &c. Quidã pręterea dicunt,ꝙ Maria hæc per ſpiritum
prophetiæ cognouit,Deum eſſe taliter collaudãdum in via pro beneficijs poſt egreſſum ab
Aegypto pręſtãdis:ideo tulit tympanũ ſecum,alias q̃q; fœminas induxit ad abſportãdum ſe-
cum præfata muſica inſtrumenta,ſed ſiue per reuelationẽ hoc præcognouit,ſiue nõ,dici po
teſt ꝙ portauerunt ſecum huiuſmodi inſtrumenta, ſicut & alia vaſa ac vtenſilia ſua, quaſi in
Aegyptum nõ redituræ. [Tulit autẽ Moſes Iſrael de mari rubro].i.filios Iſrael fecit inde re-
cedere per deſertum verſus terrã promiſſam. Et ait quidã,ꝙ ideo dicitur, Tulit, quia cum
quadã violentia & importunitate fecit eos inde abire,quoniã ex auaritia erãt nimis intenti
ad Aegyptioꝝ ſpolia detrahenda & colligenda. Sed cum filij Iſrael fuerint plus quàm duplo
Exo. 14. plures,q̃ ſubmerſi Aegyptij,vt patet in expoſitiõe præcedentis capituli,potuerunt infra mo-
dicum tempus illoꝝ colligere ſpolia. Immo dictum eſt, ꝙ ſeptem diebus morati ſunt iuxta
Exo. 12. littus maris,venientes quotidie cum tympanis & muſicis inſtrumentis ad littus,cecinerũtq;
dño canticum Moſis. Ideo propter ſpolia detrahenda nõ fecerũt nimiã moram ibidem,nec
Exo. 13. in eo ꝙ dicitur,Tulit,aliqua violentia aut importunitas denotat̃. Nam & cap. 12. dictum eſt:
Tulit populus farinã conſperſam. Capl'o q̃q; 13. Tulit Moſes oſſa Ioſeph. In quibus oratio-
nibus in verbo hoc, Tulit,nulla violentia aut importunitas importat̃. [Et * ingreſſi ſunt in
deſertum Sur.] Quod qualiter ſit intelligendum, diffuſe expreſſum eſt in præcedentis eluci
datione capituli. [Ambulaueruntq; tribus diebus per ſolitudinẽ] ſequentes nubis ducatum,
[& non inueniebant aquam.] Nam & raro pluit ibidem. Et ſi fuerit ibi aqua, ex ſolis ardo-
re ſolet ſiccari. [*& venerunt in Marath].i. locum quem paulopoſt ſic vocauerunt,ſicut pa
tebit. [nec poterant bibere aquas de Marath].i.quæ erant in loco illo,[eo ꝙ eſſent amaræ.
Vnde & congruũ loco nomen impoſuit,] vel Moſes, vel populus,[vocans* illud Marath.i.
amaritudinẽ.] Sicq; à qualitate impoſuit nomẽ ſubſtantiæ. Et ꝙ ait, Vocans illud, ſic poteſt
exponi:vocando exprimens nomẽ loci illius. Porro Mara & Marath,idem eſt nomen. Ma
ra autem indifferenter ſignificat amaritudinem vel amarum. Siquidem ſcriptum eſt, Ne vo
Ruth. 1. cetis me Noemi,i.pulchrã,ſed vocate me Mara.i.amarã. Magiſter aũt in hiſto. dicit: Vocaue
Ioſe. li. 2. runt locum illum Marath,ab amaritudine aquę, vel potius pro amaritudine animi ſui. Ani
ant. iud. mæquior nanq; eſt ſitiens,quãdo non inuenit potum, quàm dum inuentum guſtare non va
cap. 14. let. Ioſephus vero velle videtur ꝙ aquæ amaritudinem contraxerunt, quia non mouebãtur
ab aliquo, ſed ſtabant ſemper immotæ. Vnde & dicitur: Et vitium capiunt, ni moueantur,
aquæ. Dicit equidem ibi fuiſſe puteum paruum, in quo fuit hæc aqua, & nomine putei intel
ligit forſitan lacum. [Et murmurauit populus contra Moſen,dicẽs: Quid bibemus?] In quo
pa-

patet eoꝝ peruerſitas,impatientia,ingratitudo,inconſideratio. Debuerunt etenĩ tantũ prę-
latum,patrem,ac ducẽ,quẽ viderunt Deo tã familiarẽ & charum,cum omni reuerentia hu-
militer interrogare ac alloqui,& ſperare in dño,quem viderunt tãta feciſſe pro eis. Murmu-
rauerunt itaq; propter potus,non propter cibi,defectũ,quia adhuc reficiebant ſe parce cum
cibo ex Aegypto allato. Iumenta quoq; eorum aquę poculo indigebãt. [At ille clamauit ad
dñm] feruenter orãdo. Nam impatienter reſpondit murmuratoribus illis, ſed pro malis bo
na retribuit:quoniã tãta debet eſſe prælati perfectio, vt ſua bonitate & probitate,ſubditoꝝ
malitiam improbitatemq; vincat. Veruntñ non om̃es filij Iſrael murmurauerunt, ſed vul-
gares & imperfectiores. [Qui oſtendit ei lignum.] Dicunt quidã,ꝙ in eremo illa non erat li-
gnum creſcens,ſed Deus miraculoſe illud adduxit. Quod & Auguſtinus ſentire videt̃,vt pa Auguſt.
tet in Gloſſa. In Scholaſtica quoq; hiſtoria fertur: Forte miraculoſe factum eſt,vt in ſolitu- Euſebi9.
dine,in qua nõ erat lignũ.i. arbor creſcens,inueniret̃ lignum. [Quod] lignum [cum Moſes
miſiſſet in aquas,in dulcedinem verſæ ſunt].i. dulces atq; potabiles factę ſunt. Putant aliqui
ꝙ lignum illud fuit naturaliter dulcoratiuũ aquaꝝ. Ad quod illud Eccleſiaſtici poſſet alle-
gari: Nonne à ligno indulcata eſt aqua amara? Et loquit̃ ibi illa ſcriptura de naturalibus & Ecci 38.
medicinalibus terręnaſcentiũ proprietatibus. Nempe verbis illis immediate præmittitur:
Altiſſimus de terra creauit medicinã,& vir prudens nõ abhorrebit illã. Tamen (vt in Scho-
laſtica recitat̃ hiſtoria) Hebræus dicit lignum illud amariſſimũ extitiſſe, & ideo Deum iuſ-
ſiſſe,vt illud proijceret in aquam amarã,quatenus dum ex additione amari ad amarum,fie-
ret dulce quod fuit amarũ, clariusq; oſtenderet̃ diuina potentia,quia maius erat miraculũ.
Sed quicquid horum dicatur, conſtat ꝙ Deus ſolo imperio poterat aquã illam dulcificare.
Ideo propter aliquid myſticũ deſignãdum, Origenes & alij putãt Deum illud de ligno iuſ- Origen.
ſiſſe. ¶Circa hæc Ioſephus ſcribit: Sumens Moſes virgã quã in præſenti habebat,ſcidit eam Ioſe. li. 2
in longitudinem eius per mediũ,& iecit in puteum,præcepitq; fortibus viris vt aquã hauri ant. iud.
rent,& plurimã hauſtã prius effunderent, vt vltima remanens diu concuſſa, potabilis fieret. cap. 14.
Veruntamen dictum hoc Ioſephi non eſt intelligendũ de Moſis virga,per quam fecerat ſi-
gna,ſed de ligno ſibi oſtenſo,in quo fecit inciſionem per longitudinẽ eius. [Ibi conſtituit ei
præcepta atq; iudicia].i.in loco præfato poſt exhibitionẽ huius beneficij atq; miraculi, De-
us per Moſen dedit ac poſuit populo Iſrael quædam præcepta & iudicia.i.iudicialia inſtru-
menta ſeu iuſſa,per quæ regerent̃ ad cõuiuendũ pacifice ac iuſte ad inuicem. Sicq; per præ-
cepta,intelligunt̃ mandata ad Dei cultum directe ſpectantia. [& ibi tentauit eum].i. Deus
ibidem dedit iſta pręcepta populo,vt per obſeruantiã aut tranſgreſſionem eoꝝ Deus tenta
ret hunc populum,an vere obediens eſſet ſibi,an non. Tentauit,inquam,non vt ipſe cogno- Gen. 22.
ſceret illud, ſed vt innoteſceret alijs,ad inſtructionẽ vel cautelam eoꝝ, quemadmodũ tenta- Iob 1.2.5
uit Abrahã,Iob,atq; Tobiã. Deus autẽ neminẽ tentat tentatione ad fallendum tendẽte, aut Tobię 2. & 12.
ad vitium inclinãte. Sic ergo tentauit populũ illum,[dicens] per Moſen: [Si audieris vocem
domini Dei tui].i. verba diuina,auribus cordis & corporis, [& quod rectum eſt corã eo fece Iaco. 2.
ris,& obedieris mandatis eius, cuſtodierisq; om̃ia præcepta illius:] Qui enim tranſgreditur
vnum,fit omniũ reus,quia mortaliter peccat. [cunctum languorẽ quem poſui in Aegypto,
non inducam ſuper te].i.nullam infirmitatũ & plagaꝝ quas inflixi Aegyptijs,tibi infligam.
Quod intelligendum eſt pro tempore quo fuerunt in deſerto,& quantum ad iuſtos & obe-
dientes,ſicut ex verbis immediate præhabitis eluceſcit. De illis enim nunc loquitur,vnde &
fertur in Pſalmo: Non erat in tribubus eoꝝ infirmus. Rebelles vero frequẽter ac dire legun- Pſal. 104
tur in deſerto percuſſi,de quibus & conſtat,ꝙ in ſolitudine obierunt, non vtiq; abſq; præ-
uijs infirmitatibus. Veruntamen Auguſtinus ſuper illud, Non erat in tribubus eoꝝ infir- Auguſt.
mus, gloſſando addit, ſed corpore, non animo. Per quod inſinuare & ſentire videtur, ver-
bum illud,etiam de iniquis eſſe intelligendum. Ad quod dici poteſt,ꝙ etiam iuſti,qui inter
illos fuerunt,natura fragiles erant,& aliquando peccauerunt, immo & quidã eoꝝ mortali-
ter,vt patet de Aaron in vituli conflatione & incredulitate ad aquas contradictionis. [Ego Exo. 23. Nũc. 17.
enim ſum dñs Deus ſaluator tuus] non ſolum ex Aegyptia ſeruitute,& rubri maris deuora-
tione ac gladio Pharaonis,ſed item ex ſeruitute diaboli,iugo peccati,damnatione inferni.
[Venerunt autem in Helim] Hoc loco quidã capitulũ ſequens incipiũt,aliqui vero ibi,pro-
fectiq;. Venerunt autem [filij Iſrael] in Helim.i.in locum ſolitudinis iſtius ſic nominatum,
[vbi erãt duodecim fontes aquaꝝ,& ſeptuaginta palmæ, & caſtrametati ſunt iuxta aquas].i.
manſionem & tentoria ſeu turmas ſuas ibi fixerunt ad tempus,ob loci amœnitatẽ & cõmo
ditatẽ,quia & aquæ fluenta, & arboꝝ fructus præbuerunt eis refectionẽ:fuitq; eis ſolatiũ ꝙ
iuxta numeꝝ duodecim tribuum ſuaꝝ, repererunt ibi duodecim fontes,ſic ꝙ quælibet tri-
bus potuit ſpecialem fontem habere. Attñ Ioſephus ſcribit,ꝙ modica fuit aqua in fontibus Ioſe. li. 2
illis,& q̃d manibus inde ſumebat̃,cœnoſum erat,inutile & impuꝝ. Idcirco & palmę erãt par ant. iud.
uæ ſtaturæ,eo ꝙ nõ ſatis irrigabant̃ ex aquis, nec humor ille ſufficiebat ad terrã congluti- cap. 14.

 nan-

nandam. ¶Circa præhabita quęritur, quæ fuerunt præcepta in Marath data, q̃a textus non
exprimit ea. Ad hoc Lyra allegat & ſequit̃ Rabbi Salomonem, dicentem: Dñs videns filios
Iſrael in ſolitudine ocioſos, ne per ocium laberent̃ ad deteriora, cõtulit eis duo præcepta, vt
ſtuderẽt in eis ad intelligendum atq; implendum: Vnum fuit de obſeruãtia ſabbati, q̃d plu-
res obſeruatiões includit: alteꝝ fuit de oblatiõe vaccæ rufæ, ex cuius cineribus aquæ iniectis
ac mixtis, aqua luſtrationis fiebat, per quã purgabant̃ immundi, vt in Numeris deſcribitur.
Nũe. 19. Subdidit etiã eis copiã de pertinentibus ad iudicia inter eos agenda, quatenus inter ſe iuſte
cõuerſarent̃. ¶Sed contra hæc R. Paulus affirmat: Antiqui Hebræi cõmuniter tenent, ꝙ præ-
ceptum de ſabbato, & quædã iudicialia, data ſint in hoc loco, nõ autẽ de vacca rufa. Nam de
ſabbato dicit ſequenti capitulo ante legis donationẽ: Videtis q̃a dñs dedit vobis ſabbatũ.
Exo. 16. De iudicialibus quoq; ſatis neceſſarium fuit, quatenus per ea tãtus populus regeret̃ vſq; le-
Nũe. 19. giſlationem. Sed inter illa præceptũ de vacca rufa, fuiſſet ſuperfluũ pro tunc, quouſq; taber-
naculum fieret, & alia ſacra, ad quoꝝ ingreſſum aut tactũ requirebat̃ purgatio immundoꝝ
Ibidem. per aquã luſtratiõis, vt præallegato Numeroꝝ habet̃ libro. Inſuper, iuxta myſticã interpre-
tationẽ, per Mariã Moſis ſororẽ prophetiſſam, optime deſignabat̃ deifera atq; ſanctiſſima
virgo Maria, quæ de liberatione generis humani per filij ſui paſſionẽ atq; baptiſmũ, iugiter
ac deuotiſſime cecinit Deo gratiaꝝ præconia cum tympano. i. pleniſſima ſuæ mundiſſimæ
carnis cruciformi mortificatiõe, quam om̃es mulieres, virginesq́; deuotæ in lege euãgelica
ſunt ſecutæ cũ tympanis. i. corpoꝝ ſuoꝝ refrenatiõibus, & choris. i. ſanctis cõcordationibus.
Immo & quęlibet deuota anima eam imitari ſic debet. ¶Deniq;, iuxta Boethium in primo
muſicæ ſuæ, Omnis muſica inſtrumentalis, fit neruoꝝ tenſione, aut ſpiritus inflatiõe, aut ꝑ-
cuſſione rei cõcauæ. Si neruoꝝ tenſione, vel reddit̃ ſonus à ſuperiori, & ſic eſt pſalterium: vel
ab inferiori, & ita eſt cithara. Si ſpiritus inflatione, aut humano, aut aliunde attracto ſeu col-
lecto: ſi humano, vel cõtinuo, & ita eſt tuba: aut interpolato, & ſic eſt chorus, per quẽ deſigna
tur cõcordia vocis & cordis in ſocietate pacata. Si aliunde collecto per folles, ſic ſunt orga-
na. Si vero ſonãt percuſſiõe pellis extenſæ, tympana appellant̃. Quæ aũt percuſſiõe æris cauа-
ti, dicunt̃ cymbala: quæ adinuicẽ percuſſa, ſonũ reddunt acutum. Itaq;, q̃m tympanũ fit ex-
Gala. 5. tenſione corij ſiccati, per ipſum mortificatio carnis ſignat̃. Qui aũt Deo vult placitas laudes
offerre, neceſſe habet carnẽ ſuã cum vitijs & cõcupiſcentijs crucifigere, & ſcandalizãtia mem
bra abſcindere. At vero per hoc ꝙ filij Iſrael poſt liberationẽ ſuã à Pharaone, inciderũt peri-
culũ ſitis & venerũt in Marath, figurat̃, ꝙ fideles poſt diuinoꝝ infuſionẽ chariſmatũ, & con-
ſolationem ſpũſſancti interdũ ruunt in grauẽ tentationẽ & afflictionẽ, nec aquam Marath
bibere valent, niſi dulcoretur per lignum. i. rigoroſam & ſtrictam pœnitẽtiæ refectionem ac
fletum, nec queunt ſuſtinere niſi dñicæ paſſiõis & crucis meditationę vngantur vel contem
platione ſapientiæ, quæ ſignificat̃ per lignũ. tamen per lignum illud miſſum in aquã, ſecun-
Auguſt. dum Auguſtinum, figuratur crucis myſterium: quia per Chriſti paſſionem, omnis aduerſi-
tas facta eſt non ſolum tolerabilis, immo & dulcis Chriſtifidelibus. Amplius, per promiſſio
nem illam filijs Iſrael factam, ꝙ nullus eoꝝ infirmaretur, ſi Deo in omnibus obedirent, hoc
deſignatur, ꝙ ſi Chriſti præcepta integre obſeruemus, ab omni animarum languore efficie-
mur immunes. Nec putandum ꝙ corporalis ſanitas promiſſa ſit filijs Iſrael, tanquam finale
principaleq́; præmium pro diuinorum obſeruatione præceptorum: quoniam corporalia &
terrena ac tranſitoria bona, non ſunt finis ſpiritualium bonorum, puta virtutum, virtuo-
ſorumq́; actuum: ideo nec ſunt principalis merces eorum, cum finis ſit dignior medijs.
Sed ſub corporalibus illis bonis, dona ſpiritalia & præmia æternalia ac ſuperna intelligunt̃.
Hebræis autem imperfectis ac rudibus, & nondum in fide conſtabilitis, promittebantur cor
poralia & terrena, vt per ea ædificarentur in fide, & expectare diſcerent inuiſibilia ac æter-
na. Venerunt autem in Helim. Per Helim, vbi erant duodecim fontes, ſeptuagintaq́; palmæ,
deſignatur Chriſti eccleſia, in qua eſt duodenarius numerus apoſtolorum, qui ſplendidiſſi-
Pſal. 67. mi fontes ſunt ſaluberrimorum documentorum, de quibus accipi poteſt illud Pſalmi: In ec
Eſaię 12. cleſijs benedicite Deo domino de fontib⁹ Iſrael. Et illud in Eſaia: Haurietis aquas in gaudio
Lucę 10. de fontibus ſaluatoris. Per ſeptuaginta vero palmas, figurati ſunt totidem Chriſti diſcipuli,
qui in prædicatione euangelicæ legis non mediocriter cooperati ſunt ſanctis Apoſtolis.

¶Explanatio cap. XVI. Profectiq́; ſunt de Helim. Art. XXXIII.

QValiter Deus gratioſe & miraculoſe prouidit populo ſuo neceſſaria victui in deſerto,
recitatur in iſto capite. [Profectiq́; ſunt de Helim.] Nam vt in præcedenti dicebatur
articulo, quãuis ibi fuerũt duodecim fontes, tamen modica aqua, quæ & impura erat
Exo. 15. in eis, & fructus arborum ibi inuenti, à tanta multitudine fuerunt cito comeſti: ideo pro-
ceſſerunt, attamen iuxta motum columnę nubis. [& venit omnis multitudo filiorum Iſrael
in deſertum Sin, quod eſt inter Helim & Sinai.] Verum, vt dictum eſt, om̃ia iſta ſpecialia lo
ca, ſeu partialia deſerta diuerſimode nominata, in vno illo totali deſerto, q̃d eſt inter Aegy-
ptum

ptum & Chanaan, continebantur vt partes. Ibi ergo venerunt [quintodecimo die menſis
ſecundi &c.] ſecũdum computationem Iudæorum, qui à Martio ſeu Aprili incipiunt men-
ſes anni, iuxta ſenſum præhabitum. Et iuxta hoc, menſis iſte ſecũdus fuit Aprilis vel Maius.
Cum ergo de Aegypto egreſſi ſint quintodecimo die menſis primi, vt duodecimo capitu-
lo patuit, conſtat ꝙ triceſimo die ab exitu de Aegypto venerunt in deſertum Sin. [Et mur- Exo. 12.
murauit oĩs congregatio filioꝝ Iſrael cõtra Moſen & Aaron in ſolitudine.] Non ſimplici-
ter omnis congregatio illa ſic murmurauit, ſed tã multi in ea, ꝙ cæteri cõparatiue pauci fu
erunt. Idcirco in hac computatione pauci illi non reputãtur, ſoletq́; toti aſſcribi, quod con
uenit parti eius maiori. [Dixeruntq́; filij Iſrael ad eos:] De mulieribus non fit ſermo, cum ta
men veriſimile ſit, ꝙ cum viris vel parentibus ſuis murmurauerunt, præſertim cum fœmi-
næ ſatis cito impatientes aut puſillanimes fiant: ſed opera principalioris ſexus deſcribũtur
communi⁹. [Vtinam mortui eſſemus per manum domini in terra Aegypti:] id eſt, vtinam
Deus in Aegypto nos occidiſſet breui & celeri morte, ſicut occidit primogenita Aegyptio-
rũ. Quaſi dicat: Tolerabilior fuiſſet mors illa, q̃ tribulatio iſta, & mori ex fame, iuxta illud
in Threnis: Melius fuit occiſis gladio, q̃ attenuatis fame. Sed iſta fuerunt verba diffidentiæ Thre. 4.
& nimiæ puſillanimitatis, immo & cuiuſdam deſperationis. Non enim attendebant diuina
promiſſa, nec in aduerſis oſtenderunt fidem & ſpem ſuam in domino. [quando ſedebamus
ſup] .i. prope [ollas carnium] quæ ꝑparabantur nobis ad ignem in ollis. Solet autẽ ſup, pro
ꝓpe ſumi. Vnde communiter dicimus: Colonia ſita eſt ſup Rhenũ. [& comedebamus panẽ
in ſaturitate. Cur induxiſtis nos in deſertum iſtud, vt occideretis oẽm multitudinẽ fame?]
In hoc dupliciter mentiebantur. Non eñ Moſes & Aarõ, ſed Deus ꝑ eos, immo ꝑ columnã
nubis, magis aũt ꝑ angelũ nubis illius motorẽ, duxit eos in eremũ illam. Et q̃uis Moſes &
Aaron hoc aliq̃ modo fecerunt, non tñ vt eos occiderent fame, ſed ob alias rationabiles cau Exo. 13.
ſas, in expoſitiõe literali decimitertij capituli introductas. [Dixit aũt dñs ad Moſen:] q mur-
murantibus illis cõdoluit, & dominum inuocauit: [Ecce ego pluam vobis panes de cælo] .i.
materiam ex q̃ panes conficietis, faciam ex cælo aereo ꝓ veſtra ſuſtẽtatione in terrã deſcen
dere, vtpote mãna, q̃d tñ angeloꝝ miniſterio factũ agnoſcit. Bonus & pius Deus murmurãti
populo condeſcendit, q̃a & aliquam habuerunt murmurandi occaſionẽ, q̃a iam fame erant
confecti. Nã infra triginta dies in via exactos, conſumpſerũt quæ ex Aegypto victualia de-
tulerunt, etiam valde parce eiſdem vtendo, erantq́; in vaſtiſſima & ſteriliſſima eremo, ſolo
viſu horribili. [Egrediatur populus, & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies] .i. q̃tidie col
ligat tñ, vt pro illo die ſufficiat ei, ſeu cuiq; colligenti pro ſe & ſua familia, excepto tamen
ſabbati die, in quo non licebat colligere. Voluit aũt dominus, vt ſine mũdana ſolicitudine,
& abſq; guloſo cupidoq́; affectu colligerẽt, vtpote tñ, quantũ putabant ſibi ſufficere, nec ꝓ
ſequenti die colligerent, niſi in ſexta die, q̃a non licuit inde ſeruari in craſtinum, quatenus
de Dei prouidentia eſſent ſecuri. [vt tentem eum] .i. idcirco iſtud præcipio, quatenus ex ſe-
quela huius præcepti experiar, vel potius alios agnoſcere faciam, & ꝑ modum tentantis me
habeam, [vtrum ambulet in lege mea, an non.] Quando dñs dixit hæc, nondum contulerat
legem, quæ in monte Sinai data eſt. Quomodo ergo ait, vtrum ambulet in lege mea? Et re-
ſpondendum, ꝙ iam dederat quædam præcepta in Marath, & ꝓtinus daturus erat legẽ con
cernentem hunc panem ſeu manna, videlicet q̃ñ & qualiter eſſet colligendus & accipiẽdus,
immo iam aliq̃d tetigit inde, & paulopoſt durante vſu mannæ, daturus fuit legẽ in Sinai. Le
gem q̃q; naturalem & circuncifionis p̃ceptum, ac alia quædam mandata, iam ante tradide-
rat patriarchis in lege naturæ. [Die autem ſexto parẽt q̃d inferant] .i. de materia huius pa-
nis congregent, q̃d in tabernacula ſeu tentoria ſua reponant. [& ſit duplum q̃ colligere ſole-
bant ꝑ ſingulos dies] videlicet q̃nq; diebus p̃cedentibus, vt ſufficiat ꝓ ſuſtentatione, tam in
ipſa feria ſexta, q̃ in ſeptima ſeu ſabbato, q̃ñ nõ licet colligere. Hoc aũt q̃d ait, & ſit duplum
q̃ colligere ſolebant ꝑ ſingulos dies &c. dupliciter poteſt exponi: Primo, ꝙ ſexta feria col-
ligebant duplo plus, q̃ aliq̃ die p̃cedente: & ita videt̃ intelligere Origenes. Vnde & in Gloſ-
ſa ex eius verbis habet̃: In die ſexta duplum colligat̃ in repoſitione, quantũ ſufficiat etiã ſab
bato. Huicq́; ſenſui cõſonat, q̃d infrà in iſto cõtinet̃ capitulo: In die aũt ſexta collegerũt ci-
bos duplices. i. duo gomor ꝑ ſingulos hoĩes. Secũdo, ſic illud q̃d collegerunt ſexta feria, mi-
raculoſe multiplicabat̃, ita ꝙ etiã ꝓ ſabbati refectiõe ſufficiebat. Sicq́; nõ plus collegerunt
ſubſtãtialiter 6. feria q̃ alijs ferijs, ſed virtualiter, in q̃tũ illud multiplicabat̃ in duplũ. Quid ꝟo
huic expoſitiõi videat̃ fauere, infrà cap. hoc tãget. ¶Inſup ex his verbis elicit Origen. ꝙ mã Origen.
na cœpit dari ac pluere die dñica, vtpote primo die hebdomadę, quã nos ob Chr̃i in ea re-
ſurrectionẽ, appellamus dñicam & feſtiuã. Sic etem̃ ait: Sexta dies appellat̃, q̃ ante ſabbatum
ponit̃. Sabbatum autem ſeptima dies eſt. Quæro ergo: qua die cœperit manna cælitus dari,
& volo cõparare dñicam noſtrã cum ſabbato Iudæoꝝ. Ex diuinis nãq; ſcripturis apparet, ꝙ
in die dñica primo datũ eſt manna in terris. Si em̃ (vt ait ſcriptura) ſex diebus cõtinuis colle

ctum eſt,ſeptima vero die,videlicet ſabbato,ceſſatū eſt,cōſtat ꝙ cœpit dari dn̄ica die.Intel
ligant ergo Iudæi,iam tunc p̄latam eſſe dn̄icam nr̄am Iudaico ſabbato: tūcq́; fuiſſe figura-
tum,ꝙ in eorum ſabbato nō deſcēdat ad eos gr̄a Dei.Hęc Origenes.Dixeruntq́; Moſes & Aa-
ron ad oēs filios Iſrael:Veſpere ſcietis,ꝙ dn̄s eduxerit vos de terra Aegypti:]Q.d.Moſes:Im
ponitis mihi ꝙ q̄ſi proprio capite vos induxerim in hunc locum,ſed in hora huius diei ve-
ſpertina p euidētiam facti,vtpote per miraculoſam auium aduentationē,certius cognoſce
tis,qa nō niſi ex Dei imperio vos hucuſq; deduxerim.[& mane videbitis gloriā] eius [dn̄i,]
hoc eſt, p̄claram eius poteſtatē cōſpicietis in miraculoſo deſcenſu mannæ,q̄d cras mane vi-
debitis.Cauſa qppe in ſuo cognoſcit & videtur effectu.[Audiui enim murmur veſtrum con
tra dn̄m:] qa in Deum & in eius iniuriam redundat murmuratio veſtra cōtra me & Aaron
facta quia ex Dei præcepto in hunc locum vos duximus. Difficultatem tamē quandam in-
ducit coniunctio illa cauſalis,enim.Nam quomodo Moſen audiſſe murmurationem filio-
rum Iſrael contra Deum,eſt cauſa ꝙ veſpere ſcient dominum eduxiſſe eos ex Aegypto, at-
q; ꝙ mane videbunt gloriam eius? Itaq; q̄d ait,Audiui enim &c. inducitur non tanq̄ cauſa
beneficiorum tantorum,ſed vt cauſa ꝙ Moſes iſta locutus eſt eis.Aliqui aūt textus habent,Au
diuit enim.Sicq́; ſenſus eſt,ꝙ dominus audiuit murmurationem illorum contra dn̄m, id eſt,
contra ſe factam.Si autem legatur,Audiui:quæſtio eſt,cur ſingulariter dr̄,audiui, cum plu-
raliter ſit præmiſſum,Dixerunt Moſes & Aaron.Ad q̄d dici poteſt,ꝙ Moſes tanq̄ principa-
lis,de ſe ſingulariter ait, Audiui: qa ad eum præcipue pertinebat corripere populum, tanq̄
ad eorum prælatum.[Nos vero quid ſumus, qa muſſitaſtis contra nos?] Q.d. Cum non ſi-
mus niſi miniſtri Dei,cui in veſtra eductione & deductiōe in cunctis obtemperauimus,ma-
le agitis contra nos murmurando,& inter vos baſſe aduerſum nos colloquendo.[Et ait Mo
ſes:Dabit vobis dominus veſpere carnes edere:] hoc eſt, volatilia faciet ad man⁹ veſtras ve-
nire hora præfata,vt capiatis ac præparetis ea ad cōedēdum. [& mane panes in ſaturitate.]
Hoc eſt,diluculo diei ſequentis inuenietis materiam panum, videlicet manna, quouſq; ad
ſufficientiam reficiemini.[eo quōd audierit murmuratiōes veſtras, quibus murmurati eſtis
contra eum.]hoc eſt, querimonias veſtras ſuper defectu alimentorum cognouit, idcirco in
hoc condeſcendet miſericorditer vobis dando quæ appetiſtis.[Nos em̄ qd ſumus? Nec con
tra nos eſt murmur veſtrum,ſed contra dominum.]id eſt,nō ſolū nec principaliter eſt con-
tra nos,ſed cōtra eum, cuius vices gerimus circa vos, & ex cuius cōmiſſione peregimus ea,
ppter q̄ contra nos murmuratis.Qui enim tali caſu murmurat cōtra ſuum ſupiorem, ma-
gis murmurat cōtra Deū,q̄ cōtra pprium ſupiorem. Nam inhonoratio ſerui, redundat in
dn̄m.Propter q̄d vicarijs ſuis ait ſaluator: Qui vos ſpernit,me ſpernit. Paulus q̄q;: Qui hæc
Luce 10. ſpernit,non hoīem ſpernit,ſed Deum.[Dixit q̄q; Moſes ad Aaron:Dic vniuerſæ congrega
1.Theſ.4 tioni filiorum Iſrael:]Quæ congregatio magna extitit & late diffuſa,nec bene intelligere po-
terat ſimul,niſi vocē tubalē.ideo Moſes cōmiſit ipſi Aaron pferre hæc verba: [Accedite co-
rā dn̄o].i.diuinæ maieſtatis vbiq; p̄ſentis & oīa intuētis cōſpectui vos repſentate, attēdēdo
eius incircūſcriptā p̄ſentiam,atq; ad eam erigendo cor veſtrū.Iſte fuit modus loquēdi in ve
1.Reg.7. teri teſtamēto.Sic nāq; ait & Samuel 1.Regum: Accedite huc coram domino. Et Pſalmiſta:
Pſal.33. Accedite ad eum.Aliq tamē ſic exponunt,Coram dn̄o.i.coram paruo tabernaculo,in quo
dominus Moſi loquebat̄,magno tabernaculo,de quo infrà habet̄,nondum facto. Hinc ma
giſter in hiſtorijs ſcribit:Aiunt Hebræi eos primo habuiſſe paruū tabernaculū,in q̄ dn̄m cō
ſulebant,de q̄ infrà habet̄:Tollens Moſes tabernaculum, tetendit illud extra caſtra. Vel ſic:
Exo.33. Coram domino .i. coram columna nubis. Dn̄s nanq; in nube illa, & item in tabernaculo
illo ſpecialiter fuiſſe aſſerit̄,inquātū ibi ſpecialiter apparebat,opabat̄,aut loquebat̄.Ideo co
Hebr.4. rā nube aut tabernaculo accedēdo,corā dn̄o acceſſiſſe dicūt̄.[Audiuit em̄].i.cognouit [mur
Sapi.1. mur veſtrū.]qm̄ oīa,nuda & aperta ſunt oculis eius:atq; vt ſcriptum eſt,Auris zeli audit oīa.
[Cumq́; loqueret̄ Aaron ad oēm cœtum filiorum Iſrael, reſpexerunt ad ſolitudinē.]Iā in ſoli
tudine erant,q̄liter ergo reſpexerunt ad eā? niſi forte dicat̄ ꝙ ſcribunt ad ſolitudinē reſpexiſ
ſe,qa ad quandam eius partem,oculis eorum oppoſitam, in qua erat columna nubis, cū ſpe
ciali diligentia conſpexerunt, qa inſolitum aliquid ibi apparuit. Vnde ſubiungit: [Et ecce
gloria domini apparuit in nube].i. Deus maieſtatem ſuam monſtrauit in columna nubis,p
ſupernaturalē & incōſuetū quendā ſplendorē ſenſibilē,diuinæ p̄ſentiæ repræſentatiuū.[Lo-
cutus eſt autē dn̄s ad Moſen,dicēs:Audiui murmurationes filiorum Iſrael.Loquere ad eos: Ve
ſpere cōedetis carnes,& mane ſaturabimini panibus: ſcietiſq; ꝙ ego ſum dn̄s Deus veſter.]
Origen. ¶Circa hoc loqt̄ Origenes:Velim ſcire q̄liter Iudæi iſta dicta ſuſcipiāt. Quid em̄ cōſequen
tiæ videt̄ habere,vt aut veſpe carnes ſine panib⁹ cōedant, aut mane panes abſq; pulmēti ad-
Idem. iectiōe māducēt? Et videt̄ Origenes inſinuare,ꝙ iſta nō valeāt ad literā pprie ſtare.Nihilo-
minus dici poteſt,ꝙ ideo dominus dixit,Veſpe cōedetis carnes, qa in veſpera diei illius col
legerunt cōeſtibiles aues in copia.Ideo q̄q; diſſeruit, Mane ſaturabimini panibus, quia di-
luculo

luculo mox ſequēte pluit eis manna ſufficiēs,ex q̄ panes formabant.Et forſitan in veſpera il
la qdam illorum p̄ auiditate guloſa coxerunt auium carnes,comederuntq́; eas. Nā & qdam eo
rum adhuc aliqd habuerunt de pane,vt pbabile reputat̄.[Factum eſt ergo veſpere, & aſſcen
dens coturnix,cooperuit caſtra].i.multitudo copioſiſſima coturnicum,quæ ſunt comeſtibi
les volucres, veniens & peruolans mare rubrum,p latum reſedit ſuper domos Hebręorum,
& quieuit in terra iuxta eoſdem, ita ꝙ iuxta bn̄placitum ſuum aues illas ceperunt. De hoc
in Scholaſtica narratur hiſtoria:Aſſcendit coturnix de ſinu Arabico.i.à regione ſeu loco q̄- Euſebi.
dam Arabiæ,vbi præcipue alitur,trāſcenſo medio mari,operuit caſtra. Eſtq́; coturnix auis
regia,quam Ioſephus ortygiam vocat,Gręci ortygometran,nos vulgo curleium dicimus, Ioſep.li.
à currendo, quia videlicet frequenter curſitant ſuper terram. Hinc in Sapientiæ libro legi- 3.an.Iu.
tur:Viderunt nouam creaturam auiū,cum abducti concupiſcētia, poſtulauerunt eſcas epu- cap.1.
lationis.In alloquutione enim deſiderij aſſcendit illis de mari ortygometra.Quocirca ſcri- Sapi.19.
bunt expoſitores: Ortygia eſt regio ſeu inſula,in q̄ habitant & abundant coturnices,duo-
bus ſuper terram cubitis volitātes.¶Quærit̄,cur dominus prius dedit eis carnes ad mandu-
candum,q̄ panes.Dici poteſt,ꝙ adhuc modicū qd habebāt de panibus pro veſpera illa,nihil
aūt de carnibus affectatis.Vel, qa in ſua querimonia primo noīabant carnes, poſtea panes,
dicēdo:Vtinam mortui eſſemus in Aegypto,qn̄ ſedebamus ſuper ollas carnium,& cōedeba
mus panes in ſaturitate.¶Iterum quæri poteſt,cur de carnium defectu murmurauerūt,& earum
eſum ſic affectabant,cum haberent ſecū tot comeſtibilia pecora.Ad hoc Auguſtinus rn̄det: Auguſt.
Cur in eremo carnes deſiderauerūt,quum de Aegypto cū multis pecoribus exierint,magna
quæſtio eſt,niſi forte dicat̄, ꝙ in eremo nō fuerant paſcua. Ideo minor pecorum fœcunditas,
fecit eis parci, ne oībus eis deficientibus, etiā ſacrificijs neceſſaria deeſſent. Vel,ſi qd aliud
dici poteſt,vnde ſoluatur quæſtio hæc.Cōgruētius tamen credit̄, ꝙ non deſiderauerunt eas
carnes q̄ de pecorib⁹ poſſunt haberi,ſed eas quę deerāt.Rurſus aſſerit Auguſtinus:Aues illas Idem.
multi Latini coturnices vocant,cū ſit aliud genus,coturnicib⁹ nō vſq;quaq; diſſimile.[Ma
ne q̄q; ros iacuit p circuitum caſtrorum.]Hoc Lyra exponens, ait:Ros.i. manna ad modū ro-
ris congelati.Vnde infrà dicitur,ꝙ habuit ſimilitudinē pruinæ,quæ eſt ros congelatus. Iſta
eſt expoſitio catholicorum,ſecundum quā māna cadebat immediate ſuper terrā,ſicq́; per ro-
rem vel pruinam deſignat̄ hic manna.Deinde ſubiūgit:Rabbi Salomon exponit hunc locū R.Salo.
ſubtilius, dicēs ꝙ primo cadebat pruina ſup terrā,& poſtea ros aliquātulū cōgelatus deſup,
ita ꝙ manna iacuit inter duo illa tanq̄ munde ſeruatū.Vnde in Hebręo habet̄:Mane q̄q; fuit
operimentum roris in circuitu caſtrorum,& aſſcendit opimentum roris,& ecce in ſolitudine
minutum diſcoopertum.Sed circa hoc dico,ꝙ multi doctores catholici adſtruūt māna fu-
iſſe diſtinctum à rore,& illud cum rore pariter deſcēdiſſe,præſertim cum ſcriptū ſit in Nu- Nūe.11.
merorum libro:Cumq́; deſcēderet nocte ſuper caſtra ros,deſcēdebat pariter & Man. Vbi ſatis
euidēter docetur,manna fuiſſe diſtinctum à rore.Non ergo oportuit in hac expoſitione p-
fidum illum catholicis doctoribus ſic p̄ferre.Doctores vero catholici,q dicunt manna per
rorem intelligi,dicunt hoc per ſimilitudinē vnius cum alio.Nā & in Scholaſtica hiſtoria dr̄
ex Ioſepho:Mane cū oraſſet Moſes,ros deſcēdens,illinitus eſt manib⁹ eius, quē primo ſuſpi Euſebi.
catus eſt eſſe imbrē:ſed cum guſtaſſet,ſenſit mellis dulcedinē, & panē pmiſſum intellexit da Ioſe.li.3.
tum.Et iacuit ros per circuitum caſtrorum,& erat granū minutū q̄ſi ſemē coriādri, album in An.Iud.
modum pruinæ,& q̄ſi pilo tuſum.Hoc eſt q̄d in textu ſubiungit̄:[Cumq́; operuiſſet]ros [ſu- cap.1.
perficiem terræ,apparuit in ſolitudine minutum.]Non ait:Apparuit in ſolitudine minut⁹,
videlicet ipſe ros,ſed tanq̄ de re alia loquēs:Apparuit, inqt,in ſolitudine minutum,& q̄ſi pi
lo tuſum &c.i.res quædā minuta, ante incognita, neq; viſa,& q̄ſi pilo tuſa.i. q̄ſi tali inſtru-
mēto percuſſa,qm̄ erat mundum ac lucidum,q̄ſi fuiſſet in mortariolo tuſum,folliculiſq; exu
tum,quemadmodū & à grano frumēti cortex percuſſionib⁹ amouet̄.[Quod cū vidiſſent filij
Iſrael, dixerūt ad inuicē:Man hu? (Quod ſignificat,Quid eſt hoc?)Ignorabāt em̄ qd eſſet.]
Ideo admirādo ita locuti ſunt.Neq; enim ſimile qd viſum antea fuit,eiuſdē videlicet ſpeciei.
Si aūt fuiſſet idē q̄d ros,non ſic admirati fuiſſent.[Quibus ait Moſes:Iſte eſt panis].i. mate-
ria panis ex eo fiendi.Vel noīe panis intelligit̄ q̄dlibet alimētum.Manna aūt per ſe fuit aliq̄-
liter refectiuū.[quē dn̄s dedit vobis ad veſcēdum.Hic eſt ſermo quē p̄cepit vobis dn̄s].i.cui-
us ſignificationē iuſſit à vobis impleri.Vnde ſermo hic ſumit̄ p re ſignificata p ipſum.Dein
de p̄ceptum ſubiungit: [Colligat vnuſqſq; ex eo quātum ſufficit ad veſcēdū, gomor per ſin- Exo.16.
gula capita].i.pro vnoq̄q; ſuppoſito colligat̄ tm̄,ſicut continet mēſura noīe gomor,q̄ ſecun
dum Gloſſam eſt mēſura qnq; ſextariorum,& vt in fine huius capituli ſcribit̄,eſt decima pars Ioſe.li.3.
ephi,quā mēſurā Ioſephus vocat aſſariū.Noīa aūt & modi mēſurarum,apud diuerſos diuerſifi- An.Iud.
cant̄,ſicut numiſmata:ideo latet nos q̄titas determinata illius mēſuræ,ſecundū nr̄arum mane- cap.1.
riē menſurarum. Recitat tn̄ Lyra, ꝙ ſecundū R.Salomonē, gomor tenet quantitatē quadra- R.Salo.
gintaduorum ouorum. Alij ex dictis Iſidori ac Papiæ nituntur probare, ꝙ gomor continet Iſidor.
quar-

quartā Pariſiēſem cū media.[Iuxta numeꝝ animaꝝ veſtraꝝ quæ habitāt in tabernaculo,]
ſic[tolletis.]hoc eſt, Vnuſqq; paterfamiliàs accipiet omni die tot gomor repleta ex manna
q̊t ſunt in domo ſua pſonæ q̃ veſcanť hoc pane. Quāuis aūt vnus naturaliter multo plus mā-
ducet q̄ alter,Deus tñ p̃fixit vniuerſis & ſingulis eādē mēſurā:qm̄ teſte Ioſepho,quēadmodū
Ioſep.li. māna ſupnaturaliter donabať, ſic ſupnaturaliter Deus diſpoſuit, vt & fortioribus ſufficeret
3.an. Iu. illa menſura,& à debilioribus poſſet ſine exceſſu cōſumi, ne fortiores cupiditate gulaq; du-
cap. 1. cti,tam multum & impetuoſe colligerent, ꝙ debiliores fraudarentur,fieretq; inter eos tur-
batio.Nec his contrariatur q̊d ſubditur:[Feceruntq; ita filij Iſrael,& collegerunt,alius plus,
alius minus.] Quidam em̄ habuerunt plures domeſticos, alij pauciores: ideo vnus potuit
plus mannæ de terra colligerè,alius minus.Sed in hoc ſeruabať æq̄litas, ꝙ pro vnaquaq; p-
ſona æque multum dabatur & reſeruabatur de manna. Propterea ſeq̄tur: [Et menſi ſunt ad
menſuram gomor.]Quia ꝓ vnoq̊q; tantum accipiebatur. [Nec qui plus] de manna [colle-
gerat,habuit amplius:nec q̄ minus parauerat,]hoc eſt,ſibi procurauerat,[reperit minus:ſed
ſinguli iuxta id q̊d edere poterant,cōgregauerant.]hoc eſt,Vnuſquiſq; ſibi aſſumpſit præfa-
tam menſuram.Veruntamen ſicut Magiſter in hiſtorijs ſubtiliter tangit,iſtud dupliciter in-
telligi poteſt.Primo,ſic ꝙ collecta ex manna, reponebanť in grandes aceruos, ex q̄bus vni-
cuiq; vnum gomor menſurabatur atq; dabatur. Secundo, ſic ꝙ quantumcunq; quis pro ſe
collegerat,tñ veniens domum,non reperit niſi menſuram vnius gomor. Et ſecundum Ioſe
Idē vbi phum,q̊d vltra hoc fuit collectum & reſeruatum,ad nihil vtile fuit in craſtino, quoniā ver-
ſupra. mes & amaritudo illud conſumpſerant.¶Porro litera primo intellectui magis conſonare vi
detur.Nam dictum eſt,Menſi ſunt ad menſuram gomor.[Dixitq; Moſes ad eos: Nullus re-
linquat ex eo in mane.]hoc eſt,nullus veſtrū reſeruet de menſura mannæ vnius diei aliq̄d in
diem ſequentem. Cuius præcepti cauſa ſuperius tacta eſt,ne ſ.ſoliciti eſſenť de craſtino,nec
ex tali ſolicitudine vnus alteꝝ defraudaret in colligēdo, ſed filialem habendo cōfidentiam
in prouidētia Dei,& exonerati à cura & repoſitione ꝓ ſuſtētatione futura, Deo liberius de-
ſeruirent. Veruntñ ſexta die ſeruabant manna ꝓ die ſequenti,vt infrà exprimiť.[Qui nō au
dierunt eum,]hoc eſt,p̃cepto Moſis iam p̃fato non obedierunt. [ſed dimiſerunt q̄dam ex eis
vſq; mane:]Et dicunt Hebræi,ꝙ iſti erant Dathan & Abiron. Potius aūt puto, ꝙ multi fue-
runt,cū infra tot centena millia,factū duoꝝ viroꝝ nō tm̄ reputareť.[Et ſcatere cœpit v̄mi
bus,atq; cōputruit] manna ſic reſeruatū die ſequenti. Hoc tñ (vt crediť) non venit ex natura
mannæ,immo hoc cōſeruabile fuit ex ſua natura ad tempus diutius, ſed in deteſtationē in-
obedientiæ,guloſitatis,ac immoderatæ ſolicitudinis reſeruantium manna,iuſſit Deus illud
ita corrumpi,& ne amplius ſic ſeruarēt.[Et iratus eſt cōtra eos Moſes] ira ꝑ zelum,ex chari
tate,& affectu iuſtitiæ.Nā vt apparet,mortaliter peccauerunt ſic reſeruando cōtra pręceptū.
Moſes autem exceſſum illoꝝ cognouit,vel ex reuelatione diuina, vel ex reuelatione huma
na.[Colligebant aūt mane ſinguli]manna,[quantum ſufficere poterat ad veſcendum:] pu-
ta menſurā gomor.[Cūq; incaluiſſet ſol].i.ſole paululum aſſcendente,& terram calefaciēte,
manna[liquefiebat.]ideo mane colligebatur,ſtatim cum ros ei admixtus,reſolutus & con-
ſumptus eſſet à ſolis calore,cum iuxta ignē induraret, q̊d rori non cōuenit: idcirco non fuit
ros.[In die aūt ſexta collegerunt cibos duplices.i.duo gomor per ſingulos homines.]Qua-
liter hoc poſſit dupliciter intelligi, pauloante inductum eſt. Quidā aūt exponunt hoc ſic, ꝙ
ſexta die nō collegerunt plus q̄ alijs ferijs ꝓbant hoc per textum ſequentem:[Venerunt autē
oēs principes multitudinis,& narrauerunt Moſi.]Quod ita exponunt:Principes vulgi admi
rantes de hoc,ꝙ menſura mannæ ſexta die collectæ, fuit in ſe ipſa ſic duplicata miraculoſe,
ꝙ tm̄ inuenerunt in domo, ac ſi ipſa ſexta die duplum collegiſſent, venerunt & recitauerūt
Moſi tm̄ miraculum. Præterea,qui vellet aliam expoſitionem tenere,poſſet hāc literam ali-
ter explanare,dicendo ꝙ venerunt, nunciaueruntq; Moſi,duplicē quantitatē mannæ ſe col-
legiſſe in ſexta die,ſicut eis præcepit,vt ab eo audirent,quādo & qualiter facerēt panes ex du
plo illo,& an eſſet piculum de mannæ putrefactione. Immo, ꝙ iſte ſit ſenſus clauſulæ huius,
videť ex verbis ſequētibus.[Qui ait eis: Hoc eſt q̊d loquutus eſt dn̄s:Requies ſabbati ſanctifi
cata eſt dn̄o].i. quies, qua die ſeptima ceſſandū eſt ab opibus atq; laboribus, ordinať ad hoc,
vt tunc Deo vaceť:eiusq; cultui dedicatur reqes illa,idcirco in ea nihil coquendum eſt. Vn-
de ſubiungiť:[Cras quodcunq; operādum eſt,facite:& quæ coquēda ſunt, coquite.]Hoc eſt,
ea quæ die craſtina,ſ.ſabbato, faceretis & coqueretis, niſi præceptum celebrandi ſabbatum
impediret, facite & coquite ſexta die. [Quicq̄d aūt reliquum fuerit].i. quod de manna non
cōſumitis,q̄ die illud collegiſtis:[reponite vſq; in mane].i.reſeruate ꝓ die ſequēti ſeu ſabba
*Repo- to.[*Feceruntq; ita vt præceperat Moſes,& non cōputruit,neq; vermis inuentus eſt in eo:]
ſuerunt puta in manna ſic reſeruato, ſeu in pane formato, quæ formatio ſeu decoctio fiebat in die
ſexto,ſecundum modum qui in Numeris eſt deſcriptus, & paulopoſt tangetur. [Dixitq;
Nūe. 11. Moſes: Comedite illud hodie.] Iſtud dixit Moſes in ipſa ſabbati die, vt ſit ſenſus: Illud
quod

quod reſeruaſtis de manna ac alio cibo, à die præcedente vſq; in hodiernū, manducate hoc
ſeptimo die.[q̄a ſabbatū*dn̄i eſt.]ꝓpter q̊d reſeruaſtis illud in hūc diē,in q̊ non licet manna * dn̄o
colligere, immo nec inueniret in eo. Ideo ſubdiť:Non inuenietur hodie in agro].i.in terra
huius deſerti,in qua q̄ſi in agro aliq̄d creſcit graminis ſeu herbaꝝ.[Sex dieb9 colligite &c.]
ſicut expoſitum eſt.[Venitq; ſeptima dies,& egreſſi de populo,vt colligerent] manna, cū tñ
eſuriē nō haberēt,nec indigerēt colligere,ſed ſuperflua ſolicitudo,guloſitas, aut etiā curio-
ſitas incitauit eos ad illū egreſſum,q̄tenus experirenť,an prolata à Moſe, eſſent vera. [non
inuenerunt.[Dixit aūt dn̄s ad Moſen: Vſq;q̊ non vultis].i.aliqui ex vobis non volūt,[cuſto-
dire mandata mea,] quæ vobis præcepi de modo & tempore colligendi, edendiq; manna,
& legem meam]de ſabbati celebritate ſeruanda? [Videte ꝙ dominus dederit vobis ſabba-
tum].i.diem ſabbati celebrari præcepit,& in eo vos quieſcere iuſſit. [& propter hoc die ſe-
xta tribuit vobis cibos duplices. Maneat vnuſquiſq; apud ſemetipſum]id eſt, de loco ſuo nō
recedat. vnde expoſitorie ſubdiť:[& nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo]id eſt,ad ope
randum non exeat,nec vſq; ad fatigationem conficiat iter,nec ſine rationabili cauſa ſuę ha
bitationis exeat ſepta.[Et ſabbatizauit]hoc eſt,ab exterioribus quieuit operibus [populus
die ſeptimo.]ad recordandum beneficia Dei,ſpecialiter creatoris beneficium, atq; ad quie-
ſcendum in Deo per exercitia deuotiōis. Sic vtiq; quidam in populo illo ſabbatizauerunt,
videlicet iuſti. Alij corporaliter,non ſpiritaliter, ſabbatizabant,q & per mentis diſtractio-
nem,inordinatas affectiones, ac alias culpas, à ſeipſis longe digrediebātur. ¶Præterea,ſic-
ut fatur Andreas expoſitor,De manna cōtulit Deus octo p̃cepta:Primum,vt vnuſquiſq; col
ligeret māna quātum putaret ſibi ſufficere, vtpote gomor pro quolibet homine. Secundū,
vt vnuſquiſq; q̊tidie comederet vnum gomor de manna præciſe. Tertium,vt mane collige-
rent. Quartum, vt non reſeruarent ex manna in craſtinum pro aliquo ſex dieꝝ. Quintum,
vt ſexto die colligerent duplum. Sextum, vt ſexto die reſeruarent vnum gomor pro ſabba-
to. Septimum,vt illud gomor in ſabbato manducarēt. Octauum, vt vnum vas continēs men
ſuram gomor,reſeruareť de manna in tabernaculo,ad ꝑpetuam rei memoriā. Itaq;,q in ali
q̊ hoꝝ exceſſerūt,videnť peccaſſe mortaliter. [Appellauitq; domus Iſrael nomē eius,Man.]
id eſt, Iſraeliticus populus panē illū cum rore delapſum vocauit Man, q̄a dū primo viderunt
eum,dixerunt: Man hu: q̊d eſt quid cōplexum.i.duæ dictiones,& ſonat, Quid eſt hoc? ita ꝙ
Man,ſignificat q̄d: Hu aūt, hoc. Nā & Ioſeph9 ſic exponit. Poſteriores tñ Iudæi dicūt, ꝑ Man,
ſignificari p̃paratū(ſeu rem p̃paratā)ad comeſtionem: ſicq; diceretur panis hic, Man,i.res à Ioſe.li.3.
Deo præparata ad eſum. Nos aūt vocamus eum manna.i.panem cæleſtem.[quod erat quaſi anc. iud.
ſemen coriandri].i.ſimile ſemini illi in figura & quantitate,qm̄ paruū fuit atq; rotundū, ſed cap.4.
in colore differebat à ſemine illo q̊d nigrū eſt. Māna vero extitit albū,ſicut in textu ſubiūgi
tur:[albū,guſtuſq; eius q̄ſi ſimilæ cū melle].i.dulciſſimi fuit ſaporis ad inſtar panis confecti
ex ſimila melle mixta. Simila quippe eſt delicatiſſima atq; puriſſima tritici farina. De hoc
pane & eius ſapore ac confectione,legitur in Numeris: Erat Man quaſi ſemen coriandri co Nūe. 11.
loris bdellij,circuibatq; populus,& colligēs illud,frāgebat mola,ſiue terebat in mortario,co
quēs in olla,& faciens ex eo tortulas ſaporis q̄ſi panis oleati. Diciť aūt panis oleatus,in cui-
us piſtratione oleū admiſcetur. ¶Sed quæri poteſt, ſi panis ille fuit tam dulcis, cur quidam Nūe. 21.
dixerunt de eo: Anima noſtra nauſeat, & arida eſt, ſuꝑ cibo iſto leuiſſimo? Reſpondetur, ꝙ
naturalis ſapor mānæ,fuit dulcis valde & vnicus,vtpote talis,vt dictum eſt. Alius fuit ſapor
eius ſupernaturalis ac multiplex,quem habuit in virtuoſis ac iuſtis,quibus ſapiebat vt volu
erunt. Si enim appetebant refici aliquo genere carnium aut piſcium, ſapuit eis vt cibus ille
optatus,q̊d fuit ex gratia Dei,meritiſq; veſcentium. Tertius fuit ſapor eius accidētalis,quē
habuit in iniuſtis,quibus propter eorum ꝑuerſitatem fuit inſipidus. Veruntamen in Schola Euſebi.
ſtica hiſtoria legitur: Quòd autē dicitur,quia ſapiebat in ore cuiuſq; quod deſiderabat,non
eſt multū authenticū. forſitan ideo dictum eſt,quoniā liber Sapientiæ, ex quo dictum illud Sapi.16.
accipiť,non eſt de numero ſcripturæ canonicę. Veruntamē iſtud iam ſatis authenticum eſt,
& viri catholici tenent ſic cōmuniter. Vnde & Sapiens idem ait: Angeloꝝ eſca nutriuiſti po Ibidem
pulum tuum,& paratum panem de cælo præſtitiſti eis ſine labore,omne delectamentum in
ſe habentem,& omnis ſaporis ſuauitatē: ſubſtantiam enim tuam & dulcedinē quam habes
in filios,oſtēdebas:& deſeruiēs vniuſcuiuſq; volūtati, ad q̊d quiſq; volebat,cōuertebatur. Di
cit autem & Ioſephus,ꝙ locus ille quo manna primum deſcendit,hactenus rigatur ſiccis im Ioſe.lib.
bribus & huiuſmodi rore.[Dixit autem Moſes: Iſte eſt ſermo quem præcepit dominus: Im- 3.anti.iu
ple gomor ex eo:]hoc eſt, dn̄s mihi iuſſit,vt faciam menſuram gomor impleri hoc manna, da.ca.1.
[& cuſtodiatur in futuras retro gn̄ationes].i.per tempora futura, durante ſtatu & ritu Iſrae
liticę plebis.[vt nouerint panē q̊ alui vos in ſolitudine,quādo educti eſtis de terra Aegypti.]
hoc eſt,quatenus poſteri veſtri recolant & ꝑpendant, q̄ gratioſe & miraculoſe nutriui patres
eorum in eremo,vt & grati ſint Deo,& roborentur in fide.[Dixitq; Moſes ad Aaron: Sume
vas

vas vnum,] hoc eſt,receptaculum aptum.Eſt eqdem ꝓprietas Hebræi ſermonis,vt q̃d contẽ-
tiuum eſt alicuius rei,vas appelletur.[& mitte ibi man].i.manna pone in vaſe illo.[quãtum
poteſt capere gomor,] videlicet menſura ſic nuncupata.[& repone corã domino] hoc eſt,in
tabernaculo,in q̃ dominus ſpecialiter eſſe & habitare cenſet.[ad ſeruandum in generatiões
vestras,ſicut*præcepit dominus Moſi. Poſuitq́ꝫ illud Aaron in tabernaculo reſeruandum.]
*p̃cepat Primo enim poſuit mãna illud in vrna,immo in aurea vrna,vt in hiſtorijs ait magiſter.Vn
de in epiſtola ad Hebræos habet:Vrna aurea habẽs manna.¶Deniqꝫ iam in iſto articulo di-
Hebr.9. ctum eſt,ꝙ quando Moſes iuſſit hæc,fuit ibi tabernaculũ paruum:& in illo,qdam catholici
& Hebræi affirmant,vrnam illam cũ manna fuiſſe locatam,q̊uſqꝫ magnum tabernaculũ fuit
cõſtructum.Alij dicunt,ꝙ non fuit poſitũ vas illud cum manna,niſi in tabernaculo magno.
Vnde q̃d hic dicitur,intelligunt dictum ꝑ ꝓlepſim.i.anticipationem,q̃ aliqd recitat q̃ſi an-
August. tea factum,cum tamẽ factum ſit poſtea,ſicq́ꝫ Auguſtinus exponit: immo (vt fertur) Hebræi
nonnulli teſtantur,ꝙ Deus non dedit iſtud præceptum ante magni tabernaculi cõſtructio-
nem in monte Sinai facti,vt infrà deſcribitur.[Filij aũt Iſrael comederũt man q̃draginta an
nis.] videlicet toto tẽpore q̃ fuerant in deſerto.ideo ſubditur:[donec venirent in terrã habi
tabilem.Hoc cibo aliti ſunt vſqꝫq̊ tangerent fines terræ Chanaan.] Veruntamẽ ſicut in Gloſ
August. ſa ex Auguſtino aſſeritur, non eſt intelligẽdum ꝙ filij Iſrael non ceſſauerũt comedere man
na,ſtatim vt introierunt habitabiles terras. Tranſierunt enim ꝑ Idumæam ex latere, & ꝑ re-
Idem. gna Seon & Og vſqꝫ Iordanẽ,in qbus terris vſi ſunt manna. Additq́ꝫ Auguſtinus, ꝙ in terris
illis potuerunt fortaſſis vti tam manna,q̃ alio pane. Tranſito aũt Iordane,& facta circunciſi
one ſecunda in Galgalis,celebratoq́ꝫ paſcha,defecit manna die ſequenti, cum comediſſent
Ioſue 5. de frugibus terræ Chanaan,vt habetur in libro Ioſue.¶Poſtremo circa hæc recitat R. Pau
R. Paul. lus,ꝙ inter Hebræos antiquos multum authenticos,fuit diſceptatio grandis de mãna.Nam
R. Agla. qdam eoꝝ,videlicet Rabbi Agla, dixit manna fuiſſe panem quo veſcunt & angeli,q̃d alius
R. Iſma. nomine Rabbi Iſmael reprobauit, dicens angelos non veſci corporeo cibo. Moderni autẽ
R. Moſ. Hebræi,vt Rabbi Moſes Gerundenſis,& alij,ſequuntur primam opinionem, dicẽtes ꝙ man
na fuit lumen diuinum incorporatũ:ſicq́ꝫ filij Iſrael reficiebãtur eodem pane, q̊ angeli refici
untur,eodẽ lumine diuino nõ incorporato,Iſraelitæ autem lumine diuino incorporato.Sed
iſta opinio ſtulta & rudis eſt.Si enim per lumen diuinum intelligunt lumen increatũ æter-
num,quod Deus eſt,cõſtat illud non eſſe incorporatum.Si autem per lumen diuinum intel
ligunt lumen creatum,videlicet lumen gloriæ, aut aliquid tale angelis ſanctis infuſum ſiue
inhærens,certum eſt,ꝙ illud non ſit ſubſtantia,ſed accidens quoddam,cui non cõpetit incor
porari,neqꝫ corporaliter alere & augere.ideo ſancti dicunt,ꝙ manna fuit qd corporale,mi
niſterio angeloꝝ formatum in aere. Vnde & panis angeloꝝ vocatur, nõ ꝙ illo veſcant, ſed
quia ad eius formationem ac adminiſtrationem ſeu deſcenſum,obſequebantur.

¶Spiritualis eiuſdem cap.XVI. elucidatio. Arti. XXXIIII.

CVm veniſſent filij Iſrael in deſertum Sin,murmurauerunt cõtra Moſen ꝓpter victuali-
um carentiam,& loci aſpitatem atqꝫ infœcunditatem.Per ſolitudinem illã, arcta via ſa
lutis, cõuerſatio pœnitentialis, clauſtralis q̊qꝫ religio deſignatur. Itaqꝫ ꝑ carnalium Iu
dæoꝝ murmurationem,figurata eſt impatientia,indignatio,murmuratio Chriſtianorum
modicam fidẽ habentium,q adhuc ſenſualitatem non euicerunt. Iſti poſt arreptum iter ſa-
lutis,poſt pœnitentiã inchoatam,aut poſt religionis ingreſſum,tentant de facili,dum aduer
ſitates,irriſiones,ꝑſequutiones aut infirmitates eis contingunt,dum non reficiunt ad libitũ,
dum fame,ſiti aut frigore affligunt,in tñ,vt interdum ſuis ſupioribus indignentur,aut ob-
loquantur,vel q̊d peius eſt,in faciem iniurient eiſdem. Non eñ attẽdunt ꝓuidentiam Dei,
oĩa iuſtiſſime pro ſuoꝝ electoꝝ ſalute moderantis ac diſponentis.Idcirco in tentatione defi
Origen. ciunt,& ꝓpria impatientia ſuperant. Deniqꝫ ſicut & Origenes conſcribit, quãdo de intẽpe-
rie cæli,de infœcunditate terræ & arboꝝ,de imbrium raritate,de alioꝝ ꝓſperitatibus cau-
ſamur,murmur contra Deum attollimus. Et ſicut in filios Iſrael murmurantes, tandẽ ſunt
miſſi igniti ſerpentes, ita q in p̃miſſis ꝑmanent vitijs, immundiſſimis traduntur ſpiritibus
Nũe.21. & venenatis dæmonibus, q eos occultis p̃imunt morſibus. Væ eis q poſt conuerſionẽ ſuã ad
ollas carniũ,id eſt,ad priſtinas voluptates & vanitates, de qbus ſemꝑ lugendũ eſt, rurſus ad-
Pro.26. ſpirãt,q ſunt canes reuerſi ad vomitum. Dixit aũt dominus ad Moſen: Ego pluam vobis de
cęlo.Sic Deus ex ſua pietate immenſa interdũ q̃ſi compatit ita murmurantibus & auerſis,at-
qꝫ ꝑ conſolationem ſpiritalem,ꝑ viſitationem internã,recreat,retrahit,ac roborat eos. Vir-
tuoſis aũt & in via ſalutis ac religionis ꝓpoſito iugiter ꝓficientibus,multo copioſius atqꝫ fre
2.Cor.1. quentius pluit & infundit huiuſmodi manna. Qui dicere poſſunt:Benedictus dñs q conſola
Pſal.30. tur nos in omni tribulatiõe noſtra. Itemq́ꝫ,Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domi-
ne.Itaqꝫ ꝑ manna poteſt intelligi diuinæ conſolationis ſuauitas,ſpiritalis dulcedo, affluen-
tia muneꝝ diuinoꝝ, p̃dicatio q̊qꝫ verbi cæleſtis, & potiſſimum euchariſtiæ ſacramentum.
Immo

Immo ipſe dñs Ieſus Chriſtus,qui ait Iudæis:Non Moſes dedit vobis panem de cælo,ſed pa- Ioan. 6.
ter meus dat vobis panem veꝝ.Ego ſum panis vitæ.qui manducat hũc panem,viuet in æter
num.In hoc pane veriſſime eſt omne delectamẽtum,& oĩs ſaporis ſuauitas. Iſte eſt panis an
geloꝝ,cuius deitate angeli ſancti æternaliter & inſatiabiliter reficiunt.Iſte panis eſt lumen di
uinũ,verbũ æternũ,incorporatũ & incarnatũ,quo veri Iſraelitæ aluntur.¶Præterea,ſalubris
doctrina,ſacra ſcriptura,verbũ ſalutis,recte vocat manna dulciſſimũ:quo quid dulcius eſſe
poteſt,cũ ſcriptũ ſit: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua? Hinc Ionathas & veri Hebræi Pſal.118.
primo Machabæoꝝ libro fatent:Nos nullo hoꝝ indigemus, ſolatio habẽtes ſanctos libros
qui in manibus noſtris ſunt. Toties itaqꝫ Deus pluit,quoties verba ipſius p̃dicant hominibꝰ. 1.Mac.12
Dulciſſima aũt ipſius pluuia,eſt vnctio ſpũſſancti,alloquutio eius interna,illuminatio ſupna
turalis, qua diuina intelligunt ſecreta. Vnde ait propheta: Pluuiã voluntariã ſegregabis De
us hæreditati tuę.Inſuꝑ quodlibet mãna p̃fatũ debemus quotidie quęrere mane,iuxta illud, Pſal.67.
Quærite primo regnũ Dei.& tantũ mãducare.i.mẽte capere,quãtum poſſumus,vt ad melio
ra & viciniora ſaluti indefeſſe tẽdamus.Sexta aũt die duplum oportet colligere, qm̃ in ꝓfe-
ſtis diebus debemus nos ſpecialiter p̃parare ad ea quæ ſunt cultus diuini,atqꝫ ad ſacrã com- Matt. 6.
munionẽ,expediẽdaq́ꝫ corporalia expedire,vt in ſancta feſtiuitate ſolis diuinis ac interiori-
bus ſimꝰ intẽti.Quẽadmodũ aũt mãna ſeruatũ in diẽ ſequentẽ cõputruit,ſeruatũ vero in ſab
batum,integrũ mãſit:ita ſi bona agamus amore retributiõis terrenæ,aut intuitu laudis hu-
manę,pereũt & putreſcũt:ſi aũt ꝓpter requiem regni cęleſtis,quę ꝑ ſabbatũ deſignat,optime
cõſeruant. Veſpere ſcietis ꝙ dñs eduxerit vos de terra Aegypti,& mane videbitis gloriã eiꝰ.
Per veſperã deſignat ſexta & vltima mundi ætas, in qua filius Dei venit in mundũ ꝑ incar-
natiõis myſteriũ, de qua ait ſanctus Ioãnes apoſtolꝰ, Nouiſſima hora eſt:in qua ꝑ apoſtolos
toti p̃dicatũ eſt orbi,q̃liter Chr̃s nos de hoc ſeculo nequã ſaluauit. Mane autẽ videbimꝰ glo 1.Ioan.2
riã eius,qa in reſurrectiõe futura, & in exordio,q̃ eum reſuſcitati in die æternitatis ſumꝰ vi-
ſuri,videbimꝰ eũ clare & beatifice ſicuti eſt. Poteſt q̊qꝫ ꝑ mane intelligi inchoatio illumina-
tionis ſupernæ,ſeu exordiũ diei gr̃æ ac virtutũ,in quo mane videbimus gloriã eius,excellen
tiã ſuæ diuinitatis ꝑ donũ ſapientiæ cõtemplãdo. Rurſus impletũ eſt iſtud q̃ſi ad literã, dum
Chr̃o in cruce defuncto,poſt innumerabilia q̃ tũc fiebãt, eodẽ die ad veſperã multi confeſſi
ſunt, qa hic homo vere filius Dei fuit. Quod licet à ſolo centurione dictũ legat, Nicodemus Lucę 23.
tñ,Ioſeph ab Arimathia,& alij multi vtriuſqꝫ ſexus ita ſenſerunt,ſaltẽ implicite & æquiualẽ- Ioan.19.
ter,quãuis in fide nutauerũt. Nam & oĩs turba eoꝝ qui aderãt percutiẽtes pectora ſua,reuer Mat. 27.
tebant. Mane aũt tertiæ diei,qua Chr̃s reſurrexit,maieſtatẽ eius viderũt ſanctę mulieres,quę Lucæ 23.
ad ſepulchrũ venerunt, q̃ & angelos cõſpexerunt. Locutus eſt dñs ad Moſen,dicens:Audiui Mat. 28.
murmurationes filioꝝ Iſrael. Timeamus ergo & nos,ne Deꝰ audiat murmurãtes,& implea Mar. 16.
mus illud Apoſtoli:Neqꝫ murmuraueritis, ſicut quidã illoꝝ murmurauerũt. Vnde & Sapi- Lucę 24.
ens p̃cipit:Cuſtodite vos à murmuratione quæ nihil prodeſt, qm̃ ſermo obſcurus nõ ibit in 1.Co.10.
uacuum. Nẽpe vt aſſerit Auguſtinus:Nulla re tantũ offendit populus Iſrael Deũ,vt murmu Sapi. 1.
rãdo. Pręcipue q̊qꝫ vitemus, ne cõtra p̃latos & ſpiritales patres noſtros aliq̃n murmuremus, Auguſt.
ne & ipſi iuſte ac veraciter dicãt nobis:Non cõtra nos eſt murmur veſtrũ,ſed cõtra Deum,&
ne Deus illoꝝ iniuriã reputet ſibi factã,& horribiliter vindicet eã. Veſpere comedetis carnes,
& mane ſaturabimini panibus:qa in vltima mũdi ætate Chr̃i corpore enutrimur,cuius gr̃a
ac virtute generat in nobis ſpiritale mane, cũ ipſe ſit ſol intelligẽtię atqꝫ iuſtitiæ, ſua p̃ſentia
diẽ gr̃æ in aĩa cauſans.Nã eo ita p̃ſente,ſyncera & clara in mẽte ſunt oĩa,& tũc panibus ſatu-
ramur,qm̃ pane ſacramentali,pane vitæ & intellectus,pane lachrymaꝝ & cõpunctiõis,im- Ecci.15.
mo & internæ iucũditatis,pane virtutũ,virtuoſorũq́ꝫ actuũ copioſe reficimur. Itaqꝫ huic ve Pſal.79.
ſperę ſtatim cõiungit iſtud mane. Veruntñ in mane diei æternitatis feliciꝰ ſaturabimur, qñ
replebit & plene cõtentabit in bonis deſideriũ noſtrũ. Aſſcendens coturnix, operuit caſtra.
Per coturnicẽ,auẽ regiã,pinguẽ & comeſtibilẽ, ꝓpe terras volantẽ, intelligit Chr̃i regis no
ſtri humanitas,oĩ diuino chariſmate ſuppleniſſima,quæ vniuerſas replet eccleſias,& oĩm re-
ficit mẽtes. At vero ꝑ hoc ꝙ mãna venit cũ rore,eratq́ꝫ rotũdũ,minutũ, ſubtile,albũ & puꝝ,
qd aliud figurat,niſi ꝙ verbũ Dei, gr̃a,virtutes,& conſolatiões internæ, ſunt ſpiritalia bona
valde ſubtilia,munda,parua quãtitate, imo magis nõ quãta, ſed magna virtute. Sed & ipſa
Chr̃i humanitas & incarnatiõis myſterium,nõne omni ſubtilitate, puritate, cãdore,ꝑpetui-
tate replent? Ex qbus vnus plus colligit, alter minus, qa vnus plus alio proficit atqꝫ intelli-
git. Verũtamẽ oẽs idem ſuſcipiunt ſacramentũ,atqꝫ eodem in patria ꝑfruunt obiecto. Cũq́ꝫ
incaluiſſet ſol,liquefiebat. Sic qñ ſol ſapiæ dominꝰ Deus noſter,ſolus ex ſe & per ſe lucens,ac
cuncta illuminãs,mentes noſtras igne ſanctæ dilectionis ac deuotionis feruore accendit,oĩs
recedit duritia cordis,habitusq́ꝫ virtutum fluunt in actum. Et Euchariſtię ſacramentũ per ſu
os effectus liqueſcit in nobis,oĩa interiora aĩæ penetrans,irrigãs, atqꝫ in cõpunctionis iucun
ditatisq́ꝫ fletũ reſoluẽs. Requies ſabbati ſanctificata eſt domino. Maneat vnuſquiſqꝫ apud ſe-
kk metipſum,

metipſum. Itaq; feſtis diebꝰ Deo in oĩ tranquillitate interna vacemus, maneatq; vnuſquiſq;
apud ſeipſum. i. in cordis ſui recollectiõe in Deo, ſic figat diſpoſitiões, cordis diſtractiões abij
ciat, orãdo, meditãdo, pſallẽdo, cõmunicando, celebrãdo, contẽplando ſit ſtabilis ac ſynce-
rus. Spiritaliter equidẽ cõmunicandum eſt oĩ Chr̃iano q̃tidie. Iſte eſt ſermo quẽ p̃cepit dñs:
Imple gomor ex eo, & cuſtodiat in futuras retro gñationes. Per repoſitionẽ & cõſeruatio-
nem mãnæ in aurea vrna in tabernaculo & in tẽplo, q̄d figuratũ videt, niſi ꝙ verũ ac diuiniſſi
mum mãna dñs Ieſus vnigenitus patris, in ſacramento iugiter in eccleſia cõſeruat in repoſi-
torio aureo ad ꝑpetuã ſuæ paſſiõis & dilectiõis memoriã, atq; ad noſtram ſaluberrimã refe-
ctionẽ: Et vt ſciamꝰ, q̃liter ipſemet dñs & ſaluator, patres noſtros ſanctos apoſtolos in cœ-
na nouiſſima refecit hoc pane: deinde q̃tidie primitiuã eccleſiã, cæterosq; fideles vſq; in præ
ſens. Filij aũt Iſrael mãducauerũt mãna quadraginta annis, donec venirẽt in terrã habitabi-
lẽ. Sicq; Chr̃i fideles per omne tẽpus vitæ p̃ſentis q̃ degũt in hac terra, in via reficiunt dñicis
ſacramẽtis, q̃uſq; finito peregrinatiõis huiꝰ curriculo, terrã vltimate promiſſam, paradiſum
cæleſtẽ introeãt. Nunc eñ Chr̃i corpore & ſanguine ſub velamẽto ſenſibiliũ formaꝝ ſpiri-
taliter nutriunt, & eius deitatẽ cõtemplant ꝑ fidẽ, ea q̃q; fruuntur vicibus interpolatis & im
ꝑfecte ꝑ charitatẽ nõdũ ꝑfectã. Porro in patria illa cæleſti, eius humanitatẽ glorificatã clariſ-
ſime cernẽt, cuius intuitu foris reficient, immo & intus, quantũ ad accidentale pertinet præ-
mium. Deitate aũt ipſiꝰ beatifice perfruent clare ꝑ ſpeciem, quẽadmodũ repromiſit: Qui di-
Ioan. 14. ligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.

¶Declaratio literalis cap. XVII. Igitur profecta omnis multitudo filioꝝ Iſrael de deſerto Sin. Art. XXXV.

DEſcripto ac recitato in p̃cedenti cap. qualiter Deus prouidit Hebræis de cibo: nũc re-
citatur, q̃ miraculoſe prouidit eis de potu. [Igitur profecta oĩs multitudo filioꝝ Iſra-
el de deſerto Sin per mãſiones ſuas] .i. per loca quædã ordinate ꝑambulata, in quibus
mãſiones fecerũt, quieuerũt, ſeu caſtrametati ſunt, q̃ mãſiones in Numeris nominatim expri
Nũe. 33. munt, vbi legit: Caſtrametati ſunt in deſerto Sin, vñ egreſſi venerũt in Depheca, ꝓfectiq; de
Depheca, caſtrametati ſunt in Alus, ꝓfectiq; de Alus, in Raphidim fixere tentoria. Itaq; duæ
manſiones iſtæ, quæ intermediæ fuerunt inter Sin & Raphidim, in iſto non exprimũtur ca-
pitulo, quia in eis nõ contigit populo aliquid ſpecialiter magnum. Sic ergo profecti [iuxta
ſermonem dñi:] Per ſermonẽ dñi, non intelligitur hic (ſecũdum Ioſephũ) alicuius vocis ex-
Ioſ. li. 3. ant. Iud. cap. 3. preſſio, ſed ducatus columnæ, ſecũdũ q̄d ſtimulus dicit vox aſino, & calcar equo. Sed qm̃ De
us iã ante p̃ceperat Moſi, vt tã ipſe q̃ populus ſequeret ducatũ columnæ, poteſt nunc ꝑ ſermo
nem domini iuſſio ſeu loquutio illa intelligi. [& caſtrametati ſunt in Raphidim, vbi nõ erat
aqua ad bibendũ populo.] In alijs aũt locis ſeu mãſionibꝰ aliq̄d aquæ ꝓ neceſſitate habuerãt.
Nam in Marath fuit eis aqua dulcorata, in Helim aũt fuerunt duodecim fontes, ſed in Ra-
phidim paſſi ſunt ſpecialẽ potus defectum. [Qui] populus [iurgatus cõtra Moſen, ait] .i. cum
lite ſeu iurgio loquutus eſt Moſi: [Da nobis aquã vt bibamꝰ.] Non dixerunt humiliter, Ora-
tiõibus tuis impetra nobis potũ, ſed tanq̃ paſſionati ac duri, valdeq; proni ad vitia, vbiq; ex
facili occaſione, ad verba impatiẽtiæ, murmuratiõis ac iurgij ꝓruperũt. [Quibus reſpondit
Moſes: Quid iurgamini cõtra me?] Tenebat eñ ex officio eos corripere. [Cur tẽtatis dñm?]
Quaſi dicat: Non ſolũ peccatis in me iurgãdo, ſed itẽ in Deũ, ipſum tentãdo. Non eñ ſolum
dixerunt verba p̃miſſa, ſed (vt infrà habet in iſto cap.) tentauerunt Deũ, dicentes: Eſt ne dñs
in nobis, an nõ? Cum eñ debuiſſent ad diuinum auxiliũ humiliter cõfugiſſe, nõ ita egerunt,
ſed ꝑ murmurationes ac iurgia contra Moſen, voluerunt quaſi extorquere neceſſarium po-
tum, & experiri an Deus ꝓuideret eis de potu, ſicut iã Moſes eis promiſerat, ꝙ Deus non de-
ſereret eos. [Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria] .i. propter defectũ aquæ. [& murmu
rauit cõtra Moſen, dicens: Cur nos exire feciſti de Aegypto, vt occideres nos & liberos no-
ſtros ac iumenta ſiti?] Quare nõ expreſſerunt etiã vxores ſuas atq; filias? Sed forſitan expreſ-
ſerunt eas, quãuis ſcriptura ꝓpter breuitatẽ non exprimat: vel per liberos ſubintelligunt, vel
murmuratio iſta facta eſt cõmuniter à viris atq; vxoribus. Veruntamẽ nõ eſt putandũ, ꝙ oẽs
viri ibi p̃ſentes, tam peruerſe loquuti ſint, ſed maior pars populi, quæ paſſionibus ſuis ſubia-
cuit. ¶Attamen quæri poteſt, cur Deus permiſit eos ad tantas inopias deuenire, cũ eſſent de
regno opulento egreſſi, & cur non ꝓuidit eis de quotidiano ſaltem poculo aquæ, ſicut pro-
uidit eis de mãna quotidie? Reſpondet Andreas, quia populus fuit duræ ceruicis, ſubtraxit
eis dñs aliquid neceſſarij potus, vt in timore manerẽt. Cibus quoq; magis neceſſarius eſt q̃ po
tus. [Clamauit aũt Moſes ad dominũ, dicẽs: Quid faciã populo huic?] .i. qualiter me circa
eũ habebo, q̃liter procurabo ei quo eget, q̃modo eum cõtentabo? [Adhuc pauxillum, & lapi
dabit me.] Hoc Moſes dixit nõ aſſerẽdo, ſed conijciẽdo & periculũ allegãdo, vt Dei ſubuen-
tionem celerius impetraret. Et hoc forte ex naturali mortis formidine dixit hoc. Nam &
vir ꝑfectus & cõſtãs, poteſt mortem irreprehẽſibiliter formidare naturali timore, quam &
Chriſtus

Chr̃s ſic timuit, tñ ſponte. [Et ait dominꝰ ad Moſen: Antecede populum.] Quaſi dicat, Tu ti
mes aut ſuſpicaris ꝙ te lapidibus obruent, ſed non eſt periculum, quia & cum p̃ceſſeris eos,
nõ tangent te violẽter. [& ſume tecum de ſenioribus Iſrael:] quos ad teſtificandũ de verita-
te miraculi iam fiendi, putas magis idoneos. [& virgam qua percuſſiſti fluuium, tolle in ma
nu tua.] Si per fluuium intelligat Nilus, dicitur Moſes fluuium percuſſiſſe cum virga, inquã-
tum Aaron fecit hoc ex ſuo mãdato, vt patuit cap. 7. Porro ſi nomine fluuij intelligat mare
rubrũ, illum fluuium Moſes perſonaliter cum virga percuſſit, vt ſuprà patuit. [& vade. En Exo. 14.
ego ſtabo corã te ibi] .i. me ibi eſſe præſentem ad ſuccurrendũ tibi per effectum monſtrabo.
Vel forſitan angelus in Dei perſona ſtetit ibi ad auxiliãdũ paratus. Eſt equidẽ ſpecialis cho
rus angelicoꝝ ſpirituum, per quoꝝ obſequia fieri ſolẽt miracula. [ſupra petram Oreb.] Per
Oreb Gloſſa intelligit montẽ Sinai, qui & mons Oreb vocatur. Sicq; petra illa fuiſſet in pe- Exo. 19.
de mõtis Sinai, q̄d & magiſter in hiſtorijs ſentit, dicẽdo: Petra Oreb, pars eſt montis Sinai. Nũe. 33.
Sed his obuiare videt, ꝙ infrà & clarius in Numeris legunt filij Iſrael poſt egreſſionẽ à man
ſione Raphidim, caſtra fixiſſe in Sinai. Ergo adhuc notabiliter diſtabãt à monte illo. Hinc ꝑ
petrã Oreb, quidã intelligũt alium locũ eiuſdem nominis cũ loco pedis montis Sinai, qui &
petra Oreb vocatus ſit. Vel dici poteſt, ꝙ pes montis Sinai remote extendit, & ꝙ petra iſta,
ob ſuã ad pedem illum vicinitatẽ, appelletur hoc nomine. Præterea eſt & alius locus, petra Iudic. 7.
Oreb nominatus, eo ꝙ Gedeon ibi occiderit principem Madian, nomine Oreb, vt in libro R. Salomon.
Iudicum ſcribitur. [Percutieſq; petram] cum virga. Refert Lyra, ꝙ Rabbi Salomon aſſerit
quoſdam de populo Iſrael fuiſſe ita malignos, ꝙ dixerũt per virgã Moſis nõ potuiſſe fieri ſi
gna, niſi in alioꝝ perniciem, vt fuerũt plagæ Aegypti: ideo dominũ præcepiſſe, vt in edu-
ctione aquæ vteret hac virga. Siue autẽ hoc fuerit verum, ſiue non, cõſtat ꝙ iam ante dñs de-
mõſtrauit ꝑ virgã illã poſſe fieri ſigna in ſalutẽ & ſubuentionẽ, qm̃ Deo iubẽte Moſes ꝑcuſſit
mare rubrũ cum virga vt diuideret, quatenus per fundum eius tranſeuntes filij Iſrael, euade Exo. 14.
rẽt manꝰ Aegyptioꝝ, quẽadmodũ cap. 14. cõtinet. Ideo ratio Rabbi Salomonis nõ cenſetur
apte inducta. [& exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moſes ita coram ſenioribus Iſra-
el.] Et hoc fuit grande & præclaꝝ miraculum, ꝙ ex re illa tam dura & ſicca tantus manauit
humor, ꝙ tot millia hoĩm ac pecoꝝ potabant ex eo. Nec apparet ꝙ aliquid petræ reſoluebat
in aquã illã, ſed ꝙ creator oĩpotens aquã egrediẽtẽ ꝑ creationẽ ꝓduxit in petra q̃ſi in fonte,
& facta fuiſſe videt ruptura grãdis in petra, ex q̃ vomebat hæc aqua. Quod & ipſum erat mi
raculũ, ſ. ꝙ ex percuſſione cũ virga, ſciſſa fuit hæc petra: fuitq; aqua illa ad potandum dul- Ioſep. li.
ciſſima, vt Ioſephus narrat. [Et vocauit] Moſes [nomen loci illius, tentatio propter iurgium 3. an. Iu.
filiorum Iſrael, & quia tentauerunt dñm, dicentes: Eſt ne dñs in nobis, an non?] Sicq; locus cap. 2.
ille ſortitus eſt nomina duo, quia iam ante vocatus eſt Raphidim, & nunc ex euentu voca-
tur tentatio. [Venit autem Amalech] .i. populus Amalechitarum, [& pugnabat contra Iſra
el in Raphidim] .i. in loco deſerti illius non multum remoto à Raphidim. Et q̄d ait, pugna-
bat, per anticipationẽ eſt dictum: quia nõ pugnauit cõtra Hebræos manu ad manum, ante
id quod in textu ſubiũgitur. [Dixitq; Moſes ad Ioſue: Elige tibi viros, & egreſſus pugna cõ-
tra Amalech cras.] Vnde elicit ꝙ Ioſue, electis viris bellicoſis ac ſtrenuis, ꝓceſſit obuiã Ama
lechitis in pugnã die ſequẽti. Dicitq; Lyra: Noluit Moſes ꝙ expectaret exercitus Amalech,
ſed ꝙ iretur obuiã ei, ne mulieres ac pueri, & timidi qui manſerant in caſtris, nimis terrerent
ac fugerẽt. Ex q̃ ſequi videtur, ꝙ Ioſue obuiauit Amalechitis anteq̃ acceſſerũt ad Iſrael. Cui
cõtrariari videtur quod in Deuteronomio legitur, quẽadmodum Amalech extremos agmi Deut. 25
nis Iſrael, qui laſſi reſidebant, percuſſit: propter quod dominus iuſſit, vt filij Iſrael tẽpore op-
portuno delerent ſemẽ & nomẽ Amalech de ſub cælo. ¶Quæritur, cur Moſes p̃fecit ipſum
Ioſue pugnaturis cõtra Amalech. Quidã reſpondẽt ꝙ ideo, quia ꝓuidit in ſpiritu ꝙ Ioſue fu
turus eſſet dux populi. Cui dicto obuiare apparet, q̄d in Numeris legitur Moſes mox mori- Nũe. 27.
turus oraſſe: Prouideat dominus hoĩem qui ſit ſuper multitudinem hanc. Et tunc dñs reue-
lauit ei de Ioſue, ſicq; videtur ante neſciſſe. Alij dicũt ꝙ ideo, quia prophetico ſpiritu nouit
ipſum Ioſue eſſe, de q̃ Iacob in bñdictione Ephraim dixerat, Inde egreſſus eſt paſtor. Quod Gen. 49.
ſatis redit in idem cum prima reſponſione. Plane autẽ dici poteſt ꝙ ideo, quoniam ſciuit Io
ſue eſſe virum iuſtum, fortẽ, conſtantem ac bellicoſum: vnde & merita eius credidit coope-
ratura cõmuni triumpho. ¶Præterea circa hæc aſſerit Strabus, & habet in Gloſſa: Amalech In Strabum.
fuit filius Iſmael, à q̃ Amalechitæ, qui & Iſmaelitæ, ipſi ſunt Sarraceni. Cui aſſertioni multa
obijciunt. Primo, quoniã in Geneſi & primo Paralip. legitur, ꝙ Eliphat primogenitus Eſau Gen. 33.
genuit Amalech. Secundo, ꝙ primo Regum adoleſcens qui nunciauit regi Dauid mortem 1. Par. 1.
Saulis, dixit ſe eſſe Amalechiten, fuitq; adoleſcens ille ſecundũ expoſitores cõcorditer, filius 2. Reg. 1.
Doeg Idumæi, & ita natus fuit ex Eſau, non ex Iſmaele. Tertio, quoniã Ioſephus ſecundo li Ioſe. li. 2.
bro Antiquitatũ affirmat, ꝙ ab Amalech filio Eliphat, dicti ſunt Amalechitæ. Hinc quidam An. Iud.
dicit, de Gloſſa illa Strabi non multũ eſſe curandum. Porro magiſter in hiſtorijs magis reue cap. 1.

renter reſpondet,ꝙ forte fuerunt ſic appellati, & ꝙ ex eis deſcenderunt forſitan duo populi
Amalechitæ vocati.Quæ reſponſio,quanuis modeſta ſit,tñ ex ſcriptura non habet authori-
tatem. Idcirco eſt tutius ſequi reſponſionē dicētium, ꝙ Amalech iſte & populus natus ex
eo,deſcenderūt ab Eliphat, qa hoc conſonantius eſt ſcripturæ canonicæ. Ne autē Ioſue for-
midaret,& pſentiam Moſis peteret, ait Moſes ei: En [ego ſtabo in vertice collis.] Quod iu
xta pdicta non poteſt intelligi de monte Sinai,ſed de monte minori,qui Raphidim fuit.[ha
bens virgam Dei in manu mea.] Quaſi dicat, Orationibus te iuuabo, per quod plus valeo,q̄
corporalibus viribus.Sed cur addidit,Habens virgā Dei in manu mea,quaſi virga illa potue
rit ad triumphum conferre? Reſpondetur,ꝙ Moſes voluit ſe Deo repręſentare, vt prælatum
ac principem populi,vt magis exaudiret pro grege ſibi commiſſo.Ideo tenuit virgam tan-
quam ſignum principatus ſui in manu,& quia p virgam præualuit Pharaoni.Cur aūt aſſcē-
dit in verticē collis,niſi quia ex ſitu huiuſmodi loci,magis eleuaret mens eius ad Deum? Vel
vt inde cōſpiceret,qualiter ipſi Ioſue ac populo ſuo in bello ſuccederet,ſicq; oraret p eis in-
ſtātius,ſi indigerēt.[Fecit Ioſue vt loquutus erat Moſes, & pugnauit cōtra Amalech. Moſes
aūt & Aaron & Hur aſſcenderūt ſup verticē collis.] Aſſumpſit aūt Moſes ſecum duos illos,
tanq̄ præ cæteris principales, & ſibi propinquos ac meliores. Nam Aaron fuit frater ſuus,
Ioſ. li.3. Hur aūt maritus Mariæ ſororis ſuæ,vt pbabilius creditur,& Ioſephus proteſtatur.Et itē,vt
ant.Iud. ſecū orarēt,& opē ſibi impēderēt ſi neceſſe eſſet.[Cumq; leuaret Moſes manꝰ, vincebat Iſra
cap.2. el].i.Ioſue cū populo ſuo.[Si aūt paululū remiſiſſet,ſuperabat Amalech.]Non dicit ꝙ pau-
lulū remiſit manus,ſed ſi paululū remiſiſſet. Vnde videt,ꝙ interdū pręlaſſitudine cœperit pa
rūper remittere manus, & tūc filij Iſrael minus fortiter & Amalechitæ fortius pugnauerūt.
Et hoc Deꝰ ſic ordinauit ad oſtendēdū,ꝙ victoria illa dabat miraculoſe & gratioſe à Deo,&
itē ꝙ oratio Moſis magnę fuit efficacię apud eum. Siquidē manibus eleuatis orauit feruen-
tius.Sunt & aliæ myſticæ cauſæ infrà tangēdæ. [Manus aūt Moſis erant graues].i. fatigatiōe
grauatæ.[Sumētes igit lapidē]Aaron & Hur,[poſuerūt ſubter eū,in q̊ ſedit].i. lapidē poſue-
rūt ei ad ſedendū.[Aaron aūt & Hur ſuſtētabant manus eius ex vtraq; parte.]Ita Aaron ſuſ-
tentauit vnū Moſis brachiū,q̊d faciēdo,ſuſtentauit & vnam ipſius Moſis manum.Aliud bra
chium eius vel manū, Hur ſuſtētauit.[Et]ſic[factū eſt,vt manus ipſius nō laſſarent vſq; ad ſo
lis occaſum:]in q̊ pugna fuit finita.[Fugauitq; Ioſue]cū adiutoribus ſuis]Amalech & popu
lū eius].i.principem belli cum exercitu eius.[in ore gladij.]Non dubiū quin multi de Ama
lech fuerunt occiſi,quoniam Moſe ſic eleuatis manibus exorante, pualuit Iſrael, atq; in ipſa
fuga fuerunt multi pſtrati.De populo aūt Ioſue nō videt aliqs cecidiſſe, quāuis aliquādo ſu
erat ei difficultas in pręlio illo ob cauſam prætactā. Præterea Ioſephus ſcribit, Amalechitas
illos fuiſſe bellicoſos,& à circunſtātibus conductos ad impugnādum Hebræos.Quod itē fe
Ibidem cerunt,ne forte Hebræi damnum aut læſionē eis inferrent.Immo ſecundū Ioſephū,Amale-
chitæ incitabāt alios ad impugnandū filios Iſrael:victiſq; Amalechitis,filij Iſrael multa ſpo
lia obtinuerūt,& alijs terribiles ſunt effecti, & nomē eoꝝ vndiq; diuulgabatur, atq; ab occi-
ſis arma detraxerūt,& nullus Iſraelitaꝝ corruit,ſed innumerabiles de exercitu hoſtium.Inſu
per de præfato Hur aliqui dicunt,ꝙ fuit filius Mariæ ſororis Moſis ex Caleph,eo ꝙ primo
1.Par.2. Paralip.libro dicatur:Mortua vxore Caleph accepit vxorē Ephrata, quæ peperit ei Hur.&
dicunt ꝙ Ephrata illa alio nomine dicebatur Maria. ſed iſtud ſatis reprobatur ab alijs, præ-
Exo.31. ſertim qm̃ vir iſte fuit ſenior q̄ Caleph. Fuit em̃ auus Beſeleel,ſicut infrà in textu habetur.Be
ſeleel aūt fuit virilis ętatis in exitu de Aegypto,Nam fuit vir ſapiens,& electus à Deo ad cō-
ſtruendū tabernaculum.Caleph vero quadraginta fuit annorum quando miſſus fuit ad ex-
plorādum terrā,quod fuit tabernaculo iam completo,& ita Hur fuit multū ſenior eo. Cor-
1.Par.2. recti quoq; textus primo Paralip.nō habēt Caleph,ſed Caleb:& ſi habēt Caleph,videtur vi-
tium eſſe ſcriptoꝝ:vel alius Caleph erat.Ioſephus quoq; tertio antiquitatum libro teſtatur,
Ioſep.li. ꝙ iſte Hur fuit maritus Mariæ.[Dixit autem dominus ad Moſen: Scribe hoc ob monimen
3.an.Iu. tum in libro].i.hanc impietatem Amalech ad perpetuam memoriā deſcribe,quatenus ſuo
cap.2. tēpore à filijs Iſrael plenius vindicetur.[& trade]in[auribus Ioſue].i.ei committe vt memor
ſit hoꝝ, vt & ipſe idem præcipiat populo tempore opportuno. [Delebo enim memoriam
Amalech de ſub cælo] .i. populum illum tam viros q̄ mulieres ac pueros faciam trucidari.
1.Re.15. Quod primo Regum legitur Deus per Samuelem iuſſiſſe Sauli. Sed q̊modo veꝝ eſt iſtud,
cū vſq; in pſens perſeueret memoria Amalech,pſertim dū iſta legunt? Nec omnes Amalechi
Heſter 3. tæ fuerunt deleti,cū & Aman ſuperbiſſimus fuit de ſemine Agag regis Amalechitaꝝ, vt in
1.Re.15. lib. Heſter habet.Et tempore Dauid fuerunt q̄ plures Amalechitæ, vt primo Regū oſtendit.
Reſpondendū,ꝙ iuxta ſcripturas memoria impioꝝ dicitur deleri à terra,non ꝙ prorſus in
hominibus non permaneat,immo nonnullos infames malitia fecit famoſos,ſed quia nō ma
nent, nec ſunt memoriæ q̄ cedant in bonū eoꝝ, ſed magis in detrimentū ac vituperationē.
Pro.6. Propter q̊d Salomon ait: Memoria iuſti cū laudibus, nomē impiorum putreſcet. Dicit de-
mum

mū memoria Amalech auferri,non ꝙ poſteritas eius prorſus perierit,ſed ob multitudinē p-
emptoꝝ,& quātū ad ipſos iniquos in ſua iniqtate occiſos.[Aedificauitq; Moſes altare]dño,
i.ad Dei honorē, vt ſup illud hoſtias laudis & gratiaꝝ actionis Deo offerret p conceſſa vi-
ctoria.[& vocauit nomē eiꝰ,dñs * exaltatio mea].i.ab euētu impoſuit nomē illi altari,q̊d no
mē ſignificat tm̃,ſicut iſtud cōplexū,dñs exaltatio mea:ad inſinuandū, ꝙ illo in loco dñs ex- *exultatio
altauit tam Moſen,p eius preces dādo victoriam, q̄ filios Iſrael, quos fecit hoſtibꝰ fortiores.
[dicēs,qa manus * ſolij dñi].i.poteſtas throni domini oīpotētis, ſeu virtꝰ Dei ſedētis in thro *ſolius
no, [& bellū Dei erit cōtra Amalech à generatione in generationē:]hoc eſt, Deꝰ ſua virtute
& p manū atq; exercitū hoīm pugnatoꝝ,deijciet Amalechitas frequenter ac diu,& hoc pro-
pter pfatā eoꝝ crudelitatem in Iſraelē,vel potius,qm̃ patrū ſuoꝝ iniquitates ſequuti ſunt.

¶De ſpiritali eiuſdem cap. XVII. intelligentia. Art. XXXVI.

EX præſenti capitulo edocemur in primis iuxta hiſtoriā,ꝙ fideles in hac vita multiplici-
ter tribulant. Per repetitā vero Hebræoꝝ murmurationē & iurgationē cōtra Moſen,
immo & contra Deū,deſignat improba nimis ingratoꝝ,carnaliumq; pueꝛſitas,qui et-
ſi interdū experiant ſibi ſubſidiū deſuper eſſe impertitū in vna tētatiōe,tribulatiōe, penuria,
alia tamē eis adueniente, quaſi præteritoꝝ Dei beneficioꝝ obliti,mox indignātur & mur-
murant, nec diſcunt ad Deū humiliter cū fiducia filiali cōfugere, ſed contra eū & eius vica-
rium faciliter cōcitantur,quoꝝ peruerſitas,inſipientia,ingratitudo lōge à nobis ſit. At vero
Sin interpretat tētatio,Raphidim aūt ſanitas iudicij.Quēadmodū ergo filij Iſrael ex deſerto
Sin ingreſſi ſunt Raphidim,ita qui tentationē deuincēs, ex eadē bene egreditur, ad ſanū p-
tingit mentis iudiciū,quia ratio eius nō obſcurat fumo peccati, vitioꝝ caligine,inquietatio-
ne tentatiōis. Cōſideremus præterea, ꝙ populo Dei ex terra Aegypti deducto, toties defuit
aqua,& ꝙ ſola aqua in ſolitudine ſunt potati.Nō ergo quęramus delicias,nō ſuperfluitatem
aut voluptatem in cibis ac potibus.Quod ſi exiguum nobis p eſu & potu pponitur, æquani
miter toleremus, & dona Dei,licet videantur tenuia, gratanter ſumamus, penſantes ꝙ tot
electi Iſraelitæ iuſti,potentes,locupletes & nobiles,dux, pontifexq; eorum exiguo aquæ po
culo cōtentabantur.Deniq; exemplo Moſis,prælati & principes patientiam diſcant,& quā-
tumlibet improbi & ingrati fuerint eorum ſubditi, ipſi tamē nō ceſſent pro illis clamare ad
dominum. Ait autē dominus ad Moſen: Antecede populum,& ſume tecum de ſenioribus
Iſrael.Si Deus præcipit vnicuiq; præſidenti,vt ſibi commiſſis oſtendat viam ſalutis,ducatq;
eos ad petram qui Chriſtus eſt, vt aquam bibant ſapientiæ ſalutaris verbo & opere. Ergo q
præeſt, antecedat creditum ſibi gregē, ſicut ad Timotheum ſcribit Apoſtolus: Eſto exēplū 1.Tim.4
fidelium in verbo,in cōuerſatione,in charitate.Aſſumere etiam ſecū debet de ſenioribꝰ Iſra-
el,quoniā eos qui ætate,gradu, ſciētia, vel authoritate excellūt, ſpecialiter debet hortari,vt
ſtudeāt in oī virtute pcedere iuniores ac ſimpliciores, & vt ſibi in alioꝝ directione aſſiſtant.
Percutieſq; petrā,& exibit ex ea aqua,vt bibat populus.Per petrā Chriſtus ſignificatur,dicen
te Apoſtolo:Petra erat Chriſtus.Per hoc ergo ꝙ Moſes hāc petrā cū virga percuſſit, atq; ex 1.Cor.10
ea egreſſa eſt exuberantiſſima aqua,qua refecti ſunt populus ac iumenta:pfigurabat, ꝙ De-
us pater filiū ſuum pro omnibus nobis dedit in mortē,ſicut p Eſaiam prædixit: Propter ſce Eſa.53.
lus populi mei percuſſi eum.Propter quod princeps apoſtoloꝝ digniſſimus ait:Deꝰ qui p-
nunciauit per os oīm prophetaꝝ pati Chriſtū ſuum,impleuit ſic.Chriſtus quoq; in pſalmo Acto.3.
ad patrem:Quem tu pcuſſiſti,perſequuti ſunt.Percuſſit aūt eū cum virga .i. iuxta legis & p- Pſal.68.
phetaꝝ oracula.Poteſt item per virgam paterna authoritas,ſed & lancea militaris,qua per-
foratum eſt ſacratiſſimū Chrī latus,ſeu lignum crucis, ſignari.Etem̄ pater æternus propria
authoritate dictauit p Chriſti paſſionē redimere genus humanū.Omnia nanq; operatur ſe-
cundū ppoſitum volūtatis ſuæ.Propter q̊d loquit:An nō licet mihi,q̊d volo,facere? Itaq; de Ephe.1.
Chr̄o in cruce vulnerato,ſuæ charitatis,paſſionis & obedientiæ merito,toti eccleſiæ fluxe- Mat.20.
rūt copioſiſſimi riuuli gratiaꝝ,fluēta ſapiæ,& virtutū chariſmata.Hinc in Ioanne habet:De
plenitudine eius oēs accepimus. Vnde & ipſe in Apocalypſi proteſtatur: Qui ſitit, veniat, & Ioan.1.
accipiat aquā vitę gratis.Biberūt aūt ex fontibus Chrī nō ſolum hoīes.i.electi ex ſynagoga Apo.22.
vniꝰ Dei cultores,ſed & iumēta.i.ex gētilitate cōuerſi,atq; carnales ac prędeſtinati.Venit aūt
Amalech,& pugnauit cōtra Iſrael. Per Amalech deſignantur tam viſibiles q̄ inuiſibiles ho-
ſtes iſtoꝝ,qui populum Chriſtianū impugnāt. Per Moſen vero deſignant ſuperiores præla
ti,qui inferioribus pſidentibus p Ioſue figuratis iniungūt,vt plebes ſibi cōmiſſas edoceāt,q̄li-
ter hoſtibus ſuæ ſalutis, pſertim dæmonibus, debeāt repugnare. Per hoc quoq; ꝙ Moſes in
vertice collis orauit, monſtratur,ꝙ prælati debeant in virtutū cacumine eſſe firmati, ſicq; cū
omni inſtātia & feruore pro inferioribus deprecari, manibus ſimul cum corde & oculis in
cælum erectis, iuxta illud in Threnis: Leuemus corda noſtra cū manibus ad Deū in cælos. Thre.3.
Immo & vnuſqſq; taliter debet intercedere p ſeipſo, ſicq; orādo tētatiōibꝰ viriliter relucta
ri.Nēpe p hoc ꝙ Moſe manus leuāte Iſrael vicit,ecōtrario aūt Amalech, ſi Moſes manꝰ pau-

lulum

Iulum remiſiſſet:oſtenſum eſt, ꝙ virtus tentatoris tanto plus debilitat̃, quãto tentatus indeſinẽtius ardẽtiusq́ꝫ precat̃: q̃ aũt tentatus rarius orat atq́ꝫ remiſſius, eo tẽtator plus inualeſcit. Per idẽ q̃qꝫ dominus declarauit, q̃ vehemẽtiſſime ſubditis proſit oratio aſſidua ſimul & feruens ei⁹ qui præeſt. Ideo bonus ſubditus ſtudeat ſuo p̃lato placere in domino, atqꝫ inſtãter, humiliter, ac feruenter roget prælatum, immo & alios iuſtos, vt iugiter ac feruenter pro ſe orare dignentur. Veruntamen per hoc ꝙ Aaron & Hur manus Moſis ſuſtentabant: datur intelligi, ꝙ ipſi prælato cõmuni fragilitate circũdato, adſtare & cooperari debẽt viri ad hoc magis idonei, p̃ſertim qui regunt ac præſunt ſub eo. Amplius, per hoc ꝙ manus Moſis graues erant, rigor legis ſuæ inſinuatur, qui rigor in nouo teſtamento per virtutem & charitatẽ Chriſti alleuiat̃. Quæ virtus & charitas per Aaron, qui interpretatur mons fortitudinis, & p̃ Hur qui interpretat̃ ignis, apte intelligunt̃. Poſtremo p̃ hoc ꝙ filijs Iſrael, tranſito mari rubro, à Moſe dictũ eſt, ſtate & videte, dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis: eiſdem vero poſt deguſtatiõem mãnæ & potus ſupernaturaliter dati, p̃ceptũ eſt cõtra Amalech ire ad prælium: deſignat̃, ꝙ dñs incipientes, puſillos, & nondũ in virtutibus exercitatos, à tentationibus magnis p̃ſeruat, quas nouit eos ferre nõ poſſe: eos vero q̃ guſtauerũt q̃ dulcis ſit dñs, & p̃

1. Pet. 2. cõſuetudine ſenſus habẽt exercitatos ad diſcretionẽ boni ac mali, acrius ſinit tẽtari. Ideo in

Hebr. 5. Eccleſiaſtico rite docet̃: Fili accedẽs ad ſeruiturẽ Dei, ſta in iuſtitia, & p̃para aĩam tuã ad ten-

Ecci. 2. tationẽ. Itaqꝫ Chr̃i miles ad ſpũalẽ pugnã ſit ſemp̃ accinctus, parat⁹, idoneus, qm̃ tanq̃ aurũ in fornace p̃bauit electos dñs, & q̃ſi holocauſti hoſtiã accepit illos. Vnde & Iudith aſſe-

Sapi. 3. rit: Oẽs q̃ Deo placuerũt, p̃ multas tribulatiões trãſierũt fideles. Illi aũt q̃ tentatiões nõ ſuſce-

Iudith 8. perũt in timore domini & in patientia ſua, exterminati ſunt. Hinc loquit̃ Auguſt. Perſeuera

Auguſt. vſqꝫ in finem, q̃a tentatio durat vſqꝫ in finem. Et ſi quæras, in quem finem, reſpondetur, quouſqꝫ finias viam. Origenes quoqꝫ: Cum cœperis, inquit, mãducare mãna, & ſapientiæ aquã

Origen. potare, atque ad interiora ſpiritalis doctrinæ acceſſeris, pugnam expecta, & ad prælium te diſpone ac præpara.

¶Expoſitio literalis cap. XVIII. Cumq́ꝫ audiſſet Iethro ſacerdos Madian. Art. 37.

QValiter ſanctus Moſes informationem & inſtitutionem accepit, non ſolum à Deo per angelos, ſed item ab homine, naturali, humana, & acquiſita prudentia p̃dito, recitat̃ in iſto capitulo. [Cũq́ꝫ audiſſet Iethro ſacerdos Madian, cognatus Moſis] .i. ſocer ei⁹ & ei affinis, qm̃ filia eius fuit Moſis vxor. De q̃ Iethro, & diuerſis eius noĩbus, & q̃liter fuit ſacerdos in prouincia Madian, diffuſe dictum eſt ſuprà. [oĩa quæ fecerat dominus Moſi,] vt-

Exod. 2. pote q̃liter p̃tulit eum Iſraeliticæ plebi, & q̃modo multa & magna mirabilia p̃ eũ feciſſet, atqꝫ diuerſis beneficijs ornaſſet eundem. [& Iſrael populo ſuo &c.] Quòd ait, ſuo, referri poteſt ad dñm, & item ad Moſen. Nam populus ille fuit ſpecialiter populus Dei, tanquam cultor vnius veri Dei, & multis ſpecialib⁹ donis deſup̃ decorat⁹. Fuit quoqꝫ populus Moſis, tanquam grex eius gubernationi ac prelationi commiſſus. Veruntamen non veriſimile ꝙ Iethro percepit in ſpeciali vniuerſa & ſingula quæ Deus fecerat Moſi & Iſraeli, ſed in generali multa audiuit, & quædam in ſpeciali, videlicet qualiter Deus propter eos plagauit & ſubmerſit Aegyptios. Vnde & paulòpoſt in iſto capitulo recitatur, qualiter Iethro ex Moſis relatione inde multa cognouit. [tulit] hoc eſt, ſecum ſumpſit ac duxit [Sephoram vxorem Moſis quam remiſerat:] Qualiter Moſes eam remiſerit, cum tamen ipſa videatur quaſi ex indignatione receſſiſſe à Moſe, require ſuprà in expoſitione ſecũdi capituli. [& duos filios ei⁹, quorum vnus vocabatur Gerſan &c.] Iſtud totum in ſecundo capitulo continet̃, atqꝫ expoſitum eſt. [Venit ergo Iethro cognatus Moſis, & filij eius, & vxor eius ad Moſen in deſertũ, vbi erat caſtrametatus, iuxta montem Dei.] Quomodo verum eſt iſtud, cum ſequenti capitulo legantur Moſes & populus Iſrael exiſſe de Raphidim, & veniſſe vſqꝫ ad Sinai montẽ?

Exo. 19. Ergo apparet ꝙ Iethro venit ad Moſen in Raphidim, non iuxta montem Dei, id eſt, nõ prope montẽ Sinai, qui vocat̃ mons Dei, quia elegerat dñs mõtem & locum illũ ad dandũ legẽ in eo, & ad apparendũ ibidẽ, atqꝫ ad faciendũ ibi mirabilia multa & magna, ad conferendũ

Exo. 19. q̃qꝫ hoĩbus beneficia gratioſa & varia gratiaꝝ chariſmata. Ad iſtud quidã etiã inter Hebrẽos dixerũt, ꝙ iſtud recitat̃ hic p̃ anticipationẽ, ita ꝙ Iethro nõ venit ad Moſen, niſi poſtq̃ filij Iſrael venerũt in Sinai. Dicũtq́ꝫ aliqui, ꝙ venit lege iam data ibidẽ. Et apparentiã habet, ꝙ nõ venit, niſi poſtq̃ filij Iſrael cœperũt in mõte Dei notabilẽ facere morã, nõ ante, qñ erant in aſſidua loci mutatione. In exordio q̃qꝫ ſequentis capituli innoteſcit, ꝙ filij Iſrael venerũt in

Exod. 2. Sinai in principio tertij menſis, à tempore egreſſionis ex Aegypto, & ante illud tempus non videtur Iethro veniſſe, cũ eſſet vir tantæ ſublimitatis & grandæuę ætatis. Qui autem vult ordinem ſequi hiſtoriæ, poterit dicere, ꝙ locus Raphidim non multum diſtabat à Sinai, ideo fertur veniſſe ad Moſen prope montem Dei. Quæ tamen ſolutio nõ videtur magni valoris, cum in textu aperte dicatur, ꝙ Iethro venit ad Moſen in deſertum vbi erat caſtrametatus iuxta montem Dei. Ergo Moſes iam fixerat ibi manſionem. [& mandauit Moſi, dicens: Ego co-

gnatus tuus Iethro venio ad te, & vxor tua, & duo filij tui cum ea.] Probabile eſt, ꝙ Iethro habuit etiam in comitatu quoſdam miniſtros. Significauit autem Moſi ſuũ aduentum, an forſitan complaceret Moſi reditus ſuæ vxoris, & vt Moſes decenter reciperet ſocerum ſuum, vxorem, ac ſobolem. [Qui egreſſus in occurſum cognati ſui,] Non miſit alios in illius occurſum, ſed perſonaliter obuiam iuit ex charitate & humilitate, & quia cognouit q̃ venerabilis & prudens vir eſſet ſocer ſuus. [adorauit, & oſculatus eſt eum.] Moſes adorationem duliæ, quæ debetur ſublimibus perſonis, ſocero ſuo exhibuit, venerãdo eundem cum inclinatione aut proſtratione. Et puto ꝙ præuenit eum honore. Non enim oblitus fuit beatiſſimus Moſes priſtinæ humilitatis, ex tam admirabili ſua ſublimatione apud Deum & homines: ſed quo maior, eo humilior fuit. Et oſculatus eſt eum, ex amicitia ſpeciali, immo ex ſpirituali dilectione, de qua oſculatione frequenter ſcribit Apoſtolus: Salutate inuicem in 1. Co. 16.

oſculo ſancto. [ſalutaueruntq́ꝫ ſe mutuo verbis pacificis:] ita ꝙ Iethro non obiecit Moſi, ꝙ 2. Co. 13.

vxorẽ ſuã remiſerat, & ꝙ non redijt ad ſe, nec prædixerat ipſi Iethro ꝙ tam diu abſens maneret. [Cumq́ꝫ intraſſet tabernaculum] Moſis [narrauit Moſes] cognato ſuo [cuncta quæ fecerat dñs Pharaoni & Aegyptijs propter Iſrael:] hoc eſt, propter liberationẽ Hebræorum ex Aegyptiaca ſeruitute, & etiam propter peccata quæ cõmiſerunt Aegyptij in Hebræos. [vniuerſumq́ꝫ laborem qui accidiſſet in itinere, & ꝙ liberauerat eos dñs.] hoc eſt, anguſtias & timores, inopiam victualium, difficultatem & aſperitatem viarum, ac fatigationes, quas ſuſtinuerunt à die quo exierunt Aegyptum, vſqꝫ dum venerunt ad montem Dei. Quanuis em̃ Iethro de his multa iã percepiſſet, quoniam vndiqꝫ erant vulgata, petijt tamen aut appetiuit de ſingulis plenius informari. Moſes quoqꝫ ex deuotionis feruore libenter retulit ei omnia iſta. Quæ & aptius potuit ei narrare in tabernaculo, q̃ in via: quoniam Aaron, Hur, multiq́ꝫ alij principales ex Iſrael, venerunt cum Moſe ad recipiendum ipſum Iethro honeſte. Hinc in tanto tumultu non fuit aptitudo omnia recitandi. [Lætatuſq́ꝫ eſt Iethro ſuper oĩbus bonis quæ fecerat dñs Iſraeli:] hoc eſt, filijs Iſrael, per filios Iſrael intelligendo & filias, ſeu totam Iſraeliticam plebem illã, quam Iethro dilexit propter Moſen, immo potius propter Deum, in quẽ iam cœpit fidem & deuotionem concipere ex tot mirabilibus eius, ex quibus perpendit idololatriæ vanitatem, & ꝙ ſoli ſummo, vniq́ꝫ Deo cultus latriæ deberetur. Hinc ſubdit: [Et ait] Iethro: [Benedictus dñs qui liberauit vos de manu Aegyptiorum, & de manu Pharaonis &c. Nunc cognoui quia magnus dominus ſuper omnes deos:] hoc eſt, per hos diuinæ poteſtatis effectus, ſoli omnipotenti poſſibiles, ſcio ꝙ dñs quẽ colunt Hebræi, ſit incõparabiliter altior cunctis dijs, non ſolũ falſis dijs & idolis idololatrarum, ſed & cũctis intellectualibus ſubſtãtijs bonis, qui p̃ excellẽtias ſibi deſup̃ datas participatiue dij vocant̃. Porro quod ſubdit̃, [eo ꝙ ſup̃be egerint contra illos:] refert̃ ad illud, Benedictus dñs q̃ eruit populũ ſuum de manu Aegypti. Nam ideo eruit Hebręos, quia Aegyptij ſuperbe egerunt contra illos, deſpiciẽdo, illudẽdo, opprimẽdoq́ꝫ eos quaſi bruta viliſſima. [Obtulit ergo Iethro cognatus Moſis holocauſta] .i. ſacrificia, quę ad diuinę maieſtatis honorẽ totaliter incendebant̃, ad inſinuandũ ꝙ vellet de cætero ſe totũ exhibere cultui Dei veri. [& hoſtias Deo] .i. alia quæcũqꝫ ſacrificia p̃ ſuis peccatis, quæ in paganiſmo cõtra verũ Deũ commiſit, ſicq́ꝫ fidẽ ſuã ore & ope profeſſus eſt. Si aũt quærat̃, qualiter licuit viro gẽtili officiũ ſa- Euſebi.

cerdotale aſſumere, & Deo talia ſacrificia imolare, ad hoc in Scholaſt. hiſtoria reſpõdet: Au- Auguſt.

guſtin⁹ nõ vult gẽtilẽ immolaſſe dño, ſed Moſen, ſecundũ aliã tranſlationẽ, quę habet, ſumpſit Iethro hoſtias .i. de oblatis à Moſe, ſumpſit ab eo, & comedit. Et forte Moſes ſacrifica- Ioſe. li. 3

uit tũc prope montẽ, ſicut prædixerat dñs. Dicit em̃ Ioſephus Iethro veniſſe circa mõtẽ, vbi ant. iud.

in rubo multas viderat Moſes viſiones. Hæc ibi. Sed hæc verba intricata vident̃. ¶Quocirca cap. 1.

penſandũ, ꝙ LXX. ſic tranſtulerũt: Obtulit ergo & ſumpſit Iethro ſocer Moſis holocauſtomata & ſacrificia dño. Circa q̃d loquit̃ Auguſtin⁹: Sumpſit, p̃ obtulit, poſuit. An forte ſen- Auguſt.

ſus eſt, vt Iethro ea ſumpſiſſe intelligat̃, q̃ Moſes intelligit̃ obtuliſſe? Legim⁹ aũt ipſum Iethro ſacerdotẽ fuiſſe Madiã. Mirũ eſt aũt, ſi ad ei⁹ aduẽtũ cœpit Moſes ſacrificare, & nõ potius ipſe Iethro, q̃ iã ſacerdos erat, ſacrificauit. Ecce in his verbis Auguſt. nõ negat ipſum Ie- Exod. 2.

thro ſacrificaſſe. Itaqꝫ aduertẽdũ, ꝙ in lege naturæ primogeniti fideles, erãt ſacerdotes Dei. Auguſt.

Qm̃ ergo Iethro iam credidit, potuit Deo ſacrificare, præſertim ſi primogenitus fuit. ¶Deniqꝫ qui ex idololatria inter gẽtiles cõuertebant̃ ad cultũ veri Dei, poſt ſuã cõuerſionem poterãt Deo ſacrificare, quẽadmodũ 4. Regũ recitat̃ de Naamã Syro, qui locutus eſt Heliſæo:

Nõ faciet ſeruus tu⁹ vltrà holocauſta ac victimas dijs alienis, niſi dño. Similiter legit̃ in libro 4. Reg. 5.

Ionæ de viris gẽtilibus, ꝙ viſis mirabilibus quæ fiebãt in ſubitanea tẽpeſtatis marinæ gene- Ionæ 1.

ratione & ceſſatiõe, immolauerũt hoſtias Deo, & vota vouerũt, hoc eſt, plura ſe immolaturos domino, p̃miſerunt. De q̃bus viris ſcribit ibi Hieronymus, ꝙ p̃miſerunt ſe amplius non Hieron.

receſſuros à Deo, in quẽ tunc credere inceperunt. ¶Præterea dici poſſet, ꝙ Iethro pro tanto dicatur obtuliſſe holocauſta ac hoſtias Deo, quoniam ea ex quibus fiebant ſacrificia illa,

 dedit

dedit Moſi ad offerendũ, quẽadmodũ in Iob ſcribit Deus præcepiſſe tribus amicis B. Iob,
Iob 42. vt ſumerẽt 7. tauros, totidẽq́ arietes, & irẽt ad Iob, q offerret ꝓ eis. Sic & in fine 2. Regũ ha
betur, ꝙ Dauid ædificauit altare dño, obtulitq́ holocauſta atq; pacifica. ¶Poſtremo, q̃uis Ie
2. Re. 24. thro dicatur cõuerſus ad cultũ Dei, non tamen legitur factus neophytus, nec legit̃ circunci-
ſus fuiſſe: idcirco nõ tenebat̃ ad Moſaicã legẽ, ſed ĩ lege naturę potuit ſaluari cũ cultu vni⁹
Dei, & fide Chr̃i vẽturi, ſicut nũc multi ſaluati ſunt. [Venerũtq́ Aarõ, & oẽs ſeniores Iſrael,
vt comederent panẽ cum eo.] hoc eſt, vt honorarẽt ipſum Iethro, manducando cũ ipſo, &
congratulando ſuæ conuerſioni ac deuotiõi, & quoniã erat Moſis ſocer, virq́ multũ nota-
bilis, præſertim quia & ipſe Iethro venit ad Moſen, ad congratulandũ ſuæ proſperitati &
prælationi. Venerũt ergo ad manducandũ cum Iethro panẽ, per quẽ in ſcripturis quicũq;
cibus ſignificatur. [corã dño.] ¶Circa hoc quærit Auguſtinus, qualiter factũ eſt hoc coram
Auguſt. dño, cum tunc nondũ fuerit tabernaculũ factum. Ad quod reſpondet: Id factũ eſt corã dño,
quod factũ eſt ad eius honorem. Origenes quoq; circa hoc loquitur: Non om̃es qui mãdu-
Origen. cant, coram dño manducant: ſed perfecti, qui, ſiue comedũt, ſiue bibunt, ad Dei gloriam fa-
ciunt. Alij ſic exponunt: Coram dño, hoc eſt, in tabernaculo paruo, in quo Moſes tunc re-
ſponſa accepit, vt in expoſitione 16. capituli dictum eſt plenius. Vel coram altari, vbi Iethro
Exo. 16. ſacrificauit. [Altera aũt die ſedit Moſes vt iudicaret populum,] expediẽdo & diſcernẽdo li-
tigantium cauſas. Porro magiſtrorũ ac iudicum eſt ſedere, tanq̃ maioꝝ. Et item ad innuen-
dum, ꝙ corde tranquillato, paſſionibusq́ ſedatis, debeant docere ac ſententiare: quod per
corporalẽ ſeſſionem ſignificat̃. [qui aſſiſtebat Moſi de mane vſq; ad veſperam.] Nã vno ex-
pedito, alter acceſſit. Et forſitan quidã adſtabãt ad audiendum ſententias, q̃uis ꝓbabile ſit,
ꝙ expediti & nil cauſæ habentes, remouebant̃, vt alijs pateret acceſſus. Veruntñ non appa-
ret, ꝙ ſine interpolatione aſſiſtebant per totam diem: alioquin quãdo comediſſent? Sed to-
ta die adſtitiſſe dicũtur, qm̃ omni hora ad hoc vacante adſtabant. [Quod cũ vidiſſet cogna
tus eius, ait: Quid * eſt hoc quod agis in plebe?] q. d. Non eſt ſatis laudabile. [Cur ſol⁹ ſedes,
*eſt q̃d & om̃is populus præſtolatur de mane vſq; ad veſperam] ad iudicãdum, cum poſſis tibi ſub-
ſtituere adiutores? Et ſecundum Ioſephum, Iethro dixit iſta ſecrete ad Moſen. Moſes vero
tanq̃ vere humilis, omnibus patefecit ſe iſta audiſſe ac didiciſſe à Iethro. [Cui reſpõdit Mo-
Ioſe. li. 3 ſes: Venit ad me populus quærens ſententiam Dei.] hoc eſt, iuſtum iudicium. Cumq́ acci-
ant. iud. derit eis aliqua diſceptatio, veniunt ad me, vt iudicem inter eos, & oſtendam præcepta Dei
cap. 4. & leges eius.] hoc eſt, doceam eos regulas iuris & mandata iudicialia, iuxta reuelationem
diuinam. [At ille: Non bonam, inquit, rem facis] .i. opus hoc iudiciale, quo omnibus ſatiſ-
facere ſolus conaris, non eſt ſatis diſcrete aſſumptum à te atq; exhibitum. ideo ſubdit: [Stul-
to labore conſumeris & tu, & populus iſte qui tecum eſt.] hoc eſt, indiſcreto labore fatiga-
tis vos inuicẽ: illi, tibi cauſas proponendo, & tu om̃es ſolus determinando. [vltra vires tuas
eſt] hoc [negocium. Solus illud non poteris ſuſtinere.] Non ꝙ Moſes non fuerit ſatis ſapiẽs
ad diſcernendum omnia quæ proponebantur, ſed quoniã tẽpus non ſufficiebat ei ad profe
rendum ſententias. ¶Circa hæc quæritur, an Moſes fuit in iſto vere repræhẽſibilis atq; cul-
pabilis: & videtur ꝙ non, alioquin dñs repræhendiſſet eum. Reſpondet̃, ꝙ aliquid bonum
eſt, & tamẽ eſt omittendũ, vt aliquid melius fiat. Itaq; quod Moſes fecit ex charitate atq; iu
ſtitia, non ſine graui labore, nõ videtur fuiſſe ſimpliciter malũ. Poterat tamen in hoc Mo-
ſis opere, aliquis defectus venialis peccati eſſe admixtus, videlicet indiſcretio ſeu incõſidera-
tio quædã, quod tamen dñs ei nõ reuelauit, quatenus inde inſtrueretur à viro gentili. Quod
Deus ſic ordinauit, ad magnam informationẽ omniũ noſtrũ, vt infrà tangetur. Nam & Au
Auguſt. guſtinus circa hæc ait: Cur dñs famulum ſuum, cum quo, & per quẽ, tanta ac talia loqueba-
tur, permiſit ab alienigena informari & admoneri? In quo ſcriptura nos admonet, cõſilium
veritatis non eſſe ſpernendũ, per quẽcunq; præſtetur. Videndũ quoq;, ne forte Deus volue-
rit ibi Moſen ab alienigena admoneri, vbi ipſe Moſes poſſet tentari ſuperbia, quæ in iudici-
aria poteſtate ſolet miſceri. Hæc Auguſtinus. Aliqui vero dicunt, ꝙ factũ hoc Moſis nõ fuit
culpabile, ſed poterat melius fieri. Id vero quod eſt minus bonũ, cõparatione boni melioris
dicitur quodãmodo malũ, videlicet reſpectiue, non tamẽ in ſe. Quẽadmodum etiã minus
malũ, reſpectu prioris, dicit̃ eligibile aliqualiter, reſpectiueq́ bonũ. [Sed audi verba mea] .i.
increpationẽ ſeu admonitionẽ hanc beneuole ſuſcipe. [atq; cõſilia] de agendis in guberna-
tione populi huius. Conſiliũ aũt proprie dicitur inquiſitio de agendis. Vnde ſecundũ Dama
Damaſ. ſcenũ, eſt ignorãtis naturæ. Sed nunc ſumit cõſiliũ pro informatione ſeu dictamine dirigen
tis. [& erit dñs tecum] .i. per gratiam ampliorẽ, ſi humiliter acquieueris imperfectiori in eo.
Quod veraciter dicit. [Eſto tu populo in his quæ ad Deum pertinẽt] .i. inter Deum ac po-
pulum tibi cõmiſſum ſis mediator. [vt referas quæ dicuntur, ad eum] hoc eſt, verba Dei refe-
ras populo, vel cauſas, vota, orationes populi offeras Deo, eius miſericordiam implorando.
[oſtẽdasq́ populo cęremonias] .i. cęremonialia Dei pręcepta, obſeruãda in celebrationibus
ſolenni-

ſolẽnitatũ & oblatiõibus ſacrificioꝝ. [& ritũ colendi] hoc eſt, formã & morẽ ſeruandos in
præceptis moralibus. [viãq́ ꝑ quã ingredi debeãt] .i. iter ſalutis, [& opus quod * facere] hoc
eſt, quid quo tẽpore ſit agendũ, vt oĩa fiãt ordinate. [Prouide aũt de omni plebe viros †po- † ſapien
tentes] .i. diligẽter cõſidera, & elige ex populo vniuerſo ſine perſonaꝝ acceptione, & non ſo tes
lum ex tuis cognatis viros eminẽtes, potẽtes, videlicet nobiles & magnates, q (cęteris pari-
bus) ad regendũ alios ſunt aptiores, quatenus ſua poteſtate queãt rebelles cõpeſcere, magisq́ Ecc̃i 7.
timeant̃. Propter quod in Eccleſiaſtico ſcriptũ eſt: Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtu
te irrumpere iniquitates. [& timentes Deum] filiali timore, aut ſaltem initiali, ne ex huma-
no timore à via æquitatis recedãt. [in quibus ſit veritas] triplex, videlicet veritas vitæ, doctri
næ, iuſtitiæ. [& qui oderint auaritiã,] ne per munera corrumpant̃. De explanatione autẽ ho
rum verboꝝ infrà diffuſius conſcribetur. [& conſtitue ex eis tribunos] .i. millenarios, vtpo-
te principes, quorũ quilibet præſit mille viris. Vnde alia translatio habet, Cõſtitue ex eis ſu-
per millenos. [& centuriones,] quorũ quilibet præſit centũ hoĩbus. [& quinquagenarios, &
decanos:] ita vt quilibet quinquagenarius princeps præſit quinquaginta, & vnuſquiſq; de-
canus præſideat 10. [qui iudicẽt populũ om̃i tẽpore.] hoc eſt, quorũ principũ vnuſquiſq; iu-
dicet cauſas eorũ, qui ſibi ſubiecti ſunt tẽpore opportuno. [Quicq̃d aũt maius fuerit, referãt
ad te:] videlicet difficiliores cauſas, quas diſcernere nequiuerint, vel quæ directe concerne-
bant intelligentiã legis, cuius interpretatio ꝑtinebat ad ſummũ. [& ipſi minora tantũmodo
iudicẽt:] ſic tñ, ꝙ inter hos principes ſubordinatio fuit, ſicut nunc eſt inter prælatos eccleſiæ,
ita ꝙ ſi decanus nequiuit determinare cauſam eoꝝ qui erant ſub eo, habebatur recurſus ad
quinquagenarium: ꝙ ſi ille nequibat diſcernere, aſcendebat̃ ad centurionẽ: deinde ſi opus
fuit, ad tribunũ: ſicq́ tandẽ ad Moſen, q̃d tñ cõtigit rare: idcirco nõ grauabatur. Vnde ſub-
iungitur: [Leuiusq́ tibi ſit partito in alios onere] .i. officio iudicandi, quod habet onus an-
nexũ. [Si hæc feceris, implebis imperiũ Dei:] hoc eſt, populũ iſtũ cõueniẽtius gubernabis ſe-
cundũ iniunctũ tibi à Deo officiũ, [& præcepta eius poteris ſuſtẽtare, & oĩs hic populus re-
uertet̃ ad loca ſua cũ pace] pectoris, & cũ mutua pace ad loca ſua, expeditis eoꝝ cauſis, & diſ
ceptationibus iam ſedatis. Delectat q̃q; populũ, vt ſuperior dignitatẽ ſuã cõmunicet alijs ꝑ
cõgruos gradus, ne videatur ſolus velle præeſſe, aut præſumere ꝙ ipſe valeat om̃ia expedi-
re, ſicq́ elatiõis, inuidẽtiæ, & præſumptionis redarguatur. [Quibus auditis, Moſes fecit oĩa
quæ ille ſuggeſſerat.] In quo patet profunda & mira humilitas Moſis. [Et electis viris ſtre- Deut. 1.
nuis de cuncto Iſrael,] Nõ dicit̃ ꝙ Moſes per ſe eos elegit, q̃a vt in Deuteronomio habetur,
cõmiſit populo iſtã electionem. [cõſtituit eos principes populi] videlicet [tribunos, & centu
riones, & quinquagenarios, & decanos &c.] Approbauit em̃ electionẽ populi, & qui poten
tiores, iuſtiores ac ſapiẽtiores reputabant̃, pluribus præficiebãtur. Putandũ eſt aũt, ꝙ Iethro
dixit Moſi præinductã increpationem & conſultationẽ ſeorſum, ex quadã familiaritate &
amicitia ſpeciali, vnde & tã confidẽter locutus eſt. Deinde Moſes dixit ad populũ ea quæ in Ibidem
Deuteronomio habent̃, videlicet: Nõ poſſum ſolus ſuſtinere veſtra negocia ac iurgia. Date
ex vobis viros ſapiẽtes & gnaros, & ponam eos vobis principes &c. [Dimiſitq́ cognatum
ſuũ.] Per q̃d inſinuat̃, ꝙ Moſes ex magna dilectione tenuit ſecũ, q̃ diu cõgrue potuit, ſocerũ
ſuũ: & tandẽ redire abſolute volentẽ, dimiſit cũ charitate & pace, deducẽs eundem reueren
ter per aliquod ſpatium. [Qui reuerſus,] hoc eſt, redire incipiens, [abijt] à Moſe [in terram
ſuam.] videlicet Madian, relictis apud Moſen coniuge eius ac filijs.

¶De tropologijs eiuſdem capituli. Artic. XXXVIII.

QVid ꝑ Sephorã Moſis coniugẽ, & quid ꝑ eius remiſſionẽ ſignetur, pręhabitũ eſt. Prę-
terea, virtutes ſanctiſſimi Moſis nobis ex iſto capitulo multipliciter cõmendant̃. In
primis feruor ſuæ deuotionis, q̃a narrauit ſocero ſuo vniuerſa mirabilia Dei in Aegy
pto, mariq́ rubro, atq; in ſolitudine facta. Diſcamus ergo & nos tanti ſancti exemplo non
inaniter cõmendare noſipſos, nõ ꝓprias iactare virtutes, nec in verboſitatib⁹ & vitioſis con Tobi. 12.
fabulatiõib⁹ tẽp⁹ expẽdere, ſed mirabilia Dei, bñficia eius & pietatẽ, grãmq́ ipſius cũ oĩ ala Pſalm. 9.
critate ac deuotiõis ardore ĩtra nos meditari, alijs recitare, ac ꝓ viribus collaudare. Nẽpe vt Exo. 42.
Tobiæ Raphael angel⁹ cõteſtat̃, Sacr̃m regis abſcõdere, bonũ eſt: opa aũt Dei reuelare ac cõ
fiteri, honorificũ eſt. Ideo ait Pſalmiſta: Cõfitebor tibi dñe in toto corde meo, narrabo oĩa
mirabilia tua. Eccleſiaſticus q̃q; aſſerit: Nõne dñs fecit ſanctos enarrare oĩa mirabilia ſua, q̃
cõfirmauit dñs oĩpotẽs, ſtabilis in gloria ſua? ¶Inſup, cũ Iethro audiamus mirabilia Dei cũ
gaudio ſpiritali, cõgratulemurq́ eis q̃bus Deus miſericordiã ſuã impẽdit, & ſup his offera-
mus Deo ſacrificiũ laudis, hoſtiã regratiatiõis, atq; in toto corde cõuertamur ad ipſum. Cũ
Aarõ q̃q; & ſeniorib⁹ Iſrael, diſcam⁹ comedere & bibere corã dño, .i. virtuoſe & ſobrie cũ ꝑ-
uia cibi & potus bñdictiõe & ſequẽte grãrũ actione, vitãtes immoderantiã & verborũ ex-
ceſſum, atq; ad Dei gloriã referẽtes ipſam refectionẽ, vt ſ. corpore moderanter refecto, apti
ſim⁹ ad Dei obſequiũ, & ad om̃e opus virtutũ, intantũ, vt & exteriora ac mechanica opa, ad
ſpiritualem

ſpũalem finẽ ac Dei honorificentiã ordinemus. ¶Circa hæc loquit Origenes: Non oẽs man-
Origen. ducãt panẽ in cõſpectu Dei, ſed q meritis ſũt ꝓbati, & implẽt illud Apoſtoli: Siue mãducatis,
1.Co.15. ſiue bibitis, ſiue aliud qd facitis, oĩa ad gloriã Dei facite. Oĩe ergo qd faciũt ſancti, in con-
ſpectu faciũt Dei. Peccator aũt fugit à Dei cõſpectu, quẽadmodũ Adã poſt trãſgreſſionem
Gen. 3.4 abſcõdit ſe, & Cain, fratre ſuo occiſo, egreſſus eſt à facie dñi. Ego aũt amplius locũ iſtũ diſ-
cutiẽs, video qa qui pleniorẽ Dei ſcientiã accipiũt, pleniuſq́ʒ diuinis imbuti ſunt diſciplinis,
iſti, etiã ſi malũ faciunt, corã Deo hoc agunt, quẽadmodũ ille qui dixit: Tibi ſoli peccaui, &
Pſal. 50. malũ corã te feci. Quid ergo plus habet, q corã Deo peccat, niſi ꝙ cõtinue pœnitet, & dicit:
Peccaui, ignoſce mihi? Qui aũt diſcedit à cõſpectu Dei, neſcit cõuerti. Hæc Origenes. ¶Am-
plius, ex iſto capitulo cõmendat nobis laborioſitas & patientia Moſis, qa à mane vſqʒ ad ve
ſperã ſedit, ad decidendũ ac mitigandũ cauſas ac iurgia populi. Grauiter itaqʒ peccant prin
cipes ac iudices terræ, q cauſas habẽtibus faciũt tædioſas & irrationabiles moras, ludis vani
tatibuſq́ʒ intẽti. Inſtruũt demũ ex iſto cap. p̄ſidẽtes, p̄ſertim p̄lati ac p̄ſules, ne circa exteriora
& lites immoderãter ſe occupẽt: ſed talia, quãtũ fieri poteſt, inferioribus ad hoc aptis cõmit
tãt, ne à melioribus viciniorib uſq́ʒ ſaluti actibus impediant, ſed vacẽt diuinis, & pro ſubdi-
toꝝ ſalute corã Deo negocient, illiſq́ʒ mõſtrent verbis & exẽplis viã ſalutis, p̄cepta Dei, man
data eccleſiæ, modũ ſpũalis ꝓfectus. ¶Præterea hic docemur, quales ſint ad p̄lationẽ ac iudi-
ciariã poteſtatẽ eligẽdi ac ꝓmouẽdi. De quibus in primis fert in textu, ꝙ debeãt eſſe poten-
tes, vt queãt ꝑuerſos ac rebelles terrere, refrenare, corrigere. Si aũt habuerit poteſtatẽ ſine ſa
piẽtia atqʒ iuſtitia, dat eis tyrãnizandi occaſio, & addit oleũ igni. Verũtamẽ vbi nr̃a trãsla-
tio habet, Prouide viros potẽtes: alia cõtinet, Prouide viros ſapiẽtes. Sapiẽtia q̄ppe ſumme
Eccẽs 7. eſt neceſſaria iudicibus ac p̄latis. Propter q̄d, Væ terræ cuius princeps puer eſt. Et Plato bea
Plato. tã dixit rempublicã, cuius rectores ſapientiæ ſtudent. Et 5. de Ciui. Dei aſſerit Auguſtinus:
Auguſt. Illi qui vera pietate præditi bene viuunt, ſi habẽt ſcientiã regendi populos, nil eſt felici⁹ re-
bus humanis, q̄ ſi (Deo miſerante) habeant poteſtatẽ. Verum vt ait ſanctus pater Bernardus,
Bernar. rara eſt huiuſmodi auis in terra: ideo ſi occurrat, inijciendę ſunt manus, vt appræhendat. Se-
cundo, de eligendis & ꝓmouendis fertur in textu, ꝙ ſint Deũ timentes: alioquin cito à veri-
tate recederẽt æquitatis, & timore periculi vel offenſæ humanæ, iudicia proferrent iniuſta.
2. Pa. 19. Hinc libro 2. Paralip. fideliſſimus rex Ioſaphat legitur dixiſſe ſuis iudicibus: Videte quid fa-
ciatis. Non eñ hominum exercetis iudicium, ſed Dei: & quodcũqʒ iudicaueritis, in vos re-
dundabit. Sit timor dñi vobiſcum, & cuncta cum diligẽtia facite. Tertio dicitur de eiſdem,
ꝙ in eis ſit veritas: veritas, inquã, vitæ, ita vt virtuoſi exiſtãt, ne ſint indigni alios iudicare. Si-
quidẽ indignus eſt reũ dijudicare, q in eiſdẽ aut maiorib⁹ eſt peccatis, vt ait Ambro. Sit q̊qʒ
in eis veritas doctrinæ, quatenus ſecundũ regulas iuris procedãt, & rationabiliter inſtruant
partem vtranqʒ. Sit item in eis veritas iuſtitiæ, ſicut S. Iob dixit: Iuſtitia indutus ſum. Nam &
Iob 19. philoſophus ꝓteſtat, ꝙ iudex debet eſſe quaſi animata iuſtitia, & lex viua, vt à vera æquitate
Philoſo. nuſq̄ diſcedat, quia ad ipſum confugiũt homines, quaſi ad regulã æquitatis. Hinc in Deute-
ronomio Moſes loquitur: Date ex vobis viros gnaros & ſapientes, quorum cõuerſatio pro-
Deut. 1. bata ſit in tribubus veſtris: & ponam eos vobis principes. Quibus etiam ibi legitur præce-
piſſe: Quod iuſtum eſt, iudicate: ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia: ita par-
uum audietis, vt magnum: nec accipietis cuiuſquam perſonã, quia iudicium Dei eſt. Quar-
to dicitur de eiſdem, ꝙ odiant auaritiam, vt ſ. non ſolum non ſint auari, ſed tam in ſe, q̄ in
Exo. 23. alijs, totis præcordijs auaritiam deteſtentur. Vnde infrà ſcribitur: Non accipias munera,
quæ excæcant etiam prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum. Veruntamen alia translatio
habet, Qui oderint ſuperbiã. Superbia nanqʒ tanto plus eſt præſidentibus ac iudicibus odi-
Sapiẽ. 6. enda, quanto eis maior eſt occaſio ſuperbiẽdi, quia in ſublimitate quadam ſe intuẽtur, eiſq́ʒ
plurimi blandiuntur, & magna eis libertas eſt faciendi quod volunt. Verũ, ſi penſent quod
Eccl 32. Sapiens habet, formidabunt & humiles erunt. Scriptum eſt enim ibidem: Data vobis eſt po
teſtas ab altiſſimo, qui interrogabit opa veſtra, & cogitationes veſtras ſcrutabit. Cito & hor
rende apparebit vobis, qm̃ iudiciũ duriſſimũ in his qui præſunt, fiet: & potentes, potẽter tor
menta patientur. Hinc Eccleſiaſtic⁹ ait: Rectorẽ te poſuerũt? noli extolli: eſto in ipſis, quaſi
vnus ex illis: curam illoꝝ habe, & ſic conſidera. Tales itaqʒ ſunt eligẽdi & ꝓmouẽdi, immo
ſecundũ forum cõſcientiæ tenetur vnuſquiſqʒ eligere meliorẽ ſeu digniorẽ, q̄uis ſecũdum
forũ cõtentioſum ſufficiat, eligere bonum & dignum. Alioquin electio ſemper poſſet caſſa
ri. ¶Poſtremo, in hoc capitulo cõmendatur nobis glorioſa humilitas, optimaq́ʒ docilitas di
uiniſſimi Moſis, qui dum ad libitũ diuinis frueret alloquijs, angeliciſq́ʒ inſtrueret dogma-
tibus, nihilo minus dignãtiſſime ſumpſit, prõptiſſime q́qʒ impleuit viri gentilis inſtructio-
nẽ. Nemo igit cornua ſibi aſſumat, nullus in ſuis oculis tã ſapiens extet, vt increpationes &
informationes ſuſcipere dedignet, immo & ab inferiori dignãter accipiat & gratãter, qc-
Origen. quid vere & ſalubriter ab illo audierit. Hinc Origenes diſſeruit: Satiari nõ poſſumus intuen-
do quod

do quod ſcriptũ eſt, q̄ vehemẽter nos inſtruat. Etenĩ cũ proſpicio, ꝙ Moſes ꝓpheta Deo ple
nus, cui Deus facie ad faciẽ loquebatur, cõſilium accepit à Iethro Madian ſacerdote, admi- Exo. 33.
ratione nimia ſtuporẽ mẽtis incurro. Scriptũ eſt eñi: Audiuit Moſes vocẽ ſoceri ſui, & nõ di
xit ſocero ſuo: Mihi loquit De⁹, & cæleſti ſermone defert ad me, qd agere debeã: & quõ cõſi- Exo. 18.
liũ ab hoĩe ſuſcipiã, & à viro gẽtili? Et nõ qs dicat, ſed qd dicat, auſcultat. Vnde & nos ſi for-
te aliqñ inuenimus aliqd ſapiẽter dictũ à gentilibus, nõ illud ſpernamus. Quis aũt eoꝝ qui
præſunt, nõ dico, ſi iã aliqua ei à Deo ſunt reuelata, ſed ſi in legis ſcientia aliqd meriti habet,
dignat conſiliũ inferioris ſaltẽ ſacerdotis accipere, nedũ dixerim laici, nedũ gẽtilis? Sed Mo- Num. 12
ſes q erat præ cũctis hoĩbus manſuetus, conſiliũ accepit inferioris, vt & formã daret humi-
litatis principibus populorũ, & futuri ſacramenti deſignaret imaginem. Hæc Origenes.

¶Declaratio literalis cap. XIX. Menſe tertio egreſſionis filiorum. Art. XXXIX.

ADuentus filiorũ Iſrael in montem Sinai, & præparatio eorundem ad ſuſcipiẽdum ibi
legem à domino, deſcribuntur in iſto capitulo. [Menſe tertio egreſſionis filioꝝ Iſrael
de terra Aegypti, in die hac] ſcilicet prima die menſis illius, [venerũt in ſolitudinẽ Si-
nai:] Quẽadmodũ dictum eſt, tota eremus illa, fuit vna grãdis ſolitudo, ſeu vnũ deſertum,
longe ac late extẽſum: ſed in diuerſis partibus ſuis ſortita eſt diuerſa vocabula. ¶Circa hæc
ait Gloſſa: Quadrageſimoſeptimo die poſtq̄ egreſſi ſunt de Aegypto, primo die mẽſis ter-
tij, ſcilicet Iunij, peruenerũt ad montẽ Sinai, ibiq́ʒ peractis duob⁹ diebus, quibus ſanctifica-
ti ſunt, hoc eſt, ad legẽ ſuſcipiendã purgati ac præparati, die tertio. i. 50. die ab egreſſu, vide-
licet die Pẽtecoſtes legẽ receperũt. Receperũt eam, inquã, verbotenus, vt infrà patebit. Poſt-
ea vero receperũt eam in ſcriptis, puta in tabulis, cum Moſes fuiſſet cũ dño in vertice mon-
tis 40. diebus ac noctibus. [Nam profecti de Raphidim, & peruenientes vſqʒ in deſertũ Si-
nai, caſtrametati ſunt in eodem loco, ibiq́ʒ] tentoria ſua fixerunt, eo ꝙ colũna nubis quie-
ſceret ibi [e regione] hoc eſt, ex oppoſito [montis] Sinai. Vnaquæqʒ aũt tribus atqʒ familia,
accepit locũ & ſpatium congruum ad ponendũ in eo ſuum tentoriũ. Erantq́ʒ, vt dicitur, ali-
qui deputati, qui facerent huiuſmodi diuiſionẽ & aſſignationẽ locorũ, atqʒ vt Lyra, R. Sa-
monẽ ſequẽs, affirmat, fixerũt tẽtoria e regione mõtis ad plagã orientalẽ, quatenus adora- R. Salo.
rent dominũ ſup montẽ Sinai, vultibus verſis ad occidentẽ, qm̃ verſus occidentẽ adorabãt
Iudæi. Sed his contradicit R. Paulus, dicens rationẽ illam eſſe inualidã: quia Iudæi (vt ait)
adorabãt verſus occidentẽ, quãdo erãt in tabernaculo vel in templo, in quo arca teſtamẽti R. Paul⁹.
& propiciatoriũ erãt in parte occidentali: ſed quãdo erãt extra templũ, in parte occidentali,
reſpectu tẽpli, adorabãt ad orientẽ: taliàs orando vertiſſent terga ad templũ, q̄d valde incon-
ueniens reputant. Vnde hodie Hebræi exiſtentes in partibus Europæ, quæ eſt in parte occi
dentali reſpectu Hieruſalem non orant verſus occidentẽ, ſed orientẽ, iuxta q̄d 3. Regũ libro
Salomon ait: Adorabunt te contra viã terræ, quã dediſti patribus eorum, & ciuitatis quam 3. Reg. 8.
elegiſti, & templi. Melius ergo cum alijs expoſitoribus dicitur, ꝙ caſtrametati ſunt e regio-
ne mõtis Sinai circunquaqʒ. Hoc dictũ R. Pauli, quantum ad aliqua, verum eſt: ſed non vide-
tur in toto huic literæ cõſonare. Quod eñ per circuitũ rei figitur, non proprie dicitur figi e
regione ipſius, ſed magis in gyro eius. [Moſes aũt aſſcendit in montẽ ad Deum] . i. partem
montis aſſcendit, in quo Deus fuit per ſpeciales effectus. [Vocauitq́ʒ eum dominus de mon
te] . i. dominus in ſuperioribus montis exiſtens, vocauit Moſen, iubens vt magis aſſcẽderet.
Qui nõ præſumpſit altius ſcandere niſi iuſſus, qa iam ante audiuit à domino circa rubũ, Ne
appropies huc. Et Ioſepho teſte, mons Sinai tam altus eſt, tam proceros ſcopulos habet, vt
non ſolũ inacceſſibilis extet hominibus, quãtum ad altitudinem ſuã, ſed & videri vix queat
ſine viſus labore. Et cum ſermo eſſet Deum habitare in eo, terribilis & inadibilis omnibus Ioſe. li. 3
fuit. Deinde omnia iſta miniſterio angelorũ facta creduntur, ita ꝙ angelus in Dei perſona ant. iud.
apparens, & vocem ſenſibilem formans, Moſen eſt affatus. [& ait: Hæc dices domui Iacob,] cap. 6.
hoc eſt, poſteritati ipſius Iacob, [&] pro id eſt, [annunciabis filijs Iſrael. Vos ipſi vidiſtis quę
fecerim Aegyptijs,] hoc eſt, qualiter eos plagaui propter vos, [quomodo portauerim vos ſu
per alas aquilarum,] id eſt, ex Aegypto vos tranſtuli, & ab Aegyptiorum impugnationibus
vos defendi, ſicut aquila portat ſuos pullos de loco ad locum, & portando eoſdem tuetur
ne lædantur. Dicitur enim quòd portat eos ſupra proprium dorſum, ſicq́ʒ corpus ſuum ex-
ponit pro pullorum defenſione: ita & angelus columnam nubis poſuit inter Aegyptios & Exo. 14.
Hebræos, ne Aegyptij impugnarent Hebræos ante tranſitum maris rubri, quemadmodum
ſuprà patuit. [& aſſumpſerim mihi,] hoc eſt, gratioſe & pie applicuerim vos cultui meo, vt
mihi adhæreatis ad gloriã nominis mei, atqʒ ad veſtram ſalutem. [Si ergo audieritis vocem
meam,] hoc eſt, verbis meis obtemperaueritis, [& cuſtodieritis pactum meũ,] id eſt, legem
meam vobis nunc dandam, memoriter efficaciterq́ʒ ſeruaueritis: [eritis mihi in peculium
de cunctis populis,] id eſt, præ cæteris gẽtibus vniuerſis, eritis populus mihi ſpecialiter cha-
rus, familiaris, & hæreditarius, durante curſu veteris teſtamenti, ita ꝙ paſcam atqʒ cuſtodi-
am vos

am vos, ſicut cuſtodit & paſcit paſtor propriũ gregem. Hinc per Eſaiam loquit dñs: Hære-
ditas mea Iſrael. Vnde (vt dicit) in Hebræo habetur, Eritis mihi amicabilitas, ita ꝙ ꝑ illud
abſtractũ inſinuat, q̃ ſpecialiſſime eſſent Deo dilecti. Hinc in Deuteronomio legit: Te elegit
dñs, vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſuper terrã. ¶ Porro peculiũ ap-
Eſai. 19. pellat bonũ ſpeciale alicui appropriatũ. Et ita plebs illa fuit Deo ſpecialiter applicata. [Mea
eſt em̃ om̃is terra:] hoc eſt, vniuerſi habitatores terrę ſimul cum terra, mei ſunt iure creatio-
nis & vniuerſalis imperij. Ideo poſſum vos ita cõiungere mihi per gratiã. [Et vos eritis mi-
Deut. 7. hi in regnũ ſacerdotale] hoc eſt, regnabo in vobis, & reges vobis pręficiam, atq; in regno ve
ſtro erũt ſacerdotes mihi deuoti, & cõſecrati eritis. [& gens ſancta:] qm̃ corda veſtra virtu-
tibus erunt repleta, & vos meo cultui eritis dedicati. [Hæc] iam prædicta, [ſunt verba quæ
loqueris ad filios Iſrael.] Itaq; Deus anteq̃ legem plebi propoſuit, cõmemorauit ei actus ſuę
iuſtitiæ circa Aegyptios, & actus ſuæ miſericordiæ circa eos, quatenus Deum timerẽt vt iu-
ſtum & oĩpotentem, eum'q; diligerẽt vt pium ac liberalẽ, atq; vt ſibi grati cõſiſterent, ac per
hoc maiora ſuſcipere mererent. ¶ Inſup fecit eis dulciſſimã, excellentiſſimam'q; promiſſio-
nẽ, ſi de cætero obedirẽt, vt ſic ꝓuocarent ad meliora, & ipſum ardenter diligerẽt, à quo in
dilectione ſic erant ꝓuenti. [Venit Moſes, & cõuocatis maioribus natu populi, expoſuit] eis
[oẽs ſermones q̃s mandauerat dñs.] hoc eſt, verba pręfata, quæ Deus iuſſit eis inſinuari. [Re-
ſpondit'q; om̃is populus ſimul: Cuncta quę locutus eſt dominus, faciemus.] Compuncti em̃
erant ex verbis ꝓfſimis iam prædictis. Itaq; vt om̃ia fierent ordinate, Moſes primo verba
Dei retulit ſuperioribus Iudæoꝝ, & illi vlterius retulerũt inferioribus, vt ſic inferiores aſſue
ſcerẽt ſuperiores ſuos reuerenter audire. [Cũ'q; retuliſſet Moſes verba populi ad dominum]
Quod Moſes fecit, nõ vt dño ignota denũciaret, ſed vt à dño aliqd plꝰ audiret, & itẽ, vt ſuũ
impleret officiũ, qm̃ mediator fuerat cõſtitutus inter Deũ & populũ. Et rurſus, quatenꝰ bo-
na populi verba corã dño recitãdo, grãm impetraret à dño ipſi plebi. Iuxta quẽ modũ an-
gelus dixit Cornelio cẽturioni: Oratio tua & eleemoſynæ tuæ cõmemoratæ ſunt in cõſpe-
Acto. 10. ctu Dei, vt legit in Actis. Tobiæ quoq; Raphael angelus: Ego, inqt, obtuli orationẽ tuã do-
Tobi. 12. mino. [ait ei dominus: Iã nũc]. i. cito poſt hæc, vtpote 3. die, ſicut patebit, [veniã ad te in cali-
gine nubis]. i. in nube caliginoſa, [vt audiat me populꝰ loquentẽ ad te] ex ipſa nube, [& cre-
dat tibi in perpetuũ:] certi ꝙ ex diuina reuelatiõe locutꝰ ſis eis. Et ꝙ ait, vt credat tibi, intelli
gendũ eſt tã de his q ibi tũc aderãt, q̃ de poſteris eorundẽ. Et q̃uis multi eorũ poſtmodũ ad
incredulitatẽ dilapſi ſint, dñs tamẽ fecit q̃d in ipſo erat, vt & increduli inexcuſabiles inue-
niant. Qualiter aũt iſtud ſit factũ, ſequẽti recitat cap. ¶ Cur aũt dñs apparuit Moſi in nube
Deut. 33. aut nubis caligine, & ex ea locutus eſt ei? Reſpondet, ꝙ ad innuẽdũ ꝙ ipſe dñs ſit cæleſtium
princeps, cuius magnificẽtia nubes diſcurrũt, quæ in aereo cælo generant atq; mouẽtur ad
1. Co. 13. Dei imperiũ. Et itẽ ad inſinuandũ, ꝙ Deum in hac vita in ſeipſo clare cernere nõ valemus,
R. Paulꝰ. ſed (iuxta Apoſtolũ) videmus per ſpeculũ in ęnigmate. Tamẽ vt R. Paulus hic aſſerit, quan-
do dñs venit ad Moſen ad loquendũ & apparendũ ei dũtaxat, dicit veniſſe in nube, non in
caligine nubis: ſed quando venit ad loquendũ Moſi ex nube coram populo, dicit veniſſe in
caligine nubis, qm̃ Moſes habuit clariorẽ Dei cognitionẽ q̃ populus. Veruntñ an iſta ꝓprie-
tas in huiuſcemodi locutione ſemp ſeruetur, infrà pateſcet. [Nunciauit ergo Moſes verba
populi ad dñm:] ſicut iam dictũ eſt. [Qui dixit ei: Vade ad populũ, & ſanctifica illos]. i. ex-
hortare & ꝓcipe eis, vt ſanctificẽt ſe, implendo q̃ eis præcipies, vtpote à carnalibus abſtinen
do amplexibus, & ſpiritalibus actibus inſiſtẽdo. [hodie & cras, lauent'q; veſtimẽta ſua:] non
ꝙ in veſtibus ſit macula culpæ, vel ꝙ exteriorem candorem reꝝ inanimataꝝ Deus ꝑ ſe aut
principaliter curet, ſed vt per veſtimentoꝝ lotionem corporeã, intelligerent ſe intus debe-
re ſpiritaliter lauare & expurgare ꝑ cõuerſionẽ & cõtritionẽ mẽtis ad Deũ. Rudi etem̃ popu
lo dedit Deus ꝓcepta, eis proportionata. [& ſint parati in diẽ tertiũ:] ita vt tunc inueniantur
ꝑ præuia virtutũ exercitia diſpoſiti, purgati, deuoti ad occurrendũ dño, & ad ſuſcipiendum
legem ipſius. [In die em̃ tertia deſcendet dñs corã om̃i plebe ſuper montem Sinai.] Non ꝙ
Deus in ſua natura mutauerit locũ, ſed per quoſdã effectus mirabiles circa mõtem Sinai fa-
ctos, monſtrauit ſe aliqd nouum operari ibidẽ, per q̃d cognoſcebat ibi præſens adeſſe. Itaq;
deſcẽdet. i. præſentiã ſuã in loco inferiori ipſo cælo, mõſtrabit per effectꝰ magnificos. [Con
Gene. 2. ſtitues'q; terminos populo ꝑ circuitũ] montis, [& dices: Cauete ne aſcendatis in montẽ, nec
tãgatis fines]. i. partes ſeu extremitates [illius. Oĩs q tetigerit mõtẽ, morte moriet]. i. corpo
raliter occidet, immo & ſpiritaliter interibit, peccãdo mortaliter per diuini violationẽ ꝓce
pti. Iſtud tamen præceptum ex ſua natura fuit præceptum iuris poſitiui, ſicut & illud, quod
Deus dedit in paradiſo primis parentibus de nõ guſtãdo fructum arboris ſcientiæ boni &
mali, quem fructũ comedere, nõ fuit malũ in ſe, ſicut nec tangere montẽ. Poſitiua qppe ꝓce-
pta dicũtur, q̃ ſunt de rebus ideo debitis aut illicitis, quia iuſſæ ſunt aut prohibitæ fieri: non
aũt idcirco iuſſæ aut ꝓhibitæ fieri, qa ex ſua ratione ſint moraliter bonæ aut malæ. [Manus
non

nõ tanget eum]. i. nullus veſtrũ manibus ſuis mõtem attinget rependo aut innitẽdo. [ſed la-
pidibus opprimet, ſiue cõfodietur iaculis,] quicunq; montẽ tetigerit. Hoc aũt Deus tã rigo
roſe ꝓcepit, ad innuendũ cũ quãta reuerẽtia ſit accedendũ ad ipſum, & ne aliqs cũ præſum-
ptione aut curioſitate ad diuina ſe ingerat, qm̃ ſcrutator maieſtatis opprimet à gloria. Item
ad deſignandũ, q̃ vehemẽter deficiat imbecillitas mẽtis humanæ, ab excellẽtia & cõpræhen Pro. 25.
ſione maieſtatis diuinæ. [Siue iumẽtũ fuerit, ſiue homo, nõ viuet:] ſi tetigerit montẽ, quouſq;
fuerit data tãgendi licentia. Nam ſubdit: [Cũ cœperit clangere buccina, tũc aſcendant in
montẽ. ¶ Circa hoc Rabanus ſcribit: Prius ꝓhibet populũ in montẽ aſcẽdere, nũc iubet vt
clãgente buccina, aſcẽdant in montẽ, ꝑ hoc humanã cõpeſcens audaciã, atq; ad obediendũ Rabanꝰ.
inuitãs, ad deſignandũ, ꝙ ad ꝓdicationis vocẽ debemus nos ad ſuperna erigere, nec ſacra-
mentorũ inueſtigationẽ ex nobiſipſis ꝓſumere, ſed Dei vocationẽ ſequi. Alij ſic exponunt:
Cũ cœperit clangere buccina in cacumine montis ab angelo, tunc aſcẽdant in montẽ. i. ad
terminos ſibi præfixos accedant, per quod monti appropinquabũt, nõ tamẽ tranſeãt vltra
terminos ipſos. Sic'q; ꝑ hæc verba nõ dabat eis licẽtia tranſgrediendi terminos illos, ſed in-
ſinuat ꝙ ante clangorẽ buccinæ ſtent aliqualiter remote à terminis illis, & in ipſo clangore
eoſdẽ accedãt. Quod nũc vocatur in montẽ aſcẽdere, qm̃ termini illi erãt in pede mõtis in
aliquãto aſcenſu. Porro, vt Lyra refert, in Hebræo habetur: In ꝓtractu buccinæ aſcendãt.
Quod quidã Hebrei exponũt, dicẽtes fuiſſe quendam modũ clangẽdi ꝓtẽſum, qui fuit ſi-
gnũ receſſus Dei à mõte, tunc'q; licuit populo terminos præſtitutos trãſcẽdere, atq; in mon-
te aſcẽdere. ¶ Quæri poteſt, cur beſtia montẽ tangẽs, fuerat occidẽda, cum non peccaſſet in
hoc. Reſpondet, ꝙ dñs beſtiæ in re ſua puniebat, quã à montis cõtactu nõ cuſtodiuit. Et etiã
iuſſum eſt hoc, ad incutiendũ maiorẽ timorem ac reuerentiã diuini ꝓcepti, item'q; ob myſti
cã ſignificationẽ, ad præfigurandũ videlicet, ꝙ homo carnalis indignus eſt ad diuinorum
cõmunionẽ, & ad contẽplandũ ſuperna. [Deſcendit'q; Moſes de mõte ad populũ, & ſanctifi
cauit eũ] diſpoſitiue, ſicut expoſitũ eſt. [Cum'q; lauiſſent veſtimẽta ſua] ob cauſas inductas.
Nõ aũt iuſſi ſunt noua induere veſtimẽta, ſed per lotionẽ innouata ſeu cãdidata, quia per in-
teriorem lotionẽ nõ mutatur anima quantũ ad ſuã ſubſtantiã, ſed in accidẽtalibus, & ſpiri-
taliter innouat ac reſplẽdeſcit. Voluit q̃q; dñs in veſtibus Hebræorũ oſtẽdere ſpeciale mira-
culũ, qa per tantũ tẽpus ac ſpatiũ, quo in toto illo deſerto fuerũt, nõ ſunt attrita. [ait ad eos:
Eſtote parati in diẽ tertiũ] iuxta ſenſum prębabitũ, [& ne appropinquetis vxoribus veſtris]
per carnalẽ copulã vel cõplexum, immo nec per inordinatã affectionẽ. Quanuis em̃ copula
illa ſine peccato fieri queat, tamen ob voluptatẽ adiunctã, deprimit mentẽ, & ad deuotio-
nem reddit ineptã, vel minus idoneam, etiã ad tempus actu ceſſante. Decuit quoq; eos à car-
nalibus delectatiõibus abſtinere ad aliquantũ tẽpus, qui ad tantã diuinoꝝ ſpeculationem &
participationem fuerant admittendi. Certum eſt etiã, ꝙ populus ille pro maxima ſui parte
fuit ita carnalis & pronus ad vitia, ꝙ vir cognouit vxores ſine admixtione peccati. Eſt etiã
myſtica ratio huius mandati, videlicet ꝙ populus Chriſtianus non debet ſacramentũ alta-
ris ſuſcipere abſq; pręuia abſtinentia à copula etiã coniugali: quanto magis illegitima. [Iã'q;
aduenerat tertiꝰ dies, & mane inclaruerat.] Circa hoc ſcribit Lyra: Hic eſt dies ſextus tertij
menſis. Quarto em̃ die eiuſdẽ mẽſis, dixit eis Moſes verba ꝓdicta, vt R. Salomon dicit. Sic'q; In Lyrẽ ſem.
ſexto die huius menſis fuit lex data. Sed his repugnare videtur, quod ait Gloſſa: Hic eſt ter- R. Salo.
tius dies tertij menſis ab exitu Iſrael de Aegypto. A die ergo quo paſcha fecerũt, videlicet à Exo. 12.
14. die primi menſis vſq; ad diem iſtũ quo data eſt lex, dies 50. fuerunt, vtpote decẽ & ſeptem
dies primi menſis, & dies 30. menſis ſecundi, qui ſimul ſunt dies 47. & tres dies tertij menſis,
in cuiꝰ tertio die data eſt lex. Cui cõputationi magis cõcordat, q̃d magiſter in hiſtorijs ſcri-
bit, immo pręinducta gloſſæ verba cõſonant prorſus verbis Auguſtini, vel potius ex verbis Auguſt.
eius ſunt ſumpta, concordant & textui. Ideo ita tenendũ cenſetur. Itaq; tertio die valde dilu
culo, vt in Scholaſtica hiſtoria dicitur, ante ſolis ortum. i. anteq̃ ſol ipſe apparuit ꝑ ſeipſum, Euſebi.
non tamen ante auroram, quia in textu aſſeritur, iam mane inclaruerat. [& ecce cœperunt
audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem.] Quæ om̃ia angeli-
co miniſterio formabant. Cum'q; tonitruũ ſit extinctio ignis in nube, ſeu ſonus factꝰ in ea,
facile fuit angelo ſancto in nube illa formare tonitrua, & inde emittere fulgura. Magni'q;
venti & pluuiæ erant ibidem, vt Ioſephus ſcribit. [Clangor'q; buccinæ vehementius ꝑſtre- Ioſe. li. 3. ant. iud.
pebat.] Angelus quippe formauit ſonũ huiuſmodi. An tamen per verã tubam, an alio mo- cap. 6.
do ſibi placenti, quis nouit? Veruntñ Iudæi, iuxta ſuarũ cõſuetudinem fabularum, dicunt ſo
num illũ factum per cornu ſumptũ de ariete pro Iſaac immolato. [Et timuit populus q erat Gen. 22.
in caſtris.] In Scholaſtica hiſtoria ex Ioſepho fertur, ꝙ prædictis terribilibus auditis, puta- Euſebiꝰ.
bant & ipſum Moſen ira Dei periſſe. Tandẽ vero Moſes lætus apparuit, & aer ſerenus cum Ioſe. li. 3
eo inter ipſos reuerſus eſt. Qui dixit ad eos: Hodie nõ audietis me Moſen, ſed illum qui pro ant. iud.
vobis percuſſit Aegyptum, qui dedit viam per mare, panem de cælo, aquã de petra. Fiant er cap. 6.

 go verba

go verba Dei vobis amabiliora, q̄ ꝓprij filij & vxores. [Cũq; eduxiſſet eos Moſes in occur-
ſum Dei]. i. vt ſe reuerẽter ac deuote pſentarẽt Deo, ſup montẽ Sinai deſcẽdẽti per modũ ex-
poſitũ. [ſteterũt ad radices mõtis] videlicet iuxta terminos eis pfixos, nõ vltra, ſed citra eos.
[Totus aũt mons Sinai fumabat] pſertim in vertice eius vbi fumus aſſcẽderat, [eo ꝙ deſcen-
diſſet dñs Deus ſup eũ in igne,] q fuit aliꝰ à colũna ignis, iter mõſtrãtis in noctibꝰ. [& aſſcen-
deret fumus ex eo quaſi de fornace.] Ex quo videt, ꝙ ignis ille fuit ſpiſſus & ſatis obſcurꝰ, nõ
multũ ſubtilis & clarus, quatenus maiorẽ incuteret formidinẽ duris Hebræis. [Eratq; oĩs
mons terribilis] nimis, propter ea quæ fiebãt & apparuerũt in eo. [& ſonitus buccinæ paula-
tim creſcebat in maius, & ꝓlixius tẽdebatur.] Oĩa iſta fecit dñs corã plebe anteq̃ legẽ dedit,
ad demonſtrandũ ſuæ oĩpotentiã maieſtatis, vt timeret, qa lex illa fuit lex timoris & ſeueri-
tatis iuſtitiæ imperfectis collata, qui per timorẽ & rigorẽ iuſtitiæ fuerãt ad legis obſeruan-
tiam inducẽdi. Lex vero euãgelica, eſt lex charitatis & pietatis, idcirco à Chriſto ſedente in
monte cũ ſerenitate & quiete eſt data, quia ad eam ſeruandã inducẽdi ſunt homines amore
ſummi boni ac zelo virtutũ. De hac re. i. vtriuſq; huiꝰ legis diſtinctiõe, multa ſcribit Apoſto
lus ad Hebræos: Nõ acceſſiſtis, inquiẽs, ad tractabilẽ & acceſſibilẽ ignem, & ad turbinem, &
Heb. 12. caliginẽ, & procellã, & tubæ ſonitum. Ex quibus probat, ꝙ ibi extitit etiã turbo. i. vehemẽs
ventus, q̊d tñ hic non fert in textu. ¶ Quæri poteſt, cur dñs apparebat in igne, immo & in
igne huiuſmodi, atq; caligine & in nube. Reſpondet, ꝙ diuina, per proprietates ignis ſpecia
liter deſignant, in tantũ ꝙ & Deus ipſe ignis conſumens vocatur, vt alibi plenius dictum eſt.
Deut. 6. Cur aũt in igne ſic denſo, & in caligine atq; in nube, iam ante ſolutũ eſt. Voluit nanq; Deus
in veteri teſtamẽto ſuæ iuſtitiæ monſtrare rigorẽ, & ſuæ incutere maieſtatis horrorẽ, quate-
nus & per hoc oſtẽderet ſe rerũ humanarũ eſſe prouiſorem ac iudicem, q̊d à paucis tũc cre-
3. Reg. 8. 2. Par. 5. debatur. Hinc 3. Regũ Salomon ait: Dñs dixit vt habitaret in nebula. Pro quo, libro 2. Para-
lip. legit: Dñs dixit vt habitaret in caligine. Vnde & Naum 1. Dñs, in tẽpeſtate & turbine viꝗ
eius. Porro Iudæi dicũt dñm appar uiſſe in igne & nube, qm̃ ignis & nubes nõ habent fixam
figurã. Idcirco in eis apparuit dñs. i. per illa, ne Hebræi ad idololatriã proni, haberent occa-
ſionem formandi imagines Deo. Iſtud tñ non videtur magni valoris, qm̃ ignis & nubes ſa
tis faciliter poſſunt formari ac pingi. [Moſes loquebat] ad Deũ, [& dñs reſpõdebat ei] tanq̃
mediatori inter ſe & populũ. [Deſcenditq; dñs ſuper montẽ Sinai in ipſo mõtis vertice, &
vocauit Moſen in cacumẽ eius] ſ. mõtis, ad deſignandũ q̃ familiaris & charꝰ exiſteret dño,
& vt eius verba attentius ſuſciperent à populo. [Quo cũ aſſcendiſſet, dixit ad eũ: Deſcẽde,
& cõteſtare populũ, ne forte velint trãſcendere terminos ſibi pfixos ad videndũ dñm]. i. ad
inſpiciendũ curioſe aut pręſumptuoſe, qualiter aut in qua forma ego dñs tibi appareo, q̊d
ſcire ad eos nõ pertinet, nec ſunt digni. [& pereat ex eis plurima multitudo,] videlicet oĩes
qui fecerint hoc, aut cõſenſerint ipſis, qa tales mox occiderent, & ꝓpter ſuũ exceſſum eſſent
damnandi. [Sacerdotes q̊q; q accedũt ad dñm,] ingrediendo tabernaculũ, templũ, vel ad al-
tare, offerendo ibidẽ, vbi Deus ſpecialiter eſſe aſſerit. [ſanctificent]. i. ſeipſos purificẽt modis
*percutiat pſtactis, [ne * ꝑcutiam eos] plaga mortis corporalis ac ſpũalis. Si iſtud intelligatur de ſacer-
dotibus Leuiticę ſtirpis atq; Moſaicę legis, per anticipationẽ eſt dictũ, qm̃ ſacerdotes huiuſ
modi nondũ fuerant inſtituti, vt ſit ſenſus, ꝙ ſacerdotes tales poſt ſuã inſtitutionem nõ præ-
ſumãt ad dñm niſi purificati accedere, nec ſua officia indigne explere. Si aũt intelligat de ſa-
cerdotibus qui erant in lege naturæ, exponetur de primogenitis Iſraelitaꝝ, qui officio ſacer
dotij fungebãt vſq; ad ſacerdotij inſtitutionẽ Leuitici. nam vſq; ad id primogeniti fuerãt ſa-
cerdotes. Iã q̊q; iuſſerat dñs primogenitos Iſrael ſibi ſanctificari, vt cap. 13. continet. [Dixitq;
Moſes ad dñm: Non poterit vulgus aſſcendere in montẽ Sinai. Tu eñi teſtificatus es & iuſſi-
ſti, dicẽs: Pone terminos circa mõtem, & ſanctifica illũ.] Hoc vltimũ verbũ Moſes ante non
ſcripſit, cætera clara ſunt. Dominus eñi iuſſit Moſi pfigere populo terminos, vltra quos non
aſſcenderẽt montẽ. Sed quõ intelligendũ eſt q̊d dixit ad Moſen, ſanctifica illũ, vtpote mon-
tem? Et reſpõdendũ ꝙ ſicut templũ materiale dicitur ſanctificari, dũ diuino cultui dedica-
tur, ſic Moſes mõtem Sinai ſanctificauit, denũciando Iudæis ꝙ ille mons eſſet electus & de-
putatus à Deo ad peragendũ in eo multa diuina, qm̃ ibi apparuit & locutus eſt dominus, ap
parueruntq; angeli, data eſt lex, & varia myſteria ſunt expleta. Deniq; ex verbis iam habitis ſa
tis apparet, ꝙ S. Moſes tã libenter fuit in vertice mõtis cũ Deo, ꝙ inuite deſcẽdit. Ideo quaſi
excuſando ſę de deſcenſu, dicebat: Non poterit vulgus aſſcendere. Quaſi dicat: Iam ſemel
dixi hæc eis ex parte tui. Sed dñs rurſus iubet, Vade, deſcende, vt repetas populo quæ ſemel
dixiſti, quatenus diligẽtius ea obſeruet. [Cui ait dñs: Vade, deſcẽde. Aſſcẽdesq; tu & Aaron
tecum,] vt ſit ſocius tuus, audiendo ex me pręcepta tibi nunc conferenda, quemadmodum
Exo. 13. hucuſq; fuit tibi aſſociatus in faciendo ꝓdigia, dirigendoq; populũ. Veruntamen cito de-
ſcendit, nec fuit cũ Moſe in vertice montis per 40. dies, de quibus infrà dicetur. [Sacerdo-
tes aũt & populus non tranſeant terminos] ſibi pręſcriptos, [nec aſſcendant ad dñm] in ver-
tice

tice mõtis, [ne forte interficiat illos.] Quod ait, ne forte, non notat ambiguitatem, ſed liber-
tatem in Deo, qui omnia operatur non neceſſitate naturæ, ſed ſecundum propoſitum ſuæ *& oĩa
voluntatis atq; liberrime. [Deſcenditq; Moſes ad populum, *& narrauit eis.]

¶ De myſtico huius capituli XIX. intellectu. Artic. XL.

QVadrageſimoſeptimo die ab exitu de Aegypto, venerunt in Sinai. Certũ eſt, per qua-
dragenariũ numerum tẽpus pœnitẽtiæ deſignari: per ſeptenarium vero, ſeptẽ dona
ſpiritus ſancti per montẽ Sinai, altitudinẽ contẽplandi. Qui ergo vult ad contempla-
tionis apicẽ peruenire, primo in actibus pœnitentiæ ſe condigne exerceat, atq; in donis ſpi
ritus ſancti q̃tidie creſcere enitat, quatenus mẽte iam reformata, gloriã dñi ſpeculetur facie
reuelata. Deniq; inter oẽs Iſraelitaꝝ mãſiones, mãſio in mõte Sinai fuit pcipua, qm̃ cõtem- Iob 36.
plationis quietẽ ſumme deſiderãt veri & ſpiritales Iſraelitæ, in quibus dolus non eſt, non hy
pocriſis, neq; duplicitas, neq; calliditas. Siquidẽ ſimulatores & callidi ꝓuocãt irã Dei. Deni-
que ſicut ꝑ Moſen dñs dixit Iudæis, Vos ipſi vidiſtis q̃ fecerim Aegyptijs, quõ portauerĩ vos
ſup alas aquilarũ: ita ꝑ choꝝ beatiſſimoꝝ apoſtolorũ annunciauit Chriſtus vniuerſis homi
nibus, qualiter pro eoꝝ ſalute impugnauit & vicit inuiſibiles hoſtes, immo & ſeculi vanita-
tes, hoĩesq; ꝑuerſos, ꝑſecutores iuſtorũ. De quibus dixit diſcipulis: In mũdo preſſurã habe- Ioan. 16.
bitis, ſed cõfidite, ego vici mũdũ. Qualiter etiã ſub alis miſericordiæ ſuæ ſuſcepit nos, ad fon
tẽ q̊q; baptiſmi, & ad alia eccleſiaſtica ſacramẽta nos duxit, & nos ex gẽtilitate natos aſſum-
pſit ſibi in populũ, oleaſtrũ inſerẽs in bonã oliuã, naturalibus ramis relictis. Idcirco ſi ei gra Rom. 11.
ti & obedientes fuerimus, erimus ei populus peculiaris præ cunctis hoĩbus, efficiemurq; ei
regnũ ſacerdotale & gens ſancta. Multo eñi charior eſt Chriſto eccleſia, q̃ olim extitit ſyna
goga. Numero q̊q; & merito & oĩ charifmate ſpiritus ſancti tranſcendit eccleſia ineffabi
liter ſynagogã. Propter q̊d in Apoc. habetur: Chriſtus dilexit nos, & lauit nos à peccatis no Apoc. 1.
ſtris in ſanguine ſuo. Princeps q̊q; apoſtoloꝝ: Vos, inquit, genus electũ, regale ſacerdotium, 1. Pet. 2.
gens ſancta, populus acquiſitionis, vt virtutes annũcietis eius, q de tenebris vos vocauit in
admirabile lumẽ ſuũ. Reſpõditq; oĩs populꝰ ſimul: Cũcta quę locutus eſt dñs, faciemꝰ. Ita &
nos in baptiſmo abrenũciauimus oĩbus põpis, operibuſq; diaboli, & vniuerſis Dei mãdatis
obtẽperare cõdiximus, q̊d itẽ poſt recidiuũ in ſacramento confeſſionis peregimus. Quid igi
tur nobis incũbit, niſi vt totis viribus ea, ad quæ nos toties obligauimus, impleamus, nec ceſ
ſemus deflere, ꝙ heu tam enormiter ac frequẽter ea trãſgreſſi ſumus? Vade & ſanctifica po
pulũ hodie & cras, lauentq; veſtimẽta ſua, & ſint parati in diẽ tertiũ. Sic dominꝰ iubet præ-
latis & prædicatoribꝰ in contẽplationis exercitio cõſtitutis, vt ab altitudine huiuſmodi ex-
ercitationis paululũ deſcẽdentes, ad creditũ ſibi dominicũ gregẽ feſtinent, & eum hortãdo,
inſtruẽdo, corripiẽdo, inflãmando, ſanctificent hodie & cras, hoc eſt, ſtatim ſine periculoſa
dilatiõe, & nõ nimis curioſe, ſed ad tẽpus ſufficiẽs, quatenus in die tertio, vtpote poſt veram
confeſſionẽ & ſatisfactionẽ, ſint parati vnigenitũ Dei in ſacramento ſuſcipere, atq; in mon
te contẽplationis ſpiritũ ſanctũ ſalubriter intueri. Die eñi tertio deſcendet dominus coram
oĩ plebe ſup montẽ Sinai, quia poſt dignã cõfeſſionẽ & ſatisfactionẽ idoneã, ſanctificata
iam mente ſpiritus ſanctus tã euidentia & præclara infundit chariſmata, vt dubitãdum non
ſit, quin dominus Deus in huiuſcemodi mẽte deſcẽderit. Cõſtituesq; terminos ꝑ circuitum
populo, & dices: Cauete ne aſſcẽdatis in mõtẽ. Per hoc clariſſime deſignat, ꝙ nulli licet trãſ-
gredi menſurã & ſemitã ſibi pfixas, nec incõpræhẽſibilia fidei teſtimonia cõpræhẽdere vel-
le, & ſuo ingenio ea metiri. Sed cũ reuerẽtia & modeſtia debemus ad cõtẽplanda diuina ac-
cedere, pẽſata ꝓpriæ capacitatis & defectuoſitatis materie, vt ſtudeat vnuſquiſq; iu primis
ac maxime ea implere ac poſſidere, q̃ Deus primo ac maxime requirit ab eo, ſicq; iuxta ſui
ſtatus menſurã, & ſuæ vocationis exigentiã ac grãm ſibi cõceſſam ſe occupet. Hinc qppe in
Prouer. iubet: Ne trãſgrediaris terminos antiquos, q̊s poſuerũt patres tui. Et in Eccleſiaſti- Pro. 22.
co: Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris. ſed q̃ præcepit tibi Deus, illa co Ecci 3.
gita ſemp. Hinc & Sapiẽs inducit: Sẽſum tuũ dñe qs ſciet, niſi tu dederis ſapientiã, & miſeris Sapi. 9.
ſpm̃ ſctm̃ tuũ de cælis? Idcirco diuinꝰ & ſacratiſſimꝰ Dionyſius conteſtat in libro de eccleſi- Dionyſ.
aſtica Hierarchia, ꝙ nullus angelicoꝝ ſpirituũ audet quippiã agere, niſi iuxta legẽ ei deſup
præſtitutã. Oĩs qui tetigerit montẽ, morte moriet. i. qui deitatis altitudinẽ aut ſupergło-
rioſiſſimæ trinitatis myſteriũ irreuerẽter ſcrutari aut cõpræhendere velle pſumpſerit, aut in
Deũ altiſſimũ per hæreſim, perfidiã, blaſphemiamve peccauerit, diſperibit. Lapidibꝰ oppri-
met. i. efficaciſſimis argumẽtationibus atq; acerrimis cõfutationibus conuincet. aut cõfodie
tur iaculis. i. teſtimonijs prophetaꝝ & apoſtoloꝝ vndiq; cõſtringet & dejicietur. Nempe vt
Salomon ait, Verba ſapientũ ſunt quaſi ſtimuli, & quaſi claui in altũ defixi. Manꝰ nõ tangẽt Eccẽs 12.
illũ. i. q adhuc ſolũ actiui ſunt, nondũ contẽplationis ſecretũ queunt attingere. Siue iumen-
tũ fuerit, ſiue homo, moriet. Per iumentũ exprimit animalis homo, qui non percipit ea quæ
ſunt ſpũs Dei: Per hoĩem vero poteſt intelligi quicunq; ſola naturali & philoſophica ſapien

 tia præ-

tia ꝑditus, q ad cõtẽplanda Chriſtianę fidei ſublimia nequaq̃ idoneus inuenit̃, & ꝓpria prę-
ſumptiõe dãnat̃, ſi fidei alta ſcrutari, & iudicare ac reprobare cõtendit. Vnde & Apoſtolus:
Coloſ.2. Videte, inq̃t, ne qs vos decipiat ꝑ philoſophiã & inanẽ fallaciã ſecũdũ traditionẽ hoĩm. Cũ
clãgere cœperit buccina, aſſcendẽt in montẽ. i. dũ vox ꝑdicatiõis cæleſtis inſonuerit, cõſide-
derẽt diuina q̃ audiũt, ſecundũ mẽſurã & intellectũ eccleſię. Cũq; lauiſſent veſtimẽta ſua, ait:
Ne appropinquetis vxorib' vr̃is. Sic & nos Deo volẽtes occurrere, & eũ in thalamo cordis
ſuſcipere, debemus veſtimẽta nr̃a lauare, i. ꝑ pœnitentiã & cõfeſſionẽ, emendationẽq; vitæ,
oẽm vitioꝝ impuritatẽ ab opibus nr̃is atq; virtutib' remouere, ſeparãtes precioſum à vili, vt
Hier. 15. ſimus q̃ſi os Dei, & impleamus q̃d Salomon ait: Om̃i tẽpore veſtimẽta tua ſint candida. Vn
Eccles 9. de & in Apoc. dñs ꝓfitet̃: Qui nõ inquinauerũt veſtimẽta ſua, ambulabũt mecũ in albis. Hic
Apoc.3. ei qui veſtes ſuas ita nõ lauit, increpatorie dictũ eſt: Amice, quõ huc intraſti nõ habens veſtẽ
Matt.22. nuptialẽ? Deniq; tẽpore ſacro, q̃ orationi & cõmunioni eſt inſiſtendũ, pœnitẽtiæ q̃q; dieb'
ab amplexibus decet ceſſare, cũ dicat Apoſtolus: Nolite inuicẽ fraudare niſi ad tẽpus, vt va-
1.Cor.7. cetis orationi. Itẽq; Tẽpus breue eſt. Supeſt, vt q habẽt vxores, ſint tanq̃ nõ habẽtes. Verum
Ibidem tamẽ ſaluo remedio his, q pro infirmitate ſua remedio indigẽt nuptiali. Iam aduenerat dies
terti', & mane inclaruerat, & ecce cœperũt audiri tonitrua & micare fulgura. Hæc dies ter-
tia, eſt tẽpus euãgelicæ legis. Nã prima dies, eſt tẽpus legis naturæ: ſecũda, tẽpus legis ſcriptę:
Actor.2. Mane tertiæ diei, eſt diluculũ diei Pẽtecoſtes, qñ factus eſt repẽte ſonus vehemẽs, replens to
tã domũ in q̃ primitiua ſedit eccleſia: qua ſpũ ſctõ copioſiſſime adimpleta, cœperũt ab eadẽ
emanare tonitrua euãgelicę ꝑdicatiõis, & fulgura cõminationũ, ac ꝑclara coruſcare miracu
la. Tũc & nubes denſiſſima operuit mõtẽ. i. copioſa multitudo milliũ Iudęoꝝ, q tũc repente
cõuertebant̃, in quibus fuit mortalis infirmitas. Et adhuc obſcura cognitio ſuperuenit pri-
mitiuæ eccleſiæ, & baptizabat̃ ab ea, clangorq; buccinę vehemẽtius perſtrepebat. Clangor
ille fuit inuictiſſima atq; altiſona prædicatio beatiſſimi archiapoſtoli, cõfundentis & cõuin
centis incredulos. Timuit populus qui erat in caſtris. Tunc em̃ oẽs ſtupebant & mirabãtur,
dicentes: Quidnã vult hoc eſſe? Atq; vt Lucas Euangeliſta ſcribit, fiebat om̃i animæ timor.
Ibidem Eos vero qui credebãt, eduxit chorus apoſtoloꝝ in occurſum Dei, ita ꝙ aduentui & infuſi-
oni ſpũs ſancti ſe præparabant. Steterũt quoq; cõuerſi ad radices montis, hoc eſt, in humili-
bus locis eccleſiæ. Totus aũt mons Sinai fumabat, eo ꝙ deſcendiſſet dñs ſuper eum in igne.
Tunc certe tota primitiua eccleſia in monte Sion collecta, præ interiori cordis ardore, ver
ba prædicationis ignita emittebat aſſidue, eo ꝙ ſpiritus ſanctus in igneis linguis deſcẽdiſſet
in eã, q ꝑcordia ei' æſtuãtiſſime inflãmauit. Moſes loquebat̃, & dñs reſpõdebat ei. Sic & bo-
nis ac ſanctis ꝑlatis dñs pie reſpõdet ꝑ occultũ inſtinctũ & ſacras ſcripturas, ſanctoſq; ange-
los. Sacerdotes q accedũt ad dñm, ſanctificent̃, ne ꝑcutiat eos. Sacerdotes etem̃ euãgelicę le-
gis tanto ſpiritalius & caſtius cõuerſari oportet, quãto eorũ ſacerdotiũ diuinius præſtanti-
uſq; cõſiſtit, & quo dignior eſt hoſtia quã cõſecrãt, tractãt, ſumũt, & immolãt Deo patri. Cũ
igit̃ filij Iſrael etiã vxorati, iuſſi ſint abſtinere à ſuis vxoribus vſq; in tertiũ diẽ, quãdo verba
Dei fuerãt audituri, ſuſcepturiq; legẽ: qualis eſt ſacerdotũ euãgelicæ legis impietas, qui in-
cõtinentiæ vitio ſubiacentes, Chriſtum in ſacramẽto præſumunt tractare? O quãta eſt im-
pudentia horum, & q̃ infinita damnatio, intolerabiliſq; punitio imminet eis.

¶ Expoſitio cap. XX. Locutuſq; eſt dñs cunctos ſermones. Artic. XLI.

Exo. 19. IAm datio legis deſcribit̃. [Locutuſq; eſt dñs cunctos ſermones hos.] In fine præcedentis
cap. ſcriptũ eſt, qualiter Moſes de celſitudine montis deſcendẽs, recitauit populo ea quæ
ibi ſunt ſcripta. Moſe itaq; inferius exiſtẽte cũ populo, locutus eſt dñs verba nũc exponẽ
da, tam Moſe q̃ populo audiẽte, dicẽs: [Ego ſum dñs Deus tuus, q eduxi te de terra Aegypti,
de domo ſeruitutis.] Quẽadmodũ refert Lyra, Hebræi dicũt, ꝙ iſtud ſit vnũ & primũ pręce-
Exo. 12. ptũ decalogi, ꝑ q̃d affirmatiue præcipit Deus, vt ipſe ſolus habeat̃ & colat̃ ꝓ vero Deo, qui
tam potenter & miraculoſe eduxit Iſrael de Aegypto. Quocirca R. Paulus repræhendit Ly
In Rab. ram, eo ꝙ ſimpliciter narret prætactã Hebræorũ opinionẽ, quaſi probabiliter poſſit tene-
Paulum. ri, & nõ reprobet eam: quia ſi poſſet teneri, ſequeret̃ ſecũdum R. Paulũ, ꝙ doctores catholi-
ci in enumeratiõe decalogi deuiaſſent à ratione. Verũ hæc repræhenſio eſt inepta, nec tenet
cõſequẽtia illa: quia (vt infrà patebit) etiam noſtri doctores in modo numerãdi, diſtinguen
di ac ſituandi 10. pręcepta, varijs modis ſenſerũt: nec tñ hinc ſequitur, ꝙ in hoc deuiauerũt à
ratiõe. Frequẽter em̃ circa eandẽ materiã diuerſæ opiniões poſſunt ꝓbabiliter teneri, abſq;
errore & deuiatione à ratione, qñ non defenduntur cũ incauta & temeraria aſſertione, vt pa
Gene. 1. tuit plenius in expoſitione exordij Geneſeos, q̃d ſancti doctores diuerſimode expoſuerunt.
R. Paul'. ¶ Deinde R. Paulus reprobat præfatã Hebræorũ opinionem, quia in verbis his, Ego ſum
dñs Deus tuus, nõ ponitur aliquod verbum imperatiuũ aut præceptiuum: ſed eſt ibi ſolum
denunciatio quædam, qua Deus annunciat populo ꝙ ipſe qui loquitur, ſit Deus qui eos de
Aegypto eduxit. Et in iſto R. Paulus catholice ſentit, quia & Gloſſa ait, Non eſt iſtud man-
datum,

datum, ſed ſignificatio cuius ſit mandatum. Hoc idem aſſerit Auguſtinus & alij expoſitores
cõmuniter. Deinceps R. Paulus tãgit motiua Hebræorũ, dicentiũ verba præhabita eſſe pri- Auguſt. R. Paul'.
mũ mandatum. Primũ eſt, quia ad omnium diuinorũ obſeruantiam præceptoꝝ, neceſſe eſt
præſupponere ꝙ ille qui iuſſit ea, ſit Deus q Iſrael trãſtulit ex Aegypto: qm̃ fides ſeu præſup-
poſitio illa, eſt ratio obligandi ad ſeruandũ ipſius ꝑcepta. Idcirco ꝑ verba hęc, Ego ſum dñs
Deus tuus, dicũt affirmatiue iuberi, ꝙ hoc firmiter credat̃. Secundũ eorũ motiuũ eſt, qm̃ an-
teq̃ aliquis poſſit præcipere alijs, oportet vt recipiat̃ ab eis pro ſuperiore. Ideo dicũt Deum
primo iuſſiſſe per verba inducta, ꝙ ipſe haberetur ab Hebræis in Deũ. Sed iſta motiua q̃uis
aliquid cõtineant veritatis, nõ tñ concludũt propoſitũ, q a iam ante horũ prolationẽ verbo-
rum filij Iſrael crediderũt, ꝙ ille qui eos eduxit, eſſet verus Deus, & ſpecialiter Deus eoꝝ. Vn Exo. 15. & 14.
de ſubmerſis Aegyptijs, cecinerũt: Cantemus dño, glorioſe em̃ magnificatus eſt. Quartode-
cimo quoq; cap. ſcriptũ eſt, ꝙ eis ꝑ maris fundũ tranſductis, Aegyptijſq; ſubmerſis, credide
runt dño & Moſi ſeruo eius. Deniq; præcedenti cap. faſſi ſunt ſe velle eſſe ſubiectos imperio Exo. 19.
Dei, dicẽtes: Cuncta quę locutus eſt dñs, faciemus. Itaq; Deus tanq̃ præambulũ quoddã prę-
mittens, locutus eſt populo Iſrael: Ego ſum dñs Deus tuus, qui licet ſit vniuerſoꝝ dñs atq;
Deus per creationẽ & gubernationẽ, cõſeruationẽ & iudiciariã poteſtatẽ, tñ ſum ſpecialiter
dñs Deus tuus, quẽ elegi mihi in populũ peculiarẽ, & cui nũc legẽ & præcepta hæc tribuo.
Cõſequẽter exprimit̃ primũ præceptũ: [Non habebis deos alienos corã me] q. d. Me ſolum Præceptum 1.
pro vero Deo habebis, adorabis & coles: oẽs cæteros qui dij vocant̃, refutabis adorare & co
lere per latriæ cultũ, ita ꝙ nec eos qui mendaciter dij vocant̃, vt Iupiter, Mars, Saturn', qui
ſcelerati fuerũt, nec illos qui in ſcripturis dij vocantur per participationem & gratiam, vt
angeli & homines ſancti, adorabis & coles latrię cultu. Dæmones quoq; à gẽtilibus dij men
daciter vocabantur. Corpora aũt cæleſtia, animata ponebant, ſicq; cælos, ſtellas, planetas,
vocabant deos per quandã participationem. De quibus in primo Timęi loquitur in perſo-
na Dei Plato philoſophus: O dij deorũ, quorũ idẽ pater opifexq; ego. Omnes hi poſſunt dij Plato.
alieni vocari, inquantũ ꝑ vitioſum cultũ eorũ homines alienantur, auertuntur & reproban-
tur à vero Deo: & itẽ, qm̃ Deus iuſſit, vt fideles ſui ab illorũ cultu ſe alienarẽt: rurſumq;, quia
à vera deitate ſunt alieni. Itaq; ait: Non habebis deos alienos coram me. i. nullibi, qm̃ ego
vbiq; ſum præſens, & cuncta intueor. [Non facies tibi ſculptile] . i. idolum aliquod ex qua-
cunq; materia, in qua ſculpi poteſt. Et ſpecialiter poteſt per idolũ deſignari imago rei con-
fictæ, quæ nullã exiſtentiã habet, nec eſſe poteſt, cum dicat Apoſtolus: Idolũ nihil eſt. [Neq; 1. Cor. 8.
oẽm ſimilitudinẽ quæ eſt in cælo deſup, & quæ in terra deorſum, nec eorũ quæ ſunt in aquis
ſub terra] . i. nullã tibi formabis ſimilitudinẽ per fuſurã ſiue picturã cuiuſcunq; rei creatę, vi-
delicet ad colendũ aliq̃d tale, ita vt nec cæleſtiũ neq; terreſtriũ neq; aquaticorũ imaginẽ tibi
formes, aut fieri facias. Hinc ſubdit: [Non adorabis ea neq; coles:] quia nec ipſam rem cre-
atam, nec eius imaginem. Aliqui nanq; putauerũt aliquid numinis eſſe in ipſis idolis, ſtatuis
ſeu imaginibus, vt Triſmegiſtus, qui dixit: Statuas dico animatas ſenſu & ſpiritu plenas, im
becillitatẽ & ſanitatẽ hominibus facientes. Aliq̃ vero hoc non credẽtes, coluerũt deos abſq;
imagine eorundẽ. Vnde Varro, Valeriuſq; teſtant̃, ꝙ antiqui Romani deos diu abſq; ima- Varro.
ginibus coluerunt. [Ego em̃ ſum dñs Deus tuus fortis zelotes] . i. inſtar amatoris ſeu mariti Valeri'.
aut ſponſi zelotypi, volens ſolus amari & coli, vt Deus & ſponſus à fidelibus animabus: id-
circo prohibeo eis fornicari cum dijs alienis, quemadmodũ ſponſus non vult ſpõſam ſuam
alteri cõmiſceri. Qui aũt accedit meretricẽ, nõ dedignat̃ ſi & alter eã accedat, quia non ha-
bet ad illã amorẽ zelotypũ qui ſociũ & cõmunicatorem excludit. Vnde zelotes ſeu zelator
nũc appellat̃, q ſic vult ſolus amari, ita vt nihil ſecũ amet̃, in derogationẽ aut minorationem
ſui amoris. Sic igit̃ præcipit Deus ſe coli & honorari, vt ei dũtaxat tota mẽte adhæreamus,
ſeruiamus, atq; vacemus, & nõ ſit anima nr̃a dæmonũ aut idoloꝝ, alienorũve deoꝝ adulte-
ra, ſed Dei ſolũmodo ſponſa. [Viſitãs iniquitatẽ patrũ in filios, in tertiã & quartã gñationẽ
eorũ q oderũt me.] Nõ abſolute ait, in tertiã & quartã generationẽ: ſed addit, eoꝝ qui ode-
rũt me. Verũtamen additio iſta, Eorũ q oderũt me, poteſt referri ad id quod dixit, iniquita-
tem patrũ, & etiã ad filios. Sed iſtud bonitati & æquitati Dei derogare videt̃, vt iniquitatem
parentũ vlciſcat̃ in ſobolẽ, ꝑſertim cũ per Ezechielẽ locutus ſit: Filius nõ portabit iniquita- Ezec. 18.
tem patris. Et per eundẽ prophetã ac Hieremiã: Om̃is, inquit, qui comederit vuã acerbam, Ibidem.
obſtupeſcẽt dẽtes eius. Nihilo minus idẽ Hieremias fatet̃ in Threnis: Patres nr̃i peccauerũt, Hier. 31.
& non ſunt, & nos iniq̃tates eoꝝ portauimus. Et in Ioſue legunt̃ filij Iſrael fugati, & q̃dam Thre. 5.
eoꝝ occiſi ſunt propter peccatum Achan. Itaq; circa materiã iſtam inueniuntur variæ au- Ioſue 7.
thoritates ſcripturæ, quæ ſibi inuicẽ contrariari vident̃. Nam & infrà legit̃, q̃d nũc in textu Exo. 34.
aſſerit̃. ¶ Sed oĩm hoꝝ ſolutio & cõcordãtia ex dictis patet doctoꝝ. Nempe, vt ſcribit S. do-
ctor in Secunda ſecũdæ, q̃d & ex dictis Alexandri de Halis habet̃: Pœna poteſt conſiderari q. 108. art. 4. ad 3m.
dupliciter: Primo, inquantũ pœna, & prout per eã reparat̃ æqualitas iuſtitiæ, dum peccator

qui

qui peccādo nimis acquieuit ꝓpriæ volūtati in derogationē iuſtitiæ, aliquid patitur contra
ſuā voluntatē, in ipſius iuſtitiæ recōpenſam: ſicq; pœna pro proprio peccato infligitur. Se-
cūdo, cōſideraŧ pœna, vt medicina peccati, nō ſolū curatiua ꝑteriti, ſed etiā præſeruatiua fu
turi, cōſeruatiuaq; boni: & ſic aliq puniunŧ ſine propria culpa, ſed nō ſine cauſa. Per medici-
nā aūt nō eſt ſubtrahendū maius bonū, vt minus bonū obtineaŧ, ſed econuerſo. Hinc aliqui
abſq; propria culpa in tēporalibꝰ puniūŧ per dāna aut infirmitates, vt probenŧ, humiliētur,
aut alio modo grām ſortianŧ, ſicq; in ſpūalibus bonis creſcāt, aut aliquo modo miſericor-
diā conſequanŧ. Nunꝗ tn̄ aliquis ꝑ ſpūalium ſubtractionē bonorū puniŧ, nec in vita præſen-
ti, neq; futura, ſine ꝓpria culpa. Sic ergo ſerui & filij in corporalibus aliqn̄ puniuntur ꝓpter
parētū aut dn̄orū ſuorū peccata, inquātū ſecūdū corpus ſunt aliqd ſeu res quędā illoꝝ, ita ꝙ
parētes ac dn̄i puniunŧ in illis: vnde in authoritatibus dicŧ, vſq; ad tertiā & quartā gn̄atio-
nem, qa vſq; ad tot gn̄ationes viuere poſſunt parētes. Nec iſtud repugnat diuinę iuſtitię, qm̄
Deus hoc ipſum ordinat in ipſoꝝ, ſic patientiū, bonum. Authoritates aūt cōtra hæc allegatę,
intelligunŧ de pœnis ſpūalibus & æternis. ¶ Præterea Origenes ſoluit quæſtionem hanc ali-
ter, ꝑ patres peccantiū, intelligēs dæmones tentatores: ꝑ gn̄ationes, primā, ſecundā, tertiā &
quartā, eos qui peccāti cooperanŧ, cōſentiunt, aut alio modo cōmunicant. [Et faciēs miſeri-
cordiā in millia his q diligūt me, & cuſtodiūt præcepta mea] .i. multo copioſius & proten-
ſius miſereor poſteris amantiū me, & obedientiū mihi, præſertim poſteris ꝑdeſtinatis. Nam
Iacobi 2. vt ait Iacobus apoſtolus, Suꝑexaltat miſericordia iudiciū. Et pſalmiſta: Miſerationes eiꝰ ſu-
Pſa. 144. per oīa oꝑa eius. Veruntn̄ in hac re attendere poſſumus, ꝗ mirabilia & incōpræhenſibilia
ſint iudicia Dei, quia interdū immediati filij iuſtiſſimoꝝ patrum ſunt peſſimi, & ecōuerſo.
4. Re. 22. Ecce ꝗ ſanctus vir fuit Ioſias, & tamē filij eius peſſimi erāt. Sic & Ezechias rex ſanctus, filius
18. & 21. fuit vitioſiſſimi Achaz. Deniq;, infrà diſcutieŧ de ordinatione, enumeratione & ſituatione
Præce- decalogi: & vtrū dicta hucuſq;, ſint ad vnū præceptū ſpectātia, an potius ſint duo pręcepta.
ptum 2. Sequiŧ aliud ꝑceptū, & vt patebit, ſecundū in ordine. [Non aſſumes nomē Dei tui in vanum]
i. nec falſum, nec ſine rationabili cauſa iurabis ꝑ Deū. [Nec em̄ inſontē habebit dn̄s eū, qui
aſſumpſerit nomē dn̄i Dei ſui fruſtra] .i. talē tam inaniter iurantē, Deus nō reputabit inno-
xiū, ſed tranſgreſſorē, damnationeq; dignū: immo decet vt nunꝗ ſine reuerētia & cordis at-
tentione Deū nominemus, aut etiā noīari audiamus. Iudæi vero affirmāt hoc præcepto eti
Præce- am ꝓhiberi prolationem indebitā nominis dn̄i tetragrammaton, quod nō licuit nominari
ptum 3. niſi ſacerdotibus, quādo populū benedixerunt in tēplo. Sequiŧ præceptū tertium: [Memen
to vt diē ſabbati ſanctifices] .i. in ſanctis opibus diē illū expēdas, & diuino cultui applices il-
lum. Per quod aliorū dierū ſolenniū, & nunc dominicæ diei iubetur celebritas. Inſtituit aūt
dn̄s ſabbatū .i. diē ſeptimū celebrari, in ſignū ꝙ ipſe die ſeptimo requieuit à cūctis operibus
ſuis, & in cōmemorationem beneficij creationis, immo & aliorū Dei beneficiorū, quorum
iugiter memores debemus eſſe. Propter ꝙd præcepto huic præmittitur, Memento: ꝙd ver-
Exo. 16. bū etiā ideo ꝑmittiŧ, qm̄ cum ſumma diligētia cultui eſt inſiſtendū diuino. Vel, vt aſſerit R.
R. Paulꝰ. Paulus, ideo verbū iſtud præmittitur, quia iam ante in deſcēſu mānæ datū fuit iſtud præce-
ptum, vt ſuprà patuit. Recitat quoq; R. Paulus: Hebræi credunt ꝙ ſanctificatio ſabbati pręs-
cipua, cōſiſtat in corporalibus delectationibus: traduntq; ꝙ quilibet teneŧ in illo die ter man
ducare, videlicet ſemel prādere, & bis cœnare, atq; ꝙ oēs hoc faciētes, ſint ſecuri à iudicio
gehēnę, vt i libro eorū de ſabbato, expreſſe habeŧ. Ecce ꝗ ridiculoſum & ſtultū eſt hoc. [Sex
diebus operaberis] niſi in eorum aliquo aliqua ſolēnitas occurrat. [& facies oīa opera tua:]
vnumquodq; loco & tēpore opportuno. [Septimo autē die ſabbatum dn̄i Dei tui eſt] .i. qui
deputatus eſt cultui veri Dei. [Nō facies oē opus tu] .i. nullū ſeruile aut mechanicum, præ-
ſertim nullum opus iniquum facies tu .i. facere tibi licet, [& filius tuus & filia tua, ſeruus tuus
& ancilla tua, iumentum tuū] quia & pecora quæ laborāt hoībus, voluit Deus tunc quieſce-
re, cōuenienterq; refici, [& aduena qui eſt intra portas tuas] .i. tibi cohabitat in villis, vrbi-
bus, aut domibus tuis. Et poteſt per aduenam intelligi quicunq; ad Iudaiſmū cōuerſus. De-
inde ſubiungiŧ ratio inſtitutionis ſolēnitatis ſabbatiuę: [Sex em̄ diebus fecit Deus cælum &
terrā, mare & oīa quæ in eis ſunt. Et requieuit die ſeptimo.] Quod qualiter multipliciter poſ
ſit intelligi, in expoſitione primi capituli Geneſis diffuſe expoſitum eſt. [idcirco benedi-
xit dominus diei ſabbati,] priuilegiando eum præ cæteris diebus, [& ſanctificauit eum] .i.
diuino cultui cōſecrauit. ¶ Porro de expoſitiōe multiplici & plena intelligētia huius præce-
pti & cæterorum præceptoꝝ decalogi, tot & tanta in alijs ſcripſi opuſculis, immo & tanta
Præce- inde habenŧ vbiq;, ꝙ nequaꝗ ſtare intendo nunc in horum expoſitione hoc loco. [Honora
ptum 4. patrem tuum & matrem tuam,] immo & cęteros progenitores, ſpiritalesq; patres ac ſenio-
res, & benefactores ac magiſtros cordiali affectu, decēti affatu, reali obtemperatione atq;
obſequio, & ſi opus fuerit, etiam ſuſtentatione. De hac re infinita quodammodo dici poſ-
ſent. Subditur autem merces ſeu ratio huius præcepti, [vt ſis longæuus ſuper terram,] id eſt,
diu

diu ac proſpere viuas in terra. Non quòd iſtud ſit finale, principaleq; præmium obſeruati-
onis huius præcepti, ſed aliquantula retributio recte correſpendens eidem, quoniam eum
qui debite honorat principia ſuæ vitæ, puta parentes, decuit in ipſa ſua vita proſperitatem
& diuturnitatem ſortiri, quemadmodum eum qui facit miſericordiam, decet miſericordi-
am conſequi. Deus autem rudi populo veteris teſtamēti temporalem promiſit mercedem,
vt vel ſic ad obediendum alliceretur: tamen ſub illa mercede ſubintellexit æternam ac ſpiri-
talem, quæ ſola eſt præmium condignum actuum virtuoſorum, ex charitate Dei mananti-
um, immo & ex actuali motione ſpiritus ſancti. Vnde quod ait, [vt ſis longæuus ſuper ter-
ram quā dominus Deus tuus dabit tibi,] rite exponitur de regiōe cæleſtis patriæ. De qua fer
tur: Credo videre bona domini in terra viuētium. Itemq;: Beati mites, quoniam ipſi poſſide Pſal. 26.
bunt terram, in qua iuſti ſunt longæui, quia in æternum viuent in ea. Et quanuis prædicta Mat. 5.
ſecundum communem legem ita ſe habeant, quandoq; tamen contingit occulto Dei iudi-
cio, ꝙ honoratores parentum breuis & ærumnoſæ ſint vitæ, inhonoratores vero eorum, lō-
gæuæ ac proſperæ. Quod Deus ſic ordinat ad maiorem obedientiū felicitatem, atq; ad gra-
uiorem inobedientium damnatiōem. Vel ex alijs abditis cauſis id accidit. Pręterea poſt prę-
cepta ad Dei cultum ſpectantia, recte ponitur immediate iſtud de honoratione parentū, quia
poſt Deum ſunt præcipue amandi ac honorādi. Et ſicut à Deo ſuſcipitur anima, ita à paren
tibus contrahitur caro. Et ipſi poſt Deum ſunt cauſa præcipua ſobolis ſuæ. Quemadmodū
etiam Deus eſt cauſa omnium, ſic ipſi propriæ prolis. ¶ Sequitur quintum præceptū: [Non Præce-
occides] .i. præcipio tibi vt nullum hominem iniuſte, ſeu priuata & propria authoritate oc ptum. 5.
cidas, immo nec lædas, neq; percutias. Vnde per hoc præceptum prohibetur omne in per-
ſonam proximi nocumentū, præter iuris ordinem irrogatū, cum hoc ſit contra charitatem
atq; iuſtitiam. Et ſicut vetatur talis occiſio, ita implicite ꝑcipitur ordinata vitæ proximoꝝ
defenſio aut cōſeruatio, loco & tēpore opportuno ꝓ poſſe. Iſtud tn̄ ꝑceptum, ſicut & cætera
quinq; ſequentia, reſpicit ꝓximum, quātum ad mali euitatiōem. Sextum ꝑceptum eſt: [Non Sextum.
mœchaberis.] Per quod primo & maxime adulterium, deinde oīs illegitimus prohibetur Septimū
cōcubitus. Septimum eſt: [Non furtum facies.] Per ꝙd primo & euidenter inhibetur abla-
tio rei alienæ occulta, dn̄o rei inuito: deinde rapina ꝗ fit aperte: omnis ꝙq; iniuſta detentio,
ablatio, & deterioratio rei alterius. Cōtra ꝙd peccant, qui debita nō perſoluunt, qui & obli-
gantur creditoribus recompenſam pro damno, quod illi ex perſolutiōis dilatiōe incurrūt,
ſi tn̄ perſolutionem interim exigant. Octauum: [Non loqueris contra proximū tuū falſum Præce-
teſtimoniū.] nec in iudicio, nec extra iudicium: per quod oīs falſa accuſatio, diffamatio, de- ptum 8.
tractio, atq; mendacium ꝓhibentur. [Non cōcupiſces domum proximi tui.] Hæc duo vlti- Præce-
ma præcepta, inordinatam appetitionem terrenoꝝ reſtinguunt ac vetant. Et nono iſto ꝑce- ptum 9.
pto inhibetur inordinata appetitio rei vtilis, intelligendo ꝑ domū, quicquid ad poſſeſſionē
ſeu opulentiā pertinet corporalem. Decimo aūt pręcepto vetatur cōcupiſcētia rei delecta- Præce-
bilis, vtpote cōiugis, proximi, & omnis fœminę nō coniunctę legitime, cū dicitur: [Nec de- ptū 10.
ſiderabis vxorem eius.] Porro quod ſubditur, [Non ſeruum, nō ancillam, nō bouem, nō aſi-
num, nec oīa quæ illius ſunt:] poteſt quaſi ꝑ ſupplementum referri ad nonum ꝑceptum, ita
ꝙ iſta prohibentur iniuſte appeti ad poſſidendū & vtendum eis in proprio obſequio, ꝙd eſt
bonū vtile. Poſſunt ꝙq; ad vltimū iſtud ꝑtinere ꝑceptū, ita vt intelligaŧ circa ea eſſe ꝓhibita
oīs cōcupiſcentia beſtialis & cōtra naturā. Veruntamen Origenes, Ioſephus & Hebræi di- Origen.
cunt, hæc vltima duo ad vnū pertinere ꝑceptū, qm̄ de prohibitione vtriuſq; cōcupiſcentiæ lo Ioſ. li. 3.
quitur textꝰ iſte ꝑmixtim, ſaltē ſecūdū vnā expoſitionē. ſed melior eſt catholicoꝝ diſtinctio. ant. Iud.
Nam alia eſt ratio boni vtilis, & alia boni delectabilis: & multi inclināturad vnū illoꝝ, qui cap. 6.
ad aliud nō afficiuntur, quēadmodum quidā libidinoſi appetunt ꝓximi cōiugē, qui tn̄ furtū
& rapinā abhorrent. Hinc etiā dantur diuerſa ꝑcepta de refrenandis cōcupiſcentijs, & de re-
frenādis eaꝝ effectibus. ¶ Inſuꝑ circa hæc Lyra recitat: Dicūt Hebræi, per hæc nō prohiberi
cōcupiſcētiā, niſi aliqualiter prorūpat in actū exteriorē, videlicet cōcupiſcētiā cōiugis alie-
næ, niſi erūpat in oſculū vel amplexū aut cōſimilia, cuius opinionis fuit & Ioſephus. Vnde Idē vbi
& quidā catholici dicūt, ꝙ lex vetus cohibuit manū, nō aīum. Sed R. Paulus contra hæc ſcri ſupra.
bit: Multi, inquiēs, doctoꝝ Hebræoꝝ affirmāt, ꝑ hæc ꝓhiberi cōcupiſcentiam alienæ vxoris R. Paulꝰ.
aliaꝝq; reꝝ, etiā ſi in exteriorē actū non moueat: & ꝙ ita teneri oporteat, facile eſt ꝓbare, cū
exterior actus rationē culpę nō habeat, niſi ex interiori deordinatiōe. Ratio ꝙq; volūtarij, ꝙd
eſt origo meriti atq; demeriti, primo & maxime inueniŧ in interioribus animæ. Deniq; in
Deuteronomio habeŧ: Ne dixeris in corde tuo, propter iuſtitiā meā introduxit me dn̄s in ter Deut. 9.
ram hanc. ꝑ ꝙd praua & falſa cogitatio, & itē præſumptio ꝓhibētur. Sed & in Leuitico ſcri
ptum eſt: Ne oderis fratrē tuū in corde tuo. Et rurſus: Nec memor eris iniuriæ ciuium tuoꝝ. Leui. 19.
Quod vero catholici dicunt, intelligendum eſt, ꝙ lex vetus non tam euidenter & frequen- Ibidem.
ter cohibet animum, ſed manum, præſertim quia non ita infligit pœnas tēporales pro pec-

catis cor

catis cordis,vt operis.[Cunctus aũt populus videbat] hoc eſt,ſenſibiliter percepit & audi-
uit[voces].i. tonitrua vel verba Dei ꝓlata ex nube & igne. Solet aũt in ſcripturis viſus pro q̊-
Apo. 1. cunque exteriori accipi ſenſu,ſpecialiter pro auditu, quemadmodum in Apocalypſi: Con-
uerſus ſum,vt viderem vocem quæ loquebatur.[& lampades] hoc eſt, coruſcantia fulgura,
quæ viſu proprie ſumpto percipiebantur. [& ſonitum buccinæ, montem'q; fumantẽ:] ſicut
in expoſitione præcedentis capituli patuit.[& perterriti[mente, [ac pauore cõcuſſi]in cor-
pore ſenſitiua'q; parte, [ſteterunt procul,] nõ ſolum nõ tranſgrediendo terminos præſtitu-
tos,ſed & retrogrediẽdo. [dicentes Moſi: Loquere tu nobis]ex parte Dei,[& audiemus]au-
ribus cordis ac corporis.[Non loquatur nobis dñs] locutione iſta ſenſibili terrifica,& per ſe
ſeu per angelicam creaturã. [ne forte moriamur] ex nimia corporalis harmoniæ immuta-
tione,atq; formidine, ex nimia'q; excellentia obiectoꝝ illoꝝ, videlicet vocum ac fulgurum
atq; ſonituũ tubæ,per reſpectũ ad noſtrũ auditum & viſum.Nec poteſt humana fragilitas ta
lia diu ſufferre ſine confortatiõe ſpeciali & gratioſa.[Et ait Moſes ad populum:Nolite time
re]immoderato timore,vel ꝙ nunc moriemini,ſicut timetis. [Vt enim ꝓbaret vos,venit De
us]hoc eſt,ob hoc ꝑ creaturã ſubiectã ſic deſcendit, apparuit, atq; locutus eſt dominus vo-
bis,vt oſtenderet non ſibi oĩa cognoſcenti,ſed vobiſipſis ac alijs,quales ſitis, & vt faceret vos
probatos ac timoratos.ideo ſubditur:[& vt terror illius eſſet in vobis,]id eſt,timor filialis vel
ſaltẽ initialis.[& nõ peccaretis.]quoniam timor Dei retrahit hominem à peccato.[Stetit'q;
populus de lõge. Moſes autem acceſſit ad caliginem, in qua erat Deus] .i. verticem montis
aſſcendit,in quo fuit denſiſſima nubes, in qua Deus per angelũ apparebat, vt iuxta petitio-
nem populi mediaret inter Deũ & eos in audiendo verba Dei,& referendo eadem ipſis.[Di-
xit'q; præterea dñs ad Moſen:Hęc dices filijs Iſrael:Vos vidiſtis ꝙ de cælo locutus ſim vobis]
id eſt, ſenſibiliter percepiſtis verba prolata ab angelo, in mea ꝑſona loquente, quę verba in
cælo aereo ſonuerũt,& cæleſti virtute formata ſunt.Porro de iſta materia multa legunt Deu
tero. 4. & 5. capitulis,vbi inter cætera ſcribitur:Acceſſiſtis ad radices mõtis q̃ ardebat vſq; ad
cælum,erant'q; in eo tenebræ, & nubes,& caligo: locutus'q; eſt ad vos dñs de medio ignis,
vocem verboꝝ eius audiſtis, & formã penitus nõ vidiſtis: & acceſſiſtis ad me oẽs principes
tribuũ,& maiores natu,atq; dixiſtis:Ecce oſtendit nobis Deus noſter maieſtatem & magni-
tudinem ſuam:vocem eius audiuimus de medio ignis:& ꝓbauimus hodie, ꝙ loquente Deo
cũ hoĩe,vixerit homo.Cur ergo moriemur, & deuorabit nos ignis hic maxim⁹? Si enĩ vltrà
audierim⁹ vocẽ Dei,moriemur. Quid eſt enĩ oĩs caro, vt audiat vocẽ Dei viuẽtis? [Nõ facie-
tis]mecũ[deos argẽteos,nec deos aureos facietis vobis].i. nulla ſimulacra facietis, vt illa co-
latis mecũ,vel ꝑ cultũ latriæ,ſicut adorãd⁹ & colẽdus ſum ego.Vñ & Samaritani & multi de
regno decẽ tribuũ,coluerũt ſimulacra ſua ſeu vitulos aureos,& cũ hoc dñm adorauerũt, ſic-
ut nũc vſq; faciũt Tartari.[Altare de terra facietis mihi].i.ad meũ honorẽ. Hoc de altari ho-
locauſti exponitur,quia altare incenſi fuit ex lignis ſethim,opertũ'q; auro,vt infrà habetur.
In deteſtatiõem q̊q; idololatriæ iuſſit hoc dñs,quia idololatræ de precioſis materijs faciebãt
altaria, & ꝓpter myſticam ſignificatiõem ad humilitatis cõmendatiõem. [& offeretis ſuper
* illud holocauſta & pacifica veſtra]per manus ſacerdotum.Holocauſta autem dicuntur,ſa-
crificia quæ ad Dei honorem totaliter cõburebãtur: Pacifica vero,quæ pro remiſſiõe pecca-
ti,aut ꝓ gratiarum actiõe de beneficio dato,aut pro beneficio obtinendo offerebãtur,q̊rum
vna pars extitit ſacerdotum,vna offerentium,vt comederẽt corã dño,& tertia ad Dei incẽ-
debatur honorem. [Oues veſtras & boues,] de quibus cõmuniter ſacrificia iſta fiebãt.[in oĩ
loco in q̊ memoria fuerit nominis mei] .i. in locis ſpecialiter deputatis ad hoc, vt in eis per
ſacrificia iſta ſit cõmemoratio & honoratio meĳpſius, quæ loca nõ fuerunt ſimul & ſemel
plura,ſed vnus duntaxat, in q̊ licuit oblatio talis, niſi forte ex diſpenſatione diuina & cauſa
3. Reg. 18 idonea,ſicut Helias obtulit in Carmelo.Succeſſiue autem fuerunt loca illa diuerſa,quia pri-
1. Re. 1. 2. mus fuit in Silo, vbi tabernaculum fuit ad tempus: deinde fuit in Nobe, qua vrbe per Saulẽ
1. Re. 24. deſtructa,vt primo Regum habetur, in Gabaon eſt trãſlatum. Poſtea in Hieruſalem tẽpore
2. Re. 6. Dauid, vt patet ſecũdo Regũ. Verũtamẽ populus frequẽter immolauit hincinde in excel-
Ibidem. ſis.i. locis ſublimibus, prout in libris Regum & Paralip. recitat, in quibus & hoc vituperat.
3. Re. 15. [Veniã ad te]ꝑ gratiæ infuſiõem, [& benedicam tibi] ꝑ infuſæ gratiæ multiplicatiõem, atq;
ꝑ terrenæ ꝓſperitatis cõceſſionem,ſi in cunctis obedieris mihi.Et in verbis his alloq̃tur De-
us populum, tanq̃ quid vnũ,ꝑ Moſen. In veteri etenim teſtamẽto temporalium bonorum
affluentia ꝓmittebatur.[Quod ſi altare lapideum feceris mihi,]Per hoc datur intelligi,ꝙ al
tare de quo iam facta eſt mentio,poterat fieri tam de terra q̃ de lapidib⁹,ſed de qualib⁹,ſub-
ditur:[non ædificabis illud de ſectis lapidibus].i.de lapidibus impolitis, non ſculptis neque
dolatis,volo id fieri.[Si enim leuaueris cultrum tuum ſuper eum] .i. ſi cum ferro ſeu cultello
præparaueris iſtud altare,lapides eius ſecãdo,ſculpendo,aut poliendo.[polluetur]id eſt,cõ-
temptibile fiet,diſplicebit'q; mihi,eo quòd factum ſit aliter,quàm præcepi. ¶Cauſa literalis
huius

huius præcepti aſſignatur,quia idololatræ faciebant ſua altaria de ſaxis ſectis,politis,& ſcul-
ptis:ideo in illoꝝ deteſtationem Deus p̄cepit oppoſitũ,& quia nolebat ſuos miniſtros com-
municare cũ idololatris in diuinis. Rurſus,ne Iudæi ꝑ talem ſculpturã inducerent paulatim
ad ſculpendũ atq; colendum imagines. Inſuper ob myſticã ſignificationem, videlicet ꝙ De
us vult in ſpirituali tẽplo ſuo (q̊d eſt eccleſia) collocari ꝑſonas integras & ſynceras, vnitatẽ
ſpiritus conſeruantes,& eccleſiaſticam vnionem nõ violantes. Rurſus,ſpiritale altare,eſt tri
um theologicaꝝ virtutum connexio integra, in qua offerenda ſunt Deo omnia opera bona
& ſacrificia militantis eccleſiæ,q̊d altare fit de nõ ſectis lapidibus.i. de tribus iſtis virtutibus
firmis,ab inuicem non diuiſis,nec alicui ſimulationi aut duplicitati adiunctis.[Non aſſcen-
des ꝑ gradus ad altare meũ:]Cuius iuſſionis ſubiungitur ratio:[ne reueletur turpitudo tua.]
Ex quo elicitur,ꝙ nondum erat tũc feminalium vſus, q̊d magis infrà patebit. Veruntamen
ſi altare fuit tam altũ,ꝙ ſacerdotes illud ſtando nõ valebãt attingere,poterat pedibus ſacer-
dotum ſcamnũ aut aliquid tale ſupponi,q̊d facta miniſtratione remouebatur,vt magiſter in Exo. 28.
hiſtorijs tangit.Vnde & Lyra allegat Rabbi Salomonem,dicentẽ ꝙ fiebat ibi aſſcenſus ſine R. Salo.
gradib⁹ in huiuſcemodi caſu. Fertur quoq;,ꝙ in ſacris Priapi ſacerdotes per gradus aſſcẽ-
debant altare,atq; in alto ſtantes, verenda ſua monſtrabant populo diſcooperta.idcirco in
tam obſcœnoꝝ deteſtationẽ ſacroꝝ, dñs dedit pręfatum mandatũ.Spiritaliter vero per gra
dus ad altare aſſcendere,eſt, in fide ſuperbeatiſſimæ trinitatis, gradum & ordinem dignita-
tis aſſerere,affirmando quòd pater maior ſit filio,& filius maior ſpiritu ſancto,vt Arriani di
xerunt:quod q̃ facit, turpitudinem ſuæ perfidiæ infelix oſtendit. Rurſus,altare de terra fa-
cere, eſt in Chriſto veram carnem fateri:& ad altare per gradus non aſſcẽdere, eſt in eo diui
nitatem veram, quæ æqualis eſt patri,agnoſcere.

¶De myſtica huius capituli viceſimi intellectu. Art. XLII.

QVemadmodum quinquageſimo poſt exitum ab Aegypto die, data eſt lex Hebræis in
monte Sinai,ſic quinquageſimo die poſt Chriſti reſurrectionem, miſſus eſt ſpũs ſan-
ctus primitiuæ eccleſiæ in grandi illo cœnaculo, in q̊ nouiſſimã fecerat Chriſt⁹ cœnã:
ꝑ cuius paracleti infuſionẽ, euãgelica lex in apoſtoloꝝ, cæteroꝝ'q; credentiũ cordibus eſt fir
mata,atq; eodẽ die alijs in Hieruſalẽ prædicata & data,coruſcantibus ſignis tanq̃ fulgurib⁹,
& apoſtolicis verbis ſonãtib⁹,velut tonitruis.Inſuper,ſicut Hebręis ex Aegypto ſaluatis da
ta ſunt decẽ illa p̄cepta immediate à Deo.i.non per Moſen, ſed ꝑ allocutionẽ Dei ex igne &
nube,tñ ꝑ angelũ: ſic nobis ex mũdi & vitioꝝ caligine ꝑ Chri aduentũ eductis, eadẽ p̄cepta
ſunt in euãgelio tradita,primo immediate à Chro Deo vero,veraciter incarnato,dicẽte: Si Mat. 19.
vis ad vitã ingredi,ſerua mãdata.Itaq;,nõ ſeruiam⁹ vltrà peccatis,nec erroꝝ ac paſſionũ te-
nebris inuoluamur, nec alicuius idololatriæ immoremur caligini. Dicitur enĩ vnicuiq; no-
ſtrum:Non habebis deos alienos coram me. ¶Contra hoc agit ſuperbus,qui ſeipſum facit
Deum ſibimetipſi,atq; ab alijs tanquam Deus vult honorari,dum nõ Dei,ſed ſuijpſius quæ-
rit gloriam & honorem:& ita ſe habet ac taliter gloriatur,quaſi non à Deo,ſed à ſeipſo ſit &
habeat quod eſt, & quod habet. Magis quoq; quærit ſibi obtemperari, quàm Deo. Nempe Phil. 2.
ſi videat Dei præcepta à ſeipſo ac alijs violari,non curat,nec contabeſcit, nec zelo inflãma-
tur iuſtitiæ zelãdo pro domino, iuxta illud: Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt
verba tua inimici mei.Porro,ſi videat ſe contemni,aut propria vilipendi mãdata, mox fu- Pſal. 118.
rit & indignatur,ac quaſi ſub colore iuſtitiæ in contemptores ſui exurgit.In tali etenim ho
mine improbo ac peruerſo,viget priuatus amor ſui,non ſancta dilectio Dei. Quo cõtra ait 3. Re. 19.
Helias: Zelo zelatus ſum pro domino. Vnde & Chryſoſtomus proteſtatur: Nihil iniquius Chryſo.
q̃ Dei iniuriam diſſimulare,& propriam vindicare. O quàm multi pręlati ac principes ſunt
hodie tales,qui ſubditos ſuos per vitiorum abrupta proficiſci conſpiciunt,nec dolent, neq;
emendãt, ſed ſilent: ꝓpriã vero inhonorationem, nec in modicis rebus perpeti queunt: ideo
non ſunt veri vicarij creatoris,ſed ſerui ac filij dęmonis.Similiter cõtra iſtud p̄ceptum peccãt
auari,qui magis afficiuntur ad auꝝ,q̃ ad omniũ fontem bonoꝝ,qui nummũ præferũt Deo,
& pro pecunia relinquũt iuſtitiã,ac lucri amore iurãt,periurãt,fallũt ac mentiunt,iudicãt'q;
peruerſe.Propter q̊d diuinus apoſtolus auaritiã nõ inepte idololatriã appellauit. Rurſus cõ- Coloſ. 3.
tra idem præceptũ agit luxurioſus,cuius Deus venter eſt, & gloria in pudendis, qui fœdam Phil. 3.
carnem magis q̃ incõparabilem & ſuperpræſtãtiſſimã deitatẽ cogitat, amat, & adipiſci co-
natur. Et breuiter quicũq; in mortali eſt culpa, q̃ creatis magis q̃ creatori, vanitati magis q̃
veritati ac æq̃tati inhæret,atq; in his vanis,fœdis ac vilibus rebus finem ſibi cõſtituit. Iſte ſi-
bi format & eligit deos alienos, de cui⁹ vilitate ac impietate Sapiens ait: Cor iniq̃ cinis eſt Sapi. 15.
& terra:ſupuacua ſpes illius,& luto vilior vita eius:q̃m ignorauit illũ qui ſe finxit, hoc eſt,ꝑ
debitũ cultũ non recognouit propriũ creatorẽ.Nõ facies tibi ſculptile,neq; oẽm ſimilitudi-
nem &c.Hoc præcepto iubemur cor noſtrum à turpibus phantaſmatibus,à ſordidis phãta-
ſijs,à diſtractiõibus cordis,potiſſime oratiõis contẽplatiõis'q; tẽpore,& in cũctis diuinis pur-
gare ac

gare ac cuſtodire, quatenus pura, ardente, ac ſtabili mẽte oĩpotenti Deo ſimus intẽti, eiusq;
op⁹ cũ debita reuerentia iugiter ꝑſoluamus. Ego eñi ſum dñs Deus tuus fortis, zelotes, viſi-
tãs iniqtatẽ patrum in filios. Itaq; ſi optamus, vt anima noſtra ſpõſa ſit ſui creatoris ac ſalua
toris, oportet nos ei indeſinẽter fidelitatẽ ſeruare, nec aliqd niſi ipſum, vel ꝓpter ipſum, ac
in ipſo diligere, cordeq; integro deteſtari ac fugere, quicqd à mundiſſimis eius amplexibus
mentẽ auellit. Hinc ſanctus Ioannes apoſtolus loquit: Si quis diligit mundũ, non eſt chari-
1.Io.2. tas Dei in ipſo. Et Iacobus ſanctus: Quicũq;, inqt, voluerit amicus huius mũdi fieri, inimic⁹
Iacob 4. Dei conſtituet. Caueamus ergo ne vitioꝝ noſtroꝝ filios, i. imitatores, cõſenſores, cooperato
res, aut quouis modo cõmunicatores habeamus ac relinquamus: ne alios inducamus ad ma
la verbo, exemplo, aut opere: ne & noſtra peccata in tertiam & quartã gñatiõem viſitent à
domino, oĩmq; illorum peccata ac pœnæ redundẽt in nos. Non aſſumes nomen Dei tui in
Matt. 5. vanum. hoc eſt ꝙd in Euangelio loquitur dominus: Ego dico vobis non iurare omnino. Sit
Iacob. 5. autẽ ſermo veſter, eſt eſt, nõ non. Iacobus quoq; Apoſtolus: Ante omnia nolite iurare. Abij-
ciatur ergo deteſtabilis actus & peſſima conſuetudo, cum & in Eccleſiaſtico ſcriptum ſit: Iu
Eccĩ 23. rationi non adſueſcat os tuũ, multi enim caſus in ea. Vir multum iurans, replebitur iniqui-
tate, & non deficiet de domo eius plaga. Nempe cum cõſuetudo venialiũ ſit mortalis, quã-
to magis conſuetudo iurandi enormiter vitioſa eſt atq; mortifera, cum ſine rationabili cau
ſa iurare ſit contra diuinum præceptum, ideoq; ex genere ſuo mortale? Memento vt diem
ſabbati ſanctifices. Itaq; diebus feſtiuis ſumme tenemur abſtinere à vitijs, ita ꝙ ſi quis tunc
detrahat, fornicetur, contendat, crapulamve committat, aut acediæ præbeat in ſe locum, vel
quodcunq; mortale incidat vitium, non ſolum committit vnum aut ſimplex mortale pec-
catum, nec tantum tranſgreditur vnum præceptum, ſed duo ad minus: & duo incurrit pec-
cata mortalia, aut vnũ dupliciter vel pluribus modis mortale. Quemadmodũ etiã ſi aliquid
horum committat in ſacro loco, aut cum religioſa, ſeu in ſacris ordinibus conſtituta per-
ſona. Hinc & venialia quę ad mortale diſponunt, tunc grauant, ac magis vitanda ſunt. ¶De-
niq; valde penſandũ eſt quod dñs iubet: Non facies omne opus tu & filius tuus, & filia tua,
ſeruus & ancilla &c. Quo conſtat, ꝙ parentes & domini domus, tunc præcipue obligantur
ſobolem ſuam atq; familiã quantum cõgrue valent, & charitas exigit, à peccatis retrahere,
admonere, & ædificare. Itaq; cũ ſabbatum ſit requies domini, diebus celebribus conquieſcat
mens noſtra in Deo quiete ꝑcipua ꝑ deuotionẽ internam, ꝑ orationes puras atq; aſſiduas, ꝑ
contẽplationẽ ſynceram, ꝑ amorem feruentẽ. Honora patrẽ tuũ & matrem. Omnis igitur
Chrifidelis ſuperioribus ſuis tanq̃ Dei vicarijs debitam ſubiectionẽ, reuerentiam cordialẽ,
obedientiã exhibeat promptã. Stetitq; populus de lõge, Moſes autem acceſſit ad caliginem,
in qua erat Deus. Hanc clauſulã magnus & theologiſſimus Dionyſius in libro de myſtica
theologia ꝓfundiſſime interpretat, intelligendo per Moſen, quemcũq; virum heroicum ac
perfectum, qui relictis ac ſupergreſſis oĩbus ſenſibilibus ac intelligibilibus, immo vniuerſis
creatis, atq; ſeipſo & cũctis actibus ſuis, Deo ꝑ ardentiſſimã dilectionem vnitur, intratq; ca-
liginẽ in qua vere eſt Deus. Hæc nanq; caligo, eſt æternæ, increatæ, infinitæq; lucis diuinę ſu
perexcellens, incõprehenſibilis & ſuperclariſſima plenitudo abyſſalis, interminabilis atq; ſu
perſimpliciſſima magnitudo, in qua Deus eſſe & habitare cenſetur, qui ponit tenebras, id
eſt, infinitã hanc lucem, oẽm creataꝝ mentium capacitatẽ infinite tranſcendentẽ ac ſuperan
tem, latibulum ſuũ: & ipſæ diuinæ tenebræ cooperiuntur & abſconduntur omni viſioni ac
lumini, ob incircũſcriptibilem ſuam plenitudinem, prorſus impenetrabilem & immẽſam.
Cum itaq; mens æſtuantiſſimo charitatis ardore ſuccenſa, Deo ita coniungitur per contem
plationem theoricam & ſapientiam luminoſam, flammigeram, vnitiuam, dicitur introire
caliginem, inſtarq; Moſis ab omnibus ſeparari. Vnitur enim Deo tanquam prorſus incom
præhenſibili, & quo ad quid eſt, mere ignoto: & tamen hoc ipſum ſic intueri, eſt clariſſime ac
ſuauiſſime contẽplari, ſpeciesq; altiſſima contẽplationis huic vitæ poſſibilis. Idcirco tunc to
ta in lucem illã tam infinitam expanditur, increatæ veritati infigitur, ſupereſſentiali deitati
& ſupbeatiſſimæ Trinitati tam radioſe, amoroſe & proxime copulatur, ꝙ aliud nihil aduer
tit, nec proprium actum attendit, ſed defluit à ſeipſa, atq; in proprium refluit fontem. Sicq;
in diuitias gloriæ rapitur, in amoris increati immenſi igne comburitur, in deitatis abyſſum
profundatur & abſorbetur, vt videatur quodammodo, eſſe creatum exuere, & increatum
idealeq; eſſe induere, nõ ꝙ ſubſtantia mutetur aut proprium eſſe tollatur, ſed quoniã mod⁹
eſſendi, q̃litasq; viuendi deificatur, hoc eſt, Deo & ſuperbeatiſſimæ beatitudini eius ſuperna
turaliter & gratioſiſſime aſſimilatur, ſicq; eminenter impletur illud Apoſtoli: Qui adhæret
1.Cor.6. domino, vn⁹ ſpiritus eſt. immo quod in Iohãne loquitur vnitas ipſa & veritas increata vni-
Ioan.17. genitus patris: Pater, rogo pro eis qui credituri ſunt in me, vt omnes vnum ſint, ſicut tu pa-
ter in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint. Ego in eis & tu in me, vt ſint conſumma
ti in vnum, vt dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit & ego in ipſis.

¶Elucidatio

¶Elucidatio literalis capituli XXI. Hæc ſunt iudicia quæ propones eis. Art. XLIII.

IN veteri teſtamento fit mentio de præceptis triplicib⁹, videlicet moralibus, cæremonia-
libus, & iudicialibus. Præcepta moralia ſunt, quæ directe pertinent ad bonos mores, & Præcepta moralia.
de actibus virtutũ exercẽdis, atq; de oppoſitis vitijs euitãdis, tradũtur. Et iſta ꝑcepta ſunt
de naturalis dictamine rationis: propter ꝙd dicũtur quaſi quædã cõcluſiones, ex naturali iu
re ſeu lege elicitæ. Hinc manẽt & obligãt in euãgelica lege. Porro ꝑcepta cæremonialia ap-
pellantur, quæ tradunt ſpecialem modum colendi Deum, quantum ad exteriorem ritum & Cæremonialia.
obſeruãtiam in ſacrificijs & conſimilibus. Præcepta vero iudicialia ſunt, quę tradunt ſpecia
les modos ſeruandi iuſtitiã inter homines in conuerſatione humana, tamẽ per reſpectum & Iudicialia.
in ordine ad veram & ſupernaturalem felicitatem. Et ſicut ꝑcepta cæremonialia, ſunt quæ-
dam determinationes & explicationes præceptoꝝ moralium concernentium Dei cultum,
& quantũ ad Deum: ſic ꝑcepta iudicialia ſunt quędã explicatiões & declarationes ſeu deter
minationes præceptoꝝ moraliũ, reſpicientium directionem vitæ humanæ, ſeu quãtum ad
homines. Dictum eſt eñi, ꝙ præcepta moralia docent & iubẽt Dei cultũ in gñali, & pręcipue
quantũ ad actus interiores, qui ſunt credere, ſperare, diligere: ſed cæremonialia ꝑcepta aſſi-
gnãt ſpeciales modos cultus diuini in exterioribus actibus. ¶Deniq; intẽtio legis diuinę eſt,
hoĩes cõuenienter ordinare ac regere, tã q̊ ad Deũ, q̃ q̊ ad ſeipſos adinuicẽ, quoꝝ vtrũq; eſt de le
ge naturæ ſeu dictamine ratiõis naturalis in gñali. Sed oportuit vtrũq; determinari in ſpe-
ciali per certa præcepta, vtpote cæremonialia ac iudicialia, vt iam dixi. Et quia cæremonia-
lia ꝑcepta erant omnino præfiguratiua Chriſti, & modi colendi Deũ in euãgelica lege: ideo
euangelio diuulgato, ceſſauerũt, immo illicita atq; mortifera facta ſunt. Iudicialia aũt præ-
cepta non erant directe & principaliter figuratiua, ſed conſeruatiua æqualitatis iuſtitię inter
homines. Ideo q̃uis ſint per Chriſti legem euacuata, ita ꝙ nõ manent obligatoria, nõ tñ exi-
ſtunt mortifera, qm̃ poſſent à rege aut principe Chriano, ſi expediret, inſtitui, atq; à ſubditis
obſeruari, dũmodo nõ inſtituerent nec obſeruarent, inquãtũ & qa ad legẽ Moſis ꝑtinebant,
ſed inquantũ ꝑſenti hoĩm ſtatui cõuenirẽt. De hac materia ſcribit plenarie Alexãder de Ha
lis ſuper tertium Sententiaꝝ, & Thomas in prima ſecundæ. Itaq; poſtquam præcedenti ca-
pitulo data ſunt à Deo præcepta moralia, nunc in iſto cap. dantur ab eo iudicialia q̃dã præ-
cepta. [Hæc ſunt iudicia quæ propones eis] i. ea quæ nunc ſubiungũtur, ſunt iudicialia præ-
cepta, quæ ego inſtituo filijs Iſrael obſeruanda, & quæ tu eis ex parte mei propones, & ſeruã-
da ꝑcipies. [Si emeris ſeruũ Hebræũ, ſex annis ſeruiet tibi. In ſeptimo egrediet liber gratis.]
Iſtud tripliciter poteſt intelligi. Primo ſic: Si tu Iſraelita emeris atq; redemeris Hebræum
iam venditum gentili in ſeruum, ſeruiet tibi vſq; ad initium ſeptimi anni, vtpote iubilei, qui
eſt annus remiſſionis, vt infrà patebit. Noluit autem Deus ꝙ Hebræi venderentur in ſeruos
perpetue atq; ſimpliciter, ſed ad tempus prætactum, quoniam ipſe eduxit eos de ſeruitute
Aegyptia, vt eſſent ſerui ipſius, & propter nobilitatẽ eorum ex patriarchis contractam, im- Exo. 12.
mo & magis propter dignitatẽ eis collatam per dona gratiæ, & per legem diuinam. Ita ex-
ponit Andreas. Secundo exponitur ſic: Si emeris ſeruum Hebræum, qui ſeruus ante non fu-
it, hoc eſt, ſi emeris Hebræum ad hoc, vt ſit ſeruus tuus, ſeruiet tibi ſex annis. i. tibi ſeruire tene
bitur, ſi vixerit ꝑ tot annos, niſi interuenerit iubile⁹. Sic exponit magiſter in hiſtorijs. Quod
tamen non eſt intelligendum de magno iubileo, videlicet quinquageſimo anno, ſed de ſepti
mo anno remiſſionis. Tertio ſic: Si emeris ſeruum Hebræum ab Hebræo, ſeruiet tibi, vt di-
ctum eſt. Potuit autem venditio talis fieri tribus modis: Primo, ab ipſis iudicibus Hebræis,
qui Hebræum de furto conuictum, nec habentẽ vnde reſtitueret, vendi iuſſerunt ad facien-
dum reſtitutionẽ, vt ſequenti conſtat capitulo. Secundo, quia Hebræus ob nimiam pauper-
tatẽ potuit vẽdere ſe in ſeruum, quẽadmodum in Leuitico habet: Si paupertate cõpulſus, vẽ- Leui. 25.
diderit ſe tibi frater tuus in ſeruum &c. Tertio, quoniam dñs Hebręus, ſeruo ſuo Hebræo
non amplius indigẽs, poterat eum vẽdere alteri Hebræo, quantũ ad tẽpus reſtans vſq; ad ſe-
ptimũ annũ remiſſionis, de q̊ ſubditur: [In ſeptimo egrediet liber gratis] hoc eſt, ad placitũ
ſuũ recedet à domino ſuo, liber à priſtina ſeruitute, nec aliquid dabit pro ſua redemptione.
[Cum quali veſte intrauit] domũ domini ſui ad ſeruiendũ, [cum tali exeat] i. æqualiter veſti-
tus. Per quod nõ excluditur, quin poterat melius eſſe veſtitus in exitu ſuo. Et iſtud pie præ-
ceptũ eſt, ne pauper ſeruus, male veſtitus egrediẽs, cogeret rurſus ſeruire pro adipiſcẽdo ve-
ſtitu. Tempus ẽq; ꝙd in ſeruitute expẽdit, non ſibi, ſed ſuo domino quaſi vixiſſe videtur: ideo
egrediẽti debuit dominus talẽ præbere amictum, qualẽ habuit quando ad ſeruiẽdum intra-
uit. [Si habẽs vxorẽ] id eſt, ſi vxoratus fuit, quando intrauit ad ſeruiẽdum cum ea, [& vxor
egrediet ſimul] cum eo, immo & filij ac filiæ ante vel interim nati, quoniam partus ſequitur
ventrẽ. [Sin aũt dominus dedit illi] videlicet ſeruo ſuo Hebræo [vxorẽ] poſt ingreſſum eius
ad ſeruiendum, [& peperit] vxor [illa filios & filias] in ſeruitute, [mulier & liberi eius erunt
domini

domini ſui].i.in ſeruitute manebunt. Iſtud intelligendum eſt, quãdo vxor illa non fuit He-
bræa, ſed ſerua ſimpliciter, vtpote ad ſeruitutẽ perpetuã obligata, quia ex alieno genere na-
ta. Si autẽ fuit ancilla Hebræa, nõ fuit obligata ad ſeruitutem magis ꝗ̃ ſeruus Hebræus, idcir
co cũ ſuo marito ac liberis potuit libera egredi. [Ipſe vero exibit cũ veſtitu ſuo].i.ſolus, ita ꝙ
vxor cum ſobole in ſeruitute manebit in caſu p̃fato. [Quòd ſi dixerit ſeruus, Diligo dominũ
meum, & vxorem ac liberos].i.ex ſpeciali amicitia ad dominũ ſuum & coniugem atq; pro-
lem, voluerit in ſeruitute manere, renũcians iuri ſuæ liberationis, [offeret eum dñs dijs] hoc
eſt, ſacerdotibus ſeu iudicibus præſentabit. Dicuntur aũt ſacerdotes ac iudices dij.i. diuini,
quia ꝑ iudiciariam poteſtatem, & alioꝝ gubernationem, vicariatũq́; Dei, diuinas proprie-
tates participant, & Deo ſpecialiter aſſimilant, ſaltem in donis his gratiæ gratis datæ. [& ap
plicabitur ad oſtiũ & poſtes]tabernaculi, iuxta præceptũ ſacerdotum ſeu iudiciũ. [perfora-
bitq́; aurem eius ſubula]dominꝰ ſuus in ſignum ꝑpetuæ ſeruitutis. Quod ſignum in aure eui
denter apparuit. Vel, perforatio illa fiebat ei in pœnã & confuſionem, eo ꝙ noluit vti iure li-
bertatis ſibi oblatæ, ac beneficio legis. Fiebat quoq; in aure magis, quàm in alia corporis par-
te, qm̃ per auditũ didicit & ꝑcepit ius huiuſcemodi libertatis. Auditus quippe, ſenſus eſt di-
ſciplinæ. [& erit ei ſeruus in ſeculum.] hoc eſt, quoaduſq; mãſerit viuens, vel vſq; ad iubileũ
forte maiorẽ, quãtumlibet diſtet. Nam tantũ ſpatium ſolet ſeculum appellari. Idẽ quoq; in-
Thomas telligẽdum eſt de ancilla. Secundũ Thomam talis mãſit perpetue ſeruus. ¶Sequitur aliud iu-
diciale p̃ceptum, quod ſatis intricate in textu exprimitur. Siquidẽ legiſlator illud deſcriben
do ſtuduit breuitati. [Si quis vendiderit filiã ſuam in famulam, nõ egredietur ſicut ancillæ
Rabanꝰ. exire cõſueuerunt.] Locus iſte dupliciter exponitur. Primo, ſecundũ Rabanum & Petrum
Comeſtorem, de venditione filiæ Hebrææ in concubinam, ita ꝙ ſeruiret domino eã ementi
in lecto, & in tali caſu dñs non potuit eam expellere, ſicut ancillã dũtaxat. Quòd ſi iſtis obij-
ciatur, ꝙ venditio in concubinã fuit illicita, cum omnis concubitus non coniugalis, ſit in le
ge ꝓhibitus, dicunt ꝙ iſtud fuit permiſſio, nõ licentiatio, ita ꝙ fuit Hebræis ꝑmiſſum, pro-
pter eoꝝ libidinem aliqualiter refrenandã: quemadmodũ dare extraneis ad vſuras, propter
eoꝝ cupiditatẽ frenandã circa ꝓprium populũ: & ſicut dare libellum repudij, ne crudelita
tem exercerẽt in cõiuges ſuas. Nec dicit hæc litera, vt fiat talis venditio, ſed quid agendum
ſit, ſi fuerit facta. Secundo exponitur ſic: Si quis vendiderit filiam ſuã in famulam, hoc eſt, ſi
quis Hebræus filiam ſuam nondum nubilem vendat alteri Hebræo, vt ſeruiat ei ad tempus,
quatenus interim cõſideret mores eius, an velit eam ſibi aut filio ſuo accipere in vxorem, nõ
egredieꝛ ſicut ancillæ egredi cõſueuerũt.i. non dimittetur à domino ſuo ſicut dimittiꝛ an-
cilla ex alia gente empta, quæ fuit ancilla ſimpliciter, nec egredi potuit, niſi dominus excuſ-
ſiſſet ei dentẽ aut oculũ, vt in iſto infrà habeꝛ capitulo, quod nõ ſeruabatur in ancilla Hebræa:
immo qui eam ſic ꝑcuſſiſſet, ſimili pœnæ ſubiacuit. Huic aũt expoſitioni magis cõſonare vi
dentur ſequentia: [Si diſplicuerit oculis domini ſui, cui tradita fuerit].i. cui vendita erat, vt
eius mores ſic experireꝛ, ita ꝙ ei non placet ad ineundũ cum ea cõnubium. [dimittet eam]li
beram, etiã ante ſeptimũ annũ, quia nõ erat ei traducta finaliter ob ſeruitutem, ſed ꝓpter cõ-
iugium. [Populo aũt alieno vendendi nõ habebit poteſtatem, ſi ſpreuerit eã].i. ſi deſpexe-
rit eam in cõiugem ſumere, nõ habebit licẽtiam vendẽdi eam populo alieno ſeu alicui alte-
rius gentis, quia (vt dictum eſt) tenetur eã dimittere. [Sin autẽ].i. ſi [filio ſuo deſponderit eã,
iuxta morem filiaꝝ faciet illi].i. dotẽ tribuet ei, vt fieri ſolet puellis quæ deſpõſantur. [Quòd
ſi alteram ei acceperit].i. filio ſuo aliam dederit coniugẽ præter p̃dictam, qm̃ vnus poterat
habere plures vxores, vel ſi iſtã prædictã fecerit repudiari à filio ſuo, [prouidebit puellæ nu-
ptias & veſtimẽta, & precium pudicitiæ nõ negabit].i. mulieri ita abiectę prouidebit ſuis ex-
penſis de alio viro, & neceſſaria miniſtrabit pro eo ꝙ à filio ſuo eſt corrupta, & ſi ipſa volue-
rit alteꝝ ſumere viꝝ. [Si iſta tria nõ fecerit].i. nullum trium prædictoꝝ, ita ꝙ nec ipſe eã ac-
cepit vxorem, nec filio ſuo tradidit eam in coniugẽ, nec ſponte voluit eam dimittere, [egre
dietur gratis abſq; pecunia].i. puella libere poteſt recedere etiã ante ſeptimum annũ, nõ da-
to aliquo precio pro ſua redẽptiõe à ſeruitute. ¶Circa hoc præceptum ſcribit Thomas in
prima ſecundæ, quæſt. 105. Lex ꝑmiſit ꝙ paupertate cogente aliquis Hebræus filium ſuũ aut
filiam venderet. Immo per hunc modũ poterat ſeipſum vendere, in mercenariũ tñ potius ꝗ̃
in ſeruum, quia Hebræus nõ vendebaꝛ in ſeruitutẽ perpetuam. Vnde in Leuitico habeꝛ: Si
Leuit. 25 paupertate cõpulſus, vendiderit ſe tibi frater tuus, nõ opprimas eum ſeruitute famuloꝝ, ſed
quaſi mercenarius & colonus erit. Sequunꝛ alia præcepta iudicialia: [Qui percuſſerit homi-
nem volens occidere,] Percuſſio in ſcripturis veteris teſtamenti accipi ſolet pro occiſione,
& ita nunc ſumitur, vt ſit ſenſus, Qui volens ſeu ex propoſito interfecerit aliquẽ iniuſte ſeu
contra præceptum, [morte moriaꝛ].i. occidatur, quia propinquus occiſi poterat eum iugu-
lare, iudices quoq;. [Qui autẽ non eſt ei inſidiatus].i. qui non fuit inimicus occiſi, nec ex ꝓ-
poſito eum occidit, [ſed Deus illum tradidit in manus eius].i. Deus occulta æquitate permi-
ſit eum

ſit eũ occidi ex cauſa nobis ignota caſualiter & ſine occidentis intentione. Ita exponit Gloſ
ſa ac cæteri. Per q̊d patet, ꝙ talia caſualia & improuiſa pericula, non fiunt ſine Dei permiſſi-
one, nec ſine rationabili cauſa, cum Deus moderator atq; prouiſor actuum humanoꝝ illa
permittit. [conſtituam tibi locũ in*quo fugere debeat.]Nam poſt hæc verba Deus ordina- *quem
uit ciuitates refugij, ad q̃s confugerunt huiuſmodi non ſpontanei homicidę, & erant in vrbi
bus illis vſq; ad mortem ſummi pontificis, vel quouſq; recõciliati fuerunt ꝓpinquis occiſi.
De quibus ciuitatibus agiꝛ in Numeris, Deuteronomio, & Ioſue. [Si qs* de induſtria].i. per Nũe. 35.
prauam & peſſimam calliditatem [occiderit proximum ſuum, & per inſidias,] contra iuſti- Deut. 4.
tiam & ordinem iuris, [ab altari meo auelles eum, vt moriaꝛ.]ita ꝙ nec in tabernaculo neq; Ioſu. 20.
in templo fuit tutatus. Propter q̊d verſutus & artifex homicida Ioab, fuit iuxta cornu alta- *per induſtriã
ris occiſus, qm̃ duos viros ſe meliores ita occiderat. Iudæi in hoc p̃cepto, ꝑ ꝓximum, intelli
gunt natione Hebræum, ita ꝙ lex iſta non ſeruabaꝛ, ſi Hebræus interfeciſſet inſidioſe genti-
lem. [Qui furatus fuerit hoiem,]abducẽdo eũ clàm aut fraudulenter à ꝓprijs, [& vendiderit
eum, cõuictus noxæ].i. crimine eius patefacto atq; ꝓbato, ſeu aliter innoteſcẽte, [morte mo
riaꝛ.]¶Circa q̊d dicunt expoſitores catholici, iſtud fuiſſe intelligendum qñ vẽditio fuit ſe-
quuta furtum, ita ꝙ ꝓ ſolo furto hoĩs non fuit mors infligẽda, vtpote qñ homo furto ſub-
latus, inueniebaꝛ anteq̃ vendebaꝛ, ita ꝙ pœna furis tunc fuit reddere duos hoĩes ad ſeruien-
dum ꝓ vno furtim ſubtracto q̃uis inuento: qa ſequẽti habeꝛ capitulo, q̃liter ꝓ aliaꝝ reꝝ fur Exo. 22.
to reſtituendum ſit duplum. Aliq vero Hebræi dicunt, ꝓ ſolo hoĩs furto mors infligebaꝛ, ꝓ-
pter hoĩs ad Dei imaginem facti nobilitatem. [Qui percuſſerit patrem ſuum aut matrẽ].i.
vnum eoꝝ aut ambos, [morte moriaꝛ.] Iſtud ſecũdum doctores catholicos & Hebræos in-
telligendum eſt non de ꝑcuſſione leui, ſed graui, ex qua ſ. ſequiꝛ liuor ſiue effuſio ſanguinis,
aut tale aliq̄d. Et ſi ex propoſito fiat, niſi forte qs leuem parentum ꝑcuſſionem in conſuetu
dinẽ ducat. Pro leui aũt & non conſuetudinata ipſoꝝ ꝑcuſſione, minor morte infligẽda eſt
pœna, attñ magna, cum ſceleratiſſimũ ingratiſſimumq́; conſiſtat, eos ꝑcutere à q̄bus acce-
pta eſt vita, & q̄bus tanta reuerẽtia debeꝛ & gratitudo. [Qui maledixerit patri ſuo aut matri,
morte moriaꝛ.]Lyra dicit hoc nõ eſſe intelligendũ de ſola, ſed de cõſuetudinali maledictiõe
parentũ, cũ ꝓ leui eoꝝ ꝑcuſſione, ꝗ̃ grauior eſt maledictione ſola, non fuerit mors infligen-
da. Cõtra q̊d ſcribit R. Paulus, ꝙ ſecundum Rabbi Moſen Gerundenſem, aliosq́; Hebræos, R. Paul.
maledicenti parentibus maior pœna debetur, ꝗ̃ eos ſimpliciter percutiẽti, qa ad maledicti- R. Moſ.
onem eoꝝ multi ſunt ꝓniores, ideo magis reprimendi ſunt inde. Secundo, qm̃ in maledicti
one parentum nomẽ dñi vitioſe aſſumiꝛ, ſicq́; in ea etiam Deo, irreuerẽtia irrogaꝛ. Hinc re-
or iſtud fuiſſe intelligendum de maledictione ꝓprie ſumpta, qua quis ex propoſito & auer-
ſione malitioſa imprecaꝛ malum parẽtibus ſuis à Deo, non aũt ſi ex quadam feſtinantia ani
mi & abſq; deliberata malitia fecit hoc. Hinc in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Eſt maledictus à Ecci. 3.
Deo q exaſperat matrem. Salomon q̊q;: Generatio quæ maledicit patri, & gñatio ꝗ maledi- Prou. 3.
cit matri. Deniq; Thomas in prima ſecundæ quæſt. 105. teſtaꝛ: Lex vetus pœnam mortis in
grauioribus inflixit criminibꝰ, puta in his q̄bus cõtra Deum peccaꝛ, & in adulterio atq; in-
ceſtu, in homicidio quoq; & furto hoĩm, & irreuerentia ad parentes. [Si rixati fuerint viri]
contra ſe inuicẽ, [& ꝑcuſſerit alter proximum ſuum].i. vnus alium [lapide vel pugno, & ille
ꝑcuſſus mortuus non fuerit]cito & euidenter ex illa ꝑcuſſione, [ſed iacuerit in lectulo,]pro
pter ægritudinem ex illa percuſſiõe ſequutam, [ſi ſurrexerit]aliq̃liter melioratus, [& ambu-
lauerit foris ſuper baculũ ſuum,]innitendo ſuſtentaculo ob ſuam adhuc durantẽ debilitatẽ,
[innocẽs erit]à pœna homicidij [q percuſſerit.]Ita etiam, q̃uis ille percuſſus moriaꝛ ante ſu
am curationẽ. Innocẽs, inquã, erit in foro exteriori à pœna mortis. Verumtñ apud Deũ reus
erit homicidij & mortis æternæ, ſi intendebat illum occidere, vel ſi ille poſt ambulationẽ p̃-
fatã rurſus in lectum decidat, & ex percuſſione illa decedat. Cur igiꝛ innocens eſt apud hu-
manũ iudiciũ talis percuſſor? Dicẽdũ ꝙ ex duplici cõiectura. Primo, nã qñ percuſſus partim
conualuit, incertũ videꝛ an poſtea ex percuſſiõe illa obierit. Forſan em̃ ex malo regimine, &
incuſtodia ſui aut ſimili occaſiõe in languorẽ relapſus eſt ac defunctꝰ. Secũdo, nã qa percuſ
ſor læſit eũ pugno aut lapide, non cuſtello vel gladio aut ſimili armatura, ꝓbabile eſt ꝙ non
ꝓpoſuit eũ occidere. [ita tñ, vt operas eius & impẽſas in medicos reſtituat].i. ſatisfaciat me-
dicis ꝓ eoꝝ laboribus & medicinalibus in illũ expoſitis, vel reddat q̊d ille in medicos expo-
ſuit, & impedimẽtũ opeꝝ percuſſi recõpenſet. Videꝛ tñ ꝙ in aliq̃ caſu aliq̄d fuit dandũ ad ſa
tisfaciendũ pro illata læſione atq; iniuria, vt ex alijs locis huius ſcripturæ elicitur. [Qui per-
cuſſerit ſeruũ ſuũ vel ancillã virga].i. baculo aut alio inſtrumẽto læſiuo, [& mortui fuerint
in manu eius].i. ſi alter eoꝝ aut ambo exhalauerint ſpũm, mox in ipſa percuſſione aut pro-
tinus poſt hanc, [criminis reus erit].i. homicidij pœnã mereꝛ, ſiue ſeruus & ancilla Hebræi
ſint, ſiue gẽtiles, potius tamẽ ſi exiſtãt Hebræi. [Si aũt vno die ſuperuixerit vel duobus] ſer-
uus aut ancilla poſt ſuã percuſſionẽ, [non ſubiacebit pœnæ].i. dominꝰ q percuſſit, nõ erit ho

micidij reus:[ꝗ pecunia illius eſt].i.ſeruus ſeu ancilla eſt res quædã domini ſui, quam ꝑ pe
cuniam ſuam fecit ſuam,& habet eam q̃ſi pecuniã ꝓpriam,ſeu loco pecuniæ pro re illa ex-
poſitæ.Quod de ſeruo & ancilla gẽtilibus ꝑcipue accipit,ꝗ huiuſmodi ꝑſonæ vendebantur
ſimpliciter & ad ſemꝑ,nõ aũt Hebræi.¶Cõtra hanc legẽ q̃ aliq̃liter dura apparet,ſic arguit
Thomas in prima ſecũdæ:Lex diuina magis debet ad miſericordiam ꝓuocare,q̃ lex huma-
na:ſed ſecundũ leges humanas grauiter puniunt,q nimis aſpere affligũt ſeruos aut ancillas.
Aſperrima aũt videt eſſe afflictio,ex qua ſeqtur mors. Inconuenienter ergo ſtatuitur Exo-
di 21.ꝙ q percuſſerit ſeruum ſuũ vel ancillam virga,ſi vno die ſuperuixerit, non ſubiacebit
pœnæ,ꝗ pecunia illius eſt.Ad iſtud ſanctus Thomas reſpondet:Circa læſiones ſeruis illatas
lex conſideraſſe videtur,vtrum læſio ſit certa aut incerta. Si enim læſio certa eſſet, lex pœnã
adhibuit.Pro mutilatione qdem,ſerui amiſſionem,ꝗ mandabatur libertati donari:ꝑ mor
te aũt,homicidij pœnam,cum ſeruus in manu domini verberantis moreretur.Si vero læſio
nõ eſſet certa,ſed apparẽtiam quãdam haberet, lex nullã pœnam infligebat in ꝓprio ſeruo,
puta dum ſeruus percuſſus nõ ſtatim moriebatur,ſed poſt aliq̃t dies.Incertum enim erat an
ex percuſſione mortuus eſſet.Deniq; certum eſt,iſta intelligi de ſeruis emptitijs:ſed in lege
euangelica quæ eſt lex totius charitatis & pietatis,docent ſerui & ancillæ eſſe tractandi be
Ephe. 6. nigne,iuxta illud ad Epheſios:Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas, ſcientes
Acto.10. ꝙ illoꝝ & veſter dominus eſt in cælis,& non eſt perſonaꝝ acceptio apud Deum.In Eccleſi-
Ecci 33. aſtico quoq;,dicitur:Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus q̃ſi anima tua. Et rurſus in Eccleſiaſtico:
Seruus fidelis ſit tibi quaſi anima tua,& q̃ſi fratrem tracta illum.Porro ſi duri & rebelles exti
Ibidem. terint,agendum erit quod ait ſcriptura: Cibaria & virga & onus aſino, panis & diſciplina
& opus ſeruo.[Si rixati fuerint viri]contra ſe mutuo,[& percuſſerit qs mulierem prægnan
tem].i.vnus illoꝝ fœminam ſic fœcundatam verberauerit, tamẽ ꝑter ſuum propoſitũ, vtpo
te viꝝ eius aut alium cædere volens, [& abortiuum qdem fecerit].i.fœtus cõceptus & nõ-
dum animatus,fuerit ex illa percuſſiõe & mulieris ꝑturbatione atq; anguſtia diſſipatus,[ſed
ipſa vixerit].i.mulier ex illa percuſſione non fuerit multũ læſa nec mortua, [ſubiacebit da-
mno]ille percuſſor,[quantũ expetierit maritus mulieris,& arbitri iudicauerint] .i.iuxta ra
tionabilẽ poſtulationẽ mariti,& iuxta diſcretionem,cenſuramq́; iudicũ,ſecundũ quoꝝ di-
ctamẽ poſtulatio viri eſt moderãda.[Si aũt mors eius fuerit ſubſequuta].i. ſi mulier vel fœ-
tus eius iam animatus,ex illa ꝑcuſſione obierit,idq́; euidẽter poſſit ꝓbari,[reddet animam
pro anima].i.propriam vitã perdet ſeu occidet pro culpa,q vitam alterius ſic extinxit. Ta-
men(vt fertur)qdam Hebræi dicũt hic ꝑ redditionem animæ pro anima,nõ eſſe intelligen-
dum pœnam mortis,ſed pecuniariã pœnam ſecundum iudicũ taxationẽ,ꝗ percuſſor non
intẽdebat mulierem ꝑcutere,nec fœtum eius animatũ occidere.ſed hoc nõ cõſonat textui.
Deinde pœna talionis ſubiungit:[Oculum pro oculo,dentẽ pro dente, manũ pro manu, pe
dem pro pede,aduſtionem pro aduſtione,vulnus pro vulnere,liuorem pro liuore].i.qualem
qs alteri læſionem,mutilatiõem,iniuriam intulerit,talẽ ſuſtinere coget,vt ſic reparetur æq̃li
tas iuſtitiæ,& iniuriator in vita hac corrigatur,atq; de cætero reprimatur à cõſimilibus ma
lis:ſicq́; vindicatiua ponitur virtus & pars iuſtitiæ,& vindicatio talionisq́; pœna,ſunt licitę,
ſic tamen,vt non ex rancore aut praua radice,ſed zelo iuſtitiæ exerceatur, quatenus animus
vindicantis non quieſcat in pœna & nocumento rei,ſed in emendatione ipſius,vel in bono
Tho.2.2. reipublicæ,prout Alexander de Halis in Summa ſua, & ſanctus Thomas eleganter deſcri-
que.108. bunt.Veruntamen quidam Iudæi,præſertim Rabbi Salomon,opinati ſunt,ꝙ iſta pœna ta-
R. Paul. lionis non fuit intelligenda,vt verba hæc ſonant:ꝗ vt dicunt,pro oculo eruto non eſt ocu
lus eruendus,ſed pœna pecuniaria exoluenda,prout dictauerint iudices.Sed iſtud eſt contra
Ioſe.li.3. hunc textum, & contra ea quæ in Deuteronomio aperte ſcribuntur. Porro Ioſephus dixit
An.Iud. ꝙ eruenti oculum alicuius iniuſte,eruẽdus eſt oculus,ſi ille exoculatus exegerit. Si vero ma-
cap.6. luerit pecuniariam ſatisfactionem habere, poterit ei dare ſecundum ſentẽtiam iudicum, &
hoc probabilius ſonat.[Si percuſſerit quiſpiam oculũ ſerui ſui aut ancillæ, & luſcos eos fece
rit].i.impotentes ad videndũ,videlicet cęcos.Nam ſequitur,[dimittet eos liberos pro oculo
quem eruit].i.quem viſu priuauit. Talis eñ percuſſor enormiter peccat: ideo iuſtum eſt vt
eoꝝ priuetur obſequio,quos tam inhumaniter tractat.Nam quanuis liceat domino inflige
re diſciplinam ſeruo emptitio, hoc tñ cum moderatione fieri debet, ſecundum mẽſuram &
exigentiam culpæ.[Dẽtem q̊q; ſi excuſſerit ſeruo ſuo aut ancillæ ſuæ, ſimiliter dimittet eos
liberos*pro dẽte ſuo.] Iſtud q̊q; intelligendum eſt de ſeruo & ancilla gẽtilibus. Si eñ ſeruo
aut ancillæ Hebrææ mutilationem intuliſſet,ad pœnam talionis obligabatur.[Si bos cornu
petierit] .i.inuaſerit[viꝝ aut mulierem,& mortui fuerint]ex læſione huiuſmodi,[lapidibus
obruet]bos,non ꝗ peccauit,in q̃ ratio nulla eſt,ſed in deteſtationem nocumẽti illati,& ne
ex talis bouis adſpectu grauarent videntes. [& non comedent carnes eius.] Eadem de cauſa
nec poterant vendi,ſed putrefieri ſinebantur.[Dominus quoq; bouis innocẽs erit,] quia fa-
ctum

ctum illud ei nõ potuerat imputari,eo ꝙ nihil percepit, nec præſcire potuit aliquid tale im
petuoſum de ſuo boue.[Quòd ſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudiuſtertius].i.ſi aliquoti-
es aliquem cornu impetijt,[& conteſtati ſunt dominum eius]. i.illi qui impetuoſitatem bo
uis nouerunt,auiſauerũt poſſeſſorem ipſius de hoc.[nec recluſit eum, occideritq́; virum aut
mulierem,& bos lapidibus obruetur,& dominum illius occident:] ꝗ homicidium illud ei
iuſte imputatur,quia non reſtitit imminenti periculo ſicut tenebatur.[Quòd ſi precium ei
fuerit impoſitum].i.ſi de volũtate propinquoꝝ occiſi,fuerit dño bouis impoſita ſatisfactio
ſeu pœna pecuniaria,[dabit pro anima ſua qcquid fuerit poſtulatus].i. pro liberatione ſua à
morte, qcquid ſecundum diſcretionem iudicum ꝓpinqui exegerint.[Filium q̊q; & filiam ſi
cornu percuſſerit].i.ſi bos cornupeta inuaſerit atq; occiderit,ꝑlem alicuius quãtumlibet in-
fantulum,[ſimili ſententiæ ſubiacebit]dñs bouis.i. eandẽ pœnã incurret, ac ſi bos eius cor-
nupeta occiderit virum aut fœminã,bos quoq; ſimiliter lapidabitur. [Si ſeruum ancillãq́;
inuaſerit & interfecerit,triginta ſiclos argẽti dabit dño].i. dñs bouis tantã dabit pecuniam
dño ſerui ſeu ancillæ occiſæ à boue.Quod tñ intelligitur de ſeruo & ancilla gentilibus: ꝗ ſi
occidiſſet ſeruum Hebræum aut ancillã Hebræã,dñs bouis ꝓmeruit mortẽ.Deniq; q̊d de bo
ue cornupeta dictũ eſt,de alijs quoq; animalibus domeſticis aut poſſeſſis,ſi fiant ita lęſiua &
impetuoſa,videt intelligendũ.[bos vero lapidibus opprimet.] Similiter q̊d dictum eſt de læ
ſione ꝑ cornua,intelligendum reor de q̃cunq; ſimili læſione,q̃ fieri poteſt mordendo,cõcul-
cando,calcibusq́; cædendo.[Si quis apuerit ciſternam].i. opculum remouerit à ciſterna iam
facta,& foderit]illã purgãdo aut profundãdo,aut aliam fodiendo,[& non operuerit eã,[re-
ponendo operimentum ſuper ciſternã priorem,aut eam quam fodit de nouo,non coopien
do.[cecideritq́; bos aut aſinus]vel aliud domeſticum animal,ſ. ouis aut equus,[in eã,dñs ci-
ſternæ reddet precium iumẽtoꝝ].i.dño animalis lapſi ac ꝑditi ſatisfaciet pro damno quod
paſſus eſt.[Quod autem mortuum eſt,ipſius erit]quod extrahitur. Iſtud intelligendum vi-
det,ſi dñs ciſternæ ꝑ ſeipſum fodit,aut fodienti vſq; ad tempus operiendi adſtitit,vel de ope-
riendo non informauit foſſorem,quem debuit ſuꝑ hoc admonere: aliàs videretur imputan
dum foſſori.Rurſus intelligendum videtur de ciſterna, in loco pertranſiri ſolito ſituata.[Si
bos alienus bouem alterius vulnerauerit, & ille] ſcilicet bos vulneratus [mortuus fuerit] ex
vulneratione eadem,[vendent bouem viuum]dominus bouis viui & dominus bouis occiſi,
[& diuident precium eius inter ſe]æqualiter.[Cadauer autem mortui]bouis[inter ſe diſper-
tient].i.æqualiter diuident,vt vnuſquiſq; faciat commodum ſuũ cum ſua medietate. Nam
carnes eius poterant gentilibus vendere,quanuis non poſſent perſonaliter eas comedere, ꝓ Leui.17.
pter præceptum legis, quo prohibebantur manducare carnes animalis ſuffocati, aut in ſan
guine ſuo occiſi.[Si autem ſciebat ꝙ bos cornupeta eſſet ab heri & nudiuſtertius,& non cu
ſtodiuit eum dominus ſuus,reddet bouem pro boue:]id eſt, domino bouis occiſi, reſtituet
bouem tanti valoris, vt fuit bos occiſus dum vixit,vel precium tanti valoris.[& cadauer]bo
uis occiſi[integrum accipiet,] ad agendum cum illo commodum ſuum. Præterea lex iſta
videtur intelligenda de bobus eiuſdem valoris:alioquin dominus bouis occidentis acqui-
reret lucrum ex præfata diuiſiõe,& dominus bouis occiſi incurreret damnum iuſtum,quan
do videlicet bos interficiens vilior eſſet,Quod autem de bobus dictum eſt,de alijs quoq; ani
malibus,ſe inuicem vulnerantibus,in caſu conſimili videtur intelligendum.

¶ De myſtico eiuſdem cap.XXI. ſenſu. Arti. XLIII.

SI emeris ſeruũ Hebræum,ſex annis ſeruiet tibi. Quemadmodũ Iudæi præcipiebantur ſer Exo.12.
uos & ancillas ſuæ nationis præ cæteris pie tractare, & ſeptimo anno gratis relinquere,
eo ꝙ dñs ex Aegypto eduxit Iſraeliticũ pplm̃, eumq́; ſuæ mãcipauit ſeruituti,ſic Chri-
ani ꝑlati, principes ac patresfamiliàs, charitatiue ac pie habere ſe debent ad miniſtros atq;
ancillas Chriſtifideles,non ſuꝑbe & aſpernãter,qm̃ vnigenitus de hoc ſeculo nequam,de te- Roma.8.
nebris vitioꝝ,de ſeruitute pc̃ti,de iugo diaboli eripuit eos,& trãſtulit eos in regnũ ſuę mili
tãtis eccleſiæ,& in myſticũ corpus ſuũ,incorporauitq́; eos ſibi,vt ſint filij ſui patris,& cohęre
des regni cæleſtis.Spiritaliter aũt Hebræus ſeruit ſex annis, dũ Chriſtianus in exercitijs vitæ
actiuæ ſe perfecte exercet:ſed ſeptimo liber egreditur, dum poſt actiuæ vitæ laborẽ,ad con- Matt.22.
templatiuæ vitæ quietem ac libertatem perducitur. Exit autẽ cum veſte eadem, quoniam
in vtraq; vita eadem charitas quæ eſt veſtis nuptialis,eadem quoq; intẽtio perſeuerat.Si ha-
bens vxorẽ,& vxor egrediet ſimul. Vxor iſtius ſerui, eſt ſapientia acquiſita, ex qua producit
aliq̊s actus bonos: q̃ ſecũ debet exire, quia in contemplatiua vita non eſt ſapientia naturalis
& acquiſita. Operatio quoq; vitæ actiuæ totaliter deſerenda, quia cooperatur ad ſpiritalem
ꝑfectum. Si aũt dominus dederit illi vxorem, & pepererit filios & filias, mulier & liberi eius Eſaiæ 11.
erunt domini ſui. Dominus dat ſeruo ſuo vxorem, dũ ſupernaturalem & infuſam ſapientiã
q̃ eſt donũ ſpũs ſancti, illi infundit,infuſamve ꝑficit,ex q̃ generantur actus interni & cõtem
platiui intuitus tanq̃ filij,ſanctæ quoq; affectiones vt filiæ, quæ omnia ſunt dñi,q̊niam Deo

aſcribenda eſt huiuſmodi ſapientia,& q̄cquid generatur ex ea. Ipſe vero exibit cum veſtitu
ſuo:nam q̄uis oĩa iſta Deo attribuunt,nihilominus imputant & ei,cui infuſa aut data ſunt,
eoꝝq; meritis tranſit de via ad patriam,de infimis ad ſuprema. Quod ſi dixerit ſeruus,Di-
ligo dominum meum.i.ſi amore Chriſti maluerit in vita manere actiua,vt alijs proſit,mi-
niſtret & opera exhibeat pietatis,offerat eum dñs dijs.i.ſpũalibus patribus ſuo tempore præ
ſentetur,à q̄bus & dirigatur. Et applicabitur ad oſtium tabernaculi.i.in fide eccleſiæ ſtabi-
Ioan. 10. lietur,& Chriſto(q̄ ait:Ego ſum oſtium)cõiunget, vt aliq̄d etiam de triũphanti eccleſia oĩ-
potẽtiſq; maieſtate & gloria contẽplet. Perforabitq; aurẽ eius ſubula.i. interiorẽ eius audi-
tum penetrabit ſtimulus cõpaſſionis, vel acumẽ compunctiõis:q̄a in exercitijs vitæ actiuæ,
neceſſe eſt alioꝝ onera ſupportare,afflictis,egenis,ac miſeris cõdolere,ac pro q̄tidianis cul-
pis cõpungi. Si quis vẽdiderit filiam ſuã in famulã.i. gr̃am & ſcientiã ſalutarẽ ſibi cõceſſam,
1. Pet. 4. alioꝝ directioni & informationi expoſuerit deſeruire, iuxta illud ſummi apl̃i: Vnuſquiſq;
ſicut accepit gr̃am,in alterutrũ adminiſtrantes. Nõ egrediet ſicut ancillæ egredi conſueue-
runt, q̃m reuerẽter & cũ omni gr̃aꝝ actiõe ſuſcipienda & cõſeruanda eſt adminiſtratio atq;
inſtructio talis. Quòd ſi is cui offert,eam deſpexerit, nõ poterit eã venũdare alienis.i.hæreti
cis ſubdere. [Qui percuſſerit hoĩem,volens occidere,morte moriat].i.q̄ aliũ ex ꝓpoſito per-
turbauerit,& verbis duris ac pungitiuis afflixerit,dãnationi ſubiaceat. Hoc eſt q̄d ait Apl̃us:
1. Cor. 8. Peccãtes in fratres, & percutiẽtes cõſcientiã eoꝝ infirmã,in Chr̃m peccatis. [Qui aũt nõ eſt
inſidiatus].i.ſine propoſito tale q̄d egerit ex infirmitate aut ignorantia,miſericordiã conſe
qui poteſt,& damnationẽ euadere. [Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuũ].i.cal-
liditate vulpina traxerit innocentẽ ac ſimplicẽ ad peccandum, [ab altari meo auelles eũ.i.]
ingreſſu eccleſiæ & ſacramẽtoꝝ cõmunione reputet indignus, tanq̄ ſeductor nequiſſimus.
[Qui percuſſerit patrem ſuum & matrem].i.ſpiritali aut corporali ꝑcuſſione p̄latum aut p̄-
latam offenderit,aut q̄ ſuperioribus ſuis maledixerit, [moriatur].i.morte damnationis æter
næ dignus eſſe noſcat. [Qui furatur hominem & vendiderit eum, moriat.] Hoĩem furatur,q̄
Chriſtianum ex ouili dominico & myſtico Chriſti corpore ſeparat,& ꝓpria iniquitate dia
bolo vendit,de catholico hæreticum aut ſchiſmaticum faciendo. [Si rixati fuerint viri &c.]
Hac lege redarguunt,qui cõtentioſis diſputationibus aut iurgijs alijs vacant, ita ꝙ & ſi non
penitus perimant proximos, contra quos arguunt vel contendunt,ſeu eos qui audiunt,gra-
uiter tñ lædũt eoſdem,ita ꝙ charitas infirmatur in eis,ipſiq; per impatientiam,iram,mœro
rem q̄ſi ſuccumbunt. [Qui percuſſerit ſeruũ ſuum vel ancillam virga, & mortui fuerint in
manibus eius, criminis reus erit].i. ſupior ſeu p̄latus q̄ indiſcreta & mordaci repræhenſiõe
ſubditos ſuos ſic increpauerit, ꝙ inde mox in deſperationem,indignatiõem,inuidiã aut ali-
am mortalẽ corruerint culpam,reus eſt ꝑditionis illoꝝ. Ideo diſcreta,pia,& charitatiua in-
crepatio neceſſaria eſt. [Si rixati fuerint viri,]diſputando aut aliter cõtendendo, [& percuſ-
ſerit q̄s mulierẽ prægnantẽ].i.animam ſpiritaliter fœcundatã, [& abortiuũ fecerit].i. ex il-
loꝝ rixa fuerit anima ab exequutiõe boni ꝓpoſiti,atq; à fructu verbi cæleſtis impedita, [ſed
ipſa vixerit,]manẽdo adhuc in radice & habitu charitatis, [ſubiacebit damno quantũ expe
ti erit maritus mulieris.].i.iuxta ſententiã Chriſti, vicarioꝝq; eius erit culpabilis, & ꝑ ope
ra pœnitentiæ caſtigandus. [Si aũt mors eius fuerit ſubſequuta,]ita ꝙ charitas fuerit extin
cta in ea, [reddet animam pro anima].i.ꝓpriæ animę damnationem meretur. [Oculum pro
Matt. 7. oculo,]q̃m iuxta quæ fecit,reddetur ei,ſecundum quod iudex teſtatur: Qua menſura men-
ſi fueritis,remetietur vobis. [Si percuſſerit quiſpiam oculum ſerui ſui aut ancillæ, & luſcos
eos fecerit,dimittet eos liberos].i.qui alios male inſtruxerit,& intellectum eoꝝ peruerterit,
indignus eſt eis amplius præſidere,aut verbum doctrinę ꝓponere. Similiter [ſi dẽtem].i.diſ-
cretionis maſticatiõem abſtulerit ipſis. [Si bos cornu percuſſerit virum aut mulierem].i.ſi
homo carnalis & beſtialis ſua elatione aut poteſtate induxerit quenquam ad culpam morta
lem,damnationem incurret. [& non comedent carnes eius].i.carnalia eius deſideria nemo
ſequetur. [Dñs quoq; bouis innocens erit].i.culpa illa non imputabitur prælato aut princi
pi vel parenti hominis talis,quando ex illoꝝ negligentia nõ contigit talis exceſſus. [Quod
ſi bos cornupeta fuerit,nec recluſit dominus eum].i. ſi talis ſubditus iam ante viſus eſt talia
operari,& ſuperiori ſuo conſtiterit hoc ipſum, nec tñ pro poſſe ſuo refrenauerit ipſum:vel,
ſi dominus eius,videlicet ſpiritus ſuus rationalis,motus ſuæ impetuoſitatis nõ repreſſit, cul
pa redundabit in eum. Si quis aperuerit ciſternam. Ciſterna eſt profunda ſcriptura diuina,
quæ aperitur,quando exponitur:veruntamen profundiora eius myſteria incapacibus & in-
Ibidem. dignis tegenda ſunt,ſicut præcipit Chriſtus: Nolite ſanctum dare canibus,neq; margaritas
proijciatis ante porcos. Qui igitur ita nõ egerit,ſed bos aut aſinus in ciſternam corruerit .i.
carnalis,hebes aut actuoſus, audiendo ſecreta myſteria, fuerit periclitatus & errore ſubmer
ſus,culpabilis erit, & ratiõem pro illis reddere exigetur,qui eis diuina ſecreta incaute propo
ſuit,niſi interim veraciter pœnitẽs, etiam pro illis Dei miſericordiam implorare ſtuduerit.
¶Expla-

¶Explanatio literalis cap. 22. Si quis furatus fuerit ouem vel bouem. Arti. 44.

NVnc deſcribuntur iudicialia quædam præcepta, in populari conuictu dirigentia vi-
tam humanam. [Si q̄s furatus fuerit ouem vel bouem] proximi ſui, [& occiderit vel
vendiderit]quod furatus eſt, [quinq; boues pro vno boue reſtituet,& quatuor oues ꝓ
vna oue.] Itaq; intelligenda eſt lex iſta, quando non ſolum tale iumentum furtim aufertur,
ſed etiam vendit ſiue occidit, vel in ꝓcinctu fuit vt venderet vel interficeret. Si aũt viuẽs in-
uẽtũ fuiſſet tale iumẽtũ in domo furis,nõ niſi duplũ reſtituere tenebat, vt paulopoſt in textu
ſubiũgit. ¶Circa præceptũ iſtud multa occurrunt dicenda, quæ infrà tangentur. Porro Tho
mas in prima ſecũdæ cõtra p̄ceptum iſtud ſic arguit: Pœna taxanda eſt ſecũdum quantitatẽ
culpę,iuxta illud Deuteronomij: Pro mẽſura peccati, erit & plagaꝝ modus. Sed quibuſdam Deu. 25.
æq̄libus culpis lex inæq̄les ſtatuit pœnas, videlicet ꝓ vno boue furato reddere q̄nq; boues,
& pro vna oue furata q̄tuor oues. Ad hoc ſanctus doctor r̃ndet: Non ſolum propter grauita
tem culpæ,ſed etiam ꝓpter alias cauſas grauis pœna infligit. Primo quidem infligitur pro-
pter quantitatẽ peccati,q̄a maiori peccato,cæteris paribus,maior pœna debetur. Secundo
ꝓpter peccati cõſuetudinem,q̄a à peccatis conſuetis hoĩes non faciliter abſtrahuntur, niſi ꝑ
graues pœnas. Tertio, propter multam concupiſcentiam & delectationem in peccato. Ab
his enim homines non de facili retrahuntur, niſi per magnas pœnas. Quarto,propter facili
tatem & pronitatem peccandi,& in peccato manendi. Huiuſmodi nanq; peccata dum ma-
nifeſtantur,ſunt magis punienda ad alioꝝ terrorem. Itaq; in pœna furti lex conſiderauit q̄d
frequẽter accidere poterat:idcirco ꝓ furto reꝝ,quæ cuſtodiri faciliter poſſunt à furibus, fur
reddidit duplum. Oues aũt non poſſunt faciliter cuſtodiri à furto, quia paſcuntur in agris,
propter q̄d contigit eas frequentius furto auferri:ideo circa eas lex auxit & duplicauit pœ-
nam furti,p̄cipiens pro vna quatuor reddi. Boues vero adhuc difficilius præſeruantur à fur
to,q̄a nõ poſſunt paſci gregatim vt oues:ideo lex præcepit pro vno boue furato reſtitui q̄n-
q; boues. ¶Porro Gloſſa aliam tangit huius præcepti cauſam: Bos, inquiens, quinq; habet
vtilitates,q̃m immolatur,paſcit,lactat,arat,& corium ad diuerſos vſus miniſtrat, & ita ꝑ bo
uem deſignatur & vacca,quæ lac dat. Ouis vero quatuor habet vtilitates, quoniam immola
tur,paſcit carnibus,lac & lanam tribuit. ¶Sed huic cauſæ obijci poſſet, ꝙ etiam pellis ouina
ad multa extat accommoda. Præterea obijci poteſt quod in Prouerbijs Salomon ait de fu- Pro. 6.
re: Depræhenſus reddet ſeptuplum. Ergo pro vno boue aut oue tenebatur reſtituere ſeptem.
Ad hoc reſpondetur, quòd iudicialia legis præcepta ex rationabilibus occurrẽtibus cauſis
poterant principis authoritate grauari, & poterant eis aliqua adijci [Si effringens fur do-
mum,ſiue effodiens,fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percuſſor non erit
reus ſanguinis.]Iſtud intelligitur de fure nocturno,quem ſi dominus domus, vel eius dome
ſticus inuenerit in ipſa confractione aut effoſſione domus, & interfecerit eum, non reputat
homicidij reus,quia timendum erat,ꝙ venit non ſolum ad furandum, ſed item ad occiden
dum. Quòd autem iſtud de fure nocturno dicatur, innuunt verba ſequentia: [Quòd ſi orto
ſole hoc fecerit].i.furem ita dep̄henſum claro die occiderit. [homicidiũ ꝑpetrauit, & ipſe]
ꝑcuſſor furis, [moriet]vt homicida, quia diſcernere potuit & ſatis ꝑpendere, ꝙ fur nõ venit
niſi ad furãdum,cum aliunde non eſſet ſuſpectus. Hanc expoſitionem redarguit q̄dam, q̄a
etiam claro die q̄dam veniũt inſidioſe ad occidendũ, quemadmodum 2. Regum legit de fi-
lijs Rechab,qui interfecerunt Iſboſeth. Ideo allegat R. Salomonem, dicentem quòd lex iſta 2. Re. 4.
non ſolum intelligit de fure nocturno,ſed & diurno,dummodo poſſit haberi ꝙ venit ad oc R. Salo.
cidendum. Vnde q̄d dictum eſt,Si aũt orto ſole hoc fecerit,dicit metaphorice intelligendũ,
vt ſit ſenſus: Si tam claꝝ eſt q̄ clara eſt dies,ꝙ fur non venit ad occidẽdũ, vt ſi ſit amicus aut
ꝓpinquus dñi domus,& tñ occiderit eũ, ſanguinis reus erit. Sed prima expoſitio multo eſt
aptior,q̄a & Auguſtinus eam inducit,& alia translatio habet ſic: Si autẽ oriet ſol ſup eũ, reus
erit. Quo cõſtat ꝙ ad literam loquatur de ſole. Auguſtinus quoq; affirmat hoc, & in antiq̄s August.
legibus ſecularibus,quibus tñ iſta antiquior eſt,inuenit,nocturnũ furẽ impune occidi. Inſu
ꝑ R. Paulus circa hoc ſcribit: Lõge videt à ſenſu literali, dicere verbũ illud metaphorice de R. Paul.
bere intelligi,q̃m in iudicialibus q̄ tractãt de actibus humanis, nõ oportet metaphorice lo
qui,ſed plane. Vnde & q̄dam Hebræoꝝ intelligunt illud ad literam de fure nocturno, vt di
ctũ eſt. Obiectio q̄q; poſtillatoris, videlicet Lyræ,non præualet:q̃m quod aſſumit, eſt de ra-
ro cõtingentibus. Lex aũt loq̄tur de his q̄ frequenter contingunt. ¶ Præterea quæri poteſt,
an nocturnũ furẽ in tali caſu occidẽs,fuerit aut ſit apud Deũ à culpa immunis. Videt ꝙ non,
cũ aliũde poſſit euadere. Itẽ homo non poteſt ſine peccato occidere aliũ,defendẽdo ſeipſum,
niſi obſeruato moderamine inculpatæ tutelæ. Propter q̄d aſſerit Thomas in Secunda ſecun
dæ, quæſt. 46. Nõ licet occidere aliũ cauſa defendẽdi ꝓpriã vitã,intẽdẽdo alterius occiſionẽ,
niſi publicã authoritatẽ habenti,qui hoc refert ad bonũ cõmune. Iterũ homo tenet plus di-
ligere bonũ animę proximi ſui,etiã inimici,q̄ proprium corpus,animaléq; vitam: ergo non

poteſt ſine mortali culpa occidere proximum in mortali, pro conſeruatione ſuæ vitæ cor-
poreæ. ¶Ad iſtud quidam reſpondent, cõcedendo ſic eſſe. Quod vero dicitur, tale homicidi
um licitum eſſe, intelligũt eo modo quo dicitur, licere marito occidere adulteꝝ, quem cum
ſua vxore inuenit turpiter occupatum, quia videlicet humana iura non vindicant illud, eo
ꝙ maritus habeat maximum incitamentum ad occidendum talem adulteꝝ. [Si non habu
erit q̃d pro furto reddat, ipſe venundabit.] Iſtud refertur ad id quod dictum eſt de furãte, &
occidente ſeu vẽdente ouem aut bouem, vt pro vno boue reſtituat quinq;, atq; pro vna oue
quatuor: qa ſi non habuerit facultatẽ hoc faciẽdi, fuit vendendus authoritate iudicum, & de
precio ſuæ venditionis erat reſtitutio facienda, q̃uſq; fieri quiuit. [Si inuentũ fuerit apud eũ
quod furatus eſt, viuens] .i. nondũ occiſum nec venditũ, [ſiue bos, ſiue ouis, ſiue aſinus, du-
plũ reſtituet.] Tunc nanq; pie p̃ſumebatur, ꝙ reſtituere cogitauit, & minus iniuſte tractauit
non ſua. Ecce hic exprimit aſinus, cum ante nõ fuerit mẽtio facta niſi de oue & boue. Ideo
Ioſe. li. 3. An. Iud. cap. 6. Ioſephus ꝓbabiliter dicit, pręceptum illud eſſe intelligendũ non ſolum de bobus & ouibus,
ſed de cæteris quoq; animalibus domeſticis vtilibus, quæ paſcunt in agris, vt capræ, aſini &
cõſimilia. [Si læſerit quiſpiam agrũ vel vineam] proximi ſui .i. per ſeipſum, aut ꝑ tranſitum
ſeu paſturam iumentoꝝ ſuoꝝ, aut per ſua vehicula ſeu quadrigas, vel ſimili modo intulerit
damnum proximo ſuo in eius agro aut vinea, vel ſimili re, puta in horto aut olіueto. [& di-
miſerit iumentum ſuũ, vt depaſcatur aliena,] vel etiam non cuſtodierit illud à tali pabulati
one, [qcquid optimum habuerit in agro ſuo vel vinea, pro damni æſtimatione reſtituet] .i.
de optimis fructibus ſuis, eoꝝve precijs faciet reſtitutionẽ, ſecundum iuſtam iudicũ æſtima
tionẽ. Quod ſi perſonaliter nõ habeat agrum aut vineam, aliunde prouidebitur de recom-
penſatione ꝑ eius venditionem aut ſeruitutem, vel alio modo. Rectéq; dicit de optimo, vt
ꝑ hoc magis refrenet ab huiuſmodi nocumẽtis. [Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas, & cõpræ
henderit aceruos frugum, ſiue ſtãtes ſegetes in agris] .i. ſi aliqs ignẽ accẽderit, & ignis ille ſe
fundens, cõbuſſerit alioꝝ fructus ſeu poſſeſſiones, [reddet damnum qui ignẽ ſuccenderit.]
maxime ſi cũ ꝓpoſito eius factum eſt damnũ illud, immo tunc teneret ad plus. Si aũt egreſſus
eſt ignis ſine eius ꝓpoſito, tñ ex negligentia ſua, quoniam nõ adhibuit cuſtodiam debitam,
adhuc tenetur ad recompenſationem: non autem ſi diligentiam debitam in cuſtodiẽdo ad-
2. Re. 14. hibuit, vt ſi ventus repente aduenięs ignem diffundat. Hinc Abſalon peccauit, ſegetes Ioab
Iudic. 15. ſuccendendo, nõ aũt Samſon, cõburẽdo ꝑ vulpes ſtantia blada Philiſtinoꝝ, qm̃ iuſte hoc fe-
cit, tanquam iudex Iſraeliticæ plebis. Conſequenter ponitur lex quædam depoſiti: [Si quis
commendauerit] .i. commiſerit [amico] .i. ꝓximo [pecuniam vel vas in cuſtodiam,] per mo
dum depoſiti, & idẽ de quacunq; re ſimili ita cõmiſſa. [& ab eo qui ſuſceperat illa] ad cuſto-
diendum, [furto ablata fuerint, ſi inuenitur fur, duplum reddet] deponenti: [ſi latet fur] .i.
ignoratur quis fuerit, [dominus domus applicabitur ad deos] .i. is qui ſuſcepit illa ad cuſto
diendum, adducetur ad iudices. [& iurabit ꝙ nõ extenderit manum] per ſe, neq; per alium,
[in rem proximi ſui ad perpetrandam fraudem, tam in boue, q̃ in aſino & oue ac veſtimen
to,] id eſt, ꝙ nihil horum ad proximum ſuum, ſcilicet deponentem, pertinentium fraudu-
lenter tractauerit, neq; abſtulerit. [& quicquid damnum inferre poteſt] .i. ꝙ nihil furtiue at-
tigerit de his, quoꝝ ſubtractio eſt damnoſa domino rei. [ad deos vtriuſq; cauſa ꝑueniet] .i.
iudices iudicabunt inter deponentem & cuſtodem depoſiti, ita ꝙ cuſtos per ſuum iuramen
tum euadet, niſi deponens, per teſtimonium ſufficiens poſſit ꝓbare oppoſitũ. ideo ſubditur:
[Et ſi illi] videlicet iudices [iudicauerint, reſtituet] cuſtos depoſiti [duplum proximo ſuo,] vt-
pote ſi probat per teſtes ꝙ cuſtos peierauit, aut male tractauit depoſita. [Si quis commen-
dauerit proximo ſuo aſinum, bouem, ouem, & omne iumentum ad cuſtodiam] .i. ſi qs cõ-
miſerit aliq̃d pecus ſeu pecoꝝ gregem alteri, puta paſtori, ad cuſtodiendum atq; paſcẽdum
ea ꝓ mercede danda paſtori. [& mortuũ fuerit, aut debilitatũ, vel captum ab hoſtibus] aliq̃d
iumentũ ita paſtori cõmiſſum, [nullúſq; hoc viderit] .i. paſtor pecoꝝ ꝓbare per teſtes neque
rit pecus ſic eſſe mortuum, aut ſublatum ab hoſtibus. [iuſiurandũ erit in medio, ꝙ nõ exten
derit manũ in rẽ ꝓximi ſui] .i. paſtor ille iurabit ſe nõ intuliſſe læſiõem aut damnum pecori
eius, à q̃ illud ſuſcepit ad cuſtodiã. [ſuſcipietq; dñs] pecoris [iuramentũ] paſtoris, credẽdo iu-
rãti, [&] ille iurãs [reddere nõ coget:] qa nõ potuit occurrere aut reſiſtere morti, debilitatiõi
ve pecoꝝ, quæ ex naturali & ineuitabili cõtigit cauſa, nec etiã valuit raptoribꝰ pecoris p̃ua
lere. [Quod ſi furto ablatũ fuerit] pecus, [reſtituet damnũ dño] pecoris. Cũ enim habeat mer
cedẽ à dño pecoꝝ ꝓ eoꝝ cuſtodia, tenetur eadem diligenter ſeruare. Vnde ſi furto auferãtur,
ſuſpicio eſt, ꝙ ex negligentia ſua acciderit, & q̃uis poſſit hoc abſq; ſua negligentia euenire,
tñ nõ ſtatur ſuæ iuratiõi, ſicut iuratiõi depoſitarij qui gratis ſeruauit, qa ad maiorẽ diligen-
tiã obligatur, eo ꝙ mercedẽ ꝓ ſua cuſtodia ſortiat. [Si cõeſtum à beſtia] .i. ſi pecus deuoratũ
deferat ſit à beſtia, cui paſtor reſiſtere nõ valebat. [ꝓferat ad eum q̃d occiſum eſt] .i. cadauer pecoris
ſic occiſi, ſeu partem cadaueris nõdum cõeſtam portet ad dñm pecoris. [& nõ reſtituet,] hoc
eſt,

eſt, obligatus non erit reſtituere damnum illud: & ſi nihil remanſit de cadauere deuorato à
beſtia, poterat adducere hoĩes q vidiſſent, vel ſignũ deuoratiõis ꝓbare per adſperſionẽ terræ
ex cruore animalis vorati. [Qui à proximo ſuo quicq̃ hoꝝ mutuũ poſtulauerit] .i. aliquod
iumentũ acceperit à proximo ſuo ꝑ modũ mutui ad vtendũ illo iumẽto ꝓ cõmodo ſuo. [&
debilitatũ aut mortuũ fuerit] illud iumentũ, [dño nõ præſente] .i. non p̃ſente eo q illud con
ceſſit, rogãti [reddere cõpellet] .i. ſatisfacere dño ꝓ huiuſmodi dãno, qm̃ vtebat animali illo
pro ꝓpria vtilitate. [Quòd ſi in p̃ſentiaꝝ dñs fuerit] .i. ſi dñs iumẽti ſic mutuati fuerit p̃ſens
in eius debilitatiõe aut morte, [nõ reſtituet] dãnum dño pecoꝝ, q illud taliter mutuauit ꝓ
cõmodo ſuo à dño illo, eo ꝙ dñs aſſit ad pecoris ſui cuſtodiã, nec viderat pecori ſuo læſionẽ
nimiumve laborẽ imponi ab eo cui mutuauit iumentũ. [maxime ſi cõductũ venerat ꝓ mer
cede operis ſui] .i. ſi dñs illud alteri accõmodauit ſiue cõmiſit ꝑ locationẽ, qa tũc ipſe locãs
acquirit mercedẽ pro animali cõducto, propter q̃d is qui illud cõduxit, nõ ita vehemẽter te-
net ad animalis cuſtodiam, nec ad ſatisfaciendum pro debilitato aut mortuo obligatur, niſi
illud euidenter læſiſſet, aut immoderate laborare feciſſet, ſuper qua re poſſit inquiſitio fieri.
¶Deniq; de hac materia ſcribit Thomas in prima Secundæ, quæſt. 105. Hæc eſt differentia
inter mutuũ & depoſitũ, quoniã mutuum traditur in vtilitatẽ eius cui creditur, ſed depoſi-
tum tradit in vtilitatẽ deponẽtis: ideo arctabat qs in aliqbus caſibus magis ad reſtituẽdu m
mutuum, q̃ depoſitũ. Deinde plura ſcribit ibidẽ de iſta materia, quoꝝ ſenſus iam introdu-
ctus eſt etiã plenius, q̃ ibidẽ. [ſi ſeduxerit quis virginẽ nondũ deſponſatã,] inducẽdo eam ad
carnalem copulã ſecum ꝑ verba, aut dona ſeu promiſſa, ſiue ꝑ minas aut copulatricẽ, vel per
artes nefarias. [dormieritq; cũ ea, dotabit eã] dote cõiugis, [& habebit eã vxorẽ] niſi aliunde
impedimẽtum eueniat. Nam ſubdit: [Si pater virginis dare noluerit,] hoc eſt, ſi pater puellę
quę pauloante fuerat virgo, nõ voluerat eã dare deceptori & corruptori filiæ ſuæ, propter im
probitatẽ illius, vel quoniã ipſe ditior atq; nobilior illo eſt, [reddet pecuniã] ipſe deceptor
[iuxta modum dotis, quam virgines accipere cõſueuerũt,] hoc eſt, iuxta menſurã pecuniæ
aut recompenſæ, quæ danda eſt ſecundũ legẽ pro virginis violatione. Eſtq; modus dotis illi
us, vt in Deuteronomio ſcribit, pondus quinq; ſicloꝝ argenti. [Maleficos non patieris viue- Deu. 22.
re.] Tamen maleficos occidere, non ſpectat ad vnumquẽq;, ſed ad principẽ terræ, ſeu publi
ca authoritate fungentem. Malefici aũt, ſecundum Gloſſam, vocant, qui præſtigijs magicæ
artis vel diabolicis figmentis agunt, & qui magicis artibus vtunt, de qbus dictum eſt ante,
vbi eſt actum de maleficis Pharaonis. Et recte poſt legem iſtã de virgine violata, de malefi- Exo. 7. 8.
cis admiſcet, qa puellæ per maleficia quædã decipi ſolent. [Qui coierit cum iumẽto, morte
moriatur,] cum hoc ſit nimis cõtra naturam. Vnde & alibi dñs iubet iumentũ cum illo oc-
cidi, in deteſtationẽ tanti facinoris. [Qui immolat dijs, occidetur, præterquã domino ſoli,] Leui. 20.
hoc eſt, qui alicui deoꝝ aut idoloꝝ exhibuerit latriæ cultum, ſoli altiſſimo exhibẽdum, in-
terficiatur. [Aduenam nõ contriſtabis, neq; affliges eum.] niſi forte per ſuos exceſſus id me-
reatur: aliàs ſingulariter pie tractãdus eſt, quia nõ habet tot humana ſolatia, ſicut indigena.
[Aduenæ eñ & ipſi fuiſtis in terra Aegypti.] Ideo in vobiſipſis eſtis experti, quid animi ſit
aduenis dum male tractantur: & quod vobis tunc fieri optabatis, debetis nunc alijs facere.
Iſtud tamen non ſolum præcepit Deus per Moſen his, qui ex Aegypto erant educti, ſed po-
ſteris q̃q; eoꝝ, q in patribus ſuis in Aegypto fuerunt. [Viduæ & pupillo nõ nocebitis] con-
tra iuſtitiã. [Si læſeritis eos] iniuſte verbo aut factis vel ſignis. [vociferabunt ad me] contra
vos conquerendo atq; vindictã optando. vel quoniã ipſa eoꝝ vitioſa oppreſſio eſt vnum de
quatuor peccatis clamantibꝰ añ Deũ, iuxta illud: Clamitat ante Deũ vox ſanguinis, & Sodõ
moꝝ, Vox oppreſſoꝝ, merces detenta laboꝝ. [& ego audiã clamorẽ eoꝝ] .i. iuſtũ iudicium
eis faciendo, monſtrabo me eoꝝ iniuriationẽ attendere. [& indignabitur furor meus cõtrà
vos percutiámq; vos gladio] .i. occidi vos faciã. [Et erũt vxores vr̃æ viduæ, & filij veſtri pupil
li.] ſicq; punitio iniqtatis patrũ & maritoꝝ, aliq̃ modo redũdabit in vxores & ꝓles, in quã-
tum ſecundũ corpus ſunt aliquid viroꝝ & patrũ. Per iſtud præceptũ dñs iubet, vt miſerabili-
bus, deſolatis, impotentibúſq; ꝑſonis ſpecialiter charitatiui ſimus ac pij, nõ ſolũ nõ iniuriã-
do, ſed etiã condolendo ac ſuccurrẽdo. Quo etenĩ miſerabiliores exiſtũt, eo inhumanius eſt
eis iniuriari, cum & afflicto nõ eſt dãda afflictio. Specialiter quoq; nociua eſt homini inor-
dinata triſtitia, cum & in Prouerbijs dicat: Sicut tinea veſtimẽto, & vermis ligno, ſic triſtitia Pro. 25.
nocet cordi. Cum ergo peccatũ in proximũ tãto ſit grauius, quãto maius nocumẽtũ ei infli
git, cõſtat ꝙ alium cõtriſtare ſit valde enorme peccatũ. ¶De hac materia copioſe poſſent au
thoritates induci. Nã & in Deuteronomio legit: Dñs facit iudiciũ pupillo & viduæ, amatq; Deu. 10.
peregrinũ. Vnde mirãda eſt hæreticoꝝ ꝑuerſitas, q Deũ legis & prophetaꝝ, de quo ſcripta
ſunt iſta, mẽtiti ſunt naturaliter eſſe malum. Et quãuis quidã eoꝝ cõceſſerunt eũ eſſe iuſtum,
non tñ bonũ, quaſi iuſtitia nõ ſit bonitas q̃dã ac virtus quæ habentẽ bonificat. [Si pecuniam
mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecũ] .i. alicui indigẽti cõceſſeris pecuniã,

quod vtiq; faciẽdum eſt loco & tẽpore cõgruo.[nõ vrgebis eũ quaſi exactor] .i.non repetes
cõceſſa nimis cito & importune atq; ferociter, p̃ſertim indigentia illius durãte. [nec vſuris
opprimes] eum.i.nõ capies ab eo vſurã. Per hæc verba inſinuat, ꝙ Iudæi debebãt p̃cipue eſſe
parati ſuccurrere ac mutuare hoĩbus ſuæ legis ac nationis, & primo pauperioribus ac vici-
nioribus, deinde & alijs etiã gentilibus cũ ipſis pacifice cõuerſantibus, præſertim cõuerſis.
Luce 6. Quod & nunc Chr̃iani ſimiliter facere debẽt, cũ in Euãgelio dicat Saluator: Mutuũ date, ni
hil inde ſperãtes. ¶Porro pro eo q̃d habet trãſlatio nr̃a, [nec vſuris opprimes] eũ, in Hebræo
(ſecundũ Lyrã) habet, Nec morſum pones ſup eũ. Et per morſum deſignat vſura, quę inſtar
ſerpẽtis pũgit egẽtem: immo queãdmodũ morſus ſerpẽtis ſilẽter mordẽtis, in principio non
multũ percipit, poſtmodũ vero cauſat inflationẽ, atq; p totũ corpus diffundit ſuũ effectũ, ita
vſuræ nocumentũ in principio parũ ſentit, ſed paulatim aſſcẽdit, & magnũ damnũ infligit.
[Si pignus à proximo tuo] puta Iudæo, [acceperis veſtimentũ] ipſius, [ante ſolis occaſum
reddas ei] pignus illud. Quod intelligendum eſt, ſi ille ſit pauper, notabiliterq; indigeat ve
ſte illa de nocte. Nã ſequitur [Ipſum em̃] veſtimentũ [eſt ſolũ quo operitur].i. quo indiget ſe
operire in nocte. [nec habet aliud in quo dormiat. [ſi clamauerit ad me] cõquerens cõtra te,
ꝙ tã inhumaniter grauas eũ, nõ reddẽdo ei pignus illud ante ſolis occaſum.] exaudiã eum,
quia miſericors ſum.] Veruntñ pignus illud fuit de mane rurſus accipiendũ ab illo, ſi in die
poterat eo carere, ne obliuiſceret debiti ſui. [Dijs].i. ſacerdotib9 & iudicibus [nõ detrahes].i.
prohibeo tibi obloqui eis. Nã etſi detrahere cuicunq; ſit graue peccatũ, p̃cipue tñ obloqui
ſacerdotibus atq; iudicibus, q tanq̃ vicarij Dei, & bñfactores p̃cipui, ſunt ſpecialiter diligen
di ac honorãdi. Specialiter q̃q; nũc exprimunt, qm̃ ratiõe officij ſui, q̃d eſt corripere & corri
gere delinquẽtes, ſolẽt ſubditorum offenſam incurrere: idcirco cauendũ eſt ſubditis, ne ob ſuã
caſtigationẽ indignent aduerſus illos, & ne ex indignatiõe aut ira, ad detractionẽ, murmura
tionẽ, aut cõſimilia mala labant, aut ſupiores ſuos temerarie iudicẽt. [Et principi populi tui
nõ maledices.] Hoc ſpecialiter accipi poteſt de ſummo pontifice & rege ſeu duce Iſraelitici
Acto.23. populi. Nã & Paulus in Actib9 applicat iſtud ad principẽ ſacerdotũ. ¶Deniq; q̃d ait, Dijs nõ
Auguſt. detrahes, ſecũdũ Auguſtinũ intelligi poteſt etiã de ſanctis in cęlo & angelis q dij vocant, atq;
1.Cor.8. de diuinis hoĩbus q in terra verſant. Vnde & Apl'us loquit: Nã etſi ſunt q dicant dij, ſiue in cæ
lo, ſiue in terra, ſiquidẽ ſunt dij multi, & dñi multi. [Decimas & primitias tuas non tardabis
† offerre †reddere].i. decimas quas ex lege teneris offerre, atq; primitiua fructuũ terræ, offer & pſol-
ue ſuo tẽpore indilate miniſtris tẽpli. Quod qualiter ſit intelligẽdũ atq; implendũ, infrà cla
ri9 edocet. [Primogenitũ filiorum tuorum dabis mihi].i. primũ tẽpore inter filios tuos offeres mi
hi, tanq̃ ſpecialiter ptinentẽ ad me, qa (vt dictũ eſt ſæpe) ex q̃ pcuſſit dñs primogenitos Aegy
ptiorum, cõſecrauit ſibi primogenitos Hebræorum. [De bobus q̃q; & ouibus ſimiliter facies].i.
primogenita corum offeres mihi ſicut & hoĩm, qm̃ dñs nõ ſolũ hoĩm, ſed & pecorum primogeni
ta in Aegypto occidit, idcirco & pecorum primogenita ſibi iuſſit offerri. Hinc q̃d de bobus &
ouibus nũc iubet, de alijs q̃q; aĩalibus immolatitijs eſt intelligendũ. [Septẽ diebus ſit cũ ma-
tre ſua].i. q̃dlibet tale primogenitũ p ſeptẽ dies cũ matre ſua ſit & alat, vt interim aliqualiter
cõſolidet in corpore, & aptius fiat ad offerendũ octaua die, ſicut ſubiũgit: [Die octaua reddes
illũ mihi.] Et cõgrue ait, reddes: qm̃ qcq̃d Deo offerim9, ab ipſo prius accepim9, prout 1.lib.
Paral. Dauid fatet: Quæ de manu tua accepimus, dedim9 tibi. [Viri ſancti eritis mihi].i. hor
1.Par.29. tor vt in ſanctitate mihi deſeruiatis, ſeu meo cultui ſitis ſpecialiter dedicati, ad honorẽ no-
minis mei. [Carnẽ q̃ à beſtijs fuerit p̃guſtata, nõ comedetis:] hoc eſt, nihil manducabitis de
carnibus aĩalis à quacũq; beſtia ſuffocati, lacerati, ſeu partim comeſti, ſeu q̃uis modo occiſi,
eo ꝙ caro talis ſit ex hoc vilificata, ſeu aliquo modo immũda effecta. Quod tñ ob myſticam
rationẽ mandatũ eſt, qm̃ cæremoniale fuit præceptũ, videlicet ad innuẽdum ac præfigurã-
dum, ꝙ hoĩes ab infernalibus beſtijs, puta dæmonibus ac vitijs, ſpũaliter interempti ac mor-
tui, nõ ſunt apti Chr̃o ac eius corpori myſtico incorporari, neq; vt tales poſſunt eſſe nutri-
mentales partes electæ eccleſiæ. Itemq; ꝙ fideles nõ debeãt cõmunicare mẽſę dæmoniorum, vt
1.Co.10. ſcribit Apl'us, Gloſſaq; tangit. [ſed proijcietis canibus] tales carnes. Iudæi hoc loco p canes
intelligũt gẽtiles, & vniuerſos q nõ ſunt de lege eorum, & dicũt ꝙ poterãt carnes illas gẽtilibus
vendere ad edendũ: q̃s ſi nõ reperiſſent, poterãt cadauera ſic occiſa proijcere canibus. Loqui-
tur autem lex iſta de carnibus, quibus Iudæi aliàs licite veſcebantur.

¶De ſpũali intelligentia huius viceſimiſecundi capituli. Art. XLV.

SI quis furatus fuerit bouẽ vel ouẽ &c. Per bouẽ multipliciter vtilẽ, deſignat fructuoſus p̃-
latus, q agros cordiũ gregis ſibi cõmiſſi acutiſſimo Dei verbo arat, penetrat, ſeminat, &
fœcundat. Per ouẽ vero exprimit bonus, ſimplex, ac innocẽs ſubditus. Qui ergo furatus
fuerit bouẽ vnũ.i. Chriſto ac populo eius ſubtraxerit vnũ virtuoſum paſtorẽ, eũ latenter fal
lendo, ſpũaliterq; necando, ſeu ad vitia pertrahendo, reſtituat quinq; boues pro vno illo, id
eſt, tam cordialiter & cõdigne pœniteat, vt quãtum in ſe eſt, cupiat & conet quinq; prælatos
bo-

bonos, ſeu homines nondũ in prælatiõe conſtitutos, eccleſiæ exhibere, & Chr̃o adducere
veros idoneosq; prælatos. Sic & qui Chr̃o vnã ſubtraxerit ouẽ, ſcandalizãdo vnũ puſillũ ſeu
innocẽtem & ſimplicẽ om̃i verbo credẽtem, tã intenſe ſup hoc doleat, vt orãdo, prædicãdo,
exemplariterq; viuẽdo, quatuor lupos cõuertere conet in agnos, ita vt lupus & agnus paſcã-
tur ſimul. Si effringens fur domũ ſiue effodiẽs, fuerit inuẽtus &c. Fur domũ effringens ſiue ef
fodiẽs, eſt doctor pверſus, iniquus p̃latus, hęreſiarcha neqſſimus, q gregẽ Chr̃i conat infice-
re, & ſubditos ſubuertere nõ veret. Si ergo ſuperior præſidẽs & prçſul catholicus, talẽ per ex-
cõmunicatiõis ſentẽtiã à myſtico Chr̃i corpore ſeparauerit, mortuumq; ptulerit, nõ offen-
dit Deũ ſic faciẽs, immo meret. Quòd ſi orto iam ſole hoc fecerit.i. poſtq̃ Chr̃us ſol ſapiẽtiæ
in corde illi9 furis ſplẽduerit, oñdendo ei ſuũ errorẽ atq; ad pœnitẽtiã eũ alliciẽdo, homicidi
um ppetrauit: qm̃ & ſeipſum tã grauiter peccãdo læſit, & alios ſcãdalizauit, eumq; q pœni-
tendo iuſtificatus eſt, vitioſe cõdemnat. Si læſerit quiſpiã agrũ vel vineã. Per agrũ & vineam
intelligi poteſt nõ ſolũ quæcũq; eccleſia, ſed etiã vniuſcuiuſq; aĩa ſemine verbi cæleſtis ſata,
virtutumq; fructibus decorata. Qui ergo alterius aĩam ſiue parochiã, aut alicuius p̃lati eccle
ſiã læſerit peccãdo in proximos, ſcãdalizãdove plurimos, & bonũ cõmune impediẽdo, & di-
miſerit iumẽtũ ſuũ vt depaſcat aliena.i. appetitũ ſuũ brutalẽ aut animalẽ hoĩem ſibi ſubdi-
tũ pmiſerit alios cõturbare, donaq; gr̃æ in pximos diſſipare, qcq̃d optimũ habuerit in agro
ſuo vel vinea, pro dãni æſtimatione reſtituet.i. proprijs donis meritisq; priuat, & ſuperiores
aĩæ ſuæ vires lædit. Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas.i. ſi qs p feruorẽ ſuę irę aut impatiẽtiæ ir
refrenatæ, aut p zelũ indiſcretũ induxerit alios ad conſimilia mala, ita ꝙ ſpũales fructus col-
lectiõesq; meritorum & virtutũ pfectus in ipſis incẽdit atq; deſtruxit, reddet dãnũ, qa obnoxi9
erit, aliorumq; vitia ac detrimẽta ſalutis redũdabũt in ipſum, & qbus ſic nocuit, pdeſſe tenet. Si
quis cõmodauerit amico ſuo pecuniã &c. Hoc eſt, qui dona gr̃æ ſibi cõceſſæ cõmunicauerit
alijs, inſtruẽdo, orãdo, atq; ad meliora puocãdo, ſi illi dona ſpũalia eis ſic cõmunicata, amiſe
rint, cõmunicãti nõ poterit imputari, ſed his q alijs cauſa aut occaſio peccãdi extiterint. Si
ſeduxerit qs virginẽ nõdum deſpõſatã. Virgo nõdum deſpõſata, eſt aĩa naturalibus & acqui-
ſitis virtutibus integra, & inſtar aliorum nõdum peccatis corrupta, quę quodãmodo virgo po
teſt vocari, nõdum tñ per fidẽ & virtutes infuſas cõiuncta eſt ſponſo cæleſti. Hãc decipit, qui
pſuadet eidẽ naturalia ei ſufficere ad ſalutẽ: & dormit cũ ea, q cõmiſcet ei in tali errore: ideo
eam dotabit, qm̃ facit eã putare, ꝙ ſpũaliter diues ſit, nulliusq; egeat. Et habebit eã vxorem,
producẽdo ex ea fructus & opa acquiſitarum virtutũ, dum eã hortat ad talia tantũ, non ad ſu-
pernaturaliũ actus virtutũ. Si tñ pater virginis dare voluerit.i. ſi Deus omniũ pater & condi
tor pmiſerit animã talẽ in errore huiuſmodi detineri. Si vero illuminauerit eã, faciẽdo eam
ſuiipſius ſpõſam ac filiã per fidẽ & charitatẽ contẽplatiõisq; gratiã. Aduenã non cõtriſtabis,
eum videlicet qui ad patriã tendit cæleſtẽ, vel eum qui extra eccleſiã militãtem peccãdo effe
ctus eſt, & rurſus per pœnitentiã redit ad eã, qui pie eſt recipiẽdus. Aduenæ em̃ & ipſi fuiſtis
in terra Aegypti. Aduenæ itaq; eramus, quãdo in hoc ſeculo nequã, vitijs atq; erroribus in-
uoluebamur: ſed quãdo per gr̃æ lucẽ ad pœnitẽtiæ ſacramentũ redimus, rurſus ciues eccle-
ſiæ ſumus effecti: ideo eſſe debemus alijs diuerſimode delapſis charitatiui & cõpaſſiui, ſecũ-
dum quod deſup facta eſt nobis miſericordia magna. Viduæ & pupillo nõ nocebitis. Vidua
eſt anima ſponſi cæleſtis vnione priuata. Pupillus vero, qui peccãdo deſijt eſſe filius adopti-
uus patris æterni. Talibus ergo nõ noceamus iniuſte, ſed prodeſſe nitamur, reducẽdo eos ad
iter ſalutis. Decimas & primitias tuas nõ tardabis offerre. Ita & nos quicq̃d boni egerimus,
quicquid principale aut magnum apparet, Deo cum omni humilitate & gratiarumactiõe
promptiſſime aſſcribamus. Cæterorum tropologia ex præhabitis patet.

¶Expoſitio cap. XXIII. Non ſuſcipias vocem mendacij. Art. XLVIII.

MVlta iudicialia præcepta, quę etiã ad moralia de propinquo pertinent, nunc introdu
cunt ad obſeruãdum iuſtitiã inter homines. [Nõ ſuſcipias vocẽ mẽdacij] hoc eſt, ver
bis falſis nõ credas, nec acquieſcas, p̃ſertim dum tibi cõſtiterit ꝙ ſint falſa. Et ſumme
vitãda ſunt mendacia pnicioſa. Quidã refert iſtud ad iudices, ita ꝙ p verba iſta p̃cipit iudi-
ci, ne in foro iudiciali audiat vnã partẽ in alterius partis abſentia: qa dum pars vna auditur,
abſente alia, ſolet pars illa pro iuſtificatiõe ſuæ cauſæ miſcere multa mẽdacia. Sed cõtra hoc In Rab.
R. Paulus ſcribit, ꝙ incõueniẽs eſſe videt hoc dicere, vtpote diuina lege eſſe prohibitũ, ꝙ iu- Paulum.
dex audiat vnã partẽ, alia nõ præſente. Nam quãuis ſic audiat vnã, non tñ credet, niſi audie-
rit alteram. Deinde dicit in Hebræo haberi, Non feras auditũ vanitatis: vt ſit ſenſus, ꝙ iudex
non debet quenq̃ damnare aut refutare propter famam inanẽ aut falſam. Veruntamẽ apti-
us reor dictũ prioris. Conueniẽtius quippe eſt, vt ambæ partes in iudicio ſimul cõpareant,
& ſi iudex ſeorſum quid audiat ab vna parte contra aliã, non credat, niſi altera parte audita, Acto.25.
niſi forte propter euidẽtiam facti. Vnde & in Actibus fertur apoſtolorum: Nõ eſt cõſuetudo Ro
manis aliquẽ condemnare, niſi is qui accuſat, p̃ſentes habeat accuſatores, locumq; accipiat
de-

defendendi ad abluenda crimina. [Nec iungas manũ tuã].i. cum nullo ſocietatẽ & pactum
inibis,[vt pro impio dicas falſum teſtimoniũ.] Immo pro nullo faciẽdum eſt hoc. ſed ideo
ait,pro impio,qm̃ qui ſcienter cupit ꝓ ſe falſum teſtimoniũ dici, eo ipſo quo cupit hoc,im
pius eſt & peccat mortaliter. Tamẽ vt fert,in Hebræo habet,cũ impio. vt ſit ſenſus,Non aſſe
ras nec promittas te falſa teſtificatuꝝ cum aliquo alio vitioſo volente hoc facere.[Non ſe-
quaris turbã ad faciendũ malum:] hoc eſt,nõ acquieſcas multis quoniã multi ſunt,vt ea ra-
tione dicas,iudices,aut agas aliquid cõtra iuſtitiã & virtutem. [nec in iudicio plurimorum
acquieſcas ſententiæ],i.in iudicãdo non attendas ad multitudinem irrationabilem,[vt] ob
† vero eius tumultũ & pluralitatẽ, [à † veritate deuies.] hoc eſt, ſententiã veritati contrariã profe-
Mat. 27. ras.Quidam eñ ſe armãt multitudine,nõ ratione, qbus nõ eſt cõſentiendum.idcirco pecca
uit Pilatus,multitudini cedens,Chriſtũ iudicãdo iniuſte,populo ſatisfacere volens.Verun-
tñ multitudini teſtium ſtare oportet, niſi oppoſitum queat probari, aut iudex cõuenienter
poſſit euadere prolationem ſententiæ, ſi ei conſtet oppoſitũ, vt infrà magis tanget. ¶Circa
hæc ſcribit Lyra:Aliter exponunt Iudæi hunc paſſum, qm̃ in Hebræo habetur, Non ſequa-
ris Rabbi.Hæc autem dictio Rabbi, æquiuoca eſt: quia interdũ ſignificat idem quod mul-
tos,ſicq; accipit,cum dicitur,Non ſequaris Rabbi ad faciendũ malum,hoc eſt,propter ma
iorem iudicãtium partem à vero iudicio declinãtem, non debet aliquis iudicãtium ſequi
eoꝝ peruerſum iudicium. Rabbi quoq; ſignificat magnos ſeu magiſtros, ſicq; accipit, cum
dicitur,nec in iudicio &c.& eſt ſenſus,vt nec propter eos qui maioris ſunt authoritatis in iu
dicando,quiſquã cæteroꝝ iudicãtium à veritate recedat iudicij:ideo inter ſapiẽtes Iudæo-
rum fuit ſtatutum,vt qui minoris erãt authoritatis,primo inciperent proferre ſententiam,
vltimoq; maiores,ne minores timerent à maioꝝ ſententia declinare. Quem etiã modum
tenent in vniuerſitate Pariſienſi in deliberationibus ſuis,incipiendo ab illis qui in magiſte-
rio ſunt minores. [Pauperis quoq; non miſereberis in iudicio.] Semper pium eſt pauperi-
bus miſereri, ſed in foro iudiciali & contentioſo non debet iudex pauperi miſereri in dero-
gationem partis aduerſæ,neq; in iacturam iuſtitiæ. Veruntamen, cæteris paribus, quãtum
ſalua iuſtitia fieri poteſt, debet iudex eſſe pauperibus gratioſus & conſolatorius adſpe-
ctu & verbis, ne timore potentiorum vel puſillanimitate, deficiant à defenſiõe & iuſta pro-
Iob 29. ſecutione propriæ cauſæ. Hinc S. Iob recitat de ſeipſo: Quãdo procedebã ad portã ciuitatis,
& in platea parabant cathedram mihi,auris audiens beatificabat me, eo ꝙ liberaſſem pau-
perem vociferãtem,& pupillum cui non erat adiutor. Cumq; ſederem quaſi rex circũſtan-
Pſal. 81. te exercitu, eram tamen mœrentium conſolator. Sicq; iubetur in Pſalmo: Iudicate egeno
& pupillo,humilem & pauperem iuſtificate. Eripite pauperem,& egenum de manu pecca-
toris liberate. [Si occurreris boui inimici tui, aut oui erranti, reduc ad eum.] Per hoc do-
minus innuit, ꝙ vnus non debet contra alium ad inuidiam concitari propter litem quam
in foro iuſtitiæ habent,nec ex rancore,ſed zelo iuſtitiæ vnuſquiſq; debet ſuam proſequi cau
ſam.Nam animalia domeſtica aduerſarij ſui,quæ inuenerit quis errantia,debet ad aduerſa-
rium ſuũ reducere,quod eſt opus pietatis & dilectionis. Vnde & ſubditur:[Si videris aſinum
odientis te iacere ſub onere,non ꝑtranſibis,]aſino ſic relicto,[ſed ſubleuabis cũ eo:] hoc eſt,
onus ſimul & aſinum leuabis, & onus ſuper aſinum pones, eumq; odienti reduces, quod &
de quolibet añali onerato & lapſo intelligi debet, ſi quis ſine periculo poſſit ei ſuccurrere.
Rab. Moſche. ¶Deniq; vt Rabbi Moſes ait,frequenter Deus præcepit Iudęis facere miſericordiam brutis,
vt ſic aſſueſcerent ſibijnuicem atq; hominibus eſſe miſericordes. erãt nanq; crudeles. Ex iſto
etiam trahitur,ꝙ intentio legis non erat,vt Iudæi inimicos ſuos abſolute odirent,videlicet
quantum ad naturam ſeu perſonam eoꝝ. Nam iuſſit vt benefacerent eis, & damna eorum
Thomas vitarent, quod etiam fuit inimicitiæ extinctiuum, atq; amoris prouocatiuum. Hinc Tho-
mas in prima ſecundæ,quæſtione centeſimaquinta teſtatur: Lex inſtituit, vt quãtum ad ali-
qua, vſus rerum eſſet communis patriæ, etiam quantum ad curam. Præceptum enim eſt in
Deu. 22. Deuteronomio: Non videbis ouem & bouem frãtris tui errãtem, & præteribis, ſed reduces
fratri tuo. Et ſimiliter de alijs. Et hoc idem nunc iubet. Ex quibus probatur, ꝙ eum quem
Ibidem. lex vocat in iſto capitulo inimicum & odientem, Deuteronomium nominet fratrem: ſicq;
per fratrem & proximũ, intelligit tam amicum quàm inimicũ. [Non declinabis in iudicio
pauperis] hoc eſt,cauſam pauperis iudicando,non recedas ab ordine iuris & æquitatis,acci-
piendo perſonam diuitis aut potentis,vel cauſam nimiũ protrahẽdo aut refutando, quem-
Eſaię 1. admodũ de iniquis principibus in Eſaia habetur: Pupillo non iudicant,& cauſa viduæ non
ingreditur ad eos.[Mendacium fugies.] ita vt nec proferas illud,nec foueas,immo pro poſ-
Sap. 1. ſe prohibeas,præſertim omne pernicioſum mendacium. Os enim quod mentitur, occidit
animam.Quod etiam ad iudices potiſſime pertinet:quorum eſt, non ſolum falſa & iniuſta
non committere, ſed & in alijs ea punire ratione ſui officij, & quia in ſolio ſedent iuſtitiæ.
[Inſontẽ].i.innocentẽ,ſ.piũ & ſimplicẽ,[& iuſtum nõ occides.] q̃d potiſſime prohibet iudi-
cibus,

cibus,ne ſ.tales condemnẽt,aut morti adiudicẽt.Iuſti aũt,qui zelo veritatis accenſi, defen-
dunt iuſtitiã,& impietati aut falſitati reſiſtũt,frequẽter incurrũt offenſam quorundã etiã ſu
perioꝝ ac iudicũ,ſecũdũ q̃d dici ſolet,Veritas parit odiũ.¶Circa hũc locũ multa ſcribit Ni
colaus de Lyra, q̃ diligẽtius diſcutiẽda videntur:Si qdẽ ꝑ inſontẽ intelligit eũ,q in veritate eſt
innocẽs,q̃uis conuincat per falſos teſtes.Et addit ꝙ iudex nõ debet illũ occidere,ſi innocen
tiam eius ſciat ſecrete,ſed debet teſtes diligẽtius examinare, vt eoꝝ falſitas dep̃hendat. Quã
ſi ſic dep̃hendere neqt,debet iudiciũ ad ſuperiorẽ remittere iudicẽ.Quẽ ſi habere nõ poteſt,
dicit Thomas in ſecũda ſecundæ q̃ſt.64. ꝙ in hoc caſu iudex nõ peccat,ferẽdo ſentẽtiã cõtra Thomas
eum,qa iudex nõ interficit illũ,ſed illi q accuſant.Deinde Lyra reprobat,tñ modeſte r̃ſionẽ
hãc Thomæ,dicẽdo:Si iudex quãtumcũq; ſuperior,inuenire nõ poteſt viã liberãdi innocen
tem à morte, debet prius dignitatẽ & officiũ iudicãdi dimittere, q̃ cõtra innocẽtem ſentẽtiã
ferre:aliter peccatũ nõ euaderet,vt videt. Et iſtud ꝓbat authoritate Auguſti. in lib. de libero Auguſt.
arbitrio aſſerẽtis:Quõ apud diuinã ꝓuidẽtiã à peccato ſunt liberi, q ꝓ his rebus, q̃s oportet
contẽnere,hũana cæde polluti ſunt?Quaſi dicat,nequaq̃. ¶Porro ꝑ res quas oportet cõtẽne
re, intelligit Auguſtinus oĩa illa, q̃ homo poteſt inuitus amittere, inter quę eſt vita corpo-
ralis. Potius ergo debet iudex mortẽ ſubire, q̃ innocentẽ occidere. ¶Circa hęc dico,ꝙ re-
ſpõſio S.Thomæ in hac materia,vera eſt atq; tenẽda,& antiqs & ſolẽnibus doctoribus cõſo-
na.Nẽpe vt loco p̃allegato inducit Thomas,Ad iudicẽ ꝑtinet iudicare,inquãtum eſt publi-
cus miniſter legũ ac iuris, & prout publica fungit authoritate:ideo ſecũdum legẽ aut iuris
tenorẽ tenet in iudicãdo ꝓcedere. Hoc aũt eſt iuris,vt ſecũdum ꝓpoſita & ꝓbata ſit iudicãs.
Hinc q̃q; Alexãder de Halis ſup tertiũ Sentẽtiaꝝ teſtat,ꝙ in tali caſu iudex nõ occidit,ſed lex, Alexander Halenſis.
idcirco nõ peccat. His cõcordat q̃d ſcribit Antiſiodoreñ. in tertia parte Sũmæ ſuæ, dicendo:
Si ep̃us p̃cipiat ſacerdoti,ꝙ excõmunicet aliquẽ,quẽ ſacerdos ſcit innocẽtem,& ſcit ꝙ ep̃us
ex odio iubeat hoc, an tenet obedire ſacerdos? Dicimus ꝙ antequã ſacerdos excõmunicet
iſtum, debet ep̃o intimare innocẽtiam eius: & ſi ep̃us in propoſito perſeueret, ſacerdos ſine
dubio obedire tenet:aliter periret obediẽtia humana in eccleſiaſtica hierarchia. Sacerdotis
nãq; non eſt cognoſcere,an ſentẽtia ſuperioris ſui ſit iuſta,an non:quia ſi poſſet cognoſcere,
hoc eſt,dijudicare,poſſet ſemper dicere,Prius cognoſcã,an ſentẽtia tua ſit iuſta:ſicq; periret
humana hierarchia, & humana obediẽtia. Idem dicẽdum eſt,ſi rex p̃cipiat p̃poſito vel licto
ri occidere innocẽtem. Hæc Antiſidioreñ. ¶Porro authoritas Auguſtini prædictis nõ de-
rogat. Veꝝ eſt eñ,ꝙ nequaquã ſint liberi à peccato apud altiſſimũ, qui pro his rebus quas
contẽnere oportet, humana cæde polluti ſunt. Sed iſtud in caſu propoſito locum nõ habet,
quia in caſu illo nõ polluitur iudex cæde humana:idcirco q̃d probãdum eſt,petitur. Verun-
tamen ſi iudex zelo iuſtitiæ mallet dignitatẽ atq; officiũ reſignare,q̃ innocẽtem dãnare,lau-
dabile eſſet:ſed ſi ſuperior reſignationẽ nõ acceptet,obediẽdum eſt ei. ¶Quod ſi prædictis
obijciat,quia ſecũdum ea videt Pilatus Chriſtũ ſine peccato dãnaſſe ad mortẽ, quia tã mul- Mat. 27.
ti teſtes,immo & principes ſacerdotũ cõtra Chriſtũ.Similiter viderẽtur excuſandi qui Chri Ioan. 19.
ſtum & ſanctos martyres occiderũt ex præcepto ſuperioꝝ ſuoꝝ:Reſpõdetur,ꝙ Pilatus ſciens
Chriſtũ ex inuidia traditũ, ſeq; poſſe eum eruere, nõ remiſit iudicium eius ad ſuperiorem. Thomas
¶Ad aliud Thomas reſpõdet:Miniſter iudicis iudici obedire nõ debet,ſi eius ſentẽtia into-
lerabilẽ includat errorẽ:aliàs excuſarẽtur carnifices qui ſanctos martyres occiderunt.Si au-
tem nõ cõtinet iniuſtitiã manifeſtã,nõ peccat miniſter eius ſentẽtiam exequendo:quia non
ſpectat ad eum,ſuperioris ſui diſcutere ſentẽtiam: & tunc ipſe nõ occidit innocẽtem,ſed iu-
dex.Deus autẽ fidẽ martyrũ tam euidẽter probauit per ſufficiẽtia ſigna,ꝙ ꝑſecutores & eoꝝ
miniſtri excuſationẽ nõ habuerũt. Antiſiodoreñ. quoq; affirmat, ꝙ interfectores Chriſti ex
fama opeꝝ Chriſti credere debuerunt,ꝙ eſſet à Deo ac iuſtus. Quòd ſi dicat, dato igitur ꝙ
inter eos quidã fuiſſent qui inde nihil audiſſent,illi non peccaſſent: Reſpõdet hic doctor,ꝙ
caſus ſit impoſſibilis,qm̃ Chriſtus nõ permiſiſſet tales ſibi inijcere manus. ¶Præterea per iu
ſtum,Lyra intelligit eum,qui iuſtus videt in oculis hominum, quãuis forſan ſit reus mortis
apud Deum,& talem nõ debet iudex occidere. Ad quod dico,ꝙ quãuis nõ debeat illum oc-
cidere,ꝑtermiſſo ordine iuris, tamẽ ſi nouit ſecrete impietatẽ ipſius, poteſt ſe ex illa iuuare
notitia ad procurãdum ordinate mortẽ ipſius per pœnas, p̃ſertim ſi ille iniquus aduerſetur
bono cõmuni. Allegat etiã Lyra Rabbi Salomonẽ,dicẽtem:Si is qui iuſtus putatur,ſed reus R. Salomon
eſt,exit de domo iudicij, tanq̃ innocẽs à crimine ſibi impoſito, & apparuit aliquis qui velit
eum probare reum,nõ eſt audiẽdus aduerſus illum. Nam quãuis ille euadat hominum ma-
nus,tamẽ in Dei manu ꝑmanet puniẽdus. ¶Circa hoc dico,ꝙ in huiuſmodi caſu,ſi euaſio
rei talis,ſit bono Reipubli. periculoſa, & iudex probabiliter aut certitudinaliter ſciat ꝙ di-
gnus ſit morte,debet audire occurrẽtem accuſatorẽ: nec valet ratio ad oppoſitũ aſſignata,
quia eadem ratione quilibet reus eſſet dimittendus, qm̃ quantumcũq; hominũ manus eua
dat,tamen omnipotentis nequit euadere manum. Itaq; inſontem & iuſtum nõ occides,nec
per-

permittes occidi,ſi cõuenienter poteris impedire:[quia auerſor impium:] hoc eſt,impie iu
*qa mu- dicãtem abominor.[Nec accipies munera, *quæ excæcãt etiã prudentes,& ſubuertunt ver-
nera ex- ba iuſtoꝝ.]Per iſtud nõ prohibent vniuerſaliter datio atq; acceptio muneꝝ,cum dicat Sal
cæcant uator:Date,& dabit vobis.Et Paulus in ſuis epiſtolis munera ſibi à ſuis diſcipulis miſſa fate-
pruden- tur.Salomon quoq; in Prouerbijs teſtat:Munus abſcõditum extinguit iras, & donũ in ſinu
tes. Lucæ 11. indignationẽ maximã.Sed iudicibus iſta dicunt,ne ab habentibus cauſas, accipiãt munera
Pro.21. ad hoc data,ſeu ea intentiõe,vt peruertant iudicium, ꝗd eſſet mortale peccatũ:ſicq́; verbum
hoc eſt præceptum.Si aũt iudici præbeant munera,abſq; aliq̃ pactiõe, tam explicita q̃ impli
cita,nec ipſe accipiat ea intentiõe peruerſa,adhuc nõ tutum eſt ꝙ accipit ea, ꝓpter cauſam
in litera tactã:nõ tamen videt eſſe mortale peccatum, ſicq́; verbum iſtud extat cõſilium. Et
ſicut iſtud prohibet ſeu diſſuadet iudicibus,ita & teſtibus:qm̃ munera excæcãt prudentes.i.
ad mentis excæcationẽ inducunt eos,qui ante prudentes fuerunt.Siquidem ex muneꝝ acce
ptione inclinat affectus ad inordinatũ amorem,tam dantis q̃ muneris: & emollit contra ri-
gorẽ iuſtitiæ,& inuite offendit donãtem, aſſueſcitq́; plura appetere munera,atq; eoꝝ amo-
re iudicare peruerſe. Sic quoque munera ſubuertunt verba eoꝝ qui ante iuſti fuerunt,qui
amore muneꝝ corrumpunt,ita ꝙ cõtra veritatẽ & iuſtitiã iudicant,& fouent cauſas iniu-
Eſaię 1. ſtas.Hinc in Eſaia habet:Principes tui infideles,om̃es diligunt munera,ſequunt retributio-
1.Re. 12. nem.Econtra,iuſtus iudex ſanctus Samuel 1.Reg.ait:Si de manu cuiuſquam munus accepi.
Ecci 46. De quo & Eccleſiaſticus aſſerit: Pecunias & vſq; ad calceamenta ab omni carne nõ accepit,
& nõ accuſauit illũ homo,Sic & Paulus cõteſtat:Argentũ & auꝝ aut veſtem nullius cõcupi
Act. 20. ui.Hæc documẽta & exempla,ſunt iudicibus teſtibusq́; penſanda ac imitãda. Quidã exponit
hæc ſic:Non accipies munera etiã pro vero iudicio,quoniã iudex non debet iuſtitiam ven-
dere.Si enim iudex eſt inferior,debet eſſe cõtentus ſtipendijs ſibi datis à ſuperiori. Si vero ſit
ſuperior,ſ.princeps terræ,debet eſſe contentus ſuis redditibus, qui ſunt ſtipendia ſibi con-
Thomas ceſſa à cõmunitate pro obſeruatiõe iuſtitiæ.De hoc loquit Thomas in Secũda ſecũdę q̃ſt.71.
Auguſt. Secũdum Auguſt.iudex nõ debet vendere iuſtum iudiciũ, nec teſtis teſtimoniũ verum.Ad-
uocatus tñ poteſt vendere patrociniũ ſuum.Nam q̃uis ſcientia iuris ſit bonum ſpirituale,at-
tamen vſus eius ſit opere corporali.Iudex autem & teſtes ſunt perſonæ vtriq; parti cõmunes:
idcirco iudicibus ſunt de publico ſtipendia laboris ſtatuta;teſtes autẽ accipiunt ſtipendium
ſui laboris,nõ preciũ atteſtatæ veritatis.¶Poſtremo verbũ iſtud,Ne accipias munera,ſecun-
dũ Gloſſam,ſumendũ eſt de triplici munere,vtpote munere manus, munere linguæ,& mu-
Eſaię 33. nere obſequij,iuxta illud in Eſaia:Qui excutit manꝰ ſuas ab om̃i munere.Qui vero pro mu
neribus peruertunt iudicium,aut teſtimoniũ proferunt falſum, ſequũtur Iudã proditorem,
Mat. 26. negociatorem miſerrimũ,qui Chriſtũ pro triginta denarijs vendidit. [Peregrino moleſtus
non eris] cõtra iuſtitiã eadem ratiõe,qua nec aduenæ,viduæ,aut pupillo,vt in pręcedentis ar
ticuli & capituli expoſitiõe deductũ eſt.Si aũt referat iſtud ad iudices,ſenſus eſt,ꝙ iudex nõ
debet permittere,vt peregrini iniuſte retardent à ſuo itinere,vel ꝙ eis fiat iniuria,aut ꝙ ca
rius ipſis vendat.Et ſi habuerint cauſam propter iniuriã eis factam,debet iudex cauſam eo-
rum quãtum poteſt celeriter expedire, ne eis in terra aliena ſuper afflictionem addatur af-
flictio.[Scitis em̃ aduenaꝝ animas:] hoc eſt,peregrinoꝝ diſpoſitionẽ interiorẽ,qa facilliter
contriſtantur.[quia & ipſi peregrini fuiſtis in terra Aegypti.] Ideo experiẽtia veſtra docere
vos poteſt. ¶Circa hæc ſcribit quidã:Peregrinus hic dicit,tranſiens per terrã alienã. Quod
videt nõ ſufficienter prolatũ. Cum em̃ dixiſſet,Peregrino moleſtus nõ eris, pro cauſa adie-
cit:Scitis enim aduenaꝝ animas.Quo cõſtat,ꝙ peregrinus nunc appellat, nõ ſolum qui per
alienam graditur terrã,ſed item qui in aliena terra morat,præſertim quia ſubiungitur:quia
& ipſi peregrini fuiſtis in terra Aegypti:in qua certũ eſt eos, quibus iſta loquutus eſt Moſes,
diu in Aegypto mãſiſſe.[Sex annis ſeminabis terrã tuã] propria manu,ſiue per alteꝝ,[& con
gregabis fruges eius] tempore meſſis in horrea.[Anno aũt ſeptimo dimittes eã, & requie-
ſcere facies,vt comedãt pauperes populi tui,& quicqd reliquum fuerit,comedẽt beſtiæ agri.
Auguſt. Ita facies in vinea & in olіueto tuo.] ¶Beatus Auguſtinus circa hæc quærit,qd pauperes Iu-
daici populi comedebãt ex frugibus terræ ditioꝝ ſeptimo anno, ſi terra ipſa anno ſeptimo
non ſeminabatur, quia de terra nõ ſeminata nil poterat accipi in qua ſegetes naſci nõ pote-
rant.Hinc Auguſtinus ſenſit,ꝙ terra etiã ſeptimo anno ſeminabat,ſed quæ naſcebãtur,non
colligebant à dominis ipſoꝝ agroꝝ,immo pauperibus colligenda & edenda dimittebant.
Ideo dictum eſt,ſeptimo anno dimittes eã.i.quæ naſcuntur in ea,& requieſcere facies quan-
tum ad hoc,ꝙ nihil deponas aut tollas de ea.Hunc ſenſum ſequit Gloſſa,quæ dicit ſup illud,
Ioſe. li.3 ſeptimo anno dimittes eã.i.ſeminabis, ſed nõ colliges. Porro Hebræi ac Ioſephus dicunt, ꝙ
ant. iud. ſeptimo anno,qui fuit annus requietiõis,nõ licuit ſeminare,& ꝙ ea quæ ſponte naſcebãtur,
cap. 6. dimittebant pauperibus,atq; quod illis ſuperfuit,dimittebat beſtijs campi. His cõſentit ma
giſter in hiſtorijs,dicens:Si quid in ſeptimo anno ex ꝓteritis frugibus ſuccreuerit, comedent
pau-

pauperes populi,&c. His fauere videt illud Leuitici: Quãdo ingreſſi fueritis terrã quã ego Leui. 25.
dabo vobis, ſabbatizet ſabbatũ dño: Sex annis ſeres agrũ tuũ, & ſex annis putabis vineam
tuã:ſeptimo anno ſabbatũ erit terræ dño. Agrũ nõ ſeres,& vineã nõ putabis:q̃ ſpõte gignit
humus,nõ metes.Huic q̃q; ſenſui cõſentit Andreas.Auguſtinus vero & eum ſequẽtes,expo- Auguſt.
nunt ſic:Septimo anno nõ ſeres,videlicet tibi. Similiter facies in vinea & oliueto,vt ſ.ſepti-
mo anno nõ putent neq; colãtur,nec fructus eoꝝ dño vineæ & olіueti approprient,ſed pau
peribus dimittant aut cõmunicent. Per beſtias vero agri,tam domeſtica q̃ ſylueſtria bruta
intelligunt.Refert Ioſephus,ꝙ quãdo Iudæi iſtud ſeruabãt, fruges ſexti anni abundabãt tã Ioſe. li.3
copioſe,ꝙ ſufficiebãt pro ſuſtentatiõe anni ſeptimi & octaui.[Sex diebus operaberis,ſepti- ant. iud.
mo die ceſſabis.]Iſtud ꝓceptũ præ cæteris frequẽter repetit,cuius ſenſus,repetitiõisq́; ratio, cap. 6.
in expoſitiõe cap.20.alibi q̃q; hincinde ꝓhabiti ſunt.tñ ꝗd dicit hic,[vt requieſcat bos & aſi-
nus tuus,vt refrigeret filius ancillæ tuæ & aduena:]nõ eſt principalis cauſa huius præcepti,ce
lebratiõisq́; ſabbati,ſed ſecũdaria,acceſſoria & annexa. [Om̃ia quæ dixi vobis,cuſtodite] in
memoria & effectu,qa non ſufficit vnũ ſine alio cuſtodire tẽpore opportuno.[Et ꝑ nomina
externoꝝ deoꝝ].i.ꝑ falſos deos ſeu idola,[nõ iurabitis, neq; audiet ex ore veſtro] tale iura-
mentũ ſeu verbũ,per ꝗd directe inducatis alios ad iurandum ꝑ exteros deos. Iurare nãq; eſt
infallibilẽ veritatẽ oĩa intuentẽ,videlicet Deũ,in teſtẽ aſſumere.Ideo ꝑ falſos deos iurare,eſt
eis aſſcribere & reuerentiã exhibere,q̃ Deo vero debent. Immo ſicut iurare inaniter,eſt con
tra ꝓceptũ diuinũ,ita ordinate iurare cadit ſub ꝓcepto,& actus eſt latriæ:ideo ſoli Deo vero
eſt impendẽdus,ita vt ꝑ eum ad eius reuerentiã fiat.Qualiter aũt liceat ab idololatris ſume- Auguſt.
re iuramentũ ꝑ falſos deos & idola,docet Auguſt.ad Publicolã ſcribẽs,& Thomas in ſecũda
ſecũdæ, q̃ſt. 78. plenius hoc exponit.Sic equidẽ licet hoc,ſicut licet ab vſurarijs pecuniã ſub
vſura accipere.Nã vnus poteſt malo alterius vti in bonũ,quẽadmodũ etiã Deus ex malis ho-
minũ elicit multa bona:ſed nõ licet idololatras ad tale inducere iuramentũ.[Tribus vicibus
per ſingulos annos mihi feſta celebrabitis].i.quolibet anno celebriter agetis tres ſolẽnitates
notabiles,vnamquãq; tẽpore ſuo ad maieſtatis meę gloriã & honorẽ.De quaꝝ ſolẽnitatum
prima ſubiungit:[Solennitatẽ quoq; azymoꝝ cuſtodias].i.ꝓcipio tibi vt om̃i anno ſeruetis
feſtũ paſchale,in quo azymis panibus veſci debetis.Vnde ſubiungit:[Septẽ diebꝰ comedes
azyma,ſicut ꝓcepi tibi tẽpore menſis nouoꝝ] videlicet in Aprili, ſeu(vt alij dicunt)in Mar * egreſ-
tio,prout in expoſitiõe cap.12.eſt tractatũ.[qñ *egreſſi eſtis de Aegypto:]de qua exierũt qn- ſus es de
todecimo die menſis illius q vocat menſis nouoꝝ,qa(vt ait Gloſſa) tũc colligebãt meſſes,&
eas igni torrẽtes ac manibus confricãtes,offerebãt de fructibus nouis primitias dño,de qui-
bus parum imponebat ſacrificio, reliquũ erat ſacerdotis: quo facto,vnicuiq; licuit metere.
Hinc alij dicunt,ꝙ vocat menſis nouoꝝ, qa in craſtino quintædecimæ diei fiebat oblatio de
nouis fructibus primo matureſcentibus,vt ſi qs in agro aut horto ſuo cõſpiceret ſpicas aut
ficus matureſcẽtes,debuit eas colligere,atq; in feſto paſchali ad templũ deferre. Hinc ſequit: Exo. 12.
[Non apparebis in cõſpectu meo vacuus].i. in tẽplo ſeu tabernaculo aut ſacrificij loco non
præſentabis te abſq; debita oblatiõe opportuno tẽpore faciẽda.Spiritaliter vero nullibi co-
ram Dei ꝓſentia apparere debemus,corde à virtutibus boniſq; actibus vacuo: ſacrificiumq́;
laudis,orationẽ deuotã,debitã ſubiectionem ac ſeruitutẽ Deo vbiq; offerre nos cõgruit.[Et
ſolẽnitatẽ menſis primitiuoꝝ operis tui].i.celebritatẽ pentecoſtes explebis,quæ fiebat quin
quageſimo die poſt paſcha,appellaturq́; ſolẽnitas primitiuoꝝ, qa in menſe quo venit, puta
in Iunio,ſecundũ Gloſſam,offerebãt panes dño de frugibus illius tẽporis tunc maturis,q di
cebant panes primitiaꝝ,[quæcũq; * ſeueris in agro].i. ſolennitatẽ iſtã primitiuoꝝ ſeu pri- alias,ſe-
moꝝ,præcipuorumve fructũ,granoꝝ ſeu ſeminũ,quæcũq; in tuis ſeminaueris agris. De- minaue-
inde de obſeruatiõe tertiæ ſolẽnitatis adijcit:[Solẽnitatẽ quoq; in exitu anni].i. feſtũ ꝗd ve- ris
nit in Septẽbri,qui eſt ſeptimus mẽſis apud nos, ſed primus mẽſis anni apud Hebræos,quã-
tum ad tẽporis decurſum,ſecundum vnã opinionẽ, q̃uis Aprilis ſeu Martius primus ſit quo
ad feſta: ſicq́; feſtiuitas veniẽs in Septẽbri, fuit in exitu anni.i.ſtatim ſeu primo mẽſe poſt fi
nẽ & exitũ anni ꝓcedẽtis.Per hãc aũt ſolẽnitatẽ,intelligi poteſt feſtũ ſcenopegię.i.tabernacu
loꝝ,ꝗd durauit ſeptẽ annis,& qntodecimo die Septẽbris incepit in cõmemorationẽ benefi-
cij Dei,quo eos ꝑ aridã ac ſterilẽ terrã deſerti deduxit ad terrã lacte & melle manãtem.Idcir
co in feſto hoc attulerũt ac habuerũt virides ramos,ſeu lignum denſaꝝ frondiũ, ſpatulaſq́;
palmaꝝ,& ſalices de torrẽte,fructũ quoq; pulcherrimæ arboris,vt infra magis deſcribit, &
quia in tẽpore huius feſti erãt fructus terrę collecti atq; repoſiti,ſubiungit:[qñ cõgregaueris
oẽs fruges tuas de agro.] Veruntñ in veteri lege erãt plures ſolennitates,q̃ iſtæ tres,vt infrà
patebit,& Thomas in prima Secũdę queſ. 102. pulchre declarat,ac ſuis locis dicetur.ſed de
his tribus,quaſi præcipuis,modo fit mentio.Quid autẽ per feſtum paſchale ſpiritaliter deſi-
gnetur,in expoſitione 12.cap.dictum eſt.Per ſolennitatẽ vero Pentecoſtes,præfiguratus eſt
deſcenſus ſpirituſſancti in apoſtolos,atq; in primitiuã eccleſiã Chriſti.Per feſtum demũ ta-
nn ber-

bernaculoꝝ, peregrinatio electoꝝ in ſeculo iſto. [Ter in anno apparebit om̃e maſculinum
tuũ corã dño Deo tuo]. i. in tribus p̃fatis ſolẽnitatib⁹, ſ. in Paſcha, Pentecoſte, & ſcenopegia,
vniuerſi mares Iſraelitici ſeminis veniẽt ad locũ cultus diuini, ſeu templi vel tabernaculi, vt
ibi repræſentent ſe Deo, & eius ſeruos ſe eſſe recognoſcãt, nec obliuiſcant beneficioꝝ ipſius,
neq; ad idololatriã paulatim labant. Potiſſimũ aũt apparere tenebant in feſto Paſchæ. Cum
habitãtibus vero multũ remote à loco electo ſeu tẽplo, qui locus fuit Hieruſalẽ, templo ibi
conſtructo, diſpenſabat, quãtum ad apparẽdum ibi in Pentecoſte & ſcenopegia. Sed quare
nõ fuit p̃ceptũ hoc idem de fœminis? Reſpondet, qm̃ fœminas decet magis domi manere,
quieſcere & latere, q̃ multũ diſcurrere. Itẽ, qm̃ maſculinus ſexus principalior eſt, regit́q; fœ
minas: ideo viris in Dei cultu manẽtibus, nõ fuit grãde periculũ de idololatria mulieꝝ. In-
terdum tñ fœminæ comitabant viros ex deuotiõe, ſed ibant ſeorſum, vt dici ſolet ſup illud
Lucę 2. in Luca: Ibant parentes eius per om̃es annos in Hieruſalẽ in die ſolẽni Paſchę. [Non immo-
labis ſup fermento]. i. pane fermentato exiſtente in domo tua, nõ offeres [ſanguinẽ victimæ
tuæ]. i. agnũ paſchalẽ tũc nõ occides, qui fuit p̃cipuũ ſacrificiũ legis. Ille itaq; agnus nõ pote
rat immolari, niſi prius fuiſſet omne fermẽtum à domo immolantis remotũ, quemadmodũ
in expoſitione 12. cap. habitũ eſt diffuſe. Per quod ſpiritaliter deſignat, ꝙ opera virtuoſa de-
bemus Deo offerre, immo & noſipſos ei ſacrificare in puritate ſine admixtione malitiæ atq;
nequitiæ. [Non remanebit adeps ſolẽnitatis meæ vſq; mane]. i. adeps animaliũ quæ mihi in
ſolennitatibus offerunt, nõ reſeruabit vſq; ad diem ſequẽtem. Poterat autẽ cremari circa no
Exo. 12. ctem, aut in nocte ſup altare. Per quod deſignat, ꝙ deuotionis pinguedo ſeu ſpiritalis intel
ligentia, ſit virtutũ operibus protinus cõiungenda, & nõ ſeparãda ab eis. [Primitias frugum
terræ tuæ deferes in domũ dñi Dei tui]. i. in templo offeres Deo ad recognoſcẽdum ꝙ om̃ia
ſint ab eo. Iſtud præceptũ præhabitũ eſt. Per q̃d ſignificat, ꝙ & præcipua bona, operuḿq; bo
noꝝ exordia, Deo & gratiæ eius ſint aſſcribenda: & rurſus, ꝙ extra catholicã eccleſiã non ſit
ſacrificioꝝ ſpiritaliũ locus, quia nõ placet quis Deo, niſi in eccleſiaſtica permaneat vnitate.
Materialis quoq; eccleſia præcipuus locus eſt, in quo Deo eſt ſeruiẽdum. [Non coques hœ-
dũ in lacte matris ſuę.] Contra hoc ſic argui poteſt: Non nocet animali occiſo, qualiter car
nes eius coquant, inaniter ergo iſtud præcipit. Ad hoc Thomas in prima Secundæ q̃ſt. 102.
reſpõdet: Quãuis hœdus occiſus nõ ſentiat, qualiter carnes eius coquant, tamẽ in animo de-
coquentis ad crudelitatẽ quãdam pertinere videtur, ſi lac matris ſuę quod ei datum fuit pro
ſua ſuſtentatione, adhibeat ad conſumptionẽ carnis ſuæ. Vel dici poteſt, ꝙ dñs iſtud prohi-
buit populo ſuo, ne aſſimilaretur idololatris, q̃ in ſolẽnitatibus ſuis carnes hœdi ita coque-
Auguſt. bant ad immolãdum ſiue ad comedẽdum. Porro Auguſtinus circa hæc multa ſcribit, inten-
dens ꝙ ad literã non habeat conueniẽtiam hoc pręceptũ. Ideo refert ad Chriſtũ, qui propter
Roma. 8. ſimilitudinẽ carnis peccati, vocatur hœdus: ſićq; per verba hæc prophetabat, ꝙ Chriſtus nõ
fuit ab Herode interficiendus in lacte matris ſuæ. i. in ſua infantia, vel fuit præceptum, ne à
Iudæis occideretur in lacte matris ſuæ, id eſt, in die quo fuit conceptus. Quod tamen Iudæi
tranſgreſſi ſunt, quia eodẽ die fuit crucifixus, quo & conceptus. Porro dies conceptionis vo
catur lac matris, quia ex tunc in matre parat materia lactis. Spiritaliter hœdus. i. peccator,
non eſt coquendus in lacte matris. i. blanditijs non eſt fouendus, ſed acriter caſtigãdus, ſi fue
Ioſe. li. 3 ant. iud. cap. 6. rit immanſiuus. Ioſephus demũ exponit ſic: Non coques, &c. i. nõ comedes hœdũ infra octa
uum diem, quia adhuc paꝝ differt à lacte ob teneritudinẽ ſuam. Rabbi Moſes vero rationa
biliter aſſerit, ꝙ per iſtud præceptũ & conſimilia, lex intendit Iudæos ad pietatẽ allicere: id-
Rab. Moſche. circo ad bruta præcepit eos pios exiſtere, vt circa hoĩes benigniores exiſterẽt. Erãt em̃ crude
les. Deniq; Andreas ait, iſtud p̃ceptũ, de alioꝝ quoq; animaliũ, quæ lacte nutriunt, carnibus
eſſe intelligẽdum: non autem de carnibus auium, qm̃ non aluntur lacte, ſed de materia oui.
Sićq; quod prohibet de lacte matris, intelligẽdum eſſet de cõmuni lacte. Huic dicto Andreæ
cõcordat quod magiſter in hiſtorijs dicit: Hebræus habet, Non coques ſeparatũ in lacte ma
tris ſuæ. Et eſt ſenſus, Non coques ſeparatum à carne parentum. i. quod per carnalem gene-
rationẽ conceptũ & natum eſt, non comedes coctũ cum lacte, vel cum aliquo lacteo, vtpote
caſeo aut butyro. Quod dictum eſt propter aues, quæ non de carne, ſed de ouis educuntur,
quas in lacte coctas vel cum lacte edunt Hebræi. Nec ideo de lacte matris prohibitũ dicunt,
ꝙ in alio lacte eas liceat coquere, ſed quia lac illud paratius poſſet inueniri cum animali, p-
pter hoc prohibuit de omni lacte. Poſtremo quidam intelligunt iſtud dictum eſſe de his quę
dño offeruntur, quaſi dicatur: Non offeras hœdum vel agnũ infra octauum diem, quoniam
nondum comeſtibilis extat, paruḿq; differt à lacte matris. Conſequenter poſt legis expreſ-
ſionem hortatur dñs populum ad eius obſeruationẽ per diuina promiſſa, & in perſona Mo-
ſis alloquitur populũ, quatenus Moſes verba illa ſic repetat plebi: [Ecce ego mittã angelum
meum q̃ præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum quẽ præparaui tibi:] vide-
licet in terrã p̃miſſiõis, quã vobis dare diſpoſui. ¶ Poteſt aũt hic paſſus dupliciter explanari.
Pri-

Primo, per angelum intelligẽdo ipſum Ioſue miniſtrũ Moſis, qui Moſe defuncto factus eſt
dux populi, introduxit́q; eum in terrã promiſſam. Qui Ioſue angelus appellat ratione offi- Ioſu. 1. 5.
cij, qm̃ à Deo miſſus eſt filijs Iſrael ad annunciandũ eis Dei eloquia & præcepta, qui & in-
ſtar angeloꝝ Deo in om̃ibus obediuit, vt in Ioſue libro legitur: Non præterijt de vniuerſis Ioſue 11.
mandatis ne vnũ quidem verbũ, quod dñs iuſſerat Moſi. [Obſerua eum, & audi vocẽ eius]. i.
tu popule Iſrael attende & ſequere ipſum Ioſue, & ei obtẽpera. [nec cõtemnendum putes,]
quia nõ fuit de tribu Ruben primogeniti Iacob, nec de tribu Iuda, ſed fuit miniſter Moſis,
[quia nõ dimittet cum peccaueris.] Hoc patuit in Achan, quẽ pro ſuo ſcelere lapidari præ- Ioſue 7.
cepit, & oĩa eius combuſſit, vt legit in libro Ioſue. [& eſt nomẽ meũ in illo.] Per nomẽ Dei,
in ſcripturis intelligit ipſemet Deus, iuxta illud: Sit nomen dñi benedictũ. Eſt itaq; ſenſus: Pſal. 112.
Ego ipſe in ipſo ſum ſicut in meo vicario, & ſicut dñs & rex eſt in ſuo præcone ac nũcio. Ite-
rum, qm̃ Ioſue interpretat ſaluator, & dictus eſt Ieſus, quod nomen competit proprie ac na Abac. 3.
turaliter Deo, de quo ſcriptum eſt: Exultabo in Deo Ieſu meo. Qui & in Oſee proteſtat: Sal- Oſee. 13.
uator nõ eſt præter me. Hinc nomen Dei fuit in Ioſue. [Quod ſi audieris vocem eius,] & pro
id eſt, [feceris omnia quæ loquor] ei. i. quæ tibi per eum ac Moſen iubeo, [inimicus ero ini-
micis tuis,] videlicet Chananæis, cęteriſq; aduerſarijs tuis iniuſtis, [& affligã affligentes te]
id eſt, eos qui tibi reſiſtere præſumpſerint. Hanc expoſitionem ſequunt Gloſſa ac Rabanus, Raban⁹.
pluresq; alij. ¶ Secundo exponunt iſta de angelo, q̃ per columnam nubis & ignis filios Iſrael
anteceſſit, viam monſtrauit, protexit, qui per Moſen loquebat ad populum. Et fuit nomen
Dei in angelo illo, iuxta ſenſum p̃tactũ, induxit́q; filios Iſrael in terrã p̃miſſionis, iuxta illud
Iudicum: Aſſcendit angelus dñi de Galgalis ad locũ flentiũ, & ait: Eduxi vos de Aegypto, & Iudic. 2.
introduxi vos in terram, pro qua iuraui patribus veſtris. Et non dimittet cum peccaueris,
quia cõformatus eſt diuinæ iuſtitię, nec ab ea vnquã exorbitabit, ac iuxta Dei imperium ex-
ercebit vltionem in tranſgreſſores. Nuncius quoq; nõ habet dimittere iniuriam dñi ſui, niſi
inquantum ſibi à dño ſuo cõmittit. Iſta expoſitio literalior eſſe videtur, qm̃ Moſes audien-
do hæc verba à dño, intellexit ſenſum eoꝝ, & tñ non intellexit ea dici de Ioſue: immo ad-
huc putauit ſe introductuꝝ filios Iſrael in terram promiſſionis, quouſq; cum peccaſſet ad
aquas contradictionis, audiuit oppoſitum. [Præcedet́q; te angelus meus, & introducet te ad
Amorrhæum, & Ethæum, & Pherezæum, Chananæuḿq; & Heuęum, & Iebuſæum, quos ego
cõteram. Nõ adorabis deos eoꝝ,] cultũ latrię exhibendo falſis dijs aut idolis. [neq; coles eos]
per oratiões & ſacrificia. [nõ facies opera eoꝝ,] videlicet Chananæoꝝ ſeu deoꝝ ipſorum. i.
opera placita dijs huiuſmodi. [ſed deſtrues eos, & cõfringes ſtatuas eoꝝ. Seruietiſq; dño Deo
veſtro,] ei ſoli cultũ latriæ iugiter exhibendo. Qui licet ſit omniũ Deus iure creatiõis & gu-
bernatiõis, eſt tamẽ ſpecialiter veſter Deus per modũ frequenter expreſſum. [vt benedicam
panibus tuis & aquis]. i. ſuſtentaculis vitæ tuæ, ſeu eſcis & potibus, quæ per panem & aquam
cõmuniter deſignant. [& auferã infirmitatẽ de medio tui]. i. corporalem ſanitatẽ tibi præ-
ſtabo. [Non erit infœcunda nec ſterilis terra tua.] vel vt alij habent, in terra. i. fœcunditatem
terræ naſcentiũ & hominũ ac iumentoꝝ conferã tibi. [Numeꝝ dierum tuoꝝ implebo]. i. vi
tam diuturnã tibi cõcedam. Porro (vt tactũ eſt ſæpe) iſta nõ ſunt intelligẽda, quaſi hæc tem
poralia bona p̃miſſa, ſint principale atq; ſufficiens meritũ ſeruitutis ac obediẽtiæ Deo exhi
bitæ, ſed rudi populo ita locut⁹ eſt dñs, q̃tenus p tẽporalia ad ſpiritaliũ ac diuinoꝝ allicerent
amorem, & ad Dei obſequiũ. Idcirco per tẽporalia iſta, intelligenda ſunt ſpiritalia bona in-
frà tangẽda. Nec intelligẽda ſunt præinducta, quaſi iuſtis viris ac fœminis Iſraeliticis nunq̃
acciderint defect⁹ cibi & potus, infirmitas corporis, ſterilitas terræ, infœcũditas ventris, bre
uitas vitæ: cõſtat em̃ oppoſitũ in Dauid, Helia, Hieremia, Machabæis, multiſq; alijs, de q̃bus
& Helias cõqueſtus eſt dño, Prophetas tuos occiderũt. Sed q̃a cõmuniter præfatæ tẽporales 3. Re. 19.
proſperitates dabant cultoribus Dei, q̃uis interdũ ex ſpeciali cauſa, diuina prouidẽtia ali-
ter ordinauit. [Terrorẽ meũ mittã in p̃curſum tuũ]. i. p mirabilia quæ facturus ſum, incutiã
grãdem formidinẽ cordibus Chananæoꝝ, ita ꝙ ex tuo aduẽtu p̃ſternẽtur timore, iuxta il- Ioſue 2.
lud Ioſue: Irruit in nos terror veſter, & elanguerũt oẽs habitatores terrę.] & occidã oẽm po-
pulum ad quẽ ingredieris]. i. quoſdã, immo & valde multos de oĩbus populis Chananæoꝝ.
Verũtñ multi eoꝝ manſerunt ſuperſtites, p̃pter cauſas diuerſas, quæ in expoſitione libroꝝ
Ioſue ac Iudicũ ſunt tangẽdæ. [Cunctoruḿq; inimicoꝝ tuoꝝ corã te terga vertam, emit-
tens crabrones prius, qui fugabunt Heuæum & Chananæum & Ethæum antequã introeas]
Septuaginta trãſtulerunt, Emittã veſpam ante te. Vnde in libro Sapiẽtię legitur: Miſiſti an- Sapię 12.
teceſſores exercitus tui veſpas. Crabro aũt eſt muſca de putrefacto cadauere naſcens. Iſtud
ergo quidã ad literã factũ dicũt, ita ꝙ multitudo taliũ muſcaꝝ ac vermiũ ſic moleſtauerunt
pręfatas gẽtes, videlicet multos ex eis, ꝙ fugerũt à terra ſua ante Iudęoꝝ ingreſſum. Alij per
crabrones intelligũt timores & anxietates, quæ inſtar crabronũ pungebãt & affligebãt gen
tes prædictas, ita ꝙ multi ex eis fugerunt. [Non ejciam eos à facie tua anno vno.] Vnde in

Ioſue 11. Ioſue libro ſcriptum eſt: Multo tēpore pugnauit Ioſue contra reges iſtos. [ne terra in ſoli-
tudinem redigatur.] Quo conſtat, quòd terra filijs Iſrael promiſſa, fuit valde magna & lata,
ita ꝙ nō obſtāte ꝙ filiorum Iſrael erāt pluſquam ſexcenta millia viroꝶ, terra illa fuiſſet pro
magna parte in ſolitudinē redacta, niſi filij Iſrael fuiſſent plus multiplicati ad replendū ean-
dem interim ꝙ aduerſarij ejiciebant ex ea. [& creſcant cōtra te beſtiæ]. i. feræ indomitæ mul
tiplicent in ea quæ fiant nociuæ. Ideo ſubdit: [Paulatim expellam eos de conſpectu tuo, do-
nec augearis] numero ac robore, [& poſſideas terrā.] Nec iſta intelligenda ſunt quaſi Deus
non potuerit beſtiaꝶ illaꝶ multiplicationem ac rabiem impedire, ſed quia nō vult ſemper
oīa ſupernaturaliter operari, ne videat nō approbator naturalis curſus ac ordinis rerum.
[Ponam autem terminos tuos]. i. fines totius terræ tibi promiſſæ. [à mari rubro] ab oriente,
[vſq; ad mare Palæſtinoꝶ] ab occidente. quod mare dicit nunc Tyrrhenū ac mediterra-
neum. [& à deſerto] Aegypti ex parte auſtrali, [vſq; ad fluuiū] Euphraten à parte aqlonari.
2. Re. 22. Quæ tota regio quādoq; vocat Iudæa. Dicuntq́; aliqui ꝙ filij Iſrael nunq̄ obtinuerūt totam
3. Reg. 9. hanc terrā, quia ſub præhabita cōditione fuit eis promiſſa. Alij dicunt, ꝙ circa finem regni
Dauid, & tēpore Salomonis, totam aut pene totā ſortiti ſint. [Quia tradam in manibus ve-
ſtris habitatores terræ, & ejiciam eos de cōſpectu veſtro. Nō inibis cum eis fœdus]. i. pactum
ſeu amicitiam non contrahas cū Chananęis ac cęteris gentibus illis, q̄ diu in ſua manſerint
infidelitate. [nec cum dijs eoꝶ,] promittendo aut concordādo ꝙ velitis eis ſeruire, ſicut in
Iudic. 1. libro Iudicum quidā feciſſe legunt. [Non habitent in terra tua,] hoc eſt, non permittas eos
tibi cohabitare, [ne forte peccare te faciāt in me, ſi ſerui eris dijs eoꝶ, quod tibi certe erit in
ſcandalum.] Periculoſa nāq; eſt vitioſoꝶ ſocietas, præſertim imperfectis ac pronis ad vitia.
Et qm̄ filij Iſrael iſta non fecerunt, ſed concordiā inierunt cum Chananæis, permittētes eos
ſecum ſub tributo morari, iunxerunt cum eis connubia, atq; in idololatriam corruerunt.
¶ Præterea de ſpiritali ſenſu huius capituli dicta ſunt aliqua, & modicū addi poteſt, præſer-
Eſaię 9. tim ab illo loco, [Ecce ego mitto angelū meū qui præcedet te.] Vbi per angelū, myſtice in-
telligitur Chriſtus magni conſilij angelus, miſſus à patre ante populum Chriſtianū, qui &
electos Iſraelitas præceſſit, pſonaliter docens ac regens eos: in quo fuit nomen patris, quia fi
1. Ioan. 3. lius verus eſt Deus, & pater in filio eſt, filiusq́; in patre. Quòd ſi Chriſto pfecte obedierimus,
erit pater inimicus inimicis noſtris, & affligentes nos, ſcilicet inuiſibiles hoſtes, aut etiā im-
pios pſecutores, affliget. Sic quoq; Deus benedicet panibus noſtris & aquis. i. ſpiritalia ali-
menta, virtutes & dona ſpiritusſancti, ac merita multiplicabit in nobis. Infirmitatē quoq;,
Ambro. id eſt, læſionem peccati tollet de medio noſtri. Nec erit infœcunda terra noſtra. i. eccleſia, vel
ager cordis, ſeu caro noſtra, quæ ſpiritui erit ſubiecta ac ſeruiens in bonis operibus. Nume-
rum etiā dierum noſtroꝶ implebit, hoc eſt, dies noſtros ſanctis actibus faciet plenos. Pleni-
Pſal. 54. tudinem quippe habet vita iuſtorum, inanes vero ſunt dies impioꝶ. Viri item ſanguinum
Cant. 6. & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Inſuper mittet terrorē ſuum in pręcurſum noſtrū, ita ꝙ
inuiſibilibus hoſtibus, atq; incredulis gentibus erimus metuēdi, tanq̄ caſtroꝶ acies ordina-
ta. Occidetq́; illos. i. ſuccumbere faciet, & vitia nobis ſubijciet. Veruntamen non vno anno,
quoniā vult vt paulatim proficiamus, & iugiter contra vitia præliemur, ne ſi nimia ſecurita-
te & quietudine reſolui cœperimus ac tepeſcere, terra noſtra, ſ. ager cordis aut caro, in ſoli-
tudinem vitioꝶ redigatur, Dei inhabitatione priuata, atq; virtutibus ſpoliata. ¶ Poſtremo,
vult Deus vt iniquoꝶ ac carnalium hominum periculoſa vitemus conſortia, & omnē com
munionem eoꝶ illicitam, ne cum peruerſis peruertamur, & rebus vanis ac fœdis & vilibus,
tanq̄ dijs ac idolis, incipiamus plus adhærere ac velle placere, quàm vero Deo.

¶ Expoſitio lr̄alis cap. XXIIII. Moſi q̄q; dixit, Aſcende ad dn̄m. Art. XLVI.

DEſcriptis Dei præceptis, nunc recitat qualiter Moſes ea expoſuit populo, & quō popu
lus acquieuit. [Moſi quoq; dixit] angelus: [Aſcende ad dn̄m tu & Aaron.] In viceſimo
narrat capl̄o, qualiter populo nō valente ſuſtinere alloqutionē apparitionemq́; Dei,
ſolus Moſes acceſſit caliginē in qua erat Deus, hoc eſt, in verticem montis Sinai, in quo fuit
nubes caliginoſa. Et ab illo loco vſq; ad iſtum, deſcripta ſunt Dei præcepta, nec legit Moſes
interim deſcēdiſſe. Quō ergo nunc dicit ei iuſſum, vt aſcendat ad dn̄m? Reſpondet, ꝙ dn̄s
iuſſit ei primo, vt deſcēderet ad recitādum populo diuina præcepta: quo facto, rurſus aſcen
deret, ſicut nunc enarrat. Iſtud tn̄ de eius deſcenſu non exprimit hic, ſed ex verbis paulopoſt
ſequentibus datur intelligi. Aſcende ad dn̄m tu & Aaron, [Nadab & Abiu, & ſeptuaginta
ſenes ex Iſrael, & adorabitis procul, ſolusq́; Moſes aſcendet ad dn̄m.] Videt in his contradi
ctio implicari. Nam in principio hoꝶ verboꝶ præcipitur Moſi, vt ipſe & Aaron ac cæteri
iam expreſſi, aſcendant ad dn̄m: in fine aūt iubetur, vt ſolus Moſes aſcendat ad dn̄m. Et re-
ſpondendum, ꝙ principiū hoꝶ verboꝶ, intelligēdum eſt de aſcenſu vſq; ad radices ſeu ter-
minos montis: finis aūt, de aſcēſu vſq; ad montis cacumē. Deus aūt per totū Sinai montē fu
iſſe cenſet, inquātum ibi ſpecialiter operabat: ſpecialius tamen in vertice montis, in quo &
mi-

mirabilius maieſtatem ſuā mōſtrauit. Cur aūt præcepit dn̄s ipſum Aaron, duosq́; filios eius,
& ſeptuaginta ſeniores dūtaxat, cū Moſe aſcendere? Dici poteſt, ꝙ Aaron iuſſus fuit aſcen
dere cū Moſe, qa in cæteris ſpecialiter affuit ei: ſimiliter duo ſeniores filij eius, qa cū eo fun-
cturi erāt paulopoſt ſacerdotio: ſeptuaginta quoq;, qm̄ totidē fuerāt, Deo iubente, aſſumen-
di in adiutoriū Moſis pro regimine populi. ¶ Et quęri poſſet, an iſti ſeptuaginta fuerunt il- Nūe. 11.
li, de qbus in Numeris habet, ꝙ ad tabernaculū ſint deducti. Circa q̄d loquit Strabus ad li- Strabus
terā: *Septuaginta de qbus dicit Moſi, Aſſume tibi ſeptuaginta viros, de qbus Eldad & Mel
dad fuerūt. [& adorabitis procul]. i. oēs vos ſimul adorabitis dn̄m, ſtādo ad terminos mon
tis, qui multū diſtāt à vertice eius, in quo ſpecialiter fuit Deus per modū expoſitū. [ſolusq́;
Moſes aſcendet ad dn̄m] in verticē montis, qm̄ ſolus Moſes fuit principalis dux populi, &
inter Deū populumq́; ſequeſter ac legiſlator inſtrumētalis ac miniſterialis. [& illi] videlicet
Aaron, eiusq́; filij, ac ſeptuaginta, [nō appropinquabūt] dn̄o: [nec populus aſcendet cū eo]
vltra terminos ſibi præfixos. [Venit ergo Moſes]. i. deſcendit de altitudine montis. Quo pa
tet, veꝶ eſſe quod dixi, vtpote dn̄m primo iuſſiſſe Moſi in vertice Sinai, vt deſcēderet ad in-
ſinuādum populo eloquia Dei. Nā ſubdit: [& narrauit plebi]. i. oībus ſimul tam ſuperiori
bus q̄ inferioribus, [oīa verba dn̄i]. i. documēta & cæremonialia quædā præcepta, ſibi à do
mino data in mōte. [atq; iudicia]. i. præcepta iudicialia, quæ in tribus ꝓcedētibus cap. cōti- Exo. 21.
nent. [Reſpōditq́; cūctus populus vna voce]. i. cōcorditer, cū audiſſent Moſis relationē: [Oīa 22. 23.
verba dn̄i quæ loquutus eſt, faciemus]. i. vniuerſa eius ꝓcepta implebimus, nō ſolum ꝓcepta
affirmatiua, efficaciter bona agēdo, ſed item negatiua pręcepta, mala vitādo, ſicut ſunt illa,
Non adorabis deos eoꝶ: &, Nō inibis cū eis fœdus. Veruntn̄ hāc reſpōſionē cito tranſgreſſi
ſunt. [Scripſit aūt Moſes vniuerſos ſermones dn̄i] iam ꝓfatos in libro, vt paulopoſt inſinuat,
ad iugē memoriā, & alioꝶ inſtructionē. Attn̄ Gloſſa & Scholaſtica hiſtoria dicūt, ꝙ ſcripſit
vniuerſos Dei ſermones ꝓter decem verba, ſeu ꝓter decalogū, qui ei in tabulis datus eſt, ſcri
ptus digito Dei. Nihilo minus certū eſt, ꝙ Moſes in libris ſuis frequēter de decē illis præce- Euſebi⁹.
ptis loquat, & ꝙ ipſe pſonaliter ſcripſit ea in illis: & tn̄ vltra hoc tabulis ſunt inſcripta, tanq̄
principaliora, diligentiusq́; ſeruāda. [Et mane cōſurgens, ædificauit altare dn̄o,] cū adiuto-
rio & obſequio alioꝶ, ad radices montis. [& duodecim titulos per duodecim tribus Iſrael]
Quāuis aliqui dicāt Moſen ibi ędificaſſe duodecim altaria, iuxta numeꝶ duodecim tribu-
um Iſrael, & in vnoquoq; altari titulū vnius tribus fuiſſe conſcriptū, probabilius tn̄ cenſet,
ꝙ vnum duntaxat ædificauit altare ex duodecim lapidibus, atq; in ſingulis ſingula nomina
tribuū filioꝶ Iſrael ſcripſit. Nam & alia trāſlatio habet ſic, ꝙ ex duodecim lapidibus vnum
altare conſtructū ſit. Atq; in lib. Re. legit de Helia: Tulit duodecim lapides iuxta numeꝶ tri 3. Re. 18.
buum Iſrael, & ædificauit de lapidibus altare in nomine dn̄i. [Miſitq́; iuuenes de filijs Iſrael.]
Secūdum quoſdā, iuuenes illi fuerunt præfati duo filij Aaron, ſacerdotes futuri. Alij opinan-
tur, ꝙ fuerunt primogeniti principū Iſrael, quoniā primogeniti vſq; ad inſtitutionē ſacer-
dotij Leuitici, ſacerdotes fuerunt. Vnde ſubiungit: [& obtulerunt holocauſta] quæ ad diui-
næ maieſtatis honorē totaliter cōburebant. [immolaueruntq́; victimas pacificas dn̄o] pro
gratiaꝶ actione [vitulos duodecim,] ſ. vnum pro qualibet tribu, vel ſingulos vitulos pro tri
bubus ſingulis. Et ita ſecūdum iſtos, hi iuuenes tanq̄ ſacerdotes, ꝓ ſe dn̄o obtulerunt. Porro
Auguſtinus ſentire videt, ꝙ non ipſi immediate, ſed Moſes immolauit. Etenī ait: Notādum August.
ꝙ ſcriptura euidenter nunc dicit Moſen ſacrificaſſe, q̄d verius reor, ita ꝙ Moſes miſit illos ad
adducēdum ſibi materiā ſacrificioꝶ, & ꝙ ipſi per manus Moſis obtulerūt. At vero Lyra aſſe
rit in Hebræo haberi, vitulos, non vitulos duodecim: videturq́; ei, ꝙ fuerunt tm̄ vituli duo.
quod apparet nō eſſe veꝶ. Primo, qa ſic trāſlatio noſtra hoc loco eſſet nō vera. Secundo, qa
probabile eſt, ꝙ iuxta numeꝶ tribuum, fuerit numerus vituloꝶ. Tertio, qa & Lyra dicit, ꝙ
fuerunt duodecim iuuenes ſeu primogeniti duodecim principū. Vnde apparet, ꝙ vnuſqſq;
eoꝶ obtulit ſeu adduxit vnum vitulū. [Tulit itaq; Moſes dimidiā partē ſanguinis,] fuſi ex
immolatis vitulis, recepti in aliqua vaſa, [& miſit in crateras]. i. ſcyphos ſeu calices q̄ſdā, vel
vaſa viminea anſas habētia. [partē aūt] ſanguinis [reſiduā fudit ſup altare:] in ſignum, ꝙ ad
Dei honorē ſanguis ille fuit effuſus, vitulíq; oblati. [Aſſumensq́; volumē fœderis]. i. librum
legis, in quo verba Dei cōſcripſit, [legit audiēte populo] verba in libro deſcripta. [Qui dixe
runt: Omnia quę locutus eſt dn̄s, faciemus:] ſicut expoſitū eſt. [& erimus obedientes Deo ac
tibi. [Ille vero ſumptū ſanguinē] ex crateris, in qbus ſanguinē reſeruauit, vt faceret q̄d ſub-
ditur, [reſperſit in populum, & ait: Hic eſt ſanguis fœderis]. i. ſanguis deſignans pactū, [quod
pepigit]. i. inijt [dn̄s vobiſcum ſup cunctis ſermonibus his]. i. de oībus verbis atq; præceptis,
quæ vobis ex volumine legi. Etenī ſanguis ille fuit ſignū legis receptæ à populo, ac initi fœ-
deris inter Deum & plebem. Populus enī promiſit ſe dn̄o ſeruituꝶ ac obedituꝶ, Deus vero
promiſit populo, ſi hoc impleret, gratiā ſuā, multaq́; bona præcedēti capitulo ſcripta. Hinc &
lex vocat fœdus ſeu pactū, quia in ea continet hoc fœdus, atq; per dationē ac ſuſceptionem
nn 3 per-

percuſſum ſeu initum eſt hoc pactũ. Deniq; per ſanguinis adſperſionẽ deſignabat, ꝙ ſanguis
violantium pactum hoc, ſeu trãſgredientium legẽ Dei, eſſet fundẽdus. Vnde ad Hebræos ait
Apl's: Irritã qs faciẽs legẽ Dei, ſine vlla cõtradictiõe duobus aut tribus teſtib⁹ morit. [Aſſcen
Heb. 10. deruntq; Moſes & Aaron, Nadab & Abihu, & ſeptuaginta de ſenioribus Iſrael,] vſq; ad ter-
minos montis Sinai, vt dictũ eſt in principio expoſitiõis huius capituli. [& viderunt Deum
Iſrael.] Exteriori eñ viſu viderunt Deũ nõ in ſuæ inuiſibilis & incõprehẽſibilis Deitatis na
tura, ſed in forma quadã aſſumpta ſeu humana effigie, q̃d totũ miniſterio angeli in Dei pſo-
na apparẽtis, credit factum. Sic aũt Deũ vidẽdo, viderunt eũ interiori viſione per gratioſam
illuminationẽ & fidẽ, clarificatã maieſtatẽ ipſius aliqualiter contẽplãdo. [*Sub pedibus eius]
*Et ſub Ex q̃ elicit, ꝙ in forma humana apparuit, ad pfigurãdum ꝙ homo futurus erat. Itaq; ſub pe
dibus eius apparuit [q̃ſi opus lapidis ſapphirini] .i. ſimilitudo quædã ſapphiri, q eſt cæleſtis
coloris. idcirco ſubiungit: [& quaſi cælũ cum ſerenum eſt.] Hanc ſimilitudinẽ formauit in
aere angelus, & erat quaſi ſcabellum ſub pedibus apparentis, habens cæliformẽ claritatem
& ſapphirinum colorẽ cæleſtem: videbaturq; ex ſapphiro peracta. Habuit autẽ huiuſmodi
claritatem atq; colorẽ: primo, ad ſignificãdum puritatẽ & trãquillitatẽ Dei in ſemetipſo: ſe-
cundo, ad innuẽdum ꝙ populus Deum colens, debeat præ cæteris claritate virtutum ſplen-
dere, & conuerſationẽ in cælo habere. [Nec ſup eos qui procul receſſerãt de filijs Iſrael, miſit
manum ſuam.] Per miſſionem manus dñi ſuper quenquã, deſignatur hoc loco occultatio,
qua Deus alicui ſe abſcondit, ſeu non manifeſtat, ita ꝙ miſſio manus eius, eſt quaſi medium
quoddã occultãs vnum ab alio. Vnde infrà dñs loqtur Moſi, oſtenſionẽ diuini vultus peten-
Exo. 33. ti: Cumq; tranſibit gloria mea, ponã te in foramine petræ, & protegã te dextera mea donec
tranſeã: tollamq; manum meã, & videbis poſteriora mea &c. Sicq; loqtur ſcriptura de Deo,
quaſi de homine, q dum vult alicui ſe aut aliũ occultare, ponit manum ſuã ſup oculos illius.
Porro, p eos q de filijs Iſrael receſſerãt procul, intelligit populus q remãſit in caſtris, vel ſaltẽ
nõ aſſcenderũt cum Moſe & Aaron vſq; ad radices mõtis. Eſt itaq; ſenſus: Nec ſup eos &c.
Deus nõ occultauit ſe penitus à filijs Iſrael, q longe abierũt & mãſerunt à mõte, ita ꝙ & ipſi
viderunt maieſtatẽ Dei in pfato eius effectu ſeu ſimilitudine ſapphirina, vel alio modo. [vi-
deruntq; Deũ] ſecũdum modũ prædictũ, clarius tñ Moſes & exiſtentes cum ipſo, q̃ populus
delonge manens. Tamẽ vt fertur, Hebræi dicunt hãc eſſe literã verã: Nec ſuper dños filiorum
Iſrael miſit manum ſuã. i. Deus nõ abſcondit ſe à principibus tribuũ. ſicq; populus dominũ
non vidiſſet, ſed principes plebis. [& comederunt & biberunt]. i. cum ſpũali iucunditate epu
labantur poſt viſionem tam gratioſam, exhilarati de ea, quia non erat terribilis vt illa, qua
viderunt & audierunt Deum de medio ignis. Vnde per viſionem hanc hilarem Deus mon
ſtrauit, quàm gratum extitit ſibi quòd filij Iſrael legem ſic receperunt, & obedire ſunt pacti.
Conſequenter deſcribitur maior confirmatio & repetita ratificatio legis. [Dixit autem do-
minus ad Moſen: Aſſcende ad me in montem, & eſto ibi.] Quaſi dicat, multis diebus man-
ſurus es in ſuperioribus partibus montis. [daboq; tibi tabulas lapideas] duas, quas dicunt
Hebræi de ſapphiro effectas. [& legem, ac mandata quæ ſcripſi:] id eſt, legem & decem præce
pta moralia, quæ tibi oretenus dedi, daboq; tibi nunc ſcriptas in tabulis: in quibus dicitur
lex ſcripta fuiſſe, quia in eis ſcripta fuerunt decem principalia legis præcepta. ¶Præterea
tabulæ illæ per angelum, in Dei perſona apparentem atque loquentem, formatæ ſunt & in-
ſcriptæ: ideo digito Dei dicuntur mandata decem in eis conſcripta, & quòd dominus dixit:
Quæ ſcripſi, intelligi poteſt, quòd vel nunc ſcripta erant in tabulis, vel cito ſcribenda, quo-
niam in ſcripturis ſæpe loquitur Deus de futuris per modum præteriti, propter certitudi-
*filios nem veritatis. [vt doceas *eos] ſcilicet filios Iſrael, qui cum viderint mandata hæc tam ſo-
Iſrael lenniter ac deifice ſcripta in tabulis, plus attendere ea merito debent. [Surrexerunt Moſes &
Ioſue miniſter eius.] Ex hoc verbo elicit Gloſſa, ꝙ Ioſue interfuit his qui cum Moſe aſſcen-
derunt ad terminos montis: quod etiam Auguſtinus teſtatur, dicitq; ipſum Ioſue compræ-
henſum & intellectum ſub nomine Moſis, quoniam fuit ſpecialiſſimus & inſeparabilis eius
miniſter. Itaq; ſurrexerunt à terminis montis, vt aſſcenderent altius. Attamen quidam ait
quòd Ioſue iuit cum Moſe vſque ad terminos montis, & ibi fixit tabernaculum ad manen-
dum quouſq; rediret Moſes de cacumine montis, quod non videtur dictum idonee, iam eñ
Moſes fuit in terminis montis, quando dñs dixit iſta ad eũ, & Ioſue fuit ibi cũ eo ſecundum
Auguſtinũ ac alios. Idcirco magiſter in hiſtorijs ait: Moſes aſſumpto Ioſue, tãtum trãſiuit
terminos: iterumq; dimiſſo Ioſue, in quadã planitie mõtis, ſolus aſſcẽdit ad verticẽ. [Aſſcen
denſq; Moſes in mõtem Dei]. i. in ipſo procinctu ad aſſcẽdendum [ſenioribus ait: Expecta-
te hic.] Alia litera habet, in campeſtribus. Itaq; ſenſus eſt: Expectate in loco iſto, puta circa
terminos montis & in caſtris, [donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron & Hur vobiſcum.]
Quia Hur, vt dictũ eſt, creditur fuiſſe maritus Mariæ ſororis Moſis, fuitq; vnus ſeniorũ, & p-
ci-

cipuus inter eos. [Si qd natũ fuerit quæſtiõis]. i. aliq̃ grandis querela ſeu difficilis cauſa, quã
me præſente mihi proponeretis expediendam. [referetis ad eos]. i. eis determinandum ppo
netis, quia poſt me, ſapientia, ætate, authoritateq; præminent, & mihi nunc eos ſubſtituo ac
meos vicarios facio. Itaq; Moſes commiſit ſenioribus regimẽ populi in facilioribus cauſis:
Aaron vero & Hur, quaſi totius plebis ſenioribus præfecit. [Cumq; aſſcendiſſet Moſes] q̃ſi
ad montis cacumen, relicto Ioſue in præfata planitie, [operuit nubes montem, & habita-
uit gloria domini ſuper montem Sinai]. i. maieſtas Dei ſe manifeſtauit ibidẽ per effectum
præclarũ, videlicet per nubem & ignem, ſeu glorioſus Dei effectus apparuit ibi. [tegẽs illum
nube ſex diebus]. i. nubes tam diu operuit montem, nõ ꝙ poſtea cito receſſit, ſed præſentia
illa nubis per ſex dies exprimit, ad inſinuandũ ꝙ q̃diu Moſes fuit ibidem, anteq̃ vocaret ad
colloquendum cum dño in vertice montis. [Septimo aũt die vocauit *eum de medio caligi *cũ dñs
nis]. i. de medio nubis illius, quæ ex vna parte ſua erat caliginoſa, & in ea dñs morabat, ſicq;
ex ea vox Dei procedere ſentiebat, q̃d totum ſuprà cum ſuis rationibus magnis expoſitum
eſt. [Erat aũt ſpecies gloriæ dñi, q̃ſi ignis ardens ſup verticem montis, in cõſpectu filiorũ Iſra
el]. i. pfatus effectus glorioſiſſimi Dei, videlicet tota nubes illa cũ q̃litatibus ſuis, in vna par-
te ſui ſimilis fuit igni ſplendido ac ardenti, qm̃ in parte ſua ſuprema fuit clara & luminoſa,
ita ꝙ radij fulgidi videbantur ex ea in altum cõſcendere, q̃d filij Iſrael vndiq; cõſpexerunt. In
expoſitione q̃q; 19. viceſimiq; capituli patuit, ꝙ ſup montem apparuit vere ac fuit non ſolũ
nubes, ſed & maximus ignis, q videbatur ad cælum vſq; cõſcendere. [Ingreſſuſq; Moſes me- Exo. 19.
dium nebulæ]. i. in ipſam nubem denſiſſimam nebuloſam, [aſſcendit in montẽ]. i. in mõtis & 20.
cacumẽ, [& fuit ibi] cum dño ſine cibo & potu corporeo [quadraginta diebus] artificialibus,
[& quadraginta noctibus.] ad præfigurandum & cõſecrandum tẽpus abſtinentiæ quadrage
ſimalis. Confortabatur autem tam ſupnaturaliter & gratioſe intus à domino, ꝙ nõ indigu
it corporeo alimento. Sed & mens eius fuit tam intenſiſſime occupata circa diuina, ꝙ actio
naturalis caloris in humidum radicale, actioneſq; virium vegetatiuarum, remittebãtur in
eo q̃ maxime. Propter quod facilius caruit cibo, potuq;.

¶Spiritalis elucidatio eiuſdem cap. XXIIII. Arti. XLVII.

MOſi quoq; dixit. Per Moſen q̃cunq; prælatus excellens ſignificatur. Per Aaron, eiuſq;
filios ac ſeptuaginta ſeniores, intelliguntur inferiores prælati, ſibi inuicem condecen
ter ſubordinati. Itaq; per hoc ꝙ Moſes & Aaron eiuſq; filij & ſeptuaginta ſeniores
primo iubentur aſſcendere ad terminos montis, & ibi ad tempus manere in loco eodẽ & ſi-
tu æquali, datur intelligi, ꝙ prælati, quãtumlibet magni, debent ſe ſuis inferioribus ac ſubie
ctis in aliquibus humiliter cõformare, eoſdemq; actus virtutum cum illis peragere, atq; in-
ter eos libenter conſiſtere, ſicut ſuis diſcipulis dixit ſaluator: Ego in medio veſtrum ſum,
ſicut qui miniſtrat. Paulus quoq; apoſtolus: Paruuli, inqt, facti ſumus in medio veſtri. Præ- Lucæ 22.
ſidens igitur nunquam aſſumere cornua audeat, ſed quod eſt ſcriptum, impleat: Quãto ma- 1. Theſ. 2.
ior es, humilia te in omnibus. Et adorabitis procul. Quamuis Deus non longe ſit ab vnoquo Eccl. 3.
q; noſtrum, quia in ipſo viuimus, mouemur & ſumus: tamen in vita hac adoramus eum p- Acto. 17.
cul, tum quia ab eius perfectione infinite deficimus, tum quia à patria beatorũ, in qua ipſe
potiſſime eſt, longe diſtamus. propter quod vir ſanctus cum ſuſpirio exclamauit: Heu mi-
hi, quia incolatus meus prolongatus eſt: Tum quia magna obſcuritate inuoluitur omnis
actio, qua Deum nunc colimus, præſertim comparatione claritatis actuum, quibus in pa-
tria colitur Deus à ſanctis. Videmus nanq; per ſpeculum in ænigmate, & quaſi pannus men
ſtruatæ ſunt noſtræ iuſtitiæ. Iob quoq; triceſimoſexto aſſeritur: Omnes homines vident De
um, vnuſquiſq; intuetur procul. Soluſq; Moſes aſſcendet ad dominum. Prælatus quippe
quanto dignioris eſt authoritatis, tanto maioris debet eſſe perfectionis. Propter quod dicit
Gregorius: Prælatus ſit actione præcipuus, & præ cunctis contemplatione erectus. Solius
quoq; prælati eſt Deum accedere, tanquam qui mediator ſit inter Deum & creditum ſibi Gregor.
gregem. Et illi non appropinquabunt, nec populus aſſcẽdet cũ eo. Qui eñ nõdũ exercitati
ſunt in via purgatiua, in exercitijs vitæ actiuæ, in refrenationibus deſideriorum carnis ac
motuum animæ, ad actus viæ illuminatiuæ, ad contemplationis acumen nondum idonei
ſunt. Venit ergo Moſes, & narrauit plebi omnia verba domini. Sic prælatus & prædicator
debet omni tempore opportuno plebem accedere, & eam inſtruere de pertinentibus ad ſa-
lutem. Specialiſſime vero de his, quæ ipſa tenetur ſcire ſecundum exigentiam ſuæ vocatiõis,
& contra vitia quæ plus regnant in populo. Alioquin ignorãtia gregis & cætera vitia eius,
redundarent in negligentem paſtorem, ſeu prædicatorẽ inſulſum. Rñditq; cunctus populus
vna voce: Omnia verba dñi faciemus. Sic oĩs ſubditus debet verba prædicatiõis, inſtructio-
nis, ac correptiõis cũ omi affectu gratãter audire, humiliter rñdere, ac plenũ habere ppoſitũ
obediẽdi in oĩbus. Scripſit aũt Moſes vniuerſos ſermones dñi. Sic q̃cũq; ſupior debet ſe fru-

ctuoſe iugiter occupare,ſermones conſcribere,libros ſacros acq̃rere. Sapientiã enim omni
Ecci 39. um antiquoꝝ exq̃ret ſapiens.Et rurſus in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt:Sapientiã ſcribe in tem
Ecci 38. pore vacuitatis.Et mane conſurgens. Non enim debet qui præeſt, ſupfluum ſomnũ admit-
tere,aut torpori locũ pbere,ſed tanto ſolicitior ac vigilantior eſſe, quanto obligaẽ ad plura
ac altiora,quanto grauius ei inſtat iudiciũ, & q̃ pluribus præeſt. Aedificauit altare ad radi-
ces montis. Spũale altare eſt fides, ſine qua nil Deo acceptabiliter immolaẽ, ſeu charitas in
qua neceſſe eſt oĩa opa meritoria fieri.Hoc altare debet,qui præeſt, in cordib⁹ ſubditoꝝ con
ſtruere ad radices montis.i.in Chriſti humilitate ac fundamento.Miſitq́; iuuenes de filiis Iſ-
rael,& obtulerũt holocauſta & victimas.Per iuuenes Iſraelitas,intelligunẽ fideles omni vir
tutũ vigore florẽtes,agiles,& robuſti in gr̃a Dei.Tales ergo ſunt dirigẽdi ad orãdũ,ad ſacri-
ficandum,ad elaborandũ ꝓ alioꝝ reconciliatione atq; ſalute. Tulit itaq; Moſes dimidiã par
tem ſanguinis &c. Per hoc ideo pfiguratum eſt,ꝙ plati & ſacerdotes euãgelicæ legis cõſecra
tũ Chr̃i ſanguinẽ in calice ſuſcipiũt in altari.Interdũ etiã pplo in calicibus tradiderũt potã-
dũ,q̃uis hoc modo omiſſum ſit atq; ꝓhibitũ,ꝓpter periculũ effuſiõis vitandũ.¶Deniq; ſan-
Luce 22. guis Chr̃i vere eſt ſanguis fœderis,q̊d pepigit nobiſcũ,videlicet pactũ euãgelicæ legis,ſicut
in cœna cõſecrans dixit:Hic eſt calix ſanguinis mei noui & ęterni teſtamẽti. Aſcenderũtq́;
Moſes & Aaron &c.Sic dũ platus ac ſubditi ſpũaliter cõcorditerq́; ꝓficiunt,Deum contem-
plari merentur,ſub cuius pedibus vident q̃ſi opus lapidis ſapphirini, q̃a in infimis Dei effe-
ctibus intuentur relucentias quaſdã ſapientiæ,omnipotẽtiæ,bonitatiſq́; eius. Tũc q̃q; cõe-
dunt & bibũt panem vitæ & riuos ſapiẽtiæ,corpus & ſanguinem ſaluatoris,virtuoſiſq́; acti-
bus ac variis chariſmatibus ſpũs ſancti reficiuntur. Dixit autem dñs ad Moſen: Aſcende ad
me in montem,daboq́; tibi * duas tabulas lapideas &c.Sic vnuſquiſq; ſuperior ac prædica-
tor debet frequenter ad Deum conſcendere in montem, hoc eſt, in verticem intellectus, &
ad ſuperiores ſuæ animæ vires,abſtrahendo ſe à ſenſibilibus ac exterioribus rebus, ad vacan
dum Deo per mentis exceſſum,vt ſic inſtruatur à domino per vnctionẽ & illuminationem
diuinam,de vtriuſq; teſtamenti ſacris ſolidiſq́; ſcripturis, & iuxta illuſtrationem ſibi deſup
factam doceat plebem Dei,ex interiore feruore & efficacia vitæ loquendo. Aſcendẽſq́; Mo-
ſes in montem,ſenioribus ait:Expectate hic &c.Sic plane quando platus ex rationabili cau
ſa recedit ad tempus à grege ſibi commiſſo,debet eſſe ſolicitus, vt grex ille interim ſalubri-
ter gubernetur,& prouidere eidem de condigno vicario, cuſtodibuſq́; fidelibus, ſubditiſq́;
committere,ne interim inter ſe corrixentur, ſed cauſas & quæſtiones referant ad præpoſitũ
eis vicarium,aut alios ſuperiores,nec ab inuicem ſint diſcordes. Cæterorum ſpiritualis ex-
planatio innoteſcit ex dictis circa nonumdecimum,viceſimumq́; capitulum.

¶Elucidatio literalis capituli XXV. Locutus eſt dominus ad Moſen,dicens:
Loquere filiis Iſrael. Arti. XLVIII.

QVoniam filii Iſrael non erant iugiter circa montem Sinai permanſuri,ſed per loca di-
uerſa profecturi,præcepit dominus Moſi facere tabernaculũ, in quo ei poſt receſſum
à monte Sinai appareret ac loqueretur,quemadmodum interim in monte apparuit.
Nũc ergo deſcribitur,qualiter dominus tabernaculum fieri iuſſit. [Locutuſq́; eſt dominus
ad Moſen,dicens:Loquere filiis Iſrael,vt tollant mihi primitias.]hoc eſt,vt vnuſquiſq; eo-
rum ad gloriam meam apportet & conferat precioſiora quæq; ex quibuſdam rebus q̃s poſ
ſidet,ex quibus tanquam ex materiis conſtruendum eſt tabernaculum, vaſaq́; eius & cætera
ad ipſum ſpectantia. Vel vt tollant mihi primitias.i.ab aliis accipiant talia dona hi quibus
cõmitteẽ,vt colligãt & recipiãt ea ab offerẽtibus.[Ab omni hoĩe q̃ offert vltroneus ,accipie
tis eas].i.primitias illas ſeu dona pcipua leuabitis à cũctis Hebræis,q̃ ſpõte,nõ coacte,obtu-
lerint eas:q̃tenus tabernaculũ, in q̊ Deo ſpõte ac deuote ſeruiẽdum eſt, ædificeẽ ex materiis
precioſis ſpõte & deuote oblatis.Nec enĩ coacta ſeruitia cõplacent Deo.[Hæc ſunt aũt q̃ acci
pe debetis:]ab offerẽtibus tu ò Moſes,& q̊s loco tui cõſtitueris ad ſuſcipiẽdũ q̃ offerent: [Au
rũ & argentũ & æs,] q̊ꝝ vſus ad diuerſa neceſſari⁹ erit,vt infrà patebit: q̊d etiã infrà clarebit
de aliis materiis q̃ ſequunẽ.[hyacinthum & purpurã,coccũq́; bis tinctũ.] Quod Magiſter in
hiſtoriis ſic exponit.i.ſericam hyacinthini,purpurei,coccineiq́; coloris. Alii ſic,& ſatis redit
in idẽ:Hyacinthũ & purpurã.i.lanã & ſericũ coloris huiuſmodi:coccũq́; bis tinctũ.i.lanã ac
ſericũ rubei coloris,q̃ materia bis tingebaẽ,vt rubedo ei⁹ fieret maior.[& byſſum] hoc eſt,li
nũ molle & cãdidũ,q̊d in Aegypto potiſſime reperiẽ.[& pilos capraꝝ, & pelles arietũ rubri-
Ioſe.li.3. catas:]q̊ꝝ lana,ſecundũ Ioſephũ,fuit colore rubeo tincta,q̃ pelles Parthicę appellantur,q̃m
ant. iud. Parthi excogitauerũt eas ſic colorari,vt in Scholaſtica ferẽ hiſtoria. Quidã dicũt ꝙ erãt* fru
cap. 6. nitæ,& inde rubeæ erãt.[pelleſq́; hyacinthinas].i.hyacinthino perfuſas colore,qui colori aſ-
Euſebi⁹. ſimilatur ſapphiri. Porro aliq̃ dicunt in Hebræo haberi, pelleſq́; taxonũ: & ſecundum eos,
ſunt pelles animaliũ varios colores habentiũ.[& ligna ſethim.]Sethim q̃nq; ſignificat mon-
tem,aliquando regionem,interdum arborem,& ita nũc ſumiẽ.Eſtq́; lignũ illud imputribile,
incom-

incombuſtibile atq; leuiſſimum.Quod forſan in aliq̃bus eremi locis repererunt, aut ſecum R.Salo.
tulerunt,aut aliunde procurauerunt. Tamen circa hoc recitat Lyra hiſtoriam Rabbi Salo
monis,dicentis ꝙ Iacob patriarcha præcognouit in ſpiritu poſteros ſuos tabernaculum in
ſolitudine conſtructuros:ideo ipſe Aegyptum ingreſſurus,tulit illinc radices & ſemina ar-
boꝝ ſethim,plantauitq́; eadem in Aegypto,& filiis ſuis iuſſit,vt egredientes Aegyptũ,tolle
rent ligna hæc ſecum.Hoc forſitan fictitium poterit reputari,niſi aliunde teſtimonio fulcia
tur authentico.[Oleum ad luminaria cõcinnanda].i. paranda atq; fouenda ſeu cõponenda.
Cinnus nanq; eſt compoſitio quædam ex diuerſis mixturis.Inde diciẽ cõcinno.i.cõpono,ſe Strabus.
cundum Strabum. [aromata in vnguentũ].i.ad hoc vt ex eis fiant vnguenta & vnctiones ſa * thymi
cerdotum ac ſacroꝝ vaſoꝝ. [& * thymiama boni odoris]quod fiet ex aromatibus illis.[lapi amata
pides onychinos.]Onyx quippe precioſus eſt lapis.Inde dicũtur lapides onychini.[& gem-
mas ad ornandum ephot:]in q̃ erant duo onychini,[ac rationale.]in q̃ erant duodecim gem
mæ,quarum vna extitit onyx ſiue onychinus.Iſta infrà plenius exponentur: ideo non opor
tet hic immorari,neq; *pręcurrere.[Facientq́; mihi]filii Iſrael ſanctuarium].i.tabernaculũ,
quod recte ſanctuarium appellatur,quia tot ſancta continebãtur ac fiebant in eo, fuitq́; do
mus ac manſio ſancti ſanctorum. Propterea ſubditur:[Et habitabo in medio eorum].i.in
tabernaculo iſto,quod ſecum portabũt,& inter eos manebit. Habitauit quoq; Deus in me-
dio eorum,puta in cordibus ſibi placentium.[iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi q̊d
oſtendam tibi,& omnium vaſoꝝ in cultum eius].i.tabernaculum iſtud & vaſa eius fient iu
xta formam ſeu ſimilitudinem eorundem,quam tibi in hoc monte monſtrabo,ſiue ꝑ ima-
ginariam viſionem,vt aliqui dicunt,ſiue ad oculũ per deſcriptionem in materia quadã,ſic-
ut Ezechiel deſcripſit & pinxit Hieruſalem. Iſtud dñs exprimit,primo in gñali,infrà aũt in Ezec.18.
ſpeciali, q̃ & qualiter facient iſta.[Sicq́; facietis illud]vtpote tabernaculũ, & quæ ſpectabũt
ad illud.[Arcam de lignis ſethim compingite].i.formate.incipit aũt Moſes deſcriptionem
in ſpeciali ab his quę fuerũt in tabernaculo,q̊ꝝ vnũ extitit arca.Deinde de tabernaculo ipſo.
Tertio autem de atrio eius,iuxta ordinem collocationis. Nam poſt deportationem primo
collocabant arcam,vbi tabernaculum erat figendum. Ioſephus vero recitat econuerſo, vi-
delicet ſecundum ordinem compoſitionis,quoniam primo factum eſt atrium,deinde taber
naculum,tertio quæ erant in eo. Veruntamen aliqui dicũt,Ioſephum ſeq̃ ordinem colloca Ioſe.li.3.
tionis,Moſen vero ordinẽ compoſitionis. [cuius longitudo habeat duos & ſemis cubitos] ant. iud.
id eſt,duos cubitos ac medium.[latitudo cubitũ]vnum[& dimidium. Altitudo cubitũ ſimi- cap.7.
liter ac ſemiſſem].i.vnum cubitũ cum dimidio,ita ꝙ à fundo arcę vſq; ad ſummum eius,fu
it ſpatium vnius cubiti atq; dimidii.¶Circa hæc ſcribit venerabilis Beda:Quęriẽ,cuius quã- Beda.
titatis ſit cubitus iſte. Et rñdet ex Ioſepho, ꝙ duos palmos contineat. Vnde in Scholaſtica Idẽ vbi
fertur hiſtoria,ꝙ Moſes nunc loq̃tur de cubito humano,q̃ continet pedem cum medio,non ſupra.
de cubito geometrico, q̃ maior eſt* multum. [Et deaurabis eam auro mundiſſimo intus Euſebi.
& foris].i.aureis laminis eã operies ac ornabis ꝑ totum,intrinſecus atq; forinſecus.[facieſq́;
ſuprà].i.in ſuperiori parte arcæ, [coronã auream per circuitum] arcæ, in parte eius pdicta.
Deniq;,ſicut arca non erat rotunda, ſed quadrata,facta inſtar ſcrinii ſine pedibus:ita & iſta
corona,quadrata extitit,nõ rotunda,facta ad modũ oris ſeu labii, ſicut in menſis & ſchaca-
riis fieri ſolet:& eleuata fuit ſup aureum operculũ arcæ,per ſpatiũ circiter triũ digitoꝝ.Et vo
caẽ corona,q̃a per totũ arcæ gyꝝ quadratũ extendebaẽ,quemadmodũ corona rotunda am-
bit caput.[Et q̃tuor circulos].i.annulos [aureos,q̊s pones ꝑ quatuor arcæ angulos:duo circu
li ſint in latere vno,& duo in altero.]Erant in arca bini circuli,per vtrũq; latus longitudi-
nis eius,totum lignũ arcæ penetrantes. Erantq́; duo circuli in parte arcæ anteriori,& duo in
parte poſteriori,q̃ quatuor annuli,erãt q̃ſi immobiliter arcæ infixi.[facieſq́; vectes de lignis
ſethim,& operies eos auro].i.aureis laminis.[Inducesq́;]ipſos vectes [per circulos qui ſunt
in arcæ lateribus,vt portetur in eis.] Facti ſunt itaq; ibi duo vectes deaurati, quorum vnus
ducebatur per duos circulos ex vno latere arcæ, ſecundũ longitudinem eius:alter, per alios
duos annulos ab alio latere arcæ per lõgitudinem eius.Siq̃dem circuli erant verſus ſuperio
rem arcæ partem ſub eius corona,vt Ioſephus ſentit.Quidam tamen imaginantur ꝙ vectes
pergebant ſecundum longitudinem arcæ.Quatuor vero ſacerdotes portabant arcam & cõ-
tenta in ea ſuper humeros ſuos,per vectes, duo ante, & duo retro, quando caſtra mutabant
loca. [Qui] vectes [ſemper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis. Vectes nan-
q; ſemel ꝑ circulos poſiti,non extrahebantur de cætero,niſi forte ad reparandum aliq̃d in eis
confractum. Vectes aũt aliarum reꝝ deportandaꝝ extrahebanẽ de circulis,deportatiõe iam
facta.Poneſq́; in arca teſtificationem quã dabo tibi].i.tabulas teſtamẽti,videlicet duas tabu
las, in q̃bus decẽ mandata erãt digito Dei ſcripta,in teſtimoniũ ꝙ filii Iſrael legẽ acceperũt à
dño.Nihilominus,vt ait Petrus Comeſtor,cuncta in arca repoſita,dici poſſunt in teſtificatio Hebr.9.
nem ibi locata.Nã poſita eſt ibi vrna aurea plena manna,in ꝓteſtationem ꝙ pane illo cæleſti Exo.16.
aliti

aliti erãt à dño in deſerto. Tabulæ q̊q;, in teſtimoniũ ꝙ dñs legẽ naturalẽ, in cordib⁹ hoĩm q̃-
Exod. 4. ſi ſopitã, reparauit eis in ſcriptis. Virga Aaron, in teſtimoniũ ꝙ electus fuit à Deo in præſu
Rom. 13. lẽ, atq; ꝙ oĩs poteſtas à Deo ſit. Deuteronomiũ q̊q; legis, in teſtimoniũ pacti, quo dixerunt:
Exo. 19. Omnia quæ locutus eſt dominus, faciemus. Vnde & in Deuteronomio Moſes ait Leuitis:
Deu. 24. Tollite librũ hunc, & ponite eũ in latere arcæ fœderis, vt ſit ibi cõtra te in teſtimoniũ. Hinc
arca iſta, vocata eſt arca teſtamẽti ſeu teſtimonij. Ob hoc etiã tabernaculũ teſtimonij dictũ
eſt. Et item idcirco, qm̃ cauſæ agebant ante fores ipſius, puta in porticu. [Facies & propicia
torium de auro mundiſſimo. Duos cubitos & dimidiũ tenebit lõgitudo eius, & cubitum ac
ſemiſſem].i. cubitum vnũ cum medio habébit[latitudo]eius. Ex quo conſtat, ꝙ ꝓpiciatoriũ
erat tantæ longitudinis ac latitudinis, ſicut arca. De ſpiſſitudine vero ſeu altitudine ꝓpicia-
torij, textus non loqtur. Hoc ꝓpiciatorium qdam dicunt fuiſſe opertorium arcæ: alij, ꝙ fu-
it aurea menſa, ſeu tabula altius poſita, & ſup arcã leuata, ac ſuſtẽtata ſeu tenta à Cherubim
duobus in extremitatib⁹ eius, ita ꝙ tabula illa erat q̃ſi ſedile Dei, & opculum arcæ q̃ſi ſcabel
lũ ipſius. ¶ Porro q dicunt ꝓpiciatoriũ fuiſſe contiguũ arcæ & eius opculum, dicunt optori
ũm illud fuiſſe Dei ſedile, pauimentũ vero tabernaculi, ſitũ ante arcã, fuiſſe ſcabellum ipſius.
[Duos q̊q; Cherubim aureos & ꝓductiles facies] ꝑ manus artificũ [ex vtraq; parte oraculi.]
Cherubim illi nõ erant fuſi, ſed ꝑcuſſionibus malleoꝝ ad formã ſuã producti: q̊ꝝ vnus ſte-
tit in vna extremitate oraculi ſeu ꝓpiciatorij, alter in altera, ſeu ex vtraq; parte oraculi, pu-
ta in duobus anteriorib⁹ angulis eius, q introeũtibus illud erãt anteriores. ideo ſubdit: [Che
rub vnus ſit in latere vno, & alter in altero. Vtrũq; latus ꝓpiciatorij tegãt, expãdẽtes alas, &
operiẽtes oraculũ.] Hi duo Cherubim expandebãt alas ſuas ita, ꝙ alæ eoꝝ ſeinuicẽ cõtinge
bãt: ſic'q; alæ eoꝝ nõ erãt extẽtæ ꝓrſus directe in altũ, ſed oblique, & ꝑ hoc opiebãt q̊dãmo
do ipſum oraculũ, & latus eius vtrũq;. [Reſpiciãt'q; ſe mutuo verſis vultibus in ꝓpiciatoriũ.]
Per q̊d patet, ꝙ reſpexerũt ſe inuicẽ nõ directe, ſeu penitus ex aduerſo, ſed ſuas facies ad ora-
culũ, diuertebant aliquantulũ ad latus. [Quo] ꝓpiciatorio ſeu oraculo [operienda eſt arca.]
Quod q̃liter dupliciter exponaſ, iam claruit. [In q̃ pones teſtimonium quod dabo tibi.] Hoc
eſt q̊d pauloante iam dictum atq; expoſitum eſt: Pones'q; in arca teſtificationem, quam da-
bo tibi. [Inde].i. de ꝓpiciatorio [ꝑcipiam & loq̃r ad te, ſupra ꝓpiciatoriũ arcæ] ſ. q̊d iuxta ꝑ-
habita, fuit q̃ſi thronus Dei ſup illud ſedẽtis, & inde dedit rñſa ꝑcepta'q; Moſi. [ac de medio
duorum Cherubim,] qui ſtabant ex vtraq; parte arcæ, ita ꝙ dominus inter Cherubim reſi-
debat, [qui erant ſuper arcam teſtimonij.] Vel quia Cherubim ſtabant ſuper operculum ar-
cæ, ſecundũ vnam opinionem: vel q̃uis ſtarent ſuper pauimentũ tabernaculi in extremitati
bus arcæ, tñ eminebãt ſupra arcã, & altiores ea fuerũt. Itaq; inde loquar ad te, [cuncta'q; mã-
dabo ꝑ te filijs Iſraël.] Hinc nanq; vocabaſ oraculum, qa dñs inde proferebat eloqa ſua: q̃ di
cunſ oracula, qa orationibus impetrantur, atq; orantibus dantur. Dicebatur q̊q; propicia-
torium, qm̃ dominus inde ſuam propiciationem Moſi manifeſtauit, pietatis rñſa dedit, &
gr̃am fudit. ¶ Quæriſ, cuius figuræ fuerunt Cherubim illi. Dicũt aliq ꝙ inſtar pulchroꝝ pue
roꝝ ſeu iuuenum erant diſpoſiti. Ioſephus vero ait, ꝙ erant formati inſtar auium ab hoĩbus
Ioſe. li. 3. nunq̃ viſaꝝ, q̃s Moſes dixit ſibi oſtenſas in ſede Dei per viſionem, qua imaginarie vidit De
An. Iud. um q̃ſi in ſolio quodam ſedentem. [Facies & menſam de lignis ſethim.] Iſta fuit menſa ꝓpo
cap. 8. ſitiõis, nõ aurea mẽſa, q̃ fuit oraculũ. Nã ſubdiſ, de lignis ſethim. [habentẽ duos cubitos lon
gitudinis, & in latitudine cubitũ] vnũ, [& in altitudine cubitũ ac ſemiſſem:] ita ꝙ diſtabat à
terra ꝑ ſpatiũ vnius cubiti atq; dimidij. Habuit em̃ q̃tuor pedes, per q̊s eleuabaſ à terra tã al
te, videlicet ꝑ tres palmos. De ſpiſſitudine aũt huius mẽſæ nõ loqtur litera, ſed aliq opinanſ,
ꝙ fuerat q̃tuor digitoꝝ. [& inaurabis eã auro puriſſimo].i. aureis laminis vtraq; ſupꝑficiem
eius opies, immo & pedes ipſius. [facies'q; illi] videlicet mẽſæ, [labiũ aureũ ꝑ circuitũ] mẽſę to
Ioſe. li. 3. tius, q̃ ſecũdũ Ioſephũ erat ꝓxime delphica. i. fere rotũda. At ṽo labiũ iſtud dr̃ fuiſſe aurea la
ant. iud. mina lata, affixa ſpiſſitudini mẽſæ ꝑ gyꝝ, queãdmodũ fieri cõſueuit in ſchacarijs, q̃ ex vtraq;
cap. 9. parte labiũ habẽt. [& ipſi labio] facies & affiges [coronã interraſilẽ, altã q̃tuor digitis.] Cuius
coronæ vna pars ſup mẽſam eminebat, ne poſita ſup eã, deciderẽt: alia pars eiuſdẽ, pẽdebat
inferius ad mẽſæ decorẽ, ſecundũ q̊ſdã. Corona hęc interraſilis appellaſ, q̃ſi reticulata, ſeu in-
ſtar retis facta, vtpote interpolata cælaturis, ac plana. Opus em̃ interraſile diciſ, quod habet
quaſdam ſculpturas, & ſpatia intermedia plana, quaſi raſa. [Et ſuper illam] coronam, facies
& affiges [alteram coronã aureolam.] Iſta, vt ex nomine aureolæ trahitur, fuit minor, q̃ alia
illa corona: neſcituſ tamẽ, quantũ vel qualiter ſuperpoſita fuit, & vtrum plana ſeu interraſi
lis fuit. Porro, ſecũdum Hebræos, cælaturæ prioris coronæ, erant q̃ſi imagines regũ Iuda, &
tot fuerunt, q̊t fuerunt reges à Dauid vſq; ad Sedechiam. Coronam autem aureolam dicunt
prophetice additam, ad ꝑfigurandum diuiſionem regni Iſraelitici in duo regna, ita ꝙ coro
na aureola deſignauit regnũ decẽ tribuũ: q̊d fuit ſuperius regno Iudæ, quãtum ad hoc ꝙ po-
puloſius fuit: ſed regnũ Iuda fuit dignius illo, idcirco ſignatũ eſt ꝑ priorẽ ac maiorẽ coronã.
Præ-

Præterea aliq dicunt, ꝙ labium illud ſeu lamina illa aurea, fuit duodecim cubitoꝝ in latitu
dine, ita ꝙ pars eius affixa ſpiſſitudini mẽſæ, fuit in latitudine, q̃tuor digitoꝝ: pars aũt eius
eminẽs mẽſæ, etiã tantæ latitudinis fuit: & ꝙ pars illa, voceſ corona aureola. Partẽ q̊q; labij
ſub mẽſa deſcendentẽ, dicũt cõtinuiſſe reliq̊s q̃tuor latitudinis digitos, quã vocãt coronã au
reolã. Sed iſtud non videſ textui cõſonare nec veritati: qa iuxta hoc dictum, labium illud &
vtraq; corona, fuiſſent vnũ corpus cõtinuum, nec corona aureola fuiſſet minor q̃ aurea: ſic'q;
labio nõ fuiſſet aurea corona affixa, nec aureola fuiſſet facta immediate ſup aureã: immo in-
ter eas mediaſſet latitudo quatuor digitoꝝ, ſculptura q̊q; ſolum fuiſſet in parte quæ erat ſub
menſa. [Quatuor q̊q; circulos aureos ꝑparabis, & pones eos in q̃tuor angulis eiuſdem men
ſæ ꝑ ſingulos* pedes.] In q̊libet etenim pede menſæ, fuit anulus vnus immobiliter ibi fixus *pedes
in medio pedis in quo erat parua cõcauitas, per quam anulus fuit immiſſus. [Subter coronã eius.
erunt circuli] aurei. nam erant verſus ſuperiores pedũ partes, modicũ ſub inferiori corona.
[vt mittanſ vectes ꝑ eos, & poſſit mẽſa portari.] q̃ portabaſ ꝑ duos vectes. Vnus etenim ve-
ctis ꝑ duos anulos ponebaſ. [Ipſos quoq; vectes facies de lignis ſethim, & circundabis] eos
[auro ad ſubuehendam menſam:] qñ caſtra pergebant ad alia loca. Sequitur de q̃tuor generi
bus vaſoꝝ. [Parabis & acetabula].i. vaſa, in quibus examinabatur ꝑ guſtum ipſum acetum,
an eſſet aptũ adhiberi in ſacrificio Dei. Sed qm̃ nunq̃ aut raro de oblatione aceti fit mentio,
alij legũt acceptabula, q̃ dicunt fuiſſe vaſa, in qbus examinabãtur materiæ ſacrificiorum, an
eſſent aptæ atq; idoneæ, vt ex eis fierent Deo oblationes acceptę, videlicet ſimila & incẽſum.
[ac phialas:] in quibus præcõſiderabatur vinũ, quod examinatur non ſolum guſtu, ſed & vi-
ſu, conſiderando eius colorem. Fertur ꝙ phialæ erãt vitreæ, vnde & à* philen Græce, quod
dicitur vitrum Latine, nomen ſumpſerunt: erant'q; in fundo anguſtæ, & ſuperius latæ. [Thu
ribula:] in qbus thus præuidebatur & offerebatur: erant'q; duo thuribula, in quibus poneba
tur incenſum ſuper panes propoſitionis: vnum incẽſum in vno thuribulo ſup ſex panes, ali
ud ſuper alios ſex. [& cyathos:] q erant minores anguſtiores'q; phialis, cum quibus cyathis
vinum fundebaſ ſuper altare pro hoſtiæ libamento, vel (vt aliqui dicunt) in cyathis oleum
fundebaſ. [in qbus offerenda ſunt libamina:] qa de his quæ offerenda erant, ſacerdotes pri-
mo portiũculas accepunt, & poſuerũt in vaſis ꝑdictis ad ꝑguſtandum, libando, i. paꝝ guſtan
do de ſingulis. Quæ libamina ſeu portiunculas, dicit ſanctus Moſes offerenda, i. de offerẽdis
ſumenda. Vel ideo dicit, in quibus offerenda ſunt libamina, qm̃ filij Iſrael primo obtulerunt
ſacerdotibus portiunculas illas in vaſis præfatis, ad examinandum ea modo præfato. [ex au
ro puriſſimo:] quia ex auro puriſſimo facta ſunt vaſa hæc, phialis demptis, vt dicunt. [Et po
nes ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemꝑ].i. in omni tempore oppor
tuno. De his panibus in Leuitico plenius continetur. Erant aũt duodecim, de ſimila, valde
mundi, q in die ſabbati mane ponebantur recentes & calidi ſuper menſam, manſerunt'q; ibi
vſq; ad mane ſabbati ſubſequentis, & tunc tollebantur, & à ſolis ſacerdotibus edebantur.
At alij panes totidem ponebantur ibidem. Ponebantur aũt in mẽſa altrinſecus, ſ. vnus con-
tra alium. Et dicebãtur panes propoſitionis, qm̃ coram domino ſic diſponebãtur in memo
riam duodecim tribuũ Iſrael ſempiternam. Hinc & menſa in q̃ taliter ponebãtur, menſa ꝓ-
poſitionis vocata eſt. Porro panes illos quidã dicunt fuiſſe figuræ quadratæ, parte altera lon
giori. Alij ferunt, ꝙ erãt rotundi. ¶ Seqtur de materia, formatione, figura, & ornatu candela
bri. [Facies & cãdelabrũ ductile de auro mundiſſimo.] Ex hoc videtur, ꝙ candelabrũ factũ
ſit nõ opere fuſorio, ſed tuſiõibus malleoꝝ: ꝙ item eius materia, ex q̃ fuit, puriſſimũ aurum
extitit. Cui contrariari videtur, quod Ioſephus aſſerit, ꝙ cãdelabrum fuſile fuit. Qui etiã ſen Ioſe. li. 3.
tire videtur, ꝙ cãdelabrum fuerit ferreum, q̊d & Magiſter in hiſtorijs ſeqtur, vt apparet. Ad ant. iud.
hæc quidã reſpondent, ꝙ cãdelabrum non erat fuſile, quãtum ad haſtile & brachia eius, ſed cap. 10.
q̃ ad ſcyphos, calamos, ſphærulas ac lilia: quod non videſ poſſe ſaluari, qa vt infrà patebit, in
litera huius capituli habetur oppoſitum. Magiſter quoq; in hiſtorijs proteſtatur, ꝙ haſtile
cãdelabri baſi infixum, ferreum fuit, ſuperueſtitum laminis vel calamis aureis geniculatis. i.
nodoſis, & idẽ dicit de brachijs cãdelabri. Cętera vero q̃ erãt in eo, fuerũt de auro puriſſimo,
vt infrà clare habetur. Iſtud autem, ꝙ haſtile & brachia cãdelabri fuerint ferrea, auro veſtita, Idem.
diciſ ſaluãdo Ioſephum, dicẽtem ꝙ cãdelabrum fuſile fuit. Sed melius atq; ſecurius poteſt di
ci, ꝙ totum cãdelabrum fuit ex auro puriſſimo ac ductile. [Haſtile].i. ſtipitem [eius] tenden
tem directe in altũ, [& calamos, ſcyphos & ſphærulas, ac lilia ex ipſo ꝓcedentia] Omnia, in-
quã, hæc facies. Calamus pro cãna nunc accipitur, ſcyphus pro vaſculo: tamen nũc ſumitur
q̃ſi pro duobus ſimul iunctis, vel pro vno cum ſuo operculo, qui inſtar nucis ſe habet. Sphæ-
rula dicitur parua ſphæra ſeu circulus, vel parua rotunditas volubilis, prout fieri ſolet in ca-
thedris & in arcis. Lilia vero ſunt flores recurui ac noti. ¶ Deinde exprimitur qualiter iſta
prodierunt ex haſtili. [Sex calami egredientur de lateribus] haſtilis candelabri. [Tres ex vno
latere, & tres ex altero. Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per calamos ſingulos]. i. in quo-
libet

libet ſex calamoꝝ erunt tres ſcyphi.[ſphærulæq́ſimul & lilia:]hoc eſt,ſphærulæ lilijs iūctæ
totidem,ita ꝙ inter duos ſcyphos erat ſphærula vna,vnumq́ lilium.[& tres ſimiliter ſcyphi
inſtar nucis in calamo altero,ſphærulaq́ ſimul & lilia.Hoc erit opus ſex calamoꝝ,qui pro-
ducendi ſunt de haſtili].i.p̄fati ſex calami,qui ex vtroq; latere haſtilis egredientur,fient,at-
q; diſpoſiti ac ornati erunt,vt dictum eſt.[In ipſo autē candelabro erunt quatuor ſcyphi in
nucis modum:]Per candelabrum intelligit nunc ipſum eius haſtile, quod fuit principalior
pars candelabri,in q̊ haſtili erant quatuor ſcyphi.[ſphærulæq́]erunt[per ſingulos]ſcyphos
[& lilia] ſicut expoſitum eſt. [Sphærulæ ſub duobus calamis per tria loca].i. duæ ſphærulæ
erunt ſub duobus calamis egredientibus de haſtili, & hoc ita habebit ſe per tria loca,cum
ſint ſex calami, qui faciunt tria paria calamoꝝ, ſub quoꝝ parium vnoquoq; duæ ſunt ſphę
rulæ,ſeu vnum par ſphærulaꝝ.Ideo ſubdit:[Qui]ſ.calami [ſimul ſex fiunt,] hoc eſt, tot ha-
bentur.[procedentes de haſtili vno].i.de ipſo ſtipite candelabri per modum præhabitū.[Et
ſphærulæ igitur, & calami ex ipſo erunt,]hoc eſt, ex haſtili ꝓcedent [vniuerſa ductilia de au
ro puriſſimo.Facies & lucernas ſeptem]quæ aureæ erant,[& pones eas ſuper candelabrum:]
ita ꝙ in ſummitate cuiuslibet calami,ponebat̄ vna lucerna ſupra ſupremum ſcyphum ſeu
caput calami,q ſcyphus erat ſedes lucernæ:vna q̊q; lucerna ſtabat in ſummitate haſtilis can
delabri.[vt luceant ex aduerſo.]Vno enim ex latere haſtilis procedebant tres calami,proce-
dētes in altum non recte,ſed oblique,quouſq; ptingebant ad altitudinem ipſius haſtilis.Si-
militer procedebant tres calami ex alia parte haſtilis ſeu ſtipitis, ſicq́ tres flammæ trium lu
cernaꝝ vnius partis ac lateris,reſpiciebāt ex aduerſo flāmas aliaꝝ trium lucernaꝝ.]Emun-
ctoria quoq;,]hoc eſt,inſtrumenta ſeu forcipes facta ad emungendum & extinguendū lici-
nia lucernaꝝ ſeu lampadum.[& vbi ea quæ emuncta ſunt,extinguant̄:]videlicet,vaſa in q
bus ponebatur aqua,vt in ea extinguerent̄ partes illę lychni combuſtæ,ne malū odorem aut
fumum cauſarent,quæ vaſa,extinctoria vocabant̄. [fient de auro puriſſimo.] Erant q̊q; ibi-
dem ſeptem infuſoria,ſ.aurea vaſcula,qbus oleum lucernis,hoc eſt, lampadibus infundeba
tur. Quot aūt ibi fuerunt emunctoria,& quot extinctoria,textus non exprimit: ſed reputat̄
probabile,ꝙ tot,quot & infuſoria ſeu lucernæ.[Omne pondus cādelabri cum vniuerſis va-
ſis ſuis].i.inſtrumentis attinentijsq́ præfatis,[habebit talētum auri puriſſimi.]Circa hoc in
Euſebi⁹. Scholaſtica hiſtoria dicit:Tria habebant talenta:Minus ſeu minimū,habebat qnquaginta
libras,quod fuit inſtitoꝝ:medium ſeptuaginta,quod fuit ciuium:maximū,centum vigin-
ti,quod erat ſanctuarij:& ita habebat talentum auri ad pondus ſanctuarij.Lyra quoq; circa
R.Salo. hoc ſcribit:In Hebræo habetur, centenarium auri, & Rabbi Salomon dicit, quōd erat cen-
tum viginti librarum, ſecundum pondus Colonienſe.Sed quoniam pondera multum vari
antur per regiones & tempora, aliqui dicunt ꝙ determinate & certe ſcire non poſſumus,
quantum fuerit pondus auri illius, quanuis conſtet quōd extitit valde magnum, præſertim
ſi & haſtile ac brachia ſeu calami ſex erant de auro,vt litera videtur prætendere.[Inſpice, &
fac]id eſt, arcam & cætera iam prædicta fac fieri,[ſecundum exemplar,quod tibi in monte
monſtratum eſt.]quod ego nunc tibi demonſtraui, & menti tuæ tam memoriter ac com-
plete impreſſi,vt nihil huius oſtenſionis obliuiſcaris.

¶De ſpirituali,myſtico atq; multiplici intellectu huius cap.25. Arti.50.

DE ſpūali ac myſtico,immo ac multiplici intellectu huius capituli,& capituloꝝ ſequen
tium,à ſanctis patribus doctoribusq́ catholicis,tot & tanta ſunt ſcripta,vt non videat̄
neceſſarium immorari huiuſmodi expoſitionibus in hoc loco:ideo non niſi perpau
ca tangere atq; perſtringere nunc intendo. Locutus eſt dominus ad Moſen: Loquere filijs
Iſrael,vt tollant mihi primitias.Per Moſen legislatorē Iudæoꝝ, intelligit Chriſtus legisla-
tor Chriſtianoꝝ,Chriſtiani quoq;,q Deum per fidem & ſapientiam cōtemplantur,per fili-
os Iſrael deſignant̄.Itaq; Chriſtianis præcipit Chriſt⁹, vt tollant primitias domino,hoc eſt,
Deo plene attribuant,deuote aſſcribant,& eius mancipēt venerationi ac cultui, qcquid p̄-
ſtantius eſt in eis,tam de donis naturæ,q̄ de chariſmatibus gratiæ,de bonis quoq; fortunę,&
de habitibus acqſitis,& de omni actiōe virtuoſa ac meritoria.Omnia qppe iſta à Deo ſunt,
& de ipſis,ac in ipſis,atq; per ipſa honorandus,amandus,colendus eſt Deus. ¶Deniq; Deus,
ad literam,iuſſit ſibi offerri primitias,q̄niam iuſtum decentiſſimūq́ cōſiſtit,vt de omni ſpe
cie ac natura offerantur ei præcipua,tum ꝓpter reuerentiam maieſtatis diuinæ prorſus im-
menſæ,tum in recognitionem liberalitatis ac beneficioꝝ ipſius,tum vt debitum gratitudi
nis impleamus,& gratum ac ſanctum Abel,q obtulit meliora, nō ingratum ac impiū Cain,
q immolauit peiora,ſequamur.Ab omni hoīe q offert vltroneus,accipietis eas. Hoc eſt q̊d
2.Cor.9. ait Apl'us:Non ex triſtitia aut neceſſitate,hilarem em̄ datorem diligit Deus. Itaq; cum omi
alacritate & agilitate virtutum offeramus,miniſtremusq́ Deo,recognoſcentes, ꝙ nihil con
dignum ei repēdere valeamus.Immo cum oīa nobis pręcepta impleuerimus,ex vera humi
Lucę 17. litate dicamus:Serui inutiles ſumus:q̊d debuimus facere,fecimus. Nā & merita noſtra,Dei
ſunt

ſunt dona.Quid em̄ habes quod nō accepiſti? Hæc ſunt aūt quæ accipere debetis:aurum,ar
gentum,æs. Per auꝝ intelligit̄ fides,quæ ꝑ dilectiōem operat̄,quæ grata eſt Deo,& ſpirita- 1.Cor.4.
lis ædificij fundamentū cōſiſtit.Vel auꝝ iſtud eſt precioſiſſima charitas,de qua in Apoc.dn̄s
loquit̄:Suadeo tibi emere auꝝ ignitum,ꝓbatum,vt locuples fias.Quod ſuīpſius humili reſi Apoc.3.
gnatōe,vera obeditione,oratione aſſidua emitur. Auro q̊q; donum ſapīæ ſplendēs atq; præ-
nobile denotat̄. Per argentum ſermo diuinus, donū ſciētiæ, prudētia in rebus humanis dat̄
intelligi.Per æs,patiētia in aduerſis,virtus cōſtantiæ,fortitudo animi rite accipit̄.Hyacinthū
& purpurā,coccūq́ bis tinctum & byſſum.Per hyacinthū,qui aerei & cæleſtis perhibet̄ co
loris,ſignificat̄ ſpes regni cæleſtis, cōuerſatio pura ac cæliformis. Per purpurā, quæ regū eſt
veſtis,inceſſus ꝑ regiā viam, nō declinādo ad dexterā vel ſiniſtrā, hoc eſt, ad aliquā vitioſam
extremitatē.Purpura q̊q; quæ rubei eſt coloris,martyriū ſignat. Per coccū bis tinctū cōuer
ſatio aliquid habēs de ꝑfectione vitæ cōtemplatiuæ,& aliquid de eminētia vitę actiuæ,qua-
lis potiſſimū eſſe debet prælatoꝝ vita,exprimit̄. Per byſſum,caſtitas corporis,puritas mētis,
cōſcientiæ nitor.Pilos capraꝝ,pelles arietum rubricatas,pellesq́ hyacinthinas.Per pilos ca
praꝝ, veſtis pœnitentialis ſeu aſperitas vitæ: ꝑ pelles arietū rubricatas, exterior apparatus
exemplaris,honeſtus,ſeu imitatio paſſionis dominicę:per pelles hyacinthinas, reſplendētia
interioris puritatis foris apparēs,intelligunt̄. Per ligna ſethim.i.incorrupta & integra cor-
da.Oleū ad luminaria cōcinnanda.i.opa pietatis ad alioꝝ ædificationem,ac ꝓpriaꝝ virtutū Pſal.140
fomentū ſeu cōſeruationē.Aromata.i.virtuoſæ famæ odorē.Vnguentū.i.deuotionis dulce-
dinē.Et thymiama boni odoris.i.oratiōem feruentē, q̄ dirigat̄ ad Deū ſicut incenſum. Vnde Apoc.8.
in Apoc.Aſſcendit fumus aromatū de orationibus ſanctoꝝ ante conſpectum Dei. Lapides
onychinos.i. robuſta fidei argumēta, & gēmas.i. virtutes cardinales pręclaras ac lucidas,ad
ornandū ephot ac rationale.i.pſonas in ſacris ordinibus cōſtitutas,p̄ſertim p̄latos ac p̄ſules,
q̊s oportet p̄cipue eſſe paratos ad reddendū omni poſcenti rationem fidei Chr̄ianæ ac ſpei,
omniq́ prudētia,iuſtitia,tēperantia ac fortitudine p̄fulgere,quatenus oēs ædificent̄ & infor
mentur in eis,qui bene ſignant̄ ꝑ ephot & rationale,q̄ ſunt veſtes ſacerdotales.Faciātq́ mihi
ſanctuarium.Ex p̄dictis quippe virtutibus ædificat̄ Deo in aīa māſio gratioſa:immo & ipſa
eccleſia regenerat̄, augetur,& ædificat̄ ex his, in qua habitat Deus nobiſcum atq; in cordi-
bus noſtris.Nam & vnuſquiſq; debet ſeipſum Deo ſanctuariū,templū ſeu tabernaculum per
p̄fatas virtutes, earumq́ actus, efficere ac præbere. Iuxta oēm ſimilitudinē tabernaculi q̊d
oſtendā tibi.i.ad imitationē triumphātis eccleſiæ, ſeu cuiuſcunq; ciuis ſuperni, qm̄ eccleſia
militās inſtar triūphātis diſpoſita eſt.Et vnuſqſq; fidelis angelicæ vitæ puritatē ac obediētiā
debet,iuxta ſuæ vocationis exigentiā,ſequi.Vnde Ioānes in Apocal. Vidi,inquit, Hieruſalē Apo.21.
nouā deſcendentē de cælo. Arcā de lignis ſethim cōpingite. Per arcā intelligitur mūdiſſima
Chriſti humanitas, ex ſanctiſſimis corpore & anima cōſtans, cuius vires & mēbra inſtar li-
gnoꝝ ſethim imputribilia erāt, qm̄ vitioꝝ putredine nunq̄ infici potuerūt. Rurſus,ſicut in
arca cōtinebātur tabulę legis,virga Aaron,& vrna aurea habens manna,vt dicitur ad Hebrę Heb.9.
os,ita in Chriſto hoīe fuerunt pleniſſime deſignata per tria illa,videlicet vtriuſq; teſtamen-
ti ſcientia,poteſtas p̄larica,refectio gratiaꝝ. Porro ꝑ arcā Iſidorus intelligit eccleſiā,ex pſo-
nis fidelibus,mente & corpore incorruptis,ſeu ſpiritaliter integris,adunatā.Poteſt item per
arcā intelligi templū Dei in ſuperioribus viribus aīæ cōtemplatiuæ,q̄ arca ex lignis ſethim,
i.intellectu deiformiter illuminato,voluntate vehementer accenſa, memoria in cæleſtibus
ſtabilita cōſtruitur, in qua tota ſuperbeatiſſima trinitas libenter moratur. Cuius longitudo
habeat duos & ſemiſſem cubitos, latitudo cubitum & dimidiū, altitudo quoq; tantundem.
Ad literā iſta magnitudo ſuffecit arcæ ad cōtinendū ea,propter quæ cōtinenda eſt facta.Spi-
ritaliter vero per duos cubitos atq; dimidium longitudinis arcæ,ſignificatur tam increata q̄
creata longanimitas ſaluatoris.Per dimidium vero longitudinis cubitum deſignatur,ꝙ nō
ſolū patiens ac lōganimis fuit,quoſdā miſericorditer cōuertendo, ſed etiā iuſtos multos iu
ſte derelinquēdo.Propter q̊d dixit: Nunc iudiciū eſt mūdi. Per cubitū latitudinis, exprimit̄
charitas circa Deū. Per dimidiū, charitas ad homines, quæ vtraq; in Chr̄o fuit pleniſſima.
Per altitudinē ſublimitas cōtemplationis in ipſo,ita vt ꝑ cubitū altitudinis accipiat̄ celſitu-
do cōtemplatiōis aīæ Chr̄i circa increatū obiectū.Per mediū cubitū altitudinis,apex ſuæ cō-
templationis circa obiecta creata. Et deaurabis eā auro mūdiſſimo intus & foris. Per quod
deſignat̄, ꝙ Chr̄i humanitas fuit pleniſſime decorata omni chariſmate diuinoꝝ,charitatis
ardore,ſapientiæ claritate,& foris exemplariſſima cōuerſatione,incōparabili maturitate,elo
quentia,ſignis,prodigijs,gratijsq́ diuerſis.Eccleſia quoq; multipliciter donis p̄tactis orna-
ta eſt. Faciesq́ ſuprà coronā auream per circuitum, qm̄ Chr̄s gloria & honore eſt corona-
tus.De quo p̄dixit Pſalmiſta: Poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo.Fuit enim rex Pſal.20.
& ſummus ſacerdos,& gloria beatificæ fruitionis ab incarnationis exordio adimpletus,im
mo tota capacitas ſuæ aīæ,donis gratiæ fuit prorſus impleta.Et quatuor circulos aureos:per

quos quatuor Euangeliſtæ norant,qui ꝑ vectes circulis inductos.i.ꝑ diſcipulos ſuos ſibi in-
corporatos & affectuoſiſſime iunctos,hoc eſt,ꝑ propriã ac diſcipuloꝝ ſuoꝝ ꝓdicationẽ,ar-
cam Dei,videlicet Chrm̃,circũduxerunt ꝑ quatuor mũdi plagas.Facies & propiciatorium
de auro puriſſimo. Chrs omni ꝑfectione & grã penitus plenus, ꝑ duo ſeu pauca plene ſigni
ficari nõ potuit,ſed per diuerſa eſt figuratus.Nam & ipſe per ꝓpiciatoriũ eſt expreſſus. Ipſe
Ioan. 2. equidẽ eſt aduocat⁹ noſter,& propiciatio ꝑ peccatis noſtris.Pater qꝙ de ore & ꝑ os eius de
Hebr. 1. dit nobis reſpõſa,ꝓcepta & documẽta,iuxta qd ſcriptũ eſt:Nouiſſime diebus iſtis loquut⁹ eſt
Ioan. 8. nobis in filio.Vnde & filius ꝓteſtaſ:Sicut docuit me pater,ſic loquor.Meaꝗ doctrina nõ eſt
Ioan.7. mea,ſed ei⁹ q miſit me.Duos qꝙ Cherubim aureos.Per qs deſignaſ,ꝙ oẽs ſancti Chro mini-
Ioan. 1. ſtrãt,& vniuerſi deſeruiũt ei,ſecundũ qd ait:Videbitis angelos aſcẽdẽtes& deſcẽdẽtes ſupfi-
Hebr. 1. liũ hoĩs. Aplus qꝙ: Adorẽt eũ oẽs angeli Dei.Per hoc demũ ꝙ q Cherubim ſe mutuo adſpe
xerũt,innuiſ,ꝙ ſancti angeli ſe inuicẽ clariſſime noſcũt ac intuenſ,& ſummã ſortiunſ cõcor
diã atꝙ inuiolabilẽ pacẽ.Attamẽ ſe viderũt vultibus in ꝓpiciatoriũ verſis,qm̃ multo directi
us,delectabilius ac amoroſius intenti ſunt verbo æterno,in qd ꝓſpicere inſatiabiliter,inſati
diabiliterꝗ deſiderãt,q ſibi inuicẽ.Inſuper ꝙ Cherubim ex vtraꝙ parte oraculi ſtabãt,& il-
lud tegebant,ſignatũ eſt ꝙ vniuerſi angelici ſpũs maieſtati creatoris ad cõtemplandũ,obedi
Mat. 26. endũ,laudandum ſemꝑ ꝓſentes ſunt,& Chro obſequiũ, obumbrationẽ, aſſiſtentiã exhibere
Marc. 1. paratiſſimi erãt.Propter qd dixit:Poſſum rogare patrẽ,& exhibebit mihi plus q duodecim
legiones angeloꝝ. Cũꝗ in deſerto eſſet cũ beſtijs,angeli miniſtrabãt ei. Hinc alas extẽderũt
ad inuicẽ Cherubim ſuꝑ oraculũ ſeu ꝓpiciatorium.¶Præterea quæri poteſt,qliter arca ope
riebaſ propiciatorio,ſi ꝑ vtrunꝙ Chrs ſignificaſ.Et reſpõdẽdum, ꝙ Chrs inquãtũ Deus,te-
xit,protexit,& rexit ſeipſum ſecundũ qd homo eſt. Rurſus ꝑ duos Cherubim in propiciato
rium reſpicientes,intelligunſ duo teſtamenta,Chrm̃ cõcorditer ꝓdicãtia & intuẽtia:qa qd in
vno eoꝝ denunciaſ in ipſo Chro cõplẽdũ,in alio recitaſ in ipſo cõpletum.Gratia nãꝙ & ve-
Ioan. 1. ritas ꝑ Ieſum Chrm̃ facta eſt,vt Ioãnes habet. Facies & mẽſam de lignis ſethim.Per menſam
exprimiſ Chrs,ſeu ſacra ipſi⁹ doctrina,atꝙ ſacramẽti altaris exhibitio venerãda.Ipſe em̃ ci
bus eſt & cibator, ipſe refectio ſalutaris. In qua menſa ſunt qtuor cubiti, q ſunt quor ſenſus
ſcripturæ. Duo qꝙ cubiti lõgitudinis eius, ſunt lõganimitas & ꝑſeuerãtia, vel æternitas ſuæ
deitatis,atꝙ ꝑpetuitas ſuæ hũanitatis. Cubitus latitudinis, charitas eius,q & inimicos intra
ſe cõprehẽdit,qm̃ & pro inimicis ſuis ſe obtulit,precẽꝗ fudit. Cubitus altitudinis,eſt ſubli-
mitas ſapiæ, contẽplationiſꝗ eius:dimidius vero altitudinis cubit⁹, ſciẽtia q creata cogno-
ſcit,Et inaurabis eã. Qm̃ oĩ graꝝ decore,& charitatis ac ſapiæ venuſtate eſt Chrs ornatus,
imo & Euãgeliũ,ſed & eccleſia ei⁹.Faciesꝗ illi labiũ aureũ ꝑ circuitũ.Per hoc deſignanſ mũ
da ora ac pura documẽta eccleſiaſticoꝝ doctoꝝ ac patrũ,ꝓſertĩ beatiſſimoꝝ apoſtoloꝝ.Et
ipſi labio coronã aureã,& ſuꝑ illã,alterã coronã aureolã.Per aureã coronã ſignificaſ beatitu-
do æterna,eſſẽtialeꝗ ꝓmiũ,qd ſancti ꝓdicatores merenſ,alijſꝗ denũciãt ac ꝓmittunt,ſi fide
& opẽ fuerint Chriani Hæc corona interraſilis appellaſ,qm̃ diuerſi diuerſimode eã,videlicet
cũ maiori,minorive ornatu adipiſcunſ.Porro ꝑ aureolã,accidẽtale ſpecialeꝗ pręmium de-
ſignaſ, qd potiſſimum ſanctis martyribus & virginibus, in qbus fuit propoſitum perpetuæ
continẽtię,& doctoribus datur,qd & in viſione humanitatis Chri & cęteroꝝ ciuiũ ſuperno
rum,creataꝝꝗ reꝝ conſiſtit.Parabis & acetabula ac phialas, thuribula & cyathos,in quib⁹
offerẽda ſunt libamina ex auro puriſſimo.Per hæc qtuor gña vaſoꝝ templi,deſignatur qua-
druplex differentia eccleſiaſticarum ꝑſonarum:Per acetabula, in qbus offerebatur acetum,
intelligendo viros rigoroſæ cõuerſationis,ſeu oẽs actibus pœnitẽtiæ deditos:Per phialas,q
magnæ erãt capacitatis,perfectos, contẽplatiuos ac ſapientes, in qbus dona gratiæ copioſe
augentur: Per thuribula, eos q operibus miſericordiæ redolẽt,atꝙ alios delectãt ac refouẽt.
Per cyathos autem,incipientes atꝙ puſillos,in qrum oĩm cordibus ſunt Deo offerenda ſpi
ritalia ſacrificia, orationes, vota ac lachrymæ. Et pones ſuper menſam panes propoſitio-
nis in cõſpectu meo ſemꝑ.Per duodecim propoſitionis panes,recte accipiunſ duodecim ſan
cti apoſtoli,ſeu documẽta & exempla eoꝝ, quæ ſemper coram Deo ſunt fidelibus ꝓponẽda
in Chriſti & eccleſię menſa.Duodecim qꝙ virtutes morales,quibus oĩbus nutriunſ fideles,
potiſſimũ idonei ſacerdotes.Facies & cãdelabrũ ductile.Per cãdelabrũ poteſt intelligi Chri
ſtus,q ait:Ego ſum lux mundi. Qui ductilis fuit,qm̃ ſecundũ humanitatẽ aſſumptã ſumme
Ioan. 8. dirigibilis & infallibiliter duct⁹ eſt à ſpũſancto, & ꝑſequutionũ pœnaꝝꝗ ictib⁹ ad reſurre
ctionis gloriã eſt perductus. Haſtile eius & calamos & ſcyphos & ſphærulas ac lilia ex ipſo
procedentia. Haſtile Chriſti, eſt crux eius, qua vicit & ꝓſtrauit aduerſarios humanæ ſalu-
tis.Calami ſunt libri ſcripturæ canonicæ noui teſtamenti,ſeu prędicatores atꝙ diſcipuli ei⁹.
Scyphi ſunt calices. Sphærulæ ſunt reditiones cordiũ ad proprium fontẽ,quæ dũ cõuerunt
ad eum à quo cõdita ſunt, quaſi circulũ ſeu ſphærulam faciunt. Lilia vero ſunt actus humi-
litatis,quæ inſtar humilitatis redolent, & ad propriam paruitatem reflectuntur. Omnia iſta
profluxe-

profluxerunt à ſaluatore,qui in medio diſcipuloꝝ ſe collocauit,atꝙ ad partem vtranꝙ ſua
dona diffudit.In ipſo aũt candelabro erunt qtuor ſcyphi.i.qtuor Euangelioꝝ doctrinæ,ex Lucæ 22.
quibus potantur fideliũ aĩæ in Chriſto.In quibus doctrinis ſunt ſphærulæ,qm̃ docent redi-
tionẽ mentis in Deũ,ſicut in motu circulari fit reditus ad punctũ egreſſionis. Et lilia.i.ope-
ra humilitatis ipſius domini ſaluatoris. In calamis autẽ ſingulis fuerunt tres ſcyphi,quia in
vnoquoꝗ vere fideli eſt cognitio ſummæ trinitatis,notitia ſimplicis deitatis,& fides dñicæ
incarnationis.Vel tres ſcyphi,ſunt calix paſſiõis, calix pœnitentiæ, calix cõſolationis inter-
næ:quibus pia vnaquæꝗ mens potãda eſt, ita vt Chri paſſionẽ ſecteſ in pœnitentiæ actibus
exerceaſ, ſicꝗ ad cõſolatiõis diuinæ guſtum ꝑtingat.Facies & lucernas ſeptem,& pones eas
ſuꝑ candelabrũ,Per ſeptẽ lucernas ſeu lãpades ardentes,intelligunſ ſeptẽ dona ſpirit⁹ſancti, Eſaiæ 11.
q nunq informia ſunt,ſed charitate formanſ.Et pleniſſime fuerũt in Chro, q iuxta Zacha- Zach. 3.
riam ꝓphetã eſt lapis,in q ſunt oculi ſeptem.qd plenius exprimens Eſaias:Reqeſcet,inqt,ſu Eſa. 11.
per eũ ſpũs dñi, ſpirit⁹ ſapiæ & intellect⁹,&c. Per emunctoria intelligunſ verba correptiõis
fraternæ,& diſciplinæ iuſtæ correctiõis, ꝑ q ſuperflua reſecanſ. Per extinctoria vero,patien-
tia & emendatio eoꝝ q corripiunſ: qui dũ ſuã correptionẽ atꝙ correctiõem gratãter ac pa-
tienter ſuſcipiũt,ſeꝗ emendãt,turbidũ fumũ & vitioꝝ fœtorẽ præſcindũt.Inſpice, & fac ſe-
cũdũ exẽplar qd tibi in mõte mõſtratũ eſt.Sic & nos vniuerſa q agim⁹, exercere debem⁹ ſe-
cundũ Chri doctrinã, iuſſionẽ & opatiõem,q vniuerſoꝝ electoꝝ, oĩmꝗ virtutũ pręclariſſi-
mũ eſt exẽplar in mõte,hoc eſt,in eccleſia ſeu altitudine euãgelicę doctrinę,vel cõtẽplationis
ſublimitate nobis ꝓpoſitũ & oſtenſum.Poſtremo,ꝑ menſam itẽꝗ cãdelabrũ,eccleſia immo
vnaqꝙ eccleſiaſtica ꝑſona deuota deſuper illuſtrata,poteſt intelligi,inquãtũ ſpiritaliter refi-
cit alios ſalutarib⁹ documẽtis,& virtutũ exemplis,ac ſpũſſancti ſeptenario decoraſ,habens
in ſe duodecim aploꝝ doctrinã ac cõuerſatiõis eoꝝ & miraculoꝝ notitiã. De iſtis ꝑtrãſeo,
qm̃ in Gloſſa, alijſꝗ diuerſis tractatibus copioſe habentur,& alibi multa inde cõſcripſi.

¶Elucidatio literalis cap.XXVI.Tabernaculum vero ita fiet. Art. L.

POſtq deſcripta ſunt quædã in tabernaculo cõtenta, nunc tabernaculum ipſum deſcribi
tur.[Tabernaculũ vero ita fiet:]Tabernaculũ fuit templũ qddam, ſanctuariumꝗ porta-
tile,ſeu dom⁹ Deo dicata, cuius tectum nõ fuit cameratũ & eleuatum, ſed planum iuxta
morem Palęſtinoꝝ,fuitꝗ qtuor operimentis opertum,de quibus nunc agitur:Quorum pri
mum factum fuit de cortinis,in quibus qdruplex color fuit,vel potius ipſæ cortinæ fuerunt
primũ operimẽtum.Vñ nũc dicit:[Decem cortinas de byſſo retorta & hyacintho ac purpu-
ra,coccoꝗ bis tincto,variatas opere plumario facies]fieri per manus artificum.Itaꝙ quæli-
bet cortinarũ iſtarum,facta fuit ex qtuor iſtis materijs,quarum quęlibet proprium habebat Exo. 25.
colorem, quæ materiæ ac colores circa principium expoſitiõis literalis capituli ꝓcedentis
ſunt expoſiti.Fuerunt aũt cortinæ variatæ,i. diuerſimode decoratę depictione florum ac pi-
cturarũ,& hoc opere plumario .i. facto per acum. Nam pluma vno modo ꝓ acu accipitur,
atꝙ vt ſentit Auguſt.varietas illa picturarum ꝑ acum eſt facta. Aliqui tñ, etiã Hebræi,affir- Auguſt.
mãt ꝙ per texturã ſit facta.[Longitudo cortinę vnius,habebit vigintiocto cubitos:latitudo
qtuor cubitoꝝ erit:] qa ſic requirebat cõueniens operatio tabernaculi per cortinas. [Vnius
menſuræ fient vniuerſa tentoria].i. ꝓfatæ decem cortinæ,erũt lõgitudinis latitudiniſꝗ eiuſ-
dem.Porro cortinæ hæ,dictæ ſunt etiã vela,& item tẽtoria, qa operiebãt tabernaculum in-
ſtar tentorij. [Quinꝙ cortinæ ſibi iungentur mutuo].i. pariter conſuentur ſeu filo iungen-
tur,vt reddant vnam cortinam magnam, habentem in latitudine viginti cubitos, cum
vnaquæque earum ſit latitudinis quatuor cubitorum. [Et aliæ quinque nexu ſimili cohæ-
rebunt],id eſt, cæteræ quinꝙ cortinæ eodem modo iungentur. [Anſulas hyacinthinas in
lateribus ac ſummitatibus facies cortinarum, vt poſſint inuicem copulari,] id eſt, in latere
vno vnius illarum duarum cortinarum magnarum, ex quinꝙ cortinis conſtantium, in la-
tere,inquã,vſꝙ ad ſummum eius.Similiter in latere vno alterius magnæ cortinæ, vt duę illę
magnæ cortinæ poſſint cõiungi per anſas & circulos.[Quinquagenas anſulas cortina habe
bit in vtraꝙ parte] .i. vnaquæꝙ earum in latere ſuo habere debet tot anſulas, [ita inſertas]
cortinis,[vt anſa cõtra anſam veniat].i.anſa vnius cortinæ directe veniat & cõtingere poſ-
ſit anſam alterius.[& altera alteri poſſit adaptari].i.cõuenienter cõnecti. Porro anſa dicitur
auris,per quã ſporta ſeu vas portatur,& cortina cortinæ cõnectitur.Inde anſula,vtpote an-
ſa parua.[Facies & quinquaginta circulos aureos,qbus cortinarum vela iungenda ſunt.] Hi
etem̃ circuli inſerebantur anſulis, & duæ anſulæ vno aureo circulo colligabãtur, ſicꝗ vela
cortinarum.i.duæ grãdes cortinæ ꝓfatæ cõſociabantur.[& vnum tabernaculum fiat].i.vnũ
cõpletum totius tabernaculi operimentũ.Quo cõſtat,verum eſſe qd magiſter in hiſtorijs aſ-
ſerit,ipſas cortinas qñꝙ tabernaculum appellari.De modo aũt operturæ tabernaculi per ve
lum ſeu operimentum illud totale,duplex eſt opinio, vt tangetur. Sequitur de operimento
ſecundo:[Facies & ſaga cilicina vndecim de pilis caprarum, ad operiendum tectum taber-

naculi.

naculi.]Saga eñ ponebantur ſuper cortinas. Sagum vero vocatur aſper pannus, ſeu veſtis facta de pilis capraꝝ,de qbus & cilicia fiunt. Hinc ſaga cilicina vocant. piliq́ꝫ illi primo filabant,deinde texebãtur.[Longitudo ſagi vnius habebit triginta cubitos:]& ita duobus cubitis lõgius fuit ſagum cortina, nõ tñ fuit latius ea. nã ſubdit: [Et latitudo q̃tuor. Aequa erit menſura ſagoꝝ oĩm:] ita ꝙ vniuerſa eiuſdem lõgitudinis ac latitudinis erunt, quẽadmodũ dictũ eſt de cortinis. [E quibus quinqꝫ iunges ſeorſum] .i. ex quinqꝫ ſagis facies vnũ ſagum magnum, ſicut de quinqꝫ cortinis facta eſt vna magna. [Et ſex ſibi mutuo copulabis] .i. ex ſex reliquis ſagis ſimiliter facies vnũ grãde,ea(vt dictũ eſt) cõnectendo ſeu conſuendo.[ita vt ſextum ſagum in frõte tecti duplices.]Media qppe pars eiꝰ,hoc eſt, duo cubiti latitudinis ſagi vnius ponebat replicata in oriẽtali tabernaculi parte ad operiẽdũ capita colũnaꝝ in introitu tabernaculi ſituataꝝ, q̃ capita cubitũ vnum tenebãt, ſicq́ꝫ operimentũ illud ſagoꝝ ex replicatiõe p̃dicta tabernaculo tenacius adhæreret. Alij vero duo latitudinis cubiti erant in oppoſita tabernaculi parte.[Facies & quinquaginta anſas in ora].i. latere[ſagi vnius, vt cõiungi cũ altero queat.]Nã vnum hoꝝ duoꝝ magnoꝝ ſagoꝝ, alteri nectebat p anſas & circulos æneos,put de cortinis iã patuit. Ideo ſubdit: [& quiquaginta anſas in ora ſagi alteriꝰ, vt cũ altero copulet].i. cũ alio magno ſago. [Facies & quinquaginta fibulas æneas,qbus iungãtur anſæ].i. quinquaginta torques ſeu circulos æreos, p q̃s anſæ duoꝝ magnoꝝ iungãtur ſagoꝝ,ita ꝙ duæ anſæ vno circulo æneo colligabunt, ſicut anſæ cortinaꝝ aureo torque,vt dictũ eſt,[vt vnum ex oĩbus operimentũ fiat].i. ex oĩbus ſagis ſic copulatis,reſultet & habeatur vnũ totius tabernaculi tegmẽ totale.[Quod aũt ſuperfuerit in ſagis, quę parãtur tecto].i. quæ fient ad operiendum tectũ tabernaculi[.i. ſagum vnum q̃d amplius eſt].i. vltra denariũ cortinarũ quæ decẽ fuerunt. Saga autem vndecim fuerũt, ſicq́ꝫ numerus ſagoꝝ exceſſit numerum cortinarum in vno hoc ſago. Itaqꝫ quid de illo debuit fieri,ſubditur: [Ex medietate eius operies poſteriora tabernaculi].i. retro & poſt parietẽ occidentalem pendebit, & extendet ſe vltra operturã cortinarum duobus circiter cubitis,[& cubitus ex vna parte pendebit] .i. cubitus ſagi totius ex vna tabernaculi parte,extendetur vltra operturam totius cortinę per cubitum vnum,[& alter ex altera, qui plus eſt in ſagorum longitudine].i. alius ſagi cubitus pendebit ex alia parte tabernaculi tãtundem vt primus,qui cubitus longitudinem cortinarum excedit ex parte vtraqꝫ tãtum,vt dictum eſt.[vtrunq́ꝫ latus tabernaculi protegens.]Hoc referendum videtur ad id, Quod aũt ſuperfuerit ex medietate eius,quia medietas illa, videlicet duo cubiti hinc & hinc vltra cortinas deſcẽdentes, operiebãt partes ſeu latera tabernaculi,nõ operta cortinis. Vnus eñ cubitus ex vno latere operuit partem illã, alter ex alia. Sequitur de alijs duobus tabernaculi operimẽtis: [Facies & operimẽtum aliud tecto] tabernaculi [de pellibus arietum rubricatis,& ſuper].i. vltra[hoc operimentum]facies [rurſus aliud de hyacinthinis pellibus]ad tectum operiendum. Sicq́ꝫ videtur ꝙ duo iſta operimẽta ſolũ operuerint tabernaculi tectum,de q̃ re infrà dicetur. Extremum itaqꝫ operimentũ fuit de pelli-
Ioſ. li. 3. ant. Iud. cap. 12. bus hyacinthinis,qui aerei atqꝫ cæleſtis extãt coloris. Vnde(vt Ioſephꝰ ſcribit)ſtupor inuaſit multos à lõge adſpiciẽtes,quia colorẽ illũ in nullo putabãt differre à cæli colore. Conſequenter tabernaculi cõſtructio deſcribitur, quãtum ad eius materiã atqꝫ formã. [Facies & tabulas ſtãtes].i. erectas[tabernaculi de lignis ſethim, quæ ſingulæ denos cubitos in longitudine habeãt].i. quælibet tabula erit decem cubitorum in longitudine,[& in latitudine] habeat[ſingulos & ſemiſſem].i. quælibet erit lata ſpatio cubiti vnius cum dimidio. De ſpiſſitu-
Ibidem. dine autem earum non loquitur textus, ſed expoſitores cõmuniter ſequũtur Ioſephũ, proteſtãtem ꝙ ſpiſſitudo cuiuslibet tabulæ fuit q̃tuor digitorum. Tamen(vt recitat Lyra) Rabbi
R. Salo. Salomon dixit,ꝙ ſpiſſitudo vnius extitit cubiti. Quod ſatis reprobat ipſe qui recitat. Sic eñ tabernaculũ fuiſſet nimiæ ponderoſitatis ad portãdum. [In lateribus tabulæ, duæ incaſtra-
Ioſe. li. 3. anti. iu. cap. 8. turæ fient, qbus tabula] vna [alteri tabulæ connectatur.] Per incaſtraturas Ioſephus & cum ſequentes, intelligunt cardines. Porro ſecundũ alios, incaſtratio tabulaꝝ fit, dum vna cõcauatur in ſua extremitate,& altera attenuat, q̃tenus attenuata infigatur concauatæ in ſua concauitate. Aliqui vero dicunt, ꝙ incaſtratio eſt inſertio tabulæ in tabulã facta per medios clauos. Nã & in Scholaſt. fertur hiſt. Iungebãtur ſibi mutuo tabulæ incaſtratæ, ne rimula eſſet ibi, aut inæqualis planities parietis. [Atqꝫ in hunc modũ cunctæ tabulæ parabũtur,] in longitudine, ſpiſſitudine, incaſtraturis.[Quarũ viginti erũt in latere]tabernaculi[meridiano, q̃d vergit ad auſtrum.]Iſtæ etenim tabulæ ſic coniunctæ ac ſituatæ, conſtituerunt auſtralem tabernaculi parietem. [quibus q̃draginta baſes argenteas fundes.] Baſis vocatur, q̃d tabulæ ſeu colũnæ ad ſuſtentãdũ ſupponit.[vt binæ baſes ſingulis tabulis per duos angulos ſubijciãtur.] Quælibet nãqꝫ tabula duas habebat baſes:vnã in vno angulo ſeu extremitate ſui, aliã in alio angulo, ſecundum expoſitores. Incaſtratura ſeu cardo ex vtraqꝫ parte inaurata,& in baſibus erant foramina, in quibus cardines ſuſcipiebantur ac claudebantur. Itaque ſub vtroqꝫ cornu tabulæ extitit vna baſis, vel(vt quidam imaginantur) vna ſub angulis tabularum duaꝝ.

rum duaꝝ. Sed qualiter tunc fuiſſent ibi quadraginta baſes? In latere quoqꝫ ſecundo tabernaculi quod vergit].i. tendit[ad aquilonem, viginti tabulæ erunt, q̃draginta habentes baſes argenteas:]quoniã paries aquilonaris fuit omnino ęqualiter diſpoſitus & formatus ſicut paries meridianus. [Binæ baſes ſingulis tabulis ſupponent. Ad occidentalẽ vero plagã tabernaculi facies ſex tabulas.]Haꝝ ſex tabularũ tãta fuit lõgitudo, latitudo & ſpiſſitudo, quãta & aliaꝝ, ex qbus cõſtabat paries occidentalis, habens in lõgitudine cubitos nouẽ.[Et rurſum alias duas, quæ in angulis erigãtur poſt tergum tabernaculi.] Iſtæ duæ tabulæ non erãt longitudinis tãtæ vt cæterę, quoniã vnaquæqꝫ eaꝝ habebat in latitudine cubitum medium: erãt tamen in longitudine & ſpiſſitudine cęteris æquales. Itaqꝫ vna harum duaꝝ, fuit erecta in vno latere ſeu extremitate parietis occidentalis: altera vero, in alio illius parietis latere. Cum eñ ſex tabulæ prædictæ, non implerent niſi nouem latitudinis cubitos, dimidius cubitus ab vtraqꝫ parte vacuꝰ apparebat. Ideo tabula vno cubito lata, per mediũ ſecta eſt,& inde ſunt factæ duę tabulæ ſemicubitales: quæ vtrinqꝫ partibꝰ illis oppoſitę, clauſerũt & impleuerunt duos illos ſemicubitos vacuos, parietemq́ꝫ occidentalẽ cõpaginauerunt & coniunxerunt alijs duobus parietibus collateralibus. [Eruntq́ꝫ ſibi coniunctę à deorſum vſqꝫ ſurſum.] Erant eñ alijs tabulis iunctæ per totã altitudinem parietis.[& vna omnes compago retinebit].i. vna generali cõnexione omnes tabulę erunt ꝓportionabiliter mutuo copulatæ. [Duabus quoqꝫ tabulis, quæ in angulis ponendæ ſunt,] vtpote p̃dictis duabus ſemicubitalibꝰ tabulis,[ſimilis iunctura ſeruabitur:] qa ſic erunt coniunctæ tabulis proximis, quemadmodũ cæteræ ſibi inuicem cõnectentur.[Et erunt ſimul tabulæ octo].i. in pariete occidentali erunt in toto tabulæ octo, videlicet ſex de quibus facta eſt mentio, & duæ præfatæ ſemicubitales. [Baſes earum argenteæ]erunt[ſedecim, duabus baſibus per vnã tabulam ſupputatis.] Quælibet eñ tabula habuit iuxta prædicta duas argenteas baſes, quibus innitebatur & immittebatur, ſed vtraqꝫ tabula ſemicubitalis habuit baſes duas. Deniqꝫ tabulæ parietum in ſuperiori parte iungebantur vncinis, vnoquoqꝫ vncino tabulas duas iungente, ac ſummitates earum intrãte, quod etiam ſignificatur per verba illa præhabita, Eruntq́ꝫ ſibi cõiunctæ à deorſum vſqꝫ ſurſum,& vna omnes compago retinebit, pro quo(vt fertur)in Hebræo habetur, Erũt coniunctæ ſuper caput vncino. [Facies & vectes de lignis ſethim, quinqꝫ ad cõtinendas tabulas in vno latere tabernaculi, & quinqꝫ alios in altero, & eiuſdem numeri ad occidentalem plagã].i. in quolibet pariete tabernaculi, videlicet auſtrali, aquilonari ac occidentali, erunt quinqꝫ vectes, vel(vt aliqui dicunt)totidem vectium ordines, qui vectes immittebãtur p medium parietum, inter ſuperiorem inferioremq́ꝫ partes eoꝝ, ad continendum fortiſſime ad inuicem, ipſasq́ꝫ parietum tabulas, ne vi ventoꝝ, aut alia commotione concuterentur parietes. Ideo ſubdit: [Qui]ſcilicet vectes[mittentur per medias tabulas à ſummo vſqꝫ ad ſummum,]videlicet per totum tabulatum à principio parietis vſqꝫ ad finem eius per trãſuerſum parietum.[Ipſas quoqꝫ tabulas deaurabis].i. auro operies,[& fundes in eis annulos aureos, p quos vectes tabulata contineãt.] Cuilibet equidem tabulæ erãt affixi & immiſſi tres annuli, per quos vectes imponebãtur ad continendum tabulata[quos]vectes [operies laminis aureis.] Deinceps deſcribuntur duo vela, quæ ad tabernaculum pertinebãt. [Facies & velũ de hyacintho & purpura, coccoq́ꝫ bis tincto, & byſſo retorta opere plumario.] De eiſdem materijs ſunt factæ cortinæ, ſicut in principio huius cap. cõtinetur, vbi & iſta expoſita ſunt. [& pulchra varietate contextum.]Vnde ſecundũ Ioſephum, omnes flores quos gignit humus, Ioſe. li. 3.
fuerunt in eo depicti, cum alijs quoqꝫ picturis, quos inſerere poterãt artifices præter anima- An. Iud.
lium formas.[Quod appendet ante q̃tuor columnas de lignis ſethim]factas,[quæ deauratæ cap. 7.
erunt, & habebunt capita aurea & baſes argenteas,] Has columnas dicit Ioſephus fuiſſe tabulas inſtar aliaꝝ formatas, æqualiter à ſe diſtãtes, inter q̃s fuerunt tres anguſti ingreſſus. De Ibidem.
niqꝫ iſtæ columnæ fuerunt intra tabernaculum, inter ſanctum & ſanctũ ſanctoꝝ, ante quas velum pendebat ad prohibendum adſpectum eoꝝ, quæ in ſancto ſanctorũ continebãtur. Quod etiã velum fuit q̃drum omnino, habens cubitos decem, quoniã altitudo tabernaculi erat decem cubitorum, ſimiliter latitudo ipſius. [Inſeretur autem velum per circulos aureos, per quos trahi poſſit ac retrahi tempore oportuno. Erãt autem ſuper capita q̃tuor columnarum ſuppoſiti duo vectes decem cubitorum, à pariete ad parietẽ protenſi, qbus annuli immittebãtur.[Intra quod]velum[pones arcã teſtimonij] ſ. intra ſancta ſanctoꝝ, [q̃ & ſanctuarium, & ſanctuarij ſanctuaria diuidentur].i. eodem velo diuiſa erũt ſeu diſtincta ab inuicem, locus tabernaculi qui vocatur ſanctum, & locus eiꝰ celebrior atqꝫ ſanctior, qui ſancta ſanctoꝝ eſt dictꝰ.[Pones & propiciatorium ſuper arcã teſtimonij in ſancta ſanctoꝝ.] Quid ſit propiciatorium, & q̃liter fuit ſuppoſitum arcæ, in expoſitione præcedẽtis cap. eſt expreſſum.[menſamq́ꝫ extra velum].i. menſam propoſitiõis pones in loco tabernaculi, q ſanctum vocatus eſt,[& contra menſam]videlicet ex oppoſito pones, [cãdelabrum in latere tabernaculi meridiano. Menſa enim ſtabit in parte aquilonis. Facies & tẽtoriũ].i. velum[in introitu

tabernaculi, de hyacintho & purpura, coccoq́ꝫ bis tincto, & byſſo retorta, opere plumario.]
Sicq́ꝫ fuit ex eiſdē materijs cū velo ꝓdicto, quāuis nō ſcribat tāta varietate ornatū vt illud.
[Et quinqꝫ colūnas deaurabis lignorū ſethim].i. quinqꝫ colūnas ex lignis ſethim formabis,
quæ ante ſanctuariū ſtabūt verſus orientē in introitu eius.[ante quas ducetur tentoriū].i. ve-
lum iſtud pendebit ante illas columnas in ingreſſu tabernaculi, ꝙd verſus orientalē plagam
nō habebat parietē, ſed loco parietis habuit velū iſtud, vt cunctis pateret ingreſſus.[quaꝝ]
colūnarum[erunt capita aurea, & baſes æneę.]ſicq́ꝫ differebat velū iſtud ab alio, qm̃ illud pē-
debat ante ꝗtuor columnas, & fuit intra tabernaculū, habuitq́ꝫ baſes argenteas. Iſtud pende-
bat ante quinqꝫ columnas, &c. ſuper ꝗs etiā fuit vectis, cui ꝑ circulos aureos fuit hoc velū in-
ſertum. ¶ Poſtremo, de modo operturæ tabernaculi per ꝗtuor ſua operimēta præfata, diuer
Strabus. ſi diuerſimode ſunt loquuti. Strabus etenim ait: Cortinæ ita operiebāt tectum tabernaculi,
vt & per latera eius deſcenderent, terrā tñ non tāgerent. Saga autem tectum & latera ope-
riebant, & terram tangebāt. Pelles vero rubricatæ ac hyacinthinæ tectum tantum operie-
Beda. bāt, nec ad latera declinabāt. Hinc ait & Beda: Decem cortinæ ſibi inuicem copulatæ, per
trāſuerſum operuerūt tabernaculum totum: & deſcendentes per latera, vno cubito diſtabāt
à terra: & qm̃ ſimul iunctæ, ꝗdraginta cubitos continebāt, longitudinem tabernaculi, quæ
erat triginta cubitorum, tegebāt. Reliquoꝝ vero decem cubitorum quinqꝫ, pendebāt ad la-
tus occidentale, alij quinqꝫ deſcendebāt ante aperturā, quæ fuit ad orientem. Saga quoqꝫ ſu-
perponebātur ſimiliter tabernaculo per trāſuerſum. Et quia triginta cubitorum fuerunt, ꝑ
latera deſcenderunt vſqꝫ ad terrā, ſicq́ꝫ cubitum cortinis nō velatum velabāt: ſed qm̃ ex trāſ-
uerſo ꝗdraginta cubitos habuerūt, longitudinē tabernaculi triginta cubitis tegebāt. De 14.
vero reſiduis cubitis ſeptē deſcenderūt ante partē orientalē, & ſeptē ante partē occidentalē.
Ioſe.li.3. ¶ Ioſephus aūt, quem in iſto ſequit Origenes, dicit cortinas tegere totum tabernaculum, &
anti. iu. deſcēdere iuxta latus occidentale vſqꝫ ad terrā. Introitū vero nō tegi aliꝗ parte cortinaꝝ cū
cap.7. ꝓpriū haberet velū. Similiter de ſagis ait totū tabernaculū operiri abſqꝫ introitu. ¶ Veꝝ his
Origen. obijcit magiſter in hiſtorijs, qa ſecūdū dicta iſtoꝝ, extrinſeca pars ſanctuarij plurimū precio
ſa & ſpecioſa, nō apparebat, nec vlla pars cortinaꝝ quæ circa tabernaculū defluebat. Immo
ſecundū Bedā, precioſum tentoriū ſeu velū ꝙd erat ante introitū, nō apparuit. Sic ꝗꝙ fruſtra
Beda. factæ fuiſſent tā ſpecioſæ. Sed ad iſtud idem reſpōdet, ꝙ cortinæ & ſaga forſitan funib⁹ circa
tabernaculū extendebātur, æreisq́ꝫ paxillis funes colligabātur. Nā & infrà legit, tabernaculū
habuiſſe paxillos, atqꝫ in modū tecti dependentis circunꝗꝫ attollebātur, vt & tabernaculū
Euſebi⁹. vndiqꝫ poſſet videri & circuiri ab ingredientibus ſub cortinis. Inſuper in Scholaſt. fert hiſt.
Non eſt quæſtio.i. dubitatio de pellibus arietum rubricatis ac pellibus hyacinthinis, qa ſu-
periora tātum tegentes, ad latera non deſcenderunt, ſed circunligatæ fuerūt funibus & pa-
xillis æreis terræ affixis. Veruntamen Lyra dicit probabilius eſſe, ꝙ duo hæc operimēta de-
ſcenderūt ad terrā, non ſolum in trib⁹ tabernaculi partib⁹, quēadmodū cortinæ & ſaga, ſed
etiā pependiſſe ante velū ꝙd in introitu tabernaculi erat, vt Ioſephus ait. Attamen Ioſephū
ſecundum iſtud nō dicere, ſatis cōſtat: nec ratio valet quā allegat, dicēdo: Ad hoc erāt vt re-
pellerēt vim ventoꝝ ac imbrium. Erāt eñi ibi & pro alijs cauſis, vt patuit. Et alia duo operi-
menta ac velum ꝓfatum, & aliud de ꝗ dicet, ſatis poterāt vim ventoꝝ imbriumq́ꝫ repellere.
Ioſe.li.3 Dicit equidē Ioſephus, Velum ꝙd pendebat in ingreſſu tabernaculi ante quinqꝫ colūnas, vt
ant.iud. dictum eſt, nō niſi vſqꝫ ad medietatem columnaꝝ deſcendiſſe, & eas texiſſe ꝑ cubitos qnqꝫ:
cap.7. reliquos vero quinqꝫ cubitos, ad ſacerdotum patuiſſe ingreſſum. Sup hoc autē affirmat aliā
cortinā laneā ſuppoſito ibi fuiſſe, ꝑtingentē vſqꝫ ad terrā, quæ funibus ꝑ annulos ducebat ac
retrahebatur, vt in diebus feſtis retracta, adſpectum tabernaculi exhiberet: alijs vero diebus
ſupducta, prohiberet adſpectum, ꝑcipue cum tempus nubilū videbatur. Cuius cortinę textu
ra extitit fortis, & facile ſuſtinebat laborem. Inſuper ī ingreſſu templi ſimilē dicit fuiſſe cor-
tinā appenſam. Recitat etiam ꝙ ſicut in vtraqꝫ tabula deſcripta fuerunt quinqꝫ ꝑcepta, ita de
cem cortinas ſimul iunctas, tempore opportuno diſiungi cōſueuiſſe, vt qnqꝫ cortinæ ſimul
in vtraqꝫ manerent ſimul, ꝗtenus miniſtri templi cum populo hoc cernentes, admonerētur
ſemper de obſeruatione decalogi per tabulas ſic diſtincti.

¶ Elucidatio ſpiritualis eiuſdem cap. XXVI. Art. LI.

VErba explanati capituli adeo myſtica ſunt, vt & Iudæi litera ſola contenti, fateantur ea
magnaꝝ diuinarumq́ꝫ reꝝ eſſe ſignificatiua. Nā & Ioſeph⁹ cōteſtatur: Tabernaculi cō-
poſitionē Deus, nō homo, ita diſpoſuit, qm̃ ſi ꝗs velit hæc cōſiderare ſine inuidia, inue
Ibidem. niet ſingula hoꝝ ad formā reꝝ diuinarū pacta. Abditū naqꝫ.i. ſanctū ſanctorū ꝙd ſoli pontifi
ci licuit introire, figurabat cælum Deo & angelis attributū. Sanctuarium vero ꝙd in duplo
maius erat, deſignat mare & aridā, cūctis greſſibilibus cōmunia, quēadmodū illa pars ſacer-
dotibus erat cōmunis. Cortinæ, cælū ſidereū: ſaga, aquas, quæ ſunt ſupra firmamentū: pelles
rubricatæ, cælū empyreum in ꝗ ſunt angeli: pelles hyacinthinæ, cælum ſuperius, vbi De⁹ ſuꝑ
omnia.

oīa. In 4. coloribus dicit Ioſephus ſignificari 4. elemēta. Per byſſum, terrā, qa de terra eſt, & Ioſ.li.3.
primū terrenū, viridemq́ꝫ habet colorē. Per purpurā, mare, qm̃ ex marinis tingit cōchis. Per ant.iud.
hyacinthū, aerē. Per coccū ignē, qm̃ igneū ſortitur colorē. Per menſam, annū ſeu tēpus. Per cap.7.
12. panes propoſitionis, 12. menſes. Per coronā 4. digitorū, annum ſolarē 4. tempoꝝ. Per au
reolā, annū lunarē. Per 7. cādelabri lucernas, 7. planetas. ¶ Præterea de hac materia ſcribit
S. doctor in prima Secundæ, quæſt. 102. Sicut in vnitate tēpli vel tabernaculi repræſentaba-
tur vnitas Dei ſeu eccleſiæ, ſic in diſtinctiōe tēpli ſeu tabernaculi, repræſentabatur diſtinctio
eorū quæ Deo ſubiecta ſunt, ex quibus in Dei venerationē cōſurgimus. Diſtinguebat aūt ta-
bernaculū in duas partes. In vnā, quæ vocabat ſancta ſanctoꝝ, & erat occidētalis: & in aliā,
quæ dicebatur ſancta, & erat ad orientē. Et iterū ante tabernaculū erat atriū. Hæc ergo di-
ſtinctio duplicē habet rationē: vnā, ſecundū ꝙd tabernaculū ordinat ad Dei cultū. Sic nanqꝫ
diuerſæ partes mūdi, in diſtinctione tabernaculi figurabant. Nā pars illa quę dicit ſancta ſan
ctoꝝ, figurabat ſeculū altius, ꝙd eſt ſpūalium ſubſtantiaꝝ. Pars aūt quę dicit ſancta, exprimit
mundū corporalē: ideo ſancta à ſanctis ſanctoꝝ quodā velo diſtinguebant. Quod fuit 4. di
ſtinctū coloribus, ꝑ quos (vt dictū eſt) 4. elemēta intelligunt: ꝑ quæ incorporales ſubſtantiæ
nobis velant, idcirco in ſctā ſanctoꝝ ſolus & ſummus ſacerdos & ſemel in anno intrauit, vt
deſignaret, ꝙ finalis ꝑfectio eſt, ad ſeculū illud alti⁹ introduci. In tabernaculū vero exterius,
hoc eſt, in ſancta, introibāt ſacerdotes quotidie, non aūt populus, qui ſolū ad atriū accede-
bat: qm̃ ipſa corpora, ſeu ſacrificia corporalia popul⁹ percipere poteſt: ad interiores autem
eorū rationes, ſoli ſapiētes ꝑ cōſiderationē attingere queunt. Porro, ſecundū rationē figu-
ralē, per exterius tabernaculū, ꝙd dicit ſancta, ſignificat ſtatus veteris legis, vt ait Apoſtolus Hebr. 9.
ad Hebræos, quia ad illud tabernaculū ſemꝑ introibāt ſacerdotes ſacrificiorū officia cōſum-
mātes. Per interius aūt tabernaculū, ꝙd dicit ſancta ſanctoꝝ, ſignificabat vel cæleſtis gloria,
vel ſpiritualis ſtatus euāgelicæ legis, quæ eſt inchoatio quædā gloriæ. Ad quē ſtatū Chriſtus
nos introduxit, quod ſignificabat per hoc, ꝙ ſummus ſacerdos ſemel in anno ſolus intrauit
in ſancta ſanctoꝝ. Velū aūt ſignificauit occultationē ſpūalium rationū in veteribus ſacrifi-
cijs, quod velū 4. coloribus erat ornatū. Byſſo, ad ſignificandū carnis puritatem: purpura, ad
ſignificādum paſſiones quas ſancti ſuſtinuerūt pro Chriſto. Coccus bis tinctus, præſignauit
charitatē Dei & ꝓximi. Hyacintho ſignificat cæleſtiū meditatio. Ad ſtatum vero veteris le
gis, aliter ſe habuit populus, & aliter ſacerdotes. Populus eñi corporalia ſacrificia quæ offere
bant, in atrio cōſiderabat: ſacerdotes vero cōſiderabāt rationes ſacrificiorū, habētes fidem
magis explicitā de myſterijs Chriſti: ideo intrabāt in exterius tabernaculū, ꝙd etiā quodam
velo diſtinguebat ab atrio: qm̃ quædā erāt velata ſeu ignota populo circa Chrī myſteria, ꝗ
ſacerdotibus erāt nota, nō tñ erāt eis reuelata tam plene, vt in nouo poſtea teſtamēto, vt tan-
gitur ad Epheſios. Hæc Thomas. ¶ Qui iteꝝ loquit: Eorū quæ in tēplo continebant, reddi Ephe. 3.
poteſt ratio literalis & figuralis. Literalis, per relationem ad cultū diuinū, & quia per ſancta
ſanctorū ſignificabat altius ſeculum: ideo in ſanctis ſanctoꝝ tria cōtinebantur, videlicet ar-
ca teſtamēti, in qua fuit vrna aurea habēs manna, virga Aaron, & tabulæ decalogi, per quæ
ſignant tria in altiori ſeculo exiſtētia, ſ. Deus per propiciatoriū, qm̃ Deus inuiſibilis, incom-
prehēſibilisq́ꝫ cōſiſtit, ideo nō fiebat ei aliqua ſimilitudo in tabernaculo illo, ſed propiciato-
riū erat ꝗſi ſedes ipſi⁹, & arca velut ſcabellū pedū ipſius. Per Cherubim vero ſignati ſunt an
gelici ſpūs exiſtētes in cælo. Per arcā vero, rationes oīm quæ agunt in ſeculo iſto, quæ rati-
ones quaſi clauſæ ſunt, & cōtinent in cælis, quēadmodū rationes effectuū clauduntur in ſuis
cauſis, & rationes artificiatorū in eorū artifice. Plura de his ſcribit ibidē Thomas. ¶ Præter-
ea, totū tabulatū tabernaculi, fuit in longitudine 30 cubitoꝝ, & in latitudine 10. & locus qui
dicitur ſancta ſanctorū, cōtinebat 10. cubitos in longitudine, totidemq́ꝫ in latitudine. Lo-
cus vero vocat⁹ ſancta ſanctoꝝ, habebat cubitos 20. in longū, & 10. in latū. Itaqꝫ ꝑ taberna-
culū Moſis, ꝙd de loco ad locū in eremo portabat, eccleſia militās deſignat, ꝗ in ſeculo iſto
peregrinat ac tēdit ad patriā, nec diu in eodē ꝑmanet ſtatu. Quēadmodū aūt tabernaculo fa
cta ſunt 4. operimēta, ita eccleſia nūc 4. tegit ac firmatur ſubſidijs contra ventos tentatio-
num, imbres tribulationum, ac flumina aduerſitatū.i. protectione diuina, angelica cuſtodia,
Eccleſiaſticoꝝ prælatoꝝ ac prædicatoꝝ præſidentia, ac ꝓpriæ rationis ꝑ diuina chariſma-
ta decoratæ iudicio. Poſſunt ꝗꝙ ꝑ 10. cortinas, 10. præceptoꝝ obſeruatiōes, corda fideliū cu
ſtodiētes, intelligi. ¶ Porro per 11. ſaga cilicina, rite accipiunt peccatores ac pœnitētes, ꝗ in-
quātum diuina præcepta trāſgreſſi ſunt, recte per vndenariū numerū, qui à denario primū
recedit, notātur. Per cōnexionem autē operimentorū tabernaculi, ſpūalis coniunctio cre-
dentiū per fidem, charitatem, cæteraſq́ꝫ virtutes exprimitur. Facies & tabulas ſtantes taber-
naculi. Per tabulas ſtātes ſumunt fideles, quoꝝ ſurſum ſunt corda, ex quibus ędificatur eccle
ſia, ſicut ex tabulis aſſeribusve tabernaculū illud fiebat. Quarū duę baſes, ſunt apoſtoli & ꝓ-
phetæ, ſeu vtriuſqꝫ teſtamenti ſcripturæ, quibus innituntur ac ſuſtentantur fideles, quia &

dono ſapiētiæ ac charitatis ornata pulcherrime deaurantꝰ.¶Inſuꝑ, per colūnas,viri contem
platiui,ꝑfecti ac ſtabiles intelliguntꝰ,ꝑſertim virtuoſi ꝑlati,idoneiq́ꝫ doctores,qui cęterorum
imperfectū pie ſupportāt,illosq́ꝫ fulciūt & cōfortāt. Quaꝶ colūnaꝶ capita aurea erāt,quia
huiuſmodi viri mentē habēt precioſiſſima dilectiōe,ac ſplēdidiſſima cōtēplatione fulcitam.
Mēſam pones extra velū in latere aquilōis.Mēſa eſt ſcriptura ſacra,q̃ extra velū locatꝰ, dum
fidelibus cū clara expoſitiōe proponitꝰ.Veruntñ in aquilōis ſtat latere, qm̃ in ænigmate co-
gnoſcim⁹,atq́ꝫ in cūctis aduerſis & tribulationibus patiētiā obſeruare docemur. Cādelabrū
demū ſtabat in latere meridiano,qm̃ Chrs qui eſt ſummū luminare eccleſiæ,nūc quięſcit in
plenitudine lucis ſupnæ,atq́ꝫ in ſummo totius charitatis feruore.Eccleſia q̃q́ꝫ q̃ iuxta ꝑhabi
ta ꝑ cādelabrū deſignatꝰ,nūc in charitatis ardore,& ſalutaris ſapiētiæ ſplēdore,quātū ad no-
biliorē electiorēq́ꝫ ſuā portionē, verſatꝰ, atq́ꝫ in dn̄o cōmoratꝰ. In gloſſa aūt ſpiritualis huius
capituli expoſitio multum diffuſe exprimitꝰ: ideo breuitati ſtudēs, celeriter iſta pertranſeo.

¶Declaratio literalis cap.XXVII.Facies & altare de lignis Sethim &c. Artic. LII.

NVnc deſcribuntꝰ quę extra tabernaculū erāt.[Facies & altare de lignis ſethim.]Quę im
putribilia & incremabilia ꝓhibentꝰ. Ideo cōgruebāt huic altari, qm̃ ignis iugiter erat
in eo.Fuit tamē intus & foris opertū ære ſeu æneis laminis.[quod habebit 5. cubitos
in longitudine,& totidē in latitudine.i.quadrum].i.quadratū erit,[& tres cubitos in altitu
dine.]Ideo tēpore miniſterij ſacerdotalis ſeu ſacrificationis, aliquid fuit ſuppoſitū pedibus
ſacerdotū,vt in expoſitiōe 20.capituli plenius dictū eſt.[Cornua aūt per 4. angulos ex ipſo
erūt].i.ex ipſo altari ꝓcedēt in 4.ſuperiorib⁹ angulis eius 4.cornua recuruata, ſecūdū q̃dā,
vt in eis 4. annuli eſſent, quibus 4. catenæ insererentꝰ, in quibus ſuſpendebatꝰ craticula ærea.
Alij dicūt,ꝙ cornua illa erant directe in altū tendētia, tanq̃ pomelli ad altaris decorem.[&
operies illud ære. Faciesq́ꝫ in vſus eius lebetes ad ſuſcipiēdos cineres:]Lebetes erāt vaſa in
quibus reponebantꝰ cineres,q in altari manſerūt ex ſacrificiorū cōcrematione.ideo vaſa iſta
dicuntꝰ facta in vſus altaris.i.ad quendā vſum ſeu actū,qui ad expletionē immolatiōis quę in
altari fiebat,neceſſarius fuit.[& forcipes,]q requirebantꝰ ad ignē cōſtruēdū,ſeu cōfouēdum.
Forceps quippe eſt inſtrumentū fabrile, quo tenetur ferrū ad fabricādū, vel titio ad ignem
meliorandū.[ac fuſcinulas:]quæ ſunt inſtrumenta,per quæ coci extrahunt de caldario car-
1.Re.2. nes,Vnde primo Regū habetur:Quicquid leuabat fuſcinula,accipiebat puer ſacerdotis.[&
igniū receptacula.]Receptacula iſta,fuerūt inſtrumēta ſeu vaſa,in quibus ponebantꝰ prunæ
ardentes manibus ſacerdotum ſumptæ de igne præfati altaris, quas prunas deferebant ſa-
cerdotes in tabernaculū,ad cremandum ſuper altare incenſi ſeu thymiamatis, ipſum ſuaue
Exo.30. thymiama mane & veſpere,vt infrà cōtinetur.[Omnia vaſa]videlicet inſtrumenta pręfata.
[ex ęre fabricabis.Craticulamq́ꝫ in modū retis æneam]facies [per cuius 4. angulos erunt 4.
*ſubter annuli ænei, quos pones *ſuper arulam altaris. Eritq́ꝫ craticula vſq́ꝫ ad altaris medium.]
Hæc nanq́ꝫ craticula ferrea,inſtar retis facta,habebat in 4.angulis ſuis 4.annulos ęreos,qui-
bus inſerebantur quatuor catenæ æreæ, quæ appendebātur prædictis quatuor cornibus al-
taris,ad hoc per recuruationem aptatis, vt vna tenet poſitio: ſicq́ꝫ in illis catenis appendens
craticula, deſcendit vſq́ꝫ ad altaris medium intra ipſum,qa altare concauum fuit,& eius con
cauitatem intrauit craticula.Quos,videlicet 4.annulos æneos,exiſtentes in 4. craticulæ an-
gulis,pones ſuꝑ arulā altaris. Arula eſt inſtrumentum ſeu vas,in quo ponitur ignis.Vnde in
Hier.36. Hieremia habetur, ꝙ arula poſita fuit ante Ioachim regem plena prunis. Craticula autem
fuit ſuper arulam ſita.Et ſuper craticulā ponebantur ſacrificia, ad Dei honorem in odorem
ſuauitatis cremanda: atq́ꝫ per foramina craticulæ,ignis exiſtens in arula, calefecit & incen-
dit ſacrificia craticulę ſuperpoſita.[Facies & vectes altaris de lignis ſethim duos,quos ope-
ries laminis æneis,& induces per circulos]hoc eſt,vectes hos per æneos circulos inſeres cir-
culis cōſimilibus. [eruntq́ꝫ] in inferioribus angulis [ex vtroq́ꝫ latere altaris ad portandum]
ipſum altare,dum caſtra mouenda ſunt.Ex his euidenter habetur,ꝙ in altari illo fuerūt an-
nuli octo: quatuor in parte eius ſuperiori ,in quibus ſuſpendebatur craticula: & quatuor in
parte eius inferiori,ſecundum modum iam poſitum:idcirco non valet,quòd quidam dicit
huius oppoſitum.In textibus quoq́ꝫ veterib⁹ & correctis habetur,ſuper arulam altaris:non,
ſubter &c.Veruntamen quidam circa hunc paſſum magnam inducunt difficultatem,& di-
Euſebi⁹. uerſas de iſta materia opiniones, quæ in Scholaſtica hiſtoria & eius gloſſa diligenter nar-
rantur.Et alius circa hæc intricationem inſerit. Sed quoniam res non videtur nunc ponde-
ris tanti, & præinducta expoſitio literæ conſonat, breuitati ſtudens pertranſeo. [Non ſoli-
dum, ſed inane & concauum intrinſecus facies illud, ſicut tibi in monte monſtratum eſt]
id eſt,altare iſtud intus non erit repletum mole terrena, ſed concauum,caruitq́ꝫ operimen
to & fundo,ita quòd terra fuit ꝓ fundo eidem.Dicebatur quoq́ꝫ altare holocauſti ſeu holo-
cauſtorum, non ꝙ ſola holocauſta offerebantur in eo,immo & alia ſacrificia immolabātur,
videlicet hoſtiæ pacificæ, & pro peccato,ſed quoniā holocauſtum fuit dignius ſacrificium
quod

quod offerebatur ibidē.A digniori aūt nomen imponi ſolet. ¶Cōſequēter deſcribitꝰ locus
vulgi: Facies & atrium tabernaculi:] hoc atriū fuit extra & ante ingreſſum tabernaculi, ſiti
verſus occidentē: ſicq́ꝫ atriū fuit ab oriēte, reſpectu tabernaculi, eratq́ꝫ atriū ſub diuo.i. ſub
aere abſq́ꝫ operimēto,quaſi magna platea.[in cui⁹]atrij[plaga auſtrali cōtra meridiē] .i.re-
ſpiciēte directe verſus meridionalē cæli plagā, [erūt tētoria de byſſo retorta] .i.cortinæ de
byſſo molliſſima,iuxta lōgitudinē atrij, vtpote 100. cubitoꝶ.[Centū cubitos vnū latus]atrij
[tenebit in longitudine] videlicet latus auſtrale.[& colūnas 20.] per quas cortinæ extende-
bantꝰ.[cū baſibus totidē ęneis,]in q̄bus figebantꝰ & ſuſtētabantꝰ colūnæ,[quæ capita cū cęla-
turis ſuis habebūt argētea] .i.colūnæ habebūt argētea capita,ꝓpriasq́ꝫ ſculpturas. Diſtabāt
aūt colūnæ ab inuicē ſpatio 5.cubitoꝶ,& ſuꝑ colūnas circuli erāt, quibus inſerebātur corti-
næ à parte vtraq́ꝫ.Siquidē atriū fuit clauſum ex vtroq́ꝫ latere colūnis, in q̄bus cortinæ pēde-
bāt.[Similiter & in latere aquilonis]ipſius atrij[ꝑ longū erūt tētoria 100.cubitoꝶ].i.cortinę
in tantū extēſæ,quæ inuicē erāt cōſutæ ſeu iunctę,[colūnę 20,& baſes æneæ eiuſdē numeri &
capita eaꝶ]ſ.colūnaꝶ[cū cælaturis ſuis argētea,]ſicut expoſitū eſt de latere auſtrali.[In lati-
tudine vero atrij, q̄d reſpicit ad occidentē, erūt tentoria ꝑ 15. cubitos]Præfatū em̄ atriū fuit
in latitudine 50.cubitoꝶ, quę latitudo fuit ab auſtro ad aquilonē,atq́ꝫ lateraliter reſpexit ad
occidentē,& ita fuerūt ibi tētoria ſeu cortinæ per 50.cubitorū ſpatium tēſæ ſiue diffuſæ, qm̃
vtranq́ꝫ latitudinis extremitatē tangebāt.[& colūnæ 10.]in quibus pendebāt cortinę per la
tū.[baſesq́ꝫ totidē]ſuſtentātes ipſas colūnas,iuxta quē ſenſum de oppoſito latere ſubdit:[In
ea q̄q́ꝫ atrij latitudine, quæ reſpicit ad orientē,50.cubiti erūt,in quibus 15.cubitoꝶ tētoria la
teri vni deputabuntꝰ,colūnęq́ꝫ tres & baſes totidē.]Iſta tētoria ſeu cortinę 15.cubitoꝶ,& tres
colūnæ ac totidē baſes, deputantꝰ ac pertinent ad ſpatiū vnū laterale ipſius introitus atrij,de
quo ſtatim dicetꝰ.Vel ſenſus eſt,ꝙ cortinæ 15.cubitorū, appenſæ tribus colūnis infixis totidē
baſibus,erāt ex vna parte cortinæ 20.cubitorū,per quā fuit ingreſſus in atrium.Similiter ex
alia parte illius cortinæ, fuit cortina 15. cubitorum. Tota nanq́ꝫ latitudo ſpatij ante atrium,
fuit 50.cubitorū:& cortina illa media, fuit 20.cubitorū: ideo ex vtraq́ꝫ parte eius fuit corti-
na 15.cubitoꝶ,vt ſic tota illa latitudo clauderetꝰ ac tegeretur cortinis. Et iuxta hunc ſenſum
ſubiungitur de tentorijs 15.cubitorū,& tribus colūnis, ac totidē baſibus,pertinētibus ad op-
poſitū ſpatiū laterale præfati introitus atrij.[Et in latere altero erūt tētoria,cubitos obtinen
tia 15.colūnas tres,& baſes totidē.]¶Cōſequēter de formatione introitus ſubdit:[In introi-
tu vero atrij, fiet tentoriū cubitoꝶ 20.ex hyacintho & purpura,coccoq́ꝫ bis tincto,& byſſo
retorta, oꝑe plumario.] Et ita fuit ex 4. precioſis coloribus illa cortina totaliter, cū cæteræ
fuerint vnius coloris, & de eadē materia,puta de byſſo.[Colūnas habebit 4.cum baſibus to
tidē.]Illæ 4.columnę ſtabāt in medio lateꝶ,quibus cingebatꝰ hincinde atrij latitudo,atq́ꝫ in
eiſdē colūnis pēdebat præfata cortina pulchra & precioſa,q̃ faciliter ꝑ circulos poterat tra
hi ac retrahi ꝓ ingreſſu & exitu populi.Cortinę q̄q́ꝫ hincinde pēdentes,factę erāt(vt fertur)
oꝑe reticulato,ita ꝙ plebs extra atriū ſtās, poterat ꝑ foramina intueri ſacrificia,q̃ fiebāt per
man⁹ ſacerdotū ī atrio.[*Oēs colūnę]4.iā ꝑfatæ,ſ.[atrij ꝑ circuitū veſtitæ erūt argēteis lami *Quæ
nis,capitibus argēteis,& baſibus æneis.]Colūnæ aūt, vt infrà patebit,ferreæ erāt.[In longi-
tudine occupabit].i.cōtinebit[atriū cubitos 100,in latitudine 50.] Iſtud iam dictū eſt.[Alti-
tudo 5.cubitoꝶ erit:]qa colūnæ habuerūt altitudinē 5.cubitoꝶ,& tā alte pendebāt cortinę,
quæ vſq́ꝫ ad terrā circiter ptingebāt.[Fietq́ꝫ de byſſo retorta,] quātū ad ſuas cortinas.i. cor-
tinæ atrij erūt de byſſo,vt patuit.[& habebit baſes æneas.Cūcta vaſa tabernaculi in oēs vſus
& cæremonias,tā paxillos eius q̃ atrij,ex ære facies.]Per vaſa tabernaculi ac atrij,intelligun-
tur vaſa ſeu inſtrumēta requiſita ad executionē eoꝶ, q̃ ad Dei cultū & obſeruātias cæremo
niales ſpectabāt,ſicut patellę quędā,cauillę,martelli,lebetes &c. Paxilli vero tabernaculi ac
atrij erāt parui pali fixi in terra circa tabernaculū ac atriū eius, videlicet iuxta baſes colūna-
rū.In q̄bus paxillis figebātꝰ ꝑ funes ipſæ cortinę tabernaculi ac atrij, ne ipulſu ventoꝶ aut tē-
peſtatū cōcuterentꝰ.Itaq́ꝫ oīa iſta iuſſit Deus ex ære ꝓduci.¶Poſtremo dn̄s iuſſit Moſi de ꝓ-
uiſiōe luminariū tabernaculi,dicēs:[Præcipe filijs Iſrael,vt afferāt tibi oleū de arboribus oli-
uaꝶ].i.expreſſum de fructibus arboꝶ illaꝶ,[puriſſimū].i.nō admixtū amurcæ, ſed claꝶ &
optimum,[piloq́ꝫ contuſum:] qa hoc mundius eſt, q̃ q̄d molis exprimitꝰ.[vt ardeat lucerna
ſemꝑ in tabernaculo teſtimonij]Per lucernā intelliguntꝰ nunc 7.lucernæ ſeu lāpades,q̃ in cā Exo.25.
delabro erāt, ꝓut 25.ca.habitū eſt.Quæ accēdebantꝰ de veſpere,& vſq́ꝫ ad mane lucebāt.Por
ro in dies tres luxiſſe leguntꝰ.Lucebit autē lucerna[extra velū q̄d oppanſum eſt teſtimonio.]
cādelabrū nanq́ꝫ ſtabat extra ſancta ſanctoꝶ in eo tabernaculi loco, q dict⁹ eſt ſanctum, ſeu
tabernaculū exteri⁹.Et ita velū fuit oppāſum.i.extēſum ſeu appēſum inter ſctm̄ ſanctoꝶ,& Exo.26.
tabernaculū illud exteri⁹, q̄d nūc teſtimoniū nuncupatꝰ. Quod totum in expoſitiōe ꝑcedētis
capituli contētum eſt plenius. Et extra velum illud ardebant lucernæ. [Et collocabunt eam
Aaron & filij eius,]hoc eſt, ipſis ex officio competet lucernas illas accendere atq́ꝫ compo-
nere,

nere,[vt vſq; mane luceat corã dño.Perpetuus erit cultus per ſucceſſiones eorũ.]hoc eſt,ob-
ſeruãtia iſta cultus diuini continuabit,durante ſtatu veteris teſtamẽti ꝑ poſteros Aarõ filio-
* coram rumq; ei⁹ [* à filijs Iſrael.]à quibus gñabuntur & ſucceſſionẽ accipient,dũ à prioribus & ſe-
nioribus poſteriores iugiter orient. Vel ideo addit,à filijs Iſrael,qm̃ ſacerdotes Leuiticę ſtir
pis,ꝓ cõmuni toti⁹ populi Iſraelitici ſalute,& ꝓ primogenitis oĩm tribuũ,exercuerũt ſacer
dotale officiũ & accẽſionẽ lucernarũ. Deniq; q̃a in oĩbus potiora ac pſtãtiora Deo ſunt offe
rẽda,ac ei⁹ cultui applicãda, ideo iuſſit oleũ oliuarũ puriſſimũ,piloq; tuſum, in tabernaculo
ſuo ꝓ lucernarũ fomẽto ĩponi. Siquidẽ oleũ oliuarũ ꝓpriiſſime oleũ appellat,& puri⁹ nobi-
liuſq; cõſiſtit,q̃ oleũ nuceũ,liniũ,myrtinũ,ſiue *raſninũ. Voluit aũt dñs in tẽplo & tabernacu
lo lampades ſemper ardere eiſdem ex cauſis, quibus nunc vult in eccleſijs eas lucere.

¶De intellectu eiuſdem capituli XXVII.myſtico. Artic. LIII.

FAcies & altare de lignis ſethim.Per iſtud altare extra tabernaculũ in atrio cõſtitutũ,in-
ſinuatur, ꝙ etiã laicorum & bonorũ cõiugalium ac ſeculariũ hominũ orationes, vota
ac hoſtiæ, Deo acceptæ ſunt.Fuit aũt altare hoc quadrũ,habens in longitudine & item
in latitudine cubitos quinq;,ad deſignãdũ,ꝙ eos quorũ opera & ſacrificia Deo placẽt,opor
teat eſſe iuſtos,immo 4. virtutibus cardinalibus decoratos,ſed & quinq; ſenſuũ cuſtodes ac
refrenatores,Itemq; vt ſint tã lati in charitate,q̃ alti ſunt in cæteris donis Dei. Habuit etiam
hoc altare 3.cubitos in altitudine,q̃a fideles oportet eſſe ad diuina erectos ꝑ triũ theologica
rũ actus virtutũ. Cornua aũt ꝑ 4.angulos,ex ipſo erũt. Per cornua in ſcripturis,aliqñ deſi-
Amos 6. gnat ſupbia,iuxta illud Amos: Væ qui dicitis, Nũqd nõ in fortitudine noſtra aſſumpſimus
Dan.7.8 nobis cornua? Qñq; dignitas regia, vt in Daniele & in Apocalypſi frequẽter. Interdũ publi-
Apoc. 5. ca denũciatio veritatis, vt in Luca: Erexit cornu ſalutis nobis. Nunc itaq; per cornua altaris
13.7. huius,poſſunt intelligi eccleſiaſticæ prælaturæ & dignitates,ac poteſtates præſidẽtiales po-
Lucæ 1. puli Chriſtiani, ꝑ 4.mũdi plagas diffuſi, ſeu libera denũciatio euangelicæ veritatis. Per quæ
4. cornua populus Dei præualet aduerſarijs ſuæ ſalutis diuina virtute. Et operies illud ære,
quia fideles debent vndiq; eſſe firmati virtute cõſtantię,atq; inſuperabili fortitudine animę.
Faciesq; in vſus ei⁹ lebetes ad ſuſcipiẽdos cineres. Per lebetes intelligunt corda humiliũ, qui
cineres.i.propriæ fragilitatis,defectuoſitatis,ac mortalitatis prædicatiões, doctrinas & con
ſiderationes libẽter audiũt atq; ſuſcipiũt. Per forcipes, quibus ignis melioraſ ac ſtruitur,in-
telligunt,qui ꝑ verba ſua ignita,virtuoſaq; opa,ignẽ amoris in cordibus proximorũ accen
dunt,cõſeruãt & cõflant.Per fuſcinulas quibus extrahunt carnes, rite accipiunt idonei præ-
ſidentes ac prædicatores,qui exẽplariter cõuerſando,diligẽter corripiẽdo & caſtigãdo,de-
ſideria expellãt carnalia à ſubditorũ ac audientiũ anima. ac igniũ receptacula.Per quę intel
ligũtur corda docilia, quæ ſpiritaliũ deſideriorũ extant capacia.Quidã aũt ſic indurati ſunt,
& carnalibus affectibus ita oppreſſi, vt quicquid eis dicaſ, nequaq̃ ignium ſpirit⁹ ſancti re-
ceptacula fiant,ſed ignibus dęmonum,flãma libidinis,auaritiæ æſtu, & iræ ardore inflãman
tur facilime. Oĩa vaſa ex ære fabricabis,qm̃ vniuerſos fideles virtutũ vigore oportet con-
ſtare. Craticulamq; in modũ retis æneam. Per iſtam craticulam, ſup quã ponebant carnes aſ
ſandæ, intelligi poteſt patientia ſancta,cui cæterarum actus virtutũ ſunt applicãdi & ſuper-
ponendi,vt igne exercitationis perficiant, & Deo bene decocti,iugiter offerant,ne etiã igne
tentationum,& aduerſitatum extinguant ac deſtruantur. Hæc craticula ſuper arulam alta-
ris ponitur,dum diuinæ dilectionis feruori patientia ipſa innititur,ac diuini amoris intui-
tu oĩe aduerſum æquanimiter patit: ſicq; oĩa,opera bona charitatis inflãmant incẽdio,vt
digna appareant in cõſpectu diuino. Faciesq; & vectes altaris.Per quos virtuoſi prędicato-
res ſignant, qui occultãda claudũt myſteria,& quæ cũctis ſunt ꝓdicanda, vbiq; euãgelizant,
ſicq; altare circũferunt.i.fidẽ & doctrinã euangelij,in qua oĩa ſunt Deo offerẽda,diuulgant.
Nõ ſolidũ,ſed inane & cõcauũ facies illud.Eſt ergo quædã mala ſoliditas.i.repletio vitioſa,
& firmatũ peccãdi propoſitũ.Eſt & quædã bona inanitas,quæ eſt euacuatio cordis ab omni
ſorde & labe vitiorũ interiore.Hoc præterea aduertendũ,ꝙ tabernaculũ,altare,vectes & alia
quædã,de lignis ſethim fieri iuſſa ſunt:ad inſinuandũ, ꝙ fideles q fructuoſæ arbores appel-
lant, ex q̃bus eccleſia cõſtruitur,debeãt ſic eſſe ſtabiliti in dño, vt nullo vitiorũ lædantur aut
putrefiãt incendio,quantũcunq; inter carnales ac impios cõuerſent,quẽadmodum ligna ſe-
Hieron. thim vicino igne altaris huius nõ cremabãtur. Quod ſecundũ Hieron.non debet incredibi
le æſtimari,cũ & genus ligni,noĩe *Anthiton,aut ligno ſimile,quãto plus arſerit,tanto mun
dius inueniatur.Ligna q̊q; paradiſi fiũt puriora vrẽdo.Facies & atriũ tabernaculi. Per atriũ
tabernaculi,q̊d ipſo tabernaculo multo longius ac latius fuit,ſed tñ baſſi⁹:deſignatur,ꝙ pu-
ſilli, impfecti & incipiẽtes, ac ſeculares & laici, ſunt multo plures, q̃ virtuoſi,pfecti,ac ſpũa-
les:nõ tñ tã alti ſunt, ſed baſſiores:qm̃ ad contemplandũ diuina,ſe nequeunt ſublimiter ele-
uare.In introitu vero atrij fiet tentoriũ cubitorũ viginti.Per id tentorium precioſum & ma-
gna colorũ venuſtate ornatũ,ſacramentũ baptiſmi poteſt intelligi,cũ illud ſit ianua ſacrorũ,
& re-

& regñatio prima in Chriſto, in q̃ baptiſmo vniuerſa deleñ peccata, & cũctæ infundũt vir-
tutes. Quod & 4. habet colũnas,dũ 4. euangeliorũ cõprobatur doctrinis,immo ex lege &
prophetis, ex euãgelio & epiſtolis apoſtolicis roborat.Oẽs colũnæ atrij per circuitũ veſtitę
erunt argenteis laminis. Per colũnas atrij,intelliguntur hi qui inter ſeculares ſunt altiores &
perfectiores. Qui argẽteis laminis debẽt eſſe veſtiti,hoc eſt, virtute prudẽtię,veritate ſermo-
nis,ac vitæ actiuæ opibus debẽt oĩno fulciri. Capita vero eorũ, videlicet corda,oportet eſſe
argẽtea.i.fide ſplẽdida,baſeſq; æneas,vt firmiſſima habeãt fidei fundamẽta. ¶Poſtremo,ꝑ
oleũ oliuarũ, donũ pietatis,deuotio mẽtis,cordis pinguedo accipit. Ex his nanq; fit vnui-
quiſq; lucerna lucẽs & ardẽs,ipſaq; charitas cõfouet,lux ſapiẽtiæ augmentat, exẽplaris con
uerſatio radiat multis,& tẽplum ſpiritus ſancti(quod eſt anima virtuoſa,ſeu adunatio vere
fideliũ)corã Deo coruſcat. Et hoc extra velũ, cũ dicat Saluator: Sic luceat lux veſtra coram Matt.5.
hominibus. Et collocabũt eã Aaron & filij eius: qm̃ ad prẹlatos ac ſacerdotes ꝑtinet dirige-
re,illuminare,diſponere alios. Vſq; mane,hoc eſt,quouſq; à præſentis vitæ tenebris libere-
mur,atq; ad æternæ claritatis exordia ꝑducamur. ideo additur: Perpetuus erit cultus,q̃a in
his exercitijs virtuoſis oportet nos perſeuerare vſq; in finem,quouſq; finiamus hanc vitam.

¶Declaratio literalis cap.XXVIII.Applica quoq; ad te fratrem. Artic. LIIII.

DE ornamẽtis miniſtrorũ ſanctuarij,præſertim põtificis, agitur in hoc loco.Quocirca
penſandũ ꝙ in prima Secũdæ,quæſtione 102. ſcribit Thomas: Totus exterior cultus
Dei ad hoc præcipue ordinat, vt homines Deum intus in reuerẽtia habeant. Hoc aũt
habet humanus affectus, vt cõmunia & indiſtincta ab alijs, minus reuereat: ea vero quæ ali-
quã excellẽtiæ diſcretionẽ ab alijs ſortiunt, magis miret ac veneretur. Hinc conſuetudo in-
ter homines inoleuit,vt reges & principes,quos oportet in reuerẽtia haberi à ſubditis,pre-
cioſioribus veſtimẽtis vtantur, & ampliores ac pulchriores habitationes poſſideant. Hinc
quoq; oportuit,vt quædã ſpecialia tẽpora,ſpeciale tabernaculũ,ſpecialia vaſa,ſpeciales mi-
niſtri,ac ſpecialia eorũdem ornamenta, ad Dei cultũ ordinarent, vt per hæc, hominũ corda
ad ſpecialẽ Dei reuerentiã excitarent. Itaq; de ornamẽtis ſacerdotũ atq; pontificum agitur
modo.[Applica quoq; ad te] hoc eſt,ex cæteris tibi aſſume ac iunge. [Aaron fratrẽ tuũ cum
filijs ſuis de medio].i.de ſocietate ac numero[filiorũ Iſrael,vt ſacerdotio fungãt mihi:]hoc
eſt, ad meũ honorẽ,nõ ad propria cõmoda,finaliter ſacerdotali vtantur officio Aaron & 4.
filij eius,videlicet:[Nadab & Abihu, Eleazar & Ithamar filij Aaron.] Veruntñ nõ in eodem
gradu aut dignitate æquali,qm̃ inter eos ſolus Aaron factus eſt põtifex,& filij eius,ſacerdo-
tes effecti,miniſtrauerũt eidẽ.[Faciesq;]hoc eſt,ꝑ man⁹ aliorũ fieri iubebis,[veſtẽ ſanctam,]
i.conſecrandã,diuinoq; cultui deputandã,[Aaron fratri tuo,]non ſolũ ſecundum carnem,
ſed & ſecundũ fidẽ & religionẽ, [in gloriã & decorẽ.]hoc eſt, quæ ei ſit glorioſa,& decora-
tiua ipſius,immo & poſteris eius cedat in gloriã & honorẽ,finaliter vero tendat ac ordine-
tur ad meæ gloriã maieſtatis,atq; ad cultus ſeu ſeruitutis meę decorẽ. ¶Porro,ꝙ ait, veſtem
ſanctã,nõ eſt intelligendũ duntaxat de veſte vna,ſed potius de veſtiũ quadã cõgerie,& pon
tificaliũ ornamentorũ vniuerſitate, ita ꝙ ſingulare ponit pro plurali. [Et loqueris cũctis ſa-
pientib⁹ corde,q̊s repleui ſpũ prudẽtiæ].i.ſpũali dono ac gr̃a prudẽtiæ quæ circa artificialia
verſat. Et q̊d ait,q̊s repleui, videt de futuro ꝑ modũ præteriti dictũ.Nã poſt iſtud inter Deũ
Moſenq; colloquiũ,vident repleti hac arte,vt infrà magis patebit.His ergo loqueris .i. ꝓci-
pies,vel hos repleui prudẽtia,[vt faciãt veſtes Aaron]Non ait,veſtẽ,ſed veſtes:quo cõſtat ve
rũ eſſe q̊d dixit:[in q̃bus ſanctificatus] .i.ad meũ cultũ ei iniungendũ aptatus ſeu cõſecratus,
quia non niſi in diuino officio vteret his veſtibus. [miniſtret mihi]in tabernaculo, & intra
ſancta ſanctorũ,exhibẽdo ac ꝓſequẽdo ſacerdotalis ac põtificalis officij actus.[Hęc aũt erũt
veſtimẽta quæ faciẽt] artifices fratri tuo: [Rationale & ſuperhumerale,tunicã & lineã ſtri-
ctã, cidarim & balteũ.]Primo ponunt iſta in gñali, deinde tractat de eis in ſpeciali. [Faciẽt
fratri tuo Aaron & filijs eius,vt ſacerdotio fungant mihi,veſtimẽta ſancta.]Nã vt infrà pa-
tebit,aliquæ veſtiũ harũ,& aliarũ infrà exprimendarũ,fuerũt ꝓprię pontifici,aliæ aũt cõmu-
nes ei & cæteris ſacerdotibus. [Accipientq; aurũ & hyacinthũ & purpuram, coccumq; bis
tinctũ, & byſſum].i.artifices accipiẽt iſtas materias à filijs Iſrael offerẽtibus eas,ad faciendũ
ex eis ornamenta ꝓfata. [Faciẽt aũt ſuperhumerale].i.veſtẽ pontificalẽ ſic dictã, humeroſq;
præſertim tegentẽ,[de auro & hyacintho ac purpura, coccoq; bis tincto, & byſſo retorta.]
Noĩa iſta in expoſitione cap. 25.ſunt explanata. [opere polymito] .i.vario, quaſi guttis di-
ſtincto, ita ꝙ ſuperhumerale erit huiuſmodi opus, vtpote diuerſis coloribus & figuris or-
natũ,non tamẽ animaliũ, ſed florũ & huiuſcemodi rerũ. Dicitur quippe polymitum,à poly,
quod eſt pluralitas, & mitos q̊d eſt gutta.[Duas oras iunctas habebit in vtroq; latere ſum-
mitatum,vt in vnũ redeant.]Superhumerale hoc,fuit manicis carẽs, veſtis quadrata, vnaq;
pars longitudinis eius pendebat retro, operiens dorſum: alia pars ante pependit, & pectus
operuit. Sicq; oræ laterum humeralis, iungebantur in lateribus ſacerdotis vncinis & au-
reis

reis annulis, ſeu nodulis. [Ipſa quoq; textura & cũcta operis varietas].i.ſuphumerale,ſeu eius
contextus atq; varietas, quantũ ad ſuam materiam,[erit ex auro & hyacintho & purpura,
coccoq́; bis tincto,& byſſo retorta].i.ex panno de filis harũ 5. ſpecierũ contexto, videlicet
de filis factis ex auro,hyacintho,purpura,cocco bis tincto,& byſſo retorta,pulchra varieta
Exo. 25. te diſtinctis & intermixtis.[Sumesq́; duos lapides onychinos,]de quibus dictum eſt in ex-
Ioſe. li. 3 poſitione 25.capituli. Tamẽ ſecundũ Ioſephũ erant ſardonyches,ſecundũ LXX.vero,ſma-
ant. iud. ragdi.[& ſculpes in eis nomina filiorũ Iſrael:]hoc eſt,noĩa 12.patriarcharũ qui fuerunt filij
cap. 11. Iacob,vocati alio noĩe Iſrael.[Sex noĩa in lapide vno,& ſex reliqua in lapide altero * ſecun-
dum ordinẽ natiuitatis eorũ.] Sex etenĩ noĩa ſeniorũ filiorũ, erãt in gemma illa exiſtente in
*iuxta dextero humero:& ſex reliqua,in onychino exiſtẽte in ſiniſtra parte ſuphumeralis, quæ ſi-
niſtrũ humerũ operiebat,vt Ioſephus narrat. [Opere ſculptoris & cælatura * gẽmarum ſcul
pes eos nominibus filiorũ Iſrael].i.onychinos iſtos facies ſculpi artificio viri ſcientis ſculpe-
re & cęlare,ſeu exarare,prout ad gẽmarium ſpectat,hoc eſt,ad eũ qui operatur de gẽmis &
in eis.Erant aũt ſculpti prouincialibus literis lingua Hebræa:onychinos,inquã, incluſos au
ro atq; circũdatos.]Poſtq̃ enĩ noĩa eis per ſculpturã inſcripta fuerũt, includebant operie-
banturq́; auro. [Et pones in vtroq; latere ſuperhumeralis] .i.vnum onychinum in dexte-
ra parte ſuphumeralis ſuperius,aliũ in ſiniſtra.[memoriale filijs Iſrael,]hoc eſt,onychini ſic
locati, erunt pontifici pro memoriali ad profectũ populi ſui. [portabitq́; Aarõ noĩa eorum
corã dño ſup vtrunq; humerũ ſuum] iuxta ſenſum inductũ[ob recordationẽ].i.vt memor
ſit filiorũ Iſrael ad orandũ pro ipſis,vel patriarcharũ ad imitandũ eorũ virtutes,& itẽ vt De-
us videns põtificẽ ſic portare nomina illa iuxta diuinum præceptũ, recordaretur filiorum
Iſrael in bonum,exaudiendo pontificem pro ipſis orantem. [Facies & vncinos ex auro.]
Sũt aũt vncini,inſtrumẽta ad attrahendũ ſiue tenẽdũ. [& duas catenulas auri puriſſimi, ſibi
inuicẽ cohærentes, quas inſeres vncinis. ¶Circa hoc ſcribit Beda:Vncini iſti, erãt in ſupre
mis angulis ſuperhumeralis fabre affixi.Catenulæ aũt non in ſuperhumerali, ſed in rationa
li,hoc eſt, in ſuperioribus eius angulis vidẽtur fuiſſe annexæ per aureos annulos,vt dũ pon
tifex induebatur, catenæ ex rationali pendentes, annecterent vncinis ſuperhumeralis,ſicq́;
vtraq; veſtis ſibijnuicẽ firmiter cohæreret,& hoc infrà magis patebit. Hæc de ſuperhumera
li in textu cõtenta ſunt.Quæ vt clarius intelligant,ſciendũ quia(vt tactum eſt)ſuperhumera-
le fuit veſtis quadrata, altera parte longior,nõ habens manicas,ſed aperturam ſuperius,per
quam imponebat pontifex caput ſuũ,cuius veſtis latitudo texit pontificis humeros. Porro
vna pars lõgitudinis ipſius ſuperhumeralis, retro pendẽs & dorſum operiẽs, ptingebat vſq;
ad renes,ita vt ſupcingi potuit:altera demũ pars ante pendebat,operiẽs pectus. Habuit quoq;
veſtis hęc aperturã in pectore quadrã,ad magnitudinẽ palmi,cui aptur rationale inſerebat.
De quo ſubiungit:[Rationale quoq; iudicij facies ope polymito,iuxta texturã ſuperhume-
ralis].i.ex eiſdẽ materijs,ex qbus & ſuphumerale,videlicet [ex auro, hyacintho & purpura,
coccoq́; bis tincto,& byſſo retorta,]Vnde & eorũdẽ fuit colorũ cum ſuphumerali.Quadrã-
gulũ erit & duplex] .i.duplici textura firmatũ, ſeu ex panno duplicato formatũ,vt facilius
portet põdus gẽmarũ,ſecundũ Gloſſam.[Menſurã palmi habebit,tã in lõgitudine, q̃ in lati
tudine.]vt pciſe impleret apturã ſuphumeralis præfatam.Cur aũt dictũ ſit rationale iudicij,
mox dicet.[Ponesq́; in eo 4.ordines lapidũ]precioſorũ:hoc eſt,12.gẽmas per 4.lineas ſubor
dinatas,ſeu cõgruo ordine ſitas. [in primo verſu].i.tractu ſeu linea,[erit lapis ſardius & to-
pazius & ſmaragdus:]quæ tres gẽmæ ſtabũt in longũ diſtinctæ quaſi in acie:[in ſecũdo]ver
ſu erunt[carbũculus,ſaphirus,& iaſpis:in tertio,ligurius,achates,& amethyſtus:in quarto,
chryſolithus, onychinus, & beryllus.] De proprietatibus harum gẽmarum aliquid inſere-
tur ſequẽti articulo. [Incluſi auro erũt per ordines ſuos.] poſtq̃ fuerint ſculpti nominibus.
[Habebũtq́; noĩa filiorũ Iſrael]per ſculpturã ſibi inſcripta. [Duodecim nominibus cælabun
tur ſinguli lapides]vtpote[nominibus ſingulorum per 12.tribus,]hoc eſt, nominibus 12.pa-
triarcharum,ex quibus 12.tribus natæ ſunt. Deniq; trium ſeniorum patriarcharũ nomina,
erant impreſſa & ſita in linea ſuperiori.Deinde in linea infrà poſita, aliorũ triũm nomina,
ſicq́; deinceps ſecundũ ordinẽ generationis ipſorum. [Facies in rationali catenas ſibijnui-
cem cohærẽtes ex auro puriſſimo.] Iſtæ ſunt catenæ,quæ paulo ante dicebant catenulæ. [&
duos annulos aureos,quos pones in vtraq; rationalis ſummitate.]hoc eſt,in duobus exteri-
oribus angulis, ſeu extremitatibus eius.[catenasq́; aureas iunges annulis,qui ſunt in margi-
nibus eius.]Catenæ etenĩ iſtæ innectebantur annulis illis per fiſtulas aureas, & extendebãtur
vſq; pontificis ſcapulas, ſup quas immittebant ac inſerebantur duobus vncinis aureis, fir-
miter infixis ſuperhumerali, vt ſic hæc duo ornamenta ſibi fortius cohærerent. ideo ſubdi-
tur:[Et ipſarum catenarũ extrema duobus copulabis vicinis in vtroq; latere ſuperhumera-
lis,quod rationale reſpicit.Facies & duos annulos aureos, quos pones in ſummitatibus ra-
tionalis].i.in alijs duobus angulis eius.[& in oris quæ e regione ſunt ſuperhumeralis, & po
ſteriora

ſteriora eius aſpiciũt].i.in pfatis duobus angulis,ex oppoſito correſpõdentibus angulis ſu-
perhumeralis duobus.Siquidẽ in 4.angulis rationalis, erãt 4. annuli aurei,correſpondẽtes
4.angulis in ſuphumerali inſertis, atq; p annulos illos pariter ſtrĩgebãt ſuphumerale ac rati
õnale cũ ligaminibꝰ hyacinthinis, q̃ trãſierũt p annulos illos. [necnõ & alios duos annulos
aureos, q ponẽdi ſunt in vtroq; latere ſuphumeralis deorſum,q̃d reſpicit cõtra faciẽ iũctu-
ræ inferioris,vt aptari poſſit cũ ſuphumerali,vt ſtringat rationale annulis ſuis cũ annulis ſu
perhumeralis,vitta hyacinthina,vt maneat iunctura fabrefacta, & à ſeinuicẽ rationale & ſu
perhumerale nequeãt ſeparari.]In inferiori nanq; parte rationalis,erãt & alij annuli duo au
rei in vtroq; latere eius:in poſteriori quoq; ſuperhumeralis parte,duo aurei annuli illis corre-
ſpondẽtes fuerũt,p quos rationale & ſuphumerale conſtringebant in vtroq; latere ſacerdo
tis, quadã ligatura hyacinthina p annulos trãſeunte. [Portabitq́; Aaron nomina filiorum
Iſrael in rationali iudicij ſup pectꝰ ſuũ qñ ingredietur ſanctuariũ].i.tabernaculũ, præſertim
qñ intrabit ſancta ſanctorũ ad deprecandũ ſeu immolandũ. [Memoriale corã dño in æter-
nũ.]ſicut expoſitũ eſt de duobus onychinis,quos portauit in ſuperhumerali.Circa quod lo
quit Gloſſa: Tribus de cauſis Aaron noĩa patriarcharũ inter ſacrificia ſemp in humeris &
in pectore tulit.Primo,vt ipſe fidẽ & vitã patriarcharũ cogitaret ſectari.Secundo, vt 12.tri-
buũ ex patriarchis natarũ,in orationibus & ſacrificijs memor eſſet. Tertio, vt populus ſcri-
pta in veſte præſulis patrũ noĩa videns,ſedulo curaret, ne à patrũ ſuorũ meritis recedens, ad
errorũ cõtagia declinaret.Hinc & magiſter in hiſtorijs ſcribit:Portauit gẽmas ob recorda-
tionẽ triũ,quorũ vnius populus memor eſſet,ipſe vero duorũ,vt ſ. populus videns noĩa pa-
trũ ſuorũ,ſatageret ne à virtute priorũ degeneraret: ſacerdos vero recordaret fidẽ & vitam
ſequi patriarcharũ: itemq́;, tribus ex illis natas, Deo orationibus & ſacrificijs cõmendaret.
[Pones aũt in rationali iudicij doctrinã & veritatẽ.]Dicũt aliq, ꝙ ornamentũ hoc vocatum
ſit rationale iudicij:qa in eo ſcripta erant duo hæc noĩa,veritas & doctrina.Cui dicto vide-
tur cõcordare q̃d in textu ſubiungit:[quæ erũt in pectore Aaron,qñ ingredietur corã dño:]
qm̃ tẽpore oratiõis & oblationis in ſanctuario, pcipue debuit doctrinã ſcripturæ & verita-
tẽ vitæ atq; iuſtitiæ habere in mente. [Et geſtabit iudiciũ filiorum Iſrael in pectore ſuo in
conſpectu dñi ſemper].i. cauſam ſalutis Iſraeliticæ plebis corã Deo aſſumet,& pro ipſis ſo-
licitus erit, pẽſando iudiciũ Dei q̃d imminet eis.¶Porro Auguſtinꝰ circa hæc fat:In qua re Auguſt.
vel in quo metallo poſitæ erant ſup rationale demõſtratio (.i.doctrina) & veritas, inuenire
difficile eſt. Fabulantur tñ Iudęi lapidẽ fuiſſe, cuius color mutaretur ad proſpera vel aduer-
ſa filijs Iſrael imminẽtia,q̃uis intelligi poſſint noĩa iſta literis impoſita rationali. Inſup Ly-
ra,ſecundũ Ioſephũ,inquit:Doctrina & veritas extitit quidã fulgor procedẽs ex lapidibꝰ ra Ioſe. li. 3
tionalis,deſignãs Deum placatum, proſperumq́; reſponſum ac exauditionẽ precum ponti- ant. iud.
ficis.Sed R.Salomon aſſerit,ꝙ erat nomẽ dñi tetragrãmaton, poſitũ ſub lapidibus in ratio- cap. 11.
nali,cuius nominis virtute manifeſtabat veritas de interrogatis dũ pontifex dñm conſule- R. Salo.
bat.Vnde & rationale perhibet factum de panno duplicato, vt inter duos pannos illos no-
men dñi tetragrãmaton includeretur. Veruntamẽ author Scholaſticæ hiſtorię poſitionem Euſebi.
Ioſephi verius recitat:Ioſephus,inquiẽs, dicit,gemmã quæ in dextero humero põtificis ge-
rebatur,tãto ſplẽduiſſe fulgore,ꝙ & procul poſitis apparuit radius eius,dum ſacrificiũ Deo Ioſe.li.3.
cõplacuit. Egreſſuris vero filijs Iſrael ad præliũ, ſi Deus cũ eis erat, ſplẽdor in lapidibus ra- ant.iud.
tionalis apparuit, vt omĩ fieret multitudini manifeſtũ, Deum eis adeſſe ad auxiliandũ.Rur- cap. 11.
ſus in eadẽ fertur hiſtoria: Tradunt Hebræi, in medio rationali quadrũ lapidem magnitu- Euſebi.
dine duorũ digitorum fuiſſe, in quo ſecundũ coloris mutationẽ perpendebant, vtrũ Deum
haberẽt placatũ vel offenſum.Deniq; Ioſephus refert,præfatum rationalis atq; alteriꝰ gem- Ioſe.li.3
mæ ſplendorẽ,ceſſaſſe per annos ducentos anteq̃ ſcripſit hæc,cum Deus moleſte ferret legis ant.iud.
trãſgreſſionẽ.Scripſit aũt Ioſephꝰ iſta, videlicet librũ antiquitatũ, tẽpore Veſpaſiani & Ti- cap.11.
ti,ad Veſpaſiani (vt fertur)inſtantiã. Verũtamen huic vltimæ recitationi Ioſephi R.Paulus
cõtradicit,aſſerẽs rationale iudicij, in quo fuit doctrina & veritas, defuiſſe Iudæis toto tem R.Paulꝰ.
pore tẽpli ſecũdi,& ita nõ ſolũ per annos ducẽtos ante Ioſephi cõſcriptionẽ defeciſſet ſplen
dor pfatꝰ.Recordor quoq;(ni fallor) ꝙ Lyra quodã in loco narrat, quinq; notabilia ſecũdum
Hebræos,defeciſſe tẽplo ſecũdo,videlicet à Zorobabel ædificato, quæ in primo tẽplo à Sa- *
lomone cõſtructo, fuerũt, videlicet arca fœderis,diuina reſpõſa, ignis cõtinuus in altari, vn- 1. Eſd. 3.
ctio regũ, doctrina & veritas.qd horũ ſit verius, certũ nõ habeo.Nã & illud de mutatiõe la-
pidis in medio rationali,Auguſtinus noĩat fabulã Iudæorũ.Fabulatio tñ qñq; in bono acci-
pit.Sequit de tertio ornamẽto ac veſtimẽto pontificis. [Facies & tunicã ſuperhumeralis to-
tã hyacinthinã] .i.ex filis hyacinthi.Et dicit tunica ſuphumeralis.i.ipſius ſuphumeralis,à q̃
realiter differebat,qm̃ pontifex ſup hanc tunicã immediate induit ſuphumerale. Vel(vt lo-
quitur Beda)ita vocatur ad differentiã interioris tunicę lineæ.[in cuius medio ſuprà erit ca- Beda.
pitium].i.veſtis hæc hyacinthina in ſuperiori ſua parte habebit aperturã, p quã intrabit põ

tificis

tificis caput,dũ induit eam, quæ etiã poderis appellatur,quia talaris erat,& pedes tangens.
[Et ora per gyrũ eius textilis]erit,ſ.opere plectili facta. Et dicitur textile,quod faciliter texi
tur.[ſicut fieri ſolet in extremis veſtiũ partib⁹,ne facile rũpatur.]Hæc tunica,vt legit,habuit
circa collũ in extremitatibus manicarũ oras fortiter cõtextas,ex diuerſis coloribus & lapidi-
Euſebi⁹. bus precioſis. Et,vt in Scholaſtica recitatur hiſtoria,de duabus inciſionibus ſeu partib⁹ fuit
facta,cõſuta ſup humeros,atq; per latera in modũ dalmaticæ facta,manicas eiuſdem coloris
habens aſſutas,capitiũ habens nõ ex trãſuerſo ſup ſcapulas,ſed in longũ ſectionem habebat
à pectore vſq; ad mediũ ſcapularũ:cui aperturæ,ne turpiter appareret, aſſuta fuit vitta, quæ
ſup ſcapulas hinc & inde *naſtalis adſtringebatur.i.paruis aureis nodis,quib⁹ capitiũ tuni-
cæ ſuper humeros firmabatur vtrinq;. [Deorſum vero ad pedes eiuſdem tunicæ per circui-
tum quaſi mala punica]ſ.malogranata,[facies ex hyacintho & purpura,&cocco bis tincto,
& byſſo retorta,mixtis in medio tintinnabulis, ita vt tintinnabulũ ſit aureũ,& malũ]ſit[pu-
nicũ].i.pomũ illud ſimilitudinẽ habeat pomi granati.[Rurſũq; aliud tintinnabulũ aureum
& malũ punicũ.]Iſta tintinnabula & iſta pomella pendebãt pro fimbrijs in margine ſeu ex-
tremitate inferiori tunicæ hyacinthinę,ſituata ĩter ſe modo interſcalari,ita ꝙ inter duo ma
la punica,erat vnũ tintinnabulũ,& ecõtra. Atq; vt in hiſtorijs ait magiſter,tintinnabula erãt
* veſtiet ſeptuaginta duo,totidẽq; malogranata.[Et * induet ea Aaron] ſucceſſoreſq; eius[in officio
miniſterij]põtificalis,[vt audiatur ſonitus]tintinnabulorũ, [quãdo ingrediet & egredietur
ſanctuariũ,& nõ moriat].i.nõ ſubito ꝑcutiatur plaga mortis tanq̃ trãſgreſſor ꝑcepti,ſi iſtud
nõ fecerit.[Facies & laminã de auro puriſſimo,in qua ſculpes opere celatoris ſanctum dño]
i.nomen dñi tetragrãmaton, facies ꝑ cælaturã ſcribi in ea.¶Circa hoc ſcribunt Beda & Pe-
trus Comeſtor:In lamina ſcriptũ erat,Aioth Adonai.i.ſanctum nomen dñi, ſ.tetragrãma-
ton, quod ineffabile dicitur, non quia dici non poſſit, ſed quia rem ineffabilem ſignificat.
Quod his literis Hebraicis ſcribitur,He Ioth He Vau. Quæ ſonant, principium vitæ paſſio-
Beda. nis iſte:quod eſt,per paſſionẽ eius,quẽ præfigurat hic ſacerdos,recuperabitur vita in Adam
Hieron. perdita. Veruntamẽ ſalua reuerẽtia horũ doctorũ,illa non cenſetur fuiſſe ratio, cur nomen
illud ineffabile dicit, quia rẽ ineffabilẽ ſignificat. Sic enĩ om̃ipotens,æternus, immenſus, &
multa cõſimilia dicerent ineffabilia noĩa dñi:ſed alia huius eſt ratio,quę in expoſitione 30.ca
pituli cõtinetur.[ligabiſq; eam vitta hyacinthina.] Vitta nũc ſumit pro infula,qua caput ſa
Exo.36. cerdotis ligat. Ligabatur ergo hæc lamina cũ huiuſmodi vitta,ne moto põtifice,agitaretur
hinc inde,immo cũ filis hyacinthinis alligabat mitræ ſeu tiarę põtificis. Vnde ſubiungitur:
[Et erit ſuper tiarã,imminẽs fronti põtificis.]Pẽdebat nanq; in frõte ipſius. Hinc in Schola-
ſtica hiſtoria dicit: Aurea lamina ad modũ dimidiæ lunæ facta, arcuationemq; ſurſum ha-
Euſebi⁹. bens,& in medio aureũ annulũ, aureo inſerebat vncino, qui tiaræ inſertus erat.[Portabitq;
Aarõ iniquitates eorũ quæ obtulerũt & ſacrificauerũt filij Iſrael in cunctis muneribus & do-
narijs ſuis] .i.põtifex aſſumet orationẽ & immolationẽ pro remiſſione peccatorũ filiorum
Iſrael,pro quorũ remiſſione ipſi offerẽt & ſanctificabũt.i. diuino cultui deputabũt, q̃cunq;
ex rebus ſibi cõceſſis oblaturi & dedicaturi ſunt Deo per manus ſacerdotũ, aut ſponte datu
ri. Erit aũt lamina ſemp in frõte eius].i.om̃i tẽpore opportuno,videlicet quãdo ſuum exer
cet põtificale officiũ.[vt placatus ſit ei dñs].i.ne ei iraſcat vt præuaricatori, ſi iſtud neglexe-
Beda. rit, atq; vt Deus eũ gratioſe exaudiat. Inſuper iuxta Bedã, aurea lamina ſacratior fuit cæteris
indumẽtis & ornamẽtis põtificis:qm̃ ſicut diuina potẽtia om̃ibus ſupereminet creaturis, ita
oportet vt nomẽ eius cæterũ pontificis tranſcendat ornatũ, & velut cuncta ſanctificãs, exi-
miã teneat ſedẽ. Deniq;,q̃uis iã dictum ſit,ꝙ lamina aurea fuit inſtar mediæ lunæ formata,
habens cornua ſurſum,aliq̃ tamen ſcribũt oppoſitũ, affirmãtes ꝙ fuit facta ad modũ coro-
næ,non tamen coronæ cõpletæ:& ꝙ protendebat ſolũ ab aure,tranſiẽs ſuper frontẽ.[Strin
geſq; tunicã byſſo] .i.tunicã ex byſſo factã,ſtrictã arctamq; facies,vel ſtringes eã .i.ad cor-
pus ſtricte aptabis, byſſo.i. balteo byſſino, vt quidã exponunt. Sicq; per tunicã intelligitur
linea ſtricta,de qua in principio capituli mẽtiõ facta eſt. Sacerdos enĩ & etiã põtifex primo
induebatur feminalibus,ſecundo ſindone byſſina, duplici ſeu dupla per totũ, quæ ſubucula
vel camiſia appellat, ſuper quã balteo cingebat & tiara byſſina. Tiara ſeu mitra hæc facta
de byſſo,fuit ſimplex, quæ & ſacerdotibus cõpetebat,facta per modũ modici calamanti vel
caſſidis paruæ, medietatẽ verticis parum excedens: quæ cum vitta ligabatur ſub mento ſa-
cerdotis,nuditatem colli operiens,& mitrã quæ & pileum nuncupatur, fortiter tenens, ne
laberetur de ſacerdotis capite in ſanctuario miniſtrãtis. [& tiarã byſſinã facies, & balteum
opere plumarij].i.acu facti. Plumariũ nãq;,vt patuit,dicitur opus acu peractum. Iſtud ex-
ponitur de balteo exteriori, qui ex eiſdem coloribus materijſq; conſtabat, ex quibus ſuper-
humerale & rationale,ſtringens ſuperhumerale cum tunica hyacinthina:cuius baltei extre
ma ornate fimbriata,in anteriori parte pendebant.[Porro filijs Aaron] ſ.ſacerdotibus,[tu-
nicas lineas parabis, videlicet ſindones byſſinas duplas per totum, de quibus iã dictum eſt.
[&

& balteos:]hoc de cingulis ſacerdotũ exponitur, quæ tamẽ & pontificibus cõmunia erant.
Hinc in Scholaſtica hiſtoria ex Ioſepho recitatur: Cingebatur, ſcilicet põtifex ſeu ſacerdos,
balteo lato latitudine quatuor digitorum, ſic reticulato, vt quaſi pellis viperea,quam exuit Ioſe. li. 3
vipera ſeu coluber æſtate ſeu ſenectute, cõtexta floribus coccineis,purpureis ac hyacinthi- ant. iud.
nis,videretur. Stamen tamen tantum byſſinum erat,id eſt,fila in longum protenſa in baltei cap. 11.
huius textura. Fimbrias quoq;(vt fertur)habuit de auro, alijſq; coloribus pulchra varietate
ornatas,[ac tiaras:] quod de tiaris byſſinis (de quibus iam dictum eſt) ſumitur. [in gloriam
& decorẽ:]eodem proportionabiliter ſenſu,quo ſuprà in iſto dicebatur capitulo:Faciẽt ve-
ſtem ſanctam in gloriam & decorem.[Veſtieſq; his omnibus Aaron fratrem tuum,& filios
eius cum eo.]¶Circa hoc loquitur Beda, ꝙ hæc tria vltima ornamenta,competebant filijs Beda.
Aaron: Alia prædicta, ſoli Aaron præſuli. Vnde & Gloſſa: Omnibus,inquit,his veſtiendus
erat Aaron & filij eius,ſed diſtincte, ita vt ipſe Aaron omnibus his vteretur: filij autem eius,
his tribus quæ eis aſſcripta ſunt, cum dicitur:Porro filijs Aaron &c. Veruntamen expoſito-
res cõmuniter dicunt, ſicut & Thomas in prima Secundæ, & author Scholaſticæ hiſtoriæ,
ꝙ ſacrorum octo indumentorũ, quatuor cõmunia erant pontifici ac ſacerdotibus: alia au-
tem quatuor,ſoli cõpetebant pontifici. Sed iſtud faciliter cõcordatur,quoniã paulo poſt de
feminalibus ſubditur, quæ inter quatuor indumenta ſacerdotũ connumerant. Quod Beda Ibidem.
non negat.[Et cunctorũ] videlicet tam Aaron, q̃ filiorum ipſius, [conſecrabis manus] oleo
conſecrationis,vt infrà habebitur.[ſanctificabiſq; illos].i.ad diuina applicabis, mancipabis
ac purificabis per modũ infrà ponendũ.[vt ſacerdotio fungãtur mihi. Facies & feminalia li
nea].i.bracas de byſſo, quæ & femoralia nuncupãtur.[vt operiãt carnem turpitudinis ſuæ,]
quæ Apoſtolus inhoneſta corporis nominat,quia in illis motus inhoneſti moleſtius ſentiun 1.Co.12.
tur,fomes grauius ſæuit,& maior contra ſpiritũ rebellio inuenitur.[à renibus vſq; ad femo
ra.]Cum enĩ per pedes induerẽtur feminalia iſta, aſſcẽdebãt vſq; ad lumbos, & ibi fortiter
ſtringebãtur,infrà aũt pertingebãt ad femora. Ex verbis autẽ textus elicitur,ꝙ Aaron & fi-
lij eius proprijs manibus feminalia induebant , cætera Moſes induit eos. Nempe cũ dictum
eſt, Veſties his omnibus Aaron & filios eius,adiunctũ eſt:Facies & feminalia linea, vt ope-
riant &c. Hoc etiam aſſerit Gloſſa.[Et vtentur eis Aaron & filij eius, quando ingrediẽtur ta
bernaculum teſtimonij, vel quãdo appropinquant ad altare]holocauſtorũ,vel thymiama-
tis ſeu incẽſi.[vt miniſtrẽt in ſanctuario] id eſt, in tabernaculo officia ſua exerceant,orando
& immolando pro populo. [ne iniquitatis rei moriantur]id eſt, ne iuſte occidãtur plaga di
uinæ iuſtitiæ, ſi iſtud præceptum omiſerint. [Legitimum ſempiternũ erit Aaron & ſemini
eius poſt eum].i. præceptũ iſtud erit tã pontifici q̃ ſacerdotibus iugiter obſeruandũ, q̃ diu
lex vetus ſuũ habuerit curſum, tanq̃ lege diuina firmiter inſtitutũ. ¶Itaq;(ſicut ex dictis col-
ligitur)octo erãt ſacerdotalia indumenta,videlicet veſtis ſeu tunica linea ſtricta,tunica hya-
cinthina,ſuperhumerale,rationale,balteus,tiara,lamina aurea,feminalia linea, quibus om̃i-
bus pontifex vtebatur. Sacerdotes vero vtebantur quatuor horũ,videlicet feminalibus,tu-
nica linea, balteo & tiara. Porro tiara iſta à cidari ſeu mitra pontificali multũ erat diſtincta.
Iam quippe expreſſum eſt, qualiter tiara iſta fuerit diſpoſita. Cidaris aũt pontificalis extitit
hyacinthina, quæ in capite pontificis ponebatur ſupra tiarã præfatã, & circundata fuit au-
reo circulo tribus ordinibus, ſup quã ab occipite erant depicti aurei flores plantagini ſimi-
les. A fronte aũt ſtabat flos aureus ſimilis herbæ. In ſuperiori vero eius planitie ex om̃i par-
te in circuitu eius vſq; ad ſummitatem ipſius,quæ in acutiſſimũ tendebat cacumen, ſtabant
particulatim per loca aurea malogranata cum ſpinoſis extremitatib⁹ fabrefacta. Supra fron
tem vero pendebat aurea lamina,prout magiſter iſtud in hiſtorijs ex Ioſepho narrat,Gloſ-
ſa quoq; ex Beda.¶Præterea aduertendũ ꝙ Lyra affirmat decẽ fuiſſe ſacerdotalia veſtimen Beda.
ta,quorũ quatuor cõmunia erant ſacerdotibus atq; pontifici, alia ſex dicit fuiſſe ꝓpria pon
tifici,ſcilicet tunicam hyacinthinã, ſuperhumerale, rationale,balteũ,mitrã hyacinthinã ſeu
cidarim,& aureã laminã. Et in iſto allegat ac ſequitur Ioſephũ,præſertim qm̃ Ioſeph⁹ fuit Ioſe.li.3.
de genere ſacerdotũ,manſitq; in Hieruſalẽ durante templo ac miniſterio ſacerdotũ,ſicq; plu ant.iud.
ries vidit ornamẽta eorũ,propter quod certius potuit ea deſcribere. Hinc ait & Beda: Ioſe cap. 11.
phus,qui ſtãte adhuc tẽplo & legali obſeruãtia, vixit,cũ eſſet de genere ſacerdotum, potuit
omnem modũ ſacerdotalis ornamenti non ſolum legendo, ſed etiam videndo cognoſce- Ioſ. li.16
re. Itaq; ſecundum Ioſephum,fuit duplex balteus, vnus ſacerdotum,alter pontificis: duplex ant. iud.
quoq; tiara,vna ſacerdotum,alia vero pontificis. Veruntamen his contradicit R. Paulus, & cap. 7.
ait:Ioſephus non eſt in hoc loco tenendus, etiam ſi ſit de genere ſacerdotali. Cõtradicit enĩ In Rab. Paulum
textui manifeſte. Nam veſtes pontificales ſunt tãtum octo, prout ponuntur in prima ſecun Ioſe.li.3
dæ,quæſtione 100. Circa hæc verba Rabbi Pauli reor dicendum,ꝙ Ioſephus non contradi ant. iud.
cit textui manifeſte, immo nec occulte ſiue implicite. Nam dato ꝙ aliqua de ornamẽtis his cap. 11.
dicat,quæ Moſes in textu non ſcribit,ex hoc tamen non ſequitur ꝙ Moſi contradicat,prę-

 ſertim

ſertim cum Moſes alia eſſe non neget, nec cum excluſione loquatur. Deinde valde probabi
le eſt, ꝙ pontifex habuit tiaram alterius diſpoſitionis, q̃ ſacerdotes minores: ſimiliter ꝙ al-
terius diſpoſitionis habuerit balteum vnum. Rurſus, ſicut ex præinducta huius capituli ex-
poſitione iam patuit, litera poteſt iuxta Ioſephi intentionem exponi. Siquidem poſtq̃ Mo-
ſes dixit in iſto capitulo, Facies laminam de auro puriſſimo, & erit ſuper tiaram imminens
fronti pontificis: addidit, Porro filijs Aaron tunicas lineas parabis & balteos ac tiaras. In
quibus ſatis videtur innuere, diſtincte ſe loqui de tiara põtificis, & de tiara ſacerdotum. Si-
militer poſtq̃ circa principium huius capituli dixit, Hæc erunt veſtimẽta quæ faciẽt Aaron
fratri tuo, rationale & ſuperhumerale, tunicam & lineam ſtrictam, cidarim & balteum: tan
dem circa finem capituli nunc adiecit, Filijs Aaron tunicas lineas parabis & balteos. Sicq;
de illorum balteis diſtincte locutus eſt. Poſtremo dici poteſt, ꝙ illi qui ponũt octo ornamen
ta ſacerdotalia, nominant ea in genere, non in ſpecie vltimata, ita ꝙ nomine baltei intelli-
Beda. Euſebi. gunt zonam vtranq;: ſimiliter nomine tiaræ, vtranq; mitram. Beda quoq;, Gloſſa, & Scho-
laſtica hiſtoria, Ioſepho conſentire monſtrantur.

¶De ſpiritali eiuſdem capituli XXVIII. intellectu. Artic. LV.

DE myſtica horum ſignificatione & figuratione ac ratione, doctores multa conſcri-
bunt, de quibus ſanctus Thomas in prima Secundæ, quæſtione 102. fatetur: In iſtis or-
namentis deſignatur diſpoſitio orbis terrarum, quaſi pontifex ſuo ornatu atq; veſti-
tu teſtaretur, ſe eſſe miniſtrum creatoris vniuerſorum. Vnde in libro Sapientiæ habetur: In
Sapi. 18. veſte poderis Aaron, deſcriptus erat orbis terrarum. Nam feminalia linea, ſimiliter tunica
linea ſtricta, figurabant terram ex qua naſcitur linum: circũuolutio baltei, oceanũ qui am-
bit terram. Tunica hyacinthina ſuo colore ſignificat aerem, per cuius tintinnabula deſigna
bantur tonitrua, per malogranata coruſcationes. Per ſuperhumerale multiplici varietate
ornatum, monſtrabatur cælum ſidereum. Per duos onychinos, duo hemiſphæria, ſeu ſol &
luna. Per duodecim gemmas, duodecim ſigna zodiaci, quæ gemmæ erant poſitæ in ratio-
nali, ad innuendum ꝙ in cæleſtibus continentur rationes omnium terrenorum, iuxta illud
Iob 38. in Iob: Nũquid noſti ordinem cæli, aut pones rationem eius in terra? Hinc quod in medio
extitit ornamentum, pulchre vocatum eſt rationale. Ratione enim cuncta ſunt plena, & cæ
Locus intricatus. leſtibus cohærent terrena, immo & ratio terrenorũ, & temporum, & caloris ac frigoris. *Du
plex quoq; intra vtraq; temperies ex cæli curſu ac oratione deſcendũt*. Per cidarim ſigni-
ficatum eſt cælum empyreum: per laminam auream nomine Dei inſcriptã, ipſe Deus om̃i-
bus præſidens. Spiritualiter demũ, per ornamenta hæc deſignantur virtutes miniſtrorum,
quibus 4. ſunt neceſſaria. Primũ eſt caſtitas, quæ per feminalia & opertionem turpitudinis
deſignatur. Secundũ eſt, puritas vitæ, quæ per tunicã lineam figuratur. Tertiũ, moderatio
diſcretionis, quæ notatur per cingulũ. Quartũ eſt rectitudo ratiõis, quæ exprimitur per tia-
ram caput tegentem. Porro, pontifices debent vltra hęc habere adhuc alia quatuor. Primo,
iugem Dei memoriam per contẽplationem, quod innuitur per aureã laminam, nomẽ Dei
in fronte habẽtem. Secũdo, piam & fortem ſupportationem infirmitatum populi eis com-
miſſi, quod per ſuperhumerale monſtratur. Tertio, indeſinentem charitatis ſolicitudinem
pro populo, habendo eundem in corde atq; viſceribus mentis deſcriptũ. Quarto, conuer-
ſationem cæleſtem per opera perfectiõis, quod ſignificatum eſt per tunicam hyacinthinam.
Vnde & tunicæ hyacinthinæ tintinnabula adiunguntur aurea in extremitate, per quæ di-
uinorum explicatur doctrina, quæ cæleſti pontificis cõuerſationi eſt cõiungenda. Adiuncta
ſunt q̃q; mala punica, per quæ vnitas fidei, & pacis vnitas, atq; cõcordia in bonis operibus
deſignatur, quia ſic cauta debet eſſe doctrina, vt per eam fidei & pacis nõ rumpatur vnitas:
Hæc Thomas. ¶Præterea, iuxta myſticum ſenſum, per applicationem Aaron filiorũq; eius
monſtratur, ꝙ miniſtri altaris in euangelica lege, & om̃es in ſacris ordinibus cõſtituti, tan-
tum debent plebem in om̃i virtute & exemplaritate trãſcendere, quanto altioris ſunt pręla-
tionis aut ordinis, & quo pluribus præſunt, vt ſint ſeparati à vita cõmuni, & veri mediato-
1. Co. 13. res inter Deum & plebẽ. Inſup, per ſacerdotalia ornamẽta Moſaicæ legis, præfiguratus eſt
om̃is decens ornatus, variuſq; veſtitus præſulũ, ſacerdotum, ac cæteroꝝ eccleſiæ miniſtro-
rum in diuino obſequio euangelicæ legis. Poſſunt quoq; per decem veſtes, decem præcepta
intelligi, per quorum obſeruantiã homo pulcherrime decoratur ac veſtitur in anima. Per ſu-
perhumerale etiã charitas quæ patiẽs eſt, & om̃ia ſuſtinet, deſignatur: vel ipſa miſericordiæ,
pietatiſq; virtus, qua aliena onera portantur vt propria. Et per duos onychinos ſuperhu-
meralis intelliguntur fides & ſpes, ſi per ſuperhumerale intelligatur charitas: vel diſcretio
& recta intentio, ſi per ſuperhumerale accipiatur miſericordiæ virtus ſeu pietas. Itaq;, ſicut
legalis pontifex tam in onychinis ſuperhumeralis, q̃ in 12. gẽmis rationalis, ſcripta portauit
noĩa 12. patriarchaꝝ ob recordationẽ, ſic euãgelicæ legis antiſtites in cordib⁹ ſuis, & in vir-
tutibus cordium ſuoꝝ, deſignatis per 12. gemmas, ſpiritaliter ſcripta habere debent nomina

duodecim apoſtoloꝝ, vt virtutũ apoſtolicaꝝ ſint memores ad ſectãdũ, & itẽ, vt orẽt ꝓ vni-
uerſis populis Chriſtianis, ſpiritaliter natis ex ſemine ſeu doctrina, prædicatione & inſtitu-
tione beatiſſimoꝝ apoſtoloꝝ. Cur aũt in quolibet onychino ſcripta erant 6. noĩa patriar-
chaꝝ, in qualibet vero gẽma rationalis 12. noĩa eorundẽ, niſi ꝙ paſtor ac pontifex amplius
ſolicitari ac recordari debet pro ſalute populi ſui, in inferioribus viribus & exercitijs mẽtis,
q̃ in exterioribus poſſit? Inſup gẽmæ circũdatæ ſunt auro, quia cunctarũ actiones virtutum
dono ſapientiæ debent cõdiri ac decorari. Per cõnexionem aũt ſacerdotaliũ ornamẽtorum
ac veſtiũ deſignatur, ꝙ in miniſtris eccleſiæ debet eſſe firma atq; præcipua virtutũ ac dono-
rũ cõnexio, quarũ contẽperatura, eſt pulcherrim⁹ ſanctiſſimuſq; veſtitus eorũ qui in ſacris
ſunt ordinibus poſiti. Per tintinnabula demũ, in inferiori parte pontificalis amictus pẽden-
tia inſinuat, ꝙ põtifices & paſtores debẽt indeſinẽter plebes ſibi cõmiſſas ꝑ prædicationẽ ſo
norã, diſtinctã, dulciſonã informare, pigros excitare, feruẽtes in dño exhilarare, verbo ac fa
ma ſalubriter reſonare. Quod vero tintinnabulis interpoſita & admixta fuerũt mala grana-
ta, ꝓfigurauit, ꝙ verbis, documẽtis ac famæ debeãt virtuoſa opera correſpondere, miſceri ac
iugiter circũponi, immo decet vnũquenq; plus abũdare operibus, q̃ doctrinis. Poſtremo,
ꝑ hoc ꝙ Deus tã ſerioſe ꝓcepit, vt põtifex & ſeniores ſacerdotes carnẽ turpitudinis ſuę tam
lõge ac late cooperirẽt, euidẽter præſignatũ eſt, ꝙ ſacerdotes & inferiores miniſtri in ſacris
ordinibus cõſtituti, potiſſimũ præſules, debeãt in om̃i mẽtis & corporis caſtitate ſua exple-
re officia, ſpiritaliter cõuerſari, atq; ab om̃i impuro affectu, obſcœnoq; actu penit⁹ abſtine-
re: alioquin mortis rei, æterno peribũt interitu. ¶Præterea in hoc loco de ꝓprietatibus gem
marũ, hoc capitulo expreſſaꝝ, aliqd tãgi poteſt, ad intelligendũ quid aptius deſignetur per
eas. Quẽadmodũ aũt quædã gẽmæ in quibuſdã ꝓprietatibus cõueniunt, ita interdũ ꝑ ean-
dẽ diuerſæ virtutes, atq; aliquãdo ꝑ diuerſas gẽmas eadẽ intelligit̃ virtus. Itaq; eo ordine q̃
in textu expreſſæ ſunt, aliqd tangã. In primo verſu erit lapis ſardius, & topazius, & ſmara-
gdus. ¶Sardius lapis eſt rubei coloris, qui inter gẽmas vilior reputat̃. Nã præter fulgorem
nõ ſcit̃ notabilẽ habere vtilitatẽ, niſi ꝙ eo ꝓſente, onyx ſeu onychinus, q nociuas habet pro-
prietates, nocere nõ valet. Onychin⁹ quippe ſeu onyx, lapis eſt q in India & Arabia dicitur
reperiri, ꝓmixtũ in ſe habẽs colorẽ ad ſimilitudinẽ vnguis humani. Lapis iſte collo appen-
ſus, aut digito iunctus, fert̃ timorẽ ac triſtitiã excitare, lites multiplicare, & cõmouere ad ri-
xas. In pueris excitat ſaliuã ſupfluã ac nociuã. Specularẽ habet naturã & politã, ita ꝙ inſtar
ſpeculi repſentat imagines. Poteſt ergo per ſardiũ patiẽtia deſignari, qa per patiẽtiã lis, triſti-
tia, rixa, immo & quidã timor, excludunt̃. ¶Topazius eſt precioſiſſimus lapis ex virẽti gñe,
om̃i colore reſplẽdens, ꝓcipue tñ aureo atq; æthereo, maxime dũ ſolis tãgitur radio: omnium
gẽmaꝝ ſuperat claritatẽ, nulla gẽma purior in aſpectu: quã ſi polire tẽtaueris, obſcuratur: ſi
ſuæ naturæ eã reliqueris, clarior demõſtrat̃. Maxima quoq; & ampliſſima fertur gẽmarũ, in
tantũ ꝙ ſtatua 4. cubitoꝝ de ea legit̃ facta. Hæc (vt ſcribit̃) valet cõtra lunaticã paſſionẽ, tri-
ſtitiã ſedat & irã, reſtringit ſanguinis fluxũ, cõtra noxios motus ac phreneſim valet, feruen
tes vndas cõpeſcit, & cõtra ſubitaneã fert̃ mortẽ valere. Hãc gẽmam potiſſimũ reges amãt,
nec ea quicq̃ in ſuis theſauris precioſius arbitrant̃, per quã charitas quæ om̃es virtutes vir-
tualiter cõpræhẽdit, intelligi poteſt. ¶Smaragdus eſt gẽma in viriditate oẽs herbas & fron-
des excellens, cuius viror in ſole aliqualiter obumbrat̃: nulla gẽma ſculpentiũ oculis gratio-
ſior ea aſſerit̃. Collo appẽſus, curat morbũ caducũ: ſua viriditate cõſeruat ac roborat viſum.
Si extendatur ac poliatur, inſtar ſpeculi reddit imagines, gignitq; radiũ, cuius virore tingit
aerem circunfuſum, motus reſtringit laſciuos, memorẽ facit, cõtra dæmonũ illuſiones atq;
phantaſmata valet, febrẽ q̃q; ex putrefactione in venis ortã, fert̃ repellere. Hæc gẽma in Scy
thia, regione ꝓpter frigus inhabitabili, dicit̃ inueniri, & à gryphis cuſtodiri, ita ꝙ nulla gẽs
audet rapere eas, præter eam quæ vnum duntaxat oculũ habet in fronte, quæ per bella con-
tra gryphos, ſolet ſmaragdos acquirere. Sed & tempeſtates aereas fertur hæc gemma à por
tante eam auertere. Per quam manſuetudo, virtus gratiſſima poteſt intelligi. In ſecundo,
carbũculus & ſapphirus & iaſpis. ¶Carbunculus eſt gemma plurimũ precioſa, clarius ful-
gens in nocte q̃ die, radioſq; emittit vt carbo ignitus, per quã fortitudo quæ in aduerſis ma
xime declaratur, intelligi valet. ¶Sapphir⁹ eſt gemma ſereno cælo in colore ſimilima, ſplen-
dens vt firmamentum, quæ in Libycis reperitur arenis: viſum cõfortat, refrenat libidinem,
reſtringit ſudores, vegetat corpus: fertur quoq; diſcordias reconciliare, ſanguinis fluxum
reſtringere, tumores & inflaturas ſedare, venenum expellere: tollit inuidiam, expellit timo-
rem, facit audacem, parat victoriam, mitem facit ac humilem & benignum. Hinc gemma
gẽmarum vocat̃, per quã donum ſapientiæ deſignatur. Eſtq; gemma iſta caſtitatis amatrix.
Caſte igit̃ viuat q ipſam geſtat, ne impediat̃ virtus ipſius. ¶Iaſpis eſt viridis ac lucẽtis colo-
ris, multoſq; alios ĩtermixtos ſortit̃ colores, cui⁹ efficacia eſt, febres hydropiſimq; repellere,
iuuat parturientẽ, fugat phãtaſmata, inter pericula facit hominem tutum, incantationibus

iratus, voluit eũ cõterere. [Cui ille rñdit: Ne indignet̃ dñs meus.] Aaron cõſcius ſibi de malo, humiliter ſe excuſat, veniãq; precat̃, & fratrẽ ſuũ dñm vocat. Nã & principalior & ſanctior eo fuit, tanq̃ totius Iſraelitici populi legiſlator, ductor ac princeps. [Tu enĩ noſti populũ iſtũ, ꝙ ꝓnus ſit ad malũ] videlicet ad inferendũ vim atq; iniurias, ſi eoꝝ volũtati ĩprobę reſiſtat̃. Q.d. Ad iſta cõpulſus ſum, nec ex ꝓprio motu hęc feci. [Dixerũt mihi: Fac nobis deos q̃ pręcedãt nos. Huic enĩ Moſi q̃ nos eduxit de terra Aegypti, neſcimus q̃d acciderit. Quib⁹ ego dixi: Quis veſtrũ habet aurũ?] Scriptura hæc breuiter recitat geſta. Aaron enĩ dixit nõ ſolũ hęc verba, ſed & alia ꝓnarrata, videlicet: Tollite inaures &c. Et forte primo ꝓpoſuit eis de auro, vt ſaltẽ ex auaritia renuerẽt auꝝ dare. Cumq; offerrẽt ſe paratos ad dandũ auꝝ, ꝓpoſuit eis de inauribus aureis, vt vel ſic retraherent̃. [Tulerũt & dederũt mihi] pro ſimulacro ꝓducendo. [& proieci illud in ignẽ.] Aaron ſuã culpã pro poſſe extenuat, metuẽs vltionẽ, ideo ait: Proieci, quaſi ſimpliciter ꝓieciſſet, cũ tñ opere fuſorio ex auro inaures aureas ꝓduxerit in ſimilitudinẽ vituli. Veruntñ quidã dixerũt, ꝙ Aaron proiecit auꝝ in ignẽ vt cõſumeret̃, nõ vt inde ſimulacrũ formaret̃. q̃d ꝓdictis nõ cõſonat, nec per hoc irã populi euaſiſſet, ſed amplius inflãmaſſet. [& egreſſus eſt hic vitulus] .i. fuſorio opere ex auro reſoluto format⁹, nõ ex ſola opatione diaboli, vt q̃dã dixerũt. Scriptura enĩ vtriuſq; teſtamẽti, formationẽ vituli aſſcri-
bit tam Aaron q̃ populo. Nã & Stephanus protomartyr ait: Vitulũ fecerũt in illis diebus, & Acto. 7.
lætabant̃ in opibus manuũ ſuaꝝ. In Pſalmo q̃q; cãtamus: Vitulũ fecerunt in Oreb, & adora Pſal. 105.
uerũt ſculptile. Circa q̃d dicũt expoſitores, ꝙ vitulo per fuſionẽ in formã redacto, decorauerunt ſimulacrũ illud ſculpẽdo. ¶ Deniq; veritas ꝓdictoꝝ roborat̃ verbis Auguſtini, dicẽtis: Auguſt.
Compẽdioſe locutus eſt Aaron, nõ affirmãs ꝙ ipſe vitulũ formauerit, ſed vt exierit fuſilis vitulus. An excuſationis cauſa, ac timẽdo, mentitus eſt, tanq̃ in ignẽ proiecerit auꝝ perituꝝ, atq; ipſo id nõ agẽte, forma exierit vituli? Quod ideo nõ eſt credẽdum, q̃a nec veritas huius rei latere poterat Moſen, cum quo Deus loquebat̃, nec de mẽdacio redarguit Aaron fratrem ſuum. Ex quo etiam comprobat̃, ꝙ verba illa, Egreſſus eſt hic vitulus, nõ protulit Aaron ad inſinuãdum ꝙ præter ſuã intẽtionẽ vitulus ille exiſſet, vt quidã exponit. Sic enĩ fuiſſet men-
titus, cuius cõtrariũ aſſerit Auguſtin⁹. Nec dicendũ eſt, ꝙ hoc dicẽdo, mẽtitus ſit, nõ ꝙ opor Auguſt.
teat eum à mẽdacio excuſare, quẽ cõſtat grauius exceſſiſſe, ſed q̃m ſciuit opus ſuũ ac vitium Moſen nõ latere. [Vidẽs ergo Moſes populũ, ꝙ eſſet nudatus] Nudat⁹ etenĩ ppl's ille idololatra, protectiõe & ope diuina propter ſcelera ſua: fuit item nudatus .i. manifeſtatus, q̃a ꝑ exteriorẽ idololatriã ſuã, interior eius impietas, qua idololatriã ante cõcepit, fuit aperta. Quod
enĩ aperit̃, dicit̃ nudari, cum & Ap'lus dicat: Oĩa nuda & aperta ſunt oculis eius. Et in Eccle Hebr. 4.
ſiaſtico ſcriptũ eſt: Nudare amici cõmiſſum, deſperatio eſt animæ infelicis. Vel, magis ad literam, Moſes populũ vidit nudatũ ab ornamẽtis ſuis præfatis, aureiſq; iocalibus. Vnde ſubiungitur: [Spoliauerat enĩ eum Aaron] .i. populo abſtulit ornamẽta huiuſmodi nõ violenter, ſed ea poſtulãdo pro fabricãdo vitulo. ideo ſubdit̃: [ꝓpter ignominiã ſordis] .i. propter ignominioſum ac ſordidũ idolum producendũ, quod nomine ignominiæ ac ſordis exprimi ſolet in veteris teſtamenti ſcripturis, ob exceſſiuã idololatriæ enormitatẽ ac fœditatem. Vnde & ſuprà, quo ſcriptum eſt, Surrexerunt ludere: in Hebræo fertur haberi, Surrexerunt illudere, quia videlicet idoloꝝ cultura, eſt ſacrilega diuinæ maieſtatis irriſio, quãtum eſt in Ecci 27.
ipſis idololatris, quãuis veraciter dicat ſcriptura, Deus nõ irridet̃, quia non fallit̃, nec quiſpi Galat. 6.
am poteſt ei nocere. [& inter hoſtes nudũ conſtituerat] .i. præfato modo nudauit populum illum in medio cæteroꝝ, qui ſceleris huius nõ fuerunt participes, immo deteſtabant̃ & oderant idololatras illos, inquãtum tales, ac paulopoſt occiderunt eoſdẽ. [Et ſtans in porta caſtrorum] .i. in vna extremitate atq; introitu tentorioꝝ. In porta quoq; ſolebãt proferri iudicia. [ait: Si quis eſt dñi, iungat̃ mihi] .i. qui per virtutem & zelum iuſtitiæ ad dñm pertinent, atq; de tantã Dei iniuria dolent, accedant me. [Congregatiq; ſunt ad illum omnes filij Leui.] Ex hoc ſequi videtur, ꝙ nullus Leuitarum fuerit particeps idololatriæ huius. Quod & quidam concedunt, cum tñ iam dictum ſit, ꝙ Aaron Leuites præcipuus in hoc ſcelere conſors extiterit. Vnde & Lyra hic reprobat Rabbi Salomonem, dicentem ꝙ nullus de filijs Le-
ui fuit in vituli fabricatione culpabilis. Veruntamẽ Rabbi Paulus defendit opinionẽ R. Sa- In Rab.
lomonis, dicens oĩes antiquos Hebræoꝝ expoſitores eſſe illius opinionis, non ꝙ vnuſq̃ſq; Salomo.
Leuitaꝝ fuerit abſq; culpa circa vituli productionẽ & adorationẽ, quãtum ad hoc ꝙ nõ re- In Rab.
ſtiterunt, ſecũdum q̃d debuerũt, formationi adorationiq; vituli, ſed ꝙ nõ cõſenſerunt mẽte, Paulum.
ita ꝙ nec mẽtis cõſenſu, nec opere idololatrauerũt, nec tunc, nec poſtea vnquã. Ad quod probandum Rabbi Paulus allegat Rabbi Moſen Aegyptium, aſſerentẽ: Quãuis populus Iſrael pluries idololatrauit, Leuitæ tamen nunq̃ idololatrauerũt. Sed miror ſuper his verbis, cum quarto libro Regum ſcriptũ ſit, quemadmodũ Achaz rex cum vidiſſet altare Damaſci, miſit Vriæ ſacerdoti exemplar eius, extruxitq; Vrias ſacerdos altare, præcepit quoque Achaz 4. Re. 16.
Vriæ: Super maius altare offer holocauſtum matutinũ & ſacrificium veſpertinum, & holo-

cauſtũ regis. Certuḿq; eſt, ꝙ Achaz fuit idololatra vitioſus. Similiter in Hieremia habet:
Hiere. 2. Sacerodtes nõ dixerũt: Vbi eſt dñs? ¶Inſuper 2. lib. Machabæorũ narrat, quẽadmodũ Iaſon
2. Ma. 9. frater Oniæ põtificis, põtificatu adepto, miſit trecẽtas didrachmas argẽti in ſacrificiũ Hercu
lis: & rurſus ꝙ Iaſone inducẽte, ſacerdotes iam nõ circa altaris officia dediti erãt, ſed cõtem
pto tẽplo & ſacrificijs neglectis, feſtinabãt participes fieri palæſtræ & p̄bitiõis eius iniuſtæ, &
in exercitijs diſci. Verũ quis dicere poſſet, libr. Machabæorũ nõ eſſe in canone? ¶Præterea
Iudic. 18. in Iudicũ libro ſcriptũ eſt, q̃liter tribus Dan coluit idolũ Michæ. Poſuerũt́q; ſibi ſculptile, &
Ionathan filiũ Gerſon, filij Moſis, & filios ei⁹, ſacerdotes in tribu Dan. Michas q̃q; idololatra
Iudic. 17. dixit: Nũc ſcio ꝙ benefaciat mihi De⁹ habẽti Leuitici generis ſacerdotẽ. Qui fuit Leuites, vt
in libro Iudicũ legitur, immo filij Moſis hoĩs Dei, in filijs Leui nũerati ſunt, q̃a & Moſes fuit de
tribu Leui: idcirco nõ video dictũ illud Hebræorũ poſſe ſaluari, nec apparẽtiã habet, ꝙ ĩferio-
res Leuitæ magis declinauerũt idololatriã, q̃ ſacerdotes atq; põtifices de tribu Leui. ¶Præ-
In Rab. terea minorẽ videt habere colorẽ, ꝙ R. Paulus hic addit, videlicet Leuitas, ꝓut à ſacerdotib⁹
Paulum diſtinguunt, nõ fuiſſe participes criminis crucifixiõis Chr̃i, p̄ſertim cũ iuxta doctores, mul-
ti ſcribæ & phariſæi ex illorũ fuerint numero. Sed iuxta hæc manet q̃ſtio, qualiter oẽs filij
Leui fuerint cõgregati ad Moſen, ſi q̃dã illorũ circa vituli conflationẽ erãt culpabiles. Ad q̃d
aliqui reſpõderũt, ꝙ oẽs cõgregati narrant, iuxta modũ loquẽdi, quo aliq̃d aſſcribit toti,
quia conuenit parti eius maiori ac principali, iuxta quẽ modũ in libro Iudicũ legit: Egreſſi
ſunt oẽs filij Iſrael, & cõgregati quaſi vir vnus. Et tñ habitatores Iabes Galaad nõ fuerũt ibi-
Iudi. 20. dem, ꝓut in Iudicum libro deſcribit. Amplius dici poſſet, ꝙ perpauci de Leuitis fuerunt in
crimine illo cõſortes. Quod aũt modicũ eſt, ꝓ nihilo reputat. Interim addi poteſt, ꝙ ex quo
Iudic. 21. Leuitæ mẽte nõ cõſenſerũt, nec adorauerũt ſimulacrũ, idcirco pœnitẽdo veniã faciliter ꝓcu
rauerũt, ſićq; cõtritiõe p̄miſſa, in adiutoriũ Moſis cõfluxerũt. [Quibus ait: Hęc dicit dñs De⁹
Iſrael: Ponat vir gladiũ ſuꝑ femur ſuũ] .i. vnuſq́ſq; veſtrũ ſe accingat ad præliũ. Poteſt aũt no
Ezech. 5. mine gladij q̃dlibet bellicũ inſtrumentũ, p̄ſertim ſecatiuũ ferreuḿq;, intelligi. Nã & Ezechie
li loquit dñs: Accipe tibi gladiũ radentẽ pilos. [Ite & redite de porta vſq; ad portã] .i. de vno
exercitus huius introitu ſeu extremo vſq; ad aliud, [per mediũ caſtrorũ] conſiderãdo vndiq;
noxios, [& occidat vnuſq́ſq;] veſtrum [fratrẽ & amicũ & proximũ ſuũ] .i. ſine ꝑſonarũ acce-
ptiõe occidite reos, quãtumcũq; vobis ꝓpinqui & chari extiterint. Sed ex hoc apparet, ꝙ etiã
quidã Leuitæ fuerãt occidẽdi, & ꝑ cõſequens in idololatria illa rei, q̃d tñ p̄dictis nõ derogat.
Nihilo min⁹ aliq̃s dicit frater varijs modis, videlicet fide, religiõe, amicitia, cõmuniõe natu
ræ, & ſanguinis ꝓpinquitate & cõſanguinitate, immo & qualibet cõueniẽtia in ꝓprietate,
in ſocietate, actiõe, aut culpa. Hi aũt q̃ occidebant, erãt amici occidentiũ, quantũ ad ipſam
naturã ſeu priſtinã cõuerſationẽ. [Fecerũt́q; filij Leui iuxta ſermonẽ Moſis. Ceciderũt́q; in
† trigin- die illo, quaſi † vigintitria millia hoĩm.] Alia lr̃a habet, quaſi tria millia hoĩm, & ita, vt fert,
tatria hebraica veritas habet. Quocirca aliq̃ pro cõcordia dicũt, ꝙ principales in idololatria illa,
millia fuerũt circiter tria millia, & illos exprimit alia lr̃a, veritaſ́q; hebraica. Aliorũ vero q̃ cõmuni
cauerũt in crimine illo, fuerũt tot interfecti, ꝙ vſq; ad vigintitria millia circiter deuenerũt.
Aliq̃ aũt dicunt, ꝙ occiſi gladio fuerũt circa tria millia. Alij aũt fuerũt alio modo plagati à
Deo, vt infrà tãgetur. [Et ait Moſes] Leuitis ad ſe reuerſis poſt interfectionẽ idololatrarũ
[Cõſecraſtis manus veſtras hodie dño] .i. Deo placitas & eius volũtati obediẽtes feciſtis eas
per actũ iuſtitiæ, [vnuſq́ſq; in filio & in fratre ſuo.] Ex hoc multũ apparet ꝙ aliqui Leuitarũ
occiſi fuerunt. [vt detur vobis benedictio] .i. dona gr̃æ dent ſeu augeant, ac multiplicent in
vobis merito tantæ iuſtitiæ. [Facto autẽ die altero, locutus eſt Moſes ad populum: Peccaſtis
peccatũ maximũ] .i. diuinã legẽ trãſgrediẽdo, cõmiſiſtis grauiſſimã impietatẽ, honorẽ Deo
debitum trãſferẽdo in idolũ. ¶Quęri poteſt, q̃bus Moſes dixit hæc verba: Qui em̃ grauiſſi-
me peccauerũt, iam interfecti fuerunt. Reſpõdet, ꝙ frequẽter toti cõmunitati aſſcribit, q̃d à
parte eius cõmittit. Nec etiã oẽs fuerũt occiſi, q̃ in idololatria illa fuerũt culpabiles, ſed q̃ gra
ui⁹ peccauerũt in ea, vtpote ex ꝓpoſito & mera malitia. [Aſſcẽdã ad dñm] .i. ad mõtis hui⁹ ca
† ſcelere cumẽ, in q̃ De⁹ ſpecialiter eẽ & habitare ſe mõſtrat, [ſi q̃ modo eũ quiuero deprecari ꝓ † pec
cato veſtro] .i. ad hoc ſi forte potero, vel aliquo modo valeã vobis impetrare veniam ſceleris
tanti ab eo. Et loquit Moſes ꝑ hunc modũ: primo, ad inſinuãdum enormitatẽ huius facino-
ris: ſecũdo, ad innuẽdum difficultatẽ obtinẽdi remiſſionẽ eiuſdẽ: tertio, ad deſignãdũ liber-
tatem Dei ad exaudiẽdum, atq; ꝓpriã incertitudinẽ de ſua exauditiõe, ſeu quãtũ, qñ, & qua-
liter erat exaudiẽdus. [Reuerſuſ́q; ad dñm, ait: Obſecro] .i. propter ꝓpriã tuã bonitatẽ exau-
diri rogo. nã [peccauit popul⁹ iſte] q̃d dicit deſpectiue, zelo iuſtitiæ. [peccatũ maximũ, fece-
runt́q; ſibi deos aureos.] in q̃bus verbis ponit plurale ꝓ ſingulari, vt tactũ eſt. [Aut dimitte
eis hãc noxam] ſ. idololatriã iſtã cũ vitijs ei annexis, & in ea incluſis. Larga etem̃ pietas nõ
dimidiat veniã, nec vnũ mortale ſine alio indulget. [aut ſi nõ facis] .i. ſi eis non ignoſcis hoc
crimen. [dele me de libro tuo quem ſcripſiſti] .i. de libro vitæ ſeu numero prædeſtinatorum.
Non

Non ex impetu, ꝑturbationeve animi dixit hoc Moſes, ſed ex ardẽtiſſimæ charitatis impul
ſu, & ex occulta familiaritate ac cõfidentia ad Deũ. Et itẽ quaſi ꝑ modũ hyꝑbolicę locutiõis,
qua frequẽter aliq̃d dicit ꝑ exceſſum ſine mẽdacio ad inſinuandũ magnitudinẽ affectiõis ſeu
cauſæ, iuxta quẽ modũ ait Ap̃ľus ad Romanos: Optabã egoipſe anathema eſſe à Chr̃o pro Roma. 9.
fratrib⁹ meis. Vel vt aliqui ſcribũt, dixit hęc verba eo modo, q̃ orauit ſaluator: Pater, ſi poſſi
bile eſt, trãsfer à me calicẽ iſtum. In qua or̃one Chr̃s expreſſit diſpoſitionẽ inferioris partis Mat. 26.
aĩæ ſuæ, qua naturali horrore mortẽ refugiebat, cũ tñ ſecundũ ſuperiorẽ aĩæ portionẽ cupe-
ret pro mũdi ſalute pati. Sic Moſes & Paulus tm̃ erãt affecti ad Iudæorũ ſalutẽ, ꝙ ſecũdũ aĩæ
inferiorẽ partẽ malebãt quodãmodo deleri de libro vitæ, & ſeparari à dño, q̃ Iudæos per-
ire, cũ tñ ſecũdũ ſuꝑiorẽ rationẽ abſolutãq; volũtatẽ intellectualẽ, ita nõ vellẽt. Ex familiari
tate q̃q; & cõfidẽtia, ꝓueniẽte ex ſynceriſſima charitate, & lõga ſeu grãdi experiẽtia bonita
tis charitatiſ́q; Dei circa ſe, ita locuti ſunt, tãq̃ certi ꝙ De⁹ eos de libro vitæ nõ deleret. Quo-
circa multa inq̃ri poſſent, videlicet q̃d ſit liber vitæ, & qualiter poſſit q̃s inde deleri, & cuius
vitæ dicat liber ille: quæ oĩa alibi magis habent determinari. Breuiter tñ tangẽdo, liber vitæ
ꝓprie appellat, firma & certa memoria, ſeu notitia p̄deſtinatorũ in Deo, ſeu electorũ in men-
te diuina cõſcriptio, q̃ liber eſt ipſa p̄deſtinatio Dei. Dicit aũt aliq̃s dupliciter ſcriptus in li-
bro vitæ. Primo, ſecundũ æternam p̄deſtinationẽ, ſićq; oẽs electi, & ipſi dũtaxat in libro vitæ
ſunt ſcripti: alio modo ſecũdum p̄ſentẽ iuſtitiã, & ſic oẽs in charitate exiſtẽtes, in eo ſunt ſcri
pti. Et q̃ ita ibi ſunt ſcripti, dicunt inde deleri dũ peccãt mortaliter. At vero liber vitæ dicit
liber vitæ gloriæ, ad quã p̄deſtinati electi ſunt. De hac materia ſuꝑ ep̃ľam ad Romanos ple- Roma. 9.
nius ſcripſi. [Cui rñdit dñs: Qui peccauerit mihi] .i. mortalẽ culpã inciderit ad irreuerẽtiam
meã, p̄ponendo mihi vana, creata, caduca. [delebo eũ de libro meo] .i. de libro vitæ: delebõ,
inquã, ſecũdum p̄ſentẽ iuſtitiã, q̃a nõ recognoſcã eũ vt talẽ, felicitatis capacẽ, neq; ad me ꝑti
nentẽ: ſi tñ electus eſt, manet ſcriptus quãtũ ad p̄ſcientiã & p̄deſtinationẽ ęternã. Vñ & ipſum
Moſen, qñ ad aquas cõtradictiõis ꝑ incredulitatẽ peccauit, De⁹ de libro ſuo deleuit ſecundũ
præſentẽ iuſtitiã: pœnitentẽ aũt denuo ſcripſit in eo, hoc eſt, inter ſuos, vt talẽ, recognouit.
Hinc aliq̃ dicũt, ꝙ nullus delet de libro vitæ, quantũ ad p̄ordinationẽ p̄deſtinatoris: ſed ſolũ,
quantũ ad p̄deſtinatiõis effectũ, dum gratiã & charitatẽ amittit. Itaq; ꝑ hæc verba De⁹ reſpõ
dit verbis Moſis, q̃bus dixit, Aut dele me &c. Deĩde rñdet ei quo ad hoc q̃d dixit, Dimitte eis
hãc noxam. [Tu aũt vade, & duc populũ iſtũ q̃ locutus ſum tibi] .i. ad terrã ꝓmiſſiõis. Quaſi
dicat: Nõ ſic vindicabo ĩpietatẽ eorũ, vt ſtatim & oĩno deleã eos, ſed pœnã mitigabo ac diffe
rã, eoſ́q; introducã ad terrã ꝓmiſſam, niſi adhuc demeruerint aliũde. [Angelus meus p̄ceder
te] .i. ductor veſter erit, ſicut fuit hucuſq;. Quod cur dicat, & q̃liter intelligendũ ſit, circa prin
cipiũ ſequẽtis cap. exponet: [Ego aũt in die vltiõis] hoc eſt, extremi iudicij, in quo fiet vltio
cõſummata ac generalis vniuerſæ iniquitatis, interim nõ vindicatæ plenarie: quæ dies, an-
tonomatice dies vltionis vocat. [viſitabo] per debitã punitionẽ, [& hoc peccatũ eorũ,] in eis
qui nõ pœnituerint veraciter in hac vita, quos cõſtat eſſe dãnatos: ideo in die iudicij augebi
tur eorũ ſuppliciũ, qñ & in corporibus reſumẽdis de cætero æternaliter torquebunt. Sed q̃a
ſubiũgit, [Percuſſit ergo dñs populũ ꝓ reatu vituli,] ſ. ꝓ adoratiõe ipſius, [quẽ fecit Aaron]
videt nũc ꝑ diẽ vltiõis, intelligẽdus dies, in quo Deus vltra punitionẽ ꝑ Leuitas factã, adhuc
plagauit eos q̃ in idololatria peccauerũt, ꝑ mortalitatẽ & peſtẽ. Cũ em̃ dixiſſet, in die vltiõis
viſitabo & hoc peccatũ, ꝓtinus quaſi expoſitorie ſubdit: Percuſſit ergo dñs populũ pro rea-
tu vituli. Quaſi dicat ſcriptura: Ex q̃ ita cõminatus eſt ſe viſitaturũ illud peccatũ, ideo ꝑcuſſit
populũ pro illo exceſſu. ¶Circa hæc recitat Lyra, ꝙ Hebræi increduli ꝑ diẽ vltiõis intelli-
gũt tẽpora aduerſitatũ & infortuniorũ, quæ Iudæis poſtea acciderũt, p̄ſertim tẽpus captiuita
tis huius ꝑ Romanos eis inflictæ. Addit́q; Lyra, ꝙ aliq̃ expoſitores catholici in hoc cum He
bræis cõueniũt, ꝙ ꝑ diẽ vltiõis intelligũt captiuitatẽ Babylonicã vel Romanã. ¶Deinde re-
probat iſtud: primo, qm̃ iuxta ſcripturas veteris teſtamẽti, Deus viſitat iniq̃tatẽ patrũ in fi-
lios & nepotes, vſq; in tertiã & quartã generationẽ, nec vltrà. A tẽpore aũt adoratiõis vituli,
vſq; ad Babylonicã captiuitatẽ, valde multæ generatiões fluxerũt, & multo plures vſq; ad ca
ptiuitatẽ Iudæorũ ſub Veſpaſiano ac Tito. Secũdo, qm̃ Chr̃us in Euãgelio docet captiuita-
tem à Romanis illatã Iudæis, ideo factã, q̃a nõ receperunt eũ, ſed crucifixerũt. ¶Circa hæc
aduertendũ, ꝙ ſuꝑ illud, Ego in die vltiõis, Gloſſa interlinearis ait, Romanę captiuitatis, vel
generalis iudicij. Similiter ſuꝑ illud in ſequenti cap. Semel aſſcendã in medio tui, & delebo
te, ait Gloſſa, Babylonicã captiuitatẽ vel Romanã, vel vltimi iudicij vindictã minat. Idem
in Scholaſtica hiſtoria cõtinet. ¶Circa hæc dico, ꝙ doctores catholici, ꝑ diẽ vltiõis intel-
ligẽtes captiuitatẽ Iudæorũ, à Babylonijs aut Romanis inflictã, valde differũt ab Hebræis do Euſebi⁹.
ctorib⁹: Primo, q̃a fatẽt principalẽ cauſam captiuitatis Babylonicæ fuiſſe ſcelera Iudęorũ, q̃
illis fuerũt tẽporib⁹, ꝓut in Hieremia cæteriſ́q; ꝓphetis habet. Similiter principalẽ cauſam
captiuitatis Iudæorũ ſub Romanis, affirmãt fuiſſe, ꝙ regẽ Meſſiã nõ recepũt, ſed occiderũt.
¶Poſ-

Rab. Salomon R. Paul⁹ ¶Porro R. Salomon & alij ꝑfidi Iudæoꝝ doctores aſſerũt, cauſam captiuitatis eoꝝ ſub Ro
manis, nõ eſſe ꝙ peccauerũt in Chr̃m, ſed vituli adorationẽ, aut alia quædã. Atq; vt R. Paul⁹
cõſcribit, hoc ipſi malitioſe cõfingunt, qm̃ nolũt fateri, ꝙ cauſa captiuitatis & deſtructiõis fa
ctę ꝑ Titũ & Veſpaſianũ, q̃ acerbiſſima fuit, & oẽs præcedẽtes in ignominia & duratiõe exce
dit, facta ſit in vltionẽ occiſiõis Meſſiæ. Secũdo, qa doctores ꝑfati catholici nõ intẽdũt aſſe-
rere ꝙ captiuitas Babylonica aut Romana inflicta ſit ꝑpter adorationẽ cõflatilis vituli, vel
ꝙ Deus crimẽ illud vlciſcat̃ in Iudæis nũc captis, niſi eo modo, q̊ oĩa vitia reproboꝝ dicunt̃
in eoꝝ vniuerſitatẽ atq; cõgeriẽ redũdare. Ponit nãq; ſcriptura duplicẽ hoĩm generationẽ:
Vnam, bonoꝝ & electoꝝ: aliã, maloꝝ ac reproboꝝ. Et docet ꝙ ſicut virtuoſi actus iuſtoꝝ ſi
bijnuicẽ cõmunicant̃, ita ꝙ merita eoꝝ in ſe inuicẽ redundãt, qm̃ per charitatẽ cõnexi ſunt
Pſal. 118. & vnũ myſticũ corpus exiſtũt: ꝑpter q̃d ait vir ſanctus: Particeps ego ſum oĩm timentiũ te
Pſal. 23. &c. de qua etiã generatiõe cãtamus, Hęc eſt generatio quęrentiũ dñm: ſic vitia atq; demerita
iniquoꝝ in ſe inuicẽ redundare dicunt̃, & cõmuni dãnatiõe diſpereũt, ſicut ſunt vnũ corpus,
Mat. 23. & ciuitas vna diaboli. Hinc Chr̃s dixit Iudęis: Ecce ego mitto ad vos ꝑphetas, & ex illis occi
detis, vt veniat ſup vos om̃is ſanguis iuſtus, q effuſus eſt ſup terrã, à ſanguine Abel iuſti &c.
Lucę 11. Vnde & in Luca proteſtat̃: Amẽ dico vobis, requirent̃ hæc oĩa à generatiõe iſta. ¶Inſup dici
poteſt, ꝙ Deus dicendo Iudæis illis idololatris, Semel aſſcendam in medio tui, & delebo te:
itemq́;, Ego in die vltionis viſitabo & hoc peccatũ eoꝝ, nõ ſolum minat̃ illis incredulis, qui
tunc erãt, ſed etiã ſub nomine eoꝝ vniuerſis ſucceſſoribus eoꝝ ꝑuerſis, ita ꝙ cõminatio illa
in diuerſis diuerſimode ac diuerſis tẽporib⁹ eſt impleta, ſicq́; doctores iſti catholici poſſunt
ſaluari, nec tã faciliter ſunt negãdi. ¶Inſup quęrit̃ circa ꝑdicta, cur Aaron q vitulũ illũ ſpe-
cialiter feciſſe fertur in textu, q & corã vitulo ædificauit altare, & præconis voce clamauit,
Cras ſolẽnitas dñi eſt, ad quẽ etiã Aaron Moſes vere locutus eſt: Quid tibi hic fecit populus,
vt induceres ſup eũ peccatũ maximũ: cur, inquã, vltionẽ præfatã euaſit. ¶Circa hoc loqtur
Auguſt. Auguſtin⁹: Nouit Deus cui parcat, vſq; ad cõmutationẽ, qua noſcit eũ in melius cõmutarit:
& cui parcat ad tẽpus, q̃uis ꝑſciat eũ in melius nõ mutarit: & cui nõ parcat, vt mutet̃ in meli-
us: & cui nõ parcat, ita vt nec mutationẽ eius expectet. Inſcrutabilia ſunt em̃ iudicia eius, &
inueſtigabiles viæ illius. Alij aũt dicũt ꝙ ideo, qm̃ ex q̃dã coactiõe & timore mortis fecit q̃
dicta ſunt. ¶Nũc quęrit̃ de ordinatiõe decalogi, videlicet q̊t ꝑcepta ſcripta fuerũt in quali-
Idem. bet tabula. Ad q̃d Auguſtin⁹ reſpõdet, ꝙ tria prima, ad Dei cultũ directe ſpectãtia, & cęteris
principaliora, ſcripta erãt in tabula prima: vnde & ꝑcepta primæ tabulæ nuncupant̃. Cætera
ſeptẽ ad proximũ pertinẽtia, in tabula ſecũda: propter q̃d ꝑcepta tabulæ ſecũdæ appellant̃.
Hunc modũ ordinãdi & ſituãdi ꝑcepta decalogi, ſequunt̃ Iſidorus & Richardus de S. Victo-
Rab. Salomon re, multiq́; alij. Lyra vero refert, ꝙ ſecundũ R. Salomonẽ & doctores Hebraicos, qnq; fuerũt
ſcripta in tabula vna, & qnq; in tabula alia. Cui recitationi cõtradicit R. Paulus, affirmãs ꝙ
R. Paul⁹ ſecundũ doctores Hebraicos fuerũt tm̃ quatuor ꝑcepta in tabula prima, & cętera ſex in ſecũ-
Auguſt. da. Hebręi vero aliter diſtinguũt decẽ ꝑcepta, q̃ Auguſtin⁹, ꝑut in expoſitiõe 20. cap. dicebat̃.
Exo. 20. Sed recitatio Lyrę verior æſtimat̃. Cõſtat nãq;, ꝙ etiã Ioſephus ponat in qualibet tabula qn
Thomas q; ꝑcepta. Magiſter q̊q; in hiſtorijs dicit: Ioſephus & Hebræi in vtraq; tabula ponunt qnq;.
Ioſe. li. 3 ant. iud. cap. 6. Attñ eſſe poteſt, ꝙ quidã Hebræi dicãt, ſecũdum q̃d R. Paul⁹ refert: ſed ꝑfata poſitio apud He
bræos ſolẽnior inuenit̃. Magiſter autẽ in hiſtorijs breuiter tãgit q̃udã Auguſtini ac Ioſephi
R. Paul⁹ cõcordantiã, dicẽs: Forte qa Auguſtin⁹ tria prima ꝑcepta voluit ꝑtinere ad dilectionẽ Dei, &
ſeptẽ alia ad dilectionẽ proximi, ꝑpter dignitatẽ potius, q̃ ꝑpter ſcripturã dixit tria primæ
tabulæ, & ſeptẽ ſecundæ, quẽadmodũ dicere cõſueuimus homines primæ claſſis & ſecundæ.
Ioſe. li. 3 ¶Præterea Petrus de Tarentaſia, ſup tertiũ Sentẽtiaꝝ diſt. 37. ſcribit: Ioſephus Iudæoꝝ fide-
ant. iud. lis hiſtoriographus, dicit ꝙ qnq; erãt in vna, totidẽq́; in alia. Deinde Petr⁹ addit: Scripturã
cap. 6. præceptoꝝ in tabulis cõtingit dupliciter ordinare. Primo, ſecũdum ordinem rei geſtæ, & ſic
ordinat Ioſephus: quia ad literã quinq; erant inſcripta tabulæ primæ, & quinq; ſecundæ. Se-
Auguſt. cundo, ſecũdum ordinẽ rei gerendæ, & ſic ordinat Auguſtinus, ponens in prima tabula tria,
Origen. & ſeptẽ in ſecunda. Et etiã Origenes, qui ait, ꝙ quatuor continebant̃ in prima, & ſex in ſe-
cunda. Nam hoꝝ vterq; ponit in prima tabula per appropriationẽ, & non per proprietatẽ,
Exo. 20. præcepta ordinãtia in Deũ, quæ primo ac principaliter ſunt gerẽda ſeu exercẽda: in ſecunda
vero, ordinãtia in proximũ. Illa tamẽ, Origenes poſuit eſſe quatuor: iſta, ſex: vt in expoſitiõe
viceſimi cap. pleni⁹ eſt expreſſum. His cõcordat Bonauẽtura ſup tertiũ Sentẽtiaꝝ. ¶Poſtre-
mo, circa ꝑhabita q̃ri poteſt, an idololatria ſit grauiſſimũ peccatũ abſolute loquendo. Ad q̊d
plenarie rñdere, ꝑlixum eſt: qm̃ ſecundũ diuerſas cõſideratiões ac varios gradus ac modos,
vnum peccatũ dicit̃ grauius alio, prout Alexãder de Halis in Sũma ſua, & Thomas in prima
Secũdę, magiſtraliter docẽt. Interdũ qppe peccata in ſpm̃ ſanctũ dicunt̃ eſſe grauiſſima, inter-
dum occiſio Chriſti, qñq; infidelitas: immo aliqui dicũt, ꝙ abſolute loquendo, odium Dei
ſit peccatum grauiſſimũ. Horum determinationem, breuitati ſtudens, tranſilio.

¶De

¶De ſpũalibus documentis atq; myſterijs huius cap. XXXII. Art. LXII.

MOraliter docemur ex capituli huius exordio, q̃ periculoſa ſit gregi boni paſtoris ab-
ſentia, etiã ſi aſſit vicarius competens. Moſe quippe abſente, & morã redeundi agẽ-
te, plebs Iſrael ad idololatriã eſt dilapſa, ad gulam quoq; & rebellionem contra prę-
latum, atq; ad chorizãdum. Pręlatus ergo plebi ſibi cõmiſſæ ſtudeat ſemper adeſſe, ac paſto-
raliter ꝑſidere, penſans precioſitatẽ crediti ſibi theſauri, videlicet aĩaliũ rationaliũ Chr̃i ſan
guine redemptoꝝ. Quòd ſi interdũ oportuerit eum abeſſe, feſtinet pro poſſe reuerti, & inte-
rim de idoneo prouideat vicario, qui vita, ſcientia & ætate aptus ac potens ſit cuſtodire, gu
bernare, ac paſcere oues Chriſti. Surge, fac nobis deos qui nos ꝑcedãt. Per impios illos ido-
lolatras deſignant̃ om̃es iniqui ad vitia proni, qui ſpem ſuam auertunt à Deo, & facili occa
ſione in hominibus ſeu rebus caducis magis, q̃ in Deo confidunt: ſicq́; creaturis magis quàm
creatori altiſſimo inhærentes, alienos ſibi faciunt deos, quibus & inaniter innitunt̃. Eorum
quoq; ſequunt̃ ducatũ, dum quo carnalia & terrena alliciunt, mentaliter aut etiã corporali-
ter gradiunt̃. Omne etem̃ mortale peccatũ, eſt idololatria quædã & fornicatio ſpũalis: quia
per illud mens creata à vero Deo auertit̃, dæmoni iungit̃, & tranſitorijs ac caducis magis, q̃
ſummo & incõmutabili bono, cohæret. Sedit populus mãducare & bibere, & ſurrexerunt lu
dere. Ecce qualiter ex vno vitio aliud generat̃, ita ꝙ idem eſt culpa & pœna culpæ. Speciali-
ter q̊q; ex gula oriunt̃ diuerſa enormiaq́; peccata. Nã ventre ſatiato, & corpore laute refecto,
cor mox ad inania relaxat̃: ſpũalia faſtidit exercitia & interna, fabulari, iocari, cachinnari,
chorizare, ociari, & tandẽ luxuriari delectat. Qui igit̃ tot peccata cupit euadere, immoderã-
tiã, lauticinia, diuerſitatẽ cibi ac potus deuitet. Locutusq́; eſt dñs ad Moſen: Vade. Per hoc
primo inſtruimur, ꝙ prælatus debet tẽpore opportuno exercitia contemplatiõis interrum-
pere, atq; ad tẽpus ſuſpẽdere, & ad ſibi cõmiſſos accelerare, ac debitũ ſui officij exhibere eiſ-
dem, cũ dñs dicat: Vade. i. à cõtemplatiõe ad actionẽ ꝑcede, à quiete occupatiõis internę, ad
ſolicitudinẽ & occupationẽ externã ac paſtoralẽ, deſcẽde. Secũdo, ꝑ hoc verbũ docemur Dei
eſſe ꝑceptũ, vt cũ trãſgreſſi fuerint ſubditi, ꝑſidẽs mox feſtinet ad corripiendũ, corrigẽdumq́;
eos: qa ſi dormiat diſciplina, ſæuit, augmẽtat̃, putreſcit impunita neqtia. Peccauit populus
tuus. Ecce ꝙ peccãdo deſinimus eſſe populus Dei. Ait dñs ad Moſen: Cerno ꝙ populus iſte
duræ ceruicis ſit. Videamus ne & nos tales reputemur à dño. Non ſimus indociles, ꝑtinaces,
inobediẽtes. Nẽpe q mẽtis eſt durę, corruet in mala. Et quaſi ſcelus idololatrię, eſt acquieſce- 1. Re. 15.
re nolle. Dimitte me, vt iraſcat̃ furor meus cõtra eos. In hoc verbo patet rigor diuinæ iuſti
tiæ, qui per furorẽ exprimit̃, ad inſinuandũ vehementiſſimã ſuę diſtrictiõis punitiõisq́; ſeue
ritatẽ, potiſſime in futuro. In eodẽ etiã verbo inſinuat̃ immẽſitas pietatis diuinæ, qa cũ De-
us om̃ipotens ſit, tñ fatet̃ hominẽ ſibi poſſe reſiſtere, ſeq́; charitate & precibus quodãmodo
poſſe ligari ac vinci. Eodẽ verbo docemur, quantũ beneficiũ Dei ſit, virtuoſum habere præ-
latũ, & quantũ poſſit ꝑlatus idone⁹ apud miſericordiã Dei pro ſalute gregis cõmiſſi. Nec his
obſtat, ꝙ S. Iob ait: Deus, cui⁹ iræ nemo reſiſtere poteſt. Irę etem̃ Dei tm̃ poteſt homo virtuo Iob. 9.
ſus reſiſtere, quãtũ vult Deus, nõ amplius. Moſes aũt orabat ad dñm Deũ ſuũ. Hoc exẽplo in-
ſtruunt̃ prælati, q̃ feruẽter debeãt ſibi cõmiſſos diligere, etiamſi offendãt: q̃ item feruenter
atq; fideliter teneant̃ pro ipſis orare, præſertim dum enormiter exceſſerunt. Vidit vitulum
& choros, iratusq́; valde, proiecit tabulas. Ecce q̃ mirabiliter in bonoꝝ cordibus prælatoꝝ
vigent charitas Dei, amor proximi, pietas cõpaſſionis, zelusq́; æquitatis. Præſidens ergo ita
cõdoleat lapſis, & oret pro eis, vt tñ Dei inflãmet̃ amore ac zelo iuſtitiæ, reisq́; increpationẽ,
informationẽ, & debitã caſtigationẽ impendere nõ omittat. Et confregit eas. Per quod ſe-
cundum Auguſtinum, magno myſterio figurabatur, ꝙ vetus teſtamentum fuerat abolen- Auguſt.
dum, & nouum inſtituẽdum. Atq; vt ait Lyra, per tabulaꝝ confractionẽ ſignificata eſt eua-
cuatio legalium in Chriſti aduentu. Nec valet quod contra hoc obijcit Rabbi Paulus, vide- In Rab. Paulum
licet quia in tabulis illis continebat̃ decalogus qui manet in euangelica lege. Nam tabulæ
illæ, totã veterem legem ſua inſcriptione virtualiter repræſentabant & cõmemorabãt. Po-
nat vir gladium ſuper femur ſuum. Per hoc datur intelligi, ꝙ prælati ac præſidentes debẽt
ſeipſos ac ſuos coadiutores ſpiritalib⁹ armis armare, excitare, accẽdere, ad vitia debellãda,
ad corrigendum exceſſus, ad reformãdum deſtructa. Penſet om̃is qui præeſt, ꝙ ſanctus Mo-
ſes, qui q̃ ardentiſſime dilexit ſibi commiſſos, ꝙ propriæ ſalutis quaſi oblitus, orauit aut il-
lis ignoſci, aut ſe de libro vitæ deleri: tantum abhorruit charoꝝ impietatem, ꝙ eam tã ter-
ribiliter vindicauit, nec tantoꝝ interemptionem, putauit condignã tanti criminis expia-
tionem. Vigeant ergo in paſtore paterna compaſſio ac zelus iuſtitiæ. Diſcretio quoq; con-
temperandi & exercendi, vt oportet, vtrunque manſuetudine irriget & confortet iuſtitia.
Omnis negligentia, torpor, & timor inutilis abijciantur.

¶Expoſitio literalis capituli XXXIII. Loquutusq́; eſt dominuus ad Moſen, dicens. Articulus LXIII.

Com-

COnſequenter plenius deſcribit, qualiter dñs recõciliatus ſit plebi paulatim. [Locutuſq́
eſt dñs ad Moſen, dicens: Vade, aſſcende de loco iſto.] Qualiter dñs dicit Moſi ſecum
in mõte exiſtenti, aſſcende? Reſpondet ꝙ nõ ſolum p̄cepit ei abire ab altitudine mon
tis, ſed à loco illius deſerti tendere ad terrã promiſſam, quæ ſitu altior fuit deſerto illo. ideo
ait, Aſſcende. [tu & populus tuus, quẽ eduxiſti de terra Aegypti, in terrã quã iuraui Abrahã,
Iſaac & Iacob, dicens: Semini tuo dabo eã.] Si Deus placatus iam extitit populo, cur nõ ait:
August. Tu & populus meus quẽ eduxi? Reſpõdet Auguſtinus, ꝙ nõdum facta fuit recõciliatio ple-
na, ſed inchoata, & q̃m filij Iſrael pauloante dixerunt: Moſi qui nos eduxit de Aegypto, ne-
ſcimus q̄d acciderit, ei, quaſi homini, ſuã liberationẽ attribuentes. ideo dñs proportionabi-
liter de eis locutus eſt, ad inſinuãdum impfectionẽ eoꝝ. [Et mittã p̄curſorẽ tui angelum.]
Exo. 32. Hoc eſt q̇d circa finẽ præcedentis cap. dixit: Angelus meus p̄cedet te. [vt eijciã Chananæum,
& Amorrhæum, & Ethæum, & Pherezęum, & Heuęum, & Iebuſæum, vt intres in terrã fluen-
* eſt. tem lacte & melle, Non eñ aſſcendã tecum, q̄a populus duræ ceruicis *es] Hoc quidã expo-
nit ſic: Non ero vobiſcũ per miraculoꝝ operationẽ, ſicut antea fui. Cui expoſitioni videtur
obuiare, q̇d dñs ait ſequenti capitulo: Videntibus cunctis, faciã ſigna quæ nunq̃ viſa ſunt ſu-
per terram, nec in vllis gentibus, vt cernat populus iſte, in cuius es medio, opus dñi terribile
quod facturus ſum. ¶Porro Rabbi Paulus p̄fatã quoq; expoſitionẽ redarguens, expo-
nit ſic, ꝙ Deus vltrà non eſſet in populo illo per ſolitã reſidentiã inter illos, & per eminentiã
gratiæ conſuetæ. Cui expoſitioni repugnat, ꝙ Deus cito poſt hæc multo ſolennius habita-
uit in tabernaculo facto iuxta Moſis iuſſionẽ, in medio filioꝝ Iſrael, q̃ ante, prout in libro
Nũe. 35. Numeroꝝ probat, q̃m in profectionibus duodecim tribuum Iſrael, in circuitu tabernaculi
ad oriẽtem, occidentem, auſtrũ & aquilonem gradiebat. Vnde lib. 2. Regum dñs proteſtat:
2. Reg. 7. Ambulaui in tabernaculo & in tentorio per cuncta loca, quæ tranſiui cum omni Iſrael. Id-
circo quod ait, Non aſſcendã tecum, videt eſſe cõminatio, nõ aſſertio, p̄ſertim cum ſequenti
legat capl'o Moſes exoraſſe: Si inueni gratiã in conſpectu tuo dñe, obſecro vt gradiaris no-
biſcum. Reſpõdit dñs: Ego inibo pactũ. Immo in iſto capl'o infrà habet: Ait Moſes: Si non
tuipſe præcedis nos, ne educas nos de loco iſto. Dixit autẽ dñs: Et verbum iſtud faciam. Itaq;
quod dixit, Non aſſcendam tecum, cõminatio fuit vel aſſertio, niſi pœniterent. Sed quid eſt
quod ſubditur: Non aſſcendã tecum, populus eñ duræ ceruicis es, [ne forte diſperdã te in
via?] Ex quo ſequi videtur, ꝙ expediebat eis quòd dñs non aſſcenderet cũ ipſis: quia ſi cum
eis aſſcenderet, forte diſperderet eos propter eoꝝ duritiã. Reſpondet, ꝙ aſſcenſus Dei cum
eis, fuit eis ex vna parte periculoſus, propter eoꝝ pronitatẽ ad vitia: quia ſi cum eis aſſcende
ret ſolita beneficia impendẽdo, & ipſi ingrati, peruerſi, ac rebelles efficerent, grauius eis im-
mineret periculum ex vltione iuſtitiæ Dei p̄ſentis. Ex alia vero parte aſſcenſus Dei cum eis
per beneficia cõſueta, fuit ipſis valde deſiderabilis & amãdus, immo p ſe appetibilis atq; ex-
pediens eis fuit: periculoſus vero per accidens, puta ſi abuterent donis gratiæ p̄ſentiæ Dei.
Ideo ſubdit: [Audiẽſq́ populus ſermonẽ hunc peſſimũ,] hoc eſt, valde malũ, loquẽdo de ma
lo pœnæ, q̄a cõminatorius fuit & iuſtæ vindictæ prænuncius. [luxit] ſua deplorãdo peccata,
& metuendo deſtitutionẽ gratioſæ protectiõis atq; p̄ſentiæ Dei. [& nullus ex more indutus
eſt cultu ſuo:] hoc eſt, cultioribus veſtimentis ac ornamẽtis, quatenus ipſo ſuo habitu pœni
tentiã demonſtrarẽt ac mœſtitudinẽ cordis. ¶Præterea, Auguſtinus exponẽs hæc, ait: Deus
eſt cũ iuſtis, viſitãdo & miſerẽdo ac cõfortando: cũ impijs vero, vlciſcẽdo ac puniendo. Itaq;
ait: Non aſſcendã tecũ, hoc eſt, cũ hominibus iſtis eſſe nõ poſſum, vt vindicẽ propter te, nec
Hebr. 13. vt confortẽ & viſitẽ propter eos. Mittã ergo ſaltẽ angelũ meũ. [Dixitq́; dñs ad Moſen: Lo-
quere filijs Iſrael:] Dñs nunc parum dulcius loquitur, q̃ ante, quaſi miſertus plorãtibus. Non
Apoc. 2. eñ ait ad Moſen, Dic populo tuo: ſed, filijs Iſrael. Verũtñ q̃m dñs q̇s amat, arguit & caſtigat,
Eſaię 48. ſubiungit: [Populus duræ ceruicis es]. i. irrefrenatæ contumaciæ, & difficulter corrigibilis
ac pertinax, iuxta illud Eſaiæ: Sciui quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua
ænea. [Semel aſſcendã in medio tui, & delebo te.] hoc eſt, tandem vna vice puniam te p̄fecte.
Quod intelligi poteſt, vt cõminatorie & ſub conditione prolatum, videlicet: niſi ſe emenda
rẽt, Vel accipi poteſt de hac Iudæoꝝ extrema captiuitate ac deſolatione, quia frequẽter in
ſcripturis ſub nomine populi alicuius, præſertim Iſraelitici, intelligunt diuerſæ partes eius
quæ diuerſis fuere tẽporibus, vt in p̄cedentis expoſitiõe capituli dictũ eſt plenius. [Iam nunc
depone ornatum tuũ, vt ſciam q̄d faciã tibi. Depoſuerũt ergo filij Iſrael ornatum ſuũ à mõte
Oreb.] Hoc Gloſſa & magiſter in hiſtorijs, multiq́; alij exponunt de minori tabernaculo, in
quo ante conſtructionem tabernaculi maioris Moſes loquebat cum dño, & cum ſenioribus
populi tractauit cõſilia, ac populum iudicauit. Quod tabernaculũ ſtetit prope radices mon-
tis Sinai inter montẽ & populũ. Quod dñs iuſſit remoueri à mõte ſancto, q̃ſi indignãs, & ple
bẽ cum ſuo ornatu ſeu tabernaculo, quo ornabat, à loco ſuæ habitatiõis, puta à monte elon
gari præcipiens. Et ꝙ ait, ſciam, exponẽdum eſt, ſciri faciã, quid faciã tibi. i. qualiter te tra-
cta-

ctabo, nõ ꝙ hoc aliàs ignorauerit, ſed q̄a per talem eoꝝ humiliationẽ volebat ꝓbare ac de-
monſtrare qualiter ſe haberẽt, & quid ſibi fieri mererent. Depoſuerunt ergo ornatũ. i. taber-
naculum illud à monte Oreb, ponẽtes illud in loco à monte remoto. Huic aũt expoſitioni
obijcit, q̇d in textu mox ſequit: [Moſes quoq; tollens tabernaculũ, tetẽdit extra caſtra pro-
cul]. i. remote à tentorijs populi, q̇d de p̄fato tabernaculo certũ eſt dici. Sicq́; ſcriptura hæc
loquit de p̄fato plebis ornatu, & de tabernaculo iſto quaſi de rebus diuerſis. Hinc aliq̄ dicũt,
ꝙ in ſuſceptiõe legis ſeu decẽ præceptoꝝ à Deo, de q̃ re dictũ eſt cap. 20. principales in popu
lo ornabãt ſe q̄buſdã coronis, quaſi ſpiritaliter deſpõſandi à ſponſo cæleſti. Et hęc ornamen
ta iuſſi ſunt à ſuis remouere capitibus, q̄a ad idololatriã corruerunt. Qui aũt vult præfatam
expoſitionẽ defendere, dicere poteſt hæc verba, Moſes q̇q; &c. exponẽda ſic eſſe, Moſes eun-
dem Hebræoꝝ ornatũ, qui alio nomine tabernaculũ nuncupat, remouit à monte Oreb ſeu
Sinai, cõſentiendo & cooperãdo ad trãſlationẽ illã tabernaculi de loco ad locũ factã per po-
pulũ. Sicq́; q̇d dicit, Moſes q̇q; &c. eſt quaſi confirmatio & declaratio p̄cedentis ſermonis.
[Vocauitq́; nomẽ eius tabernaculũ fœderis]. i. tabernaculũ in quo dñs fœdus ſeu pactũ pa-
cis ac amicitiæ cõtulit ac inijt ad plebẽ per Moſen, vt infrà habebit. Ibi etiã dabant iudicia,
inter cõtendẽtes confœderatiua & pacificatiua eoꝝ. Vnde ſubiungit: [Et oĩs populus qui
habebat aliquã quæſtionẽ]. i. cauſam & cõtrouerſiã, [egrediebat] de tentorio ſuo [ad taber-
naculũ fœderis extra caſtra]. i. quod ſitũ fuit ſeparatim à tentorijs, q̄a in tabernaculo illo iu
dices reſidebãt ad iura tractãda atq; ad iudicãdum. Immo & Moſes cauſas grauiores deter-
minauit ibidẽ, prout in expoſitiõe cap. 18. patuit. [Cumq́; egrederet Moſes ad tabernaculũ]
veniẽdo de monte aut caſtris, [ſurgebat vniuerſa plebs, & ſtabat vnuſquiſq; in oſtio papilio
nis ſui] ad reuerẽtiã Dei, & eius vicarij Moſis p̄lati eoꝝ, & tanq̃ aliq̄d magni viſuri. Nã ſub-
dit: [*Adſpiciebãtq́; tergũ Moſis] euntis in ſpatio, q̇d fuit inter caſtra & tabernaculũ, [donec *reſpici
ingrederet tentoriũ]. i. tabernaculũ illud, q̇d fuit ſpecialiter tentoriũ Moſis & velut habita- ebant
tio. [Ingreſſo aũt illo tabernaculũ fœderis, deſcendebat colũna nubis, & ſtabat ad oſtium]. i.
in aere ſuprà ꝓpe ianuã tabernaculi. [Loquebaturq́; dñs cum Moſe,] eratq́; nubes ſignum
aduentus ac p̄ſentiæ Dei. [cernẽtibus vniuerſis ꝙ columna nubis ſtaret ad oſtiũ tabernaculi:
ſtabantq́; & ipſi, & adorabãt per fores tabernaculoꝝ ſuoꝝ] q̄a ex tam euidẽtibus & magni-
ficis ſignis & effectib⁹ pietatis & maieſtatis diuinę, ad quãdã ꝓuocabant deuotionẽ. [Loque
bat autẽ dñs ad Moſen facie ad faciẽ]. i. clare & familiariter, [ſicut ſolet loq̄ homo ad amicũ
ſuũ:] cui & ſecreta ſua reuelat, & charitatẽ ſuã oñdit. Deniq; dñs dicit ſic locutus ad Moſen p
creaturã ſubiectã, puta per angelũ in humana ſpecie apparentẽ, atq; in perſona Dei loquẽ-
tẽ. [Cumq́; ille reuerteret in caſtra]. i. cũ Moſes rediret ad filios Iſrael ad exponendũ eis di-
uina, [miniſter eius Ioſue,] q̄ fuit ſpecialis & familiaris miniſter Moſis, [filius Nun, puer,]
Puer pro miniſtro accipi ſolet. Sed q̄a iam dictũ eſt, miniſter Moſis, puer hic accipi poteſt Ioan. 21.
pro diſcipulo, ſeu pro viro innocẽte ac puro, iuxta quẽ modũ Chr̃s poſt reſurrectionẽ dixit
apoſtolis: Pueri, nunq̄d pulmẽtariũ habetis? In Zacharia q̇q; angelus ſuperior ait ad ange- Zach. 2.
lum inferiorẽ: Curre & loquere ad pueꝝ iſtũ, videlicet Zachariã prophetã, q̄ tũc erat vir ſe-
nex. Ioſue etiã tẽpore iſto fuit virilis ætatis, vir robuſt⁹ & audax, q̄a & añ hęc fuit dux populi Exo. 17.
in p̄lio cõtra Amalech, vt ſuprà deſcriptũ eſt. [nõ recedebat de tabernaculo.] Moſes etenĩ ei
iniũxit, in tabernaculo reſidere ꝓpter reuerẽtiã ſacri loci, & ſpecialiter ꝓpter Dei ibi frequẽ-
ter apparẽtis & loquẽtis, honorẽ. Et ibi vacabat tũc Ioſue deuotiõi & cõtẽplationi, p̄ſtolans
reditũ Moſis. [Dixit aũt Moſes ad dñm: Præcipis vt educã populũ iſtũ] de loco hoc ad terrã
ꝓmiſſiõis, [& nõ indicas mihi quẽ miſſurus * ſis mecũ.] ¶Qualiter veꝝ eſt hoc, cũ iam dixe- * es
rit dñs, Angelus meus p̄cedet te: & rurſus, Mittã p̄curſorẽ tui angelũ, vt eijciã Chananæum?
Et r̃ndendũ, ꝙ in deductiõe Iſraeliticæ plebis vſq; in terrã ꝓmiſſionis, datiõeq́; legis & acce-
ptione, plures angeli miniſteriũ exhibuerunt. Propter q̇d beatiſſimus Stephanus ait Iudæis: Acto. 7.
Accepiſtis legẽ in diſpoſitiõe angeloꝝ. Atq; ad Galatas ſcribit Apl'us: Lex ꝓpter trãſgreſſio Galat. 3.
nem poſita eſt, ordinata p angelos in manu mediatoris. Legit q̇q; in Ioſue libro: Cumq́; eſſet Ioſue 5.
Ioſue in agro vrbis Hiericho, vidit virũ ſtantẽ cõtra ſe, & euaginatũ tenentẽ gladiũ, & ait: No
ſter es, an aduerſarioꝝ? Qui reſpõdit: Princeps ſum exercitus dñi. Fuit eñ ſecundũ doctores,
Michael princeps ſynagogæ miſſus in adiutoriũ Hebræoꝝ. Itaq; q̄uis dñs dixit Moſi in ge-
nerali, ꝙ angelũ mitteret p̄curſorẽ, tñ non expreſſit in ſpecialit quẽ angelũ & quãtæ autho
ritatis ac præſidentiæ eſſet angelus mittendus ſuper populũ illum: ideo Moſes ſuper hoc pe
tijt edoceri. ¶Circa quod dicit Rabbi Paulus: Intelligitur Moſen implicite petiuiſſe ꝙ re- R. Paul.
gimen populi ſibi cõmitteret à Deo ſine alicuius angeli præſidentia. Quod veꝝ nõ reor, nec
ad humilitatẽ pertinuiſſet. Nam & Moſes nouerat eccleſiaſticã hierarchiã per angelicam
deſuper gubernari, immo & Moſes poſtea poſtulauit dari ſibi adiutores ex populo ſuo ad
regendũ eundẽ: Non poſſum, inquiens, ſolus portare onus populi huius. Non ergo refutauit
angelicã ſuper ſe prælationẽ, immo ſuperius dixit dñs ei: Ecce ego mitto angelum, q̄ p̄ce-
rr dat

dat te, obſerua & audi vocem eius. [præſertim cum dixeris, Noui te ex nomine.] Ac ſi di-
cat: Merito miror ꝙ non indicas mihi, quē mittes mecū, cuius ſubſidio ducā populū tuum,
præſertim cum dixeris mihi, ꝙ ſpecialiter noſcas, ames & approbes me. [& inueniſti gratiā
coram me]. i. mihi ꝓcipue cōplacuiſti, atq; acceptus es. Hæc plane dn̄s dixit ad Moſen, quā-
uis textus nō exprimat, vbi vel quādo. Multa quippe dulciſſima, altiſſima & familiariſſima
verba dixit ad Moſen, præſertim in quadragenario illo dieꝝ, quo ſecum fuit in monte, quę
non ſunt deſcripta. [Si ergo inueni gratiā in cōſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuā.] Secun-
dum quoſdā, in Hebræo habeť, viam tuā, vel vias tuas: ſicq; Moſes per hæc verba petiuit du-
catum à dn̄o per deſertū, & illuminari à Deo ad deducendū regēdumq; populū. Et ita per
hæc verba non petijt clarā diuinæ viſionē eſſentiæ. Sed his obuiare videť, quod ſubditur: [vt
ſciam te.] Iam nāq; cognouit Deum varijs modis, & per diuerſa ac eminenter: ſed dicendo,
Vt ſciam te, oſtendit ſe adhuc Deum neſcire, videlicet quātum ad clarā & facialē eius noti-
tiam in ſeipſo. Idcirco hanc poſtulauit, dicendo, vt ſciam te. Loquēdo aūt de alijs modis co
gnoſcendi Deum, iam nouerat eum ante iſtā petitionē. Deniq; Septuaginta trāſtulerunt, &
August. Auguſtinus ita exponit: Oſtende mihi teipſum. Potius igiť reor in Hebræo haberi, ſicut Hie
Hieron. ronymus trāſtulit, qui frequenter teſtať, nihil de veritate Hebraica ſe mutaſſe. Poteſt quoq;
eſſe, ꝙ dictio illa Hebraica, pro qua habemus, faciē, extet æquiuoca, quā Hieronymus recte
tranſtulit in verbū hoc, faciem, eo ꝙ cauſa petitionis ſubdať, cum dicitur, Vt ſciam te. Eſt
itaq; ſenſus: Si ergo inueni gratiā in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuā. i. ſi tantum tibi
complaceo, ſicut tuipſe teſtatus es mihi, da mihi ad horā videre teipſum, ſicuti es in teipſo,
quia fidutiā habeo hoc petendi ex verbis tuis. Amici eñ nō ſolent ſibi inuicē de facili quicq̄
negare, & naturale eſt vt quis cupiat ſuū amicū clare cōſpicere, præſertim q̄a deſiderabiliſſi-
August. mum eſt menti creatæ creatorē ſuum per eſſentiā tueri. Hinc, ſecundū Auguſtinū, Moſes in
hac petitione monſtrauit deſideriū ſuū in Dei amore. [& inueniā gratiā ante oculos tuos.]
Iam dictum eſt ei, Inueniſti gratiā corā me: quō ergo nunc denuo orat, & inueniā gratiam
ante oculos tuos? Reſpondeť, ꝙ ſancti in gratia Dei ſemper creſcere cupiūt, gratiamq; mul-
tiplicem petunt, ſciebatq; Moſes ſe non poſſe iugiter in hac vita in Dei clara cognitione ꝑ-
ſiſtere, idcirco in cōtemplatione concupiuit gratiā obtinere nō peccādi de cætero, ſed pro-
ficiendi in omni bono. Veruntamē per hæc verba videť nunc poſtulaſſe gratiā, qua exaudi-
retur pro populo ſuo. nam ſubdit: [Reſpice populū tuum gētem hanc]. i. clementer intuere
ac dirige plebem tuā hanc mihi cōmiſſam, ad vitia pronā ac fragilem. Propter quod merito
gens vocať. Per quæ verba oſtendit deſideriū ſuum in dilectiōe fraterna. Vnde Septuaginta
ſic trāſtulerunt, & vt ſciam quia populus tuus eſt gens hæc. [Dixitq; dn̄s: Facies mea præce-
det te.] Hoc aliqui ſic exponunt: Ego ipſe te ducā atq; præibo. i. gratioſus ductor & comes
tui itineris ero. Cui expoſitioni cōſonat Septuaginta trāſlatio, habens ſic: Ipſe antecedā te.
Sed obuiare videť, quod paulopoſt ſequiť: Et ait Moſes: Si non tuipſe præcedas nos, nō edu-
August. cas nos de loco iſto. Ad q̄d reſpondet Auguſtinus, ꝙ verba iſta, Facies mea ꝓcedet te, Moſes
intellexit quaſi pro ſe ſolo, nō pro populo dicta. ideo flagitauit, vt & populū Deus ꝓcederet.
Aliqui vero dicunt, ꝙ per verba illa, Facies mea ꝓcedet te, Moſes intellexit aliquē quàm ſi-
milimū Deo promitti, qui præiret. idcirco rogauit, vt ipſe Deus eos ꝓcederet. [Et requiem
dabo tibi]. i. quietē in limbo patrū, ſinuq; Abrahæ poſt hāc vitā, vſq; ad Chriſti paſſionē &
mortem, deinde verā felicitatē in patria pro charitate & laboribus, quibus iam inquietaris.
[Et ait Moſes:] cui tanq̄ fideliſſimo feruentiſſimoq; paſtori ac principi, bonū cōmune prin
cipaliter exquirenti, nō ſuffecit propria gratia, quies & ſalus: [Si nō tuipſe ꝓcedas nos]. i. niſi
gratioſe & liberaliter affuturus ſis nobis, ſicut nunc affuiſti, qui nunquā mutaris, nec loco,
neq; natura moueris, [ne educas nos de loco iſto:] q̄a diuerſa pericula & aduerſa imminent
nobis in procedēdo per eremū, & melius nobis eſt hic eſſe tecum, q̄ alibi ſine te. Ideo ſubdiť:
[In quo eñ ſcire poterimus ego & populus tuus, inueniſſe nos gratiā in cōſpectu tuo]. i. ꝙ ti
bi cōplaceamus, [niſi ambulaueris nobiſcū] nō in tua ſubſtātia incircūſcripta locū mutan-
do, ſed nobis in via miſericorditer aſſiſtēdo, atq; in cordibus noſtris manēdo, [vt glorifice-
mur ab oībus pp̄lis qui habitant ſup terrā:]. i. ex donis miſericordię tuę nobis ꝓſtandis à te,
oībus innoteſcat, ꝙ ſimus populus & cultores veri Dei, præ cæteris gētibus à Deo electi ac
honorādi, ſic tñ, vt totū iſtud ad tuū honorē finaliter referamus. [Dixit autē dn̄s ad Moſen:
Et verbū iſtud quod loquutus es, faciā]. i. hāc tuam petitionē implebo ſecundū cēſurā ac mo
deramen ſapiētiæ meæ. [Inueniſti eñ gratiā corā me, & teipſum noui ex nomine]. i. tā ſpe-
cialiter ac eminēter mihi places, & notus ac charus es, ꝙ & pro alijs te ita exaudio, quē tam
charitatiuum & fidelē conſpicio. Vnde Septuaginta trāſtulerunt: Scio te præ oībus, ſicq; vi-
deť ꝙ illo in tēpore charior fuerit Deo, q̄ aliqs alter tunc viuēs. [qui ait: Oſtēde mihi gloriā
tuam.] Ex ꝓinductis gratioſiſſimis Dei verbis diuino amore accenſus valide Moſes, & ve-
hementer de diuina pietate, quam in ſe taliter experiebatur, pręſumens, auſus eſt poſtulare:
Oſten-

Oſtende mihi gloriā tuam. i. tuiipſius maieſtatem & beatitudinē increatā, ſeu teipſum eſſen
tialiter glorioſum, vel fruitionē tuā glorioſam, quā habent beati in regno, impēde mihi ad
horā. Et hoc redit in idē, qm̄ qui ſic Deo fruunť, vidēt clare per ſpeciē diuinā eſſentiā. [Reſpō-
dit: [Ego oſtendā om̄e bonū tibi]. i. tēpore præordinato in regno beatitudinis manifeſtabo
me tibi, & dabo tibi plenā felicitatē, immo & meipſum, q ſum ſummū atq; perfectū bonū,
in quo eſt oīm bonoꝝ & pulchroꝝ plenitudo immenſa. In hac quoq; vita dabo tibi omne
chariſma gr̄æ ac virtutū, atq; per fidē & ſapiētiæ donū dabo tibi cognoſcere bona ꝓfata. [&
vocabo in nomine dn̄i corā te.] Aliq textus habēt, vocabor. Trāſlatio aūt Septuaginta, qua
vtitur Auguſtinus, habet, Vocabo. & vt aſſerit idē, Vocabo poniť ibi pro Vocabor, videlicet August.
actiuū pro paſſiuo, inuſitato loquēdi genere. Vnde & magiſter in hiſtorijs ita exponit: Voca
bo in noīe dn̄i corā te. i. faciā me vocari Deū ac ducē veſtrū ex miraculis, quæ ſum facturus.
Poteſt tñ & ſic exponi: Vocabo in noīe dn̄i corā te. i. te ꝓſente ac audiente inuitabo te in no-
mine meo, ſeu propria poteſtate & authoritate ad cōtemplationē & inuocationē meiipſius.
Quod qualiter factum ſit, ſtatim diceť. Porro ſecundū Lyrā, in Hebræo habeť, Legā in noīe
meo. Quod quidā Hebræi interpretanť, dicētes, ꝙ Deo ipſi Moſi apparente, Moſes vidit ibi
ſcripturā continentē duodecim modos impetrādi miſericordiā Dei abſq; allegatiōe merito
rum patriarchaꝝ ſanctoꝝ: vt ſit ſenſus, Inuocabo ſeu legā. i. docebo te inuocare & faciam te
legere ſcripturā, docētem qualiter ſim inuocādus in noīe meo. i. per propriā bonitatē ſeu per
meipſum ſine cōmemoratione patriarchaꝝ. Veruntñ qm̄ de iſtis duodecim modis inuocan
di, ſcriptura hoc loco nil loquiť, immo nec alibi, poſſit quis forſan dicere, fictitiū eſſe quod
Hebræi de illis duodecim modis dicunt. [Et miſerebor cui voluero]. i. iuxta beneplacitum
meū, abſq; præuijs meritis hoīm, miſerebor finaliter his, quos ſponte elegi & volūtarie pręde-
ſtinaui, etiā ſi per ſanctoꝝ merita nō inuocer pro illoꝝ ſaluatiōe. [& clemēs ero in quē mi
hi placuerit]. i. liberrime indulgebo, & ſalutē pręſtabo cuicūq; viſum fuerit mihi, bonum, &
quē voluero facere vas miſericordiæ meæ, cū mea voluntas ſit oīm prima cauſa, & om̄ia agā
ſecūdum voluntatis meæ propoſitū. Hinc cū ſaluator dixiſſet, Confiteor tibi pater, dn̄e cæli Matt. 11.
& terræ, q̄a abſcōdiſti hæc à ſapiētibus &c. pro cauſa adiecit: Etiā pater, q̄a ſic placitū fuit co
ram te. Ap̄lus quoq; ad Romanos fateť: Igiť nō volentis neq; currētis, ſed miſerētis eſt Dei. Rom. 9.
Dicis itaq;, Ergo cuius vult miſereť, & quē vult indurat, &c. Vnde per Hieremiā dn̄s conte-
ſtať: Ecce ſicut lutū in manu figuli, ita & vos in manu mea. [Rurſumq; ait: Nō poteris videre Hier. 18.
faciē meā]. i. eſſentiā meā nō potes clare per ſpeciē intueri in hac vita mortali, viuēdo in ea
vita humana, corporea, ſenſitiua. [Non eñ videbit me homo] in hac vita per ſpeciē, [& vi-
uet] vita ſenſitiua humana. Quocirca ſciēdum, ꝙ iuxta philoſophos cauſa prima ſicut eſt in-
finitæ actualitatis & eminētiæ, ita eſt infinitæ incōpræhenſibilitatis, cum tñ ex ſua natura ſit
infinitæ intelligibilitatis. Propter q̄d dixit philoſophus, ꝙ ſicut ſe habet oculus veſpertilio-
nis ad lumē ſolis, ſic intellectus humanus ad manifeſtiſſima naturæ. i. ad cognitionē intelle-
ctualiū & ſeparataꝝ ſubſtātiaꝝ, potiſſimū Dei, quæ ex ſua natura ſunt ꝓcipuę cognoſcibili-
tatis, qm̄ vnūquodq; tm̄ habet de cognoſcibilitate & intelligibilitate, q̄tū habet de entitate
& actualitate. Hinc nulla mens poteſt Deū ꝑfecte & cōpræhēſiue cognoſcere ſeu intellectua-
liter videre, puta tā plene & clare, ſicut ipſe ex ſua natura cognoſcibilis eſt, niſi ſit mēs infini
tę ꝑſpicacitatis, virtutis & capacitatis. Propterea ſupbtiſſima Trinitas Deꝰ hoc modo ſibi ſo
li cognoſcibilis viſibiliſq; cōſiſtit, q̄a nec aīa Chr̄i hoc modo cōprēhēdit eſſentiā Dei. Nihi-
lo minꝰ ſancti in pr̄ia vidēt, & itelligūt Deū ꝑ ſpeciē, vtpote clare & imediate i ſeipſo ꝑ ipſam
diuinā eſſentiā loco itelligibilis formę eis vnitā. Nēpe cū oīs forma, ſpecies & ſimilitudo cre
ata, deficiat & occūbat in infinitū à plena Deitatis reꝑſentatiōe, ſecundū q̄d Deitas in ſeipſa
cōſiſtit: nō poteſt Deus ita in ſeipſo clare videri ꝑ formā, ſimilitudinēq; creatā, ſed ꝑ increa-
tā formā & ſpeciē Deus ſic cerniť: q̄d prorſus ſupnaturale eſt, & ſola fide teneť. Porro in hac
vita Deus nō poteſt ita videri, *ita vt homo viuat vita ſenſitiua hūana. In huiuſcemodi nāq;
viſiōe diuinę eſſentiæ, requiriť in hac vita ſumma abſtractio ab om̄i actu ac viſu ſenſitiuaꝝ
inferiorūq; viriū. Vnde & in Ioanne, & rurſus in prima eius ep̄la legiť: Deū nemo vidit vnq̄. Ioann. 1.
Et ad Timotheū: Deus lucē habitat inacceſſibilē, quē nullus hoīm vidit, ſed nec videre po- 1. Ioā. 4.
teſt. Nihilo minus ꝑ oīpotentiā Dei poteſt homo in vita hac Deū ꝑ ſpeciē intueri, q̄a & Moſi 1. Tim. 6.
cōceſſa eſt viſio talis in hac vita, vt in lib. Numeroꝝ habeť, quę ei hac vice negata eſt. In tali
tñ viſione (vt tactū eſt) cōmuniter homo nō viuit vita ſenſitiua humana, ſed intellectuali tm̄- Nūe. 12.
modo ac diuina, ꝓpter abſtractionē ꝓfatā. Ideo regulariter dictū eſt, Nō videbit me homo,
& viuet. Nihilo minus ꝑ oīpotentiā Dei poteſt mens humana Deū ita videre, ipſo hoīe ſic vi-
dente, vitā ſenſitiuā ducēte, vt patet de aīa Chr̄i, quæ à ſuæ creatiōis & vnionis exordio cum
verbo æterno, vidit præ vniuerſis beatis clariſſime diuinā eſſentiā, vtēdo ſenſitiuis potentijs,
vegetatiuarumq; viriū actibus. ¶ Præterea aduertēdū ꝙ ſup illud, Loquebať ad Moſen dn̄s
facie ad faciē, ait Gloſſa interlinearis: Subſtātiam Dei nec hoīm nec angeloꝝ quiſpiā videre

po-

potuit,ſicuti eſt. Quod ſi intelligat de viſione plenariȩ compræhenſionis,qua Deus cernitur
tam perfecte,ſicut ex ſua natura cognoſcibilis eſt, veritatē ſortitur: Si autē intelligat ita, ꝙ
diuina eſſentia videri non valeat à mente angelica & humana per ſpeciē increatā, clare ac
1.Ioan.3. reuelate ſeu immediate in ſeipſa, ſtare non poteſt, cum & Ioannes dicat apoſtolus: Scimus
ꝭ.Co. 13. quoniā cum apparuerit,ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt. Et Paulus Corin-
thijs ait: Videmus nunc per ſpeculū in ænigmate,tunc autē facie ad faciē. Nunc cognoſco ex
parte,tunc autē cognoſcam,ſicut & cognitus ſum. Vnigenitus quoq; patris: Angeli,inquit,
Matt.18. in cælis ſemper vident faciē patris mei. Deinde dn̄s pandit Moſi,qualiter ſe velit ei hac vice
oſtendere. [Et iterū: Ecce,inquit,eſt locus apud me.] Omnis locus apud incircūſcriptibilem
Deum eſt:ſed ſicut Deus ſpecialiter fuit & habitauit in monte Sinai, ita nunc ſpecialiter lo-
quitur de loco quodā qui erat ibidem,de quo ſubiungit: [& ſtabis ſupra petrā.] Corporali-
ter em̄ ſtetit paulopoſt Moſes ſupra petrā illam. [Cum'q; tranſibit gloria mea].i. ſimilitudo
glorioſa ſeu clara,me viſibiliter repræſentās,[ponā te in foramine petræ] illius, quæ habuit
magnā cauernā,& in ea collocauit dn̄s Moſen,ne perſtringeret & terreretur nimis claritate
ſimilitudinis illius magnificæ. [& protegā dextera mea donec trāſeam].i.dexterā meam po-
nam inter oculos tuos & inter gloriā illā me præſentātem, qm̄ ſplendorē formæ illius ferre
non poſſes. Ideo dextera mea obumbrabit tibi, donec in ſimilitudine illa pertranſeā coram
& vltra te. [Tollam'q; manum meā].i. poſtquā tranſiero corā te, retrahā dexterā meam,vt
videas,[& videbis poſteriora mea].i.à tergo videbis me. [faciem autē meā videre non pote
ris].i. claritatem ſimilitudinis meæ me repræſentātis à parte ante, præſertim in vultu eius,
intueri nō valebis corporalibus oculis,ob ſuæ vehementiā luminoſitatis. Iſta fuit corpora-
lis atq; ſenſibilis repræſentatio Dei, in qua oſtendit ſe Moſi in forma viſibili & humana,ſe-
cūdum Hebræos & multos catholicos. Et,ſicut videt,erat angelus quidā in huiuſmodi ſpecie
aſſumpta in Dei perſona,pertrāſiens & apparens,ita ꝙ Deus in ſimilitudine illa ſui repſenta
tiua,dicit ſe apparuiſſe ac pertrāſiſſe, ſuam'q; dexterā inter ſe & oculos Moſis poſuiſſe. Quòd
aūt Deus per angelū in ſimilitudine humana apparuit,hoc deſignat ꝙ Deus in ſua pſona eſt
intellectualis naturȩ. Per copioſiſſimā vero & inuiſibilē illā & ſenſibilē claritatē,figurabatur
infinita & incōpræhenſibilis puritas diuinæ eſſentiæ in ſeipſa. Per interpoſitionē aūt dexte-
ræ,imbecillitas mētis humanæ ad intuitionē increati luminis Dei, pia q̃q; cōdeſcendētia &
cōtemperatio om̄ipotentis,qua humanȩ capacitati cōdeſcendit,ſe'q; cōtemperat. Per inſpe
ctionē vero poſteriorū ſeu ſimilitudinis eius à tergo,ſignatū eſt,ꝙ Deū in hac vita non niſi
obſcure & imꝑfecte, ac per ſuos effectus ſimilitudinesve creatas cognoſcere poſſumus. Has
cauſas & ratiōes corporalis illius apparitiōis Moſes intellexit. Potuit aūt eſſe,ꝙ angelus qui
in pſona Dei quotidie loquebat cū Moſe,Deo iubente aſſumpſerit ſimilitudinē ſolito ſplen
didiorem & glorioſiorē ad horā,ſic'q; in ea corā Moſe pertrāſierit,maieſtatē Dei,vt dictum
R. Paulꝰ eſt,repræſentādo. ¶Præterea circa p̃habita multa ſcribit Rabbi Paulus,quæ breuiter diſcu-
tienda cenſent. Ait ergo in primis,ꝙ Moſi ante ſuum ieiuniū non fuit cōmiſſum,vt duceret
filios Iſrael,ſed vt duceret tā Moſes q̃ ppl'us per angelū:ſed poſt ieiuniū eius,& alia nunc p̃di
Exod. 3. cta,dictū eſt ei:Vade,& duc populū iſtum quo locutus ſum. Iſtud videt pueriliter dictū,cum
ſit ſcriptū ſuprà:Veni,mittā te ad Pharaonē,vt educas populū meū filios Iſrael de Aegypto:
Exod. 6. Quæ fuerunt verba Dei ad Moſen circa rubum,diu ante eius ieiuniū. Similiter ſcriptum eſt
alio loco:Iſti ſunt Aaron & Moſes,quibus p̃cepit dn̄s,vt educerent filios Iſrael. Secundo ait:
poſtq̃ Moſes maioris ꝑfectionis effectꝰ eſt,cōmiſſus eſt ſibi q̃ſi ſingulariter ducatus populi.
Ad quod dico,ꝙ tam Moſes q̃ populus Iſrael tam bene ducti ſunt per nubē & angelū, poſtq̃
Moſes ieiunauit & cætera iam p̃fata peregit, vt ante,ſicut cōſequenter in libris eius aptiſſi-
me recitat. Immo nec Moſes eduxit filios Iſrael de monte Sinai ad terrā ꝓmiſſiōis, quouſq;
nubes eleuabat de tabernaculo fœderis,& cœpit eos p̃cedere angelo eā mouente, vt in Nu-
Nūe. 10. meris ſcriptum eſt. Tertio dicit ſuper verba illa,Facies mea p̃cedet te:Deus volebat deduce-
re Moſen abſq; aliquo medio. Cuius verbi error iam patet, quia per angelū deinde ductus,
inſtructus,directus eſt Moſes,quēadmodū ante:immo vt in Numeris legit,Moſes inſtanter
rogauit Obab filium Raguel cognatū ſuum,vt ſibi ac populo p̃beret ducatū,dicendo:Noli
nos relinquere. Tu em̄ noſti,in q̄bus locis per deſertū caſtra ponere debeamus,& eris ductor
noſter. Quarto dicit,Moſes implicite petebat & volebat,ꝙ nullus angelus interponeret in re
gimē populi,cuius dicti falſitas iam in iſto articulo eſt oſtenſa, fuiſſet'q; grādis præſumptio,
ſi in tanti populi gubernatione Moſes refugiſſet angelorū ſubſidia & præcepta:immo cære-
monialia,iudicialia'q; p̃cepta,quȩ in Leuitico & deinceps Moſi data ſunt,ꝑ angelum ei pro
poſita ſunt:immo Moſes ſciuit toti Iſraelitico populo præeſſe angelū vnū de ordine princi-
patus, videlicet Michaelem,ac populū ſynagogæ regi optauit: ſciuit & vnumquēq; eorum
habere ſpecialē & propriū angelum pro cuſtode atq; rectore. Vnde per hoc,ꝙ Moſes poſtu-
lauit, vt ipſemet dn̄s ſe populum'q; p̃cederet,nō intendebat angelorū ducatū regimen'q; ex-
clu-

dere,ſciens ꝙ Deus prouidētiæ ſuæ gubernationē per angelos circa homines exequat in
pluribus rebus & actibus. Deniq; R. Paulus ad probādum verba ſua inducta,dicit:Non legi In Rab.
tur in toto proceſſu Moſaicæ vitæ, ꝙ fiat mētio de angelo loquente cum Moſe, vel ei appa Paulum.
rente poſt hæc,ſicut an̄. Ad quod breuiter dico, ꝙ infrà vbicūq; in libro iſto atq; ſequētibus
legit, Locutus eſt dn̄s ad Moſen &c. cōmuniter ſenſus eſt,ꝙ Deus ꝑ angelū ei locutus ſit, ſe- Auguſt.
cundū q̄d Auguſtinus,Gregorius,& alij ſancti patres,catholici'q; doctores,cōcorditer dicūt. Gregor.

¶Declaratio cap. XXXIIII. Ac deinceps: Præcide,ait,tibi duas tabulas lapideas.

Articulus LXIIII.

REparatio tabularū decalogi, apparitio Dei, & cōmemoratio ſeu repetitio præceptorū
legalium,in iſto deſcribunt capitulo. [Ac deinceps: Præcide,ait, tibi duas tabulas la- Exo. 32.
pideas inſtar priorū].i.ſimiles illis,quas fregiſti,[& ſcribam ſuꝑ eas verba].i.decē præ-
cepta, [quæ habuerunt tabulæ illæ] priores, [quas fregiſti.] Circa hæc orit quæſtio, qualiter
dn̄s dicat hic, Scribam ſuꝑ eas:cum alia dicat trāſlatio,Scribe ſuꝑ eas: immo & in iſto capi
tulo infrà habet:Dixit'q; dn̄s ad Moſen,Scribe tibi verba hæc. Et rurſus:Fuit ergo ibi cū do-
mino,& ſcripſit in tabulis verba fœderis decem. Ad hoc Auguſtinus, alij'q; reſpondēt, ꝙ dn̄s Auguſt.
ſcripſit per authoritatē,Moſes per exequutionē,videlicet Deo iubente. Quocirca iterū quȩ-
ritur,cur dn̄s vniuerſa prænoſcens,illas tabulas præparauit atq; inſcripſit,quas à Moſe no-
uerat mox frāgendas,& eas quas nouerat diu duraturas, iuſſit per Moſen præcidi,parari,in-
ſcribi? Ad hæc Auguſtinus myſticā rationem aſſignat, qm̄ tabulæ factæ à Deo,ſignificabāt
gratiā Dei datā Hebræis in exitu de Aegypto, quā celeriter perdiderūt redeuntes cordibus
in Aegyptū. Tabulæ aūt factæ à Moſe,eos deſignāt,qui per adiutoriū gratiæ Dei implent
præcepta per ſeculi huius durationē. Literalius vero quis dicere poteſt,ꝙ ex quo Moſes pri-
mas tabulas & earū ſcripturā conſpexit,potuit iuxta earū exemplar formare ac ſcribere ali-
as. Vel certe ad maiorem ſuperbi ingrati'q; populi humiliationē,datæ ſunt ei ſecundo tabu
læ ab homine factæ atq; deſcriptæ. [Eſto paratus mane, vt aſſcēdas ſtatim in montem Sinai,
ſtabis'q; mecum ſuper verticem.] Itaq; Moſes nocte cōſurgens, valde mane cœpit montem
aſſcendere,& ſtetit in cacumine eius cum dn̄o.i.cum angelo in perſona Dei viſibiliter appa
rente,& in forma humana ibi loquente. Illa etem̄ hora ad ſpiritales actus eſt aptior. Propter Eſaiȩ 26.
quod loquit Eſaias:De mane vigilabo ad te. Et Pſalmiſta:Mane adſtabo tibi & videbo. [Nul Pſal. 5.
lus aſſcendat tecum,nec videat quiſpiam per totū mōtem. Oues quoq; & boues non paſcant Exo. 19.
econtra.] Suprà cū Moſes auditurus erat à Deo in monte decē præcepta, iuſſit dn̄s vt Aaron Exo. 24.
ſecum aſſcenderet: rurſus'q; ſcriptū eſt, qualiter Moſi duas tabulas recepturo dn̄s iuſſit,vt in
verticē mōtis aſſcenderet:& tunc Ioſue eius miniſter aliquā montis partem ſecū aſſcendit &
manſit in ea. Iterū cap. 19. legitur,qualiter dn̄s vetuit montē tangi ab hominibus vulgaribus
ac iumentis:nūc vero Moſes ſecūdo accepturus tabulas ſcriptas, à dn̄o iuſſus eſt ſolus aſſcen
dere, in tantū vt nemo per totū montē conſpiceret, nec pecora ex oppoſito montis,niſi per
grādem à monte diſtātiam,alerent. Quæ eſt ergo horū ratio,& cur fuit in iſta ſuſceptione ta In Rabbi
bularū maior coarctatio q̃ in prima? ¶Ad q̄d Rab. Paulus reſpōdet,ꝙ iſta deſcenſio Dei ſu- Paulum.
per Sinai, ſolennior fuit q̃ illa quæ fuit in legis donatione: quia in illa ſolum propoſuit dn̄s
præcepta cōmunia,in iſta aūt reuelata ſunt Moſi diuina ſecreta. Sed iſtud non apparet ido-
nee dictum, qm̄ textum capituli huius intuentibus innoteſcit, ꝙ in iſta Dei deſcenſione &
apparitiōe & allocutiōe cū Deo nō ſunt ſpecialia ſecreta Moſi reuelata,ſed p̃cepta præhabita
repetita. In priori vero deſcenſiōe,apparitiōe,collocutione'q; Dei cū Moſe,nō ſolū data ſunt
ei præcepta cōmunia toti plebi, immo & alia multa ſpecialia & arcana de inſtitutione noui
ſacerdotij, & ordine miniſtrorū tabernaculi,ſucceſſione pontificum,de conſecratione,veſti
bus,ſacrificijs'q; eorū,de formatiōe arcæ ac ſanctuarij,de confectiōe thymiamatis & olei vn-
ctionis,quorū omnium ſp̄ūales & myſticas ratiōes credendum eſt Moſen tunc ex reuelatio-
ne cognouiſſe diuina. Itaq; prædictorū videt alia cauſa fuiſſe. Dn̄s nanq; voluit in hac vice
Moſi apparere in ſimilitudine glorioſa præclara, prout in fine præcedentis promiſit capitu
li. Ideo noluit alium quēquā adeſſe,& propter maiorem reuerentiā diuinorū,iuſſit & peco-
ra abigi,prȩſertim ad figurādum ꝙ carnales brutales'q; homines,ad cōmunionē & inſpectio
nem diuinorū indigni ſunt. Inſuper dici poteſt,ꝙ dn̄s paulatim oſtendit ſe eſſe placatū:ideo
necdū admiſit Aaron ad mōtis aſſcenſum,atq; adhuc habuit ſe circa populū magis abſtra-
cte q̃ ante. [Excidit ergo duas tabulas lapideas,quales antea fuerāt:& de nocte conſurgens,]
In quo patet ſuæ obedientiȩ promptitudo & deuotionis alacritas. Siquidem dn̄s dixerat ei,
Eſto paratus mane. Et ipſe ſurrexit nocte. [aſſcendit in montem, ſicut præceperat ei domi-
nus, portans tabulas ſecum. Cum'q; deſcendiſſet dn̄s per nubem,] quia in illa nube angelus
dominum repræſentās deſcendit. [ſtetit Moſes cum eo] in vertice montis,tanq̃ ad Dei obſe
quium omnino paratus,[inuocans nomen dn̄i,] vtpote ipſum dn̄m, in cuius perſona ange-
lus ſibi apparuit. [Quo tranſeunte coram eo,] Si Moſes cum dn̄o ſtetit, quomodo domi-

nus coram eo tranſiuit. Sed horum vtrūq; ſucceſſiue celeriter fieri potuit, ſimilitudinemq́;
aſſumptam potuit dominus ſubito immutare, & glorioſiorem ac clariorem, q̄ ante appare-
bat, efficere, eandem quoq; rurſus adſpectui Moſis contemperare. [ait] ipſe Moſes, ſubito
inflammatus contemplatione & amore illius, qui ſibi tam glorioſe ad ſenſum apparuit. [Do
*verus minator domine Deus, miſericors & clemens, patiens & multæ miſerationis * verax.] Deus
dicitur dominator, ab actu dominãdi: dn̄s poteſtate, & quoniam habet ſubiectos: Deus per
omnium creationem & gubernationem: miſericors, natura, inquantū ei proprium eſt miſe
reri, non tamen affectum compaſſionis habere: clemens, relaxando debitam vltionem: &
† ac ve- rax multæ miſerationis, per varios ſuæ pietatis effectus: & verus, in Deitatis natura, cum ipſe ſo-
lus ſit verus Deus. Verus quoq; in verbis, fidelis in promiſſis, verax in documentis, & iuſtus
in præceptis ac præmijs, [qui cuſtodis miſericordiam in millia,] id eſt, gratiam & dona mi-
ſericordiæ conceſſa parentibus, pie continuas & conſeruas in poſteris eorundem per gene-
rationes & perſonas quàmplurimas. Ponitur enim hic numerus determinatus, pro indeter-
Pſal. 104. minato, ſicut in illo pſalmi verſiculo: Memor fuit in ſeculū teſtamenti ſui, verbi quod man
dauit in mille generationes. [quia aufers iniquitatem & ſcelera atq; peccata.] Per iniquita
tem, poteſt intelligi culpa originalis: per ſcelera, mortalia vitia: per peccata, venialia mala.
Aufert quoq; iniquitatem cordis, ſcelera oris, peccata operis & omiſſionis. Rurſus, per ini-
quitatē poteſt intelligi culpa cōmiſſa in Deum: per ſcelera, culpæ quæ fiunt in proximū: per
peccata, quæ fiunt in ſeipſum. [nullusq́; apud te per ſe innocēs eſt].i. propria authoritate nul
lus eſt abſq; culpa, quia etſi quis aliqualiter innocens eſt, & ad modicū ſine peccato, nō per
Iaco. 3. ſe, ſed per te & gratiam tuã hoc eſt. Deniq; in multis offendimus omnes, & naſcimur in pec-
Pſal. 118. cato, & errauimus quaſi oues quæ perierunt. [qui reddis iniquitatē patrum filijs ac nepoti-
bus].i. filijs filiorū, [in tertiã & quartã progeniem.] Interdum enim vſq; in primam progeni-
em tantum, interdum vſq; in ſecundã, quandoq; in tertiam, aliquando vſq; in quartã, quan-
doq; in nullam: immo interdum peſſimis patribus naſcunt electiſſimi filij, quemadmodum
4. Re. 16. ipſi Achaz natus eſt Ezechias, & ipſi Amon ſanctus Ioſias. Varia nãque, libera, & imperſcru
4. Re. 22. tabilia ſunt iudicia omnipotentis. Veruntamen qualiter intelligenda ſit iſta authoritas, di-
Exo. 20. ligenter expreſſum eſt in viceſimi elucidatiōe capituli. [Feſtinusq́; Moſes incuruatꝰ eſt pro-
nus in terram:] cum profunda inclinatione, vel totius corporis proſtratione, ad diuinæ re-
uerentiam maieſtatis. Et forte hoc fecit antequam præhabita protulit verba, quãuis poſtea
recitet. [& adorans, ait: Si inueni gratiam in cōſpectu tuo domine, obſecro vt gradiaris no-
biſcum.] iuxta ſenſum præcedenti articulo introductum. [Populus enim duræ ceruicis eſt.]
propterea neceſſaria eſt nobis indeſinenter gratioſa aſſiſtentia tua, quæ noſtra emolliat cor
da. [& auferas iniquitates noſtras atq; peccata,] ſcilicet, tam carnalia quàm ſpiritalia vitia,
dando & infundendo veram cōtritionem, piam remiſſionem, gratioſam cuſtodiam. [noſq́;
poſſideas] per dona gratiæ tuæ, ne recidiuemus. [Reſpondit dominus: Ego inibo pactum,]
id eſt, ita me facturum teſtabor, & amicitiæ fœdus vobiſcum percutiam, interim tibi dan-
do tabulas ſcriptas, & pugnando pro vobis. [videntibus cunctis] id eſt, omnibus vobis & in-
terdum etiam alijs. [faciam ſigna quæ nunquã viſa ſunt ſuper terram, nec in vllis gentibus:]
vt fuit ſtatio ſolis & lunæ ad inſtantiam Ioſue, retroceſſio quoq; Iordanis, & alia multa quæ
Ioſue 10. in libro Ioſue alibiq́; leguntur. [vt cernat populus iſte in cuius es medio,] id eſt, cuius præ-
Ioſue 3. latus ac ductor es, & inter quos ſæpius reſides, [opus domini terribile quod facturus ſum,]
id eſt, præfata & conſimilia miraculoſa ac horribilia opera, præſertim aduerſarijs veſtris,
quæ pro veſtri introductione in terram promiſſionis efficiam, vt vel ſic mihi iugiter ad-
hæreatis. [Obſerua cuncta quæ hodie mandaui tibi.] Hoc ſub perſona Moſis ait ad populū,
vt ſcilicet populus vniuerſa Dei præcepta memoriter teneat, & opere exequat, quæ mãdauit
eis per Moſen, [hodie].i. tēpore iſto. Vel ideo ait, hodie, qa nunc ea repetijt. [Ego ipſe eijciã
ante faciem tuã Amorrhæum & Chananæum & Ethæum, Pherezæum quoq; & Heuæum &
Iebuſæum. Caue ne vnquã cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ tibi ſint in
ruinam &c.].i. amicitias periculoſas illicitas. Si tamen voluiſſent ad Iudaiſmū conuerti &
confœderari legitime, nō fuiſſet eorū amicitia cōtemnenda. [Noli adorare deum alienū].i.
Exo. 20. aliquem præter me verum Deum, nullum videlicet deum gentium cæterorū. [Dominus ze
lotes nomen eius, Deus eſt æmulator.] Qualiter Deus dicat zelotes, in expoſitione viceſimi
capituli dictū eſt. Dicit quoq; æmulator.i. iuſtæ vltionis amator. Aemulari aūt ſignificat in-
flari, amare, inuidere & imitari. Cū ergo Deus inſtar amatoris zelotypi velit ſolus amari, vt
ſpōſus ab aïa rationali, & fornicationē oēm etiã ſpiritalē grauiter vlciſcat, vitandū eſt omne
Ibidem. peccatū, potiſſime alieni adoratio Dei. Cōſequēter repetunt diuerſa p̄cepta in litera, quę oïa
Exod. 12. habita ſunt atq; expoſita cap. 20. & deinceps, immo & quædam ante capitulo duodecimo.
[Cū em̄ tulero gētes à facie tua].i. dum populū Chananæorū à terra tibi ꝓmiſſa abſtulero ꝑ
interfectionē eorū, [& dilatauero terminos tuos,] dãdo tibi regiones regum multorū citra &
vltra

vltra Iordanem, ſicut in libro Ioſue legitur, vbi triginta vnus reges à filijs Iſrael occiſi ſcri- Ioſue 12.
bunt. [nullus inſidiabit terræ tuæ].i. nec tibi nec fructibus ac poſſeſſionibus terræ tuæ vale-
bit nocere, ita ꝙ ſi inſidientur, nihil ꝓficient, ſed peribunt. [aſſcendēte te & apparēte in con
ſpectu domini Dei tui ter in anno] iuxta ſenſum expoſitionis p̄habitæ. [Dixitq́; dn̄s ad Mo
ſen: Scribe tibi].i. ad tuijpſius meritum ac ſalutem [verba hæc,] præſertim decem præcepta,
[qbus & tecum & cū Iſrael].i. Iſraelitico populo, [pepigi fœdus].i. pacis & amicitiæ inij pa-
ctum, qa per iſta præcepta oſtendo charitatem meã ad vos, à qbus ſpecialiter amari & coli
volo. ¶ Circa hæc Nicolaus de Lyra dicit, ꝙ Moſes propria manu non ſcripſit hæc verba in
tabulis iſtis. Cuius oppoſitum ex trãſlatione Septuaginta interpretū, immo & ex litera iſta,
atq; ex verbis Auguſtini & Gloſſæ ꝓbatū eſt. Et Magiſter in hiſtorijs, multiq́; alij in hoc Au
guſtinū ſequunt, nec argumēta alterius ſunt magni vigoris. Nã arguit, cū tabulæ illę fuerint
lapideæ, literæ illæ fuerunt in eis ſcriptæ ꝑ ſculpturam: ſed nō videt ꝙ Moſes ſecū portauit ad
montem inſtrumenta ſculpendi. Ad q̄d primo r̄ndetur, ꝙ ſicut alia multa ſupnaturalia fecit
Deus ꝑ Moſen, ita & tabulas illas poterat Moſi facere ad ſcribendū cedentes vt cerã molliſſi
mam, quemadmodū multis ſanctis in nouo teſtamento fecit ſaxa & cupra, ad ſuſcipiendum
ſignacula crucis, cedere tanq̄ cerã. Secūdo dicēdū, ꝙ ex q̄ Septuaginta tranſtulerunt circa ex-
ordiū huius capituli, Scribes, ſatis incredibile eſt, ꝙ Moſes neceſſaria ad ſcribēdū in tabulis
ſecū accepit, niſi forte ex diuino inſtinctu omiſerit hoc. Iterū ſatis apparet, ꝙ ſicut primæ ta
bulæ fuerūt à dn̄o p̄paratæ & ſcriptę, ita dn̄s ſecūdas tabulas voluit manu Moſis ſcribi, quēad
modū iuſſit eas ꝑ manū eius p̄cidi ac p̄parari. Nēpe ſi dn̄s voluiſſet eas inſcribere, cur iuſſiſſet
aut qd indiguiſſet ꝑ Moſen eas parari? [Cūq́; deſcenderet Moſes de monte] Sinai, expleto q̄-
dragenario dierū ieiunij ſui, [tenebat duas tabulas lapideas teſtimonij] q̄s in manibus reue-
renter tenendo, deſcēdit ad ppl'm, [& ignorabat ꝙ cornuta eſſet facies ſua].i. tã luminoſa ac
ſplendida, ꝙ radij clari ac fulgidi ꝓcedebant ex lumine vultus ſui, in altū tendentes paulatim
in ſimilitudinē cornuū. [ex conſortio ſermonis Dei].i. ex longa ſua conuerſatione, collocu
tione & coïone cū Deo, ex qbus mēs ſua fuit tantis illuminationibus, claritatibusq́; repleta,
ꝙ redundabant in vultu ipſius. Sed cū etiã antea tot diebus fuerit cū Deo cōuerſatus & affa-
tus in mōte, cur tūc rediēs nō fuit tã ſplēdidus? R̄ndere poteſt, ꝙ interim multū ꝓfecit in ſpūa
libus donis, atq; in cōtēplatione diuina, & itē, qa iã vidit Deū in forma tã glorioſa, vt patuit,
& dominus ſup faciē ſuã poſuerat dexterã ſuã, ideo clarior factus eſt. Et etiã vt de cętero am
plius timeret à filijs Iſrael, nec cōtra eū murmurare p̄ſumerent, ꝓpter idololatras q̄s fecit oc
cidi. [Vidētes aūt Aaron & filij Iſrael cornutã Moſis faciē, timuerunt ꝓpe accedere.] ſtupefa-
cti re tã noua & incōſueta ac diuïa, & qm̄ viſꝰ eorū reuerberabat claritate vultꝰ Moſis & radi
orū illorū. Forſitã etiã metuebãt, ne ex cōmiſſiōe diuina denuo exerceret correptionē & puni
tionē in eos. Erant nanq; incerti, an eis veniã impetraſſet. Moſes qppe aſſcenſurus in mon-
tem, dixerat eis: Peccaſtis pc̄tm̄ maximū, aſſcendã ad dominum, ſi q̄ modo quiuero depre
cari pro ſcelere veſtro. [Vocatiq́; ab eo, reuerſi ſunt].i. ad Moſen eos vocantem, & ne time-
rent, conſolantem, redierunt, à q̄ ex timore parū fugerunt. [tam Aaron q̄ principes ſynago
gæ] id eſt, principes tribuum, & officiati ac iudices ſubſtituti. [Et poſtq̄ loquutus eſt ad eos,
venerunt ad eum etiam oēs filij Iſrael, quibus præcepit cuncta q̄ audierat à domino in mon
te Sinai. Impletisq́; ſermonibus].i. verbis finitis quę dixit ad illos, [poſuit velamē ſuper faciē
ſuam:] cognito ꝙ facies ſua eſſet tã illuminoſa, q̊d Ioſue ei forte primo expoſuit, ſicq́; man-
ſit facie cooptus velamine, q̊d forſitan fuit tenuis pannus, aut aliqd tale, moderans filijs Iſra
ël ſplendorē vultus Moſaici. [Qui ingreſſus ad dominū, & loquēs cū eo] in monte vel taber-
naculo, [auferebat].i. de facie ſua remouit, & remotū dimiſit, [donec exiret] de loco allocuti
onis diuinę, & tūc loquebat ad filios Iſrael oïa q̄ ſibi fuerãt impata. Qui videbãt faciē egredi
entis Moſis eē cornutã] vt añ, [ſed opiebat ille rurſum faciē ſuã, ſi qñ].i. qñcūq; [loquebat ad
eos.] de cætero durante in eo tanto ſplendore, aliter nō potuerunt eum inſpicere. In hiſtoria
vero Scholaſtica dicitur: Quãtum durauit hæc gloria vultus Moſis, & vtrum ſemel aut plu
ries ei acciderit, ignoramus. Veruntamē ex p̄inductis huius literæ verbis rite ꝑſpectis datur Euſebi.
intelligi, ꝙ durauit ꝑ tēpus notabile, & ꝙ magis q̄ ſemel contigit ei. Rurſus in eadē habet
hiſtoria: Dicunt Hebræi ꝙ adhuc tertio aſſcendit ad dominū, ad impetrandū eis veniæ cer-
titudinē, & ꝙ rurſus ieiunauit q̄draginta diebus ac noctibus. Cūq́; rediſſet cū certitudine ve Euſebiꝰ.
niæ, nonus fuit dies ſeptimi mēſis: & in craſtino ſolēnitatē agētes ꝓ venia data, afflixerūt ani
mas ſuas ieiunãtes: ſicq́; deinceps decima dies huiꝰ ſeptimi mēſis, facta eſt dies ꝓpiciationis.
Quod ſi verū eſt, ꝙ exēplo Moſis eccleſia ꝓponit in anno tres q̄dragenas, licet ob hoc inſti-
tutum dicat, qm̄ tres viri, Moſes, Helias, & Ieſus tot ieiunauerunt diebus. ¶ Præterea ſpirita- 3. Re. 19.
lis conſenſus huius capituli, ſuprà ꝓ maxima parte eſt habitus. Specialiter ṽo ex iſtius capi- Matt. 4.
tuli docemur exordio, ꝙ volētes in mōte.i. in altitudine cōtēplationis Deo vacare, loq, vni- Lucæ 6.
ri, debeãt ſeparari à cęteris, & cūcta relinquere ꝑ mētis recollectionē in Deo, ac iugiter eē ad
 ſpiri-

ſpiritalem aſſcenſum parati,& Deo reuerẽter aſſiſtere,humiliter ſubijci,totaliter mancipa-
ri.Ipſum quoq; in tali feruore affectuoſiſſime exorare pro cõmuni bono eccleſiæ, pro pace
& vnione,pro viuis ac mortuis,pro parentibus,propinquis, commiſſis, benefactoribus, ꝓ
afflictis,tentatis,ac omnibus in periculo conſtitutis.Amplius docet nos huius ſcriptura ca-
pituli, ſemper ad Deum cõfugere,eius præſentiam gratioſam, pijſſimumq; ducatum inceſ-
ſabiliter affectare ac poſtulare in om̃i via præſentis exilij,ſpiritalibus atrociſſimis hoſtibus
pleni,innumerabilibus veræ ſalutis obſtaculis circũdati,grauiſſimis ꝑiculis adimpleti, ſicq;
de noſtris viribus nunquam præſumere,ſed toto cordis anniſu in Deo ſemper confidere.Sic
ergo & hoc ſpecialiter deprecemur,vt non educat nos de loco iſto,de corpore carceris hui-
us,ſi non ipſemet voluerit nos ad protegendum præcedere,noſq; ſaluare. Conſideremus de
mum ex iſto capitulo,quantum complaceant Deo ſobrietas,abſtinentia,atq; ieiunium,qñ
& Moſes vice repetita,quadraginta ieiunauit diebus decalogum accepturus.Ideo ſobrieta-
ti & ieiunijs ſimus intenti,vt ita ad gratię incrementa, ad illuminatiões diſponamur ſupnas.
¶Poſtremo,per lucem ac radios vultus Moſis,deſignant veritates,myſteria,ac nobiles ꝓpri
etates ſcripturarum veteris teſtamenti. Per velationem aũt ipſius, difficultas & obſcuritas in-
telligendi ſcripturas eaſdem.Per diſuelationem vero vultus Moſis, illuminatio ſpiritus ſan
Lucę 24. cti,per quam Chriſtus aperuit nobis ſenſum ad intelligẽdum illas ſcripturas.Per cornua aũt
vultus Moſis,fortia argumenta ex lege & prophetis accepta,quibus armamus nos ad diſpu
tandũ contra excęcatos Iudæos,ac cæteros ſanę doctrinæ ac fidei æmulos.De hoc velamine,
2.Cor. 3. vultuſq; Moſis gloria & ſplendore,loquitur Apoſtolus ad Corinthios.

¶Declaratio cap.35. Igitur congregata omni turba filiorum Iſrael. Arti. 65.

QVemadmodum homilia 13.ſuper Exodum loquitur Origenes, frequenter in Exodi li
bro eadem repetuntur,præſertim deſcriptio templi.Dicitur nanq;, & cum Deus prę-
cepit Moſi,qualiter fieri debeat. Et iterum,cum Moſes præcipit populo, vt offerat ma-
terias operi cõſtruendo,vt in iſto capitulo. Poſtmodum quoq; enumerãtur ſingula,cum ꝑ
Beſeleel ac cæteros viros prudentes fabricant.Et iterum, dum ad cõſpectum Moſis deferũtur.
Rurſumq; dum iuxta Dei imperium dedicant,immo & poſtea in alijs libris ac locis fit com
memoratio horum,& idem ſæpe repetitur,dum neceſſario cõmonetur.Itaq; nũc incipit Mo-
ſes recitare,q̃liter executioni mandata ſunt quæ dominus iuſſerat fieri.[Igit cõgregata om̃i
turba filiorum Iſrael,dixit ad eos: Hæc ſunt q̃ iuſſit dñs fieri: Sex diebus]ſ.ferialibus[facietis
opus.ſeptimus dies erit vobis ſanctus].i.diuino cultui ſpecialiter deputatus.[ſabbatũ & req-
es domini.]Hoc loco reſumit tm̃modo præceptum de celebritate ſabbati,ne filij Iſrael puta
rent ſe in ſabbato poſſe licite exercere,q̃ ad tabernaculi ac cõſimilium ſpectant conſtructio
nem.Deinde repetitur, quod 25. cap. iuſſum eſt de materijs offerendis pro ſanctuario ac cæ-
teris, quæ dominus iuſſerat fabricari. [Qui fecerit opus in eo, occidetur. Non ſuccẽdetis
ignẽ in omnibꝰ habitaculis veſtris per diem ſabbati. Et ait Moſes ad omnem cateruam fili
orum Iſrael: Iſte eſt ſermo quem pręcepit dñs:Separate apud vos primitias dño].i.vnuſqſq;
Exo. 25. veſtrũ præcipua aliqua de rebus eligat & aſſumat,ac apud ſe ponat,ad offerendum ea dño ꝓ
ædificatione tabernaculi & rerum ad illud ſpectantium,ſicut ſubiungitur: [Oĩs voluntarius &
prono animo offerat eas dño.]Hilarem quippe datorem diligit Deus,cui coacta nõ placent
obſequia:immo cui opera bona tanto plus placent,quãto ex ꝓmptiori feruentiorіq; corde
ꝓcedunt.[Aurum & argentũ &c.]q̃ omnia 25. cap. extant elucidata. [Veſtimẽta quorum vſus
eſt in miniſterio ſanctuarij].i.veſtes ſacras quibus miniſtri tabernaculi in diuino vtẽtur ob-
ſequio,ſ.[veſtes Aaron pontificis ac filiorum eius,] quibus in ſacrificijs cæteriſq; diuinis in-
duentur ac potientur,has, inquam, artifices faciant. [Egreſſaq; omnis multitudo filiorum
Iſrael de cõſpectu Moſis, obtulit mẽte ꝓmptiſſima atq; deuota primitias dño,ad faciẽdum
opus tabernaculi teſtimonij].i.dona præcipua,[& dextralia].i.ornamenta dextrorum ſeu bra-
chiorum dextrorum prope manum.[Omne vas aureum,in donarium dñi ſeparatum eſt].i.prę-
cipua vaſa aurea filiorum Iſrael,ab eiſdem ſunt ab alijs vilioribus vaſis ſequeſtrata,& colloca
ta inter ea,q̃ oblata ſunt dño ad vſum præfatum.[Sed & mulieres doctæ]in artificijs ſibi cõ-
Ibidem. gruentibus[dederunt quæ neuerant].i.dño obtulerunt ea quæ filauerãt.[hyacinthum,]ſicut
expoſitũ eſt.[vermiculũ].i.coccũ.Siqdem vermiculus,coccus & coccinũ,q̃ſi ꝓ eodẽ ſumunt.
Nam ꝙ hic nomine vermiculi,hoc 25.cap. nomine cocci ſignificatur.[Cuncti filij Iſrael].i.
qdam de vniuerſis,vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorum. [voluntarie domino dedicaue
runt].i.munera ſua à ſe ſponte oblata,conſecrauerunt ad gloriam Dei pro ædificatione ta-
Exo. 30. bernaculi,attinentiarumq; eius, vt fierent opera dñi quæ iuſſerat dñs per manum Moſis,id
eſt,quæ Deus per miniſteriũ Moſis p̃cepit & inſinuauit Iudęis.[Dixitq; Moſes ad filios Iſrael:
Ecce vocauit dñs ex noĩe Beſeleel &c.Ooliab q̊q; &c.Totũ iſtud 31.cap.habitũ eſt atq; expoſi
tum.[Ambos erudiuit ſapiẽtia,vt faciant opa abietarij].i.ea q̃ fieri ſolẽt à carpẽtarijs. Porro
abietarius ꝓprie dr̃, q operat̃ de ligno abiete. Cõmunius vero accipitur pro artifice opante
de

de ligno quocunq;:& ita nunc ſumitur,quoniam in textu deſcribente conſtructionem taber
naculi non ſit mentio de lignis abietum,ſed ſethim.Cætera prætactis locis expoſita ſunt. Et
ſicut literalis,ita ſpiritualis expoſitio huius capituli patet ex præinductis.Veruntamen mul
ta dicuntur in Gloſſa de ſpirituali huius capituli intelligentia ex homilia Origenis,qui in-
ter cætera ait: Noſtis qui diuinis myſterijs intereſſe conſueuiſtis, quomodo cum ſuſcepiſtis Origen.
corpus domini,cum omni cautela & diligentia illud ſeruaſtis,ne ex eo parum quid decidat.
Si enim qd decidat, reos vos creditis.Quomodo ergo putatis minoris piaculi eſſe, verbum
Dei negligere,q̃ corpus ipſius?Ex quo Origenis eloq̃o ſumptũ puto q̊d aſſerit Auguſtinus:
Non minoris eſt criminis verbum Dei contemnere,q̃ corpus Chriſti in lutum proijcere. Auguſt.

¶Declaratio cap. 36. Fecit ergo Beſeleel. Arti. 66.

HIc particularius deſcribit executio operum. [Fecit ergo Beſeleel & Ooliab & oĩs vir ſapi
ens,q̃ in vſus ſanctuarij neceſſaria ſunt].i. vaſa & vtẽſilia tabernaculi,[& q̃ p̃cepit do-
minus fieri].i.reliq̃ q̃ fieri iuſſit,ſicut & iſta.[Cumq; vocaſſet eos Moſes,& oẽm virum
eruditum cui dederat dñs ſapientiã,& q ſponte obtulerant ſua ad faciendũ opus, tradidit eis
vniuerſa donaria].i.ſponte oblata[filiorum Iſrael. Qui cũ inſtarent opi q̊tidie, mane vota po-
pulus offerebat].i. q̊libet mane obtulerunt q̃ deſiderauerũt ac ꝓmiſerunt offerre. Et bñ ob-
tulerunt mane,qñ ad deuotionem aptior mens eſt.[Vnde artifices venire cõpulſi].i.vehemẽ-
ter excitati.[dixerunt Moſi:Plus offert populus q̃ neceſſarium eſt]ad faciendum q̃ fieri iuſſa
ſunt.[Iuſſit ergo Moſes præconis voce cantari] .i. quendã tanq̃ p̃conem fecit alte clamare:
[Nec vir nec mulier quicq̃ vltrà offerat in opere ſanctuarij].i.ad faciendum ſanctuariũ,& q̃
ſpectant ad illud.[Sicq; ceſſatum eſt à muneribus offerendis, eo ꝙ oblata ſufficerent. [Fece-
runtq; omnes corde ſapiẽtes,ad explendum opus tabernaculi.]Quę hic habent,ſuprà in cap.
26.expoſita ſunt & conſcripta. [Fecit q̊q; vectẽ alium, q per medias tabulas ab angulo vſq;
ad angulum perueniret.]De hoc vecte non videtur mentio ſuperius facta,eratq; in facie ta Exo. 26.
bernaculi orientali, & capita eius erant inſerta duarum capitibus tabellarum exiſtentiũ iuxta ta
bernaculi ingreſſum.Per q̃s.i.per quarum ſpiſſitudinem vectis iſte tranſiuit, ab angulo qui
cõiunxit orientalẽ & aq̃lonarem ſanctuarij partes,vſq; ad angulum copulantem partes ſan
ctuarij ſeu tabernaculi orientalem atq; auſtralem. Reliqua 26. cap. expoſita ſunt plenius. Ibidem.

¶Expoſitio cap. 37. Fecit autem Beſeleel & arcam. Arti. 67.

IN iſto capitulo deſcribitur qualiter facta ſint ea, quæ erant in tabernaculo, tam ea quæ
erant intra ſancta ſanctorum,q̃ illa quæ continebantur in exteriori tabernaculi parte, quæ
dicebatur ſanctum vel ſancta.[Fecit aũt Beſeleel & arcam de lignis ſethim.]Iſtud 25.ca-
pitulo expoſitum eſt.[Fecit & propiciatorium]Hoc eodem capitulo habetur expoſitum. Se Exo. 25.
quitur de productione menſæ atq; candelabri ac lucernarum ſeu lampadarum & vaſorum
quorundam,de quibus omnibus eodem 25.capitulo habitum eſt. Poſtremo additur de for Ibidem.
matione altaris thymiamatis,quod fuit in ſancto,& de compoſitione olei vnctionis ac thy
miamatis,de qbus oĩbus expoſitio introducta eſt in pertractatione 30.capituli.Et omnia q̃
hic habentur,in pręallegatis ſunt capitulis explanata,nec in iſtis capitulis aliud continetur,
niſi hiſtoria,qualiter per artifices factum ſit,quod in illis capitulis dominus fieri iuſſit. Exo. 30.

¶ Expoſitio cap.38.Fecit & altare holocauſti. Arti. 68.

FEcit & altare holocauſti.]In iſto recitatur capitulo, qualiter facta ſint altare holocau-
ſti & vaſa ipſius, & labrum æneum, ac atrium, cum attinentijs ſuis: quæ omnia viceſi-
moſeptimo capitulo explanata ſunt, & omnia iſta erant extra ſanctuarium iuxta illud. Exo. 27.
[Hæc ſunt inſtrumẽta tabernaculi teſtimonij,quæ enumerata ſunt iuxta præceptum Moſis
in cæremonijs Leuitarum per manum Ithamar filij Aaron ſacerdotis.] Ithamar fuit iunior
filius ipſius Aaron.Itaq; Ithamar, ſecũdum quod Moſes iuſſit, numerauit & aſſignauit in-
ſtrumenta tabernaculi teſtimonij expreſſa in textu, quæ ſunt tentoria & columnæ ac baſes
earum, & calami & cortinæ,quæ in proceſſu & mutatione locorum portabantur à Leuitis,
prout eorum cæremoniæ exigebant, atq; in libro Numerorum plene deſcribitur: quæ fe-
cit Beſeleel,iuncto ſibi ſocio Ooliab,qui & ipſe artifex lignorum egregius fuit,id eſt, excel-
lens magiſter ad operandum artificioſe ex lignis.[& polymitarius,]id eſt,operans vario ope
re & guttato, [& plumarius,]operando cum acu.Nomina hæc ſuprà clarius fuerunt expoſi-
ta. Deinde exprimitur quantitas auri oblati & expenſi pro opere, ornatu,& attinentijs ta-
bernaculi.[Omne aurum quod expenſum eſt in opere ſanctuarij, & quod oblatum eſt in do
narijs,]id eſt,inter dona,à filijs Iſrael ſponte oblata,[viginti & nouem talentorum fuit,& ſe-
ptingentorum triginta ſiclorum ad menſuram ſanctuarij.] De ſiclo & eius valore ſeu pon-
dere,atq; de ſiclo ſanctuarij,& diſtinctione eius ab alio ſiclo, dictum eſt in triceſimi expoſi-
tione capituli.[Fuerunt præterea centum talenta argẽti,ex quibus conflatæ ſunt baſes ſan
ctuarij,& introitus vbi velum pendet.] Textus difficultatem non habet, & ſi qua in eo ob-
ſcuritas in ſenſu aut verbis eſt,ex præinductis clareſcit.

¶Expo-

¶Expoſitio capituli 39. De hyacintho vero & purpura. Arti. LXIX.

PRæſens capitulum non aliud eſt, quàm recitatio qualiter per artifices, præſertim per Beſeleel, factæ ſint veſtes pontificis ſacerdotum, quas viceſimooctauo capitulo fieri Deus (Exo. 28.) præcepit. Aliqua tamē hic adduntur. Nam dicitur: [Inciditq; bracteas.] Bractea appellatur fruſtum auri alteriusve metalli extenſum. Itaq; incidit bracteas, hoc eſt, laminas aureas tenues, [& extenuauit in fila.] Fecit enim fila ex eis per ſubtiliationem materiæ, ideo ſubditur: [vt poſſint torqueri cum priorum colorum ſubtegmine,] id eſt, cum filis ſub ſtamine textis. Subtegmen enim vocatur filum ꝙd ſub ſtamine texitur. [Fecerunt & mitras cum coronulis ſuis,] hoc eſt, circulis paruis, qui fuiſſe leguntur in parte inferiori mitrarum illarũ. [Feceruntq; filij Iſrael cuncta quæ præceperat dominus Moſi,] id eſt, præfata ornamenta, & cætera iam prædicta in capitulis præinductis, quæ artificiata dominus per Moſen fieri iuſſit, ita ꝙ Moſes ex Dei commiſſione ac iuſſu præcepit ea per artifices fieri. [Et obtulerunt tabernaculum & tectum & vniuerſam ſupellectilem] ſcilicet annulos, tabulas, vectes, id eſt, oĩa iſta & cætera in textu expreſſa, præſentauerunt Moſi iam completa, immo ad Dei honorem formata. Deo quoq; eadem offerebant, quaſi executioni mandata iuxta ipſius imperium, & ordinata ad ipſius obſequium. [Quæ poſtquam Moſes cuncta vidit expleta, benedixit eis,] id eſt, filijs Iſrael imprecatus eſt bona, & eos laudauit, tanquam obedientiarios Dei in executione iſtorum iuxta Dei præcepta.

¶Elucidatio cap. 40. Loquutusq; eſt dominus ad Moſen, dicens: Menſe primo.

Articulus ſeptuageſimus.

NVnc refert ſcriptura, qualiter erecta, ſituata, atq; diſpoſita ſint, quæ in præcedentibus capitulis facta leguntur: [Locutusq; eſt dominus ad Moſen, dicens: Menſe primo, prima die menſis] Quod intelligendum eſt de primo menſe anni ſecundi ab egreſſione Iſrael ex Aegypto. [eriges,] id eſt, per alios facies eleuari, [tabernaculum teſtimonij, & pones in arcam,] quæ poſita eſt in interiori & ſacratiori parte tabernaculi, ſcilicet intra ſancta ſanctorum. [dimittesq; ante illam velum. Et illata mēſa] quæ in exteriori parte tabernaculi poſita eſt, [pones ſuper eam quæ rite præcepta ſunt,] id eſt, quæ legitime iuſſi ſuper eam locari, (Exo. 25.) videlicet panes propoſitionis, ſicut in expoſitione 25. capituli patuit. [Candelabrum ſtabit cum lucernis ſuis] hoc eſt, cum lampadibus ſtantibus in ſummitatibus ſtipitis cādelabri calamorumq; eius. [& altare aureum]. i. altare thymiamatis ſeu incēſi, [in quo adoletur incenſum]. i. in quo thymiama crematur. [coram arca teſtimonij]. i. hęc ſtabunt in exteriori parte tabernaculi ex oppoſito arcæ, quæ erit in parte tabernaculi interiore. De his, qm̄ ſæpe ꝓhabita ſunt, tranſeo. [Tentorium]. i. velum, [in introitu tabernaculi teſtimonij pones.] Velum nanq; pendebat inter tabernaculũ & atriũ in introitu tabernaculi. [& ante illud altare holocauſti] quod fuit in atrio, ſicq; velum pendebat inter tabernaculum & iſtud altare, atq; per conſequens hoc altare fuit ante tentorium illud ſeu velum. [Labrum inter altare & tabernaculum, quod implebis aqua.] Labrum quippe erectũ & ſitum eſt inter altare holocauſti, quod fuit extra tabernaculum, & inter tabernaculum ipſum. [Circũdabis atrium tētorijs]. i. ex vtroq; latere atrij vela expandes [in ingreſſum eius]. i. ante introitum atrij pones velum. [Poſuit & teſtimonium in arca.] Per teſtimonium hoc loco non intelligitur liber legis Moſis, ſed tabulæ teſtamenti, quæ datæ erant cum ſuis præceptis in teſtificationem pacti ſeu fœderis pacis & dilectionis inter Deum & Iſraeliticum populum. [ſubditis infrà vectibus]. i. vectibus infra arcam ſubiectis & connexis ad deferendum arcam tempore opportuno, vt in (Ibidem.) 25. capituli elucidatione claruit. [& oraculum deſuper]. i. ſuper arcam poſuit propiciatoriũ. [Poſuit & mēſam in tabernaculo teſtimonij ad plagã ſeptētrionalē extra velũ, ordinatis coram ꝓpoſitionis panibus]. i. mēſam in tabernaculi parte exteriore cōſtituit panibus ꝓpoſitionis poſitis corã. i. euidēter & ordinate ſup mēſam locatis. [Poſuit & candelabrũ in tabernaculo teſtimonij e regione menſæ, locatis ꝑ ordinationē lucernis. Poſuit & altare aureũ ſub tecto teſtimonij]. i. tabernaculi, quod vocabat tabernaculũ teſtimonij ob cauſam frequenter ꝓhabitam. [cōtra velũ]. i. extra & circa velũ illud, ꝙd fuit expãſum inter ſancta ſanctorum & inter ſancta, hoc eſt, inter partē tabernaculi interiorē & exteriorē iuxta ſæpe ꝓhabita. [Et adoleuit ſup eo incenſum aromatum]. i. ſup altare hoc aureũ Moſes obtulit & cremauit thymiama ex aromatibus factũ. Moſes quippe ſacerdotali fungebat officio ſecundũ diſpoſitionē diuinã, ꝓſertim vſq; ad ipſius Aaron conſecratiōem. Propter ꝙd ait Pſal. Moſes & Aaron in (Pſal. 98.) ſacerdotibus eius. [Poſuit & tentorium in introitu tabernaculi teſtimonij, & altare holocauſti poſuit in tabernaculo teſtimonij,] id eſt, in atrio tabernaculi, ſicut nunc tactum eſt, & ſuprà præhabitum. [Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris,] id eſt, cortinas atq; columnas ex vtroq; latere atrium ipſum claudentes circa tabernaculum & altare incenſi. [ducto in introitu eius tentorio]. i. velo tracto ſeu expanſo ante introitum atrij. [Poſtq̃* cun(* omnia)cta perfecta ſunt]. i. ſtatim vt oĩa iſta diſpoſita & locata ſunt, [operuit nubes tabernaculum teſtimonij.]

Per ꝙd Deus monſtrauit, q̃ acceptũ ſibi fuit opus hoc, & cũcta ad ipſum ſpectantia. [& gloria dñi impleuit illud]. i. præclarus Dei effectus impleuit tabernaculum, vtpote nubes illa cuius vna pars operuit tabernaculũ, & alia pars eius illud impleuit. [Nec poterat Moſes ingredi tectum fœderis,] id eſt, ipſum tabernaculum per introitum eius, ita vt ſtaret ſub tabernaculi tecto. In quo tabernaculo inijt dominus fœdus cum Iſrael, verba fœderis loquendo ad Moſen. [nube operiente omnia,] id eſt, propter hoc quòd nubes totum tabernaculum texit, & per introitum eius tabernaculum ipſum intrauit ac impleuit, ita ꝙ Moſi non patuit aptus ingreſſus, aut in tabernaculo locus. [& maieſtate domini coruſcante,] id (In Lyrā.) eſt, magna & infinita Dei poteſtate ſeipſam clare oſtendēte per iſtum effectum. ¶Circa hæc ſcribit quidam: Non poterat Moſes ingredi propter reuerentiam diuinæ præſentiæ. Cuius (3. Reg. 8.) ſimile habetur tertio Regum libro, in quo dicitur: Non poterant ſacerdotes ſtare & mi(Ibidem.)niſtrare propter nebulam, non quia nebula obſcuraret eorum adſpectum, ſed quia erat diuinæ præſentiæ ſignum. Vnde ſubiungitur ibi: Impleuerat enim gloria domini domum domini. In his verbis aliqua continentur, quæ non videntur apte inducta. Primum eſt, ꝙ ait, Non poterat Moſes ingredi propter reuerentiam diuinæ præſentiæ. Moſes nanque inter(Exo. 20. 24. 25.)dũ ingreſſus eſt cacumen montis Sinai, in q̃ Deus ſuam demonſtrauit præſentiam per ꝑclariores & plures ac eminētiores effectus, q̃ fuit iſte effectus, quēadmodũ 19. & 20. capitulis pa(Ex. 19. 20.)tuit. Siquidem in vertice montis Sinai apparuerunt voces & lampades, & ſonitus buccinæ, & ingens ignis ac fumus, quaſi de fornace erumpens, quæ omnia erant diuinæ ſigna præſentiæ: quibus non obſtantibus, Moſes intrauit in altitudinem montis, & loquebatur familiariter ibi cum Deo tempore longo. Secundum eſt, ꝙ ait nebulam non obſcuraſſe ſacerdotum adſpectum. Siquidem pro eo quod tertio Regum præallegata verba habentur, in libro Paralipomenon aſſeritur: Implebatur domus nube, ita vt non poſſent ſacerdotes ſta(3. Reg. 8.)re & miniſtrare propter caliginem. Vnde in eodem libro ſubditur: Tunc Salomon ait: Do(2. Par. 5.)minus pollicitus eſt vt habitaret in caligine. Tertio, inepte applicat ad probandum propo(2. Par. 6.)ſitum verba illa, Impleuerat enim gloria domini domum domini: quia per gloriam domini intelligitur ibi, ſicut & hic, præfatus Dei glorioſus effectus, videlicet nubes. Hinc in Scho(Euſebi.)laſtica hiſtoria dicitur, ꝙ nubem in tabernaculo Moſi apparentem, viſus non pertranſiuit. Veruntamen doctores quidam catholici dicunt, quòd nubes in templo Salomonis apparens, & iſta in tabernaculo Moſis ac ſupra illud exiſtens, non erat tenebroſa aut procelloſa, ſed temperata ac fulgida, obumbrans atq; reuerberans facies ſacerdotum, ita ꝙ ſeinuicem videre nequibant, nec miniſtrare, ſicq; diceretur caligo propter abundantiam ſuæ lucis. Veruntamen quicquid ſit de nube, quæ in templo apparuit Salomonis, de iſta nube tenendum cenſetur, quòd ad minus habuit in aliqua ſui parte denſitatem atq; caliginem quandam, ſicut & ignis qui in vertice montis Sinai apparebat, nec erat fumoſus pro parte in tantum, ꝙ fumus quaſi ex fornace aſſcendit ex eo, vt patuit. Et tamen dato, ꝙ vtraque nubes fuerit tota valde clara ac lucida, tamen ex dictis catholicorum doctorum iam allegatorum habetur, ꝙ nubes illa ſub Salomone, obſcurauit & repercuſſit ſacerdotum adſpectum, ita quòd ob illam viſus ſui repercuſſionem, nequibant ſeinuicem intueri ac miniſtrare. [Si quando nubes tabernaculum deſerebat,] id eſt, quando nubes receſſit à tabernaculo procedens vlterius, [proficiſcebantur filij Iſrael per turmas ſuas,] id eſt, caſtra mouerunt, & ſequebantur nubis ducatum, quam angelus mouit. [Si pendebat deſuper, manebant in eodem loco,] id eſt, quando nubes manſit in aere pendens aut ſuper tabernaculum fixa, filij Iſrael quieſcebant ibidem, quouſq; nubes proceſſit. [Nubes quippe domini incubabat per diem in tabernaculo.] Nam & quando mouebatur in aere, incubabat tabernaculo, immo & toti populo per gyrum tabernaculi gradienti ad præſtandum eis refrigerium contra ſolis feruorem. [& ignis in nocte,] id eſt, columna ignis, ſeu eadem nubes ex vna parte lucens, vt ignis incubabat tabernaculo ac populo nocturnis temporibus pro ſolatio lucis & oſtenſione itineris, ſi opus extiterat. [videntibus cunctis populis Iſrael per manſiones ſuas,] id eſt, duodecim tribubus Iſrael iſtud conſpicientibus viſu exteriori in ſuis tentorijs, profectionumq; locis. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui eſt ſuper omnia Deus ſublimis & benedictus. Amen.

FINIS EXODI.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN LIBRVM LEVITICVM, VAICRA HEbraice, enarratio. In quo de ritu agitur holocauſtorum, de ſacrificijs & hoſtijs offerendis, de lepra, de varijs ſceleribus morte puniendis, & de ordine & miniſterio Leuitarum.

PROLOGVS.

Pro. 3. HONORA dominum de tua ſubſtantia, & de primitijs frugum
tuarum: & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia
tua redundabunt. In his verbis duo tanguntur in generali, quatu
or vero in ſpeciali. Primo nanq; in generali tãgitur in eis exhor-
tatio, immo & iuſſio ad honorificentiam maieſtatis diuinę, ꝑ eius
effectus & dona, cũ dicitur: Honora dñm de tua ſubſtãtia, & de pri
mitijs frugum tuaꝝ. Secundo, venerationis illius merces, cũ ſub-
ditur: Et implebuntur horrea tua ſaturitate. Quanuis aũt creator
omnipotens & excelſus, ꝑ ſuos effectus & dona multipliciter ho-
noret, videlicet per eleemoſynaꝝ largitionẽ, per piam mutuatio-
nem, atq; per oẽm virtuoſum vſum illoꝝ, in ꝑinducta tñ authoritate fit ſpecialiter ad literã
iuſſio & exhortatio de oblationibus Deo fiendis, ſecundũ legis tenorẽ, ad Dei honorẽ. Sicq;
in primo generali, tangunt duo in ſpeciali. Primũ eſt, vt Deus honoretur ꝑ oblationes quæ
fiebant de pecoribus, q̃ per ſubſtantiã deſignant, q̃niam pecora erant ꝑcipuæ antiquoꝝ diui
Auguſt. tiæ, ꝓut primo de doctrina Chriſtiana Auguſtinus teſtat. Secundũ eſt, vt Deus honoret obla
tionibus, q̃ de terræ naſcentibus (iuxta legem) fiebant. Vnde ſubiunctum eſt: Et de primitijs
frugum tuaꝝ. In ſecundo q̃q; generali, duo in ſpeciali tangũtur: Primũ eſt, q̄ ꝓ mercede ob-
lationum, horrea fideliter offerentis implebuntur ſaturitate, hoc eſt, ſaturitatis ſeu ſufficien
tis refectionis materia, videlicet fructibus terræ. Secundũ eſt, q̄ torcularia q̃q; abundabunt
fructu vuarum, ſeu vino exprimendo ibidem. Per quæ duo, cæterarum etiam reꝝ domeſti-
caꝝ exuberãtia denotatur. Nempe decimaꝝ & oblationum ꝑſolutio ꝓmpta ac debita, mul-
Malac. 3. tipliciter etiã in ꝑſenti remunerat à dño. Propter q̃d ꝑ Malachiã loq̃tur Deus: Inferte oẽm
decimã in horreũ meũ, & ſit cibus in domo mea, & ꝓbate me ſuper hoc, ſi non aperuero vo
bis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionẽ vſq; ad abundantiam. ¶ Porro in veteri
teſtamento, temporalium reꝝ abundantia atq; proſperitas, longitudoq; vitæ præſentis, pro
præmio actuum virtuoſorum promittebantur à domino, non autem ſpiritalia & bona fu-
tura aperte, quæ tamen implicite dabantur intelligi in temporalibus illis, quoniam tẽpo-
ralia illa nequaq̃ eſſe valebant merces ſufficiens & condigna obſeruantia legis diuinæ, & vir
tuoſorum ac ſpiritualium actuum ex fide & charitate manantium. ¶ Præterea, q̃uis in præ-
Exo. 21. 22. & 29. cedenti libro, videlicet Exodo, de ſacrificijs & oblationibus multa ſint dicta, præſertim à 20.
capitulo & deinceps, nihilominus in volumine iſto nunc exponendo, de eiſdem ſpecialius
diffuſiusq; tractatur, quemadmodum in proceſſu huius operis oſtendetur.

¶ De triplicibus veteris teſtamenti præceptis, & qualiter cæremonialia diuidantur in ſacra, & ſacramenta, ac ſacrificia, atq; in obſeruantias. Arti. I.

QVemadmodum ſuper tertium Sententiaꝝ Alexander de Halis docet diffuſe,
in veteri teſtamento erant præcepta triplicia, puta moralia, & cæremonialia,
Exo. 20. ac iudicialia. Præcepta moralia erant, q̃ immediate dabant de actibus iuſtitiæ
ac virtutum, ꝓut & ratio naturalis dictauit. Sicq; decalogus, hoc eſt, decẽ præ
Exo. 22. cepta in duabus tabulis ſcripta, vocantur moralia, q̃ & de naturalis rationis di
ctamine eſſe dicunt, ꝓut ſup Exodum eſt plenius dictũ. Sed & alia præcepta q̃
reducunt ad ea, & ex eis q̃ ſequunt, moralia noĩantur. Præcepta vero cæremonialia, erãt ſpe
ciales inſtitutiones ac iuſſiones diuinæ ꝑ Moſen datæ, de modo colẽdi veꝝ Deũ, quantũ ad
actus exteriores, q̃ in tribus primis ꝑceptis moralibus, cultũ Dei cõcernentibus, ꝑſertim in
primo, implicite ac virtualiter includebãtur. At vero ꝑcepta iudicialia, fuerũt ſpecialia Dei
ſtatuta ac iuſſa, ꝑ Moſen data, de modo ſeruãdi iuſtitiã atq; pacificã cõuerſationẽ inter fide
les, ꝑ relationẽ & ordinationem eoꝝ ad Deũ ac vltimũ finẽ ſeu verã felicitatẽ. Et iſta ꝑcepta
virtualiter ac implicite cõpræhendebant in ſeptẽ ꝑceptis moralibus, modũ ſeruandi iuſtitiã
inter ꝓximos reſpiciẽtibus. Hinc in 1. Secũdæ, quæſt. 101. loq̃tur Thomas: Præcepta cęremo
nialia determinãt ꝑcepta moralia in ordine ad Deũ, ſicut iudicialia determinãt ꝑcepta mo-
ralia in ordine ad ꝓximũ. Rurſus in eadẽ Sũma, q̃ſt. 99. ait: Lex diuina principaliter inſtituit
ad ordinandũ hoĩes in Deũ. Lex aũt humana principaliter ad ordinandũ hoĩes ad inuicem.
Lex q̃q; diuina ordinat hoĩes ad inuicẽ, ſecundũ q̃d cõpetit ordinationi eoꝝ in Deũ. Ordi-
natur

natur autem homo in Deum, non ſolum per interiores actus mentis, qui ſunt credere, ſpera-
re & amare, ſed etiam per quædã opera exteriora, per quæ ſeruitutẽ profitet diuinam. Iſta
q̃q; opera ad cultũ Dei pertinere dicunt, qui cultus * ceremonia quaſi munera .i. dona Cere-
ris, quæ (vt aliqui dicunt) extitit dea frugum, eo q̄ primo ex frugibus oblationes Deo offere
bãtur. Vel vt Valerius Maximus refert, nomen cęremoniæ introductum eſt ad ſignificandũ Valeri⁹ Maxi.
cultũ diuinum apud Latinos, à q̃dã oppido iuxta Romã, q̃d Cære vocabatur, eo q̄ Roma à
Gallis capta, illuc ſacra Romanoꝝ allata ſunt, & reuerentiſſime habita. Inſuꝑ in prima ſe-
cundæ, quæſt. 102. Thomas affirmat: Cæremonialia ꝑcepta ordinant ad Dei cultũ exteriorẽ,
in q̃ cultu cõſiderari poſſunt & ipſe actus colẽdi, & ipſi colẽtes: ſed & inſtrumẽta cultus diui
ni. Cultus vero ſpecialiter cõſiſtit in ſacrificijs q̃ ad Dei reuerentiã offeruntur. Inſtrumẽta au
tem colendi, pertinẽt ad ſacra, & ſacra vocantur, vt tabernaculum, templum, vaſa & cõſimi-
lia. Porro ex parte colentium duo poſſunt penſari. Primum eſt, inſtitutio eoꝝ ad cultum di
uinum, quæ fit per quandam conſecrationem miniſtroꝝ aut populi: & ad hoc pertinent ſa
cramenta. Secundũ eſt eoꝝ conuerſatio ſingularis, per quã diſtinguũtur ab alijs qui Deum
non colunt. Atq; ad hoc pertinent obſeruantiæ in cibis ac potibus. Deniq; de ꝑceptis cære-
monialibus ſpecialiter in iſto libro tractatur, de præceptis vero iudicialibus in ſequenti. Ta-
men & in iſto libro aliqua iudicialia, & in ſequenti, ſcilicet libro Numerorum, quædam cæ-
remonialia continentur.

¶ Cur Deus voluerit ſibi aĩalia ſacrificari, ſeu per eoꝝ occiſionẽ offerri. Art. II.

LIbro de fide & legibus loq̃tur Guilhelmus Parrhiſiẽſis: Merito quærit, q̃re ſacrificia ſi-
bi offerri voluit Deus, cur ei placuit mactatio aĩalium innocentũ. nihil eñ ſuauitatis ꝑ
ſe habebãt cadauera aĩalium occiſoꝝ, nihil vtilitatis continere videbatur illa aĩalium
carnificina, ſed ſolũ laborem, horrorem & offerentiũ miniſtroꝝ inquinationẽ. Præterea q̃d
iuſtitiæ habet, vt cum hoĩes peccent, pro eoꝝ peccatis ſola aĩalia etiã innocentiſſima occi-
dant? Ad hæc doctor ꝑfatus reſpondet: Septem de cauſis ante legẽ & ſub lege voluit ſibi De
us ſacrificia talia immolari, nõ ſolum ꝓpter cõſuetudinẽ idololatriæ remouendam, vt aliqui
opinati ſunt, quia hæc cauſa in Abel & Cain nõ habuit locũ. Prima ergo & ꝑcipua cauſa fu-
it honorificentia ſeu veneratio Dei. Oẽs etenĩ cultus eſt honorificus Deo, q̃ cultu ipſe vult
ſibi ſeruiri. Propterea q̃q; voluit ſibi ædificari altare, q̃a altare ſecundũ vnũ modũ eſt hono-
ris titulus & memoriale inſigne. Talib⁹ ergo munerib⁹ honorabat De⁹, nõ precioſitate ipſo-
rũ, ſed electiõe, inſtitutiõe & acceptatiõe ipſoꝝ ex parte ſui: obediẽtia vero & deuotiõe offe-
rentiũ ex parte ipſoꝝ. Sicq; hæc q̃q; honorifica efficiebãt ſacrificia illa, videlicet q̄ De⁹ ea
elegit, inſtituit, & acceptauit, & q̄ obediẽter ac deuote offerebant. Nõ eñ coli voluit Deus,
neq; colẽdus eſt hũanis adinuentiõibus, ſed ſua electiõe inſtitutis. Ipſe equidẽ meli⁹ nouit q̃d
& q̃le ſeruitiũ ſibi magis cõplaceat. Hinc ĩ Eſaia cõquerit de q̃buſdã: Coluerũt me mãdato Eſa. 36.
hoĩm & doctrinis. Secũda cauſa fuit, fortis vehemẽsq; ĩpreſſio iuſtitię & miſericordię Dei,
quã huiuſmodi ſacrificia faciebãt. Nã eo ipſo q̃ hoĩes huiuſmodi animalia offerebãt ac mor
ti tradebãt, ſeipſos morte dignos mõſtrabant, & Deũ eos iuſte poſſe occidere fatebant, ſi ſe-
cundũ eoꝝ demerita faceret eis. Porro in hoc, q̄ mors eis debita, morte aĩalium cõmutaba
tur, miſericordiã Dei recognoſcebãt. Et talis immolatio, fortius intimius q; impreſſit & ex-
preſſit rememorationẽ diuinæ iuſtitiæ & miſericordiæ, q̃ ſermo dũtaxat. Nihil q̃q; ſalubrius
poterat fieri hoĩbus, q̃ viuax memoria & cogitatio tenax diuinæ ſeueritatis ac pietatis, q̃te-
nus timore fugerẽt mala, & ſpe bona Deo placita ſectarent. Quod ſi q̃s dixerit, q̄ multa ſacri
ficia erãt q̃ nõ offerebant ꝓ culpis, vt hoſtię pacificæ & aliqua holocauſta: reſpõdem⁹, q̄ hæc
oĩa redibãt in idẽ. Pacifica q̃ppe ſacrificia ſunt, q̃ pro pace obtinẽda offerebant. Bellum aũt
nõ ſolũ reꝝ periculũ eſt, ſed etiã mortis. Salutaria vero, ꝓ ſalute obtinẽda immolabant. Vbi
aũt ſalus petit, manifeſtũ eſt mortis periculũ imminere. Sacrificia q̃q; laudis fiebãt, vel pro li-
beratiõe à malis iam facta, vel pro largitiõe bonoꝝ collata. Et ita in offerentium cordibus
ſemꝑ locũ habet cogitatio iſta: Mors nobis imminebat, ſicut nũc aĩalibus iſtis. Tertia cau-
ſa fuit, recognitio beneficioꝝ Dei. Vnde de oblatis interdũ ſibi partẽ reſeruabãt offerẽtes, ac
recognoſcebãt, q̄ tã ea q̃ offerebãt, q̃ ea q̃ ſibi ſeruabãt, à Dei liberalitate ſuſceperãt. Quarta
cauſa fuit offerentiũ ſacrificatio, q̃m ꝑ ſacrificia expiabãtur, & à peccatoꝝ cõtaminationib⁹
emundabant, faciente hoc Dei virtute & miſericordia. Quinta cauſa fuit, familiaritas & ap
propinquatio ad Deũ. Oblatio eñ muneꝝ & participatio ſacrę mẽſę, multã præſtat fiduciã
appropinquãdi Deo, & efficiẽdi de eius familia. Cõmenſalitas nẽpe, tanq̃ ꝑcipua quędã cõ-
munio poſt cõmunionẽ cauſarũ eſſendi, q̃ ſunt pater & filius, valde effectiua eſt familiarita-
tis. Propter q̃d cũ Deus nõ poſſet offerẽtibus comedẽdo cõmunicare, mittebat interdũ ignẽ
de cælo, q̃ quaſi vice ſua comedebat oblatũ. Sexta cauſa fuit, adunatio ſeu vnio quædam po
puli Dei, vt ſ. vna domus & vna familia fieret ex multis perſonis. Vnã etenĩ domũ, & vnam
familiã ad literã maxime facit cõmunio victualium. Sic & vnã familiã ſpũalem, vnãq; domũ
ſſ maxime

maxime facit cõmunicatio ciboꝝ ac potuũ ſpũaliũ.i.cõſecratoꝝ, in q̃bus ſpiritalis refectio
potiſſimum quæritur. Septima cauſa fuit attractio hominum ad Dei cultũ. Nihil eñ plus ag
gregat & cõuenire facit hoĩes ad vnũ locum ſiue negocium, q̃ cibus & potus. Vnde & cõfra
ternitates ſtatuit eccleſia, vbi ꝑparatur corporalis refectio: quæ ſi deeſſet, nulli aut pauciſſimi
cõuenirent. Voluit ergo ſapientiſſimus ac miſericordiſſimus Deus, vt in domo ſua.i.taber-
naculo & altari eſſet cõmunicatio cibi corporalis ac potus, quatenꝰ cõmunitas populi ſui ꝑ
hoc illuc attraheret, & adſtrictius moraret. Voluit quoq; talia ſibi eſſe ſanctificata, vt popu-
lus ſumeret ea nõ tanq̃ bona propria, ſed tãquam Dei dona: nec tanquam cõmunia alimen
ta, ſed veluti q̃dã ſacra, vt Deũ agnoſceret ſuũ patremfamilias, à q̃ paſceret: ſeq; ad ſanctoꝝ
cõmunionem & participationẽ vidẽs admiſſum, ſeruaret ſe deinceps immaculatũ à vitijs:
neq; credendũ eſt, ſanctos & ſapientes patres veteris teſtamẽti, vel ante abſq; oratiõibus, col
laudatiõibus & bñdictiõibus ſacrificia ſua Deo altiſſimo obtuliſſe. Quis eñ credat, cultum
Dei orationibus & laudibꝰ vnquã caruiſſe? Nec de his reliquerũt populũ ſecũ veſcentẽ ꝓrſus
indoctũ. Quę oratiões & laudes ſi ad nos ꝑueniſſent, cauſas & vtilitates huiuſmodi ritꝰ eui-
dẽter nos docuiſſent. Hęc ex ꝑfato doctore ſint introducta, q̃tenꝰ clariꝰ intelligãtur ſequẽtia.

¶De multiplici diſtinctione ſacrificioꝝ legalium. Art. III.

PRæterea, vt clarius intelligãtur, q̃ ſparſim in libro iſto de ſacrificijs veteris teſtamẽti ſcri-
bũtur, oportet ſcire, ꝙ multiplicia erãt ſacrificia legis, quoꝝ diſtinctio à diuerſis varie
aſſignatur. ¶Thomas equidẽ in prima ſecũdę, quęſt.102. teſtat: Triplex erat ſacrificioꝝ
genus. Quoddã q̃d totũ cõburebatur, dicebaturq; holocauſtũ q̃ſi totum incenſum. Huiuſmo
di eñ ſacrificiũ offerebat Deo ſpecialiter ad reuerentiã maieſtatis ipſius, & ob amorẽ bonita
tis eius, ꝑ q̃d ſignificabat ſtatus euãgelicę legis in adimpletiõe cõſilioꝝ: ideo totũ cõbureba
tur, vt ſicut totũ aĩal reſolutũ in vaporẽ, ſurſum aſſcẽdit, ſic totus homo & oĩa q̃ ſunt eiꝰ, Deo
ſubiecta ſint & ei offerant. Aliud erat ſacrificiũ ꝓ peccato, q̃d offerebat Deo ꝓ remiſſiõe pec
cati, ꝑ q̃d ſignificabat ſtatus pœnitẽtiũ in ſatisfactiõe ꝓ culpis. Quod ſacrificiũ diuidebat in
duas partes: nã vna pars eius cõburebat, alia vero cedebat in vſum ſacerdotũ, ad deſignãdũ ꝙ
expiatio ſeu remiſſio peccatoꝝ, à Deo ſit ꝑ miniſteriũ ſacerdotũ, niſi q̃n offerebat ſacrificiũ
ꝓ peccato totius ppl'i, vel ſpecialiter ꝓ peccato ſacerdotis, q̃a tũc totũ cõburebat. Nõ eñ de-
buit in vſum eoꝝ venire, q̃d ꝓ eis ſpecialiter aut gñaliter offerebat: q̃a ſi veniret, tãtundẽ eſſet
ac ſi nõ offerret ꝓ eis. Tertiũ fuit ſacrificiũ, q̃d ꝓ bñficio accepto vel accipẽdo offerebat, q̃d
dicebatur hoſtia pacifica, vel gratiaꝝ actionis, ſiue ex voto. Et ꝑ ſignificationẽ cõuenit ſta-
tui ꝓficientiũ in adimpletiõe mãdatoꝝ. Diuidebat q̃q; in tres partes. Nã vna pars incẽdebat
ad Dei honorẽ, alia pars cedebat in vſum ſacerdotũ, tertia in vſum offerẽtiũ, ad deſignandũ
ꝙ ſalus hoĩs procedit à Deo ꝑ directionem miniſtroꝝ Dei, qui cooperãtur hominibꝰ ad ſalu
tem. Hæc ſancti Thomæ diſtinctio de ſacrificijs, dari videtur penes reſpectũ ad finẽ, hoc eſt,
iuxta diſtinctionẽ cauſæ, ꝓpter quã ſacrificiũ offerebat. Vñ & tertiũ ſacrificij genꝰ diuidi po
teſt in duo, ita ꝙ vnũ erat pro bñficio iã cõceſſo, & gratiaꝝ actio pro eodẽ, aliud pro bñficio
impetrãdo, ſeu adipiſcẽda ſalute. Hinc idẽ ſanctus doctor ꝑallegata q̃ſtione ordinẽ dignita-
tis ſacrificioꝝ aſſignãs: Inter oĩa, inquit, ſacrificia holocauſtũ fuit ꝑfectiſſimũ atq; ꝑ ꝓpuũ,
quoniam totum cõburebatur ad Dei honorem, & nihil comedebatur ex eo. Porro ſecundũ
locum in ſanctitate, tenebat hoſtia pro peccato, q̃ comedebat ſolum in atrio à ſacerdotibꝰ,
& ipſo ſacrificij die. Tertium gradum tenebãt hoſtię pacificę pro grãꝝ actione, quæ comede
bãtur ipſo die, ſed vbiq; in Hieruſalẽ. Quartum locũ tenebãt hoſtiæ pacificæ ex voto, quaꝝ
carnes poterãt comedi die ſequẽti. eſtq; ratio ordinis huiꝰ, q̃a primo & maxĩe obligat homo
Deo ꝓpter bonitatẽ & maieſtatẽ ipſius: Secundo, propter offenſam in ipſum cõmiſſam: Ter
tio, ꝓpter bñficia eius ſuſcepta: Quarto, propter beneficia eius ſperata. Hæc Thomas. ¶De-
niq; huic ſacrificioꝝ diuiſiõi ſatis cõcordat, ꝙ Guilhelmus Parrhiſieñſis libro de fide & legi-
bus, diuidit ſacrificiũ in holocauſtum, in oblationẽ ꝓ peccato, in hoſtiã pacificã, & in hoſtiã
ſalutarẽ. Magiſter autẽ in hiſtorijs ſcribit: Triplex erat diſtinctio eoꝝ q̃ rite offerebãtur. Aut
eñ erat oblatio de aĩalibus, & ſacrificium dicebatur, nec añ octauum diẽ à natiuitate ſua po-
terat ĩmolari: aut fuit de ſicca materia, vt de ſimila, pane, thure: & ꝓprie dicebat oblatio: aut
de liquidis, q̃ proprie dicebatur libamen ſiue libatio. Verũtamen ſcriptura aliq̃n vtitur iſtis
noĩbus indifferẽter. Hæc autem ſacrificioꝝ diſtinctio ſumitur penes cauſam materialẽ. Vn-
de & quidã ſic dicunt: Quicquid offerebatur, aut aĩatum erat, aut inanimatũ. Si aĩatum, aut
erat auis, aut beſtia. Si auis, aut fuit columba, aut turtur: Si beſtia, aut erat bos, aut ouis, aut ca
pra. Si inanimatũ, aut liq̃dum fuit, aut aridum. Si liq̃dum, aut erat vinum, aut oleum. Si ari-
dum, aut erat thus, aut ſimila, aut ſal, aut panis, aut granum, aut fructus. Inſuꝑ iuxta hãc cau
ſam materialem ſumitur diſtinctio Iſidori, aſſerẽtis: Quatuor oblationum genera deſcribũ-
tur: Primũ eſt vitulus de armẽto, ſecundũ agnus aut ouis, tertiũ columba aut turtur, q̃rtũ ſi-
Origen. milago cõſpſa aut azyma oleo vncta, clibanoq; cocta. At vero Origenes in Homilia diuidit
ſacrifi-

cificia penes cauſam efficientem, hoc eſt, ex parte offerentium. Interdum nãq; offerebãtur
à ſacerdotibus, interdum à principe, quandoq; à pontifice, aliquãdo à priuata perſona, nõ-
nunquam à populo, communitate, ſeu multitudine. Poſtremo quidam diſtinguũt hoc mo
do: Aliud fuit ſacrificium quod cõtinue ſeu aſſidue offerebatur, & iuge ſacrificium vocabat:
Aliud, quod interpolatis vicibus immolabatur: Aliud, quod offerebatur ex mera ſeu intima
deuotione: Aliud, pro beneficij impetratione: Aliud, pro remiſſione peccati. Ex his magna
ex parte patebit dicendorum intelligentia.

¶Expoſitio literalis cap. I. Libri Leuitici. Vocauit autem Moſen, & loquu-
tus eſt ei dominus. Art. IIII.

LIber iſte, qui tertius eſt in ordine libroꝝ Moſis, Leuiticus appellatur, quia de ſacrificijs
tractat, quoꝝ oblatio à ſacerdotibus, natis ex Leui patriarcha, fiebat. De ipſis quoq; ſa-
cerdotibus, cæteriſq; Leuitis, plurima cõtinet. Deniq; ſicut Leui fuit tertius in ordine Gen. 29.
filioꝝ Iacob, ſic liber iſte eſt tertius in ordine libroꝝ Moſis, iuxta ꝑfacta. Et quia in ꝑcedenti Exo. 29.
libro, videlicet Exodo, de tabernaculi ædificatiõe & vaſis ipſius eſt actum, nũc recte de mini 30.35.37.
ſtris tabernaculi & ſacrificijs agit. Præterea, teſte †Eſitio Hieroſolymoꝝ epiſcopo, q̃ hunc 39.
librũ ſatis plene expoſuit, imo & Auguſtino, ſicut via ꝑ diætas & leucas diuidit, ſic hiſtoria Eſitiꝰ Epiſco. hieroſolymorum.
ſeu tractatus materia ꝑ libros partiales atq; capitula recte partit: q̃tenus ſicut ꝑ illã viaꝝ diui Auguſt.
ſionẽ labor & faſtidiũ itinerãtibus minuunt, ita ꝑ iſtã libroꝝ partitionẽ animus legentis à
labore ac tædio releuetur: immo ſicut viator lætatur de veſpere vna completa diæta, hoſpi-
tioq; adepto, ſic lector ſeu tractator ſcripturę quodãmodo recreatur vno cõpleto libro, aut
etiã vno capitulo. Itaq; ſanctus Moſes libri huius exordium ꝑcedẽti libro cõtinuans, ait de
ſeipſo, quaſi de alio recitans: [Vocauit autem Moſen, & loquutus eſt ei dominus] per ange-
lum in Dei perſona apparentem atq; loquentẽ, & hoc in plena vigilia, & in forma ſenſibili.
[de tabernaculo teſtimonij,] quia in tabernaculo illo angelus iſte apparuit, & ſpecialiter de
propiciatorio ſeu oraculo, tanquam de loco reſidentiæ ſuæ procedebat & audiebatur vox
eius. Vnde in Exodo dominus ait ad Moſen: Inde, puta de propiciatorio, loquar ad te, quę- Exo. 25.
cunq; mandabo filijs Iſrael. Erat autem propiciatorium, ſecundum quoſdam, aurea menſa
ſuper arcam leuata, & per duos Cherubim in ſuis extremitatibus ſuſtentata, ita ꝙ tabula illa
erat quaſi ſedes Dei, & arcæ operculum erat velut ſcabellum Dei, ſuper propiciatoriũ reſi-
dentis. Alij dicũt, ꝙ propiciatoriũ fuit opertoriũ arcæ, & ei contiguum, ac Dei ſedile. Paui-
mentũ vero tabernaculi ſitũ ante arcã, fuiſſe ſcabellũ ſedẽtis. Tabernaculũ quoq; Dei per Mo Exo. 40.
ſen factum, vocatur tabernaculũ teſtimonij: quia in eo erant tabulæ teſtamẽti, quæ erãt in ar
ca, & quia ibidẽ dñs teſtabatur, loquẽdo quæ ei placuerunt. Tabulæ etiam teſtamenti fue-
runt ibi, in teſtimonium ꝙ filij Iſrael legẽ à domino acceperunt. Præfata demũ aurea menſa, Exo. 20.
ſeu Dei ſedile, vocabat propiciatoriũ, quia ex loco illo dñs oſtendit ſe propiciari Iſraelitis.
Dicebatur item oraculũ, q̃a ex inde dedit reſponſa. Diuina aũt reſponſa ac verba dicunt ora-
cula. Hæc omnia ſuꝑ Exodum dicta ſunt plenius. [dicẽs: Loquere filijs Iſrael.] Nam inter De
um & Iſraelem Moſes erat mediator atq; ſequeſter. [Homo q̃ obtulerit ex vobis hoſtiam do
mino] .i. quicũq; de populo Iſrael immolauerit hoſtiã Deo, [de pecoribus,] vtpote animali-
bus greſſibilibus ac domeſticis. Vnde ſubiũgit, [id eſt, de bobus &] de [ouibus offerens victi-
mã,] hoc eſt, de altero hoꝝ, aut certe de capra ſeu hirco, vt infrà habebit. Hæc eñ erãt aĩalia
immolatitia, & materiæ oblationũ. [ſi holocauſtũ fuerit eiꝰ oblatio] .i. holocauſtũ offerre vo
luerit, q̃d ſ. ad diuinę reuerẽtiã maieſtatis totũ cõburebat: dicebatq; holocauſtũ ab holon q̃d
eſt totũ, & cauſton q̃d eſt calor ſiue incẽſum, quaſi totũ incẽſum. [ac de armẽto] .i. de nume-
ro ſeu multitudine boum ſumpta. [maſculũ immaculatũ offeret,] videlicet bouẽ marẽ, in q̃
nulla ſit macula, reddẽs aĩal ineptũ ad immolandũ. Hoc eſt, nulla mõſtroſitas, debilitas, apo-
ſtema, ſcabies, ſimiliſve defectus. Hinc in Scholaſt. fert hiſt. nõ de macula velleris, ſed corpo Euſebiꝰ.
ris, intelligẽdũ eſt iſtud. Deniq; q̃a holocauſtũ fuit ꝑfectiſſimũ ſacrificiũ, idcirco nõ fœmina,
ſed maſculus in holocauſtũ offerebat. Perfectiora etenĩ aĩalia in tali ſacrificio fuerãt ĩmolan
da, ob reuerentiã maieſtatis diuinę. Deinde locus oblatiõis huiꝰ exprimit: [ad oſtiũ taberna-
culi teſtimonij,] Circa hoc recitat Lyra: Dicũt expoſitores noſtri cõmuniter, ꝙ ꝑ oſtiũ taber In Lyrã.
naculi teſtimonij, intelligit oſtiũ atrij ſacerdotũ, vbi ꝓbabãtur aĩalia, an apta eſſent ad ĩmolã-
dũ, anteq̃ introducebãtur in atriũ. Hebręi aũt dicunt, ꝙ nõ ꝓbabant ibi, ſed extra atriũ tota-
liter in vna exedra ad hoc parata. Idcirco q̃d dicit hic, ad oſtiũ tabernaculi teſtimonij, expo
nũt de loco q̃ erat intra atriũ. Et locus ille erat ante oſtiũ tabernaculi, in q̃ erãt arca & ꝓpicia-
toriũ. Et hoc magis cõcordat literę, in q̃ agit de tabernaculo teſtimonij, q̃ñ arca teſtimonij,
in qua cõtinebãtur tabulæ, vocat teſtimoniũ. Hæc Lyra. ¶Circa q̃ breuiter dico, ꝙ catholi-
ci expoſitores, q̃s legi, ꝑ oſtium tabernaculi teſtimonij, nõ intelligunt oſtium atrij ſacerdotũ,
ꝑ q̃d in ipſum atrium à foris intrabatur: ſed oſtium, q̃d intra atrium erat añ tabernaculũ te-
ſtimonij, in q̃ extitit arca: ſicq; intelligit Origenes. Hinc & magiſter in hiſtorijs loq̃tur: Ani Origen.

 mal

mal primo offerebatur ſacerdoti ad oſtiũ atrij, vt videret ſi idoneũ eſſet ad offerẽdum. Poſt-
ea ad oſtium tabernaculi offerebatur dño. Ioſephus quoq;, quem magiſter in hiſtorijs ſeq-
Ioſe. li. 3 ant. iud. cap. 13. tur diligẽter, ita ſentire videt. Inſuper dico, ꝙ arca nõ vocatur ꝓprie teſtimonium, ſed poti
us tabulæ teſtamenti q̃ erãt in ea, vt dictum eſt. Vnde in Exodo dñs iubet: Pones in arca teſti
Exo. 25. ficationem quã dabo tibi, vbi ꝑ teſtificationem oẽs expoſitores intelligunt tabulas teſtamen
ti. Poterat aũt eſſe, ſicut & aliqui opinãtur, ꝙ animalia munda & immolabilia, primo ꝑ infe
riores miniſtros ꝓbabãtur in exedris ſeu ædibus tẽpli, in qbus reponebãtur vſq; ad horã ſa-
crificãdi. Et poſtea iuxta & extra p̃fatum oſtium atrij, à ſacerdotibus q̊q; diligentius conſi-
derabant. ſic itaq; offeret holocauſtum [ad placãdum ſibi dominũ.] Secundum expoſitores,
Leuit. 2. in iſto ac ſequenti capitulo agitur de ſacrificijs, quæ ex mera deuotione & ſpõte offerebãtur.
Quomodo ergo holocauſtum p̃fatum dicit immolari ab offerente ad placandum ſibi domi
num, quaſi fuerit hoſtia pro peccato? Reſpondet, ꝙ directe & primo offerebatur ſpõtanea
deuotione ad diuinæ maieſtatis honorẽ. Et inde cõſequebat, ꝙ dñs placabat taliter offerẽ-
ti, ſi offenſus fuit ab eo, vel magis q̃ ante fiebat ei placabilis. [Ponetq; manus ſup caput ho-
ſtiæ] i. ipſe qui bouẽ adduxit & obtulit ſacerdoti, vt ꝑ ſacerdotẽ domino offeratur, ponet ma
nus ſuas ſup aĩal protinus immolãdum à ſacerdote. ¶Circa quod ſcribit quidã, ꝙ offerẽs fe-
cit hoc, ad denotãdum ꝙ renunciaret iuri q̊d habuit in animali: q̊d nõ videtur idonee dictũ,
quia hoc ſatis iã ante inſinuauit, adducendo aĩal ad ſacerdotem ad oſtium atrij, vbi expoſu-
it illud oblationi. Potius ergo videtur, ꝙ manum ſup hoſtiã poſuit, vt per hoc interiorẽ ſuã
intentionem & deuotionem fortius excitaret & applicaret exteriori ſacrificio ſuo, q̃tenus
acceptabilior fieret Deo ſua oblatio. vnde & ſubditur: [& acceptabilis erit] i. placita Deo nõ
in ſe aut propria virtute, ſed ex offerentis deuotiõe, fide & ſubiectione, [atq; in expiationem
eius proficiens] i. vtilis ad obtinendum offerenti veniã, gratiamq; à domino aut gratiæ in-
crementum. Quãuis em̃ directe offerebatur ad diuinæ maieſtatis honorem ex mera deuotio
In R. P. ne, ex cõſequenti tamen ad expiationem erat proficua. At vero Rabbi Paulus ait, ꝙ ꝑ manuũ
impoſitionem ſuper hoſtiã, notabatur, & offerens teſtabatur, ꝙ ipſe pro ſuis peccatis dignꝰ
eſſet occiſiõe, & ꝙ loco ſui illud animal occideret: atq; ad hoc allegat Thomã in prima ſe-
cundæ quæſt. 102. Sed qa hæc hoſtia fuit holocauſtum ſpõtaneum, nõ autem oblatio debita
pro peccato, nõ apparet, ꝙ propter p̃tactam rationem poſuerit offerens ſuper animal ma-
num, nec Thomas hoc dicit. Veꝝ in prima ſecundæ, quæſtiõe p̃allegata, cauſam aſſignãs in
generali, cur animalia immolatitia occidebãtur: Per occiſionem, inquit, aĩalium, ſignificaba-
tur deſtructio peccatoꝝ: & ꝙ homines erãt digni occiſiõe pro ſuis peccatis, ac ſi illa anima-
lia loco eoꝝ occiderentur, ad ſignificãdum expiationem peccatoꝝ. Per occiſiõem etiã ani
R. Paulꝰ. malium, occiſio Chriſti figurabatur. Hæc Thomas. Cuius verba locum habent in hoſtijs ꝓ
peccatis, quãtum ad id q̊d à R. Paulo allegatur. [Immolabitq; vitulum corã dño.] Laicus em̃
obtulit. i. adduxit ſeu p̃ſentauit animal ſacerdoti, & per manus ſacerdotis obtulit illud Deo.
Sed cum ante ſit dictũ de boue, cur nunc exprimit vitulum? Reſpõdetur ꝙ bos & vitulus nõ
Ioſe. li. 3 differũt ſpecie, ſicut nec puer & vir. Poterat autem bos immolari, dum erat anniculus. i. an-
An. Iud. ni vnius, & etiã ſuprà, vt Ioſephus ait. Idcirco nũc bos, nũc vitulus dicitur. [& offerent filij
cap. 13. Aaron ſacerdotis, ſanguinẽ eiꝰ fundẽtes ꝑ altaris circuitũ] i. ſacerdotes inferiores ex Aaron
nati, ſanguinẽ aĩalis oblati ad Dei honorẽ fundent ꝑ gyꝝ altaris, q̊d alij vocãt, ꝑ baſim ſeu
crepidinẽ altaris holocauſtoꝝ. Porro qdã affirmãt, ꝙ ſacerdotes ponebãt aliqd ſanguinis in
duobꝰ angulis altaris, ſibi directe aut trãſuerſaliter oppoſitis. Et qm̃ qlibet angulus reſpexit
duo latera in ipſo cõcurrẽtia ſeu cõiuncta, p̃tacta linitio ſanguinis cõcernebat totũ altaris cir
cuitũ. In oĩbus vero hoſtijs gñaliter obſeruabat, ꝙ nec ſanguis nec adeps veniebãt in vſum
ſeu refectionẽ ſacerdotũ, neq; in offerẽtiũ vſum: ſed ſanguis modo p̃fato fũdebat & adeps cõ-
burebat, ꝓut infrà in textu habebit, & ibi ratio hoꝝ tradet. [q̊d eſt ante oſtiũ tabernaculi,] qa
altare holocauſtoꝝ, extra tabernaculũ erat in atrio eius ſub dio, ne fumꝰ & odor hoſtiaꝝ q̃
cõburebãt in eo, tẽplũ aut tabernaculũ & exiſtẽtes in eis fuſcarẽt & affligerẽt. [detractaq; pel
le hoſtiæ] q̃ pellis ad ſacerdotes ꝑtinuit, vt infrà habet. [artus] i. membra animalis occiſi &
excoriati ac immolati, [in fruſta cõcidẽt] vt ſup altare aptius ponerent ad cõburendum. Vel
Leuit. 5. magis, vt tãgit Guilhelmꝰ Parrhiſiẽſis libro de fide & legibꝰ, ad excludẽdũ ritũ idololatra-
rum, à quibus voluit Deꝰ populũ ſuũ diſtingui, q̊rum nõnulli carnes animaliũ occiſoꝝ inte-
gras offerebant. [& ſubijcient in altari ignem.] Infrà habetur, quẽadmodum octauo die quo
Aaron & filij eius cœperũt ſuũ exercere officium, & hoſtias obtulerunt, venit ignis de cæ-
Leuit. 9. lo qui hoſtias deuorauit, & ante illius ignis deſcẽſum fecit Moſes terrenũ ignẽ ab altari ho
locauſtoꝝ remoueri. Atq; deinceps ignis ille cæleſtis cõſeruatus eſt in altari ꝑ appoſitionem
lignoꝝ, vſq; ad tranſmigratiõem in Babylonem. Quod ergo nunc dicitur, Subijciẽt in alta-
ri ignẽ: intelligẽdũ eſt, ꝙ ſubijciebãt ligna ad illius ꝑpetui ignis cõtinuationẽ & nutrimẽtũ,
nec alienũ licuit apponere ignem: q̊d filij Aaron tranſgredientes, cælitus ſunt cõbuſti, vt in-
frà dice-

frà dicetur. Nec his repugnat q̊d ſequit: [ſtrue lignoꝝ ante cõpoſita.] Congeries nãq; ligno-
rum antea parabatur ad nutriendũ ignẽ p̃dictũ, non autem primo in altari componebat, vt Leuit. 8.
ſic ꝑ ignẽ de nouo adductũ incenderent. [Et mẽbra q̃ cæſa ſunt, deſuper ordinantes] i. fruſta
carnis immolatæ atq; diuiſæ, ſup ignẽ illum ordinate ponentes. [caput videlicet & cuncta q̃
adhærent iecori,] per quæ intelliguntur & alij artus immolandi. [inteſtinis & pedibus lotis
aqua.] Inteſtina animalis oblati & pedes eius, lauabant à ſacerdote antequam comburebãn
tur, propter reuerentiam ſanctitatis diuinæ, quia præ cæteris partibus & artubus carnis im-
mũda ſunt, nec cũ immũditijs ſuis erãt in Dei holocauſtũ ponenda. [Adolebitq;] i. cõburet
[ea ſacerdos ſup altare] q̊d erat in atrio, [in holocauſtũ & ſuauẽ odorem dño.] Odor ille ex
carniũ illaꝝ incẽſiõe erũpens, nõ erat ſuauis in ſe, nec Deo dulciter fragrans ſiue acceptus, q̃n-
tum ad ſuã eſſentiã aut virtutẽ, ſeu ex parte opis operati, vtpote rei oblatæ ſecundũ ſe, ſed ex
fide, deuotiõe & obedientia offerentis, & propter rem ſignificatã, potiſſimũ, inquantũ Chri
ſtum & eius figurauit myſteria. Vnde dici ſolet, ꝙ ſacrificia illa, meritoria & iuſtificãtia erant
ex parte operis operantis, videlicet fidei & piæ affectiõis & obeditiõis, non ex parte operis
operati. Hucuſq; determinatum eſt de holocauſto facto ex maioribus aĩalibus, vtpote bobꝰ.
Conſequenter agitur de holocauſtis quæ fiebãt ex animalibus minoribus, ſ. capris aut oui-
bus. [Quod ſi de pecoribꝰ oblatio eſt] i. [de ouibus ſiue de capris holocauſtum, agnũ anni-
culum & abſq; macula offeret] i. ad offerendũ ſacrificium tale, ſumẽdus eſt agnus vnius an-
ni, vel infrà, nõ ſuprà, nec ante octauum diem. Et idem de capra aut hirco dicẽdum. Et peco
ra iſta dicunt immaculata, eodem modo, ſicut de bobus iam dictum eſt. ¶Quæritur, q̊modo
capra poterat in holocauſtũ offerri, cũ dictum ſit, ꝙ nullũ aĩal ſexus fœminei poterat offer-
ri in holocauſtum, qm̃ holocauſtum erat perfectiſſimum ſacrificium, fœmina vero eſt aĩal
imperfectum. Ad hoc dicendum videtur, ꝙ capra dicit hic naturã, nõ ſexum, atq; ad ſexum
maſculinum nunc retorquetur. Præterea Lyra dicit hãc literam vitio ſcriptoꝝ aut alio mo In Lyrã.
do falſificatam, quia in holocauſtis interdum offerebantur magni arietes. ſed hoc dictũ illi-
us, eſt cõtra cõmunem expoſitoꝝ catholicoꝝ doctrinã. Ioſephus q̊q; & author Scholaſticæ Ioſ. li. 3.
hiſtoriæ dicunt, ꝙ loquendo de huiuſcemodi holocauſto, de q̊ agitur in hoc loco, oporte- ant. Iud.
bat ꝙ eſſent anni vnius vel citrà, pecora de quibus fiebãt. Quòd ſi arietes legantur in tale ho- cap. 13.
locauſtum oblati, per arietem intelligitur agnus. Vnde magiſter in hiſtorijs ait: Agnus q̃nq; Euſebiꝰ.
aries appellat. [Immolabitq; ad latus altaris] i. ſacerdos oblaturus huiuſmodi holocauſtũ,
ſtabit in atrio iuxta latus altaris holocauſtoꝝ, [q̊d reſpicit ad aquilõem corã dño] i. in aqui-
lonari parte altaris ſtabit & offeret, & hoc forſitan ad diſtinguendum ſacerdotes Dei à ſa-
cerdotibus idololatris, qui in orientali parte ſtabãt dum offerebãt, vel in parte auſtrali. [San
guinem vero illius,] videlicet pecoris ſic occiſi & immolati, [fundent ſup altare filij Aaron,]
vtpote ſacerdotes, [per circuitum.] Nõ ait abſolute, ſuper altare, ſed addit, ꝑ circuitũ: & ita
hoꝝ ſenſus verboꝝ, eſt idem cum ſenſu verboꝝ, quibus iam dictum eſt de ſanguine bouis
oblati. Offerent filij Aaron ſanguinem eius, fundentes per altaris circuitũ. Fundebant ergo
ſanguinem ouis aut capræ ſup altare per circuitum. i. extremitates quaſdam altaris inde tin
gebant, ad inſinuandũ ꝙ ad eius honorẽ facta eſſet animalis occiſio atq; oblatio, cui ipſum
altare fuerat dedicatũ, vel qa ſacerdotes idololatræ aliter faciebant, ſanguinem oblatoꝝ in
vſum ſuum vertentes, ſiue ad maleficia expẽdentes, vt tangũt Guilhelmus & Alexander de
Halis. [Diuidentq; mẽbra & omnia quæ adhærent iecori, & imponẽt ſuper ligna, qbus ſubij
ciendus eſt ignis. Inteſtina vero & pedes lauabunt aqua: & oblata oĩa adolebit ſacerdos ſup
altare in holocauſtum & odorẽ ſuauiſſimum dño.] Iſtud totum eſt exponendum, ſicut de ho
locauſto facto ex boue expoſitum eſt. Cõſequenter fit mentio de holocauſto, q̊d fiebat ex
auibus. [Sin aũt de auibus holocauſti oblatio fuerit dño de turturibus & pullis columbæ] i. ſi
quis obtulerit Deo holocauſtum de auibus, puta de turturibus aut columbis, de quibus dun
taxat ex volucribus fiebat Deo oblatio. [offeret eam ſacerdos ad altare] i. auem ſeu hoſtiam
talem ab offerẽte laico ſumptam, ſacerdos pro illo immolabit iuxta altare holocauſtoꝝ eo-
dem loco, in quo & holocauſta de pecoribus offeruntur, vt dictum eſt. [& retorto ad collum
capite, ac rupto vulneris] q̊d ex tali retorſiõe auis incurrit, [loco, decurrere faciet ſanguinẽ]
auis oblatæ, [ſuper crepidinem altaris] i. ſuper baſim ſeu locum vel circuitũ eius. [veſiculã ve
ro gutturis & plumas ꝓijciet ꝓpe altare ad orientalem plagam, in loco in q̊ cineres effundi
ſolent] i. in locum ſecretum ſeorſum, in q̊ cineres hoſtiarum cõbuſtarum ſeu lignorum po-
nuntur. [Cõfringetq; aſcellas eius] . i. alas auis oblatæ franget ſacerdos, [& nõ ſecabit, neq;
ferro diuidet eam.] Hinc aliqui dicunt, ꝙ ſola manu collum volucris fregit, & ꝓprio vngue
cutem colli cõfracti rupit, q̊d fuit locum vulneris rumpere, nec licuit aliquid horum facere
ferro, aut cultrum ſuper hoſtiam iſtam leuare. [Et adolebit] i. carnem auis oblatæ cõburet [ſu
per altare lignis igne ſuppoſito. Holocauſtum eſt] ſacrificium iſtud [& oblatio ſuauiſſimi
odoris dño] i. valde accepta Deo, iuxta ſenſum præhabitum.

¶Introductio atq; ſolutio quæſtionũ occurrentiũ circa capitulũ iſtud. Art. V.

CIrca præhabita quęrit Primo, cur inter animalia greſſibilia, quadrupedia ſeu pecora,
voluit Deus ſibi ſacrificia fieri de tribus ſpeciebus dũtaxat, puta de boue, oue & capra.
Secundo, cur inter volatilia, de turturibus & columbis tãtummodo, de holocauſtis lo-
quendo, nam poſtea fit de paſſeribus quædam additio. Tertio, cur nõ etiam de piſcibus, ſal-
tem aliquibus. Quarto, cur de modo fundendi ſanguinem holocauſtoꝝ prædictoꝝ, tam di-
uerſimode loquitur. Quinto, cur loquens de auibus immolatitijs, ait, de turturibus & pullis
colũbæ, & nõ de colũbis, nec de turturum pullis. Sexto, de modis diuerſimode occidendi ani
malia iſta. Septimo, cur iuſſit veſiculã gutturis proijci, nec offerri. Octauo, cur ſup aues ĩmo-
Guil.Pa. landas ꝓhibuit ferꝝ leuari. ¶Ad haꝝ quæſtionum primã reſpondet Guilhelmus libro de fi
de & legibus: Si quæratur, cur iſta tria animalium genera de ꝗdrupedibus ſibi offerri elegit
Deus, videlicet bouem, ouẽ & caprã, in ſexu vtroq; reſpõdemus, ꝙ hæc ſunt maxime neceſ-
ſaria victui humano atq; veſtitui, & apud patres maxime abundabãt. Ideo voluit Deus com
munionem & participationẽ habere cũ eis, in his quibus ipſi potiſſimũ vtebant: & de his, in
ꝗbus bñficentia ſua fuit largior circa ipſos, voluit ſibi ampliorẽ recognitionẽ, regratiationẽ
& honorificentiã exhiberi ab ipſis. Manifeſtũ eſt ꝙq;, ꝙ inter omnia quadrupedia, tria iſta
ſunt manſuetiſſima, & minori rebelliõe ſuſtinent mortem: ideoq; minori periculo immo-
lantiũ occidunt. Præterea, Iudæi magis aſſueti erant interfectiõi animalium hoꝝ, qm̃ eis ma
xime veſcebant. Animalia ergo hominibus familiaria & eſui apta, voluit Deus & ſibi fami-
liaria eſſe in ſuo obſequio. ¶Amplius de ꝗdrupedibus iſta extant mũdiſſima, & mũdiſſimis
ſeu ſimpliciſſimis paſtibus viuũt, eoꝝq; immũditiæ ꝗdammodo mũdæ ſunt. Rurſus, tria iſta
totum ꝗd ſunt, viuunt & habent, neceſſitati, hoc eſt, victui & veſtitui, hoĩm exhibent. Sola
quippe ſunt, ſine quibꝰ hoĩes viuere nequeunt, & ſine cæteris animalibus viuere queũt, quẽ-
admodũ ſine porco, cane & equo. Si ergo vitę humanę neceſſitas reſpiciat, ſola iſta de aĩali-
bus neceſſaria cõſiſtũt hoĩbus. Quare eo ipſo ꝙ Deus voluit ſibi iſta, non alia, immolari, abſ-
tulit nobis occaſionẽ quęrendi nõ neceſſaria, dum p ea noluit in ſacrificijs honorari. Vnde
Gen. 4. & ſolas fruges, & animalia iſta voluit ab initio ſibi offerri, vt legit in Gene. Hęc Guilhelmus.
Ad eandem ꝙq; quæſtionẽ Thomas in prima Secundæ, quæſtiõe centeſimaſecũda reſpõdet:
Deus voluit ſibi iſta offerri, tum ad excludendũ idololatriã, qm̃ omnia alia animalia immo-
labãt idololatræ idolis ſuis, vel eis ad maleficia vtebant. Porro hęc tria aĩalia apud Aegypti-
Exod. 8. os, inter quos cõuerſati fuerunt Iudæi, abominabilia erant ad occidendum. Vnde ea nõ offe-
rebant in ſacrificiũ dijs ſuis, ꝓpter quod in Exodo dicunt Hebræi: Abominatiões Aegyptio
rum immolabimus domino Deo noſtro. Oues nãq; colebant, & hircos venerabant, quia in
eoꝝ figura dæmones apparebãt. Bobus autem vtebant ad agriculturam, quã inter res ſacras
habebãt. Tum ſecundo ad ſignificandum debitum ordinem mentis humanæ in Deum, quia
per ea certę ac magnæ virtutes ſignificant, vt infrà dicet. Tum tertio, ad præfigurandũ Chri
ſti myſteria, ꝓpter quod ait Gloſſa: Chrs in vitulo offertur propter virtutẽ ſeu fortitudinem
crucis: In agno, ꝓpter innocentiam: In ariete, propter principatum: In hirco, ꝓpter ſimili-
tudinẽ carnis peccati. ¶Ad ſecundã quæſtionẽ libro prææallegato reſpõdet Guilhelmꝰ: Frugi
bus & p̃fatis pecoribus ſuperaddidit poſtmodũ Deus turturẽ & columbã in ſacrificio Abra
hæ, vt in Geneſi ſcribit: in quibus præter hoc ꝙ mũda & manſueta, atq; vtilia humanis ſunt
Gen. 15. vſibus, etiã caſtitas cõiugalis in columbis, & vidualis in turturibus deſignat. Ex ꝗbus etiã ad
literã edocemur, ꝗles eſſe oporteat, qui in partẽ ſortemq; domini trãſeunt. Si enim huiuſmo
di mores reqrit Deus in brutis ſibi offerẽdis, quãto magis in hoĩbus? Et ſi vitia moribus iſtis
cõtraria repellit in brutis, in quibus repręhenſibilia nõ ſunt, quanto magis ea in hoĩbus de-
teſtat, in ꝗbus culpabilia extãt? At vero vt Alexander & Guilhelmus cõſcribunt: Paſſer ſu-
peradditus eſt in lege in ſacrificio ꝓ emundatiõe leproſi. Manifeſtum eſt autem, ꝙ paſſer ſit
multum ſimilis colũbæ in ædificatione & paſtu. nidificat eñ in foraminibus domoꝝ, & vo
lat gregatim, intenditq; granis ſicut columba. Itaq; iſta tam pauca de pecoribus & auibus
elegit ſibi in ſacrificia Deus, & cætera repulit, qa idololatræ ſacrificijs ſuis ea gñaliter execra
bilia fecerãt, aut augures vanitate obſeruationũ ſuaꝝ prophanauerãt, aut magi veneficijs ac
maleficijs ſuis odibilia fecerũt, ſicut apparet ex Aegyptioꝝ multitudine ſacrificioꝝ, ꝗ erant
ſexcenta quadragintaſeptẽ. Inſup cauſa quædã ſacrificioꝝ iſtoꝝ, fuit ſuſtentatio ſacerdotũ.
Inſuper, quoniã colũbæ & turtures ſpecialiter abundant in terra ꝓmiſſionis, iuſſit ſibi Deus
ea magis offerri. ¶Ad tertiã quæſtionẽ, cur ſ. Deus nõ iuſſit ſibi de piſcibus ſacrificium fieri,
Alexãder ſup tertium, & Thomas in prima Secũdæ reſpõdẽt: Quoniã piſces ſunt magis alie
ni ab hominibus, ꝗ animalia ali[illegible] quia morant & latent in aquis, & inde extracti, protinus
moriunt, vnde nec apte poterãt viui in tẽplum perduci, nec de mortuis fiebat oblatio. ¶Ad
quartã magiſter in hiſtorijs ait, ꝙ vbi trãſlatio noſtra habet, circa crepidinẽ altaris, Hebręus
habeat & Ioſephus, limbum expreſſit, i. ſupereminens forſitan labiũ. Hinc aliqui dicunt eſſe
incertum,

incertũ, an de ſuperiori vel de inferiori, an media parte intelligatur quod dicit, [circa altaris
crepidinẽ.] Aliqui quoq; putant, ꝙ quãdo hoſtia erat minus digna, tũc ſanguis circa baſim
fundebat altaris: qñ dignior, tunc circa mediã partẽ atq; parietem: quando digniſſima, tũc
in ſupremo circa limbũ. Vnde de ſanguine auium fertur in litera, ꝙ fundebatur circa crepi-
dinem. i. baſim ſeu lacum altaris. ¶Ad quintam R. Moſes dicit: In turturibus, maiores ſunt
meliores & pinguiores: in colũbis vero econuerſo, minores ſunt meliores: ideo turtures &
pulli columbaꝝ iubentur offerri, quia præſtantiora ſunt offerẽda. ¶Ad ſextã S. doctor re-
ſpondet: Specialis modus occidẽdi animalia immolanda, determinabatur in lege, ad exclu-
dendũ alios modos, quibus idololatræ animalia idolis immolabant. Vel etiam, vt R. Moſes
proteſtat: Lex elegit genus occiſionis, quo animalia minus affligebantur, per quod etiam
pietas docebatur, & offerentiũ crudelitas excludebat, & deterioratio aĩalium occiſoꝝ deui-
tabatur. ¶Ad ſeptimam R. Salomon dixit, ꝙ quia in veſicula gutturis cibus cõgregabatur, R. Salo.
& aues volant ad capiendum alimentum ex alieno, dominus veſiculam illam prohibuit ſi-
bi offerri, ad deſignandum, ꝙ ſacrificium de rapina ſibi diſpliceat. Vel propter immunditi-
am illius veſiculæ iuſſit hoc dominus. Vel quia idololatræ offerebant eãdem. In veſicula ꝙq;
poteſt voluptas, immo & gula ſignari, quas vitare oportet. ¶Ad octauam eſt eadem reſpon
ſio, quæ ad ſextam, & quia idololatræ ferro vtebantur in auium mactatione.

¶Spiritalis explanatio eiuſdem capituli I. Artic. VI.

ALlegorice, per vitulum ſeu bouem maſculum immaculatũ, qui Deo offerebat in ho-
locauſtum, intelligitur dñs Ieſus Chriſtus, qui & ſeipſum in euangelica parabola deſi Lucæ 15.
gnat per vitulum ſaginatum, quem pius paterfamiliãs fecit occidi propter errãtis fi-
lij reductionem. Rurſus, in ſacrificio quo ſeipſum pro nobis obtulit Deo patri oblationem Epheſ. 5.
& hoſtiã, iſtar vituli eſt occiſus, in quo nil erat fœmineæ leuitatis aut fragilitatis fœminei ſe-
xus. Fuit item immaculatus, in quo nec originale nec actuale vnꝗ fuit peccatũ, iuxta quod
in Eſaia legit: Iniquitatẽ nõ fecit, nec dolus fuit in ore eius. Significat itẽ Chriſtꝰ per bouem
ꝓpter bouis fortitudinẽ, fructuoſitatẽ & maturitatẽ. Etenĩ ſicut bos terrã arat, ſic dñs & ſal- Eſai. 53.
uator vomere verbi cæleſtis & gratiæ ſupnaturalis, agrũ cordis & ipſam in terris militãtem
eccleſiã ſpiritaliter arat, emollit, aperit, ſeminat & fœcundat: quẽadmodum etiã bos ſumi-
tur de armento, ita de multitudine ꝓphetaꝝ & patriarchaꝝ prodijt filius Dei factꝰ homo:
qui ad oſtiũ tabernaculi eſt oblatus, qa in Hieruſalẽ paſſus eſt, & extra portã eſt crucifixus, Heb. 10.
ſicut & holocauſta extra & ꝓpe tabernaculũ offerebant in atrio. [Ponetq; manꝰ ſuper caput
hoſtiæ.] Chrs nõ ſolum à ꝓditore ac Iudæis atq; Pilato, immo & à Deo patre oblatꝰ eſt, di-
cẽte Apoſtolo: Proprio filio ſuo nõ pepercit, ſed ꝓ oĩbus nobis tradidit illũ. Nã & princeps Roma. 8.
apoſtoloꝝ in Actis: Deus, inqt, ꝗ per os oĩm prophetaꝝ prænunciauit pati Chrm ſuum, im Actor. 3.
pleuit ſic. Itaq; pater manũ ſuam. i. poteſtatem poſuit ſuper caput vnigeniti ſui, ſecundũ na
turam aſſumptã. i. mentẽ eius oĩni virtute & gratia adimpleuit, eamq; mouit ad patiẽdum
prõptiſſime pro generis humani ſalute. Sicq; oblatio Chriſti incõparabiliter placuit patri,
quẽ filius ſibi placauit. Non ꝙ pater vnꝗ iratus fuerit filio, in quo ſibi ſumme cõplacuit: ſed
ꝙ filius ad ſuũ honorẽ, accidẽtaleq; pręmiũ patrẽ placauit hoĩbus. [immolabitq; vitulũ co-
ram dño.] Chriſtus qppe ſeipſum ſeu ꝓpriũ corpus dedit in mortẽ, Eſaia teſtante: Tradidit Eſaię 53.
in mortẽ animã ſuam. Vnde & ipſe dñs conteſtatur: Nemo tollit aĩam meam à me, ſed ego
pono eam. [Et offerẽt filij Aarõ ſanguinẽ eius.] Hoc accipi poteſt in malo, & item in bono. Ioan. 10.
Nã & principes ſacerdotũ ex Aaron nati, procurauerũt Chriſtũ occidi. Multa ꝙq; ſacerdo-
tum turba poſt Chri paſſionẽ, & ſancti ſpũs miſſionẽ cõuerſa, ſanguinem Chriſti ſalubriter Actor. 6.
ſumpſit, & ſacerdotes euãgelicę legis eũ in ſua ac fideliũ ora per gyꝝ altaris fundunt. [quod
eſt ante oſtiũ tabernaculi.] Poteſt p tabernaculũ iſtud, cęleſte palatiũ ſeu triumphãs eccleſia
accipi, ante ꝗd eſt altare militãtis eccleſiæ: quia ꝗ vere fideles ſunt, triumphanti ſunt eccleſiæ
proximi, immo iã cõuerſationẽ habent in cælis: ſtatus ꝙq; & cultus euãgelicæ legis, euiden-
tẽ habet imaginẽ eccleſiæ triũphantis, cuiꝰ lex vmbrã gerebat, iuxta illud ad Hebræos: Vm- Hebr. 10.
brã habẽs lex futuroꝝ bonoꝝ, nõ ipſam imaginẽ rerũ. [detractaq; pelle hoſtię, artꝰ in fruſta
cõcident.] Per pellis detractionẽ, p̃figurata videt flagellatio ſacratiſſimi corporis Chri vſq;
ad miſerãdã ſui dilacerationẽ: Per mẽbroꝝ vero hoſtię diuiſionẽ ĩ fruſta, vulneratio ac diſ-
ſipatio totiꝰ ſuę tenerrimę carnis, ſecũdũ illud in libro Iob: Tenuerũt ceruicẽ meã, cõfregerũt
me, & poſuerunt me ſibi quaſi in ſignũ. atq; in pſalmo: Sicut aqua effuſus ſum, & diſpſa ſunt Iob 16.
oĩa oſſa mea. [& ſubijciẽt ĩ altari ignẽ, ſtrue lignoꝝ añ cõpoſita.] Ignis eſt feruor ardẽtiſſimę Pſal. 21.
charitatis in altari. i. in p̃ſtãtiſſimo corde Chri, in ꝗ ipſe ſecundũ ꝗd homo, indeſinẽter ob-
tulit patri, imo ſupbeatiſſimę trinitati ſacrificiũ laudis, thymiama oratiõis, & totã ſuã natu
rã aſſumptã. Porro, p ſtruẽ lignoꝝ cõpoſitã, intelligunt hoĩes, ꝗs Chrs redemit, & ſua charĩ
tate ſuccendit, qui & per charitatem vniti & incorporati ſunt ei. Quod ſi de pecoribus obla
tio eſt, ſaluator omni perfectione repletus, qui eſt ſummum & finale ſacrificium, per vnum

aut pauca ſacrificia ſufficiēter deſignari nō valuit: ideo per diuerſa ſacrificia ipſe & ſua my-
ſteria præfigurabant. Ipſe ergo ꝑ agnū anniculū, ꝓpter innocentiā, manſuetudinē, ſanctāq́;
Joan. 1. ſimplicitatē eſt figuratus. De quo beatiſſimus ait Ioannes: Ecce agnus Dei qui tollit pecca-
Hiere. 11. ta mūdi. Et ipſe per Hieremiā: Ego quaſi agnus innocēs ductus ſum ad immolandū. Idem
ipſe per hircū exprimitur propter ſimilitudinē carnis peccati, immo & propter agilitatem
Cant. 1. hirci ſeu capræ, iuxta illud in Canticis: Fuge dilecte mi, ſimilis eſto capreę, hinnuloq́; ceruo-
rum. Inſuper deſignatur ꝑ aues turturem & colūbam, propter ſuę cōtemplationis ſublimi-
tatem, om̄imodam caſtitatē, ſalubrem triſtitiā, planctum & gemitū. ¶ Præterea poteſt hæc
Origenes. litera alios parere ſenſus, quia multiplici tegitur intellectu. propter q̊d Origenes ſubtiliter
Lucæ 2. ait: Sicut in nouiſſimis diebus verbū Dei ex Maria virgine carne veſtitū ꝓceſſit in hūc mun
dum, & aliud erat q̊d videbaꝭ in eo, aliud q̊d intelligebaꝭ: carnis nanq; adſpectus in eo om̄i-
bus patuit, paucis vero & electis dabaꝭ deitatis ſuæ agnitio: ita dum ꝑ prophetas aut Moſen
legiſlatorē, verbū Dei ꝓfertur ad homines, nō abſq; cōpetentibus exprimitur indumentis.
Nā ſicut ibi carnis velamine tegitur verbū Dei, ita & hic ſacra ſcriptura velamine literæ, &
ſpiritualis ſenſus tegumēto intelligentiæ literalis. Itaq; præter præhabita, adhuc per Moſen
intelligiꝭ allegorice Chriſtus, cuius typū Moſes in multis expreſſit. Quēadmodū ergo Moſi
locutus eſt dn̄s de tabernaculo teſtimonij, de vario ritu holocauſtoꝝ, ſic Deus trinitas Chri
ſto homini ab incarnationis exordio inſpirauit, eum'q; ꝑ allocutionem internam edocuit,
qualiter populus Chriſtianꝰ ſpūaliter immolare debeat holocauſta de armēto & grege, hoc
eſt, bobus, capris aut ouibꝰ. Atq; de hoc Chr̄s in Euāgelio documēta expreſſit, præcepta di-
geſſit, cōſilia dedit. [Homo itaq; de Iſrael] hoc eſt, de plębe Chriſtifideli Deū fideliter con-
tēplanti, volēs Deo holocauſtū offerre, de armēto offerre debet bouē ſeu vitulum maſculum
immaculatū, i. propriū corpus ex ſua infectione & inclinatione, inſtar vituli laſciuū, indo-
mitū, & rationi rebelle: ideo quantū ad hoc, debet ipſum om̄ino mortificare, & mēbratim
Coloſ. 3. diuidere, ſicut ait Apoſtolus: Mortificate mēbra veſtra, quæ ſunt ſuꝑ terrā. In euangelio q̊q;
Matt. 5. Saluator: Si oculus, inquit, manꝰ, & pes tuus ſcādalizat te, erue, abcide, & ꝓijce à te. Nō vtiq;
mortificāda, aut abcidēda ſunt iſta, quātū ad id q̊d ſunt, ne mutilatores aut impijſſimi homi
Roma. 6. cidæ fiamus. Sed quo ad eorū vſum illicitū, ne exhibeamus ea arma iniq̄tatis peccato, ſed ar
ma iuſtitiæ Deo: ſic'q; corpus noſtrū ex ſua fragilitate fœmineū, faciamꝰ maſculinū, hoc eſt,
1. Petri 2. rationi obediēs & inſtrumētū virtutū, abſtinētes à carnalibꝰ deſiderijs quę militāt aduerſus
Rom. 12. animā. Sic q̊q; obſequiū nr̄m fiat immaculatū & ſanctū, ꝓut vas electionis hortaꝭ: Obſecro
vt exhibeatis corpora vr̄a hoſtiā viuentē, ſanctā, Deo placentē. ¶ Inſuꝑ adducendū eſt cor-
pus hoc ad oſtiū tabernaculi. i. ad locū quo audiat verbū Dei. Et ſuꝑ hoc holocauſtū manus
1. Cor. 9. eſt imponēda, quatenꝰ virtutē directiōis, manū'q; diſciplinæ ab ipſo nunq̄ tollat, iuxta quod
ſcriptū eſt: Caſtigo corpꝰ meū, & in ſeruitutē redigo, ne ſibijpſi relictū, rurſus cōtra ſpiritum
cōcupiſcat, atq; ad ea quæ Dei ſunt pigritetur. ¶ Porro ſacerdotes in te ſint intellectꝰ & re-
cta volūtas, qui diuinoꝝ capaces ſunt, & corpus inferiores'q; vires acceperūt regendas. San
guinē q̊q; hoſtiæ huius debēt effundere ꝑ altaris circuitū. i. ꝑ abſtinentiā & ieiuniū ſanguinē
& eius feruorē amore Chriſti minuere, iuxta doctrinā eccleſiæ, ſed & pellē eiꝰ debēt detrahe-
re, corpus ipſum acriter flagellādo ꝓpter p̄terita ſeu q̄tidiana peccata. Vel (vt ait Eſitius) pel
lis detrahiꝭ, dū exteriora delectabilia auferunꝭ. Pellē vero à ſcripturis veteris teſtamēti abſtra
himus, dū ſenſum q literalis videꝭ, relinquimus, vt ſpūalē intelligentiā intus latentē, dn̄o im
molemꝰ. [Et ſubijciēt in altari ignē.] Altare in aīa fides intelligi poteſt, in qua & ꝑ quā oīa
Rom. 14. ſunt āgēda, ac dn̄o offerēda, cū dicat Apoſtolꝰ: Quod nō eſt ex fide, peccatū eſt. In ipſa ignis
Iaco. 2. charitatis eſt apponēdus, vt ꝑ dilectionē ſit operāſ: q̄m fides q̄ nō habet oꝑa, mortua eſt in
ſeipſa. Strues vero lignoꝝ, cōgeries eſt mēbroꝝ, q̄ ex ſancta charitate ad actus bonos ſunt
excitāda. [Inteſtinis & pedibus lotis aqua.] Per inteſtina, intelliguntꝭ interiores aīæ ſenſus &
vires: ꝑ pedes aūt, actꝰ & affectꝰ eoꝝ, q̄ oīa lauanda ſunt à maculis ſibi admixtis, pœnitētię la
chrymis, rore gr̄æ ac ſapiētiæ ſalutaris. Itaq; inteſtina lauare, eſt cōſcientiā expurgare. ¶ Por
Canti. 5. ro lauare pedes, eſt purificare affectus. Vnde & ſpōſa: Laui, inq̄t, pedes meos, quō inquina-
Ioan. 13. bo illos? Et Saluator: Qui lotꝰ eſt, nō indiget niſi vt pedes lauet. Quod ſi de pecoribꝰ oblatio
eſt, ſpiritaliter ouē offert, q ſuperiorē animæ portionē ex ſua natura ſimplicem, atq; ad opti
ma deprecantē, Deo per fidē & charitatē totaliter ſubijcit, intellectū redigēs in captiuitatē,
in obſequiū Chriſti, atq; per priuati extirpationē amoris, vim affectiuā in Deo prorſus per
charitatē ſuccendēs. Caprā vero ſeu hircū offert, qui infectā ſenſualitatē refrenat, reformat,
ac iugiter Deo ſubſternit. ¶ Pręterea aues, puta columbā & turturē, offert, qui oēm ſpūalem
ꝑfectionē, & virtutū ꝓfectū, contēplatiōis'q; gr̄am & gemitū ſalutarē, ſpūalem q̊q; cū ſpon-
ſo cęleſti cōiunctionē, & eiꝰ diſpenſatiuā abſentiā, Deo cū oī gr̄arum actiōe humiliter ſempꝰ
1. Co. 15. aſſcribit, cū Apoſtolo dicēs: Gr̄a Dei ſum id q̊d ſum, ſic'q; retorquendū eſt collū ſub aſcellas,
vt om̄is reprimatur elatio, & homo ad ꝓpriæ defectuoſitatis frequentē intuitū reflectatur.
Et ru-

[Et rupto vulneris loco] .i. interiori læſione per cōfeſſionem humilē patefacta, decurrere fa
cit ſanguinē, calidas lachrymas ex cōtritione fundēdo. [Veſiculā vero gutturis] .i. oēm gu-
læ & carnalitatis voluptatem atq; mollitiem, [& plumas] .i. euagationes & phantaſias inuti-
les prorſus abijciat. [cōfringet'q; aſcellas.] Aſcellæ ſeu alæ, animæ ſunt oratio & meditatio,
quibus volat in cælū: quæ confringuntur, quādo interdū propter charitatē Chriſti, & opera
vitæ actiuæ ac neceſſaria corpori, intermittūtur. Quod tamē non eſt ferro. i. cum duritia &
indignatione, ſed cum pietate & diſcretione agendum. Et iterum reſumendæ ſunt alæ hui-
uſmodi citius quo congrue fieri poteſt. Ecce iſta ſunt holocauſta & hoſtiæ populi euange-
licæ legis, quæ vere ſunt ſuauiſſimi corā Deo odoris, & acceptiſſima maieſtati omnipotētis.

¶ Elucidatio literalis cap. II. Anima cū obtulerit oblationē &c. Artic. VII.

QVēadmodū in præcedēti capitulo, ita in iſto fit mentio de ſacrificijs ſpōte atq; ex me- Leuit. 1.
ra deuotiōe oblatis: in p̄cedenti aūt capitulo tractabaꝭ de holocauſtis, quæ de aīalibus
offerebātur. Nūc vero de ſacrificijs agiꝭ, q̄ ex inanimatis, & ex rebus pauci valoris fie-
bāt. Quocirca oportet ſcire, q̄a vt ait Thomas in prima ſecūdæ quæſt. 102. Lex in ſacrificijs
prouidit offerentiū paupertati, vt q habere nō poſſet animal quadrupes, offerret auē: quam
qui habere nō poſſet, offerret ſaltē panem: quē qui non valeret habere, immolaret ſaltem fa
rinam aut ſpicam. [Anima cū obtulerit] Per animā, tanq̄ per partem principaliorē, intelligi-
tur homo: & quia nunc agitur de ſacrificijs ſponte, & ex mera deuotione oblatis, recte ex-
primiꝭ anima, in qua voluntas & eius pia affectio ſeu deuotio cōtinenꝭ. Porro Lyra allegat
R. Salomonē, dicentē ꝙ quia hic agiꝭ de pauperū oblatione, exprimitur anima, quia obla-
tio pauperū acceptatur & reputatur à Deo, quaſi obtulerit animā ſuam ſeu vitam. Vnde & R. Salo.
de paupercula vidua, q̄ obtulit duo minuta, dixit ſaluator, ꝙ plus om̄ibus miſit, q̄a totū vi- Marc. 12.
ctum ſuū. Itaq; anima cū obtulerit [oblationem ſacrificij dn̄o:] quod ait, oblationē ſacrifi- Lucæ 21.
cij, intrāſitiue eſt accipiendū, videlicet pro oblatione quæ ſacrificiū fuit. hoſtia tamen de in-
animatis rebꝰ oblata, magis appropriate dicebaꝭ oblatio. [ſimila erit eius oblatio] .i. ſimilam
offeret Deo. eſt'q; ſimila tenuiſſima ac mundiſſima tritici farina. Meliora nanq; & puriora
Deo ſunt offerēda. [fundet'q; ſuꝑ eā oleū.] quo facto, dicebaꝭ ſimila oleata, q̊d ſic fieri iuſſit al
tiſſimus ad diſtinguendū plebem ſuam ab idololatris, qui offerebāt idolis ſuis ſimilā oleo nō
ꝑfuſam. Spiritalis autem ratio infrà tangetur. [& ponet thus] .i. cum ſimila oleata thus offe
ret. Quēadmodū vero S. doctor ſcribit loco præallegato, præter animalia ſolū offerebantur
Deo de terræ naſcētibus, panis, vinum, thus, oleū & ſal: q̄m ea quę de terræ naſcētibus veniūt
in hominis vſum, vel ſunt in cibū, & de his offerebatur panis ſeu eius materia: vel ſunt in po-
tum, & de his offerebatur vinum: vel in condimentū, & de his offerebātur oleum & ſal: vel
in medicamentum, & de his offerebatur thus, quod eſt aromaticū & cōſolidatiuum. [ac de-
feret] ſimilā oleatā & thus [ad filios Aaron ſacerdotis] .i. ad inferiores ſacerdotes, quorum
officiū fuit, huiuſmodi ſacrificia vota'q; populi Deo offerre in loco ſacro. [quorū vnus tollet
pugillum plenum ſimilæ & olei] .i. ſimilæ oleatæ implēdo pugillū ex ea, [ac totum thus] ſi-
milæ appoſitū, [& ponet memoriale ſuper altare] .i. iſta ſimul offeret in altari in memoriam,
vt ſ. Deus pie memor ſit offerentis, vel vt ſacerdos ꝑ iſtā oblationem memor ſit immolantis
orando pro eo, vel certe in memoriā & recognitionē, ꝙ offerens iſta & cætera cūcta ex ter-
ris producta, quæ habet, à Deo ſortitus eſt. [in odorē ſuauiſſimum dn̄o] ſicut in præcedētis Leuit. 1.
capituli expoſitione literali expoſitum eſt. Adolebat quippe iſta ſacerdos ſuꝑ altare holo-
cauſti in atrio. ¶ Circa hæc in Scholaſtica recitatur hiſtoria: Tradunt Hebræi non ſempꝰ ple Euſebiꝰ.
num pugillum offerri, ſed ꝙ iuxta quantitatē ſimilæ minus poterat immolari, in tantum ꝙ
etiam impleto pugillo, poſſet ſacerdos oēs digitos aperire præter mediū. Et illud tantillum,
quod remanebat inter digitū illū & volā ſeu palmā, ſuffecit ad offerendū. Porro Ioſephus Ioſe. li. 3.
dicit offerendā fuiſſe drachmā. i. tanti ponderis ſimilam. [Quod aūt reliquum fuerit de ſa- An. Iud.
crificio] .i. reſiduū p̄fatæ oblationis, non cōpræhenſum pugillo. [erit Aaron & filiorum eiꝰ] cap. 13.
i. in vſum ſacerdotum offerentium cedet. [ſanctum ſanctorum de oblationibus dn̄i] .i. por-
tio valde ſancta ſacerdotibus deputata, immo & Deo oblata, ex his quæ præfato modo im
molata ſunt Deo. Sequitur ſecundus modus offerēdi ex farina ſeu ſimila. [Cum autem obtu
leris ſacrificium coctum in clibano de ſimila, panes ſ. abſq; fermento] .i. nō fermētatos. [con
ſperſos oleo] ſupple offeres, [& lagana azyma oleo lita.] Per lagana azyma. i. non fermenta-
ta, quidā intelligūt panes latos ac tenues, non cōſperſos, ſed linitos oleo, qui interdum tortę
vocanꝭ. Et ita in verbis iſtis innuiꝭ duplex formatio panū in furno coctoꝝ. Alij per lagana
iſta intelligūt panē ex ſimila coctum in calida aqua, vt ſit tertiū genus ſacrificij ex ſimila fa-
cti. Subditur aūt ad genus ſacrificij huius: [Si oblatio tua fuerit de ſartagine] .i. panis coctus
in patella, oblatio, inquā, [ſimilæ cōſperſæ oleo, & abſq; fermento] .i. formata ex ſimila non
fermentata, ſed oleo cōſperſa. [Diuides eā minutatim] .i. in fruſta minuta, [& fundes ſuper
eam oleum. Sin autem de craticula fuerit ſacrificium] .i. ſi in ſacrificiū obtuleris panē ex ſi-
mila

mila ſuꝑ craticulã coctum, [æque ſimila cõſpergeť oleo] .i. ſimila ex q̃ talis panis formãdus
eſt, oleo cõſpergeť, ſicut & ꝓcedẽtes oblationes. [Quã offeres dño] nõ ꝑ proprias manus, ſed
per miniſteriũ ſacerdotis. idcirco ſubiungiť, [trades] eam [in manibus ſacerdotis] vt offera-
tur ꝑ eũ. [Qui cũ obtulerit eã] videlicet ſimilã ſic oleatã, redactã in panẽ ſuꝑ cratẽ coctum:
[tollet memoriale de ſacrificio] hoc eſt, partẽ ſacrificij ſeu panis iſtius, vel vnũ panẽ ſic factũ,
ſi plures pariter offerunť, accipiet in memoriã offerẽtis, vt Deꝰ memor ſit eiꝰ, ſicut expoſitũ
eſt plenius. [& adolebit] .i. cremabit eã [ſuꝑ altare in odorẽ ſuauitatis dño] .i. ad hoc ꝙ Deo
complaceat oblatio iſta ex fide & deuotione offerentis. Quanuis eñ tota talis oblatio Deo
offerebať, nõ tñ tota ſuꝑ altare incẽdebať, ſed pars eius duntaxat: & illa ſic cremabať in me-
moriã immolantis iuxta ſenſum præhabitũ, reſiduum vero ceſſit in eſum & refectionẽ ſa-
cerdotũ. Propter quod ſubdit: [Quicquid autem reliquũ eſt] de huiuſcemodi hoſtia, quod
ſ. non adoletur ſuꝑ altare, [erit Aaron & filiorũ eius:] immo & domeſticoꝝ eorum, & æqua
ſorte eis diuidebatur, vt magiſter in hiſtorijs addit. [ſanctum ſanctorum de oblationibus
dñi.] ¶ Præterea, ſi quæratur omnium horum ratio literalis, reſpõderi poteſt iuxta prętacta,
ꝙ Deus aſſignãdo tam varios modos ſacrificandi ſibi ex ſimila panes, conſuluit & ꝓuidit
offerentiũ paupertati, cõmoditati, aut facilitati: vt quibus fornax deeſſet ad panem coquen
dũ, vel qbus moleſtũ eſſet accẽdere clibanũ, coquerẽt panẽ in patella: vel, ſi hoc eis amplius
cõueniret, ſuꝑ craticulã. ¶ Inſuꝑ dici poteſt, ꝙ Deꝰ ita inſtituit in ſolatiũ miniſtroꝝ ſuoꝝ, vi-
delicet ſacerdotũ, q reficiebãtur ex illis oblatis, q̃tenus ad tollendũ faſtidiũ, haberẽt panes di
uerſimode ꝑparatos. Vnde & oleũ iuſſit apponi. Iteꝝ dici poteſt, ꝙ iuſſit ſic, ad diſtinguen-
dũ oblatiões populi ſui & ritũ eoꝝ ab idololatrarũ ritibꝰ & oblatis. Figuralẽ vero rationem
Ioan. 6. Thomas aſſignat, dicẽdo: Panis ſignificat Chriſtũ, q ait: Ego ſum panis viuus, qui in fide pa
trũ ſub ſtatu legis naturæ, erat quaſi ſpica: & in doctrina legis ac prophetaꝝ, erat vt ſimila:
atq; vt panis formatus, poſt aſſumptã humanitatẽ: coctus igne in clibano, hoc eſt, formatus
Lucæ 1. ſpiritu ſancto in vtero virginali: coctus q̃q; in ſartagine, ꝑ labores quos in mundo ſuſtinuit:
& in cruce occiſus, quaſi in craticula aduſtus. ¶ Deniq; ſecundũ Guilielmũ de fide & legibꝰ,
quidã dixerũt, ꝙ ſacrificiũ nõ eſt niſi de aĩalibus. Et errauerũt in hoc, quia in iſto capitulo
oblatiões factæ de ſimila & panibus vario modo coctis, ſacrificia nuncupanť. Verũtñ cõcor
dãdo dicere poſſumus, ꝙ oblatio facta de animalibus, ꝓprie ſacrificiũ appelleť. In iſto autẽ
capitulo, ſicut & alibi ſæpe, nomẽ ſacrificij extẽſe accipiť. ¶ Cõſequẽter aliq̃ inferũtur, quæ
in cũctis oblationibus cõmuniter ſeruabanť ſaltẽ in illis, quæ ſuꝑ altare incẽdebantur. [Oĩs
oblatio quæ offertur dño, abſq; fermẽto fiet] hoc eſt, abſq; admixtiõe fermẽti offereť. [Nec
Leuit. 7. quicq̃ fermenti ac mellis adolebiť in ſacrificio dñi] .i. nec fermentũ, nec mel apponetur, aut
cõmiſcebiť oblationi Deo fiendæ. ¶ Cõtra iſtud obijciť, q̃m infrà dñs iubet, panes quoq; fer-
mentatos offerri cũ hoſtia gratiaꝝ, quæ immolať pro pacificis, ex quibus vnus pro primi-
tijs offertur domino. Reſpõdetur, vt tactũ eſt, qa hic loquitur textus de oblatione ſuꝑ altare,
ſaltẽ pro parte cremãda, in qua fermentũ eſſe nõ debet. Et talis nõ erat oblatio illa panũ fer
mentatoꝝ, ſed ceſſit in vſum ſacerdotũ. Hinc ſubditur: [primitias tm̃ eorũ offeretis] hoc eſt,
primitiua fermẽti & mellis. [& munera] .i. dona ex eis ꝑcipua ſeu partes eoꝝ præſtantiores
offeretis in tẽplo, ſeu tabernaculo vel atrio ꝑ manus ſacerdotũ, quia de oĩbus rebus cõceſ-
ſis primitiæ offerebãtur. [Suꝑ altare vero nõ imponẽtur in odorẽ ſuauitatis] vt ibi cremẽtur
ad Dei honorẽ, quia ſunt fermẽtatæ. [Quicquid obtuleris ſacrificij, ſale condies,] ſi tñ ſit ſa-
le cõdibile. [nec auferes ſal fœderis Dei tui] .i. ſal de cuius admixtione & oblatione Deꝰ inijt
fœdus tecũ, & ꝑ cuius oblationẽ tibi cõfœderatur, & amicitiæ pactũ tibi ꝓpoſuit. Hoc igi-
tur ſal nõ auferes [de ſacrificio tuo] .i. apponere & offerre nõ negliges. [In oĩ oblatione of
feres ſal.] Ecce iam ter eandẽ ſententiã ſub diuerſis verbis expreſſit, quo cõſtat, q̃ ſerioſe Deꝰ
præceperit iſtud. Sed cõtra hæc argui ita poteſt: Exteriora ſacrificia, deſignãt ſacrificia inte
riora, quibꝰ homo ſuũ offert ſpm̃ Deo: ſed in ſacrificio interiori plꝰ cõtinetur, ſaltẽ frequẽter
de ſuauitate & bona ſapiditate, q̃ amaritudine & mordacitate, cũ ĩ Eccleſiaſtico ſcriptũ ſit:
Ecci 23. Nil dulcius, q̃ attẽdere in mãdatis. Dulcedo aũt ſignificať ꝑ mel, cũ in Eccleſiaſtico ſapiẽtia
Ecci 24. dicat: Spũs meus ſuꝑ mel dulcis. Sapiditas vero per fermentũ q̃d ſapidũ efficit panem. Por-
ro mordacitas deſignatur per ſal. Amaritudo per thus, quod acerbi ſaporis eſt. Inconueni-
enter ergo præceptũ videtur, vt mel & fermentum in ſacrificijs nõ ponantur, ſed ſal & thus.
Ad hoc Alexander ſuper tertium, & Thomas in prima Secundæ reſpondent, quòd fermen
tum non offerebatur, quia in ſacrificijs idolorum offerri ſolebat, & corruptionem doctri-
næ ſeu mentis putrefactionem deſignat, quemadmodum in Euangelio ait Saluator: Ca-
Matt. 16. uete à fermento phariſæorum & Herodis. Mel quoq; prohibitum eſt Deo offerri, quoni-
am falſis dijs immolabatur, & carnalem voluptatem ſignificat, quæ his oportet deeſſe, qui
placitas Deo hoſtias cupiunt ĩmolare. Sal vero offerebatur, q̃m à putrefactiõe & corruptiõe
præſeruat. Sacrificia aũt Dei, debent ſuo modo incorrupta & integra eſſe. Thus quoq; offe-
rebatur

rebatur, quia & mentis deuotionẽ, & bonæ famæ odorẽ, & pœnitentię deſignat amaritudi-
nem. Thus quippe pingue odoriferũq; conſiſtit, & tñ amarũ habet ſaporẽ. ¶ Poſtremo, ſub-
iungitur de oblatiõe ſpicaꝝ virentiũ. Nã primitiæ terræ naſcentiũ, ter offerebanť in anno.
Primo, in Paſcha de virẽtibus ſpicis. Secũdo, in Pẽtecoſte de panibus frugũ nouaꝝ. Tertio,
in feſto tabernaculoꝝ frugibus iam collectis. [Si aũt obtuleris munus primitiaꝝ frugũ tua-
rũ dño de ſpicis adhuc virẽtibus, torrebis eas igni] .i. parũ cõbures. [& cõfringes in morẽ far
ris.] Torrẽdo nãq; excutiebãtur grana ſpicaꝝ nondũ maturaꝝ, atq; excuſſa frangebanť. [&
ſic offeres primitias tuas dño] ſ. ex granis ſic fractis. Fiebat aũt oblatio ꝑ manũ ſacerdotis cũ
oratione pro offerente, & cum laude Dei cui offerebať. [Fundens ſuꝑ ea oleum & thus im-
ponens, qa oblatio dñi eſt] .i. oblatio facta vero Deo, qui in ſuis ſacrificijs oleũ & thus iuſſit
apponi ꝓpter cauſas expreſſas. [De qua] oblatione [adolebit] .i. ſuꝑ altare cremabit [ſacer-
dos in memoriã muneris] .i. ad hoc, vt oblatio iſta quæ & munus vocať, quia à Deo donata
eſt, & ei rurſus ſacrificãdo donatur: ad hoc, inquã, vt oblatio muneris huiꝰ accepteť à dño.
Adolebit itaq; [partem farris fracti] .i. granoꝝ inſtar farris fractoꝝ, [& olei ac totũ thus] illis
appoſitũ. Quẽadmodum vero oleo pietas & deuotionis pinguedo, ſpiritaliſq; conſolatio
deſignanť, iuxta illud, Prudẽtes virgines acceperũt oleũ in vaſis ſuis cũ lampadibus: Itemq;, Matt. 25.
Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ: ſic thure, redolẽtia famæ & cõpunctionis amaritudo Pſal. 44.
exprimĩtur. Merito igitur in ſacrificijs Dei iuſſa ſunt poni: quia cũ pietate, abũdãtiq; deuo
tiõe, & ſpiritali alacritate, atq; cũ bonę famę odore & cordiali cõtritiõe, ſacrificãdũ eſt Deo.

¶ Explanatio ſpiritalis eiuſdem capituli II. Artic. VIII.

ANima cũ obtulerit oblationẽ, ſimila erit eius oblatio.] Scriptura hæc loquẽs de paupe
rum oblatione, recte ait, anima cũ obtulerit. Diuites eñ ſunt caro magis q̃ anima, qa
carnalibus magis q̃ ſpiritalibus ſunt intẽti. Pauperes aũt ſpiritu, qa diuinis vacant, ani
ma appellanť. Poſſunt tamẽ ꝑ pauperes, imperfectiores intelligi, qui non queunt animalia,
ſed ſimilã, immolare, hoc eſt, non excellentia, ſed mediocriora virtutũ exercitia adimplere,
atq; hæc ipſa offerunt Deo, diuinæ pietati ac gratiæ ea humiliter aſcribendo. Rurſus, per ſi-
milam, ſecundũ Iſidorum, deſignatur eccleſia, ex multis fidelibus tanq̃ ex granis collecta, & Iſidorus
inſtar ſimilæ purificata aquis baptiſmatis, lota ac adunata, chriſmatis oleo vncta, & igne
ſpiritus ſancti ſolidata, ꝑ humilitatẽ & deuotionem Deo oblata. Hanc aĩa offert Deo, in ec-
cleſiaſtica vnitate ꝑſeuerando, in eccleſiæ meritis confidendo, immo & ipſam eccleſiã Deo
aſſiduis precibus cõmendando. Inſuper, per ſimilã deſignatur cõſcientiæ puritas ſeu cõtem
platio diuinoꝝ, quæ ex prætiia exercitatione in opibus vitæ actiuæ, quaſi ex tritico oritur.
Qui eñ in vita actiua ſe virtuoſe exercitauit, teſtimonio bonæ cõſcientię recreatur, atq; ad
contẽplationis gratiã eleuatur: funderq; ſuꝑ eam oleum, ſicut pręhabitũ eſt. Per oleũ vnctio
ſpiritus ſancti, ſpiritalis q̃q; iucunditas & pietatis exercitatio deſignãtur, quæ oĩa ſuperin-
fundenda ſunt oblationi ſimilæ nunc præfatæ, quia ex interna ſpiritus ſancti vnctione de-
bent conſcientiæ bonæ atteſtatio, contemplationiſq; actus procedere, dicẽte Apoſtolo: Ipſe
ſpiritus teſtimoniũ ꝑhibet ſpiritui noſtro, ꝙ filij Dei ſumus. In ſpiritali quoq; hilaritate per- Rom. 8.
agenda ſunt oĩa bona, cũ ſcriptũ ſit: Gaudete in dño ſemper. Et, Hilarem datorem diligit
Deus: nec ita quis debet ſuæ puritati ac cõtemplationi ſtudere, vt negligat proximis condo- Phil. 4.
lere ac ſubuenire, immo pro ipſis & pro cõmuni bono eccleſiæ iugiter ac feruẽtiſſime depre 2. Cor. 9.
cetur, & tam ſpiritalia q̃ corporalia miſericordiæ opa opportuno loco & tẽpore exequa-
tur. [Et ponet thus.] Per thus, flagrãtia deuotiõis & odor famæ bonę ſignanť, quæ duo ſunt
annectenda oĩ ſacrificio ſpiritali: quia ex prompta voluntate eſt offerendũ, & offerẽs ex-
emplaris eſſe tenetur, & de bono noĩe curã debet habere ad Dei honorẽ, ꝓximorumq; ædifi Ecci 41.
cationẽ. [ac deferet ad filios Aarõ ſacerdotis.] Per hoc pręfiguratũ cognoſciť, ꝙ fideles ope-
ra ſua virtuoſa iudicio miniſtrorum eccleſiæ ſpiritualiumq; virorum debent cõmittere, an
vere ſint virtuoſa, ne forte decipiantur in aliquo. Et item, vt orationibus ac meritis ſacerdo
tum & prælatorũ ac religioſorum perficiantur, ac dño cõmendentur. Nam & opera noſtra
bona tot defectibus ſunt permixta, vt totis viribus per noſipſos & alios indigeamus dñm
exorare, quatenus ea acceptare dignetur, q̃m ipſe terribiliter proteſtať: Cum accepero tem Pſal. 74.
pus, ego iuſtitias iudicabo. Ponit quoq; ſacerdos memoriale ſuper altare, dum in celebrati-
one officij Miſſæ pro fidelibus intercedit, vt eorũ ſpiritalia ſacrificia dñs habeat grata, im-
mo & meritis Chriſti ea acceptet. Propter quod orationes cõcludit, dicendo: Per dñm no-
ſtrum Ieſum Chriſtum. [Quod autem reliquum fuerit de ſacrificio, erit Aaron & filiorum
eius.] Per hoc figuratũ videť, ꝙ ſacerdotes & ſpiritaliores viri, orãdo & ſacrificando ꝓ plebe
cõmuni, cõmunicãt eis in merito eorundẽ. Et ꝑ charitatẽ vnus fit particeps boni alterius,
maxime qui ſibi inuicẽ cooperanť ad bene viuendũ, & qui alios dirigunt ad ſalutem. [Cum
autem obtuleris ſacrificium coctũ in clibano.] Per ſacrificium coctum in clibano de ſimila,
intelligit ꝑ ſtrius Chriſtum pro nobis oblatũ, & primo in virginis ventre cõceptum. Nam
ſicut

ſicut clibanus ſuſcipit ignē & panem, ſic vterus virginis panē vitę, ſ. verbū patris, & ignē ſan
cti ſpiritus accepit. [Inſup & panem] Per panem ſic paratū, intelligitur opatio iuſta magnę
tribulationi admixta, & cū graui pſecutione exhibita, iuxta quod ſcriptū eſt: Vaſa figuli ꝓ-
Ecci 27. bat fornax, & hoīes iuſtos tentatio tribulationis. Itemq́;: Multæ tribulationes iuſtorū. Hæc
Pſal. 33. itaq; oblatio cōſpergenda eſt oleo, vt in tribulatiōibus gaudeamus, ſicut hortatur Saluator:
Matt. 5. Gaudete in illa hora, & exultate. Fermentū vero debet abeſſe: qm̄ oēm iram, vindictam, in-
Lucæ 6. dignationem, impatientiā oportet abijcere, ne mens paſſionib⁹ corrūpatur. [Et lagana azy
ma oleo lita] Lagana azyma in aquis cocta, videlicet panes lati ac tenues nō fermentati, ſi-
gnificant conuerſationem charitatiuam, ſynceram, vſq; ad inimicoꝝ amorem ſe extenden-
tem, ſimulatione ac dolo carentem: quæ præfato linenda eſt oleo, quatenus in aquis aduer
Iaco. 1. ſitatū lætemur in dño, quēadmodū frater dñi Iacobus exhortat: Om̄e gaudiū exiſtimate fra
tres, cū in varias tentationes incideritis. At vero per oblationem coctā in ſartagine ſeu patel
la, exprimitur operatio bona, igne aduerſitatis excocta: quæ aduerſitas à mundo infligitur:
mundus quippe inſtar patellæ latus, electos pſequitur. Per oblationem vero in craticula co
ctam, inſinuatur actio virtuoſa, igne cōcupiſcentiæ ꝓprię carnis acriter impugnata nec vi-
* Heſychiū cta. Secundū *Eſitium, oblatio de ſartagine, eſt diſpēſatio paſſiōis in cruce. ſartago igne non
conſumitur, & cibos eſui reddit aptos. Sic crux Chriſti ſuper om̄ia fortis, oēm creaturam
Chriſto ſubiecit. Et carnem eius, quæ ante paſſionē videbatur eſui eſſe nō apta, poſt aptam
fecit. Si eñ non fuiſſet crucifixus, corpus eius nō comederemus. [Diuides eam minutatim]
hoc eſt, ſingula quę pro nobis ſuſtinuit, diſtincte conſideremus. [Et fundes ſuper eā oleum]
quatenus ſicut ille pro nobis miſericorditer mortuus eſt, ita & nos ꝓximis vſq; ad mortem
miſereamur. [Om̄is oblatio quæ offert dño, abſq; fermēto fiet] hoc eſt, ſine admixtiōe falſæ
doctrinæ, ſine vitioꝝ corruptione. Abſq; duplicitate & hypocriſi exequendū eſt om̄e opus
Iob 36. virtutū, & Deo ſynceriter ſeruiendū. Simulatores nanq; & callidi prouocāt iram Dei. Et væ
Ecci 2. duplici corde. Hypocritæ quoq; ſuam receperūt mercedem. Cum ſimplicibus vero ſermo-
Matt. 6. cinatio Dei, qui iubet: Eſtote ſimplices ſicut columbę. Recte igitur dixit Apoſtolus: Modi-
Prou. 3. cū fermētum totam maſſam corrumpit. [Nec quicq̄ fermenti ac mellis adolebitur in ſacri-
Matt. 10. ficio domini.] Ecce quod non ſolum prohibetur Deo offerri fermentum, hoc eſt, euidens
1. Cor. 5. malum, ſed etiā mel. i. apparens bonū male oblectās: quia carnalis & turpis voluptas, immo
Gala. 5. & omnis inordinata lætitia, vitanda eſt Dei miniſtris, qui incedere obligant per arctā viam
Matt. 7. ſalutis, & pœnitentialem ducere vitam. Non eñ in terra ſuauiter viuentiū ſapientia inueni-
Iob 28. tur. Atq; vt Eſaias fatetur, Non niſi ablactatos à lacte, auulſos ab vbere dñs docet ſcientiā, &
Eſai. 28. intelligere facit auditū. Quicquid obtuleris ſacrificij, ſale condies. Per ſal diſcretio deſigna-
tur. Diſcretio aūt eſt auriga & ductrix virtutū, docēs in om̄ibus moderamē ſeruare, aptoq́;
loco & tēpore opportuno om̄ia fieri, ſine cuius directiōe nullū opus eſt faciendum. Et ipſa
eſt diligentiſſime ſeruāda cū vniuerſis partibus ſuis, vt nihil p̄cipitāter, incircūſpecte, impro
uide, immoderate agamus, ideo Chrs in Euāgelio: Habete, inquit, ſal in vobis. Et rurſus: Bo
Marc. 9. num eſt ſal. Apoſtolus quoq;: Rationabile, ait, obſequium veſtrū. Et iterū: Sermo vr̄ in gratia
Lucæ 14. ſemp ſale ſit cōditus. Itaq; ſicut in cunctis corporalibus alimētis, ita in vniuerſis actibus vir-
Rom. 12. tuoſis mentē reficientibus, ac dño offerendis, ſal admiſcendū conſiſtit: quia & bonum cōfert
Col. 4. ſaporem, & putrefactionem excludit. [Si aūt obtuleris munus primitiarū frugum tuarum
dño de ſpicis adhuc virentibus.] Per ſpicas adhuc virentes nondū maturas, intelligitur con
uerſatio incipientiū noua, rudis & imperfecta, attñ virēs, inquantū procedit ex charitate &
gratia, actibuſq́; pœnitentiæ vacat, quæ torrenda eſt igni, vt charitate veraciter accēdatur,
& om̄is gloriatio vana, atq; reflexio ad ſe inordinata, puerilisq́; reputatio ſuijpſius, ad quas
proni ſunt, qui Deo ſeruire incipiunt, penitus excludātur. Quæ conuerſatio & inſtar farris
eſt confringenda. i. humiliter diſcutiēda, ac ſancta deuotione ab om̄i mala duritia emollien
da. ¶ Poſtremo, q̄uis fermentū & mel Deo offerri ꝓhibeantur, primitiæ tamē eorum ei im-
molari iubētur: qm̄ & in falſis doctrinis aliquæ veritates ſæpius cōtinentur: carnales quoq;
voluptates in cōiugatis, ꝑ bona matrimonij excuſantur. Et ita de his De⁹ poterit honorari.
Vnde & ex dictis & libris philoſophoꝝ, multa vera ad Chriſtianæ ſapiētiæ elucidationem
accōmoda accipiūtur. Ex cōiugali quoq; copula, q̄uis voluptuoſa, generant eccleſiæ filij. Nō
aūt ponēda ſunt iſta ſup altare in odorē ſuauitatis: quia in ſeipſis meritoria nō cōſiſtunt, nec
inter p̄cipua bona ſunt cōputanda, ſed theologicæ veritati ſanctæq́; caſtitati poſtponēda.

¶ Expoſitio literalis cap. III. Quod ſi hoſtia pacificorū fuerit &c. Artic. IX.

VT patet ex allegatis ex Thoma, Alexandro & Guilhelmo Parrhiſienſi, quędam erant
hoſtiæ, quæ offerebātur pro pace aut ſalute, ſeu victoria vel alio quouis beneficio, da-
tis & cōſeruandis aut impetrādis, quæ hoſtiæ vocabant pacificæ vel ſalutares: & quæ
immolabātur pro aliquo tali bono iam dato, poſſunt dici hoſtię gratiarū actionis & laudis:
quæ aūt pro obtinendo, hoſtiæ poſtulatoriæ recte vocantur. De illis ergo nunc agit: [Quod
ſi hoſtia

ſi hoſtia pacificorū fuerit eius oblatio]. i. ſi quis pacificam obtulerit hoſtiā. [& de bobus vo-
luerit offerre]. i. bouē ſeu vitulū, [marē ſiue fœminā immaculata offeret corā dño]. i. indifferen
ter offerre poteſt bouē, vitulū, vaccam aut taurū, ſic tamē, vt quicq̄d horū obtulerit, careat
defectuoſitate, mōſtroſitate, infirmitate & vilitate, reddēte animal ineptū ad immolādum,
ſicut in expoſitione primi cap. plenius dictū eſt. In hoc itaq; differt hoſtia pacifica ab holo
cauſto, ꝙ in ea offerri poteſt nō maſculus tātū, ſicut in holocauſto, ſed etiā fœmina. Dignius Leuit. 1.
equidē fuit holocauſtū pacifica oblatione. [Ponetq́; manū ſup caput victimæ ſuæ] ipſe offe-
rens. Cur manus imponebat ſup animal immolandū, in literali primi cap. expoſitiōe indu-
ctū eſt. [quæ immolabit] Deo à ſacerdote pro offerēte [in introitu tabernaculi teſtimonij]. i. Ibidem.
iuxta oſtiū atrij, tñ in atrio & prope altare. [fundētq́; filij * Aaron ſanguinē] animalis oblati * Aarō ſacerdotis
ꝑ circuitū altaris.] iuxta intellectū in primi cap. explanatione præhabitū. [& offerent de
hoſtia pacificoꝝ,] puta de hoſtia iā prædicta, [in oblationē dño, adipē qui operit vitalia]. i. * Aarō ſacerdotes
inteſtina, [& quicquid pinguedinis intrinſecus eſt,] quæ ſ. pinguedo carni adhæret, & infra
cutē cōſiſtit. [duos renes cū adipe quo tegunt ilia.] Ilia ſunt parua inteſtina, renibus adhęren
tia animalis, ſuntq́; rotūda. [& reticulū iecoris.] Reticulū dicit quidā adeps inſtar retis for-
matus. Per iecur intelligit hepar. Nā & in Hebræo (vt fert) hepar habet. [cū renūculis.] De-
niq; q̄uis totū animal Deo offerebat, tñ prędatæ iā partes aīalis illius Deo immolari diceban
tur, qm̄ ad diuinę maieſtatis honorē in altari incendebant, nec venerūt in vſum humanum.
Vnde ſubiūgit: [Adolebitq́; ea ſup altare in holocauſtū]. i. incēſum. Quāuis eñ totalis obla
tio fuit pacifica hoſtia, tñ pars eius iam dicta, habuit rationē & nomē holocauſti, inquātum
totaliter cremabat inſtar holocauſtoꝝ. Porro adeps vocat pinguedo, in interioribus parti-
b⁹ aīalis exiſtēs: aruina vero, q̄ inter carnē & cutē, q̄ & in porco ꝓprie lardū vocat. Hīc apud
Iob habet: De lateribus illius aruina depēdet. Nihilo minus vnū hoꝝ q̄ſq; ꝓ alio ſumitur. Iob 15.
[lignis igne ſuppoſito, in oblationē ſuauiſſimi odoris dño. Si vero de ouibus fuerit ei⁹ obla
tio, &] pro. i. [pacificoꝝ hoſtia, ſiue maſculū,] puta arietē, [ſiue fœminā obtulerit,] qa vtrūq;
offerri poteſt, ſicut de bobus p̄dictū eſt. [immaculata * erūt.] ſicut expoſitū eſt. [Si agnū obtu * erūt oīa.
lerit corā dño,] in hoſtiā pacificā. In hac eñ oblatione poterat īmolari nō ſolū ouis vtriuſq;
ſexus, ſed etiā minoris ac maioris ætatis: ideo nūc de agno quaſi gr̄a exempli ꝓſequitur, qa
frequētius aut decētius fiebat de agno, q̄ de oue antiquiore. [ponet] offerēs [manū ſuper ca-
put victimæ ſuæ.] In diuerſis ſacrificijs eadem verba multoties continent, ſecundū q̄d diuer-
ſa ſacrificia in aliquibus cōueniebāt, nec oportet ea frequēter exponere, ſed ea ſemel expo-
ſuiſſe ſufficiat. [Quæ immolabit in veſtibulo tabernaculi]. i. in atrio. [& offerēt] filij Aarō ſa-
cerdotes [de] hac [pacificorū hoſtia ſacrificiū dño,] videlicet in incēſum ſeu holocauſtum,
prout de boue oblato iam dictū eſt. [adipē & caudā totā cū renibus, & pinguedinē quę ope
rit ventrē] intus ſub cute [atq; vniuerſa vitalia] ſ. inteſtina. [& adolebit]. i. cremabit [ea ſacer-
dos ſup altare in pabulū ignis,] q in altari nutriebat ex pinguibus iſtis materijs, [& oblatiōis
dñi.] qm̄ ex eiſdē materijs exhibebat Deo oblatio. Quod aūt nūc dictū eſt de agno, de ari-
ete q̄q; & oue maiori eſt intelligendū. Cōſequēter deſcribit, qualiter iſta oblatio fiebat de ca
pris, & patet litera ex præinductis: qa per oīa fuit cōformis mod⁹ in ſacrificio capræ & ouis
in pacificis hoſtijs. At vero circa verba illa, duos renes cū adipe, de ſacrificio bouis inducta,
aſſerit Lyra in Hebræo haberi, renūculos. Et ꝙ aliqui dicūt, literā vitio ſcriptoꝝ eſſe corru
ptā, qm̄ renes nō cremabant cū adipe, ſed renūculi. Verū hoc debiliter dictū cēſetur, cū re- In Lyrā.
nunculi dicant parui renes, & frequēter diminutiuū pro noīe à quo deriuat, ſumat, nec par-
ui renes duntaxat, ſed & pinguedo, paruaq́; inteſtina renibus adhærentia nuncupent renun
culi, vt Brito, alijq́; fatent grāmatici. [Oīs adeps dñi erit]. i. ad Dei honorē ſpecialiter offere
tur, & incēdetur in ſacrificijs, nec humanis vſibus cōcedet. [iure perpetuo]. i. ex diuino p̄ce-
pto ſeu inſtituto, per totū tēpus veteris teſtamēti durāte. Idcirco ſubiungit: [in generatio-
nibus & cūctis habitaculis veſtris. Nec adipē, nec ſanguinē oīno comedetis]. i. nullū hoꝝ in
cibū ſumetis, nec cōmiſcebitis veſtris cibarijs. Innoteſcit demū ex præinductis, ꝙ hoſtiæ pa-
cificæ ac ſalutares, fiebāt de tribus animaliū generibus tantū, de quibus & holocauſta, puta
de bobus, capris & ouibus, non aūt de auibus. Aues nanq; offerebant integræ Deo, nec di- Gene. 15.
uidebant, quēadmodū in Geneſi de Abrahā legit, ꝙ aues non diuiſit. Inſuper in Scholaſti- Euſebi⁹.
ca fertur hiſtoria: Pinguedo ſupra carnē, aruina vel lardū vocatur: quæ aūt carni miſcetur,
pinguedo proprie nuncupatur: quæ vero inteſtinis adhæret, dicit adeps. Eſt autem triplex
adeps, videlicet adeps vitaliū, adeps iecoris, adeps renum. Hos tres adipes iuſſit ſibi dñs im-
molari. ¶ Quærit, cur Deus prohibuit populo ſuo adipē ſanguinemq́; comedere. Ad hoc li-
bro de fide & legibus Guilihelmus reſpondet: Sanguinē hoſtiaꝝ Deus fundi ſemper pręce-
pit, & comedi illū prohibuit. Cuius potiſſima cauſa fuit idololatriæ cōſuetudo. Idololatræ
nanq; non ſolū pecorū, ſed filiorū quoq; & filiarum ſuarum ſanguinē ſuis dijs, immo dęmo-
nijs immolabant: oblatione aūt ſanguinis, qui vitæ nutrimentum ac ſuſtentaculum eſt, fate

bantur deos ſuos eſſe ſuſtẽtatores & nutritores vitæ ſuę. Probabile etiã eſt, ꝙ quidam idolo-
latræ aliquid de ſanguine ſacrificiorũ ſuorũ ſuis miſcuerunt cibarijs, vt quaſi ſacratior eſſet.
Adipẽ vero om̃ium ſacrificiorũ ſibi retinuit, ſanctificauitq́; Deus, ſimiliter renes atq; renun-
culos. Duplex aũt videtur fuiſſe cauſa, cur adeps reſeruat⁹ eſt Deo. Vna, quia idololatræ fece-
runt oppoſitum, iuxta illud Deuteronomij: De quorũ victimis comedebãt adipes. Alia cau-
Deut. 32. ſa fuit, vt in ſacrificijs gulæ detraheretur, & in ipſis ſobrietas ſeruaretur. Alia erat honor Dei,
qui pinguiorũ & meliorũ oblatiõe honorabatur. Hæc Guilhelmus. ¶ Pręterea de his ſcribit
Thomas in prima Secũdæ, quæſt. 102. Hoſtia pacificorũ diuidebatur in tres partes: quarum
vna ad Dei honorẽ incendebatur, alia venit in vſum ſacerdotum, tertia in offerentiũ vſum
ſeu eſum: ad figurãdum, ꝙ ſalus & pax hominis ſunt à Deo per miniſtros eccleſię, cooperan
tibus eis qui ſaluãtur. Hoc vero generaliter ſeruabatur, ꝙ ſanguis & adeps non venerunt in
vſum ſacerdotũ nec offerentium, ſed ſanguis ad Dei honorẽ circa altaris crepidinẽ fundeba
tur, & adeps adurebatur in igne. Primo, ad excludendũ idololatriæ ritũ. Secundo, ad infor-
mationẽ vitæ humanæ, prohibebatur Iudæis ſanguinis eſus, quatenus humani ſanguinis ef-
fuſionem intenſius abhorrerent. Eſus vero adipis prohibitus eis eſt, ad vitãdum laſciuiam,
deinde propter reuerentiam Dei, quoniam ſanguis potiſſimum neceſſarius eſt ad vitã, pro-
pter quod anima dicitur eſſe in ſanguine. Adeps vero abundantiam nutrimenti demõſtrat,
ideo ad oſtendendum ꝙ à Deo nobis ſint vita & omnis rerum ſufficientia, duo hæc ad Dei
honorem ſunt reſeruata. Item, quia per hæc figurabatur effuſio ſanguinis Chriſti, atq; pin-
guedo charitatis ipſius. Aues quoq;, videlicet turtur, columba aut paſſer, non offerebantur
in hoſtias pacificas, quoniam inſtitutæ ſunt ad offerendum propter offerentium pauperta-
tem. Hoſtiæ autẽ pacificæ offerebantur gratis & ſponte abſq; obligatione. Hæc Thomas.
¶ Poſtremo quæritur, an eſus adipis fuerit Iudæis generaliter in cunctis prohibitus, quem-
admodũ ſanguinis vſus, an ſolum in animalibus immolatitijs ſeu oblatis. De hóc duæ ſunt
opiniones, de quibus nunc tranſeo, quoniam alibi materia iſta amplius locum habet.

¶ Elucidatio eiuſdem capituli III. ſpiritalis. Artic. X.

SPiritaliter & allegorice hoſtia noſtra pacifica, eſt dñs & ſaluator, qui eſt pax noſtra, faci-
ens vtraq; vnum: & veniens prædicauit pacẽ his qui prope, & his qui longe, à quo pa-
Epheſ. 2. cem tẽporis, pacem pectoris, pacemq́; æternitatis ſortimur, qui inter Deũ & hominem,
inter angelum quoq; & hominẽ, & item inter homines inuicẽ pacẽ effecit. Deniq; hoſtiam
iſtã pacificã Deo patri offerimus, dũ ea cõmemoramus, quæ ꝓ noſtra ſalute Chriſtus aſſum-
pſit, fecit ac pertulit, & de his Deo deuote regratiamur, ſeu per ea pacẽ & ſalutem adipiſci
precamur. Specialiter vero in celebrationis officio immolatur hæc hoſtia Deo. Qualiter au
tem per bouem, ouem & capram dñs Ieſus diuerſimode deſignetur, in ſpiritali primi capi-
tuli expoſitione eſt habitũ. [Marẽ ſiue fœminã immaculata offeret.] Per fœminã immacu-
latam poteſt caro dñi accipi, quę nulli vnq̃ culpæ fuit obnoxia. Per marẽ vero, rationalis ſpi
ritus eius ſeu anima. Fœminã ergo offerimus, dum ea recolimus, quæ Chriſtus corporaliter
propter nos geſſit aut paſſus eſt. Marem, dum ſpiritales eius dolores, interioresq́; actus eius
meritorios nobis ſalubriter recordamur. Tropologice, per bouem intelligitur quicunq; fi-
Matt. 11. delis in dominico agro laborãs, & ſuper ſe dñi iugum portans, atq; ſeipſum ſubdens ac im-
molans Deo, qui tam pro beneficijs Dei iam ſibi collatis, q̃ pro adipiſcendis diuinis promiſ
ſis, debet ſe Deo pacificã hoſtiã offerre: qui etiam offert marẽ, dum ſuperiorem animæ ſuæ
partem ſeu ſpiritũ, immolat Deo per obedientiam ſanctam, & ꝓprij ſenſus abnegationem,
ac fidei actũ: fœminam vero, dũ fragilẽ carnẽ ſeu ſenſitiuã partẽ, rationi ac legi ſubdit diui-
næ. Super quã carnem, ſenſitiuamq́; partẽ, manum. i. diſciplinæ rigorẽ ac lorum debet im-
ponere. Inſuper hoſtię huius adipem vitalia operientem, & quicquid intrinſecus extat pin
guedinis, debet offerre, ita vt maceret corpus per abſtinentiæ atq; ieiunij diſtrictionem. Et
quicquid carnaliter dulce eſt, aſpernetur: immo & quicquid ſpiritalis boni in corpore eſt
per redundantiam ex ſuperiori animæ parte, atq; moralium actus virtutum, quæ in ſenſiti-
uo appetitu eſſe dicuntur, ſiue per eſſentiam, ſiue per impreſſionem, pietati aſſcribat diuinę,
& in cultum ipſius reuerentiamq́; cõuertat. [duoſq́; renes cum adipe quo teguntur ilia, &
reticulum iecoris cũ renunculis.] Per renes, in quibus viget luxuriæ fomes ſeu incẽtiuũ, ma
ior cõcupiſcẽtia carnis exprimit. Per renunculos, primi & minores motus libidinis: per adi
pem, concupiſcentiarũ fomenta. Per reticulum iecoris, intricatio ſeu verſutia tentationum
accipit: quæ om̃ia offerenda ſunt Deo. i. ad eius honorem refrenãda & extinguenda. Dicun
tur equidẽ etiam mala Deo offerri, nõ ꝙ malum culpæ aliquo modo complaceat ei, ſed in-
quantũ ad Dei venerationem viriliter mortificãtur. [Si vero de ouibus fuerit eius oblatio]
Non dubiũ quin per ouem ſeu agnũ Chriſtus ſit figuratus, quẽ pro noſtris peccatis, obtinen
diſq́; bonis, iuxta præhabitũ ſenſum, iugiter immolare debemus. Specialiterq́; per ouẽ ſeu
agnũ quicũq; ſimplex, mitis & innocẽs deſignatur, qui tãto plus, & tanto humilius Deo ſe

debet offerre obediendo & grates agẽdo, quãto om̃ipotens gratioſius egit ſecũ, atq; à plu-
ribus ac grauioribus ꝓſeruauit peccatis. Debet quoq; in actibus tã virtuoſis indeſinẽter per-
ſeuerare, q̃d per caudæ oblationẽ ſignatum eſt. nam cauda finis eſt animalis. Quidam vero
perſeuerant in vitijs, cõtra quos per Eſaiã loquitur Deus: Væ qui trahitis iniquitatem in fu- Eſa. 5. 19.
niculis vanitatis. Et rurſus: Diſperdet dñs caput & caudam. Quo cõtra hortatur ſcriptura: Ecci. 5.
Non adijcias peccatũ ſuper peccatũ. [Et pinguedinem quę operit ventrẽ.] Per ventrem in-
terdũ in ſcripturis mẽs deſignat, iuxta quod ſcriptũ eſt: Ex vtero ante luciferũ genui te. Et, Pſal. 109.
Doctrina mea pulchra tibi erit, cũ acceperis eam in vẽtre tuo. Itaq; pinguedo ventrẽ ope- Prou. 1.
riens, intelligi poteſt carnalis affectio mentẽ obſcurãs. [Si capra fuerit eius oblatio,] per ca
pram corpus peccati ſeu ſenſualitas explicat, quæ offerẽda eſt Deo, vt exhibeamus membra Roma. 5.
noſtra arma iuſtitiæ Deo, quatenus inter eos cõputemur, de quibus loquitur Paulus: Qui au Galat. 5.
tem ſunt Chriſti, carnẽ ſuam crucifixerũt cum vitijs & concupiſcentijs. Deniq; oĩa iſta Deo
ſic offerẽda, in ara cordis inflãmanda ſunt incẽdio charitatis: & ex eiſdẽ nutriẽdus eſt ignis
digniſſimæ dilectionis. Charitas nanq; ꝑ opera bona nutrit, immo ꝑ interiores actus ſuos
potiſſimũ creſcit, auget, perficit. [Oĩs adeps dñi erit iure perpetuo.] Dũ adeps in bono ſuſ-
cipit, cordis dulcedo, deuotionis exceſſus, feruor amoris per ipſum ſignificant. Om̃is itaq;
talis adeps Deo eſt aſſcribendus, & ab ipſo petendus, iuxta illud Pſalmi: Sicut adipe & pin- Pſal. 62.
guedine repleatur anima mea. Et item in Eſaia: Delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Eſai. 55.
[Nec adipem nec ſanguinem comedetis.] Sanguinẽ comedere, eſt opera carnalia, vitioſa, aut
aliorũ læſiones ſeu homicidia ꝑpetrare, ſiue in talibus delectari. Vnde & ſcriptũ eſt: Libera Pſal. 50.
me de ſanguinibus. Itemq́; Caro & ſanguis regnũ Dei nõ poſſidebũt. Adipẽ vero comede- 1. Co. 15.
re, eſt vel præfata ſpiritalia bona ſibijpſi tanq̃ proprijs viribus facta deputare, ſicq́; in eis ina
niter gloriari, vel ea quæ ſenſualiter oblectãt amplecti, ſeu gulam crapulamq́; amare. Pro- Pro. 21.
pter quod dicitur: Qui amat vinũ & pinguia, non erit ſapiens. Chriſtus quoq; in Euange- Lucæ 21.
lio: Videte, inquit, ne grauẽtur corda veſtra crapula vel ebrietate. Itemq́; Apoſtolus: Curam Rom. 13.
carnis ne feceritis in deſiderijs. Nempe quæ taliter fouent carnem, interimunt ſpiritum.

¶ Declaratio literalis cap. IIII. Locutuſq́; eſt dñs ad Moſen, dicens. Artic. XI.

NVnc de ſacrificijs agitur quæ pro remiſſiõe offerebant peccati. Et q̃a iuxta diuerſum
ſtatũ, gradũ ſeu qualitatẽ peccantiũ, diuerſimode aggrauant ſeu alleuiant peccata: id-
circo nũc fit mẽtio de varijs hoſtijs pro peccatorũ remiſſione offerendis, ſecundũ quod
ipſi qui peccauerũt, erant in ſtatu ſeu gradu ſublimiori aut baſſiori, vel prout eorũ exceſſus
proceſſit ex radice magis aut minus culpabili. Vnde in iſto capitulo ſpecialiter agitur de ho
ſtijs quæ pro peccatis ex ignorãtia offerebant. Enumerant quoq; & diſtinguuntur hic qua-
tuor ꝑſonæ peccantiũ, puta ſacerdos, princeps, ſynagoga. i. cõmunitas, & anima. i. quicũq;
de vulgo. Primo itaq; de ſacerdote nunc dicitur. [Locutuſq́; eſt dñs ad Moſen, dicens: Lo-
quere filijs Iſrael: Anima quæ peccauerit per ignorantiam.] Circa exordium literalis expo- Leuit. 2.
ſitionis ſecũdi capituli dictũ eſt, ꝙ ibi cõuenienter deſignatur homo nomine animæ, q̃m ibi
eſt ſermo de ſacrificijs, quæ ex deuotione & ſponte immolabãtur: quomodo ergo nunc ex-
primitur homo per animã, cũ de peccato hominis ſit tractat⁹? Ad quod reſpondetur, ꝙ ſic-
ut nomen hominis accipitur in ſcripturis quandoq; in bono, vt cum ait Apoſtolus, Si ſe- 1. Co. 15.
cundum hominẽ. i. rationabiliter ad beſtias pugnaui Epheſi. i. cõtra beſtiales homines diſ-
putaui in Epheſo, quia videlicet ſupremum & ſpecialiſſimum in homine, eſt ratio ſeu ra-
tionalis perfectio, à qua ſortitur & ſpeciem: vnde interdum vocamus humanum, quod eſt
rationabile atq; pium. Aliquando vero nomen hominis in malo accipit, vt cum rurſus Pau-
lus effatur: Cum ſit inter vos zelus & contentio, nõne homines eſtis. i. ſenſuales & fragiles, 1. Cor. 3.
paſſionibuſq́; ſubiecti, quia videlicet maior pars hominum, carnales affectiones, paſſionũq́;
ſequitur motus. Ita de anima dici poteſt, ita ꝙ nunc in bono, nunc in malo ſuſcipit, ſecun-
dum q̃d diuerſæ vires & actiones ac proprietates continentur in ea. Hinc ſecundum Orige Origen.
nem, homo peccans, nomine animæ, non nomine ſpiritus, deſignatur. Nam anima quoad
vires ſuas ſuperiores, ſpũs appellatur. Porro ſecundum *Eſitium dicit, anima cũ peccauerit,
cõtra eos qui corpus accuſant quaſi cauſam peccati. Itaq; anima. i. homo cũ peccauerit per
ignorantiã. i. ex ignorãtia, quæ ſit aliquo modo culpabilis. Eſt quippe ignorãtia aliqua, ex-
cuſans totaliter à peccato, videlicet ignorantia facti, circa quod debita adhibetur cautela:
aut etiã ignorantia iuris quod quis ſcire non obligatur, & ex illa ignorantia non peccatur
directe, q̃uis occaſionaliter ex ignorantia illa quis poſſet peccare. [Et de vniuerſis mandatis
dñi, quæ præcepit vt non fierent, quidpiam fecerit.] Quid eſt hoc? quod eñi mandatũ præ-
cepit dñs vt nõ fieret? Nonne Deus præcepit omnia mandata ſua vt fiant. i. vt obſeruentur?
Sed forſan quis dicat, ꝙ præcepta negatiua præcepit vt non fiant, vt ſunt illa, Non furtum Exo. 20.
facies, Non mœchaberis, Non falſum teſtimonium dices. Iſta nanq; præcepit. i. prohibuit, Matt. 5.
quia prohibitio eſt iuſſio quædam. Hinc quidam exponunt hunc paſſum de negatiuis prę-

ceptis,quidā vero exponunt de p̄ceptis affirmatiuis, ſed verius reor, ꝙ de vtriſq; ſit intelli-
gendū,vt ſit ſenſus:De vniuerſis mandatis dñi,quæ præcepit vt non fierent,quidpiam fece-
rit.i.aliquid egerit de vniuerſis rebus cuicunq; præcepto Dei contrarijs, ita vt nomine acti-
onis ſeu cōmiſſionis,intelligatur & omiſſio,quemadmodū in ſcripturis eſt conſuetum.Con-
ſequenter verbū iſtud generaliter dictum, determinatur ad certū hominū genus, cū ſubdi-
tur:[Si ſacerdos qui eſt vnctus,peccauerit]Hoc quidā exponūt de quocunq; ſacerdote lega-
li,nō habente defectū ſacerdotalis officij.Vnde magiſter in hiſtorijs ait:Additū eſt,Qui vn-
ctus eſt,nō quin oēs videlicet miniſtrantes ſeu ſacerdotes vncti eſſent, ſed ad differētiā illo-
rum, qui cum eſſent de genere ſacerdotali, propter maculā corporis nec vngi poterāt, nec
miniſtrare.Verūtamen his obijci poteſt,quia ſecundū Auguſtinum,immo ſecundū ſcriptu
Auguſt. ram, ſoli reges atq; pontifices vngebant. Quod enī inferiores ſacerdotes non vngebantur,
Exo.29. in Exodo præhabitū eſt, & infrà continetur. Hinc quidā exponunt iſtud de ſummo ſacer-
Leuit.8. dote. Qui vero primā vult expoſitionem defendere,dicere poteſt, ꝙ vnctio capitur hic ex-
tenſe pro conſecratione.Inferiores etenī ſacerdotes adſpergebantur quadā cōmixtione fa-
cta ex oleo vnctionis & ſanguine hoſtiæ immolatæ:quæ adſperſio, large loquendo, vnctio
nominatur.[delinquere faciens populū.]Quod ait,delinquere faciens populū,intelligi po-
teſt tripliciter: Primo,vt ſit generalis conditio cuiuslibet peccati ſacerdotis, quoniam oēe
peccatū ſacerdotis aliquo modo cauſa eſt ſeu occaſio peccādi ſubditis ſuis ſeu populo,præ-
ſertim ſi publice peccet.Quod enī facit qui præeſt,cęteri ſibi licere putāt:& iniquitas ad imi-
tationē valde pertrahitur,dū peccator ob ſui ſtatus vel eminentiæ dignitatē honoratur.Se-
cundo, prout eſt limitatio quædā vitij ſacerdotis, ita vt intelligatur de peccato quod facit
ad hoc, vt prouocet populū ad peccandū.Tertio,de peccato quo populū ad culpā inducit
ratione ignorātiæ ſuę.cū enī ipſemet ex ignorantia peccet,ignorans eſſe illicitū quod illici-
tū eſt,cōſequens eſt vt & plebē ſuper hoc male informet.Aliqui vero dicunt in Hebræo ha-
beri, Si ſacerdos qui vnctus eſt, peccauerit ad culpā populi.i.tam viliter & aperte, vt vnus de
populo. [offeret pro peccato ſuo,] ſiue ſit debiti omiſſio,ſiue prohibiti cōmiſſio.[vitulum
immaculatū dño, & adducet illū ad oſtiū tabernaculi teſtimonij corā dño, ponetq́; manum
ſup caput eius,& immolabit eū dño,]ipſum vitulū occidēdo,ad inſinuandū & confitēdum,
ꝙ ipſe trāſgrediendo p̄ceptū,meruit occidi & condēnari.[Hauriet quoq; de ſanguine vitu-
li].i.partē ſanguinis vituli immolati in vaſculo aliquo colliget,[inferēs illū in tabernaculum
teſtimonij,]puta in primā tabernaculi partē exteriorē,quod de ſanguine ſacrificiorū præce
dentiū non eſt dictū. Queādmodū enī cæteris paribus,peccatū ſacerdotis eſt grauius,ſic ad
impetrandū remiſſionē ipſius,ꝓpius ad Deū oportet accedere, & cordialius pœnitere:ſed
propter reuerentiā & dignitatē ſacerdotalis officij, cōdecens erat, ꝙ ſanguis hoſtiæ ꝓ ipſo
oblatæ,intra tabernaculū offerret.[Cūq; intinxerit digitū in ſanguine vituli] ꝓ ſuo peccato
oblati,[adſperget eū ſepties corā dño]vt ꝑ adſperſionē toties repetitā,& ſuæ culpæ demōn-
ſtratiuā,impetret ſibi plenā remiſſionē,Deū placādo. [cōtra velū ſanctuarij].i.ex oppoſito
veli,& verſus illud q̄d erat in tabernaculo ſeu ſanctuario,diuidēs inter ſanctū ſanctorū & ſan
cta,ſeu inter primū & ſecundū loca tabernaculi Dei,nec verū videt q̄d quidam hic ſcribit,ꝙ
ſanguis iſte inferebat intra ſancta ſanctorū,& ꝙ ideo hic dicat,cōtra velū,immo ꝙ ait,con-
tra velū,magis ſonat oppoſitū,vtpote ꝙ adſpergendo ſtabat extra velū,nō intra.Subdit q̄q;
[ponetq́; de eodē ſāguine ſup cornua altaris thymiamatis].i.dulcis odoris[gratiſſimi dño,]
ex parte fidei & deuotionis ac obediētiæ offerentiū, [q̄d eſt in tabernaculo teſtimonij.] Alta-
re enī thymiamatis, in quo dulcis odor ꝑ cōcremationē generabat, fuit non in atrio, ſed in
ipſo tabernaculo in prima & exteriori parte ipſius,vt ſup Exodum dictū eſt ſæpe.[Oēm aūt
reliquum ſanguinem] vituli immolati[fundet in baſim].i.circa crepidinē[altaris holocau-
ſti in introitu tabernaculi].i. in atrio, per quod in tabernaculū intrabatur, in q̄ atrio ſitum
erat altare holocauſti.[Et adipē vituli offeret pro peccato,]q̄uis totus vitulus pro peccato ſa
cerdotis remittendo offerebat, adeps tn̄ & cætera quæ ſequunt, ꝓ peccato ſpecialiter dice-
bant offerri,inquātum ſup altare holocauſti ad Dei cremabant honorē. Vnde ſubiungitur:
Adipē vituli offeret pro peccato.[tam eum]adipē[q operit vitalia,] ſ.inteſtina, [q̄ oīa q̄ in-
trinſecus ſunt.]de q̄bus & addit:[duos renūculos,& reticulū q̄d eſt ſup eos iuxta ilia.Et adi-
pem iecoris cū renūculis.]oīa noīa iſta iam ante expoſita ſunt. [ſicut * aufertur de vitulo ho
*offerẽ ſtiæ pacificorū].i. queādmodū iſta nunc noīata, abſtrahunt ſacerdotes de vitulo occiſo &
immolato in hoſtiā pacificā ad cremandū ea in altari,vt p̄cedenti dicebat cap.ſic auferet ſa
cerdos iſta à corpore vituli pro ſuo peccato oblati.[& adolebit ea ſup altare holocauſti,]ad
honorādum atq; placādum maieſtatē altiſſimi, quā peccādo inhonorauit,grauiterq́; offen
dit.[pellē vero & oēs carnes]vituli[cū capite & pedibus & inteſtinis & fimo & reliquo cor-
pore].i.cæteris mēbris ſeu partibus[efferet extra caſtra].i.habitacula ſeu tentoria,[in locum
mundum]qm̄ iſta Deo oblata & ſanctificata,in loco ponenda ſunt mundo. [vbi cineres] in
altari

altari holocauſtorū relicti ex cōbuſtionibus hoſtiarū,[effundi ſolēt,incendetq́; ea ſup ligno-
rum ſtruē,] quibus ignem ſupponet, [quæ in loco effuſorū cinerum cremabuntur.] quia in
loco illo mūdo tā caro occiſi vituli cū mēbris ac partibus ſuis præfatis q̄ ligna pariter vſq;
ad cineres igne cōſumebant.¶Circa hęc oritur quęſtio duplex:Prima, quō nunc dicunt in-
teſtina vituli immolati extra caſtra eſſe cremāda,cum iam dictum ſit,ꝙ in altari holocauſti
inteſtina vituli huius ſint incendenda?Reſpōdet,ꝙ de diuerſis inteſtinis eiuſdē vituli iſta in-
telligant,qm̄ meliora inteſtina præfata ſuper altare incendebant,cętera extra caſtra. Secun
da quęſtio eſt,cur caro vituli ſic oblati,ſic cremabatur,& nō potius venit in vſum offerētis,
præſertim cū dictum ſit, ꝙ hoſtia pro peccato diuidebat in duas partes, quarū vna in vſum
& eſum ſacerdotis deputabatur?¶Reſpōdet Thomas in prima Secundæ,quæſt.102.ꝙ quan
do hoſtia pro peccato immolabat à principe aut à quocunq; de vulgo, tunc vna pars ceſſit
in vſum offerentiū ſacerdotū,alia cremabat:ſed qn̄ offerebatur ꝓ peccato ſacerdotis,aut cō-
munitatis,tota cremabat,tn̄ diuiſim ꝑ partes, & in locis diuerſis. ſi enī tūc ceſſiſſet pars eius
in vſum offerētis aut offerentiū,tantundē fuiſſet ac ſi non fuiſſet ab eis oblata:quia hæc ho-
ſtia,fuit quædam ſatisfactio pro peccato eorū.Ideo quoq; tota cremabatur hoſtia ſacerdo-
tis,pro ſuo peccato delēdo oblata, vt ſignificaretur, ꝙ nihil peccati in ipſo debeat remane-
re. Rurſus ad innuendum ꝙ peccata ſacerdotū & cōmunitatis ſunt grauiora,decuit ſacrifi-
cia pro eis oblata oīno cōburi.¶Iterū quæri poteſt,cur ergo hoſtia illa ſic oīnō creman
da,non incēdebatur tota in altari in atrio,ſed partim in atrio,partimq́; extra caſtra? Dicen
dum,quia nō erat holocauſtū, nec iuxta ritum holocauſti extitit immolanda. Cōſequenter
tractatur de hoſtia pro peccato cōmunitatis offerenda.[Quod ſi oīs turba filiorum Iſrael
ignorauerit,]quod ſcire tenetur aut debet.[& per imperitiam].i.ex ignorantia ſeu errore,
[fecerit quod contra mādatum dñi eſt].i.per illicitam cōmiſſionem violauerit aliquod ne-
gatiuum Dei præceptum, aut certe per omiſſionem iniquā tranſgreſſa fuerit præceptū affir
matiuum quodcunq;, quod itē per vitioſam cōmiſſionē tranſgredi poteſt, quia non ſolum
violat præceptū celebrādi dies feſtiuos qui in eis non agit ſalubria,nec audit diuina,verum-
etiā qui tūc opera facit ſeruilia. [Et poſtea intellexerit peccatū ſuum,]ſiue peccata, ignora-
tione & imperitia per informationē ab ea ſublatis. [offeret vitulū pro peccato ſuo.] In hoc
videtur ſcriptura peccatū ſolius ſacerdotis,præſertim pontificis, quodāmodo cōparare pec
cato totius plebis,quoniā pro vtroq; eadē hoſtia offerebat.[Adducetq́; eū]ſ.turba vitulum,
[ad oſtiū tabernaculi] ſ.intra atriū vſq; ad altare holocauſti. Porro per oēm turbā filiorum
Iſrael, intelligi poteſt nō ſolū vniuerſus Iſraeliticus populus,ſed & quælibet multitudo cui-
uſcunq; vrbis aut villæ.[Et ponent ſeniores]ſ.iudices ordinarij & rectores,aut etiā tempore
ſeniores & notabiliores,qui vicē cōmunitatis gerebant, & totā multitudinem repræſenta-
bant.[manus ſuper caput eius coram dño,]videlicet vituli, nō ꝙ oēs ſeniores,ſed quidā eo-
rū hoc faciebant,ad ꝓteſtandū ſe eſſe reos & dignos morte vitulo inferenda.[Immolatoq́;
vitulo in conſpectu dñi,] per ſacerdotem occiſo & immolato, [*afferet ſacerdos qui vnctus *inferet
eſt]ſ.pontifex,ſecundū q̄ſdam,vel ſacerdos eo inferior cōſecratus, vt dictū eſt.[de ſanguine
eius in tabernaculū teſtimonij tincto digito]in ſanguine illo in aliquo vaſculo poſito,[ad-
ſpergens ſepties cōtra velū,]ſecundum ſenſum expoſitum,vt Deus populo ꝓpicietur. Et be-
ne cōtra velū, qm̄ intra velum in ſancta ſanctorū,vbi & arca erat, Deus ſpecialiter habitare
tūc dicebat.[Ponetq́; de eodem ſanguine in cornibus altaris]thymiamatis, [q̄d eſt corā dño
in tabernaculo teſtimonij.Reliquū ſanguinē fundet iuxta baſim altaris holocauſtorū,quod
eſt in oſtio tabernaculi teſtimonij].i. extra & prope primā tabernaculi ianuā. [Oēmq́; eius
adipē tollet].i. accipiet [& adolebit ſup altare] holocauſti,[ſic faciens de hoc vitulo,]quem
offert pro peccato populi, [quō fecit & prius].i.ſic offerens vitulū iſtum, ſicut obtulit vitu-
lū alium pro ꝓpria culpa,quia vterq; quaſi eodē per oīa ritu offerebat. Vnde & litera iſta ex
p̄habitis clara eſt. [Et rogante ꝓ eis ſacerdote, ꝓpicius erit eis dñs,]multitudini ignoſcēdo,
dūmodo vere pœniteat. nō enī virtute ſacrificij huius ignouit, ſed per orationem ſacerdo-
tis,cōtritionemq́; populi,immo & per ſacrificium,inquantū ex fide, obedientia & deuotiōe
populi & per orationē ſacerdotis acceptū fuit.[Ipſum aūt vitulum].i.carnes occiſi oblatiq́;
vituli,[efferet extra caſtra,atq; cōburet]ibidem in loco mundo.[ſicut & priorem vitulum]
i.queādmodū exportauit carnes vituli pro ſuo peccato oblati, de q̄ vitulo iā prius factus eſt
ſermo,[quia pro peccato eſt multitudinis].i.qm̄ vitulus iſte oblatus eſt ꝓ remiſſione pecca-
ti ipſius populi,ꝓpter q̄d omnino cōburitur, ſicut & ille qui pro ſacerdotis peccato eſt im-
molatus,cuius rei rationes iam tactæ ſunt.Sequitur de hoſtia pro culpa principis offerenda.
[Si peccauerit princeps] Per principem nō ſolum intelligitur ſupremus princeps, ſeu rex
aut iudex totius Iſraeliticæ plebis, ſed etiam principes inferiores: quia ſecundū Ioſephum Ioſe.li.3.
& magiſtrū in hiſtorijs,princeps hic poteſt intelligi chiliarchus. i. princeps ſuper mille, vel An.Iud.
tribunus.[& feceris vnū ex pluribus per ignorantiā,quod dñi lege prohibetur].i. omittēdo cap.13.

vel cõmittendo violauerit quodcunq; Dei præceptũ,[& poſtea intellexerit peccatũ ſuũ, offe
ret hoſtiã corã dño, hircum de capris] natum, vel de grege ſpeciei capraꝝ, [immaculatum.]
Quõ hircus, q eſt animal vile & fœtidũ, poteſt eſſe immaculatus? Dicendũ ꝙ immaculatus
vocatur, qa defectuoſitate & monſtroſitate reddente ineptum ad immolandũ, eſt carẽs: &
recte pro peccato principis hircus offerebatur, qm̃ hirc⁹ eſt dux capraꝝ, ſicut aries ouium.
R. Moſes Dicit q̃q; R. Moſes, ꝙ quanto grauius fuit peccatũ, tãto vilior ſpecies animalis offerebatur
pro eo. Nam ꝓ principis vitio, q̃d fuit tanto enormius, quanto dignior extitit principatus
ipſius, hircus qui vile eſt animal, immolabat. Atq; vt aſſerit Gloſſa, Per hoc ipſum grauitas
culpæ principis inſinuat, ꝙ tam vile pecus & fœtidum pro eius remiſſione offerebatur. [po-
netq; manũ ſuam ſuper caput eius: cumq; immolauerit eũ] per ſacerdotis obſequium [in lo
co, vbi ſolet mactari holocauſtũ corã dño,] puta in atrio tabernaculi, iuxta altare holocau-
ſti, [quia ꝓ peccato eſt, tinget ſacerdos digitũ in ſanguine hoſtiæ ꝓ peccato,] videlicet hir-
ci oblati, [tangens] .i. ſanguine liniens [cornua altaris holocauſti.] de ſanguine equidẽ ho-
ſtiæ hui⁹ nõ tingebat altare thymiamatis, nec ferebat in tabernaculũ. Cætera q̃ de ſacrificio
iſto ſcribunt in textu, patẽt ex p̃inductis. ¶Sequitur de ſacrificio offerendo pro remiſſione
peccati ꝑſonæ priuatæ. [Quõd ſi peccauerit anima per ignorantiã de populo terræ] .i. perſo
na vulgaris ad populũ terræ Iſrael pertinens, ita [vt faciat quicq̃ ex his quæ dñi lege prohi-
bentur, atq; delinquat, & cognouerit peccatũ ſuum] Inter peccatũ & delictũ ſolet differẽtia
aſſignari, quia peccatũ ꝓprie dicit mali cõmiſſio, delictũ vero boni omiſſio. Vel peccatũ vo
catur, q̃d grauius eſt & ex ꝓpoſito factũ: delictũ, quod minus & ex infirmitate aut ignoran-
tia perpetratũ. Frequẽter tamen vnũ iſtoꝝ pro alio ſumitur. [Offeret caprã immaculatam,]
quæ ſubdit hirco, quẽadmodũ ipſa perſona vulgaris principi. Et in hoc notat, ꝙ culpa eius,
cæteris paribus, ſit leuior q̃ principis culpa. [& immolabit eã in loco holocauſti. Si aũt obtu
lerit victimã ꝓ peccato de pecoribus] .i. de grege. nã ſubdit: [ouẽ ſcilicet immaculatã] offe-
ret is, q hircũ aut caprã habere non poterat. Vel forſitan liber fuit qui peccauit, princeps ſeu
popularis, ad offerendũ vtrunq;, ſeu alteꝝ hoꝝ. Cætera clara ſunt. ¶Præterea circa dicta de
Euſebi⁹. ſacrificio ſynagogæ pro peccato, in Scholaſt. habetur hiſtoria: In duobus hic innuit differen
tia inter peccata ſacerdotis & populi, quia ſacerdos non dicit peccare per ignorantiã. Non
eñ licet ei ignorare mandatũ Dei. Iteꝝ quia nõ legitur quis orare pro ſacerdote. Verunta-
men, primũ iſtoꝝ non videt textui cõſonũ, nec p̃dictis, cũ in exordio huius capituli dictum
ſit, Anima cũ peccauerit per ignorantiã. Si ſacerdos qui eſt vnctus, peccauerit: quo cõſtat, ꝙ
ibi loquatur de ſacerdote per ignorantiã delinquente. Deniq; nulli licet mandata Dei neſci-
Hie. 2.23 re, & tamẽ multi aſſerunt per ignorantiã peccare. Per Hieremiã quoq; dñs proteſtat: Sacer-
dotes non dixerũt, Vbi eſt dñs? Itemq;: Propheta & ſacerdos abierunt in viam quam igno
Eſaię 56. rauerunt. Atq; per Eſaiam: Ipſi paſtores ignorauerũt intelligentiam. Ad ſecundum dico, ꝙ
Euſebi⁹. ſacerdos pro ſuo peccato offerens, pro propria culpa orauit in offerendo pro ſuip̃ſius cul-
Ioſ. li. 3. pa & venia. Inſuper in eadẽ fertur hiſtoria, & Ioſephus refert hoc: Generalis regula erat, qa
ant. Iud. de cuius ſanguine inferebatur in ſanctuarium, nihil ex eo licuit remanere. nec aliquid ex eo
cap. 13. ſup altare adolebatur, niſi adeps cũ renibus atq; renunculis ſuis. In modo etiam offerẽdi, &
numero ſacerdotũ offerentiũ, differẽtia erat. De carnibus eñ holocauſti ſalutaris fiebãt no-
uem partes, quas ſuper altare ponebant nouem ſacerdotes, quilibet ſuam: vnus vero, vtpo-
te alter ab illis nouem, obtulit ſimul quatuor partes hoſtiæ, ſ. caput, pedes, iecur & inteſtina
aquis lota. Duo quoq; ſacerdotes, alij à prędictis, ſanguinẽ offerebant, ita ꝙ erant pariter ibi
12. ſacerdotes. Porro in ſacrificio pro peccato, ſufficiebat vnus ſacerdos ad hæc oĩa faci-
enda. ¶Præterea ad clariorẽ dictoꝝ ac dicendoꝝ intelligentiã, 4. quęri poſſunt. Primo, an
ignorantia ſit peccatũ. Secundo, an ſit cauſa peccati. Tertio, an à peccato excuſet. Quarto,
an diminuat culpã. Hæc 4. quærit Thomas in prima Secũdæ, quæſt. 76. & virtualiter reſpon
ſiones eius tangentur. ¶Dicendum ergo ad primum, ꝙ neſcientia & ignorantia differũt in
hoc, ꝙ neſcientia eſt ſimplex negatio, ſeu carentia ſcientiæ. Propter quod 6. eccleſiaſticę hie
Dionyſ. rarchiæ capitulo diuinus Dionyſius neſcientiam ponit in angelis. Porro ignorantia eſt pri-
uatio ſcientiæ tunc, dum quis tenetur & poteſt aliquid ſcire. Alia eñ ſunt quæ vnuſquiſq; ſci
re tenetur, videlicet ſine quibus exercere bona debita nequit, vt ſunt articuli fidei, præcepta
Dei atq; eccleſiæ, & quæ pertinent ad alicuius ſtatum ſiue officium, quorum ignorantia eſt
peccatum omiſſionis. Ignorantia autẽ eorum quæ quis non tenetur ſcire, non eſt peccatum.
Ignorantia quoq; inuincibilis, non eſt culpa: ſed ignorantia vincibilis interdum eſt pecca-
tum, aliquando non, ſicut iam declaratum eſt. ¶Ad ſecundum reſpondetur, ꝙ ignorantia
eſt cauſa peccati per accidens, ſicut remotio ꝓhibentis, eſt cauſa ꝙ graue cadit. Sciẽtia nanq;
inquantum dirigit rationem, prohibet ſeu impedit culpam: non tamen qualibet ignoran-
tia eſt cauſa peccati, ſed illa quæ eſt priuatio ſcientię impedientis & auferẽtis actum peccati.
Nam aliqui peccant ignorãtes, qui & peccarent, ſi ꝗs veritatem cognoſcerent, quoniam re-
ctum

ctum rationis iudicium ligatur in eis ꝑ paſſionẽ aut certã malitiã. ¶Ad tertium reſpondet,
ꝙ ignorantia ſua ꝓprietate cauſat inuoluntarium. Cum igitur voluntarium ſit de ratione
peccati, ignorantia ſecundum ſe habet vt à peccato excuſet. Aliquando tñ non excuſat, vel
quia ipſa ignorãtia eſt directe voluntaria, vt dum quis non vult aliquid ſcire: vel indirecte,
ſicut dum quis propter alias occupationes negligit diſcere quæ ſcire tenetur. Itaq; ignorã-
tia omnino inuincibilis, aut penitus inuoluntaria, aut eoꝝ quæ homo nõ tenetur nec debet
cognoſcere, excuſat totaliter à peccato. ¶Ad quartum dicendum, ꝙ ignorantia quæ eſt cau
ſa peccati, intantum diminuit culpam, q̃ntum aufert ac minuit de ratione voluntarij. igno-
rantia vero directe intẽta, peccatum auget, vt dum q̃s non vult veritatem aduertere, q̃tenus
peccet ſecurius: & hæc vocat ignorãtia craſſa. Ignorantia aũt indirecte voluntaria, peccatũ
diminuit. De iſta materia in decreto pleniſſime ſcribit, ſed pro nunc iſta ſufficere poſſunt.

¶De myſtico eiuſdem capituli quarti intellectu. Art. XII.

LOcutus eſt dominus: Anima cum peccauerit per ignorantiã.] Anima, hoc eſt, animalis 1. Cor. 2.
homo qui non percipit ea quæ Dei ſunt, cui videlicet diuina & æterna non ſapiunt, ſę-
pe ꝑ ignorantiam peccat, qm̃ ſpiritualem non habet ſciẽtiam, nec guſtauit q̃ dulcis eſt
dominus: ideo ad carnalia & terrena magis, quàm ad ſpiritualia & interna, afficitur: & extra 1. Petr. 2.
ſe funditur, nec introuerſus eſt. [Si ſacerdos qui eſt vnctus, peccauerit, delinquere faciens po
pulum, offeret pro peccato ſuo vitulum immaculatum.] In nouo teſtamento non ſoli anti-
ſtites, ſed vniuerſi ſacerdotes ſunt vncti. Si itaq; in veteri teſtamento ſacerdos per ignoran-
tiam peccãs vel ſemel, tenebat ꝓ ſuo peccato vitulum immolare: q̃d dicturi, quid acturi in
diuino iudicio ſacerdotes & clerici euangelicæ legis, qui publice & ſcienter impie conuer-
ſantur, qui gulæ & luxuriæ vacant, qui ſuperbiæ aut auaritiæ ſtudent, qui tã enormiter ſcan-
dalizant populum Dei, & quod alios docent, ipſi nõ faciunt, ſed manifeſte trãſgrediuntur?
O quàm ſcelerati ſunt iſti. Quid igitur reſtat eis agendum, niſi vt offerant vitulum Deo, hoc
eſt, laſciuam, fœdam, atq; indomitam carnem ſuam, vigilijs, abſtinentijs, diſciplinis caſtigẽt,
ſalubriterq; mortificent, donec purgetur, & rationi omnino ſubdatur? ſed quia non valent
ſuis ſatisfacere viribus, aut proprijs meritis Deum ſibi reconciliare, niſi per gratiam & meri-
tum Chriſti, idcirco & Chriſtum eiusve corpus mundiſſimum, qui tanquam vitulus in no-
ſtræ redemptionis ſacrificium eſt oblatus, offerãt patri. Chriſtus quippe oblatus eſt pro pec 1. Pet. 3.
catis noſtris, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo. Vnde per hoc quòd caro vituli pro pec
cato ſacerdotis ſeu communitatis oblati, iuſſa eſt extra caſtra comburi, præfiguratum vide-
tur, ꝙ Chriſtus extra portam pro nobis eſt paſſus, vt ſequamur eius veſtigia. Propter q̃d Pau
lus hortatur: Exeamus ad eum extra caſtra, improperium eius portantes, vt ſcilicet à ſocie- Heb. 13.
tate carnalium & prauorum nos retrahentes, carnem noſtram cum vitijs & concupiſcentijs 1. Petri 2.
crucifigamus, omnemq; aduerſitatem, irriſionem, iniuriam æquanimiter Chriſti intuitu ac Heb. 3.
amore ſuſtineamus. Non eñ eſt ſeruus maior domino ſuo. [Quod ſi omnis turba filioꝝ Iſra Ioan. 13.
el peccauerit,] hoc eſt, ſi quæcunq; populi Chr̃iani cõmunitas peccet, eodẽ modo ſatisfacere
Deo conet ac ꝓperet, & pro communi euidentiq; exceſſu cõmunis pœnitẽtia fiat. ¶Porro,
ſi ꝑ ignorantiã peccauerit princeps, tanto cordialius conterat, & tanto diſtrictiorem pœni-
tentiã facere non recuſet, q̃ maior & grauior eſt eius iniquitas. Nempe vt aſſerit Gloſſa, gra-
uiſſime peccãt principes, quos magnitudo rerum gerendarum, atq; officij dignitas, medio-
criter malos eſſe non ſinit. Talis igitur offerat hircum, hoc eſt, ſuip̃ſius fœdam carnalitatẽ,
animoſitatem, petulãtiã mactet. Poteſt quoq; per principẽ ſuperior ratio deſignari, quę ſi in
errorem labat, fueritq; trãſgreſſa, corpus peccati quo veſtitur, caſtiget: & ſuip̃ſius defectuo-
ſitatem, inquietudinem, ignorãtiãq; deploret. ¶Præterea, ſi quicunq; de populo per ignorã-
tiam fuerit lapſus, & ipſe iuxta præhabita pœnitere, ſatisfacere, emendare nõ differat. Poteſt
aũt per talem, inferior ratio ſenſitiuave portio accipi: quæ ſi à ſuperiore ratione nõ fuerit ri-
te directa & informata, ſicq; peccauerit iuxta mentis imperium, hoſtiam placatiõis offerat
domino. Sunt eñ in nouo teſtamento multa lauacra, & velut ſacrificia, in quibus mundan-
tur & ignoſcuntur peccata, prout loquitur Origenes. Primum eſt ſacramentũ baptiſmi, in
quo virtute & merito Chriſti omnia dimittuntur peccata, gratia quoq; & virtutes deſuper Origen.
infunduntur. Secundum eſt martyrij paſſio, q̃d eſt baptiſmus ſanguinis. Tertium eſt eleemo
ſynarum largitio. Vnde ait Saluator: Quod ſupereſt, date eleemoſynã, & ecce oĩa mũda ſunt Luc. 11.
vobis. Quartum eſt, iniurias & offenſas inferentibus propter Deum libenter ignoſcere, quẽ-
admodum Chr̃s teſtatur: Si remiſeritis fratribus veſtris ex corde, & pater veſter remittet vo Matt. 18.
bis peccata veſtra. Quintũ eſt, peccatorem conuertere, ſicut ait ſcriptura: Qui conuerti fece- Iaco. 5.
rit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluat aĩam eius à morte, & opit multitudinẽ peccatoꝝ. Lucæ 7.
Sextũ eſt feruor dilectiõis, ſecundũ q̃d dñs Ieſus fatet: Dimittunt ei peccata multa, qa dilexit Iacob. 4.
multũ. Et rurſus ſcriptũ eſt: Charitas operit multitudinẽ peccatoꝝ. Septimũ eſt pœniten- Pro. 10.
tia, cũ lauat peccator lachrymis ſtratũ ſuũ, & fiunt ei lachrymæ ſuæ panes die ac nocte: et cum Pſal. 41.

nõ erubeſcit ſacerdoti ſua indicare peccata,& quærere medicinã. His itaq; modis diluamus
quicquid in nobis eſt culpæ. Decet equidem diſtrictioris diſciplinæ cõſiſtere Chriſtianum,
pro quo oblatus eſt & mortuus Chrs,pro illis autem pecora iugulabãtur. Pro te vero occi-
Heb. 13. ſus eſt filius Dei,& adhuc te peccare delectat? Sanguinẽ Chriſti adſperge ſepties ad altare.i.
indeſinenter recole,Deoq́; patri pro te offer paſſionem illius.

¶Elucidatio literalis capituli V. Si peccauerit anima,& audierit vocem iurantis &c. Art. XIII.

VT aliqui quaſi ſcholaſticæ ſubtilitati intendentes affirmãt,ſicut in præcedenti capitu-
lo agitur de oblationibus quæ fiunt pro peccatis ex ignorantia,ita nunc de ſacrificijs
Leui. 4. pro peccatis ex infirmitate aut negligentia:quod quanuis in parte poſſit verificari, nõ
tamen in toto:quoniam & in iſto capitulo fit mentio de peccatis quæ ex ignorantia aut er-
rore ꝓcedunt,vt patet in litera. Itaq; dicitur: [Si peccauerit anima,] id eſt, homo, & de quo
peccato iſtud dicatur,ſubdendo innuitur:[& audierit vocem iurantis] Per vocem iurantis,
quidam intelligunt vocem iudicis adiurantis,ſeu cum adiuratione requirentis ab aliquo, vt
teſtimonium perhibeat veritati, de qua ipſum interrogat. Poteſt quoq; per vocem iurãtis
intelligi iuratio cuiuſcunq; alterius,qui cũ iuramento affirmat ſe alicui nocituꝝ aut nocuiſ-
ſe:aut aliquid eſſe actuꝝ aut operatum,de quo veritas eſt merito inquirẽda.[teſtiſq; fuerit,]
id eſt,ipſe qui iurantem audiuit,teſte cõſcientia, ſcit id, aut teſtari idone⁹ eſt. Vel alius ſit in-
de teſtis,aut ipſe qui audiuit,requiſitus fuerit in teſtem ſeu ad teſtificandũ.[ꝙ * ipſe vidit,aut
*aut ipſe conſcius eſt,]id eſt,per exteriorem viſum, aut alio modo cognoſcit id, de q̃ interrogat,[niſi
indicauerit]veritatem iudici,[portabit iniquitatem ſuam].i. rea eſt & debite punietur à Deo,
vel etiam à iudice temporali, ſi coram eo probatum fuerit, ꝙ contra tenorem iuſtitiæ ſiluit
veritatem,ex amore aut odio eius,de cui⁹ facto in teſtem requiritur,vel ex cupiditate proprij
commodi ſeu timore. Talis etenim peccat cõtra illud ꝓceptum decalogi:Non ſis teſtis ini-
quus aut mendax. Nam ſicut tenemur falſum teſtimonium non proferre,ita tenemur veri-
Exo. 20. tati teſtimonium perhibere loco & tempore opportuno, præſertim ſi veritas poſſit proba-
ri,ne innocens puniatur,vel ne reus euadat in detrimentum Reipu. immo in tali caſu ſic ſi-
lens,tenetur ad recõpenſatiõem damni, quod alter ex ipſius taciturnitate incurrit. ¶Deniq;
de hac materia ſcribit Thomas in ſecunda Secundæ, quæſtione ſeptuageſima: Teſtimoniũ
quandoq; requiritur à ſubdito authoritate ſuperioris, & tunc tenetur homo teſtari de his,
quæ ad iuſtitiam pertinent,ſi ſecundum formam exigatur, vt in manifeſtis, & de quibus ꝓ-
ceſſit diffamia. Porro de occultis, & de quibus diffamia non præceſſit,non tenetur teſtimo-
nium dare. Interdum vero teſtimonium hominis à nullo ſuperiore requiritur. Et tunc di-
ſtinguendum videtur: quia teſtimonium eius eſſet, vel ad liberandum hominem de morte
iniuſta,pœna, diffamia,aut damno iniquo:& tunc teſtari tenetur. Et ſi nemo teſtimonium
eius requirit, attamen facere debet quod in ſe eſt, denunciando veritatem alicui qui poſſit
prodeſſe. In his autem quæ ad damnum vel condemnationem alterius ſpectãt,non tenetur
quis teſtificari, niſi cum à ſuperiori ſecũdum ordinem iuris ad hoc ipſum compellitur. Hoc
Thomas. Prædictum quoq; præceptum ad iudicialia magis quàm ad cæremonialia perti-
Auguſt. net. ¶Circa hæc loquitur Auguſtinus: Videtur ſcriptura hæc dicere, Peccare hominẽ, qui
audit & ſcit aliquem falſum iurare,& tacet. Tunc autem ſcit,ſi teſtis fuit rei de qua iurat,aut
vidit,aut qui iurat,ei indicauit,aut alio modo cõſcius fuit:ſed inter timorem incurrẽdi vio-
lationem huius præcepti,& inter timorem prodendi iurãtem inique,magna plerunq; per-
plexitas eſt. Poſſumus eñ hoĩem paratum ad ꝑiurium, admonendo vel prohibendo à tam
graui peccato aliquãdo reuocare. Sed ſi non acquieuerit nobis, & corã nobis falſum iuraue
rit,vtrum prodendus ſit,etiam ſi proditus, incurrat periculum mortis, difficilima q̃ſtio eſt.
Sed qa nõ expreſſit ſcriptura hæc,cui indicandum ſit,an ei cui iuratur, an ſacerdoti,an iudi
ci,an ei qui ſolũ poteſt ꝓ illo periuro orare:videt mihi,ꝙ ſe à peccato hoc exuit,q talib⁹ indi
cat,q ꝑiuro magis ꝓdeſſe q̃ obeſſe poſſunt, orãdo aut corrigendo,ſi ipſe ſibi adhibeat cõfeſ-
ſiõis medelã.¶Sequit aliud inſtitutũ cæremoniale:[Anima q̃ tetigerit aliqd immũdũ,]Quæ
aũt ſecũdũ legẽ immũda ſint, infrà habet:[ſiue q̊d occiſum à beſtia eſt,aut ꝑ ſe mortuũ,]vide
Leui. 11. licet ex interiori cauſa corruptiõis & mortis.[vel q̊dlibet aliud reptile,& oblita fuerit imun
ditię ſuę.] hoc eſt,ex obliuiõe aut negligẽtia ſua nõ purificauerit ſe iuxta legẽ de tali immun
ditia tẽpeſtiue,ꝓſertim ante ingreſſum in tabernaculũ dñi, vel in atriũ eius, ſeu ante eſum de
immolatis,quæ mãducari non debent,niſi à mundis,[rea eſt & deliquit.]Dato nanq; quòd
nõ deliquerit tangendo immunda,tamen negligendo & nõ obſeruando legem purificatio-
nis,& inſup ingrediẽdo locũ ſacrũ, aut mãducãdo oblatũ, offendit & rea eſt, peccatũ omiſ-
ſionis & cõmiſſionis incurrens,non tñ mortale ſemper,niſi forſitan ex cõtemptu ita ſe habe
at. [Et ſi tetigerit quicquam de immunditia hoĩs iuxta oẽm impuritatẽ qua pollui ſolet] qui
tangit hoĩem immũdum,aut immũditiã eius,hoc eſt,ſi tetigerit cadauer defuncti,vel lepro-
ſum,aut

ſum,aut eum qui ſemine fluit,aut menſtruatam.[oblitaq́; cognouerit,]id eſt,ad tempus im-
memor fuerit immunditiæ ſuæ, nec purificauerit ſe legitime, & tamen ingeſſerit ſe ad ſacra
modis prętactis,&[poſtea]immũditiam ſuã aduerterit ex alioꝝ admonitiõe ſeu ꝓpria recor
datione,[ſubiacebit delicto,]id eſt,rea erit,vt dictum eſt de tangente occiſum à beſtia. Qua-
le autẽ ſacrificium debeant iſti offerre,nõ exprimit textus hic. Dicuntq́; aliqui,ꝙ offerre de-
beant hoſtiã quam in fine præcedẽtis capituli iuſſa eſt immolare anima quæ ex ignorantia
peccat. Alij dicunt,ꝙ debeãt immolare hoſtiam quæ in textu exprimitur, ſtatim in culpa ca
ſus ſequẽtis,q̊d videt Auguſtinus ſentire,dicendo:An pro omnibus ſupradictis hoc ſacrifi- Auguſt.
ciũ oportet intelligi,qa oib⁹illis enũeratis,intulit ſacrificiũ expiatiõis. Cęteri opinant ſacrifi
cium eoꝝ poſitum fuiſſe in arbitrio ſacerdotis,idcirco nõ exprimi. ¶Circa ꝓhabita aduer-
tendum,ꝙ libro de fide & legibus ſcribit Guilhelmus Parrhiſienſis: Immũditias, inquiens,
legales intelligimus,q̃s lex immunditias reputat & appellat. Haꝝ prima erat fimi & ſterco-
ris:de hac ſuo loco,puta in Deuteronomio,diſſeretur. Secunda immunditia erat velut irre- Deu. 14.
gularitas quædã reſpectu tabernaculi, qua quis ꝓhibebat tabernaculũ ſeu atrium ei⁹ intra-
re,niſi primo purificatus. Et hæc erat immunditia, qua dicebãtur immundi, qui tãgebant
mortuum, vel eius ſepulchrũ, vel q̊dcunq; hoꝝ,quæ lex tangi ꝓhibuit,& q̃d mirabili⁹ eſt,hi
q tangebãt ea,quibus alij mũdabant, immo & hi qui ꝑ ea alios mundabãt, immundi fiebãt.
Vnde in Numeris legit:Oĩs qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit vſq; ad veſpe- Num. 19
ram. Tertia,& ſola vera immunditia,eſt peccatũ. Quatuor aũt iudicati ſunt immundi in vi-
ris & mulieribus,ſ. mulier menſtruata,leproſus,feminifluus,& nocturna illuſiõe pollutus:&
iſti q̃tuor,immũdi erãt per ſe & in ſe. Quintum vero,qui tetigiſſet immũdum. Mortuos au-
tem generaliter tam viros quàm mulieres, voluit eſſe immundos lex, vt elongaret populum
Iſrael à ritu funerandi quem habebãt idololatræ, & ab operibus maleficis ac nigromanti-
cis,quoꝝ multa legimus, atq; ob hoc qui tangeret mortuos, eſſet immundus. De his infrà,
& in libro Numerorum dicetur diffuſius. ¶Præterea, circa præinducta loquitur Origenes: Origen.
Hæc apud Iudæos indecenter ſatis & inutiliter obſeruantur. vt quid enim immũdus habea-
tur,qui tetigerit(verbi cauſa) animal mortuum,aut defuncti hominis corp⁹? Quid ſi pro-
phetæ corpus ſit? Quid ſi patriarchæ vel etiam ipſius Abrahæ corpus? Quid ſi & oſſa con-
tigerit, immundus erit? Quid ſi & Heliſei oſſa cõtingat quæ mortuum ſuſcitarunt? An &
immundum fecerunt, quem ſuſcitauerunt à mortuis? Vide quàm inconueniens ſit Iudaica
intelligentia. Hæc Origenes. Circa quę dico, quòd vtiq; tempore noui teſtamenti iam diuul
gati, inutiliter ſeruauerunt iſta Iudæi ad literam. Veruntamen ad literam erãt intelligenda
& ſeruanda,pro tempore veteris teſtamenti. Sequitur alia lex ſeu inſtitutio. [Anima quæ iu
rauerit,& iurando retulerit labijs ſuis,vt vel male quid faceret,vel bene,& nõ fecerit,& idi-
pſum iuramento & ſermone firmauerit, oblitaq́;] hoc eſt,ad tempus immemor ſuæ iuratio
nis,& illud non implens,[poſtea intellexerit delictum ſuum,]id eſt,periurationem ſeu nimi
am dilationem impletionis ipſius,[agat pœnitentiam pro peccato ſuo.] Ex hoc ſequi vide-
tur,ꝙ homo peccet non implendo ſeu exequẽdo malum, quod ſe iurauit facturum, ſeu nõ
implendo iuramentum, quo iurauit vt faceret aliquid male. Ad iſtud eſt duplex reſponſio:
Prima,ꝙ peccauit incaute & male iurando,& inde debet dolere, nõ autem de hoc, ꝙ talem
vitioſam iurationem non adimpleuit. Tres quippe ſunt comites iuramenti,ſicut & voti,vi- Hieron.
delicet veritas, iudicium, & iuſtitia: & quicquid contra hæc aut aliquid horum promittit
vel iuratur, illicite promittitur & iuratur. Secunda reſponſio eſt, quia per hoc quod ait, vt
male quid faceret,poteſt intelligi bonum male(hoc eſt, pœnaliter) factum aut faciendum.
Eſt enim malum culpæ,& eſt malum pœnæ. ſicq́; ſenſus eſt,ꝙ qui iurauit facere ſeu ſibi infli-
gere malum pœnæ,vtpote abſtinentiam,diſciplinam,peregrinatiõem,debet hoc adimple-
re. Sed prima reſponſio aptior eſſe videtur, qm̃ iſtud malum non diſtinguitur à bono, de q̃
nũc mentio,quanuis inter ea poſſet aliqua excogitari diſtinctio.[Et offerat* agnam de gre- *agnum
gibus]ouium[ſiue capram. Orabitq́; pro eo ſacerdos,& pro*peccatis eius. Sin autem nõ po *pecca-
tuerit]præ paupertate[offerre pecus,]videlicet,agnam,ouem,ſeu capram,[offerat duos tur to
tures, aut duos pullos columbarum dño] per obſequium ſacerdotis, [vnum pro peccato,]q̃
neglexit & nimium diſtulit iuramentum ſuum implere, [& alterum in holocauſtũ. Dabitq́;
eos ſacerdoti]ad offerendum domino. [Qui primum] videlicet turturem, aut primum pul-
lum columbæ,hoc eſt,vnum duorum, ſeu primo ſibi exhibitum, [offerens pro peccato,re-
torquebit caput eius ad pennulas,ita vt collo adhæreat caput:] hoc eſt, anterior pars capitis
vſq; ad collum flectatur,[& non penitus abrumpatur] à collo, cuius rei contrarium agebãt
forſan idololatræ.[& adſperget de ſanguine eius parietẽ altaris] videlicet latus ipſius,ſeu la-
tera,aut cornua.[Quicquid autẽ reliquum fuerit] de ſanguine hoſtiæ immolatæ, [faciet di-
ſtillare ad fundamẽtũ eius,] ſicut præcedẽti capitulo de hoſtijs pro peccato oblatis eſt dictũ.
[quia pro peccato eſt].i.pro remiſſione incautæ aut falſæ iuratiõis ſeu obliuionis, & nimiæ
dilationis

dilationis implendi licitam iuratiõem. [Alterum vero] pullum columbarum aut turturem
[adolebit]hoc eſt,omnino cõburet[in holocauſtum]ita ꝙ cõuertetur in tale incẽſum,[vt fie
ri ſolet]in oblatione hoſtiæ ꝓ peccato, cuius vna pars incendebať, ꝓut in p̃cedentis capituli
expoſitiõe eſt dictũ. [rogabitq́; ꝓ eo ſacerdos]vt Deo recõciliet,[& ꝓ peccato eius,& dimit
tetur ei.]Veruntamen,vt videť,per iſtam oblatiõem & ſacerdotis oratiõem non ſoluebatur
ab obligatione implendi ſuũ iuramẽtum,ꝗd licitum erat,ſiue fuerit factum Deo ſeu homi-
ni,ſed ꝓ poſſe debuit illud implere.Et ſi aliqd tẽporale homini dare iurauit,poterat ſibi ho-
mo ille remittere.Si aũt iurauit agere aliqd ſpirituale,ꝗd ad Dei cultũ & animaꝝ ſpectat ſa
lutem,nõ poterat ei homo illud remittere.[Quòd ſi nõ quiuerit manus eius offerre duos tur-
tures,aut duos pullos columbæ]præ nimia paupertate,[offeret ꝓ peccato ſuo ſimilæ partem
ephi decimam].i.decimã partem mẽſuræ,quæ dicitur ephi,puriſſimæ farinæ de tritico. ¶Por
Exo. 16. ro de quantitate ephi, in Exodo ſcripſi. Nec ex dictis ſcripturæ & expoſitorum poſſumus
certitudinaliter ſcire determinatam quantitatem menſuræ illius.Modi nãq; & nomina mẽ-
ſuraꝝ apud diuerſos variant,ſicut nũmiſmata.Dicit aũt *Eſitius,ꝙ ephi eſt mẽſura tres mo-
dios cõtinens.Sed modij menſura valde diuerſificatur apud diuerſos,immo & in terris ab in
uicem nõ remotis.Aliqui vero ex Iſidoro & Papia nituntur accipere,ꝙ ephi cõtineat quartã
R. Salo. Parrhiſienſem cũ media.Recitat ꝗq; Lyra,ꝙ ſecundũ R.Salomonem cõtineat quantitatem
q̃dragintaduoꝝ ouoꝝ, ꝗd videtur eſſe fictitiũ, cũ nec cõſuetudo ſcripturæ ſit determinare
menſuras ex quantitate ouoꝝ. Veꝝ in hoc ꝗd dñs iuſſit ſaltem decimam partẽ ephi ſimilæ,
à pauperibus offerri, pie cõſuluit eorundem inopiæ, qm̃ decima pars illa eſt modica. [Non
mittet in eã oleũ,nec thuris aliqd imponet].i.nec oleũ neq; thus admiſcebit ſimilæ illi, cui-
us cauſa ſubiũgit,[quia ꝓ peccato eſt:]ideo ſicut peccatũ eſt deforme atq; odibile,omni ca-
rens bono ſapore,& ſumme crudele,ita oblatio fienda ꝓ eo,nõ eſt melioranda aut peioran-
da olei ſapore,aut thuris odore.¶Deniq; pietas oleo deſignatur: bonitas aũt famæ ſeu acce-
ptabilitas,thure.Peccator vero ſuo peccato crudeliter lædit ſeipſum,& malã incurrit famã.
Rurſus ꝑ oleum miſericordia Dei, ꝑ thus acceptatio eius ſignať: ideo in ſacrificio ꝓ pecca
to nõ ponebãtur,quia peccator nõ debet nimis præſumere de miſericordia Dei,nec aſſecu-
rare ſeipſum de venia,cum incert⁹ ſit, an ex vera charitate pœniteat.Iuxta literam demum
ꝓbabile eſt, ꝙ idololatræ in ſacrificijs ſuis pro peccatis, appoſuerũt oleum & thus:ideo do
minus ſuis cultoribus iuſſit cõtrarium.[tradetq; eam ſacerdoti]ad offerẽdũ Deo.[Qui ple-
num ex ea pugillum hauriens, cremabit ſuꝑ altare in monimentũ eius q obtulit:]hoc eſt ꝗd
Leuit. 2. circa principiũ capituli 2. dictũ eſt:Tollet pugillum plenũ ſimilæ,& ponet memoriale ſuper
altare.Sicq́; ex dictis ibidem,patet intellectus verbi iſtius. [rogans pro illo & expians.] Sa-
cerdos nanq; offerendo hæc,ſimul orauit ꝓ offerente, & ſua oratione cooperabať recõcilia-
tioni illius cum Deo.[Reliquam vero partẽ]ſimilæ[ipſe]ſacerdos[habebit in munere,]tan-
quam datum ac deputatum ei à dominó ad veſcẽdum.Sequũtur adhuc tria præcepta:[Lo-
cutusq́; eſt dñs ad Moſen,dicens:Anima ſi p̃uaricans cæremonias]hoc eſt,ſi homo cæremo-
nialia præcepta in aliquo violans,[ꝑ errorem in his quæ ſunt domino ſanctificata, peccaue
rit]hoc eſt,illicite in vſum aut eſum ſuum cõuerterit ea,quæ oblata ac deputata ſunt domi-
no,vt ſunt primitiæ Deo offerendæ,quas ipſe miniſtris ſuis ſacerdotibus aut Leuitis pro ſu-
ſtentaculo vitæ conceſſit. Aut certe thymiamate pro oblectatione ſui odoratus fuerit vſus,
Exo. 30. vel oleo vnctionis pro ſuæ medela infirmitatis,quod vtrunq; fuit prohibitũ in Exodo:[of-
Ioſe. li. 3 feret pro delicto ſuo arietem immaculatum,qui emi poteſt duobus ſiclis,iuxta pondus ſan-
ant. iud. ctuarij,]quorum ſcilicet ſiclorum vſus fuit in templo,ſeu tabernaculo ꝗd ſanctuarium nun-
cap. 8. cupatur:& pondus ſeu valor ſicli continebat,vt Ioſephus ait, quatuor drachmas, & quæli-
bet drachma obolos quinq;. Vnde frequenter dicit ſcriptura: Siclus viginti obolos habet.
Exo. 30. [Ipſumq́; quod intulit,damni reſtituet] hoc eſt, ꝗd iniuſte abſtulit, aut ſibi retinuit, reddet.
Leui. 27. [Et quintam partem ponet ſuprà] id eſt, vltra damni reſtitutionem adijciet quintam da-
Nũe. 3. 18 mni illius partẽ.[tradens ſacerdoti]huiuſcemodi reſtitutionem, quia fraudauit eum per pri
Ezec. 45. mitiarum ſubtractionem.Vel ſi vſus fuit thymiamate,vnctioniſve oleo,reſtituere debuit ſa
cerdoti materias,ex quibus conficiuntur,vt rurſus cõficeret ea.¶Circa hęc loquitur Orige
Origen. nes:Quod dicit,Addet ad illud quintas:ſimpliciores æſtimãt ita dictũ,vt verbi cauſa,ſi quinq;
nummi ſubtracti ſunt, vnus addatur, vt pro quinq; ſex reddere videatur. Sed qui in ſcientia
numerorum periti ſunt,longe aliter ſupputant numerum huius vocabuli. Nam & in Græ-
co non habetur ſimpliciter,quintas:ſed potius,ſuper quintas:quo indicetur,ꝓ quinq; alios
quinq; eſſe dandos,& vnum ſuprà.Vt verbi gratia:Qui furatus eſt quinq; nummos,reſtitue
re obligetur ipſos quinq;,& etiam quinq; alios,ſuperaddito vltra hæc vno nummo. Nec ta
men hæc continuo de omnibus furtis aut fraudibus intelligenda ſunt, ſed ꝙ ſi quis pro vſi-
bus neceſſarijs ſibi, de ſanctis ſeu Deo oblatis pecuniam ſumpſit,& moras fecit in reſtituen-
do,lege huiuſmodi conſtringatur. Quæ lex etiam ſecundũ literã ædificare debet audientes.
Valde

Valde enim vtilis & neceſſaria obſeruatio eſt his, qui eccleſiaſticis diſpenſatiõibus p̃ſunt,vt
ſciant ſibi ab his q̃ in ſanctoꝝ vſus oblata ſunt,cautius & diligẽtius obſeruandũ.Hęc Orige
nes.[Qui]ſacerdos[rogabit ꝓ eo,offerens arietẽ, & dimittet ei]q iam ante reſtitutionem fe-
cit condignã,& de ſuo exceſſu ex corde pœnituit: quo conſtat, q veraciter dictum ſit: Non August.
dimittitur peccatũ,niſi reſtituať ablatũ. [Anima quæ peccauerit ꝑ ignorantiã,feceritq́; vnũ
ex his quæ dñi lege prohibentur,& peccati rea, intellexerit iniquitatem ſuam,offeret arietẽ
immaculatũ de gregibus ſacerdoti,iuxta menſurã æſtimationemq́; peccati].i. ſecundum ꝗd
grauitas ſui peccati & rectũ iudiciũ de eodem,exegerint. Iſtud p̃ceptum etiã præcedenti ca-
pitulo traditum eſt,ſed hic additur, iuxta menſuram æſtimationemq́; peccati,ad inſinuan-
dum ꝙ ſi ex certa malitia proceſſerit, culpa ſit grauius punienda. Attamen dici poſſeť, ꝙ in
præcedenti capitulo facta eſt mentio de ignorantia facti, hic de ignorantia p̃cepti ſeu iuris.
Nam & ignorantia facti culpã aliquam habet, qñ nõ adhibetur cautela circa factum. [Qui
orabit pro eo,quia neſciens fecerit,& dimitteť ei,quia ꝑ errorem deliquit in dño.] Sequitur
de peccato ex certa ſcientia facto.[Locutusq́; eſt dominus ad Moſen,dicens:Anima quę pec
cauerit]ſecundũ modum qui ſubditur,[&]pro.i.eſt,[contẽpto dño]ꝑ tranſgreſſionẽ ſui prę-
cepti ex deliberatione atq; propoſito,[negauerit proximo ſuo depoſitum.]quod ab illo ſuſ-
cepit ſeruandum; idcirco ſubiungitur:[quod fidei].i.fidelitati [eius creditum fuerat]à depo
nente,[vel vi aliquid extorſerit].i. ꝑ violentiã aliena rapuerit, [aut calumniã fecerit] ꝓximo
ſuo,ſeu homini cuicũq;,[ſiue rem perditã inuenerit:& inficians] hoc eſt, negans ſeu diffitẽs
eam ſe inueniſſe,[inſuper peierauerit].i. ꝑiurium commiſerit falſe iurando, ꝙ non repererit
eam,ſeu in alijs iam p̃dictis,non exiſtat culpabilis,quia à talibus iuramentũ exigebatur.[Et
quodlibet].i. quodcunq;[aliud *commiſerit ex pluribus,in quibus peccare ſolent homines, * fecerit
conuicta delicti, reddet omnia quæ per fraudem voluit obtinere integra. Et quintam inſu-
per partem dño]rei[cui damnum intulerat.]Quod dictũ eſt,conuicta delicti,dicitur in He-
bræo nõ haberi,ſed ex ignorãtia aliquoꝝ appoſitum:quoniam ſi quis de huiuſcemodi iniu
ſtitia eſſet cõuictus,tenebatur defraudato nõ ſolum reddere ꝗd abſtulit ei,& inſuꝑ quintam Exo. 22.
partem,ſed duplum ablati,vt in Exodo habetur. Veruntamen ſecundũ verba Origenis prę- Origen.
habita,ad hoc poſſet hæc litera applicari: [Pro peccato autem ſuo offeret arietem immacu
latum de grege,& dabit eum ſacerdoti,iuxta æſtimationem menſuramq́; delicti], id eſt,pro
vnoquoq; tali peccato offeret huiuſmodi hoſtiam.[Qui rogabit pro eo coram dño,& dimit
tetur illi pro ſingulis, quæ faciendo peccauit.] Quocirca mirum videtur, ꝙ eadem hoſtia iu
betur offerri pro peccato ex ignorantia & exceſſu commiſſo. Ad quod iuxta præhabita re-
ſpõdetur, ꝙ frequenter pro grauioribus peccatis viliora animalia offerebantur. Interdum
eadem animalia pro peccatis in grauitate diſparibus, ad innuendum ꝙ virtute ſacrificioꝝ
non dimittebantur peccata: quanuis autem eadem hoſtia offerebatur pro his, quorũ vnus
ex ignorantia, alter ex propoſito ſeu cõtemptu peccauit, tamen in alijs grauius puniebatur
ex propoſito ſeu malitia peccans. ¶Deniq; de depoſitis aliqua iuſſa ſunt in Exodo, & alibi, Exo. 22.
vbi & plenius ſcripſi de iſtis. idcirco pertranſeo. Qui autem præfata commiſerit ſcelera, &
inſuper periurium eis addiderit, grauiſſime reus eſt.

¶Spiritualis expoſitio eiuſdem capituli quinti. Art. XIIII.

PRimum huius capituli inſtitutum, in ſeipſo morale eſt.Et cõſonat ei quod Chriſtus in
Euangelio tradidit:Si peccauerit,inquiens,in te,hoc eſt,te ſciente,frater tuus.Vnde alia
litera habet: Si videris fratrẽ tuũ peccare,corripe eum inter te & ipſum ſolũ. Si nõ audie Matt. 18.
rit te,adhibe tecũ adhuc vnũ aut duos teſtes. Quòd ſi nec ſic audierit, dic Eccleſiæ. Sic itaq;
dicitur & nunc:Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis,niſi indicauerit,portabit ini
quitatem ſuam:iuxta expoſitionem præhabitam,quo docemur, qualiter veritati debeamus
teſtimonium perhibere:atq; ex charitate & zelo iuſtitiæ,culpam proximi ordinate & ex ra Ioan. 7.
tionabili cauſa,non ex paſſionis impetu,aut vitioſa radice, manifeſtare loco & tẽpore op-
portunis,quod maxime eſt ſeruandum,ſi ex taciturnitate immineat Reipublicę periculum.
¶Hinc circa hæc loquitur Origenes: Iſtud ſecundum hiſtoriam docet nos, ne vnquam in Origen.
peccatis alterius polluamus conſcientias noſtras,nec conſenſum male agentibus prębeam⁹.
Conſenſum autem dico,non ſolum ſimul agendo, ſed etiam quæ illicite geſta ſunt, reticen-
do.Peccatum vero eius qui pœnitet, & emendare proponit, eſt occultandum. Anima quæ
tetigerit aliquid immundum, ſiue quod occiſum à beſtia eſt, aut per ſe mortuum, vel aliud
quodlibet reptile, & oblita fuerit immunditiæ ſuæ, rea eſt,& deliquit. Hæc ſpiritualibus &
optimis plena ſunt documentis.Itaq; anima tangens aliquid immũdum,eſt homo q prauæ
ſocietati ſe iungit: qui diabolicæ ſuggeſtioni aut humanæ perſuaſioni iniquę conſentit, qui
varijs & peregrinis doctrinis abducitur.Hinc ait Apoſtolus:Exite de medio eoꝝ,& immun Coloſ. 2.
dum ne tetigeritis.Deniq; q viderit mulierem ad concupiſcendum eam,tangit immundum. Matt. 5.
¶Porro, occiſum à beſtia, eſt peccator quem diabolus ad mortale induxit peccatum, ſeu
opus

opus beſtiali motu carnalitatis corruptum: & tale occiſum, non eſt conſenſu tangendum. Mortuum vero per ſe, eſt qui ex propria puerſitate, cõcupiſcentia, fragillitate, aut ſimili culpa deuictus eſt abſq; impellẽte exteriore, vtpote hoĩe aut diabolo. Reptile autẽ eſt cor carnale, terrenis omnino inhærens, gulæ, auaritiæ, aut luxuriæ miſerabiliter ſeruiẽs, ad diuinoꝝ ac æternoꝝ amorem & contemplationem ſeipſum non erigens, quod ſe infimis atq; viliſſimis reb⁹ tam inſaniſſime ſubdit, ſummo, immenſo, ac incõmutabili bono contẽpto. Omnium hoꝝ contactus, vitandus eſt, ita vt nõ conſentiamus alicui tali: ꝙ ſi quis huius oppoſitũ egerit, & immemor ſuæ culpæ, ingeſſerit ſe diuinis, grauiter peccat, & reus eſt coram Deo. ¶Præterea, ſi in veteri teſtamento rei erant, qui legalem illam exteriorem immunditiã incurrerunt ex corporali contactu, & ante ſuam purificatiõem ex obliuione introierunt atrium templi, aut de oblatis ederunt: q̃ incomparabiliter culpabiliores cenſendi ſunt, qui grauibus & mortalibus vitijs inuoluti, ante ſuã emundationem per veram contritionem & cõfeſſionem, impudenter ingrediuntur eccleſiã Dei & chorum, & ſacris ingerunt ſe celebrandis myſterijs, aut ea ſuſcipiũt? Quis ſibi conſcius de crimine læſæ maieſtatis, audeat ſe regi ꝑſentare terreno, aut eius ingredi aulã vel accedere menſam? Et ſi tetigerit quicquam De immunditia hoĩs, hoc eſt, vitijs hominum viuorum aut mortuorum conſenſerit, praua illoꝝ ſequẽs exempla. Anima quæ iurauerit &c. Ex his ad literam edocemur, q̃ caute & prouide ſit iurandum aut vouendum. Quàm item celeriter ac feruenter iuramenta & promiſſa ſint ad-
Eccl̃s 5. implenda, iuxta quod ſcriptum eſt: Si quid vouiſti, ne moreris reddere. Diſplicet enĩ Deo ſtulta & infidelis ꝓmiſſio. Si autem quis contra hæc fecerit, & periurãdo, promiſſa frangendo, immunda tãgendo, peccauerit, vehementer & digne pœniteat. Agnam q̃q; ſeu capram offerat Deo, corpus ſuũ & animam ſalubriter affligendo. Quòd ſi magna pœnitentiæ exercitia corporalia exercere & ferre nequiuerit, offerat duos turtures, duosve pullos columbæ, cordialiter ſuſpirãdo, gemendo, ſe ſpiritaliter exercitãdo in meditatiõibus oratiõibusq; aſſiduis ac deuotis. Quod ſi nec hoc potuerit adimplere, offerat ſaltem ſimilam, hoc eſt, conuerſatiõem exteriorem, exemplarem, ſynceram, cui nõ miſceat oleum, id eſt, oblectamẽta carnalia, aut immoderatã compaſſionem aut thus, hoc eſt, odorem bonæ famæ ſeu flagrãtiã laudis humanæ nõ appetat intuitu proprij cõmodi, honoris aut gaudij, ſed ſolum ad Dei honorem & gloriam, ꝓximorumq; ædificationem. ¶Præterea peccator ſacrificia iſta debet ſacerdoti offerre, vt offerat & oret pro ſe: quoniam iuxta informationem & iniunctionem ſui cõfeſſoris, debet pœnitentiæ opera ſatisfactoria exequi, orationibusq; illius iuuari. Docemur item ex iſto capitulo, quàm periculoſa ac euitãda ſit ignorantia eorum, quæ vnuſquiſq; ſecundum ſuæ exigentiam vocatiõis ſcire tenetur, & per quæ auerti poteſt à vitijs, ac allici ad
1. Cor. 14 virtutes. ideo ſcriptum eſt: Qui ignorat, ignorabitur. Et: Quæ præcepit tibi Deus, illa cogita
Ecci. 3. ſemper. Hinc teſte ſancto Ambroſio, Ignorantia eſt maximum peccatum, magnitudine ſ.
Ambro. periculoſitatis, nõ enormitatis. trahit nanq; ad magna ac plurima mala. ¶Amplius docet nos præſens capitulum, quàm enorme ſit, ea quæ Deo oblata ſunt, aut offerenda, ſeu ſacerdotibus deputata, ſibimet vſurpare, ſubtrahere, aut tenere. Qualiter etiam debeamus nos habere ad proximos noſtros, pandit ac iubet, vt nequaquam negemus alicui ſuum depoſitum, niſi forte ex iuſta cauſa ad tempus, vt ſi furioſus repetat gladium, quem in depoſitũ apud quẽquam repoſuit. Nemini quoq; violentiam inferamus, aut damnum, ſiue calumniam, ſed nec inuenta bona apud nos reponamus, immo potius fideliter inquiramus, quis ea amiſerit, &
Heſychiꝰ ei prompte ac gratis reddamus, cum dicat *Eſitius: Si quis inuentum nõ reddat, ſimile eſt rapinæ. ¶Poſtremo, dona naturæ, corpus & anima, ratio & voluntas, ſunt quædam depoſita nobis à Deo commiſſa & credita: ideo ea ab omni peccato & deprædatiõe diaboli diligẽtiſſime cuſtodire debemus, verbo & opere proteſtantes, quòd ea à creatore ſuſcepimus, atq; ad eius reuerentiam ipſis fructuoſe vtentes.

¶Declaratio literalis cap. VI. Locutusq; eſt dominus ad Moſen, dicẽs: Præcipe Aaron. Art. XV.

DE IVGI ſacrificio & alijs multis hoſtijs præſens tractat capitulum. [Locutusq; eſt dominus ad Moſen, dicens: Præcipe Aaron & filijs eius:] Hoc eſt, tam ſummo ſacerdoti quàm ſacerdotibus inferioribus. Moſes autem ex inſtitutione diuina præerat vniuerſæ Iſraeliticæ plebi, idcirco & fratri ſuo Aaron pontifici præcipere potuit. [Hæc eſt lex holocauſti,] id eſt, ſequens præceptum reſpicit iuge ſacrificium. Diuerſæ quippe erant ſpecies holocauſtoꝝ, inter quæ iuge ſacrificium fuit præcipuum. Quod pro cõmuni bono totius plebis offerebatur quotidie, immo bis omni die naturali. [Cremabitur] i. hoc iubeo vt cremetur [in altari] holocauſtorum in atrio [tota nocte vſq; mane.] Iſtud intelligitur de iugi ſacrificio, quod quotidie immolabatur ad veſperam, & per totam noctem comburebatur vſq; ad auroram: tũcq; imponebatur ſacrificiũ aliud, quod tota die cremabatur vſq; ad crepuſculũ. Porro ſacrificiũ iſtud fuit agnus anniculus vnus de mane, alter de veſpere: qui duo vocantur quaſi collectiue vnum ſacrificium, q̊d & iuge vocatur: q̃a durante cultu veteris teſtamenti

fiebat q̃tidie, iuxta illud Exodi: Hoc eſt q̊d facies in altari, agnos anniculos duos ꝑ ſingulos dies iugiter, vnum agnum mane, & alteꝝ veſpe: atq; (vt Ioſephus refert) vnus offerebat ante Exo. 29.
ſolis ortũ, alter ante occaſum. [Ignis ex eodẽ altari erit] i. ignis aliunde ſumptꝰ, nõ ponetur Ioſe. li. 3.
in altari holocauſtoꝝ: q̃a ignis q̃ poſt hæc verba deſcẽdit de cælo, & cõſumpſit ſacrificiũ Aa- ant. iud.
ron, de cætero mãſit in illo altari, nec licuit apponere aliũ. Mãſit aũt vſq; ad tranſmigratio- cap. 9. 10.
nẽ in Babylonẽ. [Veſtiet ſacerdos tunica & feminalibus lineis. Tolletq; cineres, q̊s vorans ignis exuſſit.] De ſacris veſtibus pontificis & ſacerdotũ, in Exodo tractat, erãtq; octo, ſecun
dũ q̊ſdã. Vel ſecundũ Ioſephũ & eũ ſequẽtes, decẽ, intelligẽdo ꝑ veſtes etiã ornamenta. Inter Exo. 28.
has veſtes, q̃tuor erãt cõmunes inferioribus ſacerdotibus atq; põtifici, inter q̃s duæ erãt femi Ioſ. li. 3.
nalia linea ad opiendum verecundiora, & tunica byſſina: de q̃bus duobus textus iſte nũc lo ant. Iud.
q̃tur. Itaq; ſecundũ Ioſephũ & magiſtrũ in hiſtorijs, qñ ſuꝑabundabãt cineres ex cõcremati cap. 11.
one holocauſtoꝝ relicti in altari, ſacerdos, ad cuius officiũ hoc ſpectabat, induit veſtimenta ſacerdotalia iã ꝑfata: & tollẽs cineres de altari, ponebat eos in pelui iuxta altare, deinde exutis veſtibꝰ ſacris, alijsq; indutis, forte ad hoc ꝑparatis, vel ꝓprijs veſtimẽtis, cineres efferebat. Hinc ſubdit: Tollet cineres q̊s vorãs ignis exuſſit. i. q̊s ignis, q̃ holocauſtũ cõbuſſit, gñauit ex holocauſto. [& ponẽs iuxta altare] cineres ipſos in pelui ſeu vaſculo alio, [ſpoliabitur] i. exuet ſe [prioribus veſtimẽtis: indutusq; alijs, efferet eos extra caſtra, & in loco mũdiſſimo vſq; ad fauillã conſumi faciet] i. ignis incẽdio vſq; ad minutiſſimas partes cõburet, ne in humanũ de cætero veniãt vſum, cum ſint reliq̃æ holocauſti. Porro locus ille mundiſſimus, fuit paratus extra tẽtoria in deſerto, q̃diu filij Iſrael in ſolitudine erãt. Cumq; tabernaculũ fuiſſet in Silo ſeu alia vrbe, parabat huiuſmodi locus mundiſſimus extra vrbẽ. Cũq; conſtructũ fuerat tẽplum, locus talis extra Hieruſalẽ erat. [Ignis aũt] de cælo datus, vt dictũ eſt, [in altari ſemꝑ ardebit, quẽ nutriet ſacerdos, ſubijciẽs ligna mane ꝑ ſingulos dies.] Refert Ioſephus, ꝙ omni mane appoſuit duo modica ligna igni ꝑfato, immo (vt aliq̃ recitãt) ligna illa appoſuit, non ꝙ neceſſaria erãt ad conſeruationẽ ignis illius, qm̃ ignis ille cõtinuari potuit abſq; lignoꝝ additiõe, ſed appoſuit ea ꝓpter Dei ꝑceptũ. Veruntñ q̃uis certiſſimũ ſit, ꝙ Deus oĩpotẽs potuerit ignẽ illũ continuare & conſeruare in eſſe ſine lignoꝝ adiectione, tñ videtur ꝙ ignis ille ex ſua natura id habuit, ꝙ ſine lignoꝝ appoſitione mãſiſſet in eſſe, tum q̃a in litera dr̃, ꝙ ſacerdos ignẽ illũ nutriuit ꝑ ligna appoſita, tũ qm̃ aliàs (vt apparet) dñs non iuſſiſſet ligna apponi: immo ſi ignis ille nõ indiguit cõſeruatione ꝑ cõbuſtibilia, magis fuiſſet ad gloriã Dei, ꝙ ligna non fuiſſent appoſita. ſic enim omnipotẽtia Dei clarius reſplẽduiſſet in illo ſuo effectu tam miro. [Et impoſito holocauſto deſuper,] Lignis enim ſuppoſitis igni de mane, poſuit ſacerdos iuge ſacrificium matutinũ ſuper ignem. [adolebit adipes pacificoꝝ:] q̃a poſt iugis ſacrificij matutini impoſitionem, cremabantur in eodẽ altari pacificorum adipes hoſtiaꝝ. Iuge etenim ſacrificium de mane, ꝑceſſit cætera ſacrificia diei illius tanq̃ præcipuum,
quemadmodũ de veſpere vltimum fuit tanq̃ reſpectu alioꝝ finale. Præterea ſicut iuge ſacrifi Ioſe. li. 3.
cium ꝓ communitate fiebat, ita de publico ſumptu exhibebat, ſecundũ q̊d Ioſephus ꝓteſta anti. iu.
tur. Summus aũt ſacerdos obtulit illud. [Ignis iſte eſt perpetuꝰ, q̃ nunq̃ deficiet in altari. Hæc cap. 13.
eſt lex ſacrificij & libamentoꝝ] i. materiaꝝ ſacrificio adiunctaꝝ, [q̃ offerẽt filij Aaron coram dño,] q̃ ſpecialiter fuit in tabernaculo, tẽplo, & atrio ſuo. [& corã altari] holocauſtoꝝ. [Tollet ſacerdos] i. vnus ſacerdotum ad quem ab offerẽte delatum fuerit ſacrificiũ tale, vt offerat illud Deo, [pugillum ſimilæ quæ adſperſa eſt oleo, & totũ thus q̊d ſuper ſimilã poſitũ eſt, adolebitq; illud in altari, in monimentum ſuauiſſimi odoris domino &c.] Totum iſtud
in principio ſecundi capituli ſcriptum eſt atq; expoſitum. [Reliquam autem partem ſimilæ Leuit. 2.
comedet Aaron cum filijs ſuis abſq; fermento.] Ita ꝙ panis ex ſimila illa factus, non erit fermentatus, q̊d item ſecundo capitulo continetur. [Et comedet panẽ illum Aaron cum filijs
ſuis, [in loco *ſancto atrij tabernaculi] i. in ipſo atrio q̊d ſanctũ eſt. Porro per Aaron & fili- *ſanctuarij
os eius, non ſolũ intelligũtur perſona Aaron & immediati filij eius, ſed & ſucceſſores ipſorum. [Ideo autem non fermentabitur] ſimila illa in ſua piſtratione, [quia pars eius in domini offertur incẽſum.] Dictũ eſt nãq; ꝙ pugillũ ſimilæ illius adolebatur ſuper altare, nec erat pars illa fermẽtata, idcirco nec reſiduũ eius fermẽtabat, & de hoc aſſignatæ ſunt rõnes in ſe-
cundi cap. expoſitione. [Sanctũ ſanctoꝝ erit] i. portio ſeu oblatio valde ſancta, [ſicut ꝓ pctõ Leuit. 2.
atq; delicto] i. ſicut & vna pars hoſtiæ immolatæ pro pctõ cõmiſſionis, vna q̊q; pars hoſtiæ immolatæ ꝓ peccato omiſſionis, ſancta ſanctoꝝ dicunt. [Mares tm̃ ſtirpis Aaron comedẽt illud,] non fœminæ ſacerdotũ, propter ſanctitatẽ ſacrificij huius. Vnde à ſolis viris Deo conſecratis ac ſpiritalibus erat edendũ. [Legitimũ ac ſempiternũ eſt in generatiõibus veſtris] i. obſeruãtia iſta legalis iuſta eſt, & ꝑ omne tẽpus veteris teſtamẽti ſeruãda ꝑ ſucceſſiões poſteroꝝ veſtroꝝ: obſeruãtia, inquã, data [de ſacrificijs dñi] de q̃bus nũc ſermo. [Oĩs q̃ tetigerit illa, ſanctificabit] i. nemo niſi purificatus & idoneus ad hoc factus, ꝓſumet tã ſancta ſacrificia

 tangere.

tãgere. Vel oĩs q tetigerit illa, ſanctificabiť.i.ex hoc ipſo amplius obligať ſe deputare ac va-
care diuinis. [Loquutus q̊q; eſt dñs ad Moſen, dicens: Hæc eſt oblatio Aaron & filioꝝ eius,
quam offerre debent dño in die vnctionis ſuæ] .i. quam offerre debẽt in die q̊ Aaron vngeť
in pontificẽ, q̊d qñ & q̃liter factum ſit, infrà habetur capitulo nono. An aũt filij Aaron aliqd
offerebant Deo in die illo, an ſolum miniſtrabant patri ſuo in ſua oblatiõe, ibi patebit. [De
cimam partem ephi offerent ſimilæ.] Quid aũt ſit decima pars ephi ſimilæ, & q̃tum contine
at, in p̃cedentis capituli literali expoſitione eſt introductũ. Vbi & iſta verba cõſcripta ſunt.
[in ſacrificio ſempiterno] videlicet iugi, [mediũ eius] vtpote ſimilæ huius mediã partẽ, offe-
ret [mane] tẽpore ſacrificij matutini illius, [& mediũ veſpere] tẽpore ſacrificij veſpertini, [q̃]
ſimila [in ſartagine].i. patella [oleo cõſperſa frigeť. Offeret aũt eam calidã in odorẽ ſuauiſſi
mũ domino ſacerdos qui patris iure ſucceſſerit].i. iure ſucceſſionis fuerit ſacerdos ſeu pon-
tifex poſt Aaron. [& tota cremabiť in altari] quemadmodũ holocauſta, ita ꝙ nihil ex ea ce
dat in vſum ſacerdotis ſiue pontificis offerentis. [Omne enim ſacrificiũ ſacerdotũ] q̊d ſ. offe
runt ꝑ ſeipſis, nõ ꝑ alijs. [igne cõſumetur, nec qſq̃ comedet ex eo.] Hoc qnto capitulo pleni
us ſcriptum eſt atq; expoſitũ cũ rõnibus ſuis. [Loquutus eſt aũt dñs ad Moſen, dicẽs: Loque-
re Aaron & filijs eius: Iſta eſt lex hoſtiæ ꝑ peccato].i. p̃ceptum cõcernens ſacrificiũ, q̊d ꝑ re-
miſſione peccati offerť. [In loco vbi offertur holocauſtum, immolabitur corã dño] Quẽad-
modũ enim animal offerendũ in holocauſtũ, primo occidebatur iuxta altare in atrio, dein
de caro occiſa ſup altare illud cõburebatur, ita fiebat de aĩali q̊d ꝑ pctõ immolabatur. [San-
ctũ ſanctoꝝ eſt. ſacerdos q offert] hoſtiã ꝑ pctõ, [cõedet eã in loco ſancto in atrio taberna-
culi] Dicũt qdam ꝙ nõ cõedebat eã ſub dio ſeu loco non tecto, puta in atrio, ſed in æde ſeu
exedra ꝓpinq̃, & forte iuxta cõgruentiã, diſpoſitionẽq; auræ & aeris, poterat eã vel in atrio
vel in exedra ꝓpe poſita manducare. Hoc q̊q; recolendũ, ꝙ nõ potuit eã licite cõedere totã,
ſed pars talis hoſtiæ incẽdebatur ſup altare, immo qñ ꝑ propria eã obtulit culpa, aut pro cõ
Leuit. 4. munitatis pctõ, nihil ex ea cõedit, prout hęc plenius in 4. cap. eiusq; expoſitiõe p̃habita ſunt.
[Quicqd tetigerit carnes eius, ſanctificabitur].i. ſi aliqd mãducabile tetigerit carnes hoſtiæ
huius, p̃ſertim q̊d eiuſdẽ ſit ſpeciei cũ ea, ſanctitatẽ hãc cõtrahet, ꝙ mãducari nõ poterit, niſi
vt dictũ eſt de hoſtia iſta, puta à ſacerdote in loco p̃fato. Vel ſenſus eſt, ꝙ nõ licuit alicui hoĩ
tangere eã, niſi conſecrato & purificato. [Si de ſanguine illius veſtis fuerit adſperſa,] p̃ſertim
veſtis vulgaris, [lauabitur ĩ loco ſancto:] tanq̃ q̃ indigna erat attactu ſanguinis hoſtiæ ſacrę,
ſicq; quantũ fieri poteſt, exprimať ab ea, q̊d de ſanguine illo ei adhæſit. [Vas autẽ fictile in q̃
cocta erat, cõfringeť:] ad innuendũ ꝙ nec ipſum fuit cõdignũ tactu ſanctæ carnis. Et itẽ ad
literã, qa vas tale nõ potuit ſine ſua cõfractione tã fortiter expurgari. Illa aũt pars carnis co
quebať, q̃ in eſum ſacerdotũ cedebat. [Quòd ſi vas].i. olla ſiue patella, in q̃ cocta fuerit talis
caro, [ęneũ fuerit, defricabiť] vt ꝑ intẽſam cõfricationẽ remoueať ab eo, q̊d ei adhęſit de hui-
uſcemodi carne cocta. [& lauabitur aq̃,] vt nihil in eo ꝑmaneat de ſacræ carnis reliqis. ¶ Præ
terea, poteſt qs admirari de iſtiuſmodi iuſſiõibus, q̃ prima facie ridiculoſæ irrõnabilesq; vi
Guil. Pa. dẽtur. Quocirca primo pẽſandũ, q̊d in libro de fide & legibus ſcribit Guilhelmus: Deus vo-
luit ſemp & merito venerationẽ impẽdi ſanctuario ſuo, & ſanctificatis atq; oblatis in eo: id-
eoq; eos & ea, q & q̃ tãgerent illa, ex hoc reputari immũda, propter ſanctitatẽ reuerentiãq;
illoꝝ. Inſup tota lex illa fuit figuratiua ſpiritaliũ reꝝ. Et iſta nũc dicta, q̃ in ſe modici viden
tur eſſe vigoris, magna & ſpiritalia deſignabãt myſteria, vt in ſequẽti diceť articulo. Ad lite-
rã q̊q; Deꝰ ꝑ iſta ppl'm ſuũ diſtinxit à ritu & obſeruãtijs idololatraꝝ, q oppoſito modo ſe ha
buerũt circa ſartagines & lebetes, in qbus idolothyta ſua coxerunt. [Oĩs maſculus de gñe ſa
cerdotali, veſcetur carnibus eius] videlicet hoſtiæ pro pctõ, vtpote tã ſacerdotes offerẽtes q̃
filij eorundẽ, ex q̃ videť, ꝙ vxoribus & filiabus eoꝝ nõ licuit hoc propter edulij dignitatẽ, vn
de ſubiũgitur, qa ſanctũ ſanctoꝝ eſt.] Quod verbũ frequẽter expoſitũ eſt. Interdũ vero interi
or & ſacratior pars tabernaculi, dr̃ ſanctũ ſanctoꝝ. [Hoſtia em̃] ſ. aĩal [q̃ cæditur].i. mactatur
& immolatur [pro pctõ, cuius] hoſtiæ [ſanguis infertur] pro parte [in tabernaculũ teſtimo-
nij ad expiandũ in ſanctuario, nõ cõedetur, ſed cõburetur igni.] Iſtud in 4. cap. ſcriptũ eſt ple
nius: talisq; fuit hoſtia, q̃ pro pctõ ſacerdotũ aut coĩtatis offerebatur, q̊d ibidẽ diffuſe tracta-
tũ eſt. [Hæc q̊q; eſt lex hoſtiæ pro delicto].i. oblatæ pro peccato omiſſionis. [ſancta ſanctoꝝ
eſt].i. valde ſancta, inquantũ ad Dei reuerẽtiã immolata.] Idcirco vbi immolať holocauſtũ,
mactabitur & victima pro delicto].i. hoſtia iſta pro delicto occidetur, & offeretur in atrio
& in eius altari, ſicut & holocauſtũ iuxta modũ de hoſtia pro peccato commiſſionis indu-
Leuit. 4. ctũ. [Sanguis eius ꝑ gyrꝝ altaris fundetur.] Alia q̃ de hoſtia iſta dicũtur in litera, ex expoſitio-
ne literali 4. cap. patẽt. [vtriuſq; hoſtiæ lex vna erit.] Iã duæ leges ſunt datę de hoſtia pro pec
cato commiſſionis, & hoſtia pcti omiſſionis. Quõ ergo vtriuſq; hoſtiæ erit lex vna? Dicen-
dũ, ꝙ vtriuſq; extat lex vna.i. cõſimilis, qa circa vtrãq; hãc hoſtiã fuit obſeruãtia vniformis,
vt patet ex lr̃a iſta & p̃inductis. [Ad ſacerdotẽ q eã obtulerit, ꝑtinebit].i. cõedetur ab eo, iuxta
intel-

intellectũ p̃habitum. [Sacerdos q offert holocauſti victimã].i. hoſtiã q̃ holocauſtum vocať,
habebit pellem eius.] Nã hoſtia illa totaliter cõburebatur, excepto ꝙ mactata excoriabatur
ante concremationẽ, eiusq; coriũ extitit ſacerdotis offerentis, vt vel tantundẽ participaret
de ſacrificio Dei, q fuit eius hęreditas. [Et om̃e ſacrificiũ ſimilæ, q̊d coqtur in clibano, & qc
qd in craticula vel ſartagine p̃paratur, eius erit ſacerdotis à q̊ offertur].i. q̃litercunq; p̃pareť,
coq̃tur, ſiue piſtretur ſacrificium ex ſimila, ex q̃ panes fiebant, interdũ in clibano, interdum
in patella ac alijs modis, ꝑut in expoſitione ſecundi patebat capituli, pertinebit ad vſum &
eſum ſacerdotis offerẽtis, dẽpto ꝙ pars ſimilæ adolebať ad Dei reuerẽtiã in altari. [ſiue oleo
cõſperſa fuerit] ſimila in ſua piſtratione aut oblatione, [ſiue arida mãſerit.] Etem̃ qñ ex ſimi
la fiebat oblatio ꝑ pctõ, non conſpergebať oleo, vt ſcriptũ eſt p̃cedenti cap. [Cũctis filijs Aa-
ron æq̃ mẽſura ꝑ ſingulos diuideť.] Hoc exponi poteſt tripliciter: Primo, ꝙ vnicuiq; ſacer- Leuit. 5.
doti deputanda erat certa & congrua dies, in q̃ ipſe ſacerdotali vtebatur officio, & ea q̃ obtu
lit, in vſum ſuũ redegit. Secũdo, ꝙ oblata diuidebãtur ſacerdotibus ꝓportionabiliter iuxta
eoꝝ indigẽtiã vel laborẽ. Tertio, ꝙ hoſtiæ ad immolandũ adductæ, à vulgo diſtribuebanť ſa
cerdotibus ad ꝓſequendũ ipſam ſacerdotalẽ oblationẽ. Diſtribuebanť, inquã, cum q̃dã æq̃li-
tate ſine perſonarum acceptione, ſicut ſeruatur medium æqualitatis in diſtributiua iuſtitia.

¶ Spiritalis eiuſdem cap. VI. elucidatio. Arti. XVI.

HAec eſt lex holocauſti. Cremabiť in altari tota nocte vſq; mane. Dominus & ſaluator
vnigenitus patris, obtulit ſe in cruce ꝑ nobis Deo patri in holocauſtũ, ex ardẽtiſſimæ
charitatis igne exponens ſe tali oblationi ac morti. Hoc igitur holocauſtum iugiter Matt. 27.
debet ardere in altari, hoc eſt, in ſublimitate cordis noſtri, q̊d eſt ſpiritale altare, in q̃ ſacrifici Ioan. 19.
um laudis, orationis incenſum, bona & prompta voluntas, Deo aſſidue offeruntur: tũc qp-
pe in iſto altari holocauſtũ illud crematur, dum feruenter atq; gratanter recolimus, quanta
filius Dei pro nobis in corpore ſuo aſſumpto ſuſtinuit. Id q̊q; agendũ eſt tota nocte.i. omni
tempore vitæ p̃ſentis, quæ comparatione vitæ futuræ nox appellatur. Nox etiam defectuo
ſitas & ignorantia noſtra vocať. Specialiter vero tẽpus tentationis, ꝑſequutionis & aduerſi-
tis nox dr̃, in q̃ tempore p̃cipue recurrendũ eſt ad feruidã & intentã ac ſtabilẽ dñicæ paſſionis
memoriã. Præterea ipſemet homo deuotus & feruens, holocauſtũ eſt Dei, cuius cultui totũ
ſe cũ omni piæ deuotiõis ꝓmptitudine mãcipat, & nihil ſui relinqt ſibi, cũ Ap'lo dicẽs: Viuo Galat. 2.
aũt iã nõ ego, viuit ꝟo in me Chr̃s, q̊d veris & ſanctis religioſis potiſſimũ cõpetit. Hoc itaq;
holocauſtum debet in altari cremari, ita vt homo in ꝓprio corde macteť ſe Deo, oẽm affecti
onem ꝑuerſam & oẽm culpam in ſeipſo ſuffocans, & igne amoris comburens, qm̃ charitas
multitudinem, immo & vniuerſitatem operit pctõꝝ: hoc eſt ſeipſum ſalubriter abnegare, Prou. 10.
mortificare, deſerere, ꝑdere & odire, ſicut ait ſaluator: Qui odit aĩam ſuã in hoc mundo, in Iacob. 4.
vitam æternam cuſtodit eam. Ignis ex eodẽ altari erit.i. feruor diuini amoris & ſanctæ de- 1. Pet. 4.
uotionis ex corde ſemper procedere debet & ferri ad Deum, iuxta illud: Concaluit cor meũ Ioan. 12.
intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Veſtietur ſacerdos tunica & feminalibus Pſal. 38.
lineis: quemadmodum ſacerdotes Moſaicæ legis alijs vtebantur veſtimentis in miniſterio
templi, alijsq; in factis humanis ac cæteris actibus, ita & ſacerdotes euãgelicæ legis. Speciali-
ter vero ſacerdos & omnis in ſacris ordinibus conſtitutus, induendus eſt tunica.i. cõuerſati-
one exemplari & iuſta, vt cum ſancto Iob queat fateri: Iuſtitia indutus ſum. Et q̊d loquitur
Eſaias, Induit me dñs veſtimento ſalutis, & indumento iuſtitiæ circundedit me. Apte quo- Iob 29.
q; per tunicam lineam ſimplex & innocens vita, ſeu pura intentio deſignatur: per feminalia Eſaię 61.
vero, caſtitas & continentia: quia ſuper omnia eſt neceſſe, vt caſti, ſpiritales & ſobrij ſint, q 1. Petr. 2.
ſuperdigniſſimis Chriſti ſacramentis deſeruiũt ſiue cõmunicant, iuxta illud Eſaiæ: Munda- Eſaiæ 1.
mini q fertis vaſa domini. Tolletq; cineres quos vorans ignis exuſſit. Secundum Gloſſam,
cinis eſt conſummatio boni operis. Cineres extra caſtra efferet Aaron, qa per Chriſtum ope
ra noſtra bona patri præſentantur. Dicit etiam Gloſſa in iſto capitulo: Mane incepit paſſio
Chr̃i, qñ in atrio Caiphæ alapis cæſus eſt, & vſq; ad veſperã ꝓtelata. Tenebris em̃ eã inter- Matt. 26.
polãtibus, in mane & veſpere diuidiť. Hæc Gloſſa. Veruntñ alij dicunt, Chr̃m hora duodeci Ioan. 12.
ma expiraſſe. Cineres poſſunt intelligi humiles conſiderationes propriæ mortalitatis & fra
gilitatis, igne deuotionis accenſæ, q̃ in loco mundiſſimo ſunt cuſtodiendæ, vt altioribus ceſ-
ſantibus actibus, reſumãtur. Ignis in altari ſemper ardebit, de q̊ aſſerit dñs: Ignem veni mit- Lucæ 12.
tere in terrã, & qd volo niſi vt accendatur? q ignis eſt vel ſpiritus ſanctus, vel charitas infuſa,
ſine q̃ nihil eſt ſpiritaliter viuũ, Deo acceptũ, & meritoriũ. Indeſinẽter ergo ardeat in corde
ſeu voluntate. Quẽ nutriet ſacerdos, ſubijciens ligna mane per ſingulos dies. Ligna qbus nu
trienda, augenda & inflammãda eſt charitas habitualis, ſunt obiecta & conſiderationes, ex q
bus cor inflammatur ſancta dilectione, videlicet ſumma & inuariabilis bonitas Dei, & oĩs ꝑ
fectio eius. Vniuerſa q̊q; beneficia & promiſſa ipſius, humanitas Chriſti, & conſiderationes
iſtoꝝ, quæ omnia aſſidue applicãda ſunt cordi, & imponẽda charitati eiuſdẽ, vt nũq̃ deficiat,

immo q̊tidie amplius inardeſcat ignis iſte in mente, oïſq; affectio, cogitatio, ſermo, opus, omiſſio, q̃ eã poſſunt minuere aut auferre, ꝓrſus abijciant. ¶ Deniq; in nouo teſtamẽto, non ſolũ dicunt ſacerdotes, q ſacramentũ ordinis ſunt ſortiti: ſed & vniuerſi fideles in baptiſmate vncti, q ſeipſos Deo ſacrificant ꝑ obedientiã ſalutarẽ, & hoſtiã laudis ac alia ſpiritalia ſacri-
1. Petri 2. ficia immolant ei, ꝓpter q̊d ſacratiſſimus princeps apl'oꝝ, vniuerſos affatur fideles: Vos autẽ genus electum, regale ſacerdotiũ. Idcirco nũc dicta, oĩbus ſunt ſeruanda. Locutuſq; eſt dominus: Iſta eſt lex hoſtiæ ꝓ pctõ: In loco vbi offertur holocauſtum, immolabiť corã dño. In eadẽ nanq; eccleſia, eadẽq; mente, in q̃ Deo offerimus ſpiritalia holocauſta ex ſpõtanea deuotione, offerimus & pnĩæ opa: & nũc actui latriæ, nũc exercitijs pnĩæ inſudamus. Per hoc q̊q; inſinuatur, ꝙ pctõr pœnitẽs & cõuerſus placet Deo, ſicut & innocẽs iuſtus. Sacerdos, q offert, cõedet eã: qa ſpiritaliter refici debet actu ſuo virtuoſo, & delectari in eo. Quicqd tetigerit carnes eius, ſanctificabiť. Per hoc veriſſime ꝑfiguratũ cognoſcimus, ꝙ qcunq; fide, deuotiõe & charitate tetigerit, cõſecrauerit aut accepit ſacratiſſimũ Chr̃i corpus, ſanctitatẽ cõſeqtur. Si de ſanguine illius veſtis fuerit adſpſa, lauabiť in loco ſancto. Hoc q̃ſi ad literam ſeruat eccleſia, dũ corporalia ſeu alia cõſecrato Chr̃i ſanguine tacta, taliter lauat: terrã vero & lapidẽ ea cõtacta, radit ſeu fricat. Ad q̊d deſignãdũ, ſubiũctũ eſt: Vas fictile cõfringeť: ꝙ ſi ęneũ fuerit, defricabiť. Spiritalius aũt loquẽdo, veſtis adſpſa ſanguine Chr̃i, eſt caro aĩam veſtiẽs, in cuius ore accipitur ſacramentũ altaris: ideo aſſidue & lauanda lachrymis contritionis, & alijs modis purgãda ab omni ſorde & ingnatione pcti. Vas aũt fictile, in q̊ cocta eſt, confringetur. Per vas factile, homo carnalis, mollis, ad vitia pronus, inſtar terreæ teſtę cito diſſipabilis ꝑ pctã, q ſi Chr̃i corpus acceperit, confringetur. i. ſpiritaliter deſtruetur, qm̃ aut indigne accedit, aut poſt ſumptiõem celeriter recidiuat, niſi Deus ꝑ ſpecialẽ affuerit grãm. Quod ſi vas æneũ fuerit, defricabitur. Per æneũ vas, hoĩes virtuoſi, q ſpiritaliter fortes ac ſolidi ſunt, intelligunť: q etſi cũ feruore ac reuerẽtia celebrent ſiue cõmunicent, diſtractiões tñ & negligentias circa tm̃ ſacramentũ incurrũt, ꝓpter q̃s diluẽdas, ꝑ diſciplinas & ſatisfactorios actus defricãt ſeipſos, & corripi ac corrigi nõ dedignãť. Porro ꝑ hoc ꝙ fœminei ſexus ꝑſonæ à ſacræ & oblatæ carnis eſu ꝓhibebantur, qd aliud deſignať, niſi ꝙ nihil fœmineę leuitatis ac carnalis impuritatis, in celebrãtibus & cõmunicantibus conſiſtere debeat? Quòd ſi carnes illas oblatas Deus in tanta voluit veneratiõe haberi, cũ quãta reuerẽtia tractãdũ atq; ſumẽdũ eſt corpus ſacratiſſimũ ſaluatoris? Poſtremo ꝑ hoc, ꝙ oblata illa ſacra iuſſit dñs æq̃ menſura ſacerdotibus impartiri, ſignificať, ꝙ eccleſiaſtica bona ſint clericis & miniſtris eccleſiæ cũ æq̃litate iuſtitiæ diſtribuenda, non tam inæq̃liter, vt vnus eſuriat, alter in illis inebrietur, ne dicam luxurietur. Ideo pluralitas beneficioꝝ periculoſiſſima comprobatur. Cæteroꝝ verborum huius capituli ſenſus ſpiritalis, patet ex locis præallegatis, ſicut & literalis eoꝝ ſenſus.

¶ Explanatio literalis cap. 7. Hæc eſt lex hoſtiæ pacificorum. Arti. 17.

DE ritu & vſu hoſtiaꝝ pacificaꝝ nunc agitur. Et primo de eis quæ pro beneficijs iam conceſſis offerebantur. [Hæc eſt lex hoſtiæ pacificoꝝ, quæ offertur dño: Si ꝑ grãꝝ actione fuerit oblatio]. i. ſi immolatur in grãꝝ actionẽ pro bonis à Deo collatis, [offerẽt
Leuit. 2. panes abſq; fermento]. i. nõ fermentatos. Nulla enim oblatio q̃ ſuper altare ponebatur, potuit eſſe fermentata, iuxta q̊d ſcriptum eſt 2. cap. Oĩs oblatio q̃ offertur dño, abſq; fermento fiet. de cuius rei cauſis dictum eſt ibi. [cõſperſos oleo]. i. in ſua formatione ſeu piſtratiõe oleatos, cur aũt in ſacrificijs Dei oleum frequẽter admiſcebať, dictum eſt ſæpe, [& lagana azyma
†vncta oleo† lita] ſicut in expoſitione literali ſecundi habetur capituli. Per lagana azyma. i. nõ fer-
Leuit. 2. mentata, qdam intelligunt panes latos ac tenues, nõ conſperſos oleo, ſed linitos. Alij ꝑ lagana iſta, intelligunt panem ex ſimila coctum in calida aqua. [coctamq; ſimilam, & collyridas olei admixtione cõſperſas.] Collyridas aliq dicunt eſſe paruos panes de ſimila factos, triangulares aut circulares. Seu vt alij ſcribunt, ſunt panes ꝑtenues, q̃ interdum cruſtulæ appellantur: qm̃ quaſi totaliter erant cruſta, parum aut nihil habentes de mica. Certius autem dici-
2. Reg. 6 poteſt, ꝙ collyrida ſit idẽ q̊d torta. Vnde pro eo q̊d ſcriptum eſt 2. Regum libro, Partitus eſt
1. Par. 16. Dauid ſingulis collyridam panis vnam: primo Paralipomenon fertur, tortam panis. [Panes
Leuit. 2. q̊q; fermentatos] Hoc intelligendum eſt de panibus immolatis, q non ſuperimponebantur altari, vt in ſecũdi expoſitione capituli dictum eſt plenius. Hos panes offeret ad eſum ſacerdotum cum carnibus, [cum hoſtia gratiarum] quæ ſ. pro gratiarum actione offertur. Vnde ſubiungitur: [quæ immolatur pro pacificis]. i. pro beneficijs datis ad pacẽ & proſperitatem ſpectantibus. [Ex qbus vnus pro primitijs offeretur domino.] Quanuis enim plures panes offerebantur, vnus tñ tanq̃ qd primitiuũ domino ſpecialiter offerebatur, ita ꝙ ceſſit in vſum ſacerdotis ipſius, ideo ſeqtur: [& erit ſacerdotis,] tamen (vt fertur) in Hebræo habetur, ex oĩbus vnus. Nempe iuxta præhabita in expoſitione ſecundi capituli, panes offerendi poterant quatuor modis parari ſeu coqui, & de ſingulis modis paraturæ, plures panes offerebantur, atq; de quolibet modo vnus panis ſacerdoti pro primitijs tradebatur. [q fundet hoſtiæ ſanguinem

guinem]. i. animal mactabit quod domino offeretur. Pro pacificis nanq; non ſolum panes, ſed & boues, oues ac capræ immolabantur, vt 3. habetur cap. [cuius carnes comedentur ea- Leuit. 3.
dem die.] Caro quippe hoſtiæ pacificæ immolata, in tres partes diuidebať, quaꝝ vna ad Dei honorem cõcremabatur, alia venit in vſum ſacerdotum, tertia in offerentiũ vſum ſeu eſum, cuius rei ratio in tertio articulo eſt expreſſa. Eodem igitur die, q̊ immolabať, hæc hoſtia fuerat comedenda, quantum ad duas partes ſuas: nec tamen ob hoc fuit vltra menſuram tẽperantiæ comedendum, ſed quod remanſit, in craſtinum comburebatur. Idcirco quod ſubditur, [nec remanebit ex eis quicquam vſq; mane:] exponẽdum eſt, ꝙ licite remanere ſeu reſeruari non poterat vſq; ad diem ſequentem, ad comedendum. Et videtur textus ſonare, ꝙ vſq; ad auroram ſequentis diei licuit veſci carnibus hoſtiæ huius. Sequitur de hoſtia pacifica q̃ offerebatur ꝓ beneficio impetrando, q̃ dicebatur ſpontanea & votiua: quia non ita tenemur Deo pro bonis ſperatis, ꝓmiſſis aut obtinendis, ſicut pro bonis exhibitis. [Si voto] Votum non ſumitur hic ꝓ promiſſo: quia quod ex promiſſione offertur, ex debito immolatur magis, q̃ quod pro datis beneficijs abſq; promiſſione offertur. Votum ergo nunc ꝓ deſiderio ſumitur. Itaq; ſi voto. i. deſiderio beneficij adipiſcendi, [vel ſponte] ex ſola deuotione
[*quiſq̃ obtulerit hoſtiam] panum aut pecoꝝ, [eadem ſimiliter edetur die:] ſi congrue fieri *q̃ſpiã
poteſt, non tñ oportet. Nam ſubditur: [Sed & ſi quid] ex ea [in craſtinum remanſerit, veſci licitum eſt:] qa tam ſacerdos q hoſtiam mactauit ſeu obtulit, q̃ q eam ſacerdoti obtulerũt, poterant die immediate ſequenti reſiduum mãducare, nõ aũt tertio die. [Si qd aũt tertius inuenerit dies]. i. ſi aliq̃ pars hoſtiæ huius, inuenta fuerit ſeu exiſtens tertia die, ꝑ incluſionẽ diei oblationis & diei iſtius. Et capitur hic, inuenire, extẽſe pro exiſtere ſiue occurrere. Dicitur autem dies ſeu tempus inuenire, facere aut pati, quod inuenitur, fit aut ſuſtinetur in die ſeu
tempore. [ignis abſumet. Si quis de carnibus victimæ pacificorum tertio die comederit, ir- †fiet ei*
rita †fiet oblatio]. i. non erit Deo accepta, nec conſequetur effectum, q̊ ad eum q de ea tertio cõederit die, ideo ſeqtur: [nec ꝓderit offerenti:] quia & ſi primo aut ſecundo die placuit aut obtinuit qd à Deo, per pctũm tertiæ diei meretur eo priuari. Vnde ſubiungitur: [Quin potius quæcunq; aĩa]. i. quicunq; homo [tali ſe edulio contaminauerit]. i. talem cibum illicite ſumpſerit, [ꝑuaricationis rea erit]. i. ꝑuaricator ꝑcepti, ſicq; meretur grã data priuari. Porro ſi ſacerdos ſolus inde comediſſet, non fuiſſet offerẽti vulgari imputatum: nec ſacerdoti, ſi ſolus offerẽs inde ſumpſiſſet, niſi aliunde cõmunicaſſent in crimine illo. ¶ Sed quæri poteſt ratio hoꝝ, cur ſ. nihil ſeruari poterat, nec edi in craſtino de hoſtia ꝓ beneficio dato oblata, ſic-
ut de hoſtia pro adipiſcendo bñficio immolata? Ad q̊d dici poſſet, quemadmodũ Origenes Origen.
in homilia refert reſpondiſſe Hebræos, qa non diſcutit ſeruus præcepta domini ſui, nec rationes eoꝝ inqrit, ſed ſola iuſſione contentus, ſatagit obedire. Sicq; ſecundum eos ſufficit rñdere, quoniam Deo qui præcepit, ſic placuit. Iſtud tamen ad ſatisfaciendum infidelibus argumentatoribus non videtur ſufficere. Nam & ſi ſeruus non habeat ꝑcepta domini ſui diſcutere ex diffidentia, curioſitate aut præſumptione, pio tamen deſiderio intelligendi ea quę au-
dit, poteſt humiliter cauſas ſcrutari. Vnde & ſcriptum eſt: Beati qui ſcrutantur teſtimonia Pſal. 118.
eius. Itaq; ad propoſitum reſpondere poterimus, ꝙ ad inſinuandum de beneficijs iam pręſtitis eſſe regratiandum, mox ſine mora voluit dñs oblationem pro eis factam die manducari eodem. Oblationem autẽ factam pro beneficijs recipiendis, poſſe partim comedi die ſequẽti, quoniam propter beneficia illa non tenemur tam indilate Deo regratiari & obſeq. Deniq; oblationes iſtæ pro gratiarum actione, & ex voto, poterant manducari non ſolũ in atrio ſeu exedra, ſed vbiq; intra Hieruſalem. Non enim erit tantæ ſanctitatis hæc hoſtia, vt holocauſtum & illa q̃ pro pctõ fiebat, q̃ in ſancto loco comedebatur. [Caro q̃ aliqd tetigerit immundum, non cõedetur, ſed cõburetur igni.] Hoc exponitur non de quacunq; carne, ſed de
carne hoſtiæ pacificæ, de qua nunc ſermo. [Qui mundus †eſt, veſcetur ex ea:] qa de carnibus †fuerit
hoſtiæ huius potuit manducare non ſolum ſacerdos, & ille qui obtulit eã ſacerdoti, ſed alij q̊q; q inuitabantur ad eſum ipſius ab offerente, dummodo mundi eſſent ſecundum legẽ: ſed immundis nõ licuit, ſiue fuiſſent immundi ab intrinſeco, ſicut leproſus & ſemine fluens, ſiue ab extrinſeco, vt illi q tangebant immunda. Hinc ſubditur: [Anima polluta q̃ ederit de carnibus hoſtiæ pacificorum, ꝑibit de populis ſuis. Et quę tetigerit immunditiam hoĩs vel iumenti]. i. corpus defunctum, vel aliquid horum, quod ſecundum legem reputabatur immũdum, maculanſq; tangentem, de quibus infrà habetur. [ſiue omnis rei quæ polluere poteſt, & cõederit de huiuſcemodi carnibus, interibit de populis ſuis:] qm̃ irreuerentiam facit Deo in his q̃ oblata ſunt ei. ¶ At vero q̊d dictũ eſt, peribit de populo ſuo, vel interibit de populis ſuis, quidam, q̊s ſeqtur Lyra, exponunt ſic, ꝙ talis immundus fuerat morte puniendus. Contra quod ſcribit R. Paulus: Duriſſimum eſſet dicere, ꝙ ꝓpter talẽ comeſtionẽ homo puniret morte. Sed aliter eſt dicẽdum: Nã in hoc loco vbi dicitur, peribit &c. intelligitur ſecundũ Gloſſam nr̃am, vt talis dicať lupus rapax, nõ ouis Dei. Vnde in q̃pluribus locis, vbi ſimilis ſentẽtia po-

nitur,ſecundum Hebræos intelligiť,tale pctũm diuinæ vltioni relinqui,nõ ꝙ per hoĩem ca-
pitali pœnæ adiudicetur.Et iſta eſt cõmunior ſententia. Nam & de illo, in cuius domo in-
ueniretur aut appareret quantumcũq; modicum fermenti tempore paſchali, & in ꝗplurib⁹
caſibus leuiſſimis talia verba in veteri lege leguntur, in qbus diuerſimode crimen capitale
eſt introducendum.Hæc R.Paulus.Circa hæc dico, quòd per hæc verba, Peribit de populo
ſuo,datur intelligi,ꝙ talis peccat mortaliter,contra ꝑceptum agendo vel omittendo. Qui
Heb. 10. aũt peccat mortaliter,mereť mortem æternã,ꝗ à ſocietate electoꝝ ſui populi ꝑpetue ſepara
tur.Qui vero meretur æternã mortem, mereť etiã mox tolli à vita ꝑſenti, ſeu vita priuari à
Deo ſecundum rigorem iuſtitiæ,ꝓut in Sũma cõtra Gentiles aſſerit Thomas. Veruntñ, an
ſecundum legem Moſis in talibus fuerit ſemp etiã mors corporalis infligenda,melius ſcire
poſſunt Hebræi. Apoſtolus tñ loquitur ad Hebræos: Irritam qs faciens legem Moſis,abſq;
Ibidem. vlla contradictione duobus aut tribus teſtibus moritur. Quanuis hoc non ſit de qbuſcunq;
legis tranſgreſſionibus æqualiter intelligendum.Per hoc quoq; ꝙ Gloſſa affirmat,talem nõ
eſſe ouem,ſed lupum rapacem,inſinuat ꝙ peccet mortaliter, cum ꝓpter veniale duntaxat
non deſinat quis eſſe ouis.Et ꝗuis aliqua talia ſint in ſe leuia, tamen inquantum erant cõtra
ꝑceptum Dei,non erant reputanda leuiſſima,immo nec leuia.[Loquutusq; eſt dñs ad Mo
ſen, dicens:Loquere filijs Iſrael:Adipem bouis & ouis & capræ non cõedetis.]Certum eſt ex
ꝓhabitis,ꝙ iſta tria fuerant animalia immolatitia, & item ꝙ adipes hoꝝ quæ immolaban
tur,non poterant comedi ab Hebræis.Sed de adipe hoꝝ trium pecoꝝ,qñ nõ offerebanť, po
teſt quæſtio eſſe. Tamẽ circa hoc communiter dicitur, ꝙ nec talium adipum eſus licuit eis,
Leuit. 3. quum tertio capitulo ſcriptum ſit:Nec adipem nec ſanguinem om̃ino comedetis,immo ex
hoc aliq opinãtur,ꝙ nullius animalis,ſecundum legem comeſtibilis,adipem poterãt man-
ducare. De hoc magiſter in hiſtorijs ait:Nec adipem nec ſanguinẽ oĩno comedetis: q̊d intel
ligitur de aĩalibus oblatis & aſſignatis,tamẽ propter illud Iudæi ab omni adipe abſtinebãt.
Sed verius dicimus,ꝙ dñs adipem q offerri ſolet,ꝓhibuit eis in eſum.Quid ergo faciunt de
adipe aĩalis mundi,non oblati,nec morticini,nec à beſtia capti? Forte proijciunt vel dãt alie
nigenis ad edendum. Sed q̃modo faciũt hoc ſi dñi eſt?id eſt,ſi adeps domini eſſe debet. Iſtud
Auguſt. oppoſuit Auguſtinus.Iudæi tamen nunc comedunt adipem mũdi aĩalis,q̊d offerri nõ licet,
videlicet ceruorum,damularum atq; huiuſmodi:adipem vero q ſolebat offerri,nõ cõedunt,
ſed habent in varios vſus inſtar adipis morticini. Hæc ibi.Hinc ſubditur:[Adipem cadaue-
ris morticini]vtpote per ſe mortui,& eius animalis quod à beſtia captum eſt].i.dilaniatum
ſiue peremptum,[habebitis in vſus varios].i.vtemini ad diuerſa, videlicet ad fouendum lu
men lucernæ ad vnctiones exteriores, & cõſimilia. Talis etenim adeps nec comedi poterat,
neq; offerri,quanuis fuiſſet animalis mundi & immolatitij.[Si quis adipem qui offerri de-
bet in incenſum domini].i.ad Dei honorem in altari cremari,[comederit,peribit de popu-
lo ſuo.Sanguinem quoq; omnis animalis non ſumetis in cibos, tam de auibus ꝗ de pecori-
bus].i.nullius animalis,ſiue greſſibilis,ſiue volatilis ſanguinem comedetis.[Omnis anima
quæ ederiť ſanguinem,peribit de populis ſuis.]Ex hoc dicunt quidam Hebræi, ꝙ ſanguis lo
cuſtaꝝ & piſcium non ſit eis prohibitus.Iſta duo præcepta cum rationibus ſuis in expoſiti
Leuit. 3. one tertij capituli ſunt tractata.De hoc Ioſephus ait: Omnem eſum ſanguinis eis ꝓhibuit,
Ioſe.li.3. quia animam & ſpiritum in ſanguine eſſe Moſes putauit,in quo eſus ſuffocati tm̃ intelligi
anti. iu. tur prohiberi. Tamen intantum prohibuit eſum ſanguinis, ꝙ etiam auem vel feram aucu-
cap.13. pio,venationeve captam,voluit comedi fuſo in terrã ſanguine & operto. Veruntamen ver
ba hæc Ioſephi ſunt pie intelligenda. Non enim Moſes erronee hoc putauit, vt infrà diceť,
nec ex ſe,ſed Deo iubente eſum prohibuit ſanguinis. [Loquutusq; eſt dñs ad Moſen, dicẽs:
Loquere filijs Iſrael,dicens:Qui offert victimam pacificorum dño].i.bouem,ouem aut ca-
pram,[offerat ſimul & ſacrificium.i.libamẽta eius.] hoc eſt,ea quę cum tali animali pariter
ſolent offerri,vt ſunt panis & oleum ei miſcendũ,ſeu potius mixtum aut ſuperlitũ.[tenebit]
offerens vulgaris [manibus adipem hoſtiæ].i.animalis oblati,[& pectuſculum]eius.Sacer-
dos q̊q; adſtans,ſuppoſuit manus ſuas manibus offerentis,vt ſic actus ille fieret Deo accepti
or.[Cumq; ambo oblata domino conſecrauerit].i.deputauerit quaſi ſpecialiter ei offeren
da,[tradet ſacerdoti]vt proprijs manibus immolet ea.[qui adolebit].i.incendet[adipem ſu
per altare]holocauſti in atrio.[Pectuſculum autem erit Aaron & filiorum eius,] ad come-
dendum.[Armus q̊q; dexter de pacificoꝝ hoſtijs cedet in primitias ſacerdotis] offerentis .i.
tanꝗ ꝑcipuum q̊d dabitur ei ad vſum & eſum ipſius, [qui obtulerit ſanguinem & adipẽ filio
rum Aaron].i.ſacerdos ex ſtirpe & numero poſteroꝝ ipſius Aaron,q modo prætacto obtu-
lerit adipem & ſanguinẽ pecoris immolati.[habebit armũ dextrũ in portiõe ſua: pectuſcu
lũ em̃ eleuationis]q̊d ſ.ſacerdos leuabat cũ manibus eius qui tenebat adipem, atq; pectuſcu
lum hoſtiæ ſuæ, ſicut iam dictum eſt,[& armum ſeparationis,]id eſt,armum dextrum, q di
uidebať de corpore animalis oblati,vt daretur ſacerdoti in eſum.[tuli à filijs Iſrael de hoſtijs
corum

eorum pacificis].i. auferri inde præcipio, & præcipere ante decreui, cætera vero in offeren-
tium vſum venerunt.[& dedi Aaron ſacerdoti & filijs eius] ſacerdotibus [lege perpetua,] id
eſt,iuſſione duratura,[ab omni populo Iſrael] per omne tempus cultus veteris teſtamenti.
Conſequenter fit recapitulatio prædictoꝝ in diuerſis capitulis.[Hæc eſt vnctio Aaron & fi-
lioꝝ eius.] Per vnctionem quidã intelligunt oblationem, q̊d videť extraneum. Idcirco per
vnctionem poteſt intelligi ꝓuiſio ſeu delinitio iſta,qua dñs tam benigne prouidit ſacerdo-
tibus ſuis de neceſſarijs,per q̊d deliniuit & dulciter vnxit corda eoꝝ. [in cæremonijs dñi].i.
in obſeruantijs ſacrificiorum legalium ad cæremonialia pertinentium.[die quo obtulit eos
Moſes].i.præſentauit ſeu præſentare inſtituit diuino cõſpectui. [vt ſacerdotio fungerẽtur,
& quæ præcepit dominus eis dari à filijs Iſrael] de ſacrificijs eorum,[religione,] id eſt,obſer
uantia religioſa, quæ eſt latriæ actus, [perpetua in generationibus ſuis. Iſta eſt lex holocau-
ſti,] de quo dictum eſt primo capitulo. [& ſacrificij pro peccato] commiſſionis, [atq; deli-
cto,] de quo ſacrificio ſcriptum eſt quarto capitulo.[& pro cõſecratiõe].i.iuſtificatiõe per
ſacrificia obtinẽda,vel de conſecratiõe offerendorum,[& pacificoꝝ victimis,] de quibus ha Leuit. 3.
bitum eſt capitulo tertio, & in iſto. [quæ] ſacrificia [conſtituit dominus Moſi].i. notifica-
uit,præfixit,offerriq; iuſſit,conſtituit inquam [in monte Sinai,quãdo mãdauit filijs Iſrael]
per Moſen,[vt offerrent oblationes ſuas dño,] id eſt,ſicut Deo & domino ſummo,[in deſer
to Sinai,] quia in illo deſerto ſitus eſt mons ille,& in illo monte mandauit hæc, atque in il-
lo deſerto cœperunt filij Iſrael iſta offerre. Præterea ſuper illud, Tenebit manibus adipem,
ſcribit Lyra: Sacerdos ſupponebat manus ſuas manibus offerẽtis, ſicq; iſtud ſuperpoſitum
manibus ſuis eleuabat ad cælum,deinde retraxit verſus terram,poſtea ad quatuor partes or
bis:ad denotandum ꝙ offerebatur ei,qui eſt dominus cæli & terræ, ſicq; fuiſſent ibi ſex mo-
tus.Sed his contradicit R.Paulus,& dicit:Sacerdos in huiuſmodi oblatiõibus faciebat qua-
tuor motus tantum, videlicet eleuare verſus cælum, & retrahere verſus terrã, & mouere an-
trorſum,ac trahere retrorſum. Et ita in huiuſmodi motibus fiebat proprie ſignum crucis.
Hæc Rabbi Paulus. ¶Circa quod dici poſſet, quòd per talem cruciformem ſacrificij mo- R.Paul⁹.
tionem duo deſignabantur:Vnum, ꝙ ei offerebatur,qui ꝓ mundi redemptiõe fuerat cruci-
figendus. Aliud, quòd ſacrificium illud præfigurauit ſacrificium illud ſaluificum, pro com-
muni ſalute in cruce oblatum. Præterea, ad intelligendum præhabita, oportet aduertere,
quod in prima Secundæ, quæſtione centeſimaſecunda ſcribit Thomas: De hoſtijs,inquiens,
pacificis in vſum ſacerdotis cedebant pectuſculum & armus dexter, ad excludendum quan-
dam diuinationis ſpeciem, quæ ſpatulamantia nuncupatur:quia in ſpatulis immolatorum
animalium diuinabãt, & ſimiliter in oſſe pectoris:ideo duo iſta offerentibus ſubtrahebanť,
ſacerdotibusq; dabantur.Per quod etiam deſignatur, quòd ſacerdoti neceſſaria erat ſapien-
tia cordis,ad inſtruendum populum:quod ſignificabatur per pectus,quod tegumentum eſt
cordis: & etiam fortitudo animi,ad ſuſtinendum defectus inferiorum, quod inſinuabatur
per armum dextrum. Hæc eadem Alexander ſuper tertium, & Guilhelmus libro de fide &
legibus ſcribunt. Cæterorum quæ in iſto habentur capitulo, rationes & cauſæ, in præindu-
ctis articulis pro maxima parte habentur.

¶Spiritalis elucidatio eiuſdem capituli ſeptimi. Art. XVIII.

HAec eſt lex hoſtię pacificoꝝ, ꝗ offerť domino.] Debemus & nos pacificas,ſalutareſq;
hoſtias Deo aſſidue cum omni deuotiõe offerre,tanto plus quàm olim Iudęi,quanto
maiora & plura beneficia nobis deſuper ſunt collata per Chriſtum tempore euangeli-
cæ legis & gratiæ, quàm Iudæis ſub lege timoris ac rigoris iuſtitiæ: nempe quæ tunc danda
aut fienda per Chriſtum ꝓmittebantur, iam nobis exhibita ſunt atque impleta per ipſum,
ſicut ait Ioannes:Lex per Moſen data eſt,gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.Itaq; Ioann. 1.
pro beneficijs nobis à Deo per dominum Ieſum conceſſis, tam generalibus quàm ſpeciali-
bus,offerre debemus panes abſq; fermento conſperſos oleo,intelligendo per panes obſeruã-
tias præceptoꝝ,quæ bene reficiunt mentẽ,& ſine quibus nihil ſpiritaliter ſapit, Deove pla- Apoc. 2.
cet:quoniam qui nõ implet mãdata,nequaquam ſpiritaliter viuit nec diligit,ſed mortuus Bernar.
eſt:eſtq; ingratũ ſpirituiſancto quicquid obtuleris ei,ſi neglexeris id,ad q̊d teneris:immo ſi Iaco. 2.
quis in vno offendat,factus eſt omnium reus. His obſeruatiõibus præceptoꝝ nullatenus eſt
miſcendum fermentum malitię aut nequitiæ,nulla impietatis corruptio,ſed in ſanctitate & Lucæ 1.
iuſtitia,ſancto & iuſto ſeruiendum eſt Deo. Oleum vero pietatis ſemper miſcendum eſt, vt
in primis vnuſquiſq; miſereať animæ ſuæ, & proximis ſuis tam in ſpiritali inopia, ꝗ in cor-
porali indigentia cõpatiatur,atq; pro poſſe celeriter ac feruenter auxilieť.Sicq;,ſicut in om̃i
opere creatoris miſericordia & veritas,iuxta cenſuram ſapientiæ eius cõtemperantur,ita in
noſtris quoq; actibus miſericordia & iuſtitia per veram cõmiſceanť diſcretionem. Offera-
mus etiã lagana azyma.i.ſuperogatiõis opera ꝑ charitatẽ lata ac lucida, vſq; ad Deũ, proxi
moſq; extẽta. Quẽadmodũ em̃ q̃tidie tot ſaltẽ venialibus inuoluimur culpis, ꝙ vniuerſas

Pſal. 18. & ſingulas diſtincte cognoſcere, deplorare & emendare nõ poſſumus, ſed orare egemus, Ab
occultis meis munda me dñe: ſic omni die feſtinemus infatigabili corde etiam opera bona
vltra debitum innumerabilia exercere, meditãdo, feruendo, & adſpirãdo, ad Deum loquen-
1. Cor. 3. do, & forinſecus exequendo quæ pia & iuſta ſunt. Qui hoc agit, lignum, fœnum & ſtipulam
non colligit. [Coctamq; ſimilam]. i. contemplationem puriſſimam, igne feruentis amoris
accenſam, quæ cõtemplatio finis eſt præcedentium actionum, [& collyridas olei admixtio-
ne conſperſas]. i. affectus ſanctæ charitatis præferuidos, ita vt tota mente ſimus zelo diuini
honoris ac fraternæ ſalutis accenſi: & ſicut collyrida circularis eſt formæ, ſic iſti affectus, in-
ſtar motus circularis, reuertantur in Deum ex quo procedunt. [Panes quoq; fermentatos.]
Hic fermentum in bono accipitur, qm̃ bonum præſtat ſaporem pani, ſicut in Euãgelio vbi
Matt. 13. habetur: Simile eſt regnum cælorũ fermento &c. Panes ergo ſic fermẽtati, ſunt pœnitentia-
lia exercitia, quibus auſteritas eſt permixta, quæ malæ voluptatis inficiẽtem excludit ſapo-
rem. [ex quibus vnus pro primitijs offertur domino.] Tria nanq; ponunt opera ſatisfactio-
nis, ad quæ cætera reducuntur: videlicet, Oratio, eleemoſyna, ieiunium, inter quæ oratio eſt
panis præcipuus. Qui & ſpecialiter Deo offertur, cũ ſit aſcenſus mentis in Deum, petitioq;
decentium à Deo, & per eam Deus potiſſime honoratur. [Et erit ſacerdotis,] quia ad ſacer-
dotem, confeſſorẽ maxime, pertinet orationi vacare, & pro pœnitentibus exorare. Qui au-
tem Deo ſuper ſuis beneficijs regratiatur, ita hoc agere debet, vt non omittat pro quotidia-
nis ſuis præteritisq; peccatis opera pœnitentialia adimplere, ne quaſi ſecurus de venia, per
negligentiam & incuſtodiam reſoluatur. [Qui] ſacerdos [fundet hoſtię ſanguinem] hoc eſt,
ſacrificia regratiantis offeret Deo, eum rogando pro ſibi commiſſis, vt eorum ſpiritualia ſa
crificia acceptare dignetur, quoniam inter Deum & populum cõſtitutus eſt medius. [cuius
carnes eadem comedentur die.] hoc eſt, de ipſo ſacrificio gratiarum actionis & laudis, ipſe
qui Deo regratiatur, debet ſe immediate ſpiritualiter reficere, nec actũ tam virtuoſum dif-
Pſal. 36. ferre, ſed delectari in dño, ei omni die quaſi de nouo gratias referendo. [Si voto vel ſponte
quiſquam obtulerit hoſtiam,] id eſt, ſi quis laudem & gratiarum actionem immolat Deo
pro beneficijs impetrandis, eodem die in talibus actibus delectari debet in domino. Quod
tamen parumper poteſt differri, ſed non nimis diu, quoniam beneficia iam collata conſer-
uare non valemus, niſi gratiã permanendi & proficiendi in eis dominus largiatur. Etenim
non progredi, & non proficere, eſt regredi atq; deficere. Quod ſignificatur per hoc, ꝙ tertio
die non licet inde comedere. Nam opus bonum, opportuno tempore ſeu hora præfixa eſt
exequendum. Et ſi nimium differatur, non acceptatur. [Caro quę aliquid tetigerit, immun-
dũ, non comedet]. i. homo qui peccatis cõſentit, & alienis cõmunicat vitijs, Chriſto nõ incor
porat, nec eſt cibus eccleſię, ſed igni tradet Tartareo. [Anima polluta quæ ederit de carnibus
hoſtiæ pacificorum, peribit.] Per hoc inſinuat, quàm enormiter peccet, qui ad Chriſti men
ſam accedit non emundatus. ¶ Poſtremo, per pectuſculũ nõ ſolũ ſapientia, ſed etiã pietatis
compaſſio & charitatis affectio deſignant, quæ eſſe debent excellenter in ſacerdote: ſimiliter
fortitudo atq; iuſtitia, quæ per armũ dextrum ſignificantur. De ſpirituali autẽ ſignificatiõe
adipis & ſanguinis, & cur nõ debuerant mãducari, atq; de cæteris, quorũ ſpiritualizatio ſeu
moralizatio nunc tranſilitur, iam frequenter eſt dictum.

¶ Declaratio literalis cap. VIII. Locutusq; eſt dominus ad Moſen, dicens:
Tolle Aaron. Art. XIX.

Exo. 28. & 29. COnſecratio ſacerdotum, ſummi videlicet ſacerdotis ſeu pontificis, & inferiorum ſacer
dotum, hoc loco deſcribitur. Et ea quæ dominus in Exodo fieri iuſſit, in iſto ac ſequẽti
capitulis recitant executioni mãdata. Vnde & horum duorũ ſenſus capitulorũ, ex illorũ
expoſitiõibus pro parte maxima innoteſcit. ¶ Deniq;, vt dicẽda nunc clarius pateãt, penſan-
dum ꝗd S. Thomas in prima ſecundæ, quæſt. 102. cõſcribit: Sicut populus Iſrael inſtituebat
ad cultum Dei per circũciſionem, ita miniſtri, puta Leuitæ & ſacerdotes ac põtifex, per ali-
quam ſpecialem purificationem vel cõſecrationem. Vnde & ſeparari ab alijs iuſſi ſunt, qua-
ſi ſpecialiter ad cultum Dei præ alijs deputati. Et totum quod circa eos fiebat in eorũ inſtitu
tione & conſecratione, ad hoc pertinebat, vt oſtenderetur eos habere quandam prærogati-
uam puritatis, virtutis ac dignitatis. Ideo in inſtitutione miniſtrorũ tria fiebant. Primo eñ
purificabãtur, ſecundo ordinabãtur & cõſecrabãtur, tertio applicabãtur ad miniſterij vſum.
Purificabãtur autem cõmuniter omnes per ablutionẽ aquæ, & per ſacrificia quædã. Specia-
liter vero Leuitæ radebãt omnes pilos carnis ſuæ. ¶ Porro conſecratio põtificis & ſacerdo-
tum fiebat hoc ordine. Nam poſtquã abluti erant, induebãtur quibuſdã ſpecialibus veſtibus
ſacris, ad eorũ officia pertinentibus, ad deſignãdum dignitatem ipſorũ. Specialiter vero pon
tifex oleo vnctionis vngebatur in capite, ad oſtendendum ꝙ ab ipſo diffundebatur poteſtas
conſecrandi ad alios, ſicut oleum à capite deriuatur ad inferiora. Leuitæ autem non habe-
bant aliã conſecrationem, niſi quòd offerebantur domino à filijs Iſrael per manus põtificis,
qui

qui orabat pro eis. Minorũ vero ſacerdotũ ſolæ manus cõſecrabãtur, quæ erant ad ſacrificia
applicãdæ, & de ſanguine aĩalis oblati tangebat extremũ auriculæ dextræ ipſorũ, & pollices
pedis ac manus dextræ, ad demonſtrãdum ꝙ deberẽt eſſe obediẽtes legi Dei in oblatiõibus
ſacrificiorũ, ꝗd ſignificabat per intinctionẽ auris dextrę: ꝙ item eſſe deberẽt prompti atq; ſo
liciti in executiõe ſacrificiorũ, ꝗd ſignificat in intinctiõe pedis & manus dextræ. Adſperge-
bant etiã & veſtimẽta eorũ ſanguine animalis oblati in memoriã ſanguinis agni, per quem
fuerunt de Aegypto liberati. Inſuper offerebãtur in eorũ cõſecratione ſacrificia iſta: vitulus
pro peccato, & aries in memoriã oblationis Abrahæ, cuius obedientiã põtifex imitari debe
bat: & aries cõſecratiõis, qui erat quaſi hoſtia pacifica in memoriã liberationis ex Aegypto:
caniſtrũ quoq; panum, in memoriã mãnæ. Pertinebat vero ad applicationẽ miniſterij, ꝙ ſu-
per manus eorũ ponebant adeps arietis & torta panis vnius & armus dexter, ad demonſtrã-
dum, ꝙ accipiebãt poteſtatem offerẽdi talia dño. Leuitæ aũt applicabãtur ad miniſterium,
per hoc ꝙ intromittebãtur in tabernaculũ fœderis, quaſi ad miniſtrãdũ circa vaſa ſanctua-
rij. Poſtremo figuralis horũ ratio fuit, qm̃ hi qui cõſecrãdi ſunt ad ſpũale miniſteriũ Chriſti,
debent primo purificari per aquã baptiſmi ac lachrymarũ in fide paſſiõis Chriſti, quod eſt
quaſi ſacrificiũ purgatiuũ & expiatiuũ. Debent ꝗq; radere oẽs pilos carnis. i. vniuerſas co-
gitatiões abijcere, atq; ornari virtutibus, & cõſecrari oleo Spũſſancti, adſperſione quoq; ſan
guinis Chriſti, & ſic debent eſſe intenti ad ſpũalia miniſteria exequenda. Hæc Thomas. Ex
quibus faciliter patebunt ſequentia. [Locutus eſt dñs ad Moſen, dicens: Tolle Aaron cum fi
lijs ſuis,] qui tũc quatuor erãt, videlicet Nadab & Abihu, Eleazar & Ithamar. Et qñ hæc dice
bant, nõdum fuerunt ſacerdotes. [veſteſq; eorũ] ſacerdotales & põtificales, [& vnctiõis oleũ,
vitulum pro peccato] Aaron & filiorũ eius, vel ſolius Aaron, offerendũ. ¶ Circa ꝗd etiã Tho
mas ſcribit: Vitulũ pro peccato, in memoriã remiſſiõis peccati Aaron circa cõflationẽ vitu Exod. 32.
li. ſed quemadmodũ ſuper Exodũ ſcripſi, qñ dñs primo iuſſit hæc, nõdum cõmiſerat Aaron Exod. 28.
hoc peccatũ. Memoria ꝗq; ꝓprie eſt præteritorũ: ideo in memoriã remiſſiõis illius peccati,
nõ iubebat offerri hic vitulum, ſed pro remiſſiõe aliorũ peccatorũ Aaron, & forſan etiã filiorũ
ipſi⁹. [duos arietes, caniſtrũ cum azymis]. i. panibus nõ fermentatis. [Et cõgregabis oẽm cœ
tum] populi [Iſrael ad oſtium tabernaculi,] puta in atrio, ita ꝙ extra tabernaculum ſtabãt.
[Fecitq; Moſes vt dñs imperauerat, cõgregataq; omni turba ante fores tabernaculi, ait: Iſte
eſt ſermo quẽ iuſſit dñs. Statimq; obtulit Aaron & filios eius]. i. Deo præſentauit, & ſtatuit
eos iuxta altare holocauſti in ꝑſentia oĩm, vt vniuerſi cõſpicerent modũ cõſecratiõis, ſacrifi
ciiq; eorũ, & mirabilia Dei mox fienda, ſicq; haberẽt eos in maiori reuerẽtia, & ſcirent ꝙ to-
tum eſſet à Deo, nõ ex ambitiõe humana. Sicq; Deũ in ſuis effectibus ac miniſtris veneraren
tur, & prompti eſſent de cætero ad offerendũ quæ lex ꝑcepit. [Cumq; lauiſſet eos] Nõ eſt pu-
tandũ, ꝙ totum eorũ corpus nudũ corã populo lauerit, ſed lauit manus eorũ & pedes, ad de-
ſignãdum ꝙ miniſtri tẽpli debẽt eſſe ſancti in actiõibus atq; effectiõibus ſuis, immo in oĩ
ſua cõuerſatiõe. [veſtiuit põtificem,] ſcilicet Aaron tunc in põtificem protinus cõſecrandũ,
[ſubucula linea.] Hoc fuit primũ & infimũ ornamentũ põtificis, ꝗd in Exodo vocat tunica
linea, & erat alba camiſia, niſi ꝙ feminalia erãt inferiora hac veſte, [accingens eum balteo]
ſuper tunicã lineã, quæ quaſi * ſuperpliciũ erat, & ſup veſtes vſuales induta. [& induens eum
tunica hyacinthina] ſup balteũ illum, [& deſup *ſuperhumerale impoſuit, ꝗd adſtringẽs cin
gulo, aptauit rationali, in quo erat doctrina & veritas. Cidari ꝗq;]. i. mitra [texit caput. Et
ſuper eã contra frontẽ poſuit laminã aureã conſecratã in ſanctificatiõe]. i. deputatã pontifi-
ci in ſignũ ſancti officij ſui ad Dei honorẽ, vel conſecratã in ſanctificatiõe ſua formaliter, ꝗ
huic laminæ debebat, quemadmodum pontifex vnctus eſt in vnctiõe ei debita. Tanguntur
hic breuiter veſtimenta & ornamenta põtificis ꝗrũ aliqua inferioribus ſacerdotibus erãt cõ-
munia. Et oĩa iſta ſup Exodũ diffuſe expoſita ſunt. Sed qa expoſitio iſta ab illa forſan apud Exo. 28.
quoſdã diſiuncta erit, quæ dicta ſunt ibi, poſſunt nunc partim breuiterq; reſumi. Itaq; in pri
ma Secundæ quæſt. 102. loquit Thomas: Pontifex habuit nouẽ ornamẽta. Primo eñ habuit
veſtẽ lineã. Secũdo tunicã hyacinthinã, in cui⁹ inferiori extremitate circa pedes pẽdebãt tin
tinnabula, vt audiret ſon⁹ ingrediẽtis, malaq; punica facta ex hyacintho & purpura, coccoq;
bis tincto & byſſo retorta. Tertio habuit ſuphumerale, ꝗd texit humeros & anteriorẽ corpo
ris partẽ vſq; ad cingulũ, ꝗd fuit ex ꝑfatis materijs. Quartũ, fuit rõnale ex eadẽ materia con-
ſtãs, ꝗd erat quadratũ, & ponebat in pectore, in quo rõnali erãt duodecim lapides precioſi, ꝑ
quatuor ordines diſtincti, in qbus ſculpta erãt noĩa duodecim filiorũ Iſrael, ad deſignãdum
ꝙ iugiter eſſet ꝓ eorũ ſalute ſolicitus. In rationali ꝗq; mãdauit dñs poni doctrinã & verita-
tem, qm̃ quædã pertinentia ad veritatẽ iuſtitiæ & doctrinæ, ſcribebãtur in illo rationali. Iu-
dæi vero fabulãtur, ꝙ in rationali erat lapis, qui per diuerſos colores mutabat, ſecundum di
uerſa quę filijs Iſrael debebãt accidere. Quintũ fuit balteus, ex ꝑdictis quatuor materijs factus.
Sextum tiara, hoc eſt, mitra de byſſo. Septimũ lamina aurea, pendẽs ante frontẽ põtificis, in
qua

qua nomē dñi tetragrāmaton ſcriptū fuit. Octauū,feminalia linea ad operiendū turpitudi
nis carnē,qñ accederet ad ſanctuarium vel altare.Ex his octo,ſacerdotes inferiores habebāt
quatuor ornamēta,videlicet feminalia,tunicā lineā,balteū & tiarā. Veruntñ aduertēdum,ꝙ
Ioſephus & eum ſequētes,dicunt fuiſſe decē ſacerdotalia ornamēta. Et ſex fuiſſe pōtifici ꝓ-
Ioſe. li. 3 pria,ſ.tunicā hyacinthinā,ſuphumerale,rationale, balteū,mitrā hyacinthinā ſeu cidarim,
ant.iud. & aureā laminā.Nēpe vt Ioſephus docet, duplex extitit balteus,vnus ſacerdotū,alter pontifi
cap. 13. cis.Duplex q̃q; tiara:vna pontificis,alia ſacerdotum.Nā mitra ſacerdotum fuit de byſſo,mi
tra pontificis de hyacintho,quæ in capite pontificis ponebaṫ ſupra mitrā byſſinam.[Tulit]
hoc eſt,Moſes accepit [& vnctionis oleum quo liniuit].i.vnxit, [tabernaculū cum omni ſu
pellectili ſua:] hoc eſt,cum attinētijs ſuis & contētis in eo,puta cū vaſis ſuis & altari thymia
matis.Fiebat autē vnctio hoꝝ non per totā ſuperficiē eorundē, ſed in partibus certis, digi-
to tincto in oleo,& ex eo liniēte partes huiuſmodi.[Cum'q; ſanctificās adſperſiſſet altare ſe-
ptem vicibus:] Hoc intelligiṫ de altari holocauſti q̃d erat in atrio,q̃d ſanctificauit ſeu conſe
crauit de ſanguine hoſtiæ, illud ſepties adſpergēdo, [vnxit illud] in aliqbus partibus modo
prætacto,[& oīa vaſa eius,labrum'q; cū baſi ſua ſanctificauit oleo] vnctionis.Qualiter oīa
iſta ſunt facta,in Exodo dictū atq; expoſitū eſt.[Quod fundēs ſup caput Aaron] hoc eſt,ali-
Exo. 30. quid de oleo illo fundēs ſup caput pontificis,[vnxit eum] in ꝑſulē,[& cōſecrauit] ad exercē-
dum pontificale officium. Vnxit etiā manus ipſius.[Filios q̃q; eius oblatos cōſecrauit] dño,
[veſtiuit'q; tunicis lineis]ſtrictis,de qbus ꝓdictum eſt:[& cinxit balteis] ſuper tunicas.[impo
ſuit'q; mitras]byſſinas eoꝝ capitibus,[vt iuſſerat dñs. Obtulit & vitulum pro peccato] ipſius
Aaron,& forſan etiā pro peccato filioꝝ] ipſi⁹.Nā ſubdiṫ:[Cum'q; ſuper caput ei⁹ poſuiſſent
Aaron & filij eius manus ſuas.] Quid autē talis impoſitio manuum deſignabat,in primi ca-
pituli expoſitione eſt habitū.[immolauit eum] qui adhuc ſacerdotali fungebaṫ officio, qñ
Aaron & filij eius nondū erāt plene conſecrati & cōfirmati in illo officio. Conſecratio nāq;
Exo. 29. eoꝝ durauit ſeptē diebus, vt in Exodo habeṫ: atq; vt Ioſephus ſcribit, reiterabaṫ quotidie
Ioſe.li.3 infra tot dies. [hauriēs ſanguinē] hoc eſt, vituli illius immolati ſanguinē partim colligens,
An. Iud. ſiue in vaſe ſuſcipiens. [& tincto digito] ſuo in ſanguine illo, [tetigit cornua altaris] holo-
cap.11. cauſti,iuxta q̃d vitulum mactauit & obtulit, [per gyrum.] immo cū dictū ſit de vitulo qui
offerebaṫ pro ſacerdotis peccato, ꝙ de ſanguine eius inferebaṫ in tabernaculū teſtimonij,
Leuit.4. & de eodē ſanguine ponebaṫ ſup cornua altaris thymiamatis,ita & de ſanguine vituli hui⁹
fiebat.[Quo] holocauſtoꝝ altari [expiato] hoc eſt acceptabili facto, [& ſanctificato] ꝑ vn-
ctionē & ſanguinis linitionē,q̃d fiebat ſeptē dieb⁹,vt in Exodo cōtineṫ.[fudit reliquū ſangui
Exo. 26. nē] vituli immolati [ad fundamēta eius. Adipē vero q erat ſuper vitalia,& reticulū iecoris,
duos'q; renūculos cū aruinulis ſuis,adoleuit ſuper altare,vitulū cū pelle & carnib⁹ & fimo cre
mās extra caſtra,ſicut ꝓceperat dñs.]Iſtud totū cū rōnib⁹ ſuis expoſitū eſt 4.cap.qa de parti-
bus & inteſtinis vituli huius fiebat,ꝓut ibi debere fieri ſcriptū eſt.[Obtulit & arietē in holo-
Leuit. 1. cauſtū.] Iſtū arietē īmolauit Moſes in reuerētiā maieſtatis diuinæ ꝓ Aaron & filijs ei⁹.Fiebat
quoq; de iſto arietis holocauſto,quēadmodū añ,ꝑſertim 1.caplo,ſcriptū eſt eſſe agēdū de ho
locauſto. ideo lr̃a plana eſt ex dictis ibidē. ¶Deniq; cōgruo ordine facta eſt iſta oblatio.Pri
mo eñ neceſſe eſt Deo recōciliari ꝑ dimiſſionē peccati:q̃ facto, aptus eſt hō Deū ſynceriter
honorare.[Obtulit]Moſes [& arietē ſecundū] duos etem̄ arietes iuſſus fuit accipere.[in cōſe
crationē ſacerdotū:qm̄ aries iſte ſpecialiter offerebaṫ,q̃ten⁹ per ſanguinis eius adſperſionē &
linitionē Aaron & filij eius cōſecrarenṫ in ſacerdotes,ideo ſequiṫ,[poſuerūt'q; ſup caput eius
Aaron & filij ei⁹ man⁹ ſuas.Quē cum īmolaſſet] Moſes,[ſumēs de ſanguine eius, tetigit].i.li-
niuit [extremū auriculæ dextræ Aaron,& pollicē man⁹ ei⁹ dextræ,ſimiliter & pedes.Obtulit
& filios Aaron] dño,nō ita ſicut vitulos atq; arietes.Nā filios Aaron dṙ obtuliſſe,inq̃tū diui-
næ maieſtatis oculis eos ꝑſentauit atq; adduxit,vt dño in ſacerdotes cōſecrarenṫ.[Cum'q; de
ſanguine arietis īmolati tetigiſſet extremū auriculę ſinguloꝝ dextrę,& pollices man⁹ ac pe
dis dextri,reliquū fudit ſup altare ꝑ circuitū.] Quid aūt linitio partiū haꝝ ſignificauit,nunc
Exo. 29. in iſto articulo,& ſuper Exodū inductū eſt.[Adipē vero & caudā] huius arietis,[oēm'q; pin-
guedinē q̃ operit inteſtina,reticulum'q; iecoris & duos renes cum adipibus ſuis,& armo de-
xtro ſeparauit].i.ſeorſum poſuit Moſes. [Tollens autē de caniſtro azymoꝝ].i. ex ſporta in
qua erāt azymi panes,[q̃d erat corā dño,panē abſq; fermēto & collyridā cōſperſam oleo,la-
Leuit. 7. ganum'q;] q̃ vocabula circa exordiū expoſitiōis 7.cap. fuerūt expoſita.[Poſuit ſuper adipes
& armū dextrum] q̃ de ariete iſto ſeorſum poſuerat,[tradēs ſimul oīa iſta Aaron & filijs eius]
Per q̃d authoritate & vice Dei cōtulit,ſeu cōferri mōſtrauit eis poteſtatē accipiēdi iſta à ple
be,tanq̃ diceret:Accipite poteſtatē ſumēdi iſta à populo, q̃dā ad immolādum à dño, quædā
ad eſum veſtrū ſeu vſum.[q poſtq̃ leuauerūt ea corā dño,] quaſi ad recognoſcēdum poteſta-
tem hanc ſibi à Deo collatā,atq; ad regratiādum ſuper hoc dño,& itē ad repſentādum & ex-
orādum vt dñs eoꝝ miniſteria acceptaret,in ſignum quoq; obediētiæ ſuæ ad Dei honorem.
¶Por-

¶Porro magiſter in hiſtorijs addit:Cū Aaron & filij eius tenerēt illa in manibus,Moſes ſu-
perpoſuit oībus pectuſculū. Vnde & pectuſculū eleuatiōis dictū eſt,qa oībus ſuppoſitū fuit:
in ſignū tñ, ꝙ ſuperior oīm eſt ſapiētia,quę ꝑ pectus exprimiṫ. Legiṫ etiā ſic vocatū propter
offerentiū eleuationē.In pacificis qppe & ſalutaribus hoſtijs offerētes,primo eleuabāt armū
& pectus corā dño,deinde tradebāt eos ſacerdotibus tanq̃ partes eis à dño aſſignatas.Armus
vero ſeu humerus dexter dicebaṫ ſeparatiōis,qa in ſeparatiōe mēbroꝝ hoſtiæ,primus ab ea
ſeparabaṫ,& qa in partē ſacerdotū illū Moſes ſeparauit,tanq̃ mēbris cæteris digniorē.Dicūt
etem̄ quidā, ꝙ in formatiōe corporis animalis in vtero matris, à dextero humero inchoaṫ.
Hæc ibi. [rurſum ſuſcepta de manibus eoꝝ adoleuit].i.cremauit ea Moſes [ſup altare holo
cauſti,eo ꝙ cōſecratiōis eſſet oblatio:]hoc eſt,ſacrificiū Deo oblatū pro cōſecratiōe ſacerdo-
tum,ideo ad Dei reuerentiā cremabaṫ.Vnde ſubiungiṫ: [in odorē ſuauitatis ſacrificij * do- * dñi
mino:] qa ſic placuit ei.[tulit'q;].i.Moſes in manu ſua accepit,&[pectuſculum] pręfati arie-
tis,[eleuās illud corā dño,] in recognitionē & gratiaꝝ actionē,ꝙ illud fuit ſuo vſui diuinit⁹
deputatū.Hinc ſubdiṫ: [de ariete cōſecratiōis in partē ſuā.] qa de ariete pro ſacerdotū cōſe-
cratiōe oblato, hoc ceſſit in partē Moſis tanq̃ ſacerdotis,ſicut deinde in alijs ſacrificijs ceſſe
runt pectuſcula in partē Aaron,filiorum'q; eius. [ſicut ꝓceperat ei dñs.] Hoc nāq; in Exodo Exo. 29.
legiṫ Deus ei iuſſiſſe. [Aſſumēs'q; vnguentū] Hoc vnguentū vocaṫ oleū vnctionis in Exodo. Ibidem.
[& ſanguinē q erat ſup altare] quē miſcuit oleo. Miſcuit q̃q; aquas fontiū,vt in Scholaſtica Euſebi⁹.
ferṫ hiſtoria. [adſperſit ſup Aaron & veſtimēta eius,& ſup filios illius ac veſtes eoꝝ] oīa pa-
riter cōſecrādo. Nēpe,vt diciṫ,ſolus pōtifex vngebaṫ, & cōſecrabaṫ oleo vnctiōis impmixto
& puro ſeorſum,Sed tā ipſe q̃ inferiores ſacerdotes, cōſecrabanṫ adſperſiōe hui⁹ vnguēti ſeu
olei mixti.[Cum'q; ſanctificaſſet eos in veſtitu ſuo].i.in veſtibus eoꝝ ſacerdotalibus,quas ſi
mul cū ipſis conſecrauit,[ꝓcepit eis,dicēs:Coquite carnes ante fores tabernaculi].i.cibos &
carnes in vſum veſtrū cedētes,parate ante tabernaculi ianuā, & extra illud, puta in atrio.[&
ibi comedite eas] videlicet in ſancto loco, ita ꝙ nec pro refectiōe liceat vobis exire. [Panes
q̃q; cōſecratiōis] q in veſtra cōſecratiōe & ꝓ ea oblati ſunt, [edite, q poſiti ſunt in caniſtro,
ſicut ꝓcepit mihi dñs,dicēs:Aaron & filij eius comedēt eos.Quicq̃d aūt reliquū fuerit de car
ne & panibus].i.q̃d primo die ſupmāſerit eſui veſtro de carnibus arietis cōſecratiōis, pani-
bus'q; ꝑfatis,[ignis abſumet].i.die ſequēte cremabiṫ.Nā aries iſte,q ꝓ cōſecratiōe offerebaṫ,
fuit etiā oblatio pacifica pro grāꝝ actiōe de beneficijs iam cōceſſis,puta pro pōtificatu ac ſa-
cerdotio deſup datis Aaron & filijs eius.Ideo q̃d ſupfuit primo die,nō poterat in craſtino mā
ducari,quēadmodū de tali ſacrificio dictū eſt.[De oſtio q̃q; tabernaculi nō exibitis ſeptē die Leuit. 3.
bus] cōſecratiōis.Iam dictū eſt,ꝙ in atrio coquebāt & comedebāt,idcirco q̃d ait,de oſtio ta
bernaculi,intelligendū eſt cū incluſiōe atrij.Vel de extrema ianua qua intrabaṫ ad atriū,& ꝑ
illud in tabernaculū,[vſq; ad diē quo cōplebiṫ tēpus cōſecratiōis veſtræ:]videlicet vſq; ad ſe-
ptimū diem incluſiue,ita ꝙ tūc egredi poterāt. Vel,vſq; ad octauū excluſiue,in quo cōſecra
tio cōplebaṫ,quātum ad hoc,ꝙ tunc ꝓceſſit in actū,qa tunc vti cœperūt officio ſacerdotali,
vt caplo patet ſequēti. Cōſecratio tñ,quātū ad ſuū eſſe,cōplebaṫ ſeptimo die.propterea ſub-
ditur:[Septē eñ diebus finiṫ cōſecratio,ſicut & in ꝑſentiaꝝ factū eſt, vt ritus ſacrificij cōple-
renṫ.] Aliqui dicūt ꝙ ſola vnctio iterabaṫ tot diebus. Ioſephus vero affirmat, ꝙ tam ſacrifi Ioſe. li. 3
cia q̃ vnctiones eoꝝ iterabanṫ tam diu. Verūtamē ſex diebus Moſes non veſtiuit eos,ſed ſe- ant.iud.
mel,id eſt,prima die induti ſacras veſtes ſeptē diebus non exuerunt nec atrium ſunt egreſſi. cap. 13.
[Die ac nocte manebitis in tabernaculo] atriū includendo. ¶Quod ſi quęraṫ, vbi requiſita
naturæ egerunt:reſpondeṫ,ꝙ forſan ibi erat locus ad ea paratus. Vel caſus ille intelligiṫ eſſe
exceptus, cū neceſſitas careat lege cōmuni.[obſeruātes cuſtodias dñi].i.māſiones iſtas ſeu iuſ
ſiones ad manendū in ſancto loco tot diebus,ne interim cōmiſceamini vulgaribus, nec in-
uoluamini ſecularibus curis & mundanis negocijs,qa infra hoc tēpus debetis ſpecialiter eſſe
deuoti.[ne moriamini.Sic eñ mihi ꝓceptū eſt. Fecerūt'q; Aaron & filij eius cūcta quæ locut⁹
eſt dñs ꝑ manū Moſis.] ¶Circa ꝓhabita q̃riṫ,qualiter Moſes cū nec pōtifex eſſet,neq; ſacer-
dos,cōſecrauit Aaron in pontificē,& filios eius in ſacerdotes. Rñdetur, ꝙ authoritate & vice
Dei hoc fecit:cuius exemplū aliqui ponūt,ꝙ cardinalis diacon⁹ miſſus à Papa,dat bñdictio-
nem ꝑſente epo in ſua legatione,qm̄ benedictio illa nō eſt ſua,ſed Papæ, cuius fungiṫ autho-
ritate. ¶Præterea Bonauētura ſup quartū Sententiaꝝ,diſtin.22.teſtaṫ:Irrefragabiliter veꝝ
eſt quod ait Aplus: Sine vlla cōtradictione quod minus eſt, à maiore benediciṫ. Quomodo Hebr. 10.
ergo epiſcopus conſecrat archiepiſcopū, & epiſcopus Oſtienſis ſummū pontificē? Ad quod
idē doctor reſpondet:Verbū Apoſtoli veꝝ eſt, ꝙ minus à maiore benediciṫ pro ſtatu in quo
bñdicit:& ſine cūctatiōe veꝝ eſt, ꝙ nullus dat alteri maiorē dignitatē q̃ habet: nec minimū
ordinē dare poteſt,q eū nō habet:idcirco eps cōſecrās archiepm vel Papā,nō dat ei niſi cōſe
crationē epiſcopalē. Sed ille ampliorē authoritatē & iuriſdictionē habet à canonica ſubdito
rū electiōe & à ſuo cōſēſu ac Dei ordinatiōe, q ordinauit Petrū & ſuos ſucceſſores ſupra totā

eccleſiam,volens vt oẽs qui canonice electi fuerint, eãdem quã Petrus, habeãt poteſtatem.
Hæc Bonauẽtura.¶Sed an Moſes fuit ſacerdos,merito quęri poteſt.Et ex verbis iam allega
Pſal. 98. tis argui poteſt ꝙ immo,ꝑſertim cũ & in Pſalmo dicat:Moſes & Aaron in ſacerdotibus eius.
Iterũ quia frequẽter functus eſt ſacerdotali,immo & põtificali officio, & cibus ſacerdoti ap
propriatus,deputatus eſt ei,puta pectuſculũ,in cõſecratiõe ſacerdotũ atq; põtificis. Hanc au
Auguſt. tem quæſtionẽ mouet B. Auguſtinus ſuꝑ præallegatũ verbum Pſalmi,dicẽdo:Si Moſes fuit
ſacerdos & põtifex,quõ ab Aaron & filijs eius pontificiũ & ſacerdotiũ legis cœperunt?& cur
veſtes ſacras non habuit? Ad hæc ſine præiudicio videtur ꝙ ex priuilegio ſine conſecratiõe
humana pontificalis ſacerdotalisq́; dignitas fuerunt in Moſe,etiã altiori modo, ꝗ in Aaron
& filijs eius,non tamen altiores.Quòd autẽ ab Aaron & filijs eius incepiſſe dicunt,intelligen-
dum videtur quãtum ad eos qui per legitimam & conſuetã inſtitutionem aut ſucceſſionem
dignitates illas ſortiti ſunt.Vnde quemadmodum in ſummo põtifice noſtro eſt vtriuſq; po
teſtatis plenitudo reſpectu militantis eccleſiæ, prout in fine ſecundi Sententiaꝝ Thomas &
alij dicunt, ita in Moſe, reſpectu Iſraeliticæ plebis, videtur fuiſſe plenitudo poteſtatis ſpiri-
tualis & ſecularis ſecundum exigentiam ſtatus plebis illius.Nam & Moſes, Deo iubente,in-
Nũe. 27. ſtituit ipſum Ioſue principem pro ſe,prout in libro Numerorum legitur.

¶Spiritualis capituli huius octaui expoſitio. Art. XX.

Hebr. 5. LOcutus eſt dñs ad Moſen,dicẽs:Tolle Aaron cum filijs ſuis.]Apl'us ad Hebræos: Nemo,
inquit, ſumit ſibi honorẽ, hoc eſt, nullus debet ſeipſum ad eccleſiaſticas dignitates aut
prælaturã ingerere,ſed qui vocat à Deo vt Aaron, quem dñs ad pontificatũ elegit,vo-
cauit & ꝓmouit per Moſen.Per quod primo oĩs damnat ambitio, & reprobant ambitioſi,
qui ad alioꝝ regimen animarumq́; curã adſpirant, quia Dei iudicium non verent. ¶De-
niq; quemadmodũ dñs iuſſit pontifici & ſacerdotibus ſpecialia ac præclara fieri indumenta,
vt ipſi & eoꝝ officia & ſacrificia in maiori reuerentia haberent à populo,ſic vnã ſpecialem
tribum,immo vnius tribus determinatã familiã,ad ſacerdotium prælegit,quatenus ex di-
gnitate ſucceſſionis, poſteri eſſent honorabiliores in plebe. Veſtes eoꝝ & vnctionis oleum
per hoc inſinuat,ꝙ illi digni ſunt ad eccleſiaſticos promoueri honores,in quibus ſunt virtu
tes deſignatæ per veſtes illas,atq; chariſmata ſpirituſſancti,quæ per vnctiõis oleũ intelligun
tur.[Et congregabis omnẽ cœtum plioꝝ Iſrael ad oſtium tabernaculi.] Per quod inſinuat,
quòd electio & promotio debent fieri in aperto, ita ꝙ electioni ſaltem ſcrutatores aſſiſtant.
Origen. ¶Circa hæc loquit Origenes:Requirit in ordinãdo ſacerdote,hoc eſt,pontifice,aut præla-
to, ſeu presbytero,præſentia populi,vt ſciant oẽs & certi ſint,qm̃ qui pręſtãtior eſt ex oĩ
populo,qui doctior,qui ſanctior,qui in oĩ virtute eminentior, ille eligit ad ſacerdotium,
& hoc adſtante populo,ne qua poſtmodũ retractatio aut ſcrupulus alicui reſideret. Ego ta-
men(verba ſunt Origenis)& amplius aliquid video in eo quod dicitur,Conuocauit Moſes
omnem ſynagogã ſeu cœtum:& puto ꝙ cõuocare ſynagogã,ſit colligere oẽs animi virtu
tes,quatenus cum ſermo de ſacerdotalibus ſacramentis habet,vigilent oẽs animi virtutes
& intentæ ſint,& nihil in his ſapientiæ,nihil ſcientiæ,nihil induſtriæ deſit: ſed aſſit oĩs mul-
titudo ſpiritualium ſenſuũ,aſſit oĩs cõgregatio cogitationũ ſanctaꝝ,vt quid ſit pontifex,
quid vnctio, quid indumenta ipſius, cõferens intra ſacrariũ cordis ſui poſſit aduertere. Hæc
Origenis verba,Hieronymo ſolẽt aſſcribi,& ei attribuunt in decreto,ſed ex Origene ea ac-
Ioſe. li. 3 cepit.¶Inſuꝑ Ioſephus proteſtat,ꝙ Moſes animos populi inclinauit ad ſacerdotiũ Aaron
ant. iud. in hunc modũ:Dixit eĩ populus,ꝙ ipſe,ſ.Moſes,ſeipſum dignũ ſacerdotio indicauit, tum
cap. 12. propter familiaritatẽ quã habebat cũ Deo, tum qa plurimũ laborauit pro populo,tum qm̃
vnuſq́ſq; naturaliter amicus ſui eſt. Sed dñs ipſum Aaron dignũ indicauit.In hoc q̊q; oſten-
ditur,ꝗ infinita ſit miſericordia ſuperpijſſimi Dei, ꝙ dñs ipſum Aaron & poſteros eius ad
pontificiũ ſacerdotiumq́; aſſumpſit, poſtꝗ circa vitulũ cõflatilem tã dire peccauit.Nemo er
go ad ignoſcendũ ſit tardus.[Statimq́; obtulit Aaron & filios eius.]Per hoc notat ꝙ in ſacris
ordinibus cõſtituti,ſunt Deo ſpecialiter cõſignati & cõſecrati:propter q̊d ſacrilegi fiũt,dum
Deo relicto,ad carnalia atq; inania ſe effundũt.Cumq́; lauiſſet eos,qa ad ſacros ordines indi
gni ſunt promoueri,ꝑſertim ad põtificatũ ac paſtoratũ, qui ab vniuerſis vitijs nõ ſunt immu
nes ſeu emundati:immo q ad aliq̊d tale accedũt indigni, vtpote conſcij ſibi de culpa,peccãt
Dionyſ. mortaliter:ſimiliter qui actũ ſacri ordinis exequunt indigne: atq; vt diuinus Dionyſius con
teſtat,ſacerdotes debent etiã à minimis culpis cõſiſtere alieni. Quod denotat lotio extremi-
tatum digitoꝝ eoꝝ in celebratione.Ipſi ergo ante celebrationẽ ſeipſos diſcutiant,cõfitean-
Pſal. 33. tur,& lachrymis pœnitentiæ lauẽt.[Veſtiuit põtificem ſubucula linea.]Primo quippe opor
& 36. tet à vitijs expurgari,deinde virtutibus decorari,iuxta illud:Declina à malo,& fac bonum.
De multiplici aũt cauſa & ſignificatiõe põtificaliũ ac ſacerdotaliũ veſtimentoꝝ ac ornamen
toꝝ, tot & tanta ſuꝑ Exodũ ſcripſi, vt ea iam iterare moleſtũ ſit. Breuiſſime aũt tangendo,
Matt. 7. per ſubuculã ſeu tunicã lineã ſtrictã,rite intelligit puritas ſeu innocẽtia vitæ,quę ardua eſt ar
ctaq́;

ctaq́; via:Per balteum,virtus cõtinentię,qua ꝑcingendi ſunt lumbi:Per tunicã hyacinthinã,
cõuerſatio cæliformis atq; angelica,qa hyacinthus eſt coloris cæleſtis:& ad huiuſmodi con
uerſationẽ,ꝑ innocentiã cõtinentiamq́; ꝑtingit.& deſuꝑ humerale impoſuit. Per humerale
exprimit charitatis ꝑfectio,ſeu firmitas patiẽtiæ, qua prælati & ꝑfectiores,inferioꝝ & puſil
loꝝ defectuoſitates pie & charitatiue ſupportãt, iuxta illud Apoſtoli:Debemus nos firmio- Rom. 15.
res imbecillitates infirmoꝝ ſuſtinere. & ne qs in ſeipſo fatue gloriet,quaſi tãtus exiſtẽs vt pu
ſillos ſuſtineat,eiuſq́; cõparatiõe alij reputent infirmi,recte adiecit Apl'us:Et nõ nobis place- Ibidem.
bis exhibendum. Veruntamẽ clauſula iſta nõ eſt in Hebræo. [Hæc ſunt animalia quæ come
dere debetis, de cunctis animantibus terræ:] hoc eſt, e numero animaliũ greſſibilium. [Oĩe
quod habet diuiſam vngulam, & ruminat in pecoribus,] id eſt, inter iumenta ſeu pecora
[comedetis] hoc eſt, licite manducare poteritis, tanquam munda ſecundum legem. nihilo-
minus ex ſpeciali deuotione licuit à carnibus abſtinere, vt patuit in ſacratiſſimo Ioanne Ba
ptiſta. Diuiſio nanqꝫ ſeu fiſſio vngulæ, ſignum eſt tẽperatæ cõplexionis: ruminatio autem, bo
næ digeſtionis. [Quicquid autem ruminat q̃dem & habet vngulam, ſed non diuidit eam,]
hoc eſt, fiſſam eam nõ habet, ſeu partes eius ab inuicem nõ diſiungit per motum & ambula
tionem, [ſicut camelus, non comedetis illud,] cum non ſit tam aptum refectioni humanæ.
† & [†ſed inter immunda reputabitis] .i. inter ea quæ ſecundum legem, immunditiam habent
cuiuſdam corruptionis atqꝫ ineptitudinis ad edendũ ob cauſas p̃tactas, vt dictũ eſt. Sicq́ꝫ q̃d
ait, inter immunda, non eſt intelligendũ de immunditia & ineptitudine ad offerendũ, ſed ad
cõedendum. Nam plura munda & licita erant ad manducandum, q̃ non erant munda ad im
molandum. Oblatio nanqꝫ (vt patuit) de pecoribus, non fiebat niſi de tribus animalium ſpe
ciebus, videlicet boue, oue, & capra. [Chœrogryllus qui ruminat, vngulamq́ꝫ nõ diuidit, im-
mundus eſt.] Chœrogryllus (ſecundum Gloſſam) eſt beſtia quæ herinacius appellatur, ani-
mal debile, rapax, mortiferum, & ſpinoſum, quoniã pro pilis operitur in pelle quibuſdam
materijs, inſtar ſpinarum pungentibus & acutis. [Lepus quoqꝫ, nam & ipſe ruminat, ſed vn-
gulam non diuidit. Et ſus, quæ & cum vngulam diuidat, non ruminat: horum carnibus non
veſcemini, nec cadauera contingetis, quia immunda ſunt vobis] tam ad veſcendum, quàm
ad tangendum, præſertim dum ex intrinſeca corruptione obierunt. Non tamen ex horum
contactu tangens contraxit maculam tantam, aut taliter expurgandam, ſicut ex aliorum
quorundam contactu, prout infrà habebitur. ¶ Conſequenter diſcernitur inter piſces im-
mundos & mundos. [Hæc etiam ſunt quæ gignuntur in aquis, & veſci] eis [licitum eſt: Oĩe
quod habet † pennulas & ſquamas, tam in mari quàm in fluminibus & ſtagnis,] hoc eſt, in
† pinnu quacunqꝫ aqua, [comedetis. Quic q̃d aũt † pẽnulas & ſquamas non habet, eoꝝ quæ in aquis
las mouentur & viuunt,] id eſt, ſiue vnum horum, ſiue vtrunqꝫ defuerit piſci. [abominabile exe
crandumq́ꝫ erit vobis.] cuius rei cauſæ literales, præhabitæ ſunt. Siquidem piſces qui habẽt
pennas & ſquamas, melioris complexionis conſiſtunt. Porro pennula piſcium dicitur quod
ſupereminet dorſo eius, & per quod ſe leuat in aerem. [Carnes eorum non comedetis.]
Quidam dicuntur ab eſu carnium totaliter abſtinere, qui tamen comedunt piſces. Quomo-
do ergo piſces dicuntur carnes habere? Reſpondetur ꝙ extenſe vtendo nomine carnis, pro
1. Cor. 15 quocunqꝫ mixto animato. Nam & Apoſtolus ait: Alia caro piſcium, alia volucrum, alia ſer-
pentum. Interdũ vero caro ſtrictius ſumitur pro materia tali animata & calida, ſanguinem
in venis habente. Sicq́ꝫ corpus piſcis non dicitur caro. [& morticina vitabitis] ne ea tanga-
tis, vt p̲ hoc admoneamini, quantũ ab interiore cõtaminatiõe peccati debeatis cauere. Atta
men talis cõtactus nõ fuit ꝓhibitus per modum abſoluti præcepti, tanq̃ fuerit culpa morta
lis, niſi forte cõtingeret ex legis cõtemptu, ſed per modum cuiuſdam mandati, q̃d inter pręceptum & cõſilium habet ſe medio modo. Vnde ſi ex negligentia, inaduertentia, aut ſimili
modo aliter accidebat, fuerat veniale. [Cũcta q̃ nõ habẽt † pennulas & ſquamas in aq̃s, pollu
ta erunt.] Seq̃tur diſcretio inter aues, quantũ ad eſum. [Hæc ſunt quæ de auibus cõedere nõ
debetis, & vitanda ſunt vobis: Aquilam, & gryphem, & halięetum, & miluum, ac vulturem
iuxta genus ſuum,] hoc eſt, cuiuſcũqꝫ ſint generis ſeu ſpeciei. Hæ etenim aues ſunt rapaces,
quod venit ex magna caliditate & ſiccitate complexionis eorum: ideo eſui ſunt ineptæ, nec
faciliter poſſent acquiri: eſſetq́ꝫ curioſum & guloſum, pro tali edulio laborare: veſcuntur q̃-
qꝫ communiter cadaueribus mortuorum, quemadmodum corui, de quibus ſubiungitur:
[Et omne coruini gñis in ſimilitudinem ſuam:] hoc eſt, nullum coruum edetis cuiuſcunqꝫ
ſit

ſit ſpeciei, ſitq́ꝫ ſimilitudo hic ſumit ꝓ ſpecie ſpecialiſſima in ſimilitudine eſſentiali. ¶ Præ-
terea, de naturis & proprietatibus auium haꝝ multa recoli poſſent, ſed ꝓlixitas eſt vitanda.
Itaqꝫ aq̃la eſt auis magna, plumis & varietate diſtincta, acutiſſime vidẽs, altiſſime volãs, piſci
buſq́ꝫ inſidians, q̃s, inſtar ſaxi deſcẽdens in vndas, trahit ad littus. Gryphes eſt auis monſtroſa
q̃drupes, habens corpus formatum vt leo, alas & caput vt aquila, crudelis eſt valde, hoĩes vi-
uos diſcerpens, eq̃s odit. Et interdum equum cum equite rapit, & tollit in altum ac deuorat.
Tam magnos & amplos habet vngues, ꝙ inde (vt fert̃) fiunt ſcyphi, q̃ in regum ponuntur
menſis. Smaragdum q̃qꝫ & iaſpidem ponit in nido ſuo contra aĩalia venenoſa, atqꝫ vt refert
Iſidorus, ſunt aliq̃ partes & montes, in q̃bus abundant auꝝ & gemmæ, p̃ſertim ſmaragdus Iſidor⁹.
& iaſpis, nec inde poſſunt auferri, gryphis acceſſum prohibentibus rõnali creaturæ, cui ra-
rus & difficilis eſt aditus illuc. Haliæetus ſecundum q̃ſdam eſt falco. aptius tñ (vt videt̃) p̲ he-
rodionem, de q̃ infrà habetur, falco intelligitur. Nam libro de naturis aĩalium legit̃, ꝙ ha-
liæetus ſeu merulus parua ſit auis, aues paruas inuadens, rapiens & manducans. Vnde q̃dam
putant, ꝙ ſit niſus. Miluus eſt auis rapax, queruloſa & importuna, cadaueribus veſcẽs, dome
ſticis p̃ſertim pullis inſidians, primo audacior, poſtea aũt timidior, ſylueſtres volucres impu
gnare non audens. Vultur eſt auis plurimũ rapax, cadaueribus veſcẽs, acuti intuitus, fortiſq́ꝫ
odoratus, ſequens exercitũ, ſperãs veſci cadaueribus vincendoꝝ. Coruus eſt auis clamoroſa,
rauca, doloſa, cadauere viuens, roſtrũ ſterq̃linio ſæpe inſigens, aĩali eruens primitus oculum.
Et dr̃ funeris præco, q̃d imminere p̲cipit odoratu, vt fertur. ¶ Conſequenter noĩantur & alię
aues prohibitæ manducare. [Struthionem, & noctuam, & larum, & accipitrem iuxta genus
ſuum, bubonem & mergulum & ibim, cygnum & onocrotalum & porphyrionem, herodi-
onem &c. charadrion iuxta genus ſuum, vpupam q̃qꝫ & veſpertiliõem.] Quemadmodũ tan-
git Iſidorus, ſi in prohibitionibus auium & beſtiaꝝ, quæ in iſto capitulo prohibentur hoĩ- Idem.
bus comedere, non lateret myſterium, eſſet in textu ſuperfluitas magna verborum. Multa
nanqꝫ prohibentur in eo, quæ nullus Iudęorum aut etiam aliorum bene diſpoſitorum come
dere conſueuit: quod patet per ſe, ideo myſtica eſt ratio horum. ¶ Porro ſtruthio eſt medium
quoddam inter volatilia & greſſibilia, quæ & ſi pennis veſtit̃, nequit tamen volare ob corpo
ris põderoſitatem, ſed alis iuuatur ad curſum celerrimum. *Ouat aũt vt auis. Inſtãteq́ꝫ tem-
pore, q̃ pariat oua, oculos ad ſtellas pleiades leuat: q̃a nec*ouat, niſi cum illam viderit cõſtel
lationẽ aſſcẽdere: quã cum circa menſem Iunij viderit, fodit arenã, & in ea ſua cooperit oua:
moxq́ꝫ obliuiſcitur vbi poſuerit ea, nec vltrà ad illa reuertit̃: ſed calore ſolis pullificant. q̃ fa-
cto, ſuos cognoſcit alitq́ꝫ pullos. De q̃ ad Iob dominus ꝓfeſtatur: Struthio derelinquit oua Iob 39.
ſua, obliuiſcitur ꝙ pes conculcet ea &c. Vngulas habet fiſſas inſtar vngulaꝝ quadrupedis: &
tãtæ conſiſtit caliditatis, vt ferrum deglutiat, digerat, & conſumat. Secundum Ariſtotelem Ariſtot.
quoqꝫ, naturaliter odit equum. Noctua dicitur, q̃ſi de nocte acute tuẽs ſeu videns: & alio no
mine nycticorax nuncupatur, & noctibus quærit cibum: cuius clamor odioſus eſt auibus,
quã & aues perſequuntur, in die ſolis ſplẽdore viſus eius hebetatur. oua columbarum & mo
nedulaꝝ frangit ac vorat, & pugnat cum illis. Larus, eſt auis nunc volans in aere, nunc na-
tans in aqua. auis eſt pigra, parua & pinguis, libenter habitans iuxta aquas: nec poteſt remo
te aut diu volare, ita vt velociter currẽs, eã capere valeat, eſtq́ꝫ humida valde. Accipiter auis
eſt rapax, prædalis, ſiue ſit ſylueſtris, ſiue domeſtica. Sylueſtris autẽ eſt peior, quoniã aues q̃s
capit, mox deuorat. Domeſticus vero prædã dño ſuo repræſentat & ſeruat, flãte auſtro, con-
tra ſolis radios alas ſuas expãdit, q̃tenus poris corporis ſui aptis, excutiat eas, & nouæ ei ac-
creſcunt. Propter q̃d ad Iob dominus loquitur: Nunquid per ſapientiã tuã plumeſcet acci- Iob 39.
piter, expãdens alas ſuas ad auſtrum? Bubo eſt auis turpis, fœda, feralis, noctis amica, in ſe-
pulchris habitãs & cauernis, pigra, auibus odioſa, à quibus dilaniatur, ſi in die reperiatur ab
ipſis. Et iuxta augures malum prætendit, quoniã funebris lugubriſq́ꝫ conſiſtit: templa nocte
ingreditur, vt oleum lampadum ebibat. quando ab auibus inuaditur, vertit ſe in ſupinum,
& pedibus ſe defendit. mures & veſpertiliones venatur & edit. Mergulus à mergẽdo nomen
ſortitur, quia frequenter deſcendit in aquas, vt vermes piſciculoſq́ꝫ deglutiat. imminente
æquoris tempeſtate, cum clamore feſtinat ad littus. Atqꝫ vt ait Iſidorus, grauem & grandem Iſidorus
tempeſtatem conſtat mari inſtare, dum merguli petunt littus. Ibis dicitur Aegyptiaca eſſe ci
conia, in Nilo flumine habitãs, ſerpentum ouis veſcens, ex quibus eſcã nidis ſuis defert gra-
tiſſimam. Cygnus eſt auis nota, pennis albiſſima, carne nigra, inter piſces nutrita, eos non
comedit. ponderoſum gerit corpus, ideo raro volat, diligitq́ꝫ quietem, quaſi mortem conte-
mnens, dulciter canit, morte inſtãte. Poſt coitum fœmella percutit fugatq́ꝫ marẽ, qui ſe poſt
coitum balneat. Similiter fœmina ante cibum. Onocrotalus, auis eſt, quo ad ſonum, ſimilis
cygno, & q̃ſi ventres habens duos, in quoꝝ vno recipit cibos, qui ꝓ veſicula gutturis reputa
tur, in alio decoq̃t eos. Cuius, teſte Iſidoro, duo ſunt gñaː vnũ aquaticum, aliud ſolitudinis. Idem.
Aquaticum eſt valde guloſum, anguillis p̃ſertim inſidians: quod dum quieſcit in littore, ro-
ſtrum

ſtrum ſemper erigit ſurſum, vt eius acumine ſe contra accipitrem muniat. ¶ Porphyrion eſt
auis, alio nomine pelecanus vocata, cuius duplex eſt ſpecies: vna in aqua habitãs, & piſcibus
veſcens: altera in terra ſolitudinem amat, lacertas comedens & ſerpentes. ideo ſerpentes odi
unt pelecanos, eiſq; abſentibus aſcendunt in nidos ipſoꝝ, atq; ipſorum pullos intoxicant:
q̃s rediens parens inuenit morientes, & ſtatim ſe vulnerans, ꝓprio ſanguine curat eos. Hero
dion, q & falco, eſt auis illuſtrium manibꝰ aſſueta geſtantiũ, animoſa, & maiores corpore ſe
aues inuadens, abundans plumis, nõ carnoſa, ideo velox & agilis ad volatum, acuti duriq; pe
ctoris, fortis in vnguibus, grauius tñ lædens ꝑdam pectore irruendo, q̃ roſtro lædendo. Quæ
niſi primo aut ſaltẽ ſecundo ꝑualuerit ictu, q̃ſi ſibiipſi indignãs aut erubeſcẽs, vagat̃ ꝑ aera,
nec faciliter ad geſtantis reuertit̃ manũ. Si vero ſylueſtris eſt, illa die vix q̃rit ꝑdam. Chara-
drion dicit̃ auis oĩno albi coloris, cuius femoris pars inferior purgat caliginẽ oculoꝝ. Huiꝰ
auis hæc fertur natura: Si dirigatur ſuꝑ ægrum morituꝝ, auertit viſum ſuum ab eo: ſi ſuꝑ ſa
nandum, viſum figit in eum, q̃ſi curando applaudens. eſt tñ nutrimenti immũdi. Vpupa eſt
immũdiſſima auis, humanis veſcens ſtercoribus, in ſepulchris cõmorans, aut in fimo, cuius
corde vtũtur malefici in maleficijs ſuis. Cumq; ſenuerit, vt nec videre valeat, nec volare, pul-
li eius euellunt ei pennas. Et liniunt oculos eius ſuccis herbaꝝ, ac fouent eam ſub alis, donec
creſcant pennæ ipſius. Sicq; renouata, volat ac videt, vt refert Iſidorus. Legit̃ etiam ꝙ ſi qs
ſanguine eius inunxerit oculos ſuos, ꝑgens dormitum, dæmones in ſomnis ſe ſuffocantes vi
debit. Veſpertilio eſt auis fœda & vilis, debilis viſus, habẽs alas ſine plumis, & corpus inſtar
muris: circa veſperam egrediens ſuũ latibulum, ꝓ voce ſibilum facit terribilẽ. [Om̃e de vo
lucribus q̃d graditur ſuper q̃tuor pedes, abominabile erit vobis ad cõedendum.] Talia enim
volatilia, ſunt velut monſtra, in parte cum auibus, & partim cum greſſibilibus cõuenientia:
qbus & idololatræ in ſuis maleficijs vtebãtur & ſacris, q̃ & difficulter acq̃runtur. [Quicquid
aũt] volatilium [ambulat ſuꝑ q̃tuor pedes, ſed habet longiora retro crura, ꝑ q̃ ſalit ſuper ter-
ram, cõedere debetis, vt eſt bruchus in genere ſuo: & attacus, atq; ophiomachus, ac locuſta,
ſingula iuxta genus ſuum.] Opinant̃ aliq ꝙ iſtæ ſint diuerſę ſpecies locuſtaꝝ, aut magis aĩa-
lia diuerſi gradus in eadẽ ſpecie, ita ꝙ bruchus eſt fœtus locuſtæ nondum alatus: q cum ala-
tus fuerit, cœperitq; volare, vocatur attacus: adepta vero perfectione volandi, vocatur locu-
ſta. ſed iſtud non videtur textui conſonare, qa de ꝑfatis volatilibus addit, ſingula iuxta ge-
nus ſuum. Per q̃d inſinuari videtur, ꝙ differant generice ſiue ſpecifice. Hinc alij dicũt, ꝙ at-
tacus maior eſt brucho, differens ſpecie. Ophiomachus vero eſt beſtia q̃dam pugnans cõtra
ſerpentes. ¶ Deniq; ſecundũ Gulielmum in libro de fide & legibus, ꝙ gña iſta locuſtaꝝ, ſeu
genus locuſtæ cõceſſum eſt Iudæis in eſum, factũ videt̃ in memoriam auxilij eis deſuꝑ dati ꝑ
Matt. 3. locuſtas contra Aegyptios. Beatiſſimus q̃q; Ioannes Baptiſta legitur vſus locuſtis in cibum.
Aliq tñ ibi per locuſtas intelligunt herbas, non animalia: qm̃ eis videtur, ꝙ non ſit carnibus
vſus in eremo. [Quicquid autem ex volucribus q̃tuor tm̃ habet pedes, execrabile erit vobis]
ad manducãdum, ſicut iam dictum eſt. [Et qcunq; morticina eoꝝ tetigerit].i. cadauera ex
intrinſeca corruptione mortua, [polluetur, & immundus erit vſq; ad veſperam].i. irregula-
ritatẽ quandam ſeu ineptitudinem, vel indignitatem introeundi ſacrum locum, videlicet
templum ſeu atrium, contrahet. [Et ſi neceſſe fuerit, vt portet qppiam hoꝝ mortuum, laua-
bit veſtimenta ſua, & erit immundus vſq; ad ſolis occaſum.] Ex iſto elicitur & probatur, ꝙ
immunditia iſta non fuit inquinatio culpæ, qa neceſſitas à culpa excuſat. Porro lotio iſta, fu
it adſperſio aquæ, in q̃ mixtus fuit cinis vaccæ rufæ combuſtæ, ſ. aquæ luſtratiõis. Et quia de
tangente præfato non dicitur ꝙ lauabit veſtimenta ſua, aliqui dicunt, ꝙ immunditia eius
fuit minor, q̃ iſtius tale qd portãtis, nec indiguit veſtimẽta ſua lauare, id eſt, ſuper ea adſper
gi aqua ꝑfata, quemadmodum iſte q portauit: quoniã plus eſt portare, q̃ tangere. [Quod am-
bulat ſuper manus, ex cunctis animantibus quæ incedunt quadrupedia, immundum erit].i.
illicitum ad veſcendum, vt vrſus & ſimia, q̃ per ſimilitudinem quandam dicũtur manus ha-
bere, & ſuꝑ ea incedere, qm̃ anteriores eoꝝ pedes ſunt ſimiles manibꝰ. Corpora q̃q; eoꝝ, de-
tractis corijs ſeu pellibus, ſimilitudinẽ habent nõ modicã cum corpore hoĩs, excoriatoq; pu-
ero. Vnde & vna huius prohibitiõis cauſa aſſignat̃, ne Iudæi ex talium animaliũ eſu afficerẽ
tur comedere carnes humanas. Sunt aũt & aliæ cauſę ſuperius tactæ. [Qui tetigerit morti-
cina eoꝝ, polluet̃].i. inq̃natus manebit. [vſq; ad veſperam.] ſicq; videtur ꝙ poſt tranſitũ tem
poris tanti, reddebatur ab illa pollutiõe immunis. [Et q portauerit huiuſcemodi cadauera,
lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſq; ad veſpeꝝ, quia omnia hæc immũda ſunt vo
bis. Hæc q̃q; inter polluta].i. eſui illicita [reputabuntur de his quæ mouẽtur in terra, muſte
la & mus,] Muſtela dicitur q̃ſi mus longus, q & perſequitur mures atq; ſerpẽtes, q̃ꝝ qdam la
tẽt ſub terra, alij ſuprà verſant̃. [& crocodilus.] is à croceo colore nomẽ ſortit̃, beſtia magna
& q̃drupes, nunc in aqs, nunc in terra manens, immanitate dentium vnguiumq; armatus,
corpus habens tam durum, vt repercutiat fortium lapidum ictus: de qua beſtia ait Plinius,
ꝙ

ꝙ ſola inter cuncta aĩalia mouet ſuperiorẽ ſuã mandibulam, inferiorẽ habens immobilem.
Tantæ eſt q̃ntitatis, ꝙ iunior Tobias ab ea timuit deuorari, quã piſces qdã ſerratã criſtã ha- Tob. 6.
bentes interimũt, interiora ipſius diſſecantes. [ſingula iuxta genus ſuũ, mygale & chamæle-
on, ſtellio & lacerta & talpa, oĩa hæc immũda ſunt.] ¶ Mygale dicit̃ aĩal formatũ ad deridẽ-
dum, qa ex ſe ridiculoſum videtur: eſtq; doloſum, rapax & ingluuioſum, ſecundũ Gloſſam.
¶ Chamęleon eſt beſtia diuerſa varietate reſperſa, tanq̃ pardus: ad colores q̃q; q̃s intuetur, fa-
ciliter variat̃, ſicq; in diuerſos colores mutat̃, ſicut & primo Ethicoꝝ ait philoſophus, & fin
git ſe mãſuetã, cũ tñ crudelis ſit. ¶ Stellio à ſtella ſuſcipit nomẽ, q̃ſi ſtellatus, cũ ſit varijs ma-
culis picturatus, & mutat colores, ſicq; fertur lucere vt ſtella. Eſt aũt reptile, lacertæ cõſimile,
interlucẽtibus guttis pictum inſtar ſtellaꝝ, ſcorpionibꝰ ita cõtrariũ, vt viſum ab eis, incutiat Pro. 30.
ipſis torporẽ atq; pauorẽ. Vnde in Prouer. dicit̃: Stellio manibus nititur, & morat̃ in ædibꝰ
regum. Lacerta & talpa ſunt aĩalia nota. Fertur aũt chamęleon aere paſci, quẽadmodũ talpa
terra, ſalamandraq; igni, & halęc aqua, iuxta illud metricum: Terra cibat talpã, flãmæ pa-
ſcũt ſalamandrã, Vnda fit haleci cibus, aer chamęleoni. Deniq; tactus hoꝝ cenſet̃ imũdus &
maculans. [Qui tetigerit morticina eoꝝ, immundus erit vſq; ad veſperã: Et ſuꝑ q̃d ceciderit
quicq̃ de morticinis eoꝝ, polluet̃.] Sicq; inanimata ex illoꝝ cõtactu etiã polluebant̃, nõ vtiq;
pollutiõe peccati, ſed inidoneitatis veniẽdi in humanũ aut diuinũ miniſteriũ ante eoꝝ pur-
gationẽ. [Tam vas ligneum & veſtimẽtum, q̃ pelles & cilicia, & in q̃cunq; ſit opus].i. q̃dcũq;
vtenſilium, [tingẽtur aqua].i. aqua in q̃ mixtus eſt cinis vaccæ rufæ ꝓ peccato cõbuſtæ, ad-
ſpergẽtur, dũ ex ꝑtacto cõtactu fuerint inq̃nata. [& polluta erũt vſq; ad veſpeꝝ,] ita ꝙ etiã
poſt illã adſperſionẽ reputabunt̃ modo ꝑdicto polluta ſeu inidonea ad vtẽdum vſq; ad ſolis
occaſum. [Et ſic poſtea mundabunt̃].i. poſt horã illã habebuntur vt munda. [Vas autẽ fictile
in q̃ hoꝝ qcq̃ intro ceciderit].i. in q̃d corruerit aliqd ꝑfatoꝝ ĩmũdoꝝ aĩaliũ aut morticina
eoꝝ. [polluetur, & idcirco frangendum eſt,] qa nõ poteſt ob ſuã fragilitatẽ tam plene pur-
gari ꝑ fortẽ cõfricationem, vt lignea, ærea, & ænea vaſa. [Om̃is cibus quẽ comedetis].i. prę-
paratus ad comedẽdum, [ſi fuſa fuerit ſuꝑ eum aqua, immũdus erit].i. edi nõ poterit. Hoc ex-
ponitur de ſuꝑfuſione aquæ cõtentæ in vaſe, in q̃d immundũ q̃dcunq; corruerat, ex cuiꝰ cõ-
tactu & aqua illa fiebat polluta, vel forte in deteſtationẽ idololatrię, dictum eſt de cuiuſcũq;
aquæ ſuꝑfuſione, qa idololatræ in ſuoꝝ honorẽ deoꝝ aquas, ꝑſertim idolis cõſecratas, ſuꝑ-
fundebãt cibarijs, & quidã eoꝝ aquã colebãt. De hoꝝ autẽ rationibus & rationabilibus cau-
ſis infrà dicetur. [Et omne liquens q̃d bibitur de vniuerſo vaſe, immundũ erit].i. oĩs potꝰ ſeu
liquor, vinum ac ſicera, ſi in ea ceciderit quippiã de illis immũdis, nõ poterunt bibi. [Et qc-
qd de morticinis huiuſmodi] immundoꝝ [ceciderit ſuꝑ illud] q̃d dictũ eſt, puta ſuꝑ q̃dcunq;
vas aut inſtrumẽtum ſeu veſtẽ, &c. [immundũ erit] ex illius cõtactu, [ſiue clibani fuerint, ſiue
chytropodes].i. vaſa ſeu ollæ aut potti, habentes inferius pedes ſuꝑ q̃s ſtent. [deſtruẽtur &
immmundi erunt,] ſi ex illis immũdis fuerint tacti. q̃d intelligẽdum videt̃ de vaſis & furnis
fictilibus terreis, nõ ſaxeis aut æneis, cum dictũ ſit ꝙ vaſa lignea ſic cõtacta ſint lauãda. [Fon-
tes vero & ciſternæ & oĩs aquaꝝ cõgregatio,] vt flumina, ſtagna & maria, [mũda erũt,] q̃uis
immũda illa in ea ceciderint: qa tã magna aquaꝝ moles, nõ poteſt tã facile inq̃nari, & ꝓpter
talium aquaꝝ raritatẽ, ꝑſertim in locis terræ ꝓmiſſiõis, poterat Iudæis eſſe graue, ſi aquę illæ
fuiſſent tã faciliter inq̃natę, vſuiq; eoꝝ ꝓhibitæ, & etiã qa idololatræ nõ ita exercuerunt q̃ſ-
dã ſuꝑſtitiões ſuas circa aquas illas, quẽadmodũ circa aquas q̃s habebãt domi in vaſis, vel qa
huiuſmodi aquę magnę cõtinent̃ in terra, q̃ ex cõtactu ꝑfato nõ maculat̃, idcirco nec ipſę. [q
morticinũ eoꝝ tetigerit, polluet. Si ceciderit ſuꝑ ſemẽtẽ].i. ſuꝑ ſemen aut granũ nõdum ĩ ter
ram ꝓiectũ, [nõ polluet eã] res q̃cunq; ꝑfata ĩmunda. [Si autẽ quiſpiã aqua ſemẽtẽ ꝑfuderit,
& poſtea morticinis tacta fuerit, ilicò polluet̃] ita ꝙ nõ erit apta ad ſeminãdũ, niſi forte pur-
getur. ¶ Cur aũt polluit̃ granum ex ĩmundoꝝ cõtactu qñ madefactũ eſt aq̃: Dici poteſt qm̃
ipſa aqua grano ſuꝑfuſa, ex cõtactu illo polluitur, & ex cõſequẽti ſemẽtis, vel qa ſemẽtis hu-
mefacta, ſuſceptibilior eſt peregrinæ impreſſionis, vel qa idololatræ oppoſitũ ritũ habebãt.
Eſt tñ oĩm hoꝝ myſtica ratio partim tacta, & partim tãgẽda. [Si mortuũ fuerit aĩal] ꝓpria
morte, [q̃d licet vobis comedere] ſ. mundũ, niſi aliunde interueniat impedimẽtum, [q cada-
uer eius tetigerit, ĩmundus erit vſq; ad veſperã. Et q comederit ex eo].i. cadauere ꝑ ſe mor-
tuo [quippiã].i. aliquã eius partẽ q̃ntumlibet paruã, [ſiue portauerit, lauabit veſtimẽta ſua,
& immundus erit vſq; ad veſpeꝝ.] Iſtud ex dictis eſt claꝝ. [Om̃e q̃d reptat ſuꝑ terrã,] q̃ſ. pe-
des nõ habẽt, & ore ſeu alio modo corpꝰ ſuum trahunt ac mouẽt, [abominabile erit] vobis,
[nec aſſumetur in cibum.] Talia eñi in ſeipſis impura ſunt, eſuiq; inepta. [Quicqd ſuꝑ pectꝰ
q̃drupes graditur,] ita ꝙ q̃uis habeat q̃tuor pedes, tñ ob cruꝝ pedumq; breuitatẽ tangit ter-
rã in ꝓcedendo. [& multos habet pedes, ſiue ꝑ humum trahitur, non comedetis] etiã illa q̃
habẽt plus q̃ q̃tuor pedes, & trahunt ſe per terrã, vel ex alia vi ſe trahunt in ꝓcedendo. [quia
abominabile eſt].i. immunda ſunt vobis ad eſum. Porro vt ſuper ſecundum ſententiaꝝ Al-

bertus, Bonauentura & alij ſcribunt, Multiplex eſt genus reptilium: Vnum, q̊d trahit ac ra-
pit ſe vi oris, vt aliqui vermes. Secundum, quod rapit ſe vi coſtarum, ſicut ſerpentes. Tertiũ, q̊d
trahit & rapit ſe vi pennularum ſuarum, vt piſces: quartũ, q̊d rapit ſe vi annulorum, vt aĩalia annu-
loſa: quinto, extenſe loquẽdo, oĩe aĩal dicitur reptile, q̊d mouẽdo ſe, magnã partẽ corpo-
ris ſui applicat terræ, vt ſtellio & lacerta. Textus vero nũc loquit̃ de reptilibus terræ, q̃ reptã-
do immunditiã cõtrahunt conuerſatione & motu, & aliunde ſunt vilia, cõplexionis quoque
intẽperatæ ad alendam vitã humanã. [Nolite contaminare animas veſtras,] paruipendẽdo,
aut ex contemptu ſeu negligentia culpabili violãdo p̃tacta mãdata. Quamuis em̃ ex corpo-
rali illo contactu nõ contaminabat aĩa macula culpæ directe & immediate, poterat tñ culpã
incurrere non curãdo, aut ex irrationabili cauſa omittendo obſeruantiã eorundẽ. [Nec tan-
gatis quicq̃ eorum,] ſ. immundorum, [ne immũdi ſitis] immunditia corporali aut ſpiritali, iuxta
expoſitionem p̃habitã. [Ego ſum dñs Deus veſter:] cui cum oĩ diligẽtia & puritate eſt mi
niſtrandum, nec dignus eſt ſeruus meus vocari qui mihi nõ ſeruit, ſicut præcipio. Vnde &
Lucæ 6. Chriſtus in Euangelio: Quid, inquit, dicitis mihi dñe dñe, & non facitis quæ dico? Per Ma-
Malac. 1. lachiam quoq; dñs loquit̃: Fili⁹ honorat patrẽ ſuũ, & ſeruus timet dñm ſuum: Si ergo pater
ego ſum, vbi eſt honor meus? & ſi dñs ego ſum, vbi eſt timor meus? [Sancti eſtote] .i. puri à
vitijs, & ornati virtutibus: [qa ego ſanctus ſum] .i. eſſentialiter purus, virtuoſus, perfectus, &
ſanctitas ipſa immenſa, exemplaris, fontana, oĩs puritatis & virtutis menſura, cauſa & regu
la prima. Dñs aũt vult ſeruos ſuos ſuæ voluntati cõformari ac obedire. Præſertimq; Deus, q
eſt ſumm⁹ pater ac dominus oĩm, vult vt homines ad ſuã imaginẽ ſimilitudinẽq; producti,
conformẽt etiã ei p dona gratiæ ac virtutum, vt Deus pater reſplẽdeat in filijs ſuis, & ſerui
ipſo ſuo famulatu oſtendãt dominũ ſuũ honorabilẽ eſſe, aliosq; ſuo exẽplo incitent & indu-
cãt ad ſummæ maieſtatis honorẽ. Ideo filius Dei docuit nos orare: Pater, ſanctificet̃ nomen
Matt. 6. tuũ. Item: Videãt opa veſtra bona, & glorificẽt patrẽ veſtrũ qui in cælis eſt. [Ne polluatis ani
Matt. 5. mas veſtras in oĩ reptili q̊d mouet̃ ſuper terram: Ego em̃ ſum domin⁹ q eduxi vos de ter-
ra Aegypti, vt eſſem vobis in Deũ] .i. ad hoc, vt p debitã ſubiectiõem, puritatem & obedien-
tiam, ita colatis me, vt digni ſitis me Deũ vocare, tanq̃ id quod ſup oĩa amatis, honoratis
& colitis. Propter q̊d ab idololatris vos eduxi, ne cõformemini illis, ſed multiplici mũditia
differatis ab ipſis. [Sancti eritis] .i. eſſe debetis immaculati, præſertim ab omni culpa morta-
li, & etiam virtuoſi & mundi: [qa ego ſanctus ſum,] qui cultores meos volo mihi per imita
tionẽ eſſe cõſimiles, qa peccata odio ac deteſtor virtutes, ſanctitatẽq; diligo. Hinc ait in Euã-
gelio Chr̃s: Eſtote miſericordes, ſicut & pr̃ veſter cęleſtis miſericors eſt. Et denuo: Eſtote, ait,
Lucæ 6. perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Poſtremo additur epilogatio: [Iſta eſt lex
Matt. 5. aĩantium & volucrũ, & omnis animæ viuentis q̃ mouet̃ in aqua] .i. omnis animati aquatici,
hoc eſt, in iſto capitulo datæ ſunt leges ſeu iuſſiones diſcernẽdi immunda à mundis, tã in be
ſtijs terræ, q̃ in auibus aeris ac piſcibus aquæ. [& reptat in terra, vt differentias noueritis mun
di & immundi, & ſciatis qd comedere & reſpuere debeatis.] ¶Circa p̃habita plenius intelli
genda, penſandũ, qa vt docet Alexãder ſup tertium Sentẽtiarum, & Guilhelmus libro de fide
& legibus, Voluit dñs tabernaculũ ſuũ in honore haberi, ideo nõ niſi mũdos in illud intra-
re conceſſit. Immunditia aũt irregularitatis materiæ, q̃ requirebat purificatiõem, multiplex
erat: quia vaſa in quæ immũda ceciderãt, & ea q̃ morticina illorum tetigerãt, reputabãtur im-
munda, ſimiliter hoĩes qui ea tãgebãt, clibani q̊q; & ollæ: in quo nõ aliud recte intelligi po
teſt, niſi p̱hibitio appropinquationis ad idololatriã. Vbi em̃ p̱hibiti ſunt filij Iſrael tãgere
huiuſmodi animalia vel morticina eorum, prohibiti ſunt neceſſario immolare ea, & de immo-
latis comedere. In hoc etiam q; immunda iudicata ſunt immunditia, q̃ p̱hibebat acceſſum
ad Dei tabernaculum, præciſa eſt etiã ea tãgentibus oĩs ſpes emundationis, & appropinqua-
tionis ad Deũ p illa. Et per hæc oſtenſa ſunt filijs Iſrael ſigna diuinæ offenſionis & indigna-
tionis in illis immundis, nõ p̱pter ſe, ſed propter idololatriã quę fiebat de eis. Deniq; vaſa in
quæ corruerũt immunda, voluit Deus eſſe polluta cũ contentis in eis. Idololatræ em̃ vaſa vo
lebãt carere operculis, vt aliquibus ſeruitijs idololatriæ magis præſto eſſent, atq; vt ipſa repti
lia idolis immolãda, in ea ſponte irreperent, vt mures, muſtelæ, lacertæ, ſicq; inuenirent in
vaſis illis. Sic nãq; credebãt ea eſſe magis accepta dijs ſuis, vtpote electa ab eis. Superſunt ad-
huc aliquæ idololatriæ huius reliquiæ. Credũt em̃ nonnulli inſipientes, quædã nocturna nu-
mina frequentare domos, & vaſa quæ diſcooperta vel aperta inuenerint, poſtq̃ inde come-
derint vel biberint, reimplere. Si aũt ea clauſa, obſtructa, vel cooperta inuenerint, inde offen-
di, & ex hoc domui diſſortuniũ ĩminere. Hinc & alij aſſerunt, q; Gentiles idololatræ, aquas
vaſorum, aliosq; liquores, in quibus p̃fata immunda aĩalia inueniebãtur, putabãt ſuis dijs acce
ptas, & eas offerebãt illis. Vnde ſecutũ videt̃, q; vetulæ q̃dã ſortilegæ, vaſa in qbus eſt aqua, di
mittunt de nocte aperta, vt nocturna numina illuc veniãt ad bibendũ. Cum ergo oĩpotens
Deus ſynagogã dilexerit, tanq̃ ſponſam, q̃ſi amore zelotypo: quid mirum, ſi oĩa iſta quæ prima
facie

facie nõ videntur alicuius momenti, Iudæis prohibuit, quoniam idololatræ talia exercebãt?
Poſtremo, ſicut in prima Secundæ quæſtione 102. Thomas teſtatur: Inerat Iudæis immun-
ditia quædã ex contactu quarundã rerum immundarum, cui⁹ literalis cauſa fuit propter reuerẽ-
tiam eorum quæ ad diuinũ pertinẽt cultũ, tum quoniã precioſas res hoĩes tãgere non ſolẽt cũ
fuerint immundi, tum etiã vt ex raro acceſſu ad diuina, ea amplius venerarent̃. Cum em̃ oẽs
huiuſmodi immũditias homo raro poſſet vitare, accidebat q; raro patuit eis ad diuina ac-
ceſſus, ſicq; ſuo tẽpore cũ maiori humilitate & reuerẽtia p̱ceſſerunt ad ea. Fuit & alia ratio
in quibuſdã: nam qm̃ ſoli mundi intrabant, non fuit alicui occaſio dimittendi ingreſſum in
ſancta ex timore infectionis ſeu horrore conſortij immundorum.

¶De ſpiritali huius capituli XI. intellectu. Art. XXVI.

SPiritalẽ & myſticũ huius cap. ſenſum, ſanctus Thomas cõpendioſe p̱ſtringit magna ex
parte in prima Secundæ, cuius verba inducã. Primo tñ ſcire oportet, q; p aĩalia munda
& immunda, hoĩes diuerſorum morum ſignari cõſtat ex hoc, q; ſp̃uſſanctus volens principẽ
apl'orum ad gentiliũ cõuerſionẽ trãſmittere, primo oſtendit ei in viſiõe vas, in q̊ oĩa quadrupe Act. 10. & 11.
dia, ſerpentia ac volatilia & beſtiæ terræ, dixitq; ei: Surge Petre, occide & mãduca. Itaq; p ani
malia illa p̱hibita deſignant̃ reprobi mores, diuerſaq; vitia, à qbus cauere oportet. Vnde in
libro cõtra Fauſtũ loquit̃ Auguſt. Si de porco & agno requirat̃, vtrunq; q̊ ad ſuã naturã ſiue Auguſt.
eſſentiã, mundũ eſt, qm̃ oĩs creatura Dei bona. Quadã vero ſignificatiõe agnus eſt mundus,
& porcus immũdus, tanq̃ ſi ſtultum & ſapientẽ diceres. Vtrunq; hoc nomẽ natura vocis &
literarum ac ſyllabarum, ex qbus cõſtat, mundũ eſt: ſignificatiõe aũt vnum eſt mũdũ, aliudq; im-
mundum: ſic aĩal q̊d ruminat, & vngulã findit, ſignificatiõe eſt mundũ: qm̃ fiſſio vngulæ, ſi-
gnificat diſtinctionẽ duorum teſtamẽtorum ſeu p̱ſonarum in diuinis, duarum q̊q; naturarum in Chr̃o,
atq; diſcretionẽ boni & mali, ſeu veri & falſi. Ruminatio aũt inſinuat meditationẽ ſcriptura
rum & ſanum intellectũ earum, ſiue aſſiduã recordationẽ oĩm p̱tinẽtium ad ſalutẽ: & cuicunq;
alterum horum deeſt, ſpiritaliter eſt immũdus: ad q̊d deſignãdum, illa ſola inter terreſtria aĩalia
eſui Iudæorum ſunt cõceſſa, quæ vngulã findunt ac ruminãt. Similiter in piſcibus illi q habent
ſquamas & pinnulas, ſignificatiõe ſunt mũdi: qa per pinnulas ſignificat̃ vita ſublimis & con-
tẽplatiua, p ſquamas vita pœnitẽtialis & aſpera: quorum vtrũq; neceſſariũ eſt ad ſp̃ualem mun
ditiã & p̱fectionẽ. In auibus aũt ſpecialia q̃dã auiũ genera p̱hibent̃, p q̃ ſpecialia peccata no
tantur. In aquila em̃ quæ altius volat, p̱hibet̃ ſuperbia. In gryphe qui equis & hoĩbus eſt in-
feſtus, potentiũ crudelitas reprobatur. In halięto, qui paſcit̃ auibus minimis, deſignãtur qui
pauperibus ſunt moleſti. In miluo, q pullis inſidiat̃, doloſi. In vulture, q mortes & ſeditiones
hominum cupiunt. Per coruos nigerrimos, hi q voluptatibus denigrãtur. Per ſtruthionem,
qui q̃uis alatus ſit, volare nõ valet, religioſi & clerici q ſecularibus negocijs ſe immiſcent.
Per nycticoracẽ de nocte clare videntẽ, hi q in tẽporalibus ſunt aſtuti, in ſp̃ualibus hebetes.
Per larum in aere volãtem, atq; in aqs natantẽ, hi q cũ Euangelio obſeruãt legalia, vel qui p cõ-
templationẽ volunt volare, cum adhuc aquis cõcupiſcentiæ ſeu fluctibus paſſionum immer
gantur. Per accipitrẽ hoĩbus deſeruientẽ ad p̃dãdum, miniſtri q potẽtib⁹ obſequunt̃ ad pau
perum deprędationẽ. Per bubonẽ nocte alimentũ quærentem, luxurioſi, p̃ſertim adulteri, qui
in ſuis actibus tenebroſis & obſcœnis quærunt latere. Per mergulum, in aquis ſe diu abſcõ-
dentem, vt deuoret piſces, guloſi qui in delectationum ſuarum humoribus ſe demergunt. Per
*ibicẽ ſeu ciconiã ſerpentib⁹ veſcentẽ, inuidi, qui aliorum aduerſitatibus tanq̃ ſerpentibus refi- *ibim
ciuntur. Per cygnum album & cãdidum, lõgo collo cibum trahentẽ ex terræ aut aquę pro-
funditate, hi qui p apparentem iuſtitiã quærunt lucra terrena. Per onocrotalum q in folli-
culis ſuis cibaria colligit, & ea poſtea mittit in ventrem, ſignãtur auari. Per prophyrionem,
qui oẽm cibum ſuũ aquis intingit, hi qui iuxta aliorum arbitrium nil facere volunt, ſed ſolũ
q̊d fuerit tinctum aquis p̱priæ voluntatis. Per herodionem ſeu falconem, hi qui proni ſunt
ad ſanguinem effundendũ. Per charadrium, q̃ eſt garrula auis, loquaces. Per vpupã in cantu
gemitum ſimulãtem, triſtes inordinate. Per veſpertilionem circa terrã volantem, hi qui ſe-
culari ſcientia præditi, ſola terrena ſapiũt. Per q̃drupedia repentia, hi qui doctrina quatuor
Euangeliſtarũ ſic abutunt̃, q; per eã ad amorem cæleſtium nõ leuantur. Hæc Thomas. ¶Itaq;
omnia pręmemorata vitia deuitemus, nec eorum impijs delectationibus reficiamur, nec eo-
rum cõſortio qui talibus ſordidantur, incorporemur: cumq; cõuenerimus, vnus aliũ reficiat
nõ animali immundo, hoc eſt, nõ vitioſa narratiõe, non detractione, nec leuitatibus aut læ-
ſionibus aliorum, vt ſimus & nos aĩalia munda, proximos verbo & exẽplo, oratione & fama
ſalubriter reficientia. Nemo inficiat aliũ inſtar ſerpentiũ, nec inſtar rapacium auium aliena
diripiat. Viliſſima ac ſordidiſſima gulæ atq; luxurię inqnamẽta vnuſquiſq; iugiter deteſte-
tur. Inſup ſimus animalia ruminãtia, vngulamq; findentia, vt iuxta q̊d ſcriptum eſt, in lege Gregor.
Dei meditemur die ac nocte. Fidei quoq; & ſcientiæ correſpondeat conuerſatio noſtra, ne Pſal. 1.
duplici condẽnatione diſpereamus: quoniam ſeruus ſciens voluntatem domini ſui, & nõ fa Lucæ 12.

ciens,

ciens,plagis vapulabit multis & acrioribus.ſitq; in oĩbus rationabile noſtrum obſequium,
Rom. 12. & diſcretione regamur, q̃tenus decenter & ſecundum ordinem oĩa fiant in nobis, & occa-
1. Co. 14. ſiones peccãdi indeſinẽter vitemus, diligenti cordis cuſtodiæ ſemper intenti. Nemo per ar-
rogantiã ſeipſum fatue erigat, neq; ꝑ ambitionẽ ſup confratres ſuos exaltari conetur, neq;
per cupiditatẽ & gulã, aut ſenſualem turpiſſimũq; amorem ſenſibilibus & terrenis inhære-
at: ſed ꝑ pedes aĩæ ſuæ,ꝑ deſideria charitatis,ꝑ ſanctas affectiões,per orationes & meditatio-
nes feruidas & ſynceras, Deo altiſſimo cohærere,vniri,infigi conetur,ſatagat & non ceſſet.
Nullus ꝑ conſenſum aut cõmunionẽ illicitã tãgat ĩmunditiã alienam, & ita cuſtodiat ſe,ne
ꝓximoꝝ peccata cadãt aut redundẽt in ſeipſum. Nemo ꝑ inuidiã,malitiam,neq̃tiam,ſcan-
daloſamve actionẽ efficiat animal venenatũ,nec ad ſimilitudinẽ talpę & veſpertilionis odiat
lucem veritatis,ſplendorẽ iuſtitiæ,manifeſtationẽ culpaꝝ ſuaꝝ, correptionẽ & dignã caſti
gationẽ ipſaꝝ,fictam iuſtitiam,& oẽm duplicitatem atq; hypocriſim abominemur, ſicq; oĩ
torpore acediæ prorſus euulſo,dño Deo noſtro ſubſtãtialiter & incircũſcriptibiliter ſancto,
in omni ſanctitate & iuſtitia, vel ſaltem in q̃tidiano profectu, inceſſabiliq; diuinoꝝ incre-
mento chariſmatũ ſeruiamus,atq; per hæc patri noſtro cæleſti,humiliter & feruenter ac or
Origen. dinate aſſimilari nitamur. ¶Poſtremo,circa hęc loquitur Origenes: Primus cibus noſter eſt
Ioan. 6. dñs & ſaluator,qui ait: Caro mea vere eſt cibus. &,ego ſum panis viuus. Secundo loco,poſt
Ibidem. ipſum Petrus & Paulus,oẽsq; apoſtoli. Tertio loco,eoꝝ diſcipuli: & ſic vnuſquiſq; pro q̃nti
Pſal. 1. tate meritoꝝ ſuoꝝ & ſenſuũ puritate, proximo ſuo mundus efficitur cibus. Arbitror aũt il-
lum ruminare, qui operã dat ſcientiæ, & in lege dñi meditatur aſſidue. Diuidit aũt vngulã,
qui ea quæ legit ſecundũ literã,ad ſenſum reuocat ſpũalem, atq; ab infimis & viſibilibus ad
inuiſibilia & altiora conſcendit. Sed ſi vita tua & actus tui nõ habeant diſcretionẽ, ſed à fide
tua & à verbis ac ſermonibus diſcrepent, camelus es tortuoſus ac deformis, quia arctã viã à
ſpatioſa non ſegregas. Lepus vero eſt,qui inordinata formidine tremit. Iterum ait: De mun
Acto. 10. dis & immundis animalibus ſcientiã deſup accepit apoſtolus,quoniamquidem eminentio-
rem ſe & maiorem nõ habebat in terris. Et ſicut ex præcedentibus ac ſubſequentibus verbis
Origenis oſtenditur,hoc ipſe de beatiſſimo Petro diſſeruit. Alia multa de his ſcribit Orige-
nes in Homilia,de quibus pertrãſeo,quia habentur magna ex parte in Gloſſa.

¶Elucidatio literalis cap. XII. Locutuſq; eſt dñs ad Moſen: Art. XXVII.

PRæcedenti capitulo actũ eſt de immunditia,q̃ ab exteriori cauſa contrahitur. Nunc tra-
ctatur de ea q̃ ab intrinſeca cauſa eſt,& eſt hæc immũditia q̃druplex: Prima,fœminæ pa
rientis,de qua nũc ſermo: Secunda,lepræ: Tertia, fluxus ſeminis: Quarta,fluxus ſangui-
Origen. nis. [Loquutuſq; eſt dñs ad Moſen,dicens: Loquere ad filios Iſrael,& dices ad eos: Mulier ſi
ſuſcepto ſemine pepererit maſculum] Secundũ Origenem, ſupflue Moſes addidiſſet,Si ſuſ-
Bernar. cepto ſemine, niſi ſciuiſſet in ſpiritu virginẽ maſculũ pariturã. atq; vt addit ſanct⁹ pater Ber-
nardus,Moſes dicturus,Mulier ſi pepererit, immũda erit, timuit crimen blaſphemiæ ſuper
matre Chriſti incurrere: ideo addidit,Si ſuſcepto ſemine. Hinc alij dicunt,ꝙ beata virgo ex-
R. Paul⁹. cepta fuit ab iſta lege,quia cõcepit & peperit ſine virili ſemine. Quocirca Rabbi Paulus fide
liter addit: Per hoc q̃d dicit,Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit,Moſes intelligit nõ ſolũ ex-
cepiſſe eã q̃ nõ ſuſcepto ſemine peperit,ſed etiã aſſeruiſſe, ꝙ aliqua mulier abſq; ſuſceptione
ſeminis erat paritura. Aliàs conditio illa, ſi ſuſcepto ſemine, eſſet omnino ſuperflua. Vnde
infrà cum de partu fœminę agitur, nõ additur talis cõditio: ſed ſimpliciter dicitur,Si autem
fœminã pepererit: qm̃ nulla fœminã peperit,niſi ſuſcepto ſemine. [Immunda erit ſeptẽ die-
bus iuxta dies ſeparationis mẽſtruæ] .i. eo modo q̃ immunda eſt q̃ fluxum menſtrui patitur.
Et ob hoc ab alioꝝ cõmunione ſeparat, quo ad lectũ & cibũ ac ſanctuariũ: imo & omne q̃d
tãgit,reddit immundũ. Sic & fœmina pariens, fuit immunda primis ſeptẽ diebus ꝓpter aſ
Gen. 17. ſiduũ menſtrualis ſanguinis fluxũ. [& die octauo circũcidet infantulus] prout in Geneſi legi
tur eſſe ꝓceptum. Puella aũt in lege ſcripta, queẽadmodũ & in lege naturæ, ab originali culpa
purgabat fide parẽtum. [Ipſa vero] puerpera [trigintatribus diebus] poſt illos primos ſeptẽ
dies, [manebit in ſanguine purificationis ſuæ] .i. domi manebit, nec exiet, & erit ꝑſiſtens in
ſanguine ſuo aliquãtulum, ſed nondum ꝑfecte purgato. Vnde in his diebus licuit ei à lecto
ſurgere, & ire in domo, & alijs communicare in cibo & ſede, non autem in lecto: nec redde
bat immunda,ea quæ tetigit. [Omne ſanctum non tanget] .i. nihil Deo oblatum aut conſe-
cratũ,licebit ei mãducare aut tãgere,quia adhuc aliqualiter ſuſtinet ſanguinis impuritatem
aut fluxum. [nec ingrediet ſanctuarium,] ſ. atrium eius in q̃d laici introibãt ꝓpter reueren-
Euſebi⁹. tiam ſacri loci. [donec impleant dies purgatiõis eius] videlicet vſq; ad quadrageſimum diẽ.
Beda. Nam & tot diebus ſecundum philoſophos format & organizatur corpuſculũ maris in vte-
ro matris,vt in Scholaſtica fertur hiſtoria. Veruntñ Beda ſup Ioannẽ refert,ꝙ ſecundũ phi
loſophos corpus maris in q̃draginta ſex diebus ꝑficiat. [Sin aũt fœminã pepererit,immũda
erit] maiori immunditia illa ꝓfata, [duabus hebdomadibus] ſ. quatuordecim diebus, [iuxta
ritum

ritum flux⁹ menſtrui] .i. ſecundũ q̃d obſeruatur immunditia iſta in patientibus fluxũ ſangui-
nis mẽſtrualis. [& ſexagintaſex diebus manebit in ſanguine purificatiõis ſuę] ſicut modo ex-
poſitum eſt. Sicq; in partu fœmellę dies vtriuſq; purificatiõis duplicabant,& octoginta die-
b⁹ purificatio cõplebat,qm̃ tot diebus (vt fert) corpuſculũ filiæ format. In fœmellę q̃q; cõce-
ptu eſt calor debilior, ꝓpter q̃d materiã tardius digerit, vñ & ĩpura materia ꝓlixius cõſumi
tur ac purgat. [Cũq; expleti fuerint dies purgatiõis ſuæ ꝓ filio ſiue ꝓ filia,] quã ſ. purgatio-
nẽ neceſſariã habet ꝓpter gñationẽ ꝓlis,vel potius ꝓpter immuditiã gñationi annexã & cõ-
comitantẽ, [deferet] ad ſacerdotẽ atq; ad oſtiũ atrij tẽpli [agnũ anniculũ in holocauſtũ] .i. ad
hoc ꝙ Deo in holocauſtũ immolet ad reuerentiã eius q̇ prolẽ cõceſſit, [& pullũ colũbę ſiue
turturẽ ꝓ peccato,ad oſtiũ tabernaculi teſtimonij, & tradet ſacerdoti.] Hoc q̇dã exponunt
de peccato,q̃d mater in cõcipiẽdo incurrit: q̇a & ſi copula cõiugalis fieri queat abſq; pecca-
to,raro tñ cõtingit abſq; admixtione ſaltẽ venialis peccati. Quidã vero exponũt de origina-
li pctõ filiæ, nã filio fuit in circũciſione dimiſſum: q̃d nõ videt idonee dictũ,q̇a & filię fuit in-
dultũ ꝑ remediũ ei cõueniẽs,& ꝓtactũ. Aliq̇ autẽ dicunt ꝙ offerebat colũba illa aut turtur ꝓ
remiſſiõe pcti originalis ꝓterita,q̃d reprobat Lyra cũ paulopoſt dicat: [Qui offeret illa co-
rã dño, & rogabit ꝓ ea] ſacerdos, [& ſic mundabit,à profluuio ſanguinis ſui.] Per q̃d patet,
R. Paul. ꝙ loquit textus de mũdatione matris,nõ prolis. Cui reprobationi opponit R. Paul⁹,ꝙ mun
datio illa à ꝓfluuio ſanguinis, nõ fuit mundatio à peccato mulieris in cõceptu cõtracto,ſed
à quadã irregularitate ĩmunditiæ,ob quã non poterat ſanctuariũ ingredi,&c. Hæc demum
reprobatio ſtaret,niſi in textu aptiſſime diceret, ꝙ columbã ſiue turturẽ offerret ꝓ peccato.
Attamẽ reprobatio Lyræ videt ſeipſam perimere,q̇a reuera mundatio à ꝓfluuio ſanguinis,
non fuit mundatio à peccato,ſicut & R. P. tãgit. Vnde q̃d dicit, orabit ꝓ ea ſacerdos, & ſic
mundabit à ꝓfluuio, poteſt ita exponi, ꝙ ſacerdos offerẽs orabit pro muliere & remiſſione
ſui peccati,q̃d ſiue in cõceptu,ſiue interim incurrit. Porro q̃d ſequit,& ſic mundabit,&c. re-
ferendũ eſt ad totũ ꝓcedẽs,vtpote ꝙ puerpera ꝑ obſeruãtiã dieꝝ vtriuſq; purificationis ſuę,
& cęteroꝝ q̃ ei nunc iuſſa ſunt, purificabit à ſanguinis ſeu ſeminis ſui ꝓfluuio, ita ꝙ ꝓpter
profluuiũ illud ꝓteritum, vltrà nõ prohibebit à ſanctuarij introitu, à cõmunione mariti, q̃tũ
ad lectũ,nec à contactu & eſu ĩmolatoꝝ. [Iſta eſt lex pariẽtis maſculũ aut fœminã] .i. ꝓindu-
ctũ ꝓceptum concernit puerperã,tã eã q̃ maſculũ,q̃ illã q̃ fœminã parit. Fuitq; eadẽ oblatio,
ſiue maſculũ,ſiue fœmellã genuerat. ¶Quocirca q̃ri poſſet,q̃t dieb⁹ duraſſet purificatio ſeu
ĩmunditia ei⁹,ſi ſimul maſculũ genuiſſet ac filiã. [Quod ſi non inuenerit man⁹ eius] .i. ad offe
rẽdum nõ habuerit, [nec poterit] acq̇rere,neq; [offerre agnum,ſumet duos turtures aut du-
os pullos columbaꝝ,vnũ in holocauſtum,& alteꝝ pro peccato: orabitq; pro ea ſacerdos,&
ſic mundabit.] Hęc fuit oblatio paupeꝝ. Vñ & ſacratiſſima virgo in ſua purificatiõe hęc im
molauit,q̃ conſtat ꝙ paup erat,q̃uis parẽtes eius ſatis diuites fuerint. At q̃ in die Epiphanię
copioſa vnico ſuo fuerunt munera à Magis oblata, ipſa creditur pauperibus erogaſſe,aut
in pios vſus expendiſſe. Deniq; holocauſtum illud ſiue agnus,ſiue turtur,aut columba,offe-
rebat pro fœtu,hoſtia autẽ alia pro parẽtis peccato. atq; vt Ioſephus addit,& ex textu Exo Ioſe. li. 3
di patet, primogeniti ꝓter hæc redimebãtur quinq; ſiclis, primogenitis Leuitaꝝ exceptis. ant. iud.
¶Moraliter,mulier ſuſcepto ſemine concipiẽs & pariẽs maſculũ, eſt aĩa rationalis,Dei ſpon cap. 14.
ſa & coniunx agniq̃ fœcundante eã ſpirituſancto lumine gratiæ ſeu verbo diuini ſermo-
nis,concipit virile propoſitum,& illud ꝑducit ad actum virtuoſum,idoneum & conſtantẽ, Eſaię 26.
iuxta illud Eſaiæ: A facie tua concepim⁹,& peperim⁹ ſpm̃ ſalutis. Veruntñ mulier iſta ĩmun
da eſt ſeptẽ diebus: q̇a ꝑ om̃e tẽpus vitæ ꝓſentis,vniuerſæ iuſtitię noſtrę ſunt q̃ſi pannus mẽ- Eſa. 64.
ſtruatæ,& in multis offendim⁹ oẽs. In octaua aũt mundat,q̇a in reſurrectione futura oĩs defe Iacob. 3.
ctus ab electis tollet. Per q̃draginta q̃q; dies purificationis, tẽpus pœnitẽtiæ deſignat, q̇a &
Chrs tot ieiunauit dieb⁹. [Si autẽ pepererit fœminã] .i. propoſitũ emẽdationis aut ſpiritalis Matt. 4.
profect⁹ paruũ ac debile,inſtabileq; exequutionẽ ipſi⁹,reputatur ĩmundior,& dupla purifi- Lucæ 4.
catione eſt indigẽs: q̇a ſecundũ menſurã pcti,debet & ſatiſfactionis mod⁹ conſiſtere. Poſtre
mo q̇dã q̃ſi theologicas & myſticas cauſas aſſignant, cur in partu fœmellæ diuturnior im-
munditia erat pariẽtis,videlicet ꝙ De⁹ honorauit in hoc ſexũ maſculinũ,q̇a humanã naturã Pro. 25.
in ſexu illo decreuit aſſumere,& q̇a in trãſgreſſione originalis pcti mulier culpabilior fuit.

¶Declaratio literalis cap. XIII. Locutuſq; eſt dñs ad Moſen & Aaron. Art. XXVIII.

DE lepris & ſpecieb⁹ eaꝝ & curatione,ſacrificijſq; pro eaꝝ purgatione offerendis nunc
agitur. Dicit aũt magiſter in hiſtorijs,ꝙ q̃tuor ſunt genera lepræ. Primũ in cute,ſecun
Origen. dum in capillis,tertiũ in veſte,q̃rtum in domo. Porro Origenes plenius diſtinguẽs,di-
cit in iſto capitulo tãgi ſex ſpecies lepræ,quẽ Iſidorus ſequens, ait: Inuenimus legiſlatorem
poſuiſſe ſex ſpecies leprę in hoĩe. Prima eſt barbæ & capitis, ſecũda caluitij & recaluationis,
tertia carnis & cutis,q̃rta cicatricis albæ cũ rubro, q̇nta vlceris, ſexta aduſtionis. Verũtñ in
his ſpecieb⁹,vel poti⁹ modis nomẽ leprę ęquoce ſumitur,ſicut patebit. [Locutuſq; eſt dñs ad

Moſen & Aaron,dicēs: Homo in cuius carne & cute ortus fuerit diuerſus color].i. intermi-
xtus,& multū mutatus à naturali priſtinoq́; colore.[ſiue puſtula]Puſtula dicit turgēs & tu-
mēs collectio putredinis,in ſupficie carnis apparēs, ab intra aſſcēdens. Aliqn̄ vero vocat in-
firmitas,q̄ hoīem efficit putidū,à puteo,q̄d eſt fœtere.[aut q̄ſi lucens qppiā].i. pars carnis ex
corruptiōe trāſparens[.i.plaga].i.infirmitas[lepræ]q̄ interdū à Deo in vitionē pc̄ti infligit,&
ita eſt ꝓprie plaga:vel nō ſine iuſta ꝑmiſſione diuinæ ꝓuidentiæ oritur,eſtq́; læſio q̄dā naturæ,
& ita adhuc plaga vocari poteſt.talis aūt trāſparentia carnis ex corruptiōe humoꝝ,eſt ꝓba-
bile atq; cōmuniter veꝝ lepræ ſignū:idcirco cū dixerat,aut lucens qppiā,addidit,i.plaga le-
præ,nō ꝙ caro illa ſit lepra,ſed q̄a lepra eſt in ea.[adducet]vel ſpōte ſolus ibit [ad Aaron ſa-
cerdotē]puta pontificē,[vel ad vnū quēlibet filioꝝ eius].i.ad aliquē inferiorē ſacerdotē,quē
ad hoc deputauerit pōtifex,& ꝓpter arduitatē huiꝰ cauſæ,atq; ob teſtimoniū ꝑhibendum de
diſcuſſione ac iudicio ſacerdotis, ꝓbabile eſt, ꝙ cōiter aliq adducebāt talē infirmū ad ſacer-
dotem,nō tn̄ vſq; in atrium tabernaculi,q̄a ſuſpectus fuit de lepra. [Qui cū viderit].i.eſſe co
gnouerit[leprā ī cute:]trāſparentia nāq; ꝑfata hoc indicat,ꝑſertim qn̄ ei iūgunt & alia ſigna,
de q̄bus ſubiungit:[& pilos in album mutatos colorē,]capillos videlicet capitis,q pauloan-
te fuerūt coloris alteriꝰ:ita mutatio illa nō venit ex ſenio,frigiditate, timore aut ſimili cauſa,
q̄ in ſe nō eſt ægritudo.[ipſamq́; ſpeciē lepræ].i.locū ſeu partē carnis aut cutis in q̄ eſt, [hu-
miliorem].i.depreſſiorē ſeu ꝓfundiorem,[cute & carne reliq̄]q̄ depreſſio venit ex corroſio-
ne,q̄ lepra ſua putriditate corrodit & partim cōſumit carnē aut cutem,in q̄ eſt.[plaga lepræ
eſt]indubitāter,[& ad arbitrium eiꝰ ſeparabit].i. iuxta iudiciū ſacerdotis leproſus à cōmuni
hoīm habitatione & cōmunicatione in vita ciuili remouebit.[Sin aūt lucens cādor] de q̄ di
ctum eſt,[fuerit in cute,nec humilior carne reliq̄].i. caro ſeu cutis illa trāſparens, non fuerit
baſſior partibꝰ ei vicinioribus,[& pili coloris priſtini] māſerint, nō mutati aliū in colorem,
[recludet eum ſacerdos] ī domo ad hoc deputata,[diebꝰ ſeptē]ad vitādum ꝑiculum,ne ſ.in-
terim q̄s inficiatur ab illo,ſi forte leproſus exiſtat,quia in dubijs, ꝑſertim in cauſis & caſibus
periculoſis,ſecurior pars eſt tenenda.[& cōſiderabit]ſuſpectū de lepra[die ſeptimo. Et ſi q̄dē
lepra].i.id q̄d videbat eſſe lepra ſeu ſignum lepræ,[vltrà non creuerit] ꝑ ꝓfundationem,cor-
roſionem ſeu depreſſionē ſui ſubiecti,nec ꝑ piloꝝ mutationē in albū colorem,[nec trāſierit
in cute priores terminos,]ſe diffundendo aut puſtulas pariēdo,ita ꝙ nec extēſiue nec intenſi
ue viderit eā auctā.[rurſus includet eum ſeptē diebꝰ alijs] vt veritas interim ex effectu pāda-
tur:q̄a in re tā ꝑiculoſa & ardua,non eſt ꝓcipitanda ſententia,nec ſine ſufficienti examina-
Heſychiꝰ. tione veritatis ꝓferendum iudicium. Propter q̄d*Eſitius ait circa hunc locū: Non cito iudi
cemus,ſed frequēter inq̄ramꝰ.[& die ſeptimo]huius ſecundæ recluſionis, [cōtēplabit]ſacer-
dos hoīem illum,[ſi obſcurior fuerit lepra,& non creuerit in cute].i.ſi cutis ſeu caro q̄ puta-
bitur leproſa,nō fuerit interim albior aut trāſparentior facta, ſed ī priſtino colore ꝑmāſerit,
*eam aut ab albore & trāſlucētia priori parum ꝑ receſſerit,[mundabit*eum,]q̄tū ad manifeſtatio-
nem.i.iudicabit eū eſſe īmunem à lepra.[q̄a ſcabies eſt].i.alia q̄dā indiſpoſitio corporis mi-
nor lepra,& non īfectiua,curabilis q̄q;.[Lauabitq́; homo veſtimēta ſua,]ī ſignū ſuæ mundi
tiæ,[& mundꝰ erit:]Et q̄a iudicatus eſt mūdus à lepra,[ꝙ ſi poſtq̄ à ſacerdote viſus eſt].i.cō-
ſideratus[& mūditiæ redditus].i.mūdus iudicatus,[iteꝝ lepra creuerit]vel etiā q̄ latuit,de no
uo apparuerit,q̄a ſacerdos poterat falli ī iudicādo de lepra, [adducet ad eū]puta ad ſacerdo
tem,ſi manifeſta & certa lepræ indicia deꝑhenduntur ī illo,[& īmunditiæ cōdemnabit].i.le-
gi leproſoꝝ iudicabit ſubiacere. Cōſequenter agit de lepra carnis ſub cute cōfracta aut ru-
pta.[Plaga lepræ ſi fuerit ī hoīe,adducet ad ſacerdotē,& videbit eū]hoc eſt,leproſum diligen
ter cōſiderabit.[Cūq́; color albus ī cute fuerit].i.ī pilis cutis,iuxta ſenſum ꝑhabitum Vn̄ ſub
iungit:[& capilloꝝ mutauerit adſpectū].i.albedo illa ex putrefactiōe interiori exorta,oſten
derit capillos à priſtino & naturali colore ſubito in aliū mutatos colorē, ſ.in alborē.ipſa q̄q;
caro viua apparuerit].i.cute iā rupta ex putrificāte corruptiōe & corroſione,ipſa caro albe-
*cuti ſcens & q̄ſi trāſparens extiterit,[lepra vetuſtiſſima iudicabitur atq; inolita].i.īnata,[*carni]
ita ꝙ caro eſt q̄ſi aſſuefacta huiuſmodi infectiōe.[Contaminabit itaq; eum ſacerdos].i.īmun
dum & leproſum eſſe dictabit,[& non recludet,q̄a ꝑſpicue immunditia eſt].i.lepra,q̄ anto-
nomatice īmunditia noīatur,loquendo de immunditia corporali.[Sin autē effloruerit].i.fo
ris lōge ac late ſe fuderit,[diſcurrens lepra].i.ſcabies ſimilis aliqualiter lepræ,q̄ ſcabies ab im
peritis lepra eſſe cenſetur.Sicq́; lepra ī iſto capitulo ſumit multū æquoce. [& operuerit oēm
carnem].i.totum hoīs corpus,[à capite vſq; ad pedes,] incluſiue, aut etiā excluſiue, [quicq̄d
ſub adſpectu oculoꝝ cadit]oēs ſ.viſibiles corporis partes,[cōſiderabit eum ſacerdos,& tene
ri à lepra mundiſſima iudicabit].i.iudicialiter dicet,ꝙ ꝑfuſus ſit ſcabie,q̄ non eſt lepra abſo
lute,ſed mundiſſima lepra.i.infirmitas q̄dā curabilis,aliq̄d ſecundum apparentiā habens ſi-
mile lepræ,[eo ꝙ oīs cutis in candorem verſa ſit].i.tota caro,ita albeſcens abſq; q̄rundā par-
tium corroſione & putrida depreſſione.[& idcirco homo mundus erit].i.à macula lepræ iu-
dicabitur

dicabit alienꝰ.nā & ſcabies illa ſuo pruritu putridos extrahit & cōſumit humores, ſicq́; cor-
pus purgat ꝑ eā.[Qn̄ vero caro viuēs in eo apparuerit].i. dū in ipſo īfirmo rupta (vt dictum
eſt)cute,ipſa caro apparuerit lucēs,iuxta ꝑhabitū ſenſum: [tunc ſacerdotis iudicio polluet]
i.immundus & leproſus eſſe mōſtrabitur.[& īter immūdos reputabit. Caro em̄ viua ſi lepra
adſpergit,immūda erit. Quod ſi rurſum verſa caro fuerit in alborē, & totū hoīem operue-
rit,]iuxta modū & intellectū ꝑtactos:[cōſiderabit eū ſacerdos,& mundū eſſe]à lepra [decer
net:]qm̄ ſcabies eſt,& non lepra. Sequitur de lepra vlceris,q̄d differt à vulnere, qm̄ vlcus ex
interiori putrefactione ꝓcedit,vulnus ab extrà infligitur.[Caro aūt & cutis in qua vlcus na
tum eſt & ſanatū, & in loco vlceris] iam curati[cicatrix apparuerit alba ſiue ſubrufa, addu-
cetur homo]ita diſpoſitus,[ad ſacerdotē:q cum viderit locū lepræ humiliorē].i. baſſiorem
ſeu depreſſiorē[carne reliqua,& pilos verſos in candorē].i.albefactos modo inducto,[con-
taminabit eum].i. leproſum eſſe diffiniet,[q̄a plaga lepræ orta eſt in vlcere].i.in carne,in qua
vlcus extiterat. [quod ſi pilus coloris eſt priſtini,]hoc eſt,ſi pili non fuerint in colore muta-
ti,[& cicatrix]vlceris iā ſanati,fuerit [ſubobſcura,] ſicut expoſitū eſt, [& vicina carne nō eſt
humilior].i.depreſſior ex corroſione putredinis,[recludet eū 7.diebus. Et ſi quidem creue-
rit].i. ſi ſeptimo die viderit ſacerdos cicatricis lucentē alborē eſſe auctū in ſe, vel per exten-
ſionē diffuſionēq́; ſui, [adiudicabit eū lepræ].i.leproſum eſſe.[Sin aūt ſteterit] albor ille [in
loco ſuo,]ita ꝙ nō creuit ꝑ ſubiecti ſui depreſſionē,neq; ꝑ ſui diffuſionē,[vlceris eſt cicatrix]
i.nō plus q̄ ſolitū vlceris curati veſtigiū.[& homo mūdus erit]à lepra.Subditur de lepra vul-
neris.[Caro aūt & cutis quā ignis exuſſit].i.cui vulnus inflictū eſt ſeu læſio ab exteriori læſi-
one,ſ.igne,ꝑ quē & alia lædētia dāt intelligi,vt ferrū,lapis & lignū.[& ſanata, albā ſiue ſub-
rufam habuerit cicatricē,cōſiderabit eā ſacerdos]hoīe eā habēte ſibi adducto,[& ecce ſi ver
ſa eſt]cicatrix illa [in alborē]lucentē,[& locus eius reliqua carne humilior]ex carnis corro-
ſiōe,[cōtaminabit eū].i.iudicabit eſſe leproſum.[Quod ſi piloꝝ color nō fuerit immutatꝰ,
nec humilior plaga carne reliqua].i.caro,in qua eſt illa cicatrix, nō fuerit ſubmiſſior.Reli-
qua aūt q̄ dicunt in iſto caſu agēda,patēt ex dictis:qm̄ in iſto fit cōſideratio,ſicut in alijs ca-
ſibꝰ ꝓinductis. Secundū Guilhelmū lib. de fide & legibus,Lex cicatrices vulneꝝ ſpecialiter
exhorruit,in ſuggillationē idololatriæ,q̄ ignis ab aliq̄bus colebat.Cultores em̄ ignis,in ve-
nerationē ipſius,vſtiōes fecerūt in carnibꝰ ſuis & cutibꝰ,quēadmodū alij idololatræ inciſio-
nes.Accidit aūt plerūq;,vt vulnus vſtiōis fiat ſanie fluēs:ideo in hoc caſu ꝓpter corruptionē
atq; putredinē, noīe lepræ id deſignauit amator mūditiæ Deus. Deinde ſubiungit de lepra
barbæ & capitis: [Vir ſiue mulier in cuius capite vel barba germinauerit lepra,] Verū tn̄ le-
pra ꝓprie dicta, nō poteſt eſſe in barba,ſed lepra extēſe ſeu ſimilitudinarie ſumpta.[videbit
eos ſacerdos.Et ſi quidē humilior fuerit locus]lepræ[carne reliqua,]q̄d de lepra capitis acci
pi debet,nō barbæ,niſi ꝑ barbā intelligat ſubiectū ipſius,in q̄ creſcit & figit.[& capillꝰ flauus,
ſolitoq́; ſubtilior].i.crines à priſtino ſuo colore ac priori groſſitie fuerit verſi in flauū ſeu al-
bum colorem, & ſubtiliationem materiæ ſuæ atq; mollitiē, [cōtaminabit eos] iudicando ꝙ
ſint leproſi,[q̄a lepra capitis ac barbæ eſt.Sin autē viderit locū maculæ æqualē vicinæ carni,]
nō depreſſiorē,[& capillū nigrū].i.à ſuo naturali colore nō immutatū,ſiue ſit rubeus,ſiue ni
ger.Vn̄(vt fert)in Hebræo habet,Et q̄uis nō habeat nigros crines.[recludet eū]ſ.viꝝ,cui cō-
petit barbā habere,q̄d mulieribꝰ nō ſolet cōpetere.[ſeptē diebus]vn̄ q̄d dictū eſt,Vir ſiue mu
lier,in cuiꝰ capite vel barba,intelligēdū eſt cū appropriatiōe:q̄a q̄d ait de capite, cōmune eſt
viro & mulieri:q̄d autē de barba,viro appropriat.[& die ſeptimo intuebit. Si non creuerit
macula,& capillus ſui coloris eſt,]ſumēdo capillū ꝓ cōgerie ſeu multitudine capilloꝝ.[& lo
cus plagæ].i.ꝑfatæ maculæ,de qua adhuc ambigit an ſit lepra.[carni reliquæ æqualis,radetur
homo abſq; loco maculæ].i.pili capitis ſeu barbæ abradētur,dēptis pilis in q̄bꝰ eſt macula,
vel q ſtant in maculæ loco ſeu carne:q ad hoc ſtare ſinūtur,vt cōſideretur an lepra ſeu macu
la illa augebitur, & vtrū diffundetur ꝑ carnē raſam.[& includetur 7.diebꝰ alijs.Si die ſepti-
mo viſa]à ſacerdote[fuerit ſtetiſſe plaga in loco ſuo,]& nō diffuſa,[nec humilior carne]illa
[reliqua, mūdabit eū]ſacerdos.i.mundū à lepra ꝓnunciabit.[lotiſq́; veſtibꝰ ſuis,mūdus erit]
i.tanq̄ mūdus habebitur. [Si autē poſt emundationē] ꝑfatā, [rurſus creuerit macula in cute]
capitis aut barbæ,[nō quæret]ſacerdos[amplius,vtrū capillus]illius infirmi[in flauum colo
rē ſit cōmutatus,q̄a aperte immunditia eſt].i.lepra,dum tn̄ alia ꝑmemorata lepræ indicia aſ-
ſint.[Porro ſi ſteterit macula,& capilli nigri fuerint,nouerit hoīem ſanatum eſſe, & cōfiden
ter eum ꝓnunciet mundum. Vir ſiue mulier in cuius cute]vel in quoꝝ pellibꝰ[cādor].i.ma
cula lucēs aut albor[apparuerit,intuebitur eos ſacerdos.Si deprehēderit ſubobſcuꝝ alborē]
cui ſ.aliq̄d nigri aut rufi admiſcetur coloris,[ſciat non eſſe leprā,ſed maculā coloris cādidi,
[& hoīem mūdū.] Sequit de lepra comæ ſeu cæſariei. [Vir de cuiꝰ capite capilli fluunt,caluꝰ
ac mundꝰ eſt.]caluus, ꝓpter capitis nudationē à crinibꝰ ampliꝰ non creſcētibꝰ ei:& mundus
à lepra. Tale em̄ caluitiū nō fit ex putrefactione interiore & corroſiua, ſed potiꝰ ex defectu

humoꝝ, ex q̄bus pili gignunt̃ ſeu alijs cauſis.[Et ſi à frõte ceciderĩt pili,] .i.ex oppoſita parte
[recaluaſter & mũdus eſt:] quẽadmodũ caluus, cuius pili ab anteriori capitis parte excide-
rint.[Sinaũt in caluitio ſeu recaluatiõe].i.parte capitis ante vel retro caluata,[albus vel rufus
color fuerit exortus] hoc eſt, color albus & lucẽs,alter à priori & naturali colore,vnà cũ ꝑfa
ta partis depreſſiõe ex corroſiua putriditate.[& hoc ſacerdos viderit,cõdẽnabit eũ haud du
bie].i.ſine ambiguitate,[lepræ,q̄ orta eſt in caluitio.]Subdit̃,q̄liter ab alijs diſtinguẽdi ſint le
proſi,veſtitu,habitatiõe & inceſſu.[Quicũqꝫ ergo maculatꝰ fuerit lepra]ꝓprie dicta,[& ſepa
ratꝰ ab hoĩm ſocietate,cõuictu & mãſiõe,[ad arbitriũ ſacerdotis habebit veſtimẽta diſſuta]
i. facilia ad induendũ vel exuẽdũ,ſeu in laterībꝰ apta,vt ſine pœna induat & exuat ea.Vel for
te de exteriori intelligẽdũ eſt tunica,vt ſic cognoſceret̃.[caput nudũ,]vt diſcernat̃.[os veſte
cõtectũ,]ne ſuo anhelitu ſeu odore ĩficiat alios.[cõtaminatũ ac ſordidũ ſe clamabit]vel ore,
vel ꝑ iſta indicia,ꝑ quę cũctis ſatis patebit ingnatio eiꝰ.[Oĩ tẽpore q̄ leproſus eſt & immũdꝰ,
ſolus habitabit extra caſtra].i.in domo ſeorſum,ita ꝙ nullꝰ ſanꝰ & mũdus ſecũ morabitur.
Poterũt tñ leproſi cohabitare, ſicut & modo,qa in eis ratio ꝓhibitiõis ceſſauit.¶Deniqꝫ qm̃
lex iſta ꝑ Moſen de leproſis ſtatuta,videt̃ dura,qdã,vt Ioſephꝰ recitat,dixerũt,& ipſum Mo
Ioſ. li. 3. ſen leprã incidiſſe,illiſqꝫ ſimilẽ factũ,cũ eis in Chananæã veniſſe. Quod ſtultum eſt dicere,&
ant. Iud. Deo magis q̄ Moſi lex iſta eſt aſſcribẽda.Deꝰ q̄qꝫ in ea reſpexit ad bonũ cõmune,q̄d ꝑferen-
cap. 14. dũ eſt bono priuato,atqꝫ ꝑ pœnã & cõfuſionẽ vitæ ꝑſentis,voluit in ęternũ ſaluare leproſos.
Verũtñ Eſtius dicit hic:Ridicula ſunt hæc,ſecundũ literã interpretata. Vt qd enĩ de caſtris
ejcit̃ leproſus,q magis q̄ añ ſolatio & miſericordia indiget? Cur veſtimẽta eiꝰ diſſuũt̃,caput
nudat̃,oſqꝫ velat̃? Hęc Eſtiꝰ.Nihilo minꝰ abſolute dicendũ, ꝙ iſta ad literã iuſſa ſunt ꝓpter
rationabiles cauſas iã tactas. Sequit̃ de lepra veſtiũt [Veſtis lanea ſiue linea, q̄ leprã habuerit
in ſtamine atqꝫ ſubtegmine].i.ex ꝓprię materię ĩteriori corruptiõe.ſtamẽ nãqꝫ eſt tela, ſub-
tegmẽ materia quę ei intexit̃.[aut certe pellis,vel qcquid ex pelle cõfectũ eſt, ſi alba aut rufa
macula fuerit infecta] ex interiori (vt tactũ eſt) corruptiõe ſuę materiæ,[lepra reputabitur]
ꝓbabiliter,nõ tñ diffinitiue aut certitudinaliter ante ſacerdotis iudiciũ,ideo addit̃:[oſtẽde-
turqꝫ ſacerdoti. Qui conſideratã]veſtẽ[recludet 7.diebus,& die ſeptimo rurſus adſpiciens,ſi
creuiſſe depræhẽderit maculã illã,[lepra ꝑſeuerãs].i. inhabituata cenſebit̃.[pollutũ iudicabit
& omẽ veſtimentũ omẽ in q̄ fuerit inuẽta:]tanq̄ ſubiectiue inhærẽs huiuſmodi lepra,q̄ metaphori
ce dicit̃ lepra,ꝓpter ſimilitudinẽ quã ex ſua corruptione habet cũ vera lepra. [idcirco cõbu
ret̃ flãmis]veſtis talis,qa & eius infectio diſponit ad nocumentũ vtentis.[Quod ſi eã viderit
nõ creuiſſe,ꝑcipiet,&]ex ꝑcepto ſacerdotis[lauabũt id in q̄ eſt lepra].i.partẽ veſtis ſic macu
latã,qa ſi ex lotione recedit macula,nõ eſt lepra.[recludetqꝫ illud 7.diebus alijs.Et cũ viderit
quidẽ faciẽ priſtinã nõ]eſſe[reuerſam].i.partẽ illã lotã,ex lotione & deſiccatione nõ eſſe re-
ductã, ad diſpoſitionẽ bonã, quam habuit anteq̄ macula illa cœpit oriri in ea, [nec tamen
creuiſſe leprã]in ea,[immundũ iudicabit]illud ſic lotum,nec tamen purgatũ.Cum enĩ lotio
ad eius purgationẽ non proſit, ſignum eſt, ꝙ ex interiore materiæ corruptione macula illa
ſit orta. [Et igne cõburet, eo ꝙ infuſa ſit in ſuꝑficie veſtimẽti, vel per totũ lepra.]hoc eſt,ob
hoc ꝙ lepra illa ab intus fuſa ac ſparſa in ſuꝑficie talis veſtis,vel per totum,i. per ſoliditatem
materiæ veſtis ab vna eius ſuperficie vſqꝫ ad aliã incluſiue.¶Circa hæc ſcribit Lyra,hunc te-
In Lyrã. xtum eſſe corruptũ ꝑ ſcriptores, aut alio modo: quia hic agitur de lepra q̄ videtur in parte
veſtimẽti, & non per totũ. Sed non oportet dicere textũ eſſe corruptũ, ſi quod dictũ eſt,vel
per totũ,intelligatur ſicut modo expoſitum eſt de tota ſpiſſitudine ſeu ſoliditate veſtis à ſu-
perficie in ſuperficiẽ:ſicqꝫ conuenienter exponitur,ad inſinuandũ ꝙ ſiue macula illa appa-
reat tantũ in vna ſuperficie veſtis,ſiue in vtraqꝫ,immũda ſit ſeu leproſa. Et non oportet ex-
ponere de toto per latum & longũ,ſeu oĩbus partibus veſtimenti. Veritas autẽ literæ eſt
ſaluanda,quantũ fieri poteſt. Aſſerit etiam Lyra in Hebræo haberi, eo ꝙ cauata ſit in calui-
R. Paulꝰ tio ſuo vel feneſtra.Sed R.Paulus contradicit,affirmans ꝙ in Hebræo non ſit mentio de fe-
neſtra, ſed ꝙ veritas Hebraica habeat ſic, eo ꝙ cauata ſit in caluitio vel recaluitio. Eſtqꝫ ſen-
ſus,ꝙ ſicut homo dicitur caluus, cuius capilli defluunt à parte anteriori: & recaluaſter,dum
defluunt à parte poſteriori: ſic lepra veſtis accipitur hic pro caluitio vel recaluitio, ſecun-
dũ q̄d lepra veſtis cõtingit in eius facie vel in dorſo.Hæc R.Paulꝰ,cuius expoſitio expoſitio-
Hieron. ni meæ prætactæ concordat. Sicqꝫ beatus Hieronymus magiſtraliter tranſtulit potius ſen-
ſum e ſenſu,q̄ verbum ex verbo.[Sinautẽ obſcurior fuerit locus lepræ,]hoc eſt,maculæ quæ
lepra putatur, [poſtquam veſtis eſt lota,] ita ꝙ tunc obſcurius ſeu difficilius ſit iudicare de
veritate lepræ eius q̄ ante, eo quòd macula illa aliqualiter videatur receſſiſſe à lucenti albo-
re. [abrumpet eam, & à ſolido diuidet,] hoc eſt, partem veſtis ſic maculatam abrumpet à
reſidua integritate, & abijciet ſeu comburet. [Quod ſi vltrà apparuerit in his locis] veſti-
menti,[quæ prius immaculata erant]à lepræ corruptione,[lepra volatilis & vaga]id eſt,diſ-
currens ſeu interpolata, [debet igne comburi] tota huiuſmodi veſtis. [Si ceſſauerit] lepra
illa

illa à veſte, [lauabit]is cuiꝰ eſt veſtis,[aqua ea quæ pura ſunt ſecundo].i.partes veſtis q̄ altera
vice inuẽtæ ſunt immunes à lepra.[& mũda erunt]tam in ſe q̄ in alioꝝ reputatione.[Iſta eſt
lex lepræ veſtimẽti &c.]Iſtud non eſt niſi epilogatio ſeu recapitulatio prędictorum.Porro,
vt dictũ eſt ſæpe,Deus voluit populũ illũ Hebræũ ſuæ maieſtatis cultorẽ,à talibus exteriori-
bus immũditijs in victu atqꝫ veſtitu cauere, vt ſic admonerent̃ interiori puritati intẽdere,&
ꝓpter myſticas ſignificatiões iſtoꝝ,de q̄bꝰ erit ſermo i ſequẽti articulo. In literali demũ ex-
poſitiõe ſequẽtis capituli quædã dicentur,ex quibus ſenſus capituli huius clarius innoteſcet.

¶Spiritalis eiuſdem XIII. capituli intellectus. Artic. XXIX.

QVanuis per leprã quodcũqꝫ mortale peccatũ poſſit intelligi,ꝓpter quod ſacerdos di-
citur in cõfeſſione inter leprã & nõ leprã diſcernere, ſpecialiter tñ per leprã falſa do-
ctrina,ꝑſertim hæretica prauitas, deſignat̃: quæ eſt languor animæ cõtagioſus, ac plu-
rimos ſcandalizans.Nã ſicut in lepra eſt colorũ permixtio & lucens albedo, ita in falſis hæ-
reticiſqꝫ dogmatibus eſt falſitatũ cũ veritatibus quibuſdã cõiunctio ac ſimulata religio. Rur
ſus,per leprã hypocriſis ꝓprie deſignatur. In hypocriſi nanqꝫ eſt ſanctitas ficta, vitioſitaſqꝫ
realis. Locutus eſt ergo dñs:Homo in cuius carne & cute ortus fuerit diuerſus color ſiue pu
ſtula,aut quaſi lucens quippiã.i. plaga lepræ,adducetur ad ſacerdotẽ.Tunc in carne & cute
hoĩs diuerſus oritur color,dũ homo ꝑ corpus ſuũ exercet aliq̄d iuſti ac boni,& item aliquid
mali ac vitioſi. Per puſtulã vero vitiũ indignationis & amaritudinis rite accipit̃.Sed quip-
piam lucens eſt vitium palliatum, ſpeciẽ habens virtutis. Qui itaqꝫ iſta habet in ſe,ad ſupe-
riorẽ ſuũ ſacerdotẽ ac confeſſorẽ eſt dirigẽdus ſeu adducẽdus,vt cõſideret̃,examinet̃,audia
tur,iudicet̃ & expediat̃ per illũ.Qui cũ viderit leprã in cute.i.ex peccatoris & ſubditi ſui cõ-
feſſione ſeu ꝓpria diſcuſſiõe cognouerit illũ vitioſa actione ſeu falſa inſtructiõe infectum,&
pilos in albũ mutatos colorẽ.i. cogitationes cordis ꝓdiſſe in actus apparẽter laudabiles, exi-
ſtẽtialiter vero vituperabiles:ipſamqꝫ ſpeciẽ lepræ,humiliorẽ cute & carne reliq̃.i.potẽtiã,in
qua ſubiectiue eſt huiuſmodi vitiũ, ſeu habitus vitioſus ex quo procedit, ſeu membrũ q̄ ex-
ercet̃,eſſe ſubactã ac ſubditã tali peccato,ꝑ conſuetudinẽ prauã aut inclinationẽ,delectatio-
nẽ vel cõplacentiam exceſſiuã,magis q̄ cæteræ vires aut mẽbra ſubdunt̃ vitijs,quę ꝓcedũt ex
eis,aut fiũt ꝑ ea.Plaga lepræ eſt.i.peccatũ ita enorme,vt merito lepra vocet̃, & quaſi incura
bile exiſtat,qa in cõſuetudinẽ verſum,niſi ꝙ medicꝰ animaꝝ oĩpotẽs illud curare poteſt, &
recte vocat̃ plaga lepræ, qa peccata noſtra ſunt culpa in ſe, & pœnę ꝑcedentiũ vitioꝝ, aĩam
quoqꝫ grauiter lædũt.Si aũt lucẽs candor fuerit in cute.i. abſtinẽtia,pallor,macies,labor reli
gionis,& conſimilia ſpeciem lucis & virtutis habentia, appareãt in cõuerſatione hominis,
humilior carne reliqua, id eſt, talia & ſi ex aliqua vanitate procedunt, aut cum vana gloria
fiunt,nõ tñ ſunt vitioſe radicata,aut firmiter habituata in hoĩe, ita ꝙ naturalẽ inclinationẽ
potentiaꝝ animæ ad virtutes,non multũ corroſerunt,infecerunt,ſeu debilitauerunt,& pili
coloris priſtini.i.interiores mẽtis cõceptiones & affectiones,non fuerint penitus ſordidatę,
ſed adhuc bene diſpoſitæ ad fructificandum.Recludet eum ſacerdos 7. diebus.i.ei iniunget
pœnitentiã ſalutarem per certũ tempus durantem,& à conſortio iniquorũ interim abſtra-
het eum, ne ſpectaculis,choreis,ſimilibuſqꝫ vanitatibus ſit intentus, prout tempus luctus ac
pœnitẽtiæ exigit,ſacri etiã canones docent.& conſiderabit die ſeptimo.i. poſt tempus illud
exactæ pœnitẽtiæ diligẽter adſpiciet ouẽ ſibi cõmiſſam, qualiter conuerſetur deinceps. &
ſi lepra vltrà non creuerit.i. non recidiuauit, nec iniquitatẽ iniquitati adiecit, rurſus inclu-
det eum 7. diebus alijs.i. operã grandẽ denuo adhibebit, vt præſeruet eum à priſtinis malis,
hortans eum aſſidue ad vitandũ conuenticula iniquoꝝ.& die ſeptimo contẽplabitur.i.poſt
hæc rurſus penſabit prælatus ſiue cõfeſſor, qualis interim factus ſit ſubditus ſuus,ſi obſcuri-
or fuerit lepra,& nõ creuerit.i.prauitas vitæ non eſt aucta in eo,immo receſſit à priſtina ſi-
mulatione & apparẽti iuſtitia,mũdabit eum.i.fiducialiter dicet,ꝙ ſubditꝰ ille nõ ſit incura-
biliter vitioſus,nec tanq̄ rebellis abijciẽdus vel excõmunicãdus, qa ſcabies eſt.i.humana ten
tatio,vel peccatũ ex fragilitate, aut ex ignorãtia, quod curationẽ admittit de facili. Quod ſi
poſtq̄ à ſacerdote viſus eſt,& redditꝰ mũditię.i.ſi poſtq̄ a cõfeſſore eſt abſolutus,ſeu à ſuo ſu
periore caſtigatꝰ atqꝫ purgatus,iteꝝ lepra creuerit.i. grauiter recidiuauerit,& in priſtinum
vſum peruerſum corruerit, adducet̃ ad eũ, & immunditiæ condẽnabitur.i.reus,ingratus &
peior q̄ ante erat,eſſe diffinietur:qm̃ vulnera repetita plus nocẽt,dimiſſaqꝫ debita reexigun
tur ab illo, & ſunt nouiſſima eius peiora prioribus. Si aũt effloruerit diſcurrens lepra in cu
te,& operuerit oẽm carnẽ,conſiderabit eũ ſacerdos, & teneri à lepra mundiſſima iudicabit, Lucæ 11.
& idcirco homo mundus erit.Per leprã hanc diſcurrentẽ, quæ operit oẽm carnem, intelli-
gitur venialiũ ſeu quotidianoꝝ peccatoꝝ congeries,à quibus nulla vis animę,præſertim in
qua virtus & vitium eſſe queunt,immunis eſt:immo & oĩa officialia corporis mẽbra,tali-
bus extant obnoxia,qm̃ exercentur per ea. Talis autem inquinatio eſt mundiſſima ſeu mini
ma lepra,alioꝝ vitiorum reſpectu,præſertim eorũ,quæ nec in præſenti,nec in futuro ſecu-
lo remitti

lo remitti dicunt.Qui igit ſola venialia habet, mũdus eſt,ſaltẽ à mortalibus,quæ proprie ma
culã ponunt in anima,nitorẽ gratiæ penitus auferẽdo.Caro viua ſi lepra adſpergat,immun
Roma.6. da eſt.Caro viua adſpergit lepra,dũ mẽbra noſtra exhibemꝰ arma iniquitatis peccato, atq;
luxuriæ & gulæ immunditijs deſeruitur. Caro & cutis in qua vlcus natũ eſt & ſanatum. Per
vlcus intelligit peccatũ mortale, ex propria malitia,peruerſitate,aut fomite,vel inexcuſabi
li ignorantia ortum,quo ꝑ pœnitentiã,& ſatisfactionẽ curato,manet cicatrix,quia reliquię
manẽt de eo,ſ.pronitas ad peccandũ,& debilitas reſiſtendi,quæ ſunt ſigna peccati præteri-
ti.Si ergo in hac cicatrice naſcat lepra,hoc eſt, ex pronitate illa quis corruat in priſtinũ cri
men,aut ſimile ei, vere lepra eſt animæ, & eam inficiens.Caro & cutis quã ignis exuſſit &c.
Per ignis exuſtionẽ ſeu vulnus intelligit culpa mortalis,quã incidit homo à mouente extrin
ſeco,hoc eſt,à diabolica tẽtatione ſeu humana ſuggeſtiõe,adulatiõe vel cõminatiõe,aut pœ-
naꝝ inflictione. Poſt cuius curationẽ in eius cicatrice oritur lepra, quãdo reiterat prauitas
tanta. Vir ſiue mulier in cuius capite aut barba germinauerit lepra. Per lepram capitis po-
teſt intelligi iniquitas pręſidentis aut ꝓpriæ mẽtis, quæ caput eſt animæ.Quòd ſi bonꝰ ſub-
ditꝰ cognouerit ſuperiorẽ ſuũ peccaſſe,poteſt,immo & debet,eum charitatiue atq; humili-
ter admonere,corripere.Quod ſi ille audire contẽpſerit,debet eum ſubditus,loco & tẽpore
opportuno,gñali alicui ſuperiori deferre & accuſare, ſi grauitas culpæ,ſiue vtilitas boni cõ
munis hoc ipſum exegerit. ¶Pręterea,ꝓpriæ mẽtis lepra ſunt oĩa vitia virtutibus theologi-
1.Petri 2. cis directe cõtraria, peccata quoq; in ſpiritũ ſanctũ. Quid aũt eſt lepra barbæ, niſi effœmi-
natio cordis virilis,dũ is q ĩ virtutibꝰ extitit ſtudioſus,& guſtauit q̃ dulcis eſt dñs,rurſus in-
Hebr. 9. fatuat vſq; ad vitia quæq; carnalia, iuxta illud Apoſtoli:Impoſſibile eſt eos q ſemel illumi-
nati ſunt,guſtauerũt etiã donũ cęleſte,& participes facti ſpũs ſcti,guſtauerũt nihilo minꝰ bo
nũ Dei verbũ,virtutesq; ſeculi venturi, & ꝓlapſi ſunt,rurſus renouari ad pœnitentiã,rurſus
crucifigẽtes ſibimetipſis filiũ Dei,& oſtẽtui habẽtes.Barba aũt eſt ſignũ virilitatis.Vir & mu
lier in cuiꝰ cute cãdor apparuerit.Per leprã cutis,exprimit exterior cõuerſatio publice ma-
la,& alios ſcãdalizans.Vir de cuius capite capilli fluũt.Per leprã capilloꝝ,accipit vitioſitas
cogitationũ, quę non refrenant ab intellectu,ſed fluũt in eo ꝑ immanentiã,effluunt vſq; ad
conſenſum illicitũ, pereffluunt vſq; in actũ malignũ, ſed in delectationibus ſceleratis quie-
Hebr.2. ſcunt. Vnde ait Apoſtolus: Abundãtius oportet nos obſeruare ea quæ audiuimus, ne forte
pereffluamus.Vir de cuius capite capilli fluũt,caluus ac mundus eſt.Sicut in capite materiali
caluitiũ eſt deforme,& ex piloꝝ defectu inducitur, ita in intellectu & voluntate,ſi virtuoſæ
cogitationes & affectiones elabantur ac ceſſent, deforme cauſatur caluitium & recaluatio
fœda:quæ tñ non ſunt mortalia vitia, niſi deſint cogitationes & affectiones neceſſariæ ad ſa
lutem,& quæ ſub præcepto cadũt.Lepra veſtis lineæ,eſt ſpiritalis elatio,ſeu vana gloria,vitę
contẽplatiuæ ſe miſcens:quæ ſi operibus vitæ actiuæ ſe miſceant,lepra eſt lineæ veſtis:ã qui-
bus vitijs lauandæ ſunt veſtes præfatæ.Quicunq; ergo maculatus eſt lepra,& ſeparatus ad ar
bitrium ſacerdotis,hoc eſt,qui pro ſua enormi culpa à myſtico corpore Chriſti,quod eſt ec
cleſia,per excõmunicationẽ propter melius ſuũ abijcitur,vel à grege ſui prælati excluditur,
quod tamẽ hæreticis atq; ſchiſmaticis præcipue cõpetit:habebit veſtimenta diſſuta,quia vt
ait*Eſitius, in talibus non manet virtutũ integritas,& ſi virtutes aliquæ naturales ſiue infor
mes in eis ſint,diſſutæ ſunt & ſublatę à nexu & copula charitatis,à nodo & filo eccleſiaſticę
vnitatis,à colligatione gratiæ & virtutum,donorum & fructuum. Habebit etiam caput nu
dum, quia mens eius ornamento ſapientiæ caret,& tegumẽto cõmunionis fidelium:Os ve-
ſte contectum,quoniam alios docere & regere prohibetur. Sicq; oſtendit ſe cõtaminatum
ac ſordidum ſpiritualiter mortuum, nec poteſt ſaluari,niſi iniquitates ſuas confiteatur:& q̃
1.Cor. 5. diu permanet talis, extra caſtra morabitur: quia fidelium introire eccleſias nullatenus ſini-
tur,atq; ad malignantium ſpectat eccleſiam,cum quibus habet locum & ſocietatem.

¶Expoſitio literalis cap. XIIII. Locutusq; eſt dñs ad Moſen &c. Artic. XXX.

OStẽſo qualiter lepra ſit cognoſcẽda,nũc præcipit qualiter ſit per oblationes expiãda.
[Locutusq; eſt dñs ad Moſen, dicẽs:Hic eſt ritꝰ leproſi].i.legitima obſeruãtia circa eũ
q fuit leproſus,[qñ]ab ea[mũdandus eſt:Adducetur ad ſacerdotẽ, q]ſacerdos[egreſſus
de caſtris]Dei & hoĩm,hoc eſt,de locis ſanctuarij & habitaculis Leuitaꝝ ad eum. Et aliqui
dicunt,ꝙ leproſus venit ad portam ciuitatis de qua erat, vel vſq; prope domum ſacerdotis:
alij dicunt ꝙ venit ad locum non remotum à ianua atrij templi. Videtur tamen ꝙ leproſis
4.Reg.7. licuit ingredi vrbes, ſicut in quarto Regum legitur de quatuor viris leproſis tẽpore Heliſei.
[Cum inuenerit lepram eſſe mundatam].i.eum qui fuit leproſus, veraciter vel ſacerdotis iu-
dicio,quod tñ fallibile erat,eſſe curatũ à lepra,vere aũt ſecundum hoĩum æſtimationem.[&
præcipiet ei q purificatur:]ſi leproſus iam fuit mũdatus, qualiter adhuc purificatur? ſed pu-
rificatur.i.ſacerdotis iudicio & ipſius ſacrificio à lepra purgatus mõſtratur. [vt offerat pro
ſe:]id eſt, pro ſua culpa & diuinæ maieſtatis reuerentia, vt infrà tangitur,[duos paſſeres vi-
uos

uos*q̃bus veſci licitũ eſt,]itaq; aliũde nõ habẽt impedimentũ,ſ.immũdi cõtactũ,aut aliã irre *quos
gularitatẽ legalẽ,qua incomeſtibiles fiant,vel qui non ſint talis ſpeciei, ꝙ ex legis præcepto
mãducari prohibeant,[& lignũ cedrinũ]ſ.partẽ cedri,[vermiculũq;].i.rubeũ filum,[& hyſ
ſopũ]ſ.herbã ſic dictã,[& vnũ ex paſſeribus immolari iubebit in vaſe fictili ſup aquas viuen
tes].i.ſcaturiẽtes ſeu fluẽtes,quæ ſ.ex ipſis vident moueri,ſicut in rebus animatis animal ap-
pellat, q̊d habet in ſe principiũ vitæ & motus:& ideo immolatio fiebat ſuper eas in fictili va-
ſe ſuſceptas,q̃a ſunt mundiores.Sacerdos faciet vnũ duoꝝ paſſeꝝ per alium ſacerdotem ad
Dei honorẽ offerri,atq; occidi in fictili vaſe, ſup aquas recẽtes ſcaturiẽtes, vel ipſe idẽ ſacer-
dos hoc aget,ſi alius deſit aut hoc patrare nõ habeat.[Aliũ aũt viuũ]paſſerẽ,[cum ligno ce-
drino & cocco].i.p̃fato vermiculo, [& hyſſopo tinget in ſanguine paſſeris immolati, quo]
ſanguine[adſperget illũ qui mũdandus eſt,] quantũ ad manifeſtationẽ,q tñ re ipſa iam à le-
pra purgatus fuit.[ſepties,vt iure purget].i.legitime purgatus monſtret ac iudicetur, & alij
ſecũ conuerſent ſecure.[& dimittet]ſacerdos[paſſerẽ viuũ,vt in agrũ auolet] ad alios paſſe-
res redeũdo.[Cũq; lauerit homo veſtimẽta ſua]per ſeipſum,aut ꝑ miniſtrantiũ manum,[ra
det oẽs pilos corporis] ſui,ne q̃d infectionis priſtinæ inhæreat illis. [& lauabit aqua, purifi-
catusq;]modo præfato,[ingredietur caſtra].i.aliorũ habitacula poterit introire, non tamen
tẽplum aut atriũ,neq; tabernacula Leuitaꝝ quodãmodo ſacra. [ita dũtaxat, vt maneat ex-
tra tabernaculũ ſuum 7. diebus:] ne ſi ingreſſus fuerit propriã domũ, fiat ei occaſio cogno-
ſcendi cõiugem ſuã, à cuius cõplexu debuit abſtinere vſq; ad cõſummationẽ ſuæ purgatio-
nis,ne vel illa,aut fœtus aliquã cõtraheret fœditatẽ.[Et die ſeptimo radat capillos capitis]
ſui,[barbãq; & ſupercilia,ac totius corporis pilos.]qui poſt præfatã abraſionẽ creuerũt. Pi
li quoq; ex humoribus corporis generant.ideo qui ante cõpletã purgationẽ creuerũt,abra-
debant,cũ lepra ſit infectiua & corroſiua piloꝝ.At vero doctores p̃cipui,qui in ſcriptis ſuis
redegerũt & expoſuerũt prægnãtiora & difficiliora ſcripturæ loca, ea quoq; quæ prima fa-
cie vident irrationabilia,circa hæc aliq̃ cõſcripſerũt,q̊rũ verba ſunt cõmemorãda. ¶Itaq; S.
Thomas in prima Secũdæ,q̃ſtione 102.Per ritũ,inq̃t,legis,leproſus nõ mundabat,ſed mun-
datꝰ oſtendebat: ſed purificari dicebat,inquãtũ iudicio ſacerdotis reſtituebat conſortio ho
minũ , cultuiq; diuino.Cõtingebat tñ quãdoq;,ꝙ diuino miraculo per ritũ legis lepra cor-
poralis mundabat,p̃ſertim quãdo ſacerdos decipiebat iudicando de lepra.Huiuſmodi autẽ
leproſi purgatio fiebat dupliciter.Nam primo iudicabatur eſſe mundus:ſecundo reſtitueba
tur conſortio hominũ & cultui Dei, videlicet poſt 7.dies à prima purgatione,atq; in prima
purificatione obtulit duos paſſeres viuos, lignũ cedrinum,vermiculum & hyſſopum,ita ꝙ
filo illo coccineo pariter ligabantur paſſer viuus & hyſſopus cum ligno cedrino,ad facien-
dum adſperſorium ex eiſdẽ, cuius manubrium fuit lignum illud cedrinum. Hyſſopꝰ autem
& paſſer,intingebant in ſanguine paſſeris immolati in aquis viuis in vaſe fictili poſitis,qui-
bus mixtus erat ſanguis oblati paſſeris.Prædicta vero 4. leproſus mundatus obtulit, contra
quatuor lepræ defectus.Sũt eñi in lepra putredo & fœtor,inſenſibilitas & turpitudo. Con-
tra fœtorẽ offerebatur hyſſopus,quę eſt odorifera herba,& faciliter poteſt haberi.Cõtra pu
tredinẽ lignum cedrinum,q̃m cedrus imputribilis eſt naturæ.Cõtra inſenſibilitatẽ paſſer vi
uus,qui eſt auis multũ viuax & mobilis:contra turpitudinem coloris,vermiculus qui eſt ru
bei & viuacis coloris. Offerebantur ergo hæc quatuor, ad innuendũ ꝙ 4. præfati defectus
iam non erant in eo, qui fuit aut putabatur leproſus. Porro die 8. admittebatur ad cultum
diuinum, & reſtituebatur conſortio hominum. Primo tamen raſis pilis totius corporis ac
veſtimentis,quoniam lepra pilos corrodit,& veſtimẽta coinquinat.Adſpergebat etiã ſepties
ſanguine paſſeris immolati aquis intincto, ad deſignandum in eo perfectã emũdationem
à lepra.Nã ſeptenario vniuerſitas atq; perfectio deſignantur.Offerebatur quoq; paſſer vnus
in fictili vaſe,ad deſignandum humani corporis fragilitatem. Poſt hęc ſacrificium offereba
tur pro mundato,videlicet pro delicto eius,quoniam lepra frequenter pro peccato induci-
tur,de cuius ſacrificij ſanguine tingebat extremũ auriculæ eius,qui fuit leproſus,& pollices
manus dextræ ac pedis, quia in his partibus lepra primo dinoſcitur ac ſentit. Inſup adhibe-
bant huic ritui tres liquores, videlicet ſanguis, contra corruptionẽ ſanguinis in leproſo,ad
ſignificandũ ꝙ corruptio illa ceſſauit in eo:oleũ, ad exprimendum morbi curationem, q̃m
oleo pietas & ſanatio denotantur: & aqua viua, ad emundationem ſpurcitiæ. ¶His verbis
Thomę cõcordant,q̃ de iſta materia ſcribit Guilhelmus Parrhiſiẽſis libro de fide & legibus,
& aliqua addit dicẽdo:Oĩs lepra cõtrahitur ab aliquo 4.elemẽtoꝝ,licet per mediũ aliquod
quatuor humoꝝ:ideo 4.ibi adhibebantur, per quę 4.elementa ſignantur,videlicet cedrus,
deſignans terram,q̃m cedrus eſt maxima plantarum,quas terra nutrit:vermiculus ſeu coc-
cus bis tinctus, ignem ſignificans, cum ſit rubei igneiq; coloris: hyſſopus aquam ſignans,
quæ abundat in hyſſopo:& paſſer aerem notans, ad inſinuandum iuxta literam, quòd ex
quocunq; quatuor elementorum lepra eſſet contracta, ipſe creator elementorum per præ-
fatam

ſatam adſperſionē,& alia quæ circa hoc adhibebant,mundabat eā,& hoc cū beneplacitum
eius ſic fuit.Non em̄ oēs leproſi mundabant hoc ritu,immo pauci,& erat hoc nouū miracu-
lum.Porro,ꝙ paſſer vnus in adſperſorio colligatus,permittebat viuus auolare in agrū,deſi-
gnabat leprā euolaſſe ſeu euanuiſſe.Vel quia paſſer ſociale eſt animal inter aues, & mūdum
ſecundū legē, quando ab adſperſione & alligatione reuertebatur ad ſocios paſſeres, à qbus
per captionē & detentionem fuerat ſeparatus, ſignificauit leproſum à caſtris ſeparatum,&
extra caſtra ad tempus detentum, poſt prædictā adſperſionem & emundationem ad caſtra
reuerti, & inter ſanos & mūdos ad habitandū dimitti. ¶His cōſonant quæ de eadē materia
ſuper tertium ſcribit Albertus Magnus,atq; ex horum verbis doctorum patent nō ſolū prę-
inducta huius capituli verba,ſed item pro magna parte ſequētia. [Et lotis rurſum veſtibus
& corpore,die octauo aſſumet] leproſus mūdatus,adhuc plenius,quo ad manifeſtationem,
mūdandus,[duos agnos immaculatos,& ouē anniculā] .i.vnius anni[abſq; macula,]vtpo-
te immolatitiā agnam.Iſtud fiebat à diuitibus,nō à pauperib⁹,vt infrà habetur. [& tres de-
cimas ſimilæ in ſacrificium,quæ]ſimila[conſperſa ſit oleo.]Quid aūt ſit ſimila,quid decima
pars ephi ſimilæ,dictum eſt plenius in expoſitione literali quinti capituli.Vnde tres decimę
ſimilæ,dicunt tres partes mēſuræ ſimilæ,quæ menſura vocat ephi.Quantitatē tamen talium
menſuraꝝ,vt dictū eſt ſæpe,nō valemus certitudinaliter noſcere. [& ſeorſum olei ſextariū.]
Sextari⁹ eſt nomē menſuræ, cuius quantitas apud diuerſos diuerſimode explicatur. Parum
tamen cōtinet ſextarius olei. & oleum huius ſextarij, ſumebatur ſeorſum præter oleū quod
ſimilæ ſeu farinæ triticeæ mundiſſimæ miſcebat. [Cuḿq; ſacerdos purificans hominē,ſta-
tuerit eū & hæc oīa coram dn̄o in oſtio tabernaculi teſtimonij] quod de ianua atrij intelli-
gendū videtur,quia leproſus ante cōſummationem ſuæ purgationis nō intrauit loca ſacra-
ta.Sićq; ſtabat extra & prope ianuam atrij,q̊d ſæpe nomine tabernaculi aut ſanctuarij deſi-
gnatur.[Tollet agnum]vnum de illis agnis duobus prædictis, [& offeret pro peccato,] hoc
eſt,remiſſiōe oīs peccati eius qui fuit leproſus. Vel ſpecialiter ꝓ peccato q̄ paſſus eſt, vel ad-
huc ꝑpeti & incurrere poſſet leprā.[oleíq; ſextariū].i.oleū tātæ quātitatis. Nam & oleū,pu-
ſtulaꝝ & tumoꝝ eſt curatiuum.[Et oblatis ante dn̄m omnibus] iam prædictis,[immolabit
agnū] de quo dictum eſt,vel alium[vbi immolari ſolet hoſtia pro peccato,& holocauſtum,
i.in loco ſancto] puta in atrio ſup altare holocauſti. [Sicut em̄ pro peccato, ita & ꝓ delicto,
ad ſacerdotē ꝑtinet hoſtia].i.hoſtia tam illa quę offertur pro peccato cōmiſſionis,q̄ illa quę
pro peccato omiſſionis,venit in vſum ſacerdotis.Cuius tn̄ hoſtiæ pars aliqua incēdebatur,
vt dictū eſt ſæpe.[aſſumenśq; ſacerdos de ſanguine hoſtiæ quæ immolata eſt pro * peccato]
*delicto leproſi,puta de ſanguine agni mactati,[ponet ſuper extremum auriculæ dextræ eius q mun
datur,& ſup pollices manus dextræ & pedis,]cuius rei cauſa eſt aſſignata. [& de olei ſexta-
rio mittet] .i.aliquid fundet[in manum ſuam ſiniſtrā,tinget́q; digitum dextrū in eo] vnum
contra videlicet digitum dextrę manus,[& adſperget ſepties coram dn̄o.]hoc eſt,verſus altare ho
dn̄m. locauſti,in quo dn̄s ſpecialiter habitauit, inquantū ibi ſpecialiter colebat, & locus eius fuit
cultui cōſecratus.& fiebat ſeptena cōtra dn̄m adſperſio, ad recognoſcēdū, ꝙ perfecta cura-
tio eſſet à Deo,vel vt ipſe plene ꝓpiciaret.[Quod aūt reliquū eſt olei in lęua manu,] hoc eſt,
in palma ſeu vola manus ſiniſtrę. [fundet ſup extremū auriculæ dextræ eius qui mundatur,]
hoc eſt,à lepra mūdus eſſe monſtrat,vel mundat ab irregularitate cōtracta ex lepra, hoc eſt,
ab inidoneitate intrandi atriū ſanctū. [Et ſup pollices manus ac pedis dextri.] Ratio horum
ꝑhabita eſt.Vn̄ Parrhiſiēſis diſſeruit:In pollicib⁹ illis, hoc eſt,in ſenſibilitate coꝝ lepra pri-
mū dinoſcit.Vt ergo ipſa in capite & radice ſua ꝑcuti, radicituśq; purgari cógnoſceret, ita
præceptū eſt fieri,vt idem eſſet ordo purgatiōis & infectionis.Forſitan aūt & in extremo au-
riculæ dextræ ſignū aliquod lepræ cōſueuerat apparere, q̄a pars illa valde ſenſibilis eſt. Hæc
Guilielmus. [& ſup ſanguinē qui fuſus eſt pro delicto] .i.ſup ſanguinē agni pro delicto le-
proſi fuſum,linitū ſup præfatas partes membroꝝ ſanguine attactoꝝ.[& ſup caput eius]pu-
ta leproſi qui mundat,quatenus ſicut ante inceſſit capite nudo in ſignū leproſitatis, ita nūc
caput oleo ꝑfunderet in ſignū curationis.[Rogabit́q; pro eo ſacerdos corā dn̄o, & faciet ſa
crificiū pro peccato. Tunc immolabit holocauſtum] .i. vnū prædictoꝝ animaliū offeretur
pro leproſo in holocauſtū ad diuinæ reuerentiā maieſtatis, à qua eſt oīs medela.[& ponet il
lud in altari cū libamentis ſuis] .i.liquidis materijs, quæ ſimul cum animali incendebantur,
Nūe. 15. videlicet cū ſimila oleata & vino, vt in Numeris plenius cōtinetur. [Quod ſi paup eſt,& nō
poteſt manus eius inuenire quæ dicta ſunt,]hoc eſt, poteſtatē nō habet offerēdi duos agnos
& agnā[pro delicto,aſſumet agnum &c.duośq; turtures &c.] Iſte paſſus ex prædictis eſt cla
rus.Itaq; & ſi paup fuit,tn̄ vnum agnū oportebat offerre,& pro alio agno & agna duas ꝑfa-
tas aues, q̄ in terra filioꝝ Iſrael abūdabant. Ad intelligendū ꝑdicta valet atq; penſandū eſt,
q̊d magiſter in hiſtorijs ſcribit: Hic,inquiēs,ꝓprie diſtinguit ſacrificiū pro delicto, cuius ſan
guine liniebat qui mundabat, & ſacrificiū pro peccato,de q̄ nihil fiebat hoī illi. Vnde Mo-
ſes ait:

ſes ait:Aſſumens ſacerdos de ſanguine hoſtiæ q̄ imolata eſt pro delicto, ponet ſup extremū
auriculæ &c. Cū aūt diſtinxiſſet agnū pro delicto, q̄d alioꝝ duoꝝ, videlicet agni & agnæ ꝓ
peccato, & quid holocauſtū fieret, innuit eſſe in arbitrio ſacerdotis,de agno & oue annicu-
la,ſ.agna,vt alteꝝ pro peccato,alterū holocauſtū fieret quod vellet. Veruntn̄ vltima pars di-
cti iſtius,nō videt poſſe ſaluari: qm̄ circa exordiū expoſitiōis huius voluminis & ſæpe dein-
ceps ꝑhabitum eſt,ꝙ animalia fœminei ſexus nō poterant offerri in holocauſtū, idcirco(vt
reor)de his duobus animalibus Moſes nō diſtinxit,qm̄ ex ꝑinductis certū reliquit,ꝙ agnus,
non ouis annicula,fuit in holocauſtū offerendus.¶Sequit de lepra domus, de q̄ vltimo Mo
ſes tractat,qm̄ ſacerdotes de ea nō habuerūt iudicare,q̄diu popul⁹ Iſrael in ſolitudine man-
ſit,in qua in tētorijs, non in domibus,de quibus hic mentio,habitauit.[Locutus eſt dn̄s ad
Moſen & Aaron,dicēs: Cūq; ingreſſi fueritis terram Chanaan,quā ego dabo vobis in poſ-
ſeſſionē.]Ad intelligendū hūc locū qui prima facie videt quaſi ridiculoſe ſonare, primo in-
tuendū q̊d Thomas in prima Secūdæ inducit, q̄ſt.104.Erat in lege quędā immūditia rerum
inanimataꝝ ſecundū ſe,vt immūditia lepræ & veſtis. ſicut em̄ morbus lepræ accidit in hoī-
bus ex humore corrupto putrefaciēte carnē & corrūpente,ita etiā ꝓpter aliquā corruptio-
nē & exceſſum humiditatis vel ſiccitatis, fit aliq̄n aliqua corruptio in lapidibus dom⁹ aut ve
ſtimētis:ideo hanc corruptionē vocat lex leprā,ex qua domus vel veſtis iudicaret immūda,
tū quia oīs corruptio ad immūditiā pertinebat, tū qm̄ cōtra huiuſmodi corruptionē gēti-
les colebāt deos penates. ideo lex iuſſit domos,in qbus erāt tales corruptiones ꝑſeuerantes,
deſtrui,& veſtes cōburi,ad tollendū idololatriæ occaſionē. [Si fuerit plaga lepræ in ædibus]
i.præfata corruptio lepræformis, in materijs partibuśq; habitaculoꝝ,[ibit]is[cuius eſt do-
mus,nūcians ſacerdoti,& dicet: Quaſi plaga lepræ videt mihi eſſe in domo mea.]Nō ſumi-
tur nūc domus pro cōtentis ſeu cōmorantibus in ea.[At ille]puta ſacerdos[ꝓcipiet,vt efferāt
vniuerſa]vtēſilia & cōſimilia de domo,immo & hoīes ac iumēta exierūt,& extra eā manſe-
runt ad tēpus, in quo ſacerdos iudicauit, an domus eſſet leproſa. [priuſq̄ ingrediatur eā, &
*videat].i.cōſideret ab eo,[vtrum leproſa ſit]ea,[ne immūda fiant oīa quæ in domo ſunt].i. *videat
irregularitatē quandā incurrant,qua inidonea ſint applicari diuino cultui, humanove eſui,
iuxta modū quo dictum eſt, inanimata quoq; immūda effici iuxta legē, quæ ſi māſiſſent in
domo illa tā diu, ꝙ ſacerdos iudicaſſet domum eſſe leproſam, mox reputata fuiſſent im-
munda.[Intrabit́q; ſacerdos poſtea, vt cōſideret domus leprā,]quæ vel eſt,vel eſſe putat le-
pra.[Et cū viderit in parietibus illius,]aut certe in vno tantū pariete, [quaſi valliculas pallo
re ſiue rubore deformes].i.quaſdā particulas cæteris partibus ſibi vicinis depreſſiores, à pri-
ſtino colore notabiliter turpiteŕq; mutatas.ideo ſubdit,[& humiliores].i.baſſiores[ſuperfi-
cie reliqua,]ſecundū q̊d parua vallis eſt modicū baſſior circūpoſitis locis. [egrediet oſtium
domus,& ſtatim claudet eam,] & clauſam dimittet[ſeptem diebus,] loquendo de primo &
ſeptimo die ſynecdochice & incluſiue. Quēadmodū aūt in hoībus talis partiū infirmarum
depreſſio,mutatióq; coloris in lucentē alborē,ſigna ſunt probabilia veræ leprę,ſic valliculæ
iſtæ ſic diſcoloratæ in rebus inanimatis,quia vtrobiq; ex corroſione corruptoꝝ oriebantur
humoꝝ. Porro ex hoc ꝙ domus dimittebatur ſic clauſa & vacua, poterat veritas melius de-
præhendi,q̄a ex diuerſis alterationibus aeris exiſtētis in domo ab igne ac alijs motibus com
morantiū in eadē,crebro minui poteſt ac reprimi exceſſiua humiditas ac ſiccitas,quæ in pa
rietibus cauſat hanc leprā.Hinc domus quæ nō inhabitāt, velocius deteriorāt. [Reuerſuśq;
die ſeptimo, cōſiderabit eā ſi inuenerit creuiſſe leprā] .i.præfatā corruptionē ſeu ſigna ipſius
prætacta,puta valliculas pallore aut rubore fœdatas,ita ꝙ valliculæ illæ ſint præ ſolito pro-
fundatæ & innaturaliori colore perfuſæ.[iubebit erui lapides in quibus lepra eſt.& q̊d de la
pidibus dicit, de alijs q̊q; materialibus ſeu integralibus partibus, in quibus apparuerit talis
lepra,dat intelligi.[& ꝓijci extra ciuitatē,] aut etiā villā, [in locū immundū,] ne ad alicuius
mūdi infectionē diſponāt.[Domū aūt ipſam]iubebit[radi intrinſec⁹ per circuitū,] vt ſi for
te quid immūditiæ aut corruptionis cœperit eſſe in eis,ſic abradat.[& ſpargi puluerē raſuræ
extra vrbē in locū immundū, lapideśq; alios reponi,]vt domus reformet, & ſubueniat dn̄o
domus, cū dāno quo fieri poteſt minori. [Sin aūt] poſt talē reformationē,[poſtq̄ eruti ſunt
lapides,& puluis elatus,& alia terra lita,ingreſſus ſacerdos,viderit reuerſam leprā, lepra eſt
perſeuerās,]& immunda domus, [quā ſtatim deſtrui faciet,]ne & habitantes in ea,aliq̊ mo
do lædant ſeu inficiant ex ea, atq; ob aliā cauſam præhabitā.[Qui intrauerit domū]talē ante
eius deſtructionē,[q̄ clauſa eſt]à ſacerdote cauſa diſcutiēdi lepram ipſius, [immundus erit
vſq; ad veſperā.]ſićq; purgabit trāſitu tēporis.[Et qui dormierit aut comederit quidpiā] in
ea,quod eſt plus q̄ ſolū intrare. [lauabit veſtimēta ſua,]quia immūditia ſua non ſolo tēporis
fluxu,ſed & lotione veſtiū ſuaꝝ purgatur. Quid autē fuerit immunditia illa,dictum eſt ſępe.
¶Præterea quæri poſſet,an & ſacerdos eam cauſa cōſiderandi ingrediēs maculabat,ſicut &
ille qui aqua expiationis alios adſpergebat? Et videt ꝙ iſte magis q̄ ille.[Quod ſi introiēs ſa

cerdos viderit leprã non creuiſſe in domo, poſtq̃ denuo lita eſt, purificabit]. i. purã iudicabit [eã, reddita ſanitate]. i. lepræ illius expulſione ſeu priſtina habitudine bona, [& in purificatione eius ſumet duos paſſeres, lignũq́ cedrinũ & vermiculũ atq; hyſſopũ,] quæ oĩa dñs domus feret ad ſacerdotẽ. Totũ vero q̇d in textu ſubiungiť de ritu purificatiõis iſtius, patet ex dictis de purificatiõe hoĩs leproſi. Sequiť epilogatio breuis. [Iſta eſt lex oĩs lepræ & pcuſſuræ] videlicet [lepræ veſtiũ & domoꝝ, cicatricis & erũpentiũ papulaꝝ, lucẽtis maculæ, & in varias ſpecies coloribus immutatis, vt poſſit ſciri, q̃ tẽpore mundũ q̇d vel immundũ ſit:] in q̇bus verbis tanguntͤ enumeratæ ſpecies lepræ. Papula aũt vocatur parua & vlceroſa cutis erectio, ſeu modicũ vlcus in cute, q̇d pœnã ſcabiemq́ inducit. ¶Præterea, pro clariori huius ac præcedẽtis capituloꝝ intelligẽtia, aduertẽda ſunt diligẽter verba Guilhelmi, in libro ſæpe præallegato dicẽtis: Scire oportet, ꝙ nomẽ lepræ hic ſumiť nõ iuxta propriã intentionẽ. Lepra eñ ꝓprie lœtalis prurigo eſt, & quaſi cãcer vlceris, ab intimis fontibus ſerpẽs, & corruptionem in totũ corpus diffundẽs. Quòd aũt multũ abuſiue ſumat lex leprã, patet ex ſerie textus, q leprã primo noĩat ſcabiẽ, deinde noĩat leprã in cute operientẽ totũ corpus, quã vocat leprã mundiſſimã, & eũ q habet illã, aſſerit mundũ. Nihil aũt aliud hic accipiendũ eſt ſub noĩe lepræ, niſi deformitas q̃ notabilẽ atq; abominabilis cohabitationis faciebat hoĩem. Voluit aũt Deus populũ ſuũ & caſtra eius nõ ſolũ mũda eſſe, ſed etiã apparere ꝓpter honorẽ ſuũ & gloriã. Et vt in hoc populus ſuus cæteris gẽtibus præmineret, voluit q̇q; populũ ſuũ cauere nõ ſolũ à cõtagio morbi huius, verũetiam à ſuſpiciõe cõtagij. Porro de coloribus & inæqualitate cutis, an ſint ſigna veræ lepræ, nõ tã ars medicinæ q̃ experiẽtia cõſulenda eſt: hi quoq; qui diu cohabitauerũt leproſis, eoſq́ dijudicare cõſueuerũt. Verũtamẽ nullatenus dubitãdũ

*alopecia

eſt, q̄n ſigna quæ lex ponit, ſint vera ſigna paſſionũ, quas lex immũditias & lepras indicat eſſe. Lepra vero in capillis & pilis, duobus intelligiť modis. Et primo vera lepra eſt *allapitia, quæ caſum capilloꝝ efficit & piloꝝ, ita etiã vt p eã ſupcilia depilenť, q̃ ſpecies nota eſt medicis, ſicut & aliæ. Secũda eſt morbus corroſiuus piloꝝ & capilloꝝ, cõſumens & putrefaciẽs paulatĩ, quẽadmodũ cãcer carnẽ: & nõ opať hæc caſum piloꝝ, ſed cõſumptionẽ. Similis q̇q; huic paſſioni eſt lepra in pelle & vellere. Eſt nãq; paſſio corroſiua piloꝝ & ſubſtãtiæ pellis. Similis etiã paſſio inueniť in parietibus atq; lapidib⁹, ſ. corroſiua, & ſup hoc ante multos annos fuimus interrogati de quodã lapide, qui in ſeipſo in quadã abbatia ita cõſumiť, ꝙ dicũt eũ cãceroſum. Nõ eſt aũt mirũ ſi quod fit in vno lapide ex abũdantia ſiccitatis, cõtingat in cõgerie lapidũ & cæmẽto ſeu in pariete. Hoc idẽ fieri videmus in lignis. Has igiť paſſiones in veſtib⁹ & domibus lex horruit, tũ ꝓpter ſalubritatẽ vtentiũ, tũ ꝓpter vitandã idololatriã, qua ꝓ his paſſionibus colebanť dij penates & lares, vt vel eas auferrent, vel ne eas inferrent. Voluit ergo Deus vt ad ſacerdotes ſuos pro his paſſionibus recurrereť, & abraſionib⁹ atq; cõbuſtionibus, ablutionibus & expiationibus mundarenť. Aquã vero expiationis idcirco p ſacerdotes voluit adhiberi, vt huiuſmodi dæmonia exterminarenť. Nouo quoq; ritu voluit iſtas mũditias fieri, vt à ritibus ſupſtitioſis elõgaret populũ ſuũ. Hæc Guilhelmus. Poſtremo circa illud, Cũ ingreſſi fueritis, ſcribit Lyra: Lepra ꝓprie eſſe nõ poteſt in domo, q̃m ſolũ animal ſuſceptiuũ eſt ſanitatis & infirmitatis. Cauſa vero ꝙ talis corruptio domus, diciť lepra ſimilitudinarie, eſt, inquãtũ poteſt habitãtes in domo inficere. ¶Cõtra hoc ſcribit R. Paul⁹:

R. Paul⁹

Licet ſolũ aĩal eſt ſuſceptiuũ ſanitatis & infirmitatis, tñ cibus diciť ſanus, & medicina vocať ſana, inquantũ ſanitatẽ cõſeruant ſiue efficiunt: & talis modus dicẽdi non eſt metaphoricus ſeu ſimilitudinarius, q̃m ſanitas quæ ſignificatur per cibũ aut medicinã, eſt vera ſanitas: idcirco cum domus vocatur leproſa, nõ ſimilitudinarie diciť, ſed effectiue, q̃m cauſat lepram in his q morãtur in ea, ſi ad hoc diſpoſiti ſint. Hæc Paulus. ¶Circa q̇d dicendũ videtur, ꝙ modus loquẽdi metaphoricus, & modus loquẽdi cauſalis, ſiue p cauſam, ſecundũ q̇d ſol dicitur calidus, poſſunt in eadẽ oratione ſecundum diuerſas cõſiderationes cõcurrere. Veꝝ eſt tñ, ꝙ verbũ illud Lyræ, cauſa cur aliqua corruptio exiſtẽs in domo, dicitur lepra ſimilitudinarie, eſt, inquãtum poteſt habitantes in ea inficere, eſt aliqualiter incõſiderate ꝓlatum: quia loquẽdo formaliter, nõ ideo dicitur aliq̇d ſimilitudinarie, q̇a cauſat ſeu efficere poteſt: immo hoc modo p̄dicatur de aliq̃ effectiue, ſecundũ q̇d tetigit R. Paulus, cuius tñ verba etiã ꝓ parte repræhẽſibilia cõprobantur: q̇a in ꝓpoſito domus dicitur leproſa, nõ ſolũ effectiue ſeu cauſaliter, ſed etiã ſimilitudinarie: q̇a corruptio q̃ in domo vocatur lepra, nõ eſt veraciter lepra, ſed lepra vocatur propter ſimilitudinẽ, quã habet cum vera realiq́ lepra. Nam ſicut lepra in animali cauſatur ex elemẽtariũ qualitatũ corruptiõe, eſtq́ fœda & infectiua deformitas, ita in domo & veſtibus proportionaliter fœditas iſta dicitur lepra propter ſimilitudines iſtas, ſecundũ q̇d pratũ fertur ridere, & mare feruere. Et hoc præallegata verba Thomæ & Guilhelmi euidẽter prætendunt: nec hoc impedit aliq̇d de alio ſimilitudinarie dici, q̃m id quod in vno eſt, nõ realiter ſignificat aliud quod vere eſt tale: ſed ſufficit, ꝙ id quod in alio extat, realiter in ipſo eſſe dicatur propter ſimilitudinem quam habet cum illo.

¶Expo-

¶Expoſitio ſpiritalis eiuſdem cap. XIIII. Artic. XXXI.

LOcutus eſt dñs: Hic eſt ritus leproſi q̄n mũdandus eſt, adduceť ad ſacerdotem qui egreſſus de caſtris, &c. Quid deſigneť per leprã, & per diuerſas ſpecies eius, in præcedentis capituli expoſitione tropologica eſt inductũ. Porro quæ nunc de mundatione dicũtur leproſi, aperte præfigurauerũt ea, quæ fiunt circa interiorẽ curationẽ ſpiritaliter leproſoꝝ, puta eoꝝ qui mortalibus premunť peccatis. Quẽadmodum eñ ad purificationẽ legalis leproſi non ſufficiebat, ꝙ vel miraculoſe, vel aliter curatus fuit à lepra, quã vel realiter habuit vel opinabiliter: ſed oportebat eũ ad ſacerdotẽ venire, & cõſiderari ab eo, atq; ipſius ſacerdotis iudicio, ſacrificatione & oratione purgari ſeu purgatũ manifeſtari: ita in euangelica lege nõ ſufficit peccatoribus, in ſecreto p cõtritionẽ & grãm abſolui & emundari à mortalibus culpis à Deo, ſed venire & cõfiteri ſacerdoti teneńť tẽpore opportuno, ſi adſit facultas, & audiri, iudicari, abſolui, ac mundatũ oſtẽdi ab ipſo p orationes ipſius & ſatisfactiones, q̃s velut ſacrificia quædã Deo offerẽda iniungit confeſſo. Verũtñ circa præfatã ſpiritalẽ mundificationẽ plus aliquid euãgelicus agit ſacerdos, q̃ circa corporalẽ mundationem fecit ſacerdos legalis: q̃m ſacramẽta euangelicæ legis, medicinalia vaſa ſunt, gratiæ contentiua, & efficiũt q̇d deſignãt, q̇d veteris teſtamẽti non cõuenit ſacramẽtis. Verũtñ ſicut in veteri lege aliquãdo ſpeciali miraculo cõtigit, ꝙ leproſus per ſacrificia illa & obſeruãtias mũdabatur à Deo de lepra, à qua ſacerdos erronee iudicauit eum iam ante purgatũ: ita frequẽter in nouo accidit teſtamẽto, vt cõfitens qui vſq; ad cõfeſſionis ſuæ exordiũ aut etiã proſecutionem, ſolã habuit attritionẽ, in ipſa cõfeſſione & eius ritu ac cõſummatione acquirat verã contritionẽ virtute ipſius ſacramẽti, & vi clauiũ, atq; oratione & abſolutiõe cõfeſſoris: immo per hæc purgať & partim à reatu ſeu obligatiõe ad pœnã, ita ꝙ nõ ſolũ dimittiť ei culpa, ſed etiã aliq̇d debitæ pœnæ. ¶Præterea, p hoc ꝙ ſacerdos exiuit de caſtris ad mundandũ vſq; extra tẽplum & atriũ, figurabať, ꝙ peccator, q̃uis ſecrete contritus, non ſit ad ſacrã cõmunionem admittendus, q̃uſq; modo p̄fato abſoluať à cõfeſſore: immo ꝓ quibuſdã exceſſibus ab ingreſſu arceť eccleſiæ, quouſq; p miniſtros eccleſiæ reconcilieť. Inſup ſicut legalis ſacerdos ei quẽ videbat purgatũ à lepra, p̄cepit, vt offerret pro ſe duos paſſeres viuos, quoꝝ vn⁹ occidereť, alter viuus auolari pmittereť: ſic confeſſor tẽpore grãe cõfeſſo quẽ pie credit p contritionem à lepra mẽtis purgatũ, iniungit, vt Deo pro ſatisfactione offerat propriũ corpus, illud ſalubriter per rigorẽ ieiunij, abſtinentias, vigilias, diſciplinas, labores mortificãdo, ſenſitiuamq́ aĩæ partẽ ratiõi fortiter ſubiugando, vt ſic ad altitudinẽ ſpiritaliũ exercitioꝝ & opa virtutũ moraliũ aſſueſcat aſcẽdere, q̇bus paſſeribus addet lignũ cedrinũ. i. dñicæ crucis vexillũ, coccũ q̇q;. i. ſanguinis Chrĩ preciũ, & hyſſopũ. i. bonæ famæ odorẽ, ſeu internæ cõpunctionis ſuauitatẽ, & rorẽ grãe Dei, quibus pectus aĩæ emundať à noxio carnaliũ deſiderioꝝ humore. Paſſerẽ vero viuũ tinget in ſanguine paſſeris immolati, q̃m exercitia ſenſitiui appetitus fiũt Deo acceptabiliora, dũ eis mortificatio iungiť carnis. Cũq; lauerit homo veſtimenta ſua. i. virtutes ſuas & actiones ꝓcedentes ex illis, p lachrymas cõtritionis & deuotionis à venialibus culpis admixtis purgauerit. Radet oẽs pilos corporis. i. vniuerſas cogitationes, affectioneſq́ prauas abijciet, & lauabiť aqua. i. fluentis ſapientiæ ſalutaris intellectũ ſuũ rigabit, immo à dño rigari orationibus obtinebit, dicendo: Redde mihi lætitiã ſalutaris tui. Et faciem tuã illumina ſup ſeruũ tuũ. Pſal. 50. & 118. Purificatuſq́ ingredieť caſtra. i. ſanctoꝝ cœtibus incorporabiť, & ſacra participabit myſteria, ita duntaxat, vt maneat extra tabernaculũ ſuũ 7. diebus. Tabernaculũ iſtud intelligi poteſt pax pectoris, extra quã manet cõtritus, q̃uſq; 7. mortaliũ vitiorum extirpet reliquias, ĩpugnationes & inquietudines: ſicq́ corde iam trãquillato in dño, immoreť & vacet diuinis. Et die ſeptimo radat capillos capitis, barbã, & ſupercilia. i. rurſus deplangat culpas quas interim incidit, & vanæ gloriæ tentationes ac cæteras animæ diſtractiones, quas & tunc incurrit q̄n virtuoſis exercitijs ac ſpiritali militiæ inſudauit, ſicq́ ad pectoris pacẽ pertinget. Et lotis rurſum veſtibus & corpore, die octauo ſumet duos agnos ĩmaculatos, & ouẽ anniculã ſine macula. Oportet eñ, ꝓpter q̇tidiana peccata, veſtes animæ & totius cõuerſationis corpus ſiue congeriẽ lauari aſſidue p confeſſionem, in qua cuncta mundanť, & frequentiſſimã cõpunctionẽ, contritionẽ, ac veniæ implorationẽ, à malis quæ bonis noſtris miſcenť: ſicq́ deinceps Deo offerre duos agnos ĩmaculatos. i. intellectũ & ſuperiorẽ animæ appetitũ ſynceriter reformatos, fide q̇q;, ſpe, charitate, & 7. donis ſpũs ſancti ornatos, & ouem anniculã abſq; macula, hoc eſt, intellectualẽ memoriam circa diuina ſtabiliter occupatã. In his eteñ viribus æternæ & increatæ ſupbenedictæq́ Trinitatis imago cõſiſtit, & reſplẽdet in nobis: idcirco p haꝝ actus potentiaꝝ, debemus ſupeſſentialem & ſupergloriosiſſimã Trinitatem præcipue colere, eandẽ mũdo intellectu aſſidue contẽplando, amoroſa voluntate ardenter amando, atq; his actibus p reformatã memoriã ſtabiliter inhærendo. Quibus ſacrificijs debemus ſimilã oleatam. i. virtuoſam operationem exteriorem, deuotionis ſuauitate formatã, oleiq́ ſextariũ. i. opera miſericordiæ circa proximos moderate ap-

 ponere

ponere,& dño volũtarie ſacrificare tã intuitu ſuę ſupdigniſſimę maieſtatis,ꝙ̃ ob nr̃aꝝ remiſ
ſionẽ culpaꝝ,& ꝓpter diuinoꝝ impetrationẽ chariſmatũ. Porro ꝑ poſitionẽ ſanguinis ſa-
crificij ſup extremũ auriculę,& ſup pollices man⁹ ac pedis deſignat,ꝙ peccator decętero de-
bet cũ om̃i obedientia verbũ Dei audire,virtutũ opa exercere, & ſanctis deſiderijs æſtuare.
Quod ſi paup eſt,offerre ꝓcipit cũ agno par turtuꝝ,aut duos pullos colũbæ,de q̊rũ ſignifi-
catione dictũ eſt ſæpe. Si fuerit plaga lepræ in ædibus. Per plagã lepræ domus,intelligit in-
fectio totius alicuius cõgregationis per culpã mortalẽ, ꝓſertim per hæreticã prauitatẽ, aut
ſchiſmatis diuiſionẽ ſiue hypocriſim. Si ergo hanc leprã aliqs de ouili,ſeu inferior prę̃ſidẽs,
viderit, ſtatim ex charitate & zelo iuſtitiæ debet ꝑlato denũciare, q mox debet gregẽ acce-
dere,cõſiderare,diſcutere,& lapides infectos eruere, i. ꝑſonas ſic vitioſas corripere,emẽda-
re,& ſi obtẽperare renuerit,rebelles & induratos ſegregare,atq; in publica pœnitẽtia cõſti-
tuere tales:alioqn tanꝗ ethnici eſſent habẽdi. Si vero cõgregatio rurſus inficiatur ac indure-
tur,eſt tanꝗ leproſa cenſenda,diſſipanda,& igne excõmunicationis percutienda.

¶ Expoſitio cap. XV. Locutuſq; eſt dñs ad Moſen. Artic. XXXII.

DE immunditia fluxus ſeminis in viro & fœmina nũc tractatur. [Locutuſq; eſt dñs ad
Moſen & Aaron,dicẽs: Vir qui patit fluxũ ſeminis,immũdus erit,] durãte huiuſmodi
fluxu,immo & poſt ad tẽpus,& immũditia iſta nõ erat culpa in ſe, nec ſemp cõiuncta
culpæ,& interdũ venit ex inculpabili cauſa: ſed fuit immũditia corporalis, qa & fluxus ille
in ſeipſo corporaliter fœdus eſt,& erat irregularitas quædã,ab ingreſſu tẽpli & atrij ei⁹ im-
pediẽs,de cui⁹ rei cauſis infrà dicet. [Et tũc iudicabit huic vitio] .i. defectui [ſubiacere,ſecun
dũ q̊d vitiũ extẽſe accipit. Nã & aĩalia ad immolandũ inepta ex mõſtroſitate, dicebãt ſic vi-
tioſa. [cũ per momẽta ſingula adhęſerit carni illius,atq; cõcreuerit fœdus humor,] ex ſemi-
nis quadã reſolutione in extremitate mẽbri virilis, nec ſolũ fuit talis immũdus in ſe, ſed alia
quoq; etiam inanimata fecit ſuo cõtactu immũda. [Om̃e ſtratũ in quo dormierit,immun-
dum erit, & vbicunq; ſederit. Si quis hoĩm tetigerit lectulũ eius,lauabit veſtimẽta ſua &c.]
textus eſt planus. [Sagma ſup quod ſederit,immundũ erit.] Sagma eſt ſtratura equi aut aſi-
ni,ſ. ſellæ, quod ſuper iumentũ ponit vt equitet. Hæc ergo inanimata ſic erunt immunda,
ꝙ non poterunt venire in vſum humanũ ante coꝝ purgationẽ. Hinc ſubditur: [& quicquid
ſub eo fuerit q fluxũ ſeminis patitur,pollutũ erit vſq; ad veſpeꝝ. Qui portauerit hoꝝ aliqd,
lauabit veſtimẽta ſua:] ſicq; & illa vlterius immũda fecerũt tangentẽ. [Oĩs quem tetigerit
qui talis eſt,] vtpote maculatus ex contactu rei illius inanimatæ, immundæ ex contactu viri
ſeminiflui, [immũdus erit:] vel potius [om̃is quẽ tetigerit qui talis eſt,] vtpote ſemine fluẽs,
[nõ lotis manibus ſuis,lauabit veſtimẽta ſua. Si ſanatus fuerit qui huiuſmodi ſuſtinet paſſio-
nẽ] .i. fluxus & fœditas illa in ipſo ceſſauerint, [numerabit 7. dies poſt emundationẽ ſui] .i. à
die quo cœpit in eo ceſſare immũditia illa. [Et lotis veſtibus ac toto corpore in aquis viuen
tibus] .i. ſcaturientibus aut fluentibus,quatenus ibi remouerent,quicqd de reliquijs illius fœ
ditatis manſiſſet cohærens veſtimẽtis, ꝓſertim inferioribus,& corpori. Et quia hic dicitur,
in aquis viuẽtibus,videtur,ꝙ lotionẽ illã fieri nõ oportuit per aquas adſperſionis. [erit mun
dus. Die aũt octauo] ab eo die quo immunditia illa cœpit ceſſare, [ſumet duos turtures aut
duos pullos columbæ, & veniet in cõſpectu dñi ad oſtiũ tabernaculi teſtimonij, dabitq; eos
ſacerdoti, q faciet vnũ pro peccato,& vnũ in holocauſtũ] illius mundati. Nã interdũ ex pri-
ori culpa orit paſſio illa,ĩmo interdũ ex aſſidua imaginatione laſciua,& tũc eſt non medio-
criter vitioſa. Alter in holocauſtũ ad reuerentiã Dei, à quo eſt oĩs purgatio atq; munditia.
[Rogabitq;] pro eo ſacerdos [corã dño,vt emundet à fluxu ſeminis ſui.] Iam dictũ eſt,ꝙ per
7. dies fuit à fluxu illo ſanat⁹ atq; mũdat⁹: quõ ergo octauo die orabit ꝓ eo ſacerdos vt inde
purgetur? Reſpondendũ,ꝙ emundatio iſta quæ fiebat octaua die,intelligitur vel de priſtinę
emundationis manifeſtatiõe,vel de emũdatione à culpa, ex qua fluxũ illum ſuſtinuit,vel ne
de cætero eam ſuſtineat. Cõuenienter q̊q; pro emundatione ab impuritate prætacta,offere
bant aues ꝓfatæ,in quibus caſtitas cõmendatur. [Vir de quo egreditur ſemen coitus] .i. qui
cocundo effuderit ſemen, [lauabit aqua om̃e corpus ſuum,] etiã ſi fuerit coitus copulæ cõiu
galis, [& immundus erit vſq; ad veſpeꝝ,] ita ꝙ illo die nõ poterit ſanctum ingredi locũ. [Ve
ſtem & pellẽ quã habuerit,lauabit aqua,& immunda erit vſq; ad veſpeꝝ.] Quãuis em̃ in ma
trimoniali concubitu poſſit deeſſe peccatũ,raro tñ fit ſine culpa: eſtq; ſemper in eo corpora-
lis pollutio. [Mulier cũ qua coierit,lauabitur] .i. ſeipſam lauabit [aqua,] vel hoc fiet per aliũ.
[Mulier quæ redeunte mẽſe] .i. nouo mẽſe adueniente, [patitur fluxum ſanguinis] mẽſtrua-
lis, [ſeptẽ diebus ſeparabitur] .i. amota & ꝓhibita erit à ſacri loci ingreſſu, ſacrificij eſu, nec
licebit cõmunicare cuiq̃ cũ ea in cibo, potu,aut ſtrato. Certumq; eſt ꝙ cunctis diebus qbus
patitur ſanguinis huius flux⁹, ſit immũda & ſeparanda. Verũ q̊d dictũ eſt de eius ſeparatio-
ne,videtur intelligendũ iuxta præhabita de ſeptenario dieꝝ,ceſſationẽ fluxus illius ſequen
tium. Dicitur autẽ mulieribus conſuetudinariũ, vt à tẽpore quo cõcipere queũt,vſq; ad tem
pus quo

pus quo deſinunt eis muliebria fieri,& cõcipere nequeũt,quolibet mẽſe menſtrualis patian
tur ſanguinis fluxũ,niſi interdũ infirmitas aut cõceptus impediat. [Oĩs qui tetigerit eam] ſ.
aliq̊d eius membrũ aut veſtimẽtũ, aut q̊d ex illius cõtactu pollutũ eſt, [immũdus erit vſq; ad
veſpeꝝ. Si coierit vir cũ ea tẽpore ſanguinis mẽſtrualis,immũdus erit 7. diebus.] Sicq; purifi
catio ei cõcedit: q̊d intelligendũ eſt de viro,q neſcit fœminã pati hãc paſſionẽ, nec inde in iu
dicio cõuincit. Infrà vero habet,ꝙ eã tẽpore illo accedẽs,ſit ſimul cũ ea occidẽdus: q̊d de eo Leu. 20.
intelligit,qui ſciẽter hoc agit, & poteſt cõuinci. Talis quippe cõcubit⁹ ꝓhibetur nõ ſolũ ob
fœditatẽ ꝓfatã,ſed itẽ qa ex eo gignunt ꝓles monſtroſæ,aut aliàs valde defectuoſæ & ęgræ,
propter indiſpoſitionẽ materiæ. Vnde ſi tẽpore tali vir petat à fœmina debitũ, illa quãtum
valet,debet diſſimulare,renuere,ſeu ægritudinẽ aliã ſimulare. tutũ tñ nõ eſſet,ꝙ paſſionẽ ſuã
indicaret marito,niſi de ei⁹ ꝓſumeret ꝓbitate. [Mulier q̃ patit multis dieb⁹ fluxũ ſanguinis]
ex infirmitate ſeu morbo,nõ ex cauſa penitus naturali,& talis paſſio ex peccato frequenter
contingit. [nõ in tẽpore mẽſtruali,vel q̃ poſt mẽſtruũ ſanguinem fluere nõ ceſſat, ꝙ̃ diu huic
ſubiacet paſſioni, ĩmũda erit quaſi ſit in tẽpore mẽſtruo:] ita ꝙ nemo eã accedet, ſeparataq;
erit. [Si ſteterit ſanguis & fluere ceſſauerit,numerabit 7. dies &c.] Iſtud de purificatiõe eius
& oblatione ꝓ ea,intelligendũ eſt,ſicut de viri ſeminiflui purgatione,ſacrificioq; expoſitum
eſt: & qa in fœmina minor eſt calor,indigeſtiores ſunt ſeminis ei⁹ humores cõmuniter. [Do-
cebitis ergo filios Iſrael,vt caueãt immũditias,& non moriant in ſordibus ſuis.] Iſtud ſacer-
dotib⁹ & ꝓlatis, ꝓdicatoribuſq; iubet. ¶ Præterea de iſta materia ſcribit Thomas in prima
Secũdę quęſt. 102. Ex hoĩbus immundũ reputabat,qcquid corruptionẽ aliquã iam habebat,
vel corruptioni erat expoſitũ. Hinc mulieres patiẽtes ſeminis fluxum, ſiue ꝑ infirmitatẽ, ſi-
ue per naturã,vel tẽporibus mẽſtruis, vel tẽpore cõceptionis,erant immundæ. Similiter viri
fluxũ ſeminis patientes ꝑ infirmitatẽ, aut ꝑ pollutionẽ nocturnã, ſiue per coitũ: qm̃ oĩs hu-
miditas,prædictis modis ab hoĩe egrediens,quandã immundã habet infectionẽ. Ratio aũt
figuralis iſtoꝝ erat, quia ꝑ huiuſmodi exteriores immũditias diuerſa ſignificabãtur pecca-
ta. Per immunditiã em̃ mulieris ſanguifluæ, deſignabat immũditia idololatriæ ꝓpter ĩmo-
latitiũ cruorẽ. Per immũditiã vero viri ſeminiflui,figurabat immũditia vanæ locutionis,qm̃
ſemẽ eſt verbũ Dei. Per ĩmunditiã mulieris mẽſtruatæ,immũditia mẽtis ꝑ voluptates emol-
litæ. Vniuerſaliter vero ꝑ immunditiã cõtactus rei immũdæ,exprimebat immũditia cõſen-
ſus in alioꝝ peccatis. Hęc Thomas. ¶ Inſuper Guilhelmus lib. de fide & legibus, de his ple-
nius ſcribẽs: Mulier,inquit,menſtruata reputata eſt immunda ſecundũ quoſdã * Zabæoꝝ,
qui adeo execrabant menſtrua,ꝙ crediderũt ea non niſi igne poſſe purgari: & propter hoc
comburebant veſtimẽta earũ,& oĩa quę tetigiſſent tẽpore mẽſtruali: & qa ritus ille tantũ ino
leuerat in terra Aegypti & in terra promiſſionis, nõ potuit populus Iſrael in toto auerti ab
eo. ideo circa hoc fecit legiſlator, q̊d in plebe tã duræ ceruicis fieri potuit, immutãs ritũ illũ
& mitigãs,iudicãs mẽſtruatas immũdas & ea quæ tetigerũt,ſed cũ aqua lauari. Nec dubium
quin ꝑ ĩmunditiã iſtã,multũ detractũ ſit idololatriæ lunæ, cũ fluxus menſtruoꝝ lunę deputa
ret: ſicq; diſceret eã nõ eſſe colendã,cui⁹ operatio pollutio eſt. Credimus etiã ex his q̃ de ido
lolatria legimus,ꝙ mulier mẽſtruata quãdoq; ſit lunæ oblata, & ꝙ ſanguis mẽſtruus in eius
ſacrificio crebro offerebat. Coli em̃ à mulieribus luna cũ magna auiditate ſolebat, quẽadmo
dũ legitur in Hieremia: Mulieres adſpergũt adipem,vt faciãt placentas reginæ cæli .i. lunæ. Hiere. 7.
Fuit q̊q; iſtud ꝓceptũ, qa de ſanguine mẽſtruo multa fecerunt malefici. Et ꝓpter corruptelã
atq; contagiũ ſanguinis mẽſtrualis, q tantæ eſt fœditatis, vt ſpeculẽtiæ ſuæ manifeſtũ impri-
mat ſignũ ſpeculo,in quo faciẽ ſuã mulier mẽſtruata inſpexerit: ſicq; ꝑ legẽ iſtã de mẽſtrua
tis,cõſultũ eſt ſaluti animaꝝ & corpoꝝ ac fœtuũ,& ipſius matrimonij ſacramẽto. Hęc Guil-
helmus. Ampli⁹ ex ꝓdictis qdã affirmãt,ꝙ mẽſtruatã ſcienter accedere,ſit peccatũ mortale.
¶ Sed vt huius rei veritas clari⁹ innoteſcat,q̃ritur primo circa ꝓdicta,an liceat mulieri men
ſtruatæ debitũ petere. Ad hoc Thomas ſup quartũ,diſtin. 32. reſpondet: Ad mulierẽ mẽſtru
atã accedere, in lege prohibitũ erat,tũ propter immunditiã,tum propter nocumentũ q̊d ex
huiuſmodi cõmixtione prouenit proli. Vnde ſup illud Eſaiæ, Oẽs iuſtitiæ noſtræ quaſi pan Eſa. 64.
nus mẽſtruatæ, ſcribit Hieronymus: Tunc viri debent ab vxoribus abſtinere,quia tunc con- Hieron.
cipiuntur membris dãnati,cæci,claudi,leproſi & huiuſmodi: vt quia parentes non erubue-
runt in cõclaui cõmiſceri, eoꝝ peccata pateant cunctis, & aperte redarguantur in paruulis:
ſicq; præceptum non accedendi ad menſtruatã,fuit cæremoniale, inquantum ſtatutum eſt
propter immunditiã: ſed quo ad aliã iam prætactã ſuæ inſtitutionis cauſam, fuit morale: qa
cum matrimonium ſit ad bonum prolis principaliter ordinatum, oĩs inordinatus matrimo
nij vſus prohibetur,quo bonum prolis impeditur. Veruntamen fluxus menſtruoꝝ poteſt eſ
ſe naturalis & innaturalis. Naturalis,ſicut dum mulieres etiam ſanæ patiuntur hunc fluxum
temporibus determinatis. Innaturalis autem, quando inordinate & quaſi continue fluxum
ſanguinis patiuntur ex quadam infirmitate. In fluxu autem menſtruorum innaturali,non

 eſt pro-

eſt prohibitum ad menſtruatam accedere, præſertim in noua lege: tum propter infirmita-
tem, qm̃ mulier in ſtatu illo non poteſt concipere: tum qm̃ fluxus ille eſt perpetuus ſeu diu-
turnus, propter q̊d oportet ꝙ vir iugiter abſtineret: ſed quando mulier naturaliter patitur
fluxũ menſtruoꝝ, poteſt cõcipere, talisq́ꝫ fluxus durat ad modicũ tẽpus: idcirco ꝓhibitum
eſt ad talẽ mulierem accedere, ꝓhibitum quoq; eſt mulieri in tali ſtatu debitum petere. ¶Se-
cundo quæritur, an liceat mulieri menſtruatæ debitũ reddere ſuo marito. Et dixerunt qui-
dam, ꝙ non: ſed hæc opinio videt̃ derogare matrimonio, per q̊d datur marito omnimoda
poteſtas in corpus mulieris, quantũ ad matrimonialẽ actũ: nec eſt ſimile de infirmitate pro-
lis & periculo proprij corporis, quia ſi mulier infirmatur, certiſſimũ eſt ꝙ ex carnali copula
periculũ ei immineat: non aũt ita eſt certum de prole, quæ forte nulla ſequetur. Hinc alij di-
cũt, ꝙ ſi vir q̃rat debitũ ab vxore, quã ſcit menſtruatã, mulier debet eum precibus monitisq́ꝫ
auertere, nõ tñ ſic, ꝙ ſit viro occaſio incidẽdi in alias corruptiões dãnabiles, ſi ad eas vir pro-
nus eſſe credatur. Si aũt petit debitũ, neſciens ꝙ vxor ſit menſtruata, debet mulier aliquã oc-
caſionẽ prætendere, & infirmitatẽ ſimulare ne reddat, niſi viro timeat̃ periculum. Si tamen
vir à petitione nõ deſiſtit, reddere debet. Hęc Thomas. ¶Deniq; iuxta ſpiritualẽ interpreta-
tionẽ ex pręſenti docemur capitulo, q̃ deteſtãda ſit concupiſcentia vitioſa, & oĩs illegitima
viri ac mulieris cõmixtio, cũ tam immundus & inquinatiuus reputatus ſit ipſe ſeminis flu-
xus in ſuo manens ſubiecto, & ſine culpa frequenter cõtingens. Spiritaliter quoq; ꝑ virum
fluxum ſeminis patientem, intelligitur ſuperior portio animę ſeu appetitus intellectiuus, in
quo eſt vanorum deſideriorũ, ambitiõis, ſuperbiæ, ſiue malitię aut rancorisꝰ. Vel intellectus
ex quo decidit verbũ Dei, vel cui inhæret error aut fluctuatio circa fidẽ, præſertim ſi talibus
immoretur. Om̃e ſtratũ in quo dormierit, immundũ erit. i. cuicunq; motiuo ſeu argumento
innitatur, inſufficiens & irrationabile erit. Si quis hominum tetigerit lectulum eius. i. argu-
mentis eius conſentiat, lauabit veſtimẽta ſua. i. opera ſua bona à tali purgare debet peccato,
eius admixtionẽ delendo. Et lauabit ſe aquis contritionis, immo & ſapientię ſalutaris. Si ſe-
derit vbi ille ſedebat. i. cõſenſum ſeu delectationem moroſam adhibuerit, immundus erit. Si
ſaliuam iecerit ſup eum qui mundus eſt. i. ſi talis pollutus aliquid ſuæ falſæ doctrinæ infu-
derit viro catholico, immũdus erit ille fidelis, niſi mox renuat cõſentire. Talis ꝓ ſua emun-
datione debet duos turtures aut duos pullos colũbæ offerre. i. per ſimplicem fidei cõfeſſio-
nem, & colũbinam ſimplicitatem, atq; per cõpunctionem & gemitum ſatisfacere Deo. Vir
de quo egreditur ſemen coitus &c. Per hoc coniugati docentur, vt culpas copulę coniuga-
li admixtas deplorent ac vitent, nec putent ſe qualitercunq; poſſe miſceri. Hi quoq; q̄ prædi
cando, docendo alios ſpiritaliter fœcundant vt pariant, quicquid vanitatis aut abuſionis
admiſcuerit ſe prædicationi ſeu doctrinæ eorum, defleant & emendent. Mulier quæ redeun
te menſe patitur fluxum ſanguinis. Per hanc mulierẽ ratio inferior, ſenſitiuusq́ꝫ appetitus,
in quibus carnalium deſideriorum regnat profluuium, intelligitur: quod tamẽ profluuium
non aſſidue, ſed certo eſt tempore, ex calore aut ſuperfluitate naturæ, vel ex diabolica ſeu hu
mana ſuggeſtione. Porro per eam quæ patitur fluxum multis diebus, menſtruoq́ꝫ ceſſantes
accipitur anima, quæ non ſolum tempore externæ tentationis, ſed & illa ceſſante, inquietu-
dine concupiſcentiarum, & inundatione cogitationum inanium ex propria fragilitate aut
peruerſitate, hinc inde mouetur ac defluit. Itaq; contra has fœditates ſtudeamus ſemper eſ-
ſe armati caſtitatis virtute & ſapientiæ firmitate, omniq́ꝫ conſtantia ac fortitudine mentis
& puritate, & caueamus ne noſtra ex culpa nobis contingat ſeminis fluxus.

¶Explanatio literalis cap. XVI. Locutusq́ꝫ eſt dñs ad Moſen. Artic. XXXIII.

DE ſacrificijs quæ in die propiciationis ſeu expiationis fiebant, nunc agitur. [Loqu-
tusq́ꝫ eſt dominus ad Moſen poſt mortem duorum filiorum Aaron] videlicet Nadab
& Abihu, [quando offerentes ignem alienũ interfecti ſunt]. i. cæleſti igne occiſi, prout
Leui. 10. in principio decimi cap. ſcriptum eſt atq; expoſitum. Et ꝙ ait, quãdo offerentes &c. non eſt
intelligendũ, ꝙ locutus ſit iſta Deus ad Moſen, quando duo filij illi alienum ignem ſic obtu-
lerunt, ſed ꝙ ipſi duo ſunt mortui quando hoc ipſum fecerunt. Deniq; infra mortẽ illorum
& iſtam Dei locutionem, alia multa loquutus eſt dominus Moſi: cur ergo ante præcepta
nunc exprimenda, ſpecialiter recolitur mors illorum, & poſt illam hæc à domino dicta ſcri-
buntur? Et reſpondendum, quòd ideo, quia nunc comminatio mortis ſit ipſi Aaron, niſi
præcepta nunc depromenda ſeruauerit: idcirco vt diligentius ipſe & poſteri eius obedi-
rent, commemoratur effectus diuinæ iuſtitiæ in punitione inobedientiæ illorum duorum.
[Et præcepit ei, dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuum,] & per ipſum ad poſteros eius ei
in pontificio ſuccedentes, [ne om̃i tempore] id eſt, nullo tempore [ingrediatur ſanctuarium
quod eſt intra velum]. i. interiorem tabernaculi partem, inter quam & partem tabernaculi
exteriorẽ, velũ mediũ fuit ſuſpẽſum, [corã propiciatorio quo tegit̃ arca.] In interiori nanq;
tabernaculi parte fuit menſa aurea arcã operiens, quæ menſa ꝓpiciatorium vocabat̃, quoniã
erat

erat q̃ſi ſedes Dei, cuius velut ſcabellum extitit arca, & ex ꝓpiciatorio illo dabat Deꝰ reſpon
ſa, & orationes pontificis exaudiuit, ſeq́ꝫ propiciari ſeu miſereri monſtrauit. Quæ oĩa ante
iã dicta ſunt plenius. [vt nõ moriat̃,] hoc eſt, ne iuſto Dei iudicio ſubito occidat̃, ſicut occi-
ſi ſunt filij eius. [q̄a in nube apparebo ſup oraculũ.] Quaſi dicat: Non aliter ingrediat̃ ſancta
ſanctoꝝ, q̃ ei p̃cipit̃: q̄a ſi in hoc obediens fuerit mihi, apparebo ei ſup oraculum. Quòd ſi ꝑ
oraculum intelligat̃ ſanctuarium ſeu tabernaculũ, in q̊ orationes fiebãt, & diuina proferebã-
tur eloquia, ꝑ nubem intelligat̃ nubes illa, quæ filijs Iſrael in deſerto præbebat ducatum, &
ſup tabernaculum erat frequẽter in aere. Si vero ꝑ oraculum intelligat̃ propiciatorium, ex q̊
ꝓceſſerunt oracula ſeu reſponſa diuina, ſicut colloquium ſæpe vocat̃ locus colloquij: per nu
bem intelligi debet vapor ille, qui ex igne & thure thuribuli pontificis aſſcendit vſq́ꝫ ad ꝓpi
ciatoriũ, qñ in loco illo ſanctiſſimo põtifex adoleuit incenſum, qui vapor nebula appellat̃
& nubes ꝑ ſimilitudinẽ quandã. Quo item vapore ſic cõſurgente, Deus ꝑ ſignum ſenſibile
ſuam gratioſam præſentiam multoties demonſtrauit. Itaq́ꝫ illuc non intret, [niſi hæc ante
fecerit] hoc eſt, ſacrificia ſtatim ſequẽtia obtulerit ante p̃fatum ingreſſum, quod tamẽ nõ eſt
ita accipiendum, vt quãdocunq; vellet ſancta illa ſanctorum intrare, hæc faceret & intraret,
ſed ne in die ꝓpiciationis illuc ingrederet̃, niſi iſtis p̃miſſis. Vel etiam vt nunq̃ illuc intraret,
regulariter certitudinaliterq́ꝫ loquẽdo, niſi his primo oblatis. Regulariter quippe loquen-
do, non introiuit illuc, niſi ſemel in anno, videlicet decima die menſis ſeptimi, quem Septẽ-
brem vocamus. Propter quod ad Hebræos habetur: In ſecundo autem ſemel in anno ſolus Heb. 9.
pontifex introibat non ſine ſanguine. Aliquando vero in certis temporibus & accidentali-
bus cauſis ingrediebatur locum illum, vt quãdo caſtra erant mouenda, ſeu loca mutãda, vt
inuolueret ſancta ibi contenta, quæ alij ſacerdotes ea portaturi, non niſi inuoluta poterant
ferre, vt in Numeris deſcribitur. [Vitulum offeret pro peccato ſuo] & domꝰ ſuæ, vt infrà do
cetur. Sacerdos etenim, etiã ſummus, cum cæteris alijs fuit culpabilis. Vnde vt magis exau- Num. 4.
diretur pro populo, primo ſtuduit ſeipſum Deo reconciliare. [& arietem in holocauſtum]
ad reuerentiam maieſtatis diuinæ, & in memoriã arietis oblati pro Iſaac, vt tãti patriarchæ
meritis iuuaret̃. Hæc duo aĩalia ſumpſit pontifex ex ſuo peculio: & q̄a ante oblationẽ debuit Gen. 22.
ſe veſtire veſtibus ſacris, ſubiungit̃: [Tunica linea veſtiet̃, feminalibꝰ lineis verẽda celabit, ac-
cingetur zona linea, cidarim lineã imponet capiti.] Iſta q̃tuor ornamenta alba & linea, erãt
communia pontifici & ſacerdotibus alijs, de quibus in Exodo, & ſuprà dictum eſt. [Hæc eñ
veſtimenta ſunt ſancta,] hoc eſt, ad cultum diuinum in eis faciendum cõſecrata & deputata. Exo. 28.
[q̄bus cunctis, cum lotus fuerit, induetur.] Nam lauit ſe in aqua in ſanctuario poſita, ſicut & Leuit. 8.
cæteri ſacerdotes, anteq̃ ad ſacrificia exequenda proceſſit: immo & lauit ſe antequam ſacras
induit veſtes, ſicut & legis gr̃æ ſacerdotes. [Suſcipietq́ꝫ ab vniuerſa multitudine filioꝝ Iſrael
duos hircos pro peccato, & vnum arietẽ in holocauſtum.] Hæc tria animalia dicit̃ ſuſcepiſſe
pontifex ab vniuerſo populo Iſrael, quia de communibus expenſis ex parte cõmunitatis ad-
ducebãtur ab aliquibus viris communitatis miniſtris ad ipſum. Suſcepit itaq; duos hircos
ꝑ peccato, hoc eſt, offerendos pro remiſſione peccatoꝝ cõmunitatis: & arietem q̄ ꝓ illis offe
rebat̃ in holocauſtũ. [Cumq́ꝫ obtulerit vitulum, & orauerit pro ſe, & ꝓ domo ſua] Iſtud non
poteſt intelligi de reali & executiua vituli immolatiõe, cum paulopoſt, poſt q̃dã fienda poſt
hæc, dicat̃: His rite celebratis &c. Eſt igitur ſenſus: Cumq́ꝫ obtulerit vitulũ, hoc eſt, ſumptũ
à populo vitulum præſentauerit coram Deo ad offerendum, [duos hircos ſtare faciet coram
dño in oſtio tabernaculi teſtimonij, vt ſint parati pro oblatione, non quòd ambo æqualiter
offerrentur, ſed vnus ſuper quem ſors venerit. [mittens ſuper vtrunq;] hircum [ſortem vnam
domino]. i. vnam ſortem per quam ſciret̃, quis duorum hircorum eſſet dño offerendꝰ. [& al
teram capro emiſſario,] hoc eſt, aliam ſortem per quam agnoſceret̃, quis horum hircoꝝ eſ-
ſet in ſolitudinẽ ducendus. [Cuius ſors exierit domino. i. hircus qui per ſortem dinoſcit̃ ad
dñm pertinere, tanq̃ in eius ſacrificium offerendus, [offeret illum pro peccato:] hoc eſt, pro
remiſſiõe culpaꝝ cõmunitatis. [Cuius aũt in caprum emiſſarium]. i. hircus ſup quem cadit
ſors, vt emittatur in eremum. Porro caper & hircus idem ſignificãt. [ſtatuet eum viuum co-
ram dño] in atrio circa altare, [vt fundat preces ſup eo] hoc eſt, Deum oret, quatenus toti po
pulo ſuo peccata eoꝝ quæ infra annũ ꝑ ignorantiã aut negligentiã incurrerũt, ignoſcat. [&
emittat eum in ſolitudinẽ,] & trãsferat in hũc caprũ, ita vt deferat illa pc̃tã in eremũ, atq́ꝫ pro
pœna quã filij Iſrael meruerũt peccãdo, caper relinquat̃ in eremo, deuorãdus ibidẽ à beſtijs,
aut ſylueſtris efficiendꝰ: nõ ꝙ peccata eſſent materialia entia realiter portabilia à iumento,
ſed vt per emiſſionem capri, deſignaretur elongatio vitiorum à populo per remiſſionem cul
parũ, iuxta quem modum in Michea legitur: Proijciet in profundum maris oĩa peccata no-
ſtra. Et item in Pſalmo: Quantum diſtat ortus ab occidente, longe fecit à nobis iniquitates Mich. 7.
noſtras. Qualiter autẽ diuinæ iuſtitiæ congruat, vt pro hominũ iniquitatibus bruta punian- Pſal. 102.
tur & occidantur, dictum eſt ſæpe, præſertim circa primum huius operis articulo ſecundo.

[His rite celebratis,]hoc eſt,legitime ſeu celebriter factis,[offeret vitulum]de q̄ iam facta eſt
mētio ꝓ ſuo & dom⁹ ſuæ pc̄tō.[& rogans ꝓ ſe & ꝓ domo ſua,īmolabit eū.] Immolatio eñ
talis fiebat oratione præmiſſa:nec fuit accepta,niſi ex fide,deuotione, oratione & obedien-
tia immolantis.[Aſſumpto'q; thuribulo quod de prunis altaris]holocauſtoꝝ[impleuerit,]
quia de materia ignis illius altaris impleuit thuribulum,[& hauriens manu cōpoſitū thymia
ma in incēſum].i. cum manu ſua accipiēs notabilem partē de thymiamate boni odoris, q̄d
in tabernaculo ſeruabatur,vt partem ſeu materiam illā imponens ardentibus prunis,faceret
eam incendi.[vltra velum intrabit in ſancta,] hoc eſt,ex exteriori parte tabernaculi, in qua
ſumpſit thymiama,intrabit per velum in interiorem tabernaculi partē, puta in ſancta ſan-
ctoꝝ. [vt poſitis ſup ignem aromatibus] .i. thymiamate ex aromaticis ſpeciebus confecto,
impoſito carbonibus illis ardentibus,[nebula eoꝝ &]pro id eſt, [vapor operiat oraculum,]
hoc eſt,vapor ex inflammatione thymiamatis inſtar nebulæ atq; nubeculæ ſurgens,aſſcēdat
tā alte,ꝙ operiat propiciatorium,[q̄d eſt ſupra teſtimoniū].i. ſuper arcam, in qua contine-
bantur tabulæ teſtamenti,in quibus fuit decalogus legis.[& non moriatur.]hoc eſt,ponti-
fex non tāgatur ſubito plaga vltionis diuinæ, ſi tranſgreſſus fuerit hoc præceptum, vel non
moriatur ex humana fragilitate, viſa dñi maieſtate, ex magnifica aliqua diuinæ maieſtatis
apparitione ibidem per terrificum ſplendidiſſimum'q; effectū, cuius intuitum nebula illa
impediebat. Propiciatoriū etenī extitit ſedes reſidentis in eo oīpotētis,inquātum ibi ſpecia-
liter & eminenter operabatur.[Tollet quoq; de ſanguine vituli]hui⁹ oblati in atrio,[& ad-
ſperget digito ſepties contra ꝓpiciatoriū]hoc eſt,ex oppoſito eius,vtpote ſtans corā eo ſicut
quis ſtat corā altari,& cōtra illud proijcit thus,& ꝑ ſeptenā illam adſperſionem figurabatur,
vt tactum eſt ſæpe,perfecta atq; totalis propiciatio Dei ſuper propiciatoriū reſidētis.ſed dif
ficultatem inducit q̄d ſubditur,[ad orientem.]Cum eñ tabernaculum fuerit diſpoſitū ver-
ſus occaſum ſolis,ita ꝙ à plaga orientali intrabatur in illud,non apparet ꝙ adſperſio iſta fie
bat ad orientem,ſed occidentem. ¶Hinc circa hæc ſcribit Lyra: Dicunt hic aliqui expoſito-
res noſtri,ꝙ licet tabernaculum ſic eſſet diſpoſitum,ꝙ ingreſſus eſſet ab oriente, tamen ad-
ſperſio iſta fiebat ad orientem,ſed nō videt,quia ſi adſperſio iſta fuit cōtra orientem,ſequere
tur ꝙ facies ipſoꝝ Cherubim exiſtentium ex vtraq; parte ꝓpiciatorij,fuiſſent verſi ad occi-
dentem,& dorſa eoꝝ verſus partem tabernaculi quæ dicebatur ſancta,cuius oppoſitum dici
2. Par. 13. tur ſecundo Paralipomenon,quo habetur,ꝙ facies Cherubim erāt verſa ad domū exterio-
rem. Tēplum aūt Salomonis,de quo loquit ibi,fuit (ſecundū oēs doctores) diſpoſitū ad mo-
dum tabernaculi Moſis:idcirco dicendum, ꝙ oriens nō accipitur hic reſpectu mūdi aut ta-
bernaculi,ſed ꝓpiciatorij:quia cum ſacerdos adſpergens ſanguinē,haberet dorſum ad oriē-
tem mundi,pars illa ꝓpiciatorij quæ obijciebat ſacerdotis adſpectui,erat oriētalis. Hæc Ly-
ra. ¶Sed aduertendū ꝙ facies Cherubim nō erāt directe ſituatæ ad orientē,imo collaterali-
ter reſpiciebāt ad ꝓpiciatoriū,iuxta illud Exodi: Facies ꝓpiciatorium. Duos q̄q; Cherubim
Exo. 25. ex vtraq; parte oraculi,reſpiciāt'q; ſe mutuo,verſis vultibus in ꝓpiciatoriū. Itaq; facies Che
rubim erāt verſę ad exteriorē domū,& ad oriētē,nō totaliter & directe,ſed oblique & ꝓ par
te,immo ꝓ parte maiori. ¶Porro,qui aliā poſitionem, quā ſ. reprobat Lyra, vellet tenere,
dicere poſſet ꝙ pōtifex fecit p̄fatā adſperſionem,ſtās retro ꝓpiciatorium,vultu ſuo ad popu
lum extrà ſtātem conuerſo, ſic'q; ad orientē mundi facta fuiſſet adſperſio, ſicut & pōtifex ac
ſacerdos euāgelicæ legis interdum in ſacrificio ſuo ſe vertit ad populū. [Cum'q; mactauerit
hircū ꝓ peccato populi,inferet ſanguinē eius]in vaſculo [intra velum].i.in interiorē taber-
naculi locū,qui dicit ſanctum ſanctoꝝ,[ſicut p̄ceptum eſt de ſanguine vituli,vt adſpergat e
regione oraculi]hoc eſt,ex oppoſito ꝓpiciatorij. [& expiet ſanctuarium] .i. locum illū ſan-
ctū purget,[ab īmunditijs filioꝝ Iſrael,& à p̄uaricationibus eoꝝ,cūctis'q; peccatis]hoc eſt,à
contagijs quæ contraxit ex prauis actibus & omiſſionibus, negligentijs, & irregularitatibus
populi,in cuius medio erat,q circa ſacra loca & ſacrificia ac cętera ad cultū Dei ac taberna-
culi ꝑtinentia,ſe frequēter habebat indigne & vitioſe ꝑ totū annū:ideo ſemel in anno fiebat
expiatio iſta,nō ꝙ cōtagium culpæ ineſſet tēplo aut ſanctuario,ſed ꝙ quādā inidoneitatem,
hoc eſt,ꝙ ī eo exercerent diuina,incurrit ex vitijs: quēadmodū materiales eccleſiæ cōſecra-
tæ,dicunt ꝑ vitia quædā in eis patrata contaminari,& reconciliatione egere:iuxta p̄tactum
etiā ritum,altaria noſtra in die cœnæ lauant. [iuxta hunc ritum faciet tabernaculo teſtimo
nij,]hoc eſt,exteriori parti tabernaculi,[q̄d fixum eſt inter eos in medio ſortium habitatio-
nis eoꝝ:]quia ꝑ gyꝝ eius habitabāt,& caſtra figebāt Iſraeliticæ tribus,hoc eſt,pōtifex expia
bit ſeptena ſanguinis adſperſione tabernaculū iſtud exterius,ſicut illud interius à ſuis conta-
gijs. [Nullus hoīm ſit in tabernaculo,quādo pontifex ingredietur ſanctuarium,]vtpote ſan-
cta ſanctoꝝ,in ſolennitate hac expiatiōis ſeu propiciationis.[vt roget pro ſe & pro domo]
hoc eſt, familia [ſua. Et pro vniuerſo cœtu filioꝝ Iſrael, donec egrediatur tabernaculum.]
Cur aūt tunc ſolus eſſe debebat in tabernaculo,poſſunt cauſæ aliquæ aſſignari,ad inſinuan-
dum ex-

dum excellentiā eius,q inter Deum & totum populū mediabat,ſic'q; Deus in ſuo honorare-
tur miniſtro. Alia,vt populus interim ſe humiliādo,q̄ſi indignum ſe arbitraret ſancti loci in
greſſu,q̄uſq; ꝑ ea q̄ pontifex geſſit,in ſanctuario reconciliarētur Deo. Tertia,vt pontifex ab
alioꝝ ſtrepitu atq; p̄ſentia liber,ſuas preces ac miniſtrationes deuotius exequeretur. [Cū aūt
exierit]de ſancto ſanctoꝝ[ad altare q̄d corā dño eſt,] hoc eſt, ad altare thymiamatis, quod
fuit in exteriori tabernaculi parte, quæ ſanctum vocabat ſeu ſancta. [oret pro ſe,] vt hac ſua
oratione fiat magis idoneus orare pro alijs, & cætera ad ſe ſpectantia exequi. [& ſumptum
ſanguinem vituli atq; hirci].i.aliquid de vtriuſq; ſanguine ſumens,[fundat ſup cornua ei⁹,]
vtpote altaris thymiamatis,[ꝑ gyꝝ,adſpergens'q; digito ſepties] de ſanguine illo vtroq; ver
ſus altare hoc, [expiet & ſanctificet illud ab immunditijs filiorum Iſrael] iuxta ſenſum nunc
introductum. [Poſtq̄ emundauerit ſanctuarium & tabernaculum & altare,] Sanctuarium
& tabernaculum,ſæpiſſime pro eodē ſumuntur. Sed quia nunc exprimunt diſtincte, ꝑ ſan-
ctuarium intelligendū eſt ſanctum ſanctoꝝ:per tabernaculū vero, exterior pars tabernacu-
li, q̄ ſanctū vocatur: ꝑ q̄d, etiā includit altare thymiamatis ſitū in eo:ꝑ altare aūt,altare holo
cauſti q̄d erat in atrio.[tunc offerat hircum viuentē.]Sicut in Scholaſtica fertur hiſtoria,non Euſebi⁹.
eſt credendum quibuſdā, dicentibus ꝙ ideo ſup hircos ſors mittebat, vt ſciretur qs dño eſſet
immolādus,& quis diabolo mittendus in ſolitudinē cum peccatis. Lex eñ nō ꝑmittit īmo-
lare niſi Deo. Eſt igitur ſenſus: Offerat hircum viuentem,i.corā Deo illum præſentet iuxta
altare in atrio ad faciendum circa hircum quod ſubditur. Vel offerat.i.deputet eum ad ali-
qua,ad Dei honorem populi'q; ſalutē ſpectātia, ſicut ſubiungitur:[Et poſita vtraq; manu ſu
ꝑ caput eius]ꝓpter cauſas in expoſitiōe primi capituli tactas, ob q̄s coīter ponebat manū ſa Lucæ 1.
cerdos ſuper animal immolādum: raro tamen exprimitur, ꝙ vtraq; manus ſuper illud po-
nenda ſit:ſed hoc nunc explicatur,quoniam pro totius populi culpa ignoſcenda fiebāt iſta,
& vt deuotio ſeu attentio pontificis per hæc amplius excitaretur.[confiteatur oēs iniquita-
tes filioꝝ Iſrael].i.culpas eoꝝ in Deum,corā Deo cum humilitate,hoc eſt, contritione enum
ciet.& cōfeſſio illa nō fuit ſacramentum aut ſacramentalis, eo modo q̄ in euāgelica lege,nec
ita diſtincta & circūſtātionata.[& vniuerſa delicta]hoc eſt,culpas omiſſionis, [atq; pc̄tā eo-
rum]*cōmiſſionis,[q̄ imprecās capiti eius].i.imputari hirco illi exorās, iuxta ſenſum pręta
ctum,& infrà tāgendum. Itaq; cōfitebatur pontifex omnes has populi culpas in generali,
q̄ntum ad eos q peccauerunt,multa tñ peccata ſpecificās, ſicut fit cōfeſſio in principio Miſ-
ſæ,& poſt ſermones. Dicunt'q; aliqui,ꝙ pc̄tā illa ſcripſit in charta quā impoſuit capiti hirci,
vt eā ſecum in ſolitudinem ferret.[emittet illum]videlicet hircū[ꝑ hominē paratum].i.prę-
cinctum & expeditū ad perducendū hircū illum[in * eremū.]Tradunt autē Hebræi,ꝙ quo- * deſertū
rundā paruuli tribualiter.i.ſecundū aliquā tribum ad hoc erāt parati,medicinaliter eis ſple
ne ſubtracta. Et qa hic hircus emittebat nō rediturus,Græce*apponipeius,Latine emiſſari ἀποπομ-
us dicebatur:atq; vt fertur,ſi rediſſet,populus nō fuiſſet à peccatis illis ſolutus. [Cum'q; porta- παῖος
uerit hircus oēs iniqtates eoꝝ in terrā ſolitariā,& dimiſſus fuerit in deſerto] expoſitus peri-
culo deuorationis,[reuertetur Aaron in tabernaculū teſtimonij.]Non eſt intelligendum,ꝙ
pontifex diſtulit reditū ſuū in tabernaculum,q̄uſq; homo ille cū hirco ſolitudinē introiſſet,
ſed cū eas hircus portaſſet.i.portare cœpiſſet pc̄tā plebis in eremū.i.cū pōtifex deduxerat ho
minē illū cum hirco extra caſtra, redire cœpit ad tabernaculum. [Et depoſitis veſtibus q̄bus
prius indutus * fuerat].i.exutis lineis ornamētis,ſibi & alijs ſacerdotibus cōmunibus,in qui- *erat
bus veſtibus p̄dicta exercuit.ideo ſubdit: Quibus prius indutus fuerat,[cū intraret ſanctuari
um.]nā veſtibus illis aliq̄ fecit in ſanctis ſanctoꝝ,& q̄dā in ſancto,vtpote in vtraq; taberna-
culi parte,vt patuit.[relictis'q; ibi].i.in ſctūario lineis veſtibus illis.[lauabit carnē ſuā in lo-
co ſctō].i. ī atrio,in q̄ erat labiū æneum,in cuius aq̄ lauabāt ſe pontifex & ſacerdotes,ad cul-
tum tabernaculi acceſſuri,lauabāt aūt manus & pedes. Verūtñ iſta pōtificis lotio nō fuit id-
circo,ꝙ aliq̄ inq̄nationē aut īmunditiā contraxiſſet ex oblatiōibus actibus'q; p̄dictis,q̄a hoc
ipſo die eis pactis introire ſanctuariū tenebat: ſed ꝓpter reuerētiā diuinoꝝ ſe lauit, atq; ob
myſticā ſignificationē,& vt ꝑ exteriorē lotionē,ad gratiā cōtingeret ampliorē.[Indueturq;
veſtibus ſuis,]hoc eſt,pontificalia pontifici ꝓpria induet. [Et poſtq̄ egreſſus] de ſanctuario,
[obtulerit holocauſtū ſuū ac plebis].i.vnum arietē in holocauſtū pro ſe & domo ſua,alium'q;
arietē in holocauſtū ꝓ poplo,vt habet ex dictis ī iſto caplo.[Rogabit tā pro ſe, q̄ pro popu-
lo.]non ſolū pro remiſſione pc̄tī,ſed & pro ſalute, pace & gr̄a obtinendis, aut conſeruādis,
ſeu ꝑficiendis.[Et adipem qui oblatus eſt pro peccatis,adolebit ſup altare].i.adipes vituli ac
hirci:vituli,inquā,pro culpa pontificis īmolati,& hirci pro pc̄tō plebis oblati,cremabit ſu-
ꝑ altare holocauſti,nec ſolū adipes,ſed & renes atq; renūculos adolebat ibidē.[Ille vero q di
miſerit caprū emiſſariū]ī deſerto,[lauabit veſtimēta ſua & corpus aq̄.]Lotio hęc fiebat ꝑ ad-
ſꝑſionē aquę expiatiōis.[& ſic īgrediet in caſtra].i.in tabernaculū Dei ſeu atriū,ſeu etiā ī habi
taculū ſuū. Porro,circa iſta & p̄cedētia ac cōſequētia, poſſent multa ingri, q̄ īfrà tāgēda ſunt.
[Vitulum.

[Vitulum aũt & hircum qui pro peccato]hoc eſt,peccatis põtificis ac populi,[fuerãt immo-
lati,& quoꝝ ſanguis illatus eſt].i. de q̃ꝝ ſanguine aliq̃d intulit põtifex in ſancta ſanctorum
& in ſancta,[in ſanctuariũ, vt expiatio cõpleref]hoc eſt, q̃tenus ꝑ adſperſionẽ, linitionẽ,ſeu
fuſionẽ ſanguinis illi⁹,ꝑfata ſanctuarij loca atq; altaria mũdarent,[abſportabũt foras caſtra,
& cõburẽt igni].i. extincta illoꝝ aĩalium corpora inferiores ſacerdotes extra caſtra Dei &
filioꝝ Iſrael deferẽt, & in ignẽ proijciẽt,[tam pelles q̃ carnes eoꝝ & fimum] ad deſignãdũ
omnimodã conſumptionẽ ſeu deletiõem culpaꝝ cum circunſtantijs ſuis atq; effectibus.[Et
quicunq; cõbuſſerit ea,]hoc eſt, ſacerdos qui corpora illa oblata fecit cõſumi ab igne,[laua
bit veſtimẽta ſua & carnem aqua.]ſicut expoſitum eſt,tanq̃ immundus ex contactu mortuę
carnis, & ex cõtrectatione eoꝝ quæ pro peccatis erãt oblata, in quoꝝ cõtrectatione forſan
incurrit aliquas culpas,in ſuo officio non ſatis reuerenter & deuote ſe habẽs. Vnde & ſacer-
dotes ſub tẽpore gratiæ poſt celebrationẽ ſe lauãt.[& ſic ingredief caſtra. Eritq; vobis hoc
legitimũ ſempiternũ].i.ꝑceptum diuina lege ſancitũ,& ꝑ om̃e tẽpus veteris teſtamẽti ſeruan
dũ.¶Cõſequẽter tradif ritus ſolẽnitatis,in q̃ ꝑdicta,aliq̃ q̃q; ſequẽtia,ſunt ſeruãda.[Mẽſe ſe-
ptimo,decima die menſis]eiuſdem[affligetis aĩas veſtras].i.voſipſos & vitã veſtram anima-
lem ac intellectualem afflictione ſpontanea,corpora affligendo ꝑ ieiuniũ,& mentẽ ꝑ cordia
lem contritionẽ,qa in hoc feſto fiebãt,vt dictũ eſt,ſacrificia pro totius populi culpa,& De-
us repropiciabaf cõmunitati.[nullumq; facietis opus,]mechanicum aut ſeruile in feſto hoc.
[ſiue indigena,ſiue aduena qui peregrinaf inter vos,] id eſt,ſiue ſitis natiõe Iudęi,ſiue proſe-
lyti.[In hac die expiatio erit].i.purgatio[veſtri]in anima,[atq; mundatio ab omnib⁹ pecca
tis veſtris].i.ab exterioribus inquinamentis .i. ꝑ ſacrificia iam ꝑdicta & orationes ſacerdo-
tum,q̃d tñ ſine contritione propria in nullo ſpecialiter complebatur.Pręcipue q̃q; intelligi-
tur de peccatis cõmunibus,toto anno ꝑ fragilitatẽ ignorantiãq; contractis.[Coram domi
no mundabimini. Sabbatũ reqetionis eſt.] Feſtiuitas iſta,vt patuit,die decima menſis ſepti
mi occurrebat.Sabbatum aũt ſeptimus dies eſt ſeptimanæ,& etiã menſis,ſaltem eius qui inci
pit prima die hebdomadæ. Quomodo ergo de celebritate decima die Septembris occur-
rẽte,aſſeritur,ſabbatum reqetionis eſt?niſi forte q̃d ait, Sabbatum reqetionis eſt,intelligatur
Coloſ.2. intrãſitiue,ſicut ait Apoſtolus,in expoliatione corporis carnis. Vel ex alterius modi cõputa
tione id accidat,vel propter ſimilitudinem dicatur ſabbatũ requietionis,hoc eſt,feſtum in q̃
velut in ſabbato ſit requieſcendum.[affligetis aĩas veſtras religione ꝑpetua. Expiabit autẽ
ſacerdos qui vnctus fuerit,]vtpote pontifex,qui ꝓprie vngebatur fuſo ſup caput ipſius oleo
ſancto,q̃d alijs ſacerdotibus nõ fiebat.[& cuius initiatæ]id eſt,conſecratæ [ſunt manus,vt ſa
cerdotio]id eſt,põtificatu [fungatur pro patre ſuo,]hoc eſt,loco progenitoris ſui,cui in pon
tificatu ſucceſſit ſucceſſione legitima,ſi tamen proſapia & ſucceſſio illa durauerint.[Indue
turq; ſtola linea & veſtibus ſanctis,]videlicet tunica linea, feminalibus lineis, & cidari linea
in capite,ſicut iã claruit.[& expiabit]hoc eſt,purgabit[ſanctuarium].i. interiorem & ſacra
tiorem tabernaculi partẽ, [& tabernaculum teſtimonij]hoc eſt,partem eius exteriorẽ,[atq;
altare] vtrunq;,quia altare thymiamatis & holocauſtoꝝ.[Sacerdotes q̃q; & vniuerſum po-
pulum] quia pro omnium horum peccatis ſacrificauit.[eritq; vobis hoc legitimum ſempi-
ternum,vt oretis pro filijs Iſrael & pro cunctis peccatis eorum ſemel in anno.]Et iſtud totũ
pręhabitum eſt.[Fecit ergo]ipſe Aaron,& poſt eum ſucceſſores eius in pontificio,[ſicut prę-
ceperat dominus Moſi,]non quòd Moſes faceret iſta,ſed vt ex parte Dei præciperet ea fieri.
¶Deniq; de hac ſolennitate ait Petrus Comeſtor:Hæc dies ſolennis, dicebatur propiciatio-
nis,quia in eo certificati ſunt filij Iſrael ꝑ Moſen,ꝙ dominus eis fuit propicius & ignoſcens
de peccato adorationis conflatilis vituli, & quia pro totius anni peccatis communibus fie-
bat ea die oblatio.Vocabatur item afflictionis,quia hoc die ieiunabãt homines,& iumenta,
puerīq; ſeptennes, & agebatur in eo memoria defunctorum. Dicebatur inſuper dies expia-
tionis,qa tunc purificabãt totum tabernaculum atq; altaria. ¶Quæritur circa prædicta,cur
põtifex expiabat vtrãq; tabernaculi partem & altaria, & ꝓ peccatis obtulit vitulũ & hircum
vnũ,aliumq; emiſit,in q̃tuor veſtibus lineis,cõmunib⁹ ſibi & ſacerdotibus inferioribus:obla
tur⁹ vero holocauſta,exuit illas, & põtificalia ĩduit.Reſpõdef,ꝙ ideo, qa expiatio illa & ob-
latio ꝓ peccatis, fieri debuerũt cũ cõtritione & humiliatiõe: holocauſtũ aũt & incenſum,cũ
ſolennitate & iucũditate.Vñ & nouę legis epiſcopi,lineis & minorib⁹ veſtib⁹ ſacris vtunf in
adſpſiõe eccleſię quã dedicãt aut expiãt,& in ſabbato baptiſmali,cõſecratiõeq; fontiũ & im-
merſiõe catechumenoꝝ,dũ ignoſcunt eoꝝ peccata. Porro,dum his pactis ꝓcedũt ad mini-
Euſebi⁹. ſtrationẽ altaris,precioſis & põtificalib⁹ induunt,ꝓut in Scholaſt.ferf hiſt. At vero Lyra al-
R.Salo. legat R.Salomonẽ,q aſſignauit aliã rationẽ, qa videlicet miniſter nõ debet eſſe ſeu ornari vt
dñs.Cũ ergo ſanctũ ſanctoꝝ fuerit ſpecialis locus habitatiõis ac reſidẽtię Dei,aurea mẽſa &
alia aurea ſeu deaurata ibi contẽta,fuerũt q̃ſi ornamẽta ipſius:ideo pontifex nõ debuit illũ in
gredi locũ cũ aureis ornamẽtis,ſed cũ illis poterat miniſtrare & ĩgredi extra ſanctũ ſanctoꝝ.
Verum

Verum hæc ratio modici videf momenti,quoniam præfatã expiationem in lineis,non ſolũ
fecit intra ſanctum ſanctorum,ſed in loco quoq; tabernaculi exterioris, & in vtroq; altari,
quoꝝ vnũ fuit in atrio.¶Amplius circa iſtud capitulum magiſter in hiſtorijs ſcribit, ꝙ di-
es iſta ſolennis, etiã vocabaf ꝓpiciationis:quia in ea agebaf cinis expiatiõis, ſicut dies Iouis
dicif ſancta,quia in ea ſanctũ chriſma cõficitur. Deinde ſubiũgit: Ea die tollebat ſumm⁹ ſa-
cerdos vitulã de ꝓprio rufam & trimam,hoc eſt,trium annoꝝ,quæ nõ traxerat iugum.Nec
turbemur, ſi q̃nq; vitulus nominaf, quia in fœmineo genere tantum intelligendum eſt, q̃m
ꝑ peccatis fragilitatis offerebaf,ſicq; nõ ſexum,ſed naturã deſignat.Iteꝝ addit:Sacerdos qui
colligebat cineres reſeruãdos ad aquas adſperſionis,q̃ ꝑ totum annum purificabanf immũ-
di,fuit immundus:ex q̃bus verbis manifeſte habef,ꝙ ſecundum iſtũ doctorẽ,hic vitulus fuit
vacca,ſeu vitula rufa,ex cui⁹ cineribus fuit cõſperſa aq̃ expiatiõis,ſeu luſtratiõis,vel adſper-
ſionis,ꝓut in Numeroꝝ libro legif.Et iſtud etiã alij q̃dã ſunt opinati,q̃b⁹ obuiare multa cer Num.19
nuntur.Nã caro vituli hui⁹ ſimul cũ carne hirci,vſq; ad cineres eſt cõbuſta:ſicq; eoꝝ cineres
vidẽtur fuiſſe cõmixti,niſi forte q̃s dicat,ꝙ diuiſim & diuerſis ignib⁹ ſint cõbuſti vitulus iſte
& hircus.Sed obuiãt alia.Nã vitulum iſtum obtulit pontifex ꝓ ſe ſuaq; domo,nec eo obla-
to fuit immundus,qa mox ſacra introijt loca. Vacca aũt ſeu vitula rufa,pro totius populi of
ferebaf peccatis:& q obtulit eã,fuit immundus.Rurſus hic vitulus offerebaf in atrio,ſed vac
ca illa extra caſtra.Denuo vaccã illã obtulit primo Eleazarus,patre ſuo pontifice adhuc vi
uẽte.Hunc vitulum obtulit pro ſe Aaron pontifex,q̃ oĩa ex nunc dictis atq; ex textu Nume- Ibidem.
rorum ſunt certa. ¶De hac materia ſcribit ſanctus Thomas in prima Secundæ, q̃ſtione 102.
Immundicia q̃ ex corruptiõe mẽtis aut corporis ꝓueniebat,expiabatur ꝑ ſacrificia pro pec-
cato.Offerebãtur aũt ſpecialia ꝓ peccatis ſacrificia ſinguloꝝ:ſed q̃m aliqui negligentes erãt
circa expiationẽ huiuſmodi peccatoꝝ & immunditiarum, vel ex ignorãtia ea omittebant,
inſtitutũ fuit, vt ſemel in anno,decimo die mẽſis ſeptimi, fieret ſacrificium expiationis pro
toto populo.Et primo iuſſus eſt Aaron pontifex offerre vitulum pro ſeipſo, in commemora
tionẽ peccati,q̃d fecit in conflatione vituli aurei. Et arietẽ in holocauſtũ, ad deſignandum
ꝙ pontificis ꝑlatio,quã aries dux gregis exiſtẽs ſignificat,ordinãda erat ad Dei honorẽ.De-
inde offerebat ꝓ populo duos hircos,q̃ꝝ vnus immolabatur ad expiãdum peccatũ multitu-
dinis.Hircus nãq; eſt aĩal fœtidum, de cuius pilis fiunt veſtimẽta pungẽtia:quatenus per hoc
ſignificarẽtur fœtor & immunditia,atq; aculei peccatoꝝ.Corpora vero hirci & vituli obla
toꝝ pro peccato,oportebat comburi, ad offerendũ conſumptionẽ culpaꝝ,non tñ in altari,
qa ibi non cõburebatur totaliter, niſi holocauſta. Vnde ꝑceptum fuit, vt cõburerẽtur extra
caſtra in deteſtationẽ peccati.Hoc aũt fiebat,q̃ncunq; immolabatur ſacrificium ꝓ aliq̃ gra-
ui peccato,vel pro multitudine peccãtium. Alter hircus mittebaf in deſertũ,nõ vt offerretur
dæmonib⁹,q̃s coluerunt gẽtiles in deſerto, ſed ad deſignãdũ effectũ ſacrificij illius oblati. Di
cebatur aũt hirc⁹ portare peccata populi:vel qa in ei⁹ emiſſiõe ſignificabaf remiſſio pecca-
toꝝ populi, vel qa ligabaf ſup caput ei⁹ aliq̃ ſchedula,in q̃ peccata populi erãt ſcripta. Hæc
Thomas.¶Præterea,de his libro de fide & legib⁹,ſcribit Guilhelm⁹ Parrhiſiẽſis:Inter ſacri-
ficia ſolẽnia,valde ſolẽne fuit ſacrificium duoꝝ hircoꝝ,q̃rum vnus fuit emiſſari⁹,quẽ ſacer-
dos viuũ ſtatuens corã Deo,& cõfitens vniuerſa peccata filioꝝ Iſrael,ĩputabat capiti eius,qa
dicebat ad hircũ:Sup caput tuũ ſunt oĩa hęc peccata,ſeu capiti tuo imputet ea Deus.Crede-
bãt eñ,& adhuc credunt Iudæi,ꝙ hircus ille portabat oĩa peccata populi in deſertũ, & ſic-
ut diſparuit,vel deuoratus à feris,vel fact⁹ ſylueſtris,ſic diſparerẽt oĩa illa peccata ꝑ huiuſmo
di ritũ.Et qa ſecundum eorum opinionẽ portauit oĩa illa peccata,immund⁹ erat:& q abdu-
xit eum,fuit ĩmundus.Quomodo(inqunt)mundus eſſet,qui portãtem tãtas immũditias te-
tigiſſet?Mirabile aũt valde videf,& etiã ridiculum,ꝙ peccata populi ĩputarẽtur hirco, q in-
nocentiſſimus erat.Quomodo etiã portauit peccata populi, q̃ nõ reliquerunt ſua ſubiecta,
migrãdo ĩ aliud? Quòd ſi dicatur,ꝙ nõ portauit peccata populi,ſed pœnã ꝓ illis:hoc ſimili-
ter nõ videtur,qa liber & ſanus emittebatur. Præterea, q̃d neceſſarius fuit alius hircus q oc-
cidebatur,& poſtea cõburebatur ꝓ peccato populi? Si eñ hirc⁹ emiſſarius vniuerſa populi
peccata tulit in eremũ,q̃d neceſſe fuit alium hircũ pro peccato populi ſic occidi? Prima aũt
cauſa,ob quã hircus vnus in ſolitudinẽ mittebatur,eſſe videtur,q̃m dæmones in deſertis ha-
bitare à multis credebãtur, & adhuc creduntur: ideo Deus habitationem dęmonum voluit
populo ſuo facere abominabilẽ & horrendã. Secũda, vt oſtenderet, loca dæmonũ eſſe loca
ĩmunditiaꝝ & vitiorũ,q̃ſi diceretur ad hircum: Illuc perge & porta ĩmunditias peccatorũ,
vbi locus propri⁹ eſt ipſorũ. Tertia,vt mõſtraret ꝙ peccatores & pctã ſint pars dęmonũ.Per
hircum aũt voluit De⁹ hæc fieri,qa in ſe ĩmundus eſt,& forſan quia ĩ ſpecie hircoꝝ ſeu capra
rum dæmones hominibus apparere ſolebant. Ideo quoq; voluit corpus hirci pro peccato
oblati extra caſtra cõburi,vt ꝑ hoc cunctis pateret,q̃ntum ipſe deteſtetur peccata.Vñ in hor
rorem & abominationem peccatoꝝ,voluit hircũ & vitulum cum fimo pellibuſq; cremari.
Porro

Porro,dum dicit̃ hircus peccata populi abſportaſſe,vel ꝙ in hirco cremari & cõſumi aſſere
bant̃,ſignũ ibi ꝓ veritate accipitur, quẽadmodum aliquid dicitur ſcribi aut pingi,dum no-
men eius ſcribitur aut pingitur. Hoſtiæ nanq; ſigna & figurę erãt vitioꝝ:idcirco crematio,
mors,eiectio,ſeu fugatio hoſtiaꝝ,ſignificauit cremationem,mortem,& diffugatiõem vitio-
rum. Propter q̃d huiuſmodi hoſtias tangi ꝓhibuit dñs:& qui tãgerent eas, immundos eſſe
decreuit,in hoc patẽter oſtendens,q̃ longe vellet populum ſuum eſſe à peccatis, quem ꝓhi-
buit tangere hoſtias,quæ ſunt peccatoꝝ figuræ & ſigna. At vero oratio quæ ſup hircum fie-
bat, videtur fuiſſe huiuſmodi: Sicut tu eijceris, & longe ſis à populo iſto, ita fiat de peccatis
eoꝝ. Vel,Sicut tu liber & ſanus à morte & læſione euadis ſiue emitteris,ita liber & immunis
fiat iſte populus à peccatis. Eodẽ modo ſup vitulũ:Sicut tu cremaris & cõſumeris,ita conſu-
mant̃ peccata populi huius. ſićq; dicit̃ põtifex aut ſacerdos imprecatus fuiſſe peccata capiti
capri. Ne obliuiſcaris aũt,quia ꝑ caprũ emiſſarium voluit Deus populo ſuo deſerta oĩa abo
minabilia reddere & immũda,quãtum videlicet ad mali cõmunionẽ: tum quia malefici at-
q; idololatræ ꝓpter hoc deſerta maxime frequentabãt, vt ibi dæmonum reſponſa audirẽt,
& eis immolarẽt ibidẽ, ſicut adhuc multi faciũt. Vñ quidã magus in libro ſuo de Magis,ait
ꝙ cauſa philoſophãdi intrauit loca deſtructa, omni habitatiõe carẽtia, & ꝙ habitauerit ibi
cũ habitãtibus lucẽ ſex luſtris annoꝝ, didicerit́q; ab illis quæ in libro eodẽ ſcribit. Tum etiã
ꝓpter Faunos & Satyros, qui in ſpecie hircoꝝ frequẽter ibi illudebãt hominibus, & adhuc
illudere nõ deſiſtunt. Si aũt totã Aegyptioꝝ & Chananæoꝝ ac Chaldęoꝝ idololatriam no-
ſceremus aut legeremus,nihil penitus dubitaremus in his ac alijs,q̃ de ſacrificijs legalib⁹ ab-
ſurda eſſe vident̃. Hæc & alia multa ſcribit p̃tacto libro Guilhelmus. De quibus & Alexãder
de Halis ſup tertium ſcribit diffuſe,ſed breuitati ſtudendum eſt.

¶De ſpirituali eiuſdem capituli decimiſexti intellectu. Art. XXXIIII.

EXordium p̃ſentis capl'i nos informat, vt ex alioꝝ ruina, plaga & damno cauti, ꝓuidi,
& emẽdatiores reddamur. Vnde & Salomon cõteſtatur: Peſtilẽte flagellato,i.peccatore,
Pro.19. ſtultus ſapiẽtior erit. Eſt́q; cõmune prouerbium: Felix quẽ faciũt aliena pericula cautũ.
Ecci.38. idcirco in Eccleſiaſtico dicitur: Memor eſto iudicij mei, Sic em̃ erit & tuum. Mihi hodie,&
cras tibi. Etenim dñs ipſum pontificẽ exhortatus, recolit mortẽ, quam filij eius pro ſuo in-
currerunt exceſſu. Itaq; ppendamus q̃ celeriter de medio ſint ſublati, quàḿq; irrecuperabi-
liter cõdemnati, qui ante modicũ tẽpus in hoc ſeculo rebelles fuerũt lumini,& lucẽ iuſtitiæ
cõtempſerũt,ambulãtes ꝑ itinera tenebroſa in vanitatibus, carnalitatib⁹,& impietatib⁹ ſu-
is, diuinæ pietati & lõganimitati prorſus ingrati. Hinc de talibus cũ admiratione exclamat
Pſal.72. Propheta: Quomodo facti ſunt in deſolationẽ? ſubito defecerũt,perierunt ꝓpter iniquitatẽ
ſuã. Loquere ad Aaron: Ne omni tẽpore ingrediatur in ſanctuariũ,q̃d eſt intra velum,quia
Origen. in nube apparebo ſup oraculum, niſi hæc antea fecerit. Quẽadmodũ Origenes fatetur,oẽs
nos ſermo iſte concernit. Præcipit em̃ vt non ingrediamur ad ſacramenta ſuſcipienda, neq;
1.Co.11. ad ſacra celebrãda aut participanda, niſi diligenter ac debite p̃parati. Qui enim accedit in-
digne,ad ſuã accedit damnatiõem impia mẽte. Per hoc q̃q; myſtice edocemur,ne incõprę-
Rom.11. henſibilia Dei iudicia pſcrutari,& ea quę fidei ſunt,diſcutere p̃ſumamus irreuerẽter,immo-
derate,aut curioſe,cũ in Prouerbijs dicat̃: Sicut qui mel comedit multum, nõ eſt ei bonum:
Pro.25. ſic q pſcrutator eſt maieſtatis,opprimet̃ à gloria. In Eccleſiaſtico q̃q;:Altiora te ne quęſieris,
Ecci 3. & fortiora te ne ſcrutatus fueris:ſed quæ p̃cepit tibi Deus,illa cogita ſemper. Non eſt enim
tibi neceſſe ea quæ abſcondita ſunt,videre oculis tuis. In nube apparebo ſup oraculum. Ora-
culũ eſt ipſa eccleſia, menśq; deuota, ſeu locus quicũq; oratiõis, in quib⁹ gratiaꝝ actio,vox
laudis,atq; ignitæ oratiõis oblatio immolant̃ altiſſimo. Ibi creator apparet in nube. Videm⁹
1.Co.13. em̃ ꝑ ſpeculũ in ęnigmate. Nec aliter poteſt nobis lucere radius lucis æternę,niſi ſenſibilium
fuerit ſpecieꝝ circuntectus velamine. Nubes rurſus eſt Chr̃i humanitas,ſacra ſcriptura,Præ-
Phil.3. dicator verbi cæleſtis,homo virtuoſus, cuius cõuerſatio eſt in cælis. Per quæ om̃ia nobis in
vita hac relucet,innoteſcit,apparet oĩpotens, Omnes etem̃ homines vident Deũ,vnuſquiſq;
Iob 36. intuet̃ procul. Veruntamẽ interdum anagogica cõtemplatiõe atq; theorica claritate,eleuat̃
& rapit̃ mens amoroſa & pura in Deũ, dicẽte Apoſtolo: Nos aũt reuelata facie gloriam dñi
2.Cor.3. ſpeculãtes. Vitulũ offeret ꝓ peccato, & arietẽ in holocauſtum. Vitulus ꝓ peccato offertur,
dũ caro indomita & laſciua iugo ſubijcit̃ diſciplinæ,& ieiunijs, vigilijs, laboribuśq; caſtigat̃
ſalubribus,atq; ab om̃i refrenat̃ voluptate iniqua. ¶Porro qui ad Chr̃m ſunt ꝑtinentes, hoc
Galat.5. vtiq; modo carnem ſuã cum vitijs & cõcupiſcentijs crucifigũt. Quo patet,quàm pauci vere
Chr̃iani cõſiſtant. Aries autẽ in holocauſtum offert̃, dum ſuperior pars animæ inferioribus
viribus p̃bens ducatum, diuino cultui totaliter cũ inflãmatione charitatis valida mãcipat̃.
Vitulũ q̃q; offerimus,dum Chriſti propter nos crucifixi virtute & meritis, veniam,gratiam
& ſalutẽ obtinere precamur. Similiter arietẽ immolamus in holocauſtũ,dum amariſſimam
paſſionẽ filij Dei p̃ſentamus æterno patri cũ gratiaꝝ actione perenni. Tunica linea veſtietur
de ſpiri-

de ſpiritali ſignificantia haꝝ ſacerdotaliũ veſtiũ,& q̃liter virtutibus ꝑ eas ſignatis oĩs Chr̃ifi
delis,p̃ſertim in ſacris ordinibus cõſtitutus,ſit ordinandus,in expoſitione cap.8. eſt expreſ-
ſum. Suſcipiet́q; ab vniuerſa multitudine duos hircos pro pc̃tõ. Per hircũ vno modo no-
tat̃ caro Chr̃i,ꝓpter ſimilitudinem ſuam cũ carne pc̃i. Alio modo caro nr̃a immunda,ſen
ſitiuusve appetitus. Nõ aũt ſufficit ad nr̃am ſalutem,vt ſuperior noſter paſſionẽ Chr̃i ꝓ no-
ſtris tranſgreſſionibus offerat patri, niſi inducat nos ad hoc, vt ꝓprium q̃q; corpus diuino
ſubdamus obſeq̃o:nec rurſus ſufficit ſeruitus nr̃a,niſi virtus & meritum paſſionis vnigeniti
Dei nobis cõmunicentur. Vtrunq; igit̃ hircum accipiat is q præeſt, q̃tenus ſibi cõmiſſis in-
dulgentiam & ſalutem procuret. Deniq; ꝑ caprum emiſſarium in ſolitudinẽ miſſum, pc̃tã
populi ſup ſe baiulantem,Chr̃s ſignificatur, in quem pater poſuit iniquitates omnium no-
ſtrum:qui baiulans ſibi crucem,exiuit,& q̃ non rapuit,ſoluit:atq; in mõte Caluariæ rabidis Eſaiæ 53.
canibus & atrociſſimis beſtijs expoſitus fuit ad deuorandũ, q aperuerũt ſuper eum ora ſua, Matt.27.
exprobrãtes: ꝑcuſſerunt́q; maxillã eius, & ſatiati ſunt pœnis ipſius. Aſſumptóq; thuribulo. Pſal.68.
Per hoc thuribulũ poteſt intelligi cor humanũ,q̃d implendũ eſt prunis altaris.i.incitamen Ioan.19.
tis diuini amoris & ſanctæ dilectiõis obiectis. Thymiamate q̃q;.i.meditationum & or̃onũ Pſal.21.
ſuauitate, ac redolentia bonæ exemplariśq; famæ, vt cura habeat̃ de bono noĩe. Cuḿq; cor Iob 16.
fuerit his repletum, introducendũ eſt in cõtemplationis ſecretũ vltra velũ,vt ablato obſcuri
tatis velamine,intueatur affectuoſe ac lympide,q̃ ſupincompræhenſibilis ſit creatoris maie
ſtas,q̃ item immenſa ſupadmirabilis trinitatis felicitas. Nullus hoĩm ſit in tabernaculo, qñ
pontifex ingredietur ſanctuarium,vt roget pro ſe & pro domo ſua. Per pontificẽ intellect⁹
accipitur, q eſt ſumma vis aĩæ,atq; multiplicem hoſtiã pro toto hoĩe offert Deo,eum depre
cando,laudando ac venerando. Cũ igitur intellectus ingredit̃ ſanctuariũ.i.verticẽ ſuũ aſcẽ-
dit,& ſapientiæ myſteria aggredi parat,nullus in tabernaculo aĩæ maneat: q̃a tunc vniuerſę Ecci 41.
diſtractiones,inq̃etudines,curę,phantaſmata,fabulatiões & occupationes imꝑtinentes,ſunt
ꝓrſus abijciendæ,q̃tenus ſoli altiſſimo acies intelligentiæ infigatur,& purã,feruentiſſimã ac
ſtabilẽ or̃onẽ immolet dño pro ſe & proximis ac tota eccleſia, pro viuis ac mortuis. ¶Præ-
terea de huius cap. myſtica expoſitione loq̃tur Thomas: Chr̃s ſignificatur per vitulum,pro
pter virtutem:& ꝑ arietem,qm̃ ipſe eſt dux fidelium, ſicut aries ouium:atq; ꝑ hircum, ꝓpter Eſaiæ 55.
ſimilitudinẽ carnis pc̃i. Ipſe autem Chr̃s oblatus eſt pro pc̃tis ſacerdotũ ac populi. Sanguis
autem vituli & hirci ꝑ pontificem illatus eſt in ſancta ſanctorum, q̃a per ſanguinẽ paſſionis
Chriſti patet nobis introitus in regnum cæloꝝ. Combuſta autem ſunt illoꝝ corpora extra
caſtra, quoniam extra portam paſſus eſt Chr̃s. Per hircum autem q emittebatur, poteſt ſi-
gnificari vel ipſa Chriſti diuinitas, quæ Chr̃o patiente in ſolitudinem abijt,non locum mu-
tando,ſed virtutem ſolitæ protectionis ac influentiæ ſubtrahendo: vel ſignificatur concu-
piſcentia,quã debemus abijcere,virtuoſośq; motus dño immolare. ¶Poſtremo de eadẽ ma
teria ſcribit Parrhiſiẽſis: Voluit Deus in hirco emiſſario inſinuare, ꝙ ſicut hircus ille ſine cu
ſtode relinquebatur in deſerto,expoſitus beſtijs deſerti ad deuorandũ pro peccatis populi,q̃
in figura portabat,ſic populus oneratus peccatis,atq; à Deo cuſtode ac defenſore ſuo relict⁹,
beſtijs.i.principibus & tyrannis malorum regnoꝝ,inimicaꝝ́q; nationum, diripiẽdus ac di
lacerandus eſſet: ſićq; Deus populum ſuum ſapienter admonuit,vt ſi Deũ habere vellẽt ꝓpici
um,vitarent immũditias vitioꝝ. Et ꝙ alter hircus cremabat̃,alter in eremũ mittebat̃, ſigni
ficabat,ꝙ quædã vitia ſunt fuganda longe,longéq; fugiẽda,videlicet cõtagioſa & ſcandaliza
tiua. Alia vero cõſumenda & cõcremanda ꝑ pñiam & ſacrificiũ, vel potius totũ intelligit̃ de
cũctis pc̃tis. Oĩa nãq; fugãda,fugiẽda & cõſumẽda cõſiſtũt. Septena vero ſanguinis adſpſio fi
ebat cõtra idololatriæ ritũ,qm̃ q̃dã idololatræ totũ ſanguinẽ immolaritiũ apponebãt dęmo
nibus ad bibendũ,nihil de ſanguine reſeruabant,* & offerentibus niſi ꝓpter aliq̃s ſcripturas *adeo vt nec offe rentib⁹
aut figuras inde faciendas,aliq̃d reſeruaret: q̃d à multis idololatris factũ eſſe, certũ habemus.

¶Expoſitio literalis cap.17. Et loquutus eſt dominus ad Moſen. Arti.35.

POnunt̃ quædã in iſto cap. in cunctis ſacrificijs obſeruanda, p̃ſertim determinatio loci.
[Loquutus eſt dñs ad Moſen,dicens: Loquere Aaron & filijs eius & cũctis filijs Iſrael,di-
cens ad eos: Iſte eſt ſermo quem mandauit dñs,dicens: Homo quilibet].i. quicunq; [de
domo Iſrael].i.ſemine Iacob patriarchæ, ſeu aliq̃ tribu deſcendente ex illo, [ſi occiderit ouẽ
aut bouem ſiue capram,]q̃ tria erant animalia immolatitia, idcirco nunc ſermo eſt de ma-
ctatione animalium hoꝝ ad immolandum,[in caſtris vel extra caſtra].i.in domibus ſeu tẽ-
torijs ſuis,vel extra,ſeu in agris,nõ ꝙ ibi poterant aĩalia offerenda occidere,ſed ſi ibi hoc fe-
cerint, ꝙ eſſet pc̃tũm cõmiſſionis. [& non obtulerit ad oſtiũ tabernaculi oblatiõem dño].i.
animal immolandũ non adduxerit ſacerdoti ad oſtium atrij, vt per manum ſacerdotis exe-
quutio ſacrificij fiat,& illud nõ facere eſſet pc̃tũm omiſſionis,[ſanguinis reus erit].i.morta-
li pc̃tõ obnoxius,vel etiã ſecũdũ legẽ morte plectẽdus aut dign⁹ occidi. ideo ſubdit̃,[q̃ſi ſi ſan
guinẽ fuderit,ſic ꝑibit de medio populi].i.puniendus eſt,quemadmodũ homicida. Veruntñ

nõ videtur ꝙ ſacrificium offerre extra debitum locũ,aut illud negligere,fuerit in ſe tã enor
me crimen vt homicidiũ.Quanuis enim pctã in Deũ,ſint grauiora pctis in ꝓximũ, loquen-
do in gñali,nõ tamen ſemper in ſpeciali.[Ideo offerre debent ſacerdoti filij Iſrael hoſtias ſu-
as].i.aĩalia offerenda pſentabunt alicui ſacerdotum in loco præfixo,nec ſibijpſis aſſument ſa
cerdotale officium.[quas] hoſtias [occidunt in agro:]qa pro tunc nonnulli ex filijs Iſrael ta
lia mactauerunt in agris & alijs locis,inſtar gentilium ſacrificantes vndiq; indifferenter,p-
ſertim lege nondum data, & tabernaculo non conſtructo. [vt ſanctificentur dño ante oſti-
um tabernaculi teſtimonij,& immolent eas hoſtias pacificas domino].i.ipſa aĩalia à ſacerdo
te inſpecta & apta offerri iudicata,deputẽtur ad Dei reuerentiã loco debito offerenda.[fun-
datq; ſacerdos ſanguinem ſuper altare dñi]hoc eſt,ſuper altare holocauſti. qualiter aũt id fi
eri debuit,dictum eſt in multis capitulis.[& nequaq̃ vltrà immolabunt hoſtias ſuas dæmoni
bus].i.de cætero nõ debent nec licebit eis hoc facere,[cũ qbus fornicati ſunt].i.ſpiritale ad-
ulteriũ cõmiſerunt,auertentes aĩas ſuas à Deo ſponſo aĩaꝝ fidelium, & coniungentes ſe dæ
monibus p cõſenſum & impij actus ꝓductionẽ.Porro q creaturæ ſeruiũt magis q̃ creatori,
Roma.1. & idolis ſeu corporibus cæleſtib⁹,aut elemẽtis, aut defunctoꝝ ſpiritibus ſacrificãt,q̃uis di
recte non intẽdunt dæmonibus obſeq aut ſeruire,tñ eis immolãt atq; deſeruiunt æqualiter,
ter,& ex dæmonum inſtigatione ꝓcedit tãta impietas,& complacet eis:ipſi q̊q; in idolis ſæ-
pius habitauerunt,& reſponſa dederunt. Conſequẽter q̊d dictum eſt,euidentius reſumitur.
[& ad ipſos dices:Homo de†domo Iſrael].i. natu Iſraelita, [& de aduenis q peregrinantur
†filijs apud vos].i.quicũq; proſelytus,ſeu ad Iudaiſmum cõuerſus. [qui obtulerit holocauſtũ ſiue
victimam].i.quamcunq; oblationem legalẽ,videlicet hoſtiã pacificã aut ꝓ pctõ, & ad oſtiũ
tabernaculi teſtimonij non adduxerit eam, vt† offeratur dño] per manus ſacerdotis in loco
†offerat determinato & conſecrato, [interibit de populo ſuo.] Veruntñ viri fideles & aliq ſancti in
veteri teſtamento leguntur extra hunc locum dño obtuliſſe, vt patet de Gedeone, & patre
Iudi.16. Samſonis,Salomone,Helia,q̊d ex diuina diſpenſatione,reuelatione aut inſpiratione credit
Iudic.13. factũ.Cõſequẽter eſus ſanguinis gñaliter ꝓhibet,q̊d & ſuprà interdũ expoſitũ eſt,& cauſæ ꝓ
3.Reg.8. hibitionis pħabitæ ſunt,nec eſt difficultas in textu.[Homo qlibet de domo Iſrael & de adue
nis, q pegrinant inter vos,]Et iſtud de mulieribus q̊q; eſt intelligendũ.[ſi cõederit ſanguinẽ,
obfirmabo faciẽ meã cõtra aĩam illius].i.dictricte ac vindicatiue adſpiciã illũ. [& diſpdam
eã de ppl'o ſuo:]eũ plagãdo ſeu occidẽdo,nec erit p charitatẽ incorporatus ſynagogæ electę
ſeu vere fideli,niſi pœniteat,vel ex cauſa diuinæ ſapientiæ nota,differatur vltio talis.[qa aĩa
carnis in ſanguine eſt].i.ex bona ſanguinis diſpoſitione,pſertim dependet vita aĩalis,ſeu exi
ſtentia & pmanentia aĩæ in corpore aĩato.Sicq; videt crudele, ſanguinẽ ſeu aliqd ex ſangui
ne confectum,cõedere.Iudæi aũt ad crudelitatẽ & ſanguinis effuſionẽ erant procliues. ideo
iſtud pceptum eſt ipſis,vt vel ſic à crudelitate ad miſericordiã traherent.[& ego dedi illum
vobis].i.vſum ſanguinis ad hoc vobis conceſſi, [vt ſuper altare meum expietis pro aĩabus
veſtris].i.quatenus ſacerdos ſanguinem hoſtiaꝝ veſtraꝝ ſuper altare fundendo aut linien-
do,cooperetur veſtræ purgationi,& ignoſcantur vobis pctã vrã. ideo ſeqtur: [Et ſanguis p
aĩæ piaculo ſit].i.pro remiſſione peccati aĩaꝝ vraꝝ fundatur, ad pfigurandum vniuerſalem
& plenã purgationẽ ac liberationem p ſanguinem Chri:ad q̊d pſignandum, vniuerſa legis
ſacrificia principaliter ordinabãtur. [Aĩa q̃ comederit morticinum].i. corpus aĩalis per ſe
mortui,& liciti ad veſcendũ ex ſua natura,& ſi apte paretur.[vel captum à beſtia].i.dilania-
tũ ab aliq̃ fera, & ſic mortuũ, anteq̃ viuũ eripiat,ſeu læſum ſatis cito & cõuenienter coq̃tur.
[tã de indigenis q̃ de aduenis.]Vnde ante hæc verba in textu habetur: [Homo qcunq; de fi-
lijs Iſrael venatione ſiue aucupio cepit ferã vel auem,qbus veſci licitum eſt,fundat ſangui-
nem eius,vt operiat illum terra.] Itaq; aĩa.i. homo q comederit morticinum vel captum à
beſtia, tam de indigenis q̃ de aduenis.i.ſiue ciuis fuerit,ſiue peregrinus,& ad ritum veſtrum
conuerſus, [lauabit veſtimenta ſua & ſemetipſum aqua:] vt ſic aqua adſperſionis purgetur.
[& contaminatus erit vſq; ad veſpeꝝ,& hoc ordine mundus fiet.] Iſtud præhabitum eſt ſu
prà atq; expoſitum.Iſtud q̊q; in primitiua eccleſia ſancti apoſtoli præceperunt ad tempus à
Acto.15. conuerſis gentilibus obſeruari,iuxta illud Actuũ:Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis,vt abſti-
neatis vos ab immolatis ſimulacroꝝ,& ſanguine,& ſuffocato, & fornicatione. Vnde per la
ceratum à beſtia,quidam intelligunt ſuffocatum duntaxat,vel diu iam mortuum.¶Prę́ter-
ea de hac materia ſcribit Thomas compendioſe in prima Secundæ,quæſt. 102. ꝙ ad vitan-
dum idololatriæ occaſionem,voluit Deus ſibi in vno loco offerri, quia ad idololatriã Iudæi
erant proniſſimi,atq; vt fides vnius Dei in cordibus hoĩm firmaretur:ad oſtendendum q̊q;
ꝙ corporalis cultus & legalia ſacrificia non erant ei per ſe accepta. Secus eſt de cultu nouæ
legis,in cuius ſacramentis gratia continetur.quantum vero ad ſpũalem Dei cultum, conſi-
ſtentẽ in doctrina legis ac ꝓphetaꝝ, & in oratiõibus ac laudibus Dei,habebãt Iudæi loca ad
hoc deputata diuerſa,videlicet ſynagogas,ſicut & nunc habent Chriſtiani plures eccleſias.
Myſti-

Myſtice vero voluit ſibi Deus in vno loco ſacrificari,ad pfigurandum ꝙ in euangelica lege
oĩa fieri & offerri debeant in eccl'aſtica vnitate,atq; indiuidua charitate,in vnius fidei ara,vt
vniuerſæ hæreſes vitentur & ſchiſmata,& quicquid charitati repugnat. Inſuper & nos ho-
ſtias noſtras nequaquam de cætero dæmonibus offeramus, ſed Deo, ita vt omne quod agi- Galat.1.
mus, ad Dei honorem & gloriam ſynceriter ordinemus ac faciamus, oĩ̃i excluſa vanitate
ac ſiniſtra intẽtione.Nec ſanguinẽ manducemus.i.iniqs & carnalibus alioꝝ opibus nõ com
municemus nec conſentiamus,iuxta illud Apl'i:Non acquieui carni & ſanguini.Vel ſangui
nem manducare,eſt crudelitatẽ in alios exercere,ſeu labores & bona illoꝝ cõſumere.Porro
ſi aliqd ceperimus venatiõe .i.aliquẽ ad viã ſalutis cõuerterimus pdicatione, aut aucupio.i.
oĩone,anteq̃ illum edamus.i.cõuerſatione ac imitatione ipſius nos reficiamus,prius funda-
mus ſanguinẽ eius.i.actus & affectus carnales abſtrahamus ab ipſo,vt mundus ſit cibus.Qui
eñ cõederit morticinũ vel captũ à beſtia.i.eius actib⁹ prauis cor ſuũ refecerit,q ex ꝓpria in-
fectiõe aut malignitate in mortalia lapſus eſt,vel captũ à beſtia.i.à malignis ſpiritib⁹ victũ,
ſeu beſtialiũ aut ferociũ hoĩm pſuaſione deceptũ,& ſpiritaliter mortuũ,interibit,niſi ſua la
uerit veſtimenta.i.vitam & actus ſuos p pœnitentiæ lachrymas & ſatisfactionẽ purgauerit.

¶Declaratio cap.18.Loquutuſq; eſt dominus ad Moſen. Arti.36.

DOminus in exordio huius capituli q̃ſdam reſumit exhortatiões ac iuſſiones pħabitas,
deinde grad⁹ q̊ſdam cõſanguinitatis & affinitatis à matrimonio excludit. [Locutuſq;
eſt dñs ad Moſen, dicens: Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos]ex parte mei:[Ego ſum
dñs Deus veſter,]qm̃ vobis ſpecialiter legẽ trado,gratioſus beneficuſq; exiſto,& à vobis ad-
orari & coli regro.[Iuxta cõſuetudinem terræ Aegypti in q̃ habitaſtis,non facietis].i.conſue
tudinem idololatrandi Aegyptioꝝ vobis prohibeo, [& iuxta morem regiõis Chanaan,ad
quam ego introducturus ſum vos, non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis,] imi-
tando idololatrias & cætera Chananæoꝝ facinora. Horum duorum populoꝝ idololatrias
& peccata ſpecialiter prohibet eis, quia de conſuetudinibus Aegyptijs aliquid contraxerũt,
vitia Chananæorum faciliter incidere poterant. Oſtenſo quid debeant euitare, ſubdit quid
agere debeant.[Facietis iudicia mea].i.iudicialia mea præcepta implete,[& præcepta]mo-
ralia[ſeruabitis]per memoriam & effectum,[& ambulabitis in eis,] perſeuerando vſq; in fi Matt.10.
nem.[Ego dñs Deus veſter.Cuſtodite leges meas].i. cæremonialia iuſſa[atq; iudicia.]Quę-
dã iudicialia pcepta,fuerũt inſtituta à Deo,q̃dã p eius vicarios,p reges & pontifices ſeu prin-
cipes,& vtraq; voluit Deus impleri.[q̃ faciẽs homo, viuet in eis] p grãm, inq̃tũ ex charitate
implentur,ſicq; per eoꝝ impletionem ad vitam gloriæ perducetur, nec obſtat ꝙ p Ezechie Ezec.20.
lem loq̃tur dñs:Dedi eis pcepta nõ bona,& legẽ ſeu mandata in qbus non viuent. Hoc eqdẽ
dictũ eſt,inquantũ lex non continebat grãm,& ipſa cæremonialia ex ſeipſis nõ iuſtificabãt,
nec erant Deo accepta,niſi ex offerẽtium deuotione & fide ſaluatoris futuri. Propter q̊d ait
Apl's:Nihil ad pfectum adduxit lex.Et rurſus: Ex opibus,inq̃t, legis nõ iuſtificabitur oĩs ho Hebr. 7.
mo.Seq̃tur de impedimentis matrimonij ex parte propinq̃tatis.[Ego dñs Deus veſter. Oĩs Roma.3.
homo ad ꝓximam ſanguinis ſui non accedet,vt reuelet turpitudinem eius].i. cunctis, pſer-
ſertim Iudæis,ꝓhibeo cum pſona conſanguinea copulã inire carnalẽ. de qbus aũt cognatis
ſeu affinibus iſtud ſit intelligendũ,cõſequenter determinatur.[Ego dñs. Turpitudinẽ patris
tui & turpitudinẽ matris tuæ nõ diſcoopies].i.nec filia patri, nec filius matri miſcebit. [Ma
ter tua eſt,non reuelabis turpitudinẽ eius].i.idcirco eã non cognoſces,qm̃ mater eſt tua,& p
conſequens,non tã irreuerenter & vitioſe tractãda.[Turpitudinẽ vxoris patris tui].i. geni-
tale tuæ nouercæ,[non diſcoopies. Turpitudo eñ patris tui eſt:]qm̃ vir & coniunx reputant Gene.2.
vna caro,& talis diſcooptio valde ignominioſa eſt patri. Propter quod Achitophel dixit ad 2.Reg.16
Abſalon:Ingredere ad concubinas patris tui,vt cũ audierit oĩs Iſrael ꝙ fœdaueris patrẽ tu-
um,roborent manus eoꝝ tecũ.Iacob q̊q; moriens, abominatus eſt inceſtũ huiuſmodi Ru- Gene.49
ben:Non creſcas, inquiens, quia aſſcendiſti cubile patris tui.[Turpitudinem ſororis tuæ ex
patre ſiue ex matre,] id eſt,ſiue ſit ſoror tua ſolum ex parte patris, ſiue tantum ex parte ma-
tris.[q̃ domi vel foris genita eſt].i.ex thoro legitimo ſeu illegitimo,vel domi.i.in Iudaiſmo,
vel foris.i.extra Iudaiſmũ.[nõ reuelabis,]& p conſequẽs, immo p locũ à maiori, turpitudi-
nẽ eius nõ reuelabis,ſi ex parte vtriuſq; parẽtis ſit ſoror tua.[Turpitudinẽ filię filij tui,vel ne
ptis ex filia,nõ reuelabis:]qm̃ taliũ puellaꝝ es auus,ideo ſubdit:[qa turpitudo tua eſt].i. tales
puellæ ſunt caro tua,qa de ſubſtantia ſeu ſemine ꝓlis tuæ ſunt natæ: ſicq; eaꝝ turpitudo eſt
tua,& tibi tã ꝓpinq̃,ꝙ eã nudare non debes.[Turpitudinẽ filiæ vxoris patris tui,quã peperit
patri tuo,& eſt ſoror tua,non reuelabis:]ſicut iam tactum eſt. Conſequenter prohibẽtur &
aliæ perſonæ à connubio ratione cõſanguinitatis vel affinitatis,& clarus eſt textus ex pindu
ctis. Veruntñ q̊d ait,[Vxorem fratris ſui nullus accipiat,]intelligẽdum eſt,fratre illo viuen
te,contra q̊d egit Herodes:vel niſi defunctus ſit ſemine nõ relicto.[Sororẽ vxoris tuæ in pel- Marc.6.
licatũ illius].i.ad concumbendũ cum ea meretricaliter,[non accipies,nec reuelabis turpitu-

dinem eius adhuc illa viuente].i.priori vxore tua,ſorore illius, nondũ defunctaː ex q̃ elicit,
ꝙ licuit priore defuncta.[Ad mulierem q̃ patitur menſtrua, non accedes,nec reuelabis fœ-
ditatem eius.]De cauſis & intellectu huius præcepti in expoſitione 15.cap.eſt tractatum.[cũ
vxore proximi tui non coibis,nec ſeminis commixtiõe maculaberis.De ſemine tuo nõ da-
Leuit. 15 bis vt conſecretur idolo Moloch.]Quemadmodum 3.Regum legitur,Chamos fuit idolum
3.Reg.11. Moabitaꝝ, Moloch vero fuit idolum Ammonitaꝝ. Cultores autem Moloch,interdum
miſcuerunt in ſacrificijs eius aliquid ſeminis ſeu ſpermatis ſui.Interdum parentes obtulerũt
infantulos ſuos idolo huic: quod,vt fertur,cupreum fuit & concauum,formam habẽs hu-
manam.Cumq; intus fuiſſet igne ſuccenſum,ponebat puerulus in vlnis ſeu manibus idoli,
& comburebat.Moxq; ſacerdotes tñ fecerunt ſonum cũ tympanis, ꝙ parẽtes & alij q adſta
bant,lamentationem infantis non audierunt,nec cõpaſſione affligerentur,ſed animam pu-
eri crederent à dijs ſuſceptã.[nec pollues nomen Dei tui]ipſum tã grauiter inhonorando,
ſeu incorruptibilis & incõmutabilis Dei nomen falſis dijs attribuẽdo.[Ego dñs: Cũ maſcu-
lo non cõmiſceberis coitu fœmineo:] cũ ſit Sodomiticũ vitium, & ignominioſum naturæ
ac ꝓpagationi indiuidui,cõſeruationiq; ſpeciei contrariũ.[qa abominatio eſt.]Cõformi-
ter fœmina ꝓhibet in fœminã exercere immunditiã:immo gñaliter ſicut p̃dicta ꝓhibent vi
ris,ita & fœminis,Sed de viris,q̃ſi de plurali,fit mẽtio.[Cũ omni pecore nõ coibis:] qa hoc
eſſet plus contra naturã,q̃ Sodomia.[nec maculaberis cũ eo]per cõtactũ,cõſenſum ſeu ꝓuo-
cationẽ ſtimulationis,reſolutionisve ſeminis.[Mulier nõ ſuccũbet iumento:]nec aliq̃ viti-
oſa affectione aut motiõe circa illud diſponet.[nec miſcebit ei,qa ſcelus eſt.Nec polluami-
ni in oĩbus his,qbus cõtaminatę ſunt vniuerſæ gentes,& in qbus polluta eſt terra,cuius ego
ſcelera viſitabo,vt euomat habitatores ſuos.Cuſtodite oĩa legitima mea atq; iudicia,vt non
faciatis ex oĩbus abominationibus iſtis, tã indigena q̃ colonus q ꝑegrinatur apud vos. Oẽs
eñ execrationes iſtas fecerunt accolæ terræ:]videlicet Chananæi:q̃ conſtat,q̃ enormiter pec
cauerũt,& q̃ iuſte à Deo plagati ſint. Ecce beatiſſimus Moſes diuinis aſſuetus alloqis,vt ab
obſcœno & libidinoſo affectu ac ope nos auertat, organũ ſexꝰ fœminei tã viliter exprimit,
vt vix aliqd vilius valeat excogitari. Tribus qppe noĩbus in iſto capitulo illud expreſſit,nũc
turpitudinẽ,nũc ignominiã,nũc fœditatẽ illud appellans.Cur igit ratio ſic obtenebrat,vt tã
Euſebiꝰ, inordinate & beſtialiter moueat,aut ſenſualitatẽ moueri ꝑmittat? ¶Circa hæc in Scholaſti
Matt.19. ca fertur hiſtoria:In primoꝝ parẽtũ cõiugio ꝓpter hoĩm raritatẽ, ſolũ duas ꝑſonas excluſit
dñs à cõiugio,dicẽs:Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ.i.nec filius matri,nec patri
filia copulabit.Sub lege aũt plures excepit,puta duodecim,q̃ ſunt mater,nouerca,ſoror, ne
ptis,amita,matertera,vxor patrui,nurus,vxor fratris,iuxta ſenſum p̃habitum, priuigna,fi-
lia priuigni vel priuignæ,ſoror vxoris:tã paucas tunc excepit, vt multiplicarent hoĩes: ſub
gr̃a plures excludunt,vbi continentia locum habet.& eſt hæc prohibitio circa coniugium:
ã fornicatione eñ oĩs excludit mulier.Vt aũt p̃habita clarius intelligant,penſandum q̊d ſu-
ꝑ quartum Sententiaꝝ diſtinct.40.ſcribit Thomas circa quæſtionem q̃ quærit,an conſan-
guinitas de iure naturali impediat matrimoniũ: Illud in matrimonio dr̃ eſſe contra legem
naturæ,per q̊d matrimonium redditur incompetens,reſpectu finis ad quem eſt inſtitutũ.Fi
nis aũt matrimonij,primo & per ſe eſt bonũ prolis,q̊d ꝑ conſanguinitatẽ quandã,ſ.inter pa-
trem & filiam,& inter filium & matrẽ impeditur,non vt oĩno tollatur, qa filia ex patre po-
teſt concipere,& ſimul cum eo ꝓlem inſtruere ac nutrire,ſed ſic,vt non fiat modo conueniẽ
ti.Inordinatum eſt eñ,vt filia quam oportet patri eſſe ſubiectam,tanq̃ ex eo procedentem,
iungatur ei in ſociam & comparem ad ꝓlificandum:atq; inordinatius eſt vt mater filio nu-
bat, cum vxor debeat viro aliquo modo eſſe ſubiecta. Porro finis matrimonij ſecũdarius, ta
men per ſe,eſt concupiſcentiæ refrenatio:contra quã eſſet,ꝙ perſonæ conſanguineę,p̃ſertim
R. Moſ. q̃ in eadem ſolent domo cohabitare,matrimonio iũgerentur.idcirco vt Rabbi Moſes ꝓte
ſtatur,tales perſonas à matrimonio lex excluſit,immo tales perſonæ debent ſuã pudicitiam
mutuo cuſtodire.Finis aũt matrimonij per accidens, eſt confœderatio hoĩm, & multiplica-
tio amicitiæ inter eos,dum homo ad conſanguineos vxoris,ſicut ad ſuos ſe habet.Huic aũt
fini matrimonij præiudicaretur,ſi perſonæ ſibi propinquæ ſociarentur connubio, quia ex
hoc non conſurgeret amicitia noua:ideo ſecundum leges humanas & ſtatuta eccleſiæ,plu-
res cõſanguinitatis gradus ſunt à matrimonio ſeparati.Sicq; cõſanguinitas quantũ ad quaſ-
dam perſonas,impedit matrimonium de iure naturali:quantum ad aliquas,de iure diuino:
quantum ad aliquas,de iure poſitiuo humano.Hæc Thomas.Qui iterum ait: Affinitas pręce
dens,matrimonium impedit contrahendum,dirimitq; contractum, eadem ratiõe qua con
ſanguinitas:nam ſicut conſanguineis,ita affinibus ineſt quædam cohabitandi neceſſitas.Et
ſicut eſt amicitię vinculũ inter cõſanguineos,ita & inter affines.Si aũt affinitas matrimonio
ſuperueniat,non poteſt ipſum dirimere.Atuero in noua lege ex ſtatuto eccleſiæ etiam ſpiri
talis cognatio,ſicut affinitas,matrimoniũ impedit,prout ſuper quartũ Sententiaꝝ diſtin
ctione

ctione 42. doctores conſcribũt. Poſtremo iuxta moralitatẽ, nõ debemus iuxta cõſuetudinẽ
terræ Aegypti facere.i.infideliũ more conuerſari,neq; vitioſis mũdi amatoribus cõformari.
Et ſpecialiter religioſus neq̃q̃ debet inſtar ſeculariũ viuere, neq; ſub habitu ſacro,ouino ac
ſpiritali,cor carnale,mundanũ aut ſacrilegũ gerere,violãdo ſuæ ꝓfeſſionis ſtatuta aut vota.
Per ꝓhibitionẽ aũt reuelationis turpitudinis ꝓpinq̃ꝝ ꝑſonaꝝ,inſinuat vitari oĩs inordina
ta reuelatio,ſeu detectio pc̃i aut defectuoſitatis ſiue ſecreti ꝓximoꝝ,ſiue hoc hoc fiat dire-
cte,ſiue indirecte:atq;(vt ait Gloſſa)maledictionẽ Cham incurrũt, q parentũ aut ſpiritaliũ Gene. 9.
patrum ſeu amicoꝝ & cõfitẽtiũ ſibi pc̃tã ex mala radice apiunt, improperãt, vel accuſant.
In q̃ re culpabiles ſunt detractor,q occulte alterius famã denigrat:maleuolus,q tacendo in-
nuit,vt alius q̊d peius eſt ſuſpicetur:repræhenſor q̃q;, q nimis exaggerat culpam alterius vt
grauior videatur:item ſuſurro & bilinguis, adulator & inuidus, ſimulator & mendax atq;
maledicus.De ſemine etiam noſtro non debemus dare vt cõſecretur Moloch.i.diabolo.Nã
Moloch interpretatur princeps & rex,per quem princeps tenebraꝝ rex filiorum ſuperbiæ,
deſignatur: cui donat & conſecrat ſemen ſuum, qui vel in actibus ſuis quærit placere homi-
bus,vel ex propoſito male agit,aut ſpiritalẽ filium ſuum aut ſubditum, exemplo aut verbis
trahit ad vitia,per quæ trahit atq; incorporat eum diabolo.

¶Explanatio literalis cap.19. Loquutus eſt dominus ad Moſen dicens. Arti.57.

REpetuntur in iſto capitulo aliq̃,ſvel in Exodo vel in iſto volumine habita. Multa q̊q;
præcepta adduntur.Eſtq; præſens capitulum ſententioſum,immo(vt R.Paulus teſta- R. Paul.
tur)apud antiquiſſimos Hebræoꝝ notabiliſſimum reputatur. [Loquutus eſt dñs ad
Moſen,dicens: Loquere ad oẽm cœtum filioꝝ Iſrael.] Cõmunitatem nanq; reſpiciunt iſta
præcepta.[& dices ad eos: Sancti eſtote,qa ego ſanctus ſum dñs Deus veſter.]Hæc eſt digna
tio Dei immenſa,ꝙ ſeruulos ſuos ad ſui aſſimilationem inuitare dignatur. Vnde hanc b̃nuo
lentiſſimã ac dignantiſſimã ſuæ maieſtatis exhortationem præmittit, vt per ipſam populũ
ſuum ad ſuoꝝ impletionem mandatoꝝ alliciat.Et qm̃ ſine præceptoꝝ cuſtodia nemo po-
teſt ſanctitatem adipiſci,mox ſubditur: [Vnuſqſq; patrem ſuũ & matrẽ ſuam timeat] filiali
timore,ita vt parentes ſuos,ſpiritalesq; patres tam cordialiter amet,& tam gratus ſit eis, vt
eoꝝ offenſam vereatur & vitet,quantum rationabiliter & ſine Dei offenſiõe potuerit.[Sab-
bata mea cuſtodite.] De huius intellectu & q̃litate p̃cepti, ſuꝑ Exodum dictum eſt copioſe.
Ego dominus Deus veſter. Nolite conuerti ad idola].i.ad idololatriam mens veſtra non in- Ex.20.23
clinetur,non conſentiat,non procedat,ne cultus vero,viuo,omnipotẽtiq; debitus Deo,cre
aturis aut figmentis impendatur, q̃ eſt iniquitas maxima & negatio contra Deũ altiſſimũ. Iob 31.
[nec deos cõflatiles faciatis vobis.Ego dñs Deus veſter.Si immolaueritis hoſtiam pacificoꝝ
dño vt ſit placabilis.].i.Deo accepta, [eo die q̊ fuerit immolata, cõedetis eam & die altero.]
Iſtud præceptum ſuprà ſcriptũ eſt atq; expoſitum.[Cumq; meſſueris ſegetes terræ tuæ,non Leuit. 7.
tondebis vſq; ad ſolum ſuꝑficiem terræ].i.blada non deſecabis ita totaliter,vt pro pauperi-
bus nihil remaneat,ſed aliquæ ſpicæ ac competens ſtipula pro illoꝝ neceſſitate ſunt relin-
quendæ in agro.[nec remanẽtes ſpicas colliges,neq; in vinea tua racemos & grana deciden
tia cõgregabis,ſed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes.]Ecce exhortatio & præce-
ptum ad pietatem,ad liberalitatem,ad charitatem fraternã inducens ac ꝑtinens.Quo ꝓba-
tur,Deum legis non eſſe naturaliter malũ,nec iuſtũ duntaxat, ſed etiã bonũ & piũ,cuius op
poſitum dixerunt impijſſimi hæreſiarchæ Marcion, Manichæus, Apelles, atq; Montanus.
[Ego dñs Deus veſter. Non facietis furtũ. Non mẽtiemini,nec decipiet vnuſqſq; ꝓximũ ſuũ.
Nõ peierabis in noĩe meo.].i.me non adhibebis in teſtẽ ad cõfirmandũ tuũ mendaciũ.[nec Exo. 20.
pollues nomẽ dñi Dei tui].i.Deũ tuũ non inhonorabis in tm̃,vt ipſum q eſſentialiter verus &
veritas eſt,inducas ad cõfirmationẽ mẽdacij,p̃ſertim dũ illud ſcis falſum eſſe. De his qa p̃ha
bita ſunt,trãſeo.Sed cur nõ reſumit hic pc̃tũm de fornicatione ſeu adulteratiõe vitãda? Rñ-
det,ꝙ inde facta eſt mentio partim in p̃cedenti cap.partimq; fiet in ſequẽti. ¶Circa hæc loq
tur Auguſtinus: Non mentiemini,nec calumniã facietis. In hoc p̃cepto videt contineri,ne-
q; falſum teſtimoniũ dices: qa calumnia ſine mendacio fieri non poteſt, q̊d falſo teſtimonio Auguſt.
includit.Sed quærit,an aliq̃ diſpenſatione.i.pro aliqua vtilitate,faciẽda ſint iſta. ſic pene vi
detur oĩbus, ꝙ mẽtiendũ ſit ꝑ ſalute vbi nemo lædit.An ſimiliter ergo furandũ eſt ei, cui per
furtũ cõſulit,velut ſi qs furet gladiũ volẽti ſe trucidare, quẽadmodũ calũnia fiebat ad maius
gaudiũ,quã Ioſeph de ſcypho intulit fratribus ſuis,qbus etiã exploratiõis falſum crimẽ intẽ Gene. 44
derat? Fortaſſis eñ furtũ non eſt,niſi dũ alieno occulte ablato ꝓximus lædit:mẽdaciũ aũt nõ
poſſumus dicere tunc tm̃ eſſe. cũ eñ à ſciente dr̃,mendaciũ eſt,ſiue qs,ſiue nemo lædat. Abſo
lute aũt dr̃, Nõ mẽtiemini,ſicut dictũ eſt, Nõ occides: qa cũ homo iuſte occidit,lex occidit,
non tu. Nunqd ſimiliter poteſt dici,cũ homo iuſte mentit,lex mentitur? Mentitæ ſunt ob-
ſtetrices, & Deus retribuit illis bona. Mentita eſt Raab, & liberata eſt. An qm̃ dictũ eſt in le- Exod. 1.
ge, Nõ mẽtiemini,nõ licuit in tali caſu & cauſa mẽtiri? Sed magis dicendũ, ꝙ qa iniuſtũ erat Ioſue 2.

mendacium, idcirco ꝓhibitum eſt: & nõ qa ꝓhibitum, idcirco iniuſtũ eſt. Forſan ergo ſic-
ut obſtetrices remuneratæ ſunt, non qa mentitæ, ſed qa liberauerunt infantes: Et ꝓpter hãc
miſericordiã veniale fuit illud mendacium, non tñ nullum pc̃tũm. Similiter de Raab dicen
dum. Sed ne putet qſq; in cæteris pc̃tis, ſi ꝓpter liberationem hoim fiant, ita poſſe cõcedi ve
niam. Multa enim mala, intolerabilia, deteſtanda, talem ſequũtur errorẽ. Hæc Auguſtinus.
[Ego dñs: Non facies calumniam ꝓximo tuo,] aliqd falſi ei imponendo, aut ſua ab eo extor
quendo cum apparenti motiuo, ſed iniuſto, [nec vi opprimes eum:] qa hoc eſſet crudele, in-
humanum & impium. [Non morabit opus mercenarij apud te vſq; mane] .i. operãti apud
te pro q̃tidiana mercede, da iuſtam mercedem eadem die, q tñ indigeat & reqrat, & tibi poſ-
ſibile ſit. Mercenarij enim pauperes eſſe ſolent. Vnde in Eccleſiaſtico legitur: Qui ſanguinẽ
Eccl 34. fundit, & q fraudẽ facit mercenario, fratres ſunt. [Nõ maledices ſurdo, nec coram cæco po-
nes offendiculum.] Iſti enim ſunt miſerabiles perſonæ, qbus non eſt addẽda iniuſta afflictio,
nec valent ſe iuuare, reſpondendo & euadendo, immo nulli eſt maledicendum ex zelo iniu-
Rom. 14. ſto, ira, impatientia aut rancore. Similiter offendiculum nulli ponendum eſt, cum & Apoſto
1. Cor. 8. lus dicat: Ne ponatis offendiculum fratri aut ſcandalum. [ſed & timebis dñm Deum tuũ, qa
Eccẽs 7. Prou. 15. & 16. ego dñs ſum.] Quem qui veretur, præfata mala, immo & cætera vitia deteſtatur, quẽadmo-
dum ſcriptum eſt: Qui timet Deum, nihil negligit. Itemq;: Qui timet dñm, declinat à malo.
[Non facies q̃d iniquum eſt] .i. contra iuſtitiam. [nec iniuſte iudicabis] ex amore vel odio,
timore aut cupiditate, aut aliquo impetu paſſionis, & ſumme cauendũ, ne qs ſcienter hoc fa
ciat. Cauſam vero quam iudex ignorat, diligentiſſime perſcrutet. [Non conſideres pſonam
Exo. 23. pauperis,] hoc eſt, q̃d alio loco idẽ iſte præcipit legiſlator, Pauperis non miſereberis in iu-
dicio. Quanuis ergo cæteris paribus, quantum rationabiliter fieri poteſt, condolendũ, con-
deſcendẽdum, & ſuccurrendum ſit pauperi, non tamen in foro iudicij, in grauamẽ iniuſtũ al-
terius partis, neq; ſic vt derogetur iuſtitiæ, aut in reipublicæ detrimentum. Cæteꝝ, ſi pauper
ſit ſimplex, formidoloſus, mœſtus & innocens, aut excuſabiliter reus, parsq; aduerſa, audax,
aſtuta & potẽs, piũ & iuſtũ eſt, pauperẽ verbo & ſigno cõfouere & aĩare, quemadmodũ S. Iob
Iob 29. loqtur: Cũq; ſederem q̃ſi rex circunſtante exercitu, eram tñ mœrẽtium conſolator. [nec ho
nores vultum potentis.] Iſtud, ſicut præcedens p̃ceptum, eſt intelligendum, vt ſ. in iudicio nõ
deferatur parti aduerſæ, q̃uis nobili ac potenti, contra iuſtitiam, ſed ſine perſonaꝝ accepti-
Exo. 29. one fiat iuſtitia, ita vt cuicunq;, quantumlibet propinquo aut dilecto vel familiari, exhibea-
tur q̃d iuſtum & condecens eſt, qm̃ iudex debet eſſe quaſi lex animata ac viua iuſtitia, à qua
nihil æquitati contrarium, aut bono communi repugnans, procedere queat. Veruntamen
potentes ac nobiles, inquantum ſunt Dei vicarij ac miniſtri, & publicæ perſonæ in officijs
Rom. 13. conſtitutæ, ſeu virtuoſi & ſuperiores, ſunt ſpecialiter honorãdi, ſicut ait Apl's: Cui honorem,
honorem. Hinc ſubditur: [Iuſte iudica proximo tuo] .i. ad profectum ſeu vtilitatem proxi-
mi tui profer iuſtum iudicium in cauſa ipſius, tu qui ex officio vel commiſſione habes iudi
care de illo. Porro vſurpata, temeraria, & iniuſta iudicia ſunt vitanda, nec ex leui ſuſpicio-
ne eſt iudicandum. Si autem aliquis reus eſt, expedit ei vt iuſte dijudicetur, & in vita punia-
tur præſenti, ne pereat aut multo grauius puniatur in poſteꝝ. [Non eris criminator:] hoc
eſt, accuſator maleuolus aut mendoſus, ſed potius fratrum amator, & charitatiuus detector
pc̃ti ꝓximi tui, dum charitas vel iuſtitia id requirunt, opportunoq; loco & tempore. ¶ Cir-
ca hoc ſcribit † Eſtius. Septuaginta tranſtulerunt, non ambulabis in dolo in gente tua. Da-
Pſal. 5. uid quoq; coniungit homicidium dolo, dicens: Viꝝ ſanguinum & doloſum abominabitur
dñs. Dolus enim eſt occultus gladius, vt dolum velociter fugiamus, q tanto crimini, ſ. homi
cidio, eſt coniunctus. [nec] eris [ſuſurro in populis] .i. ſeminator diſcordiæ inter fratres. ¶ De
hoc ait Thomas in ſecunda Secundæ: Suſurratio & detractio in materia ac modo loquendi
cõueniunt, qa vterq; ꝓfert de alio malum occulte, ꝓpter q̃d vnum frequenter pro alio ſumi
tur: ꝓprie tñ loquendo, differunt in fine: qa detractor intendit alterius famã denigrare, ſuſur
Prou. 26 ro aũt alioꝝ amicitiã conat corrumpe ſeminando diſcordias. Vnde in Prouerbijs habetur:
Suſurratore ſubtracto, litigia cõquieſcunt. Hinc ſuſurro ꝓprie vocat bilinguis, qm̃ inter du
os duabus vtitur linguis, de vtroq; proferens malum in aure alterius. Hinc ſuſurratio eſt gra
Eccl 28. uius crimẽ, q̃ detractio, immo q̃ cõtumelia. Vere ergo in Eccleſiaſtico ſcriptũ eſt: Suſurro &
bilinguis maledictus, multos em̃ turbauit pacẽ habẽtes. [Nõ ſtabis cõtra ſanguinẽ proximi
tui] .i. ad lædendũ vel occidẽdũ proximũ tuũ cõtra proceſſum, formamq; iuris operã nõ impẽ-
des, neq; cõſenties, nec te cõiunges his q proximo inſidiant, ſicut multi alijs ſociati, faciũt q̃d
p ſe nõ poſſunt. [Ego dñs: Ne oderis fratrẽ tuũ in corde tuo.] Ex hoc arguit, qa ſecundũ legis
intentionẽ oĩs proxim⁹, inq̃tũ rõnalis creatura ad Dei imaginẽ facta, & beatitudinis capax,
Matt. 23 ſit ex charitate amãdus. Oẽs etem̃ fratres ſumus cõione naturæ ſpecificæ, & vnius patris cęle
ſtis identitate, atq; ex eiſdẽ primis parẽtibus orti. Qui autẽ eiuſdẽ religionis aut profeſſionis
cõſiſtunt, ampliori rõne ſunt fratres. Vnde hoc loco p fratrem, etiam ſoror & qlibet homo
viator

viator eſt intelligendus: & in iſto errauerunt & errãt Iudæi, qui putãt aduerſarios odiendos.
Præcipue aũt vitãdum eſt, ne quis malitioſe ſeu ex rancore obſeruet & celet peccatum alte-
rius, vt ſuo tẽpore in maiorẽ illius pniciẽ detegat illud. idcirco ſubiungit: [ſed publice ar-
gue eum] .i. euidenter & charitatiue, nõ tamen ſemp aut ſtatim in alioꝝ p̃ſentia, ne exaſpe-
retur aut vileſcat in cordibus proximoꝝ, ſeu lædat in fama: ſed vt docet ac iubet Saluator,
primo in ſecreto eſt corripiendus, et ſi ita nõ acquieſcit, adhibendi ſunt vnus vel duo teſtes.
Quod ſi nec ita corrigit, denunciãdum eſt eccleſiæ, ſeu iudici aut prælato. In aliquibus tamẽ Matt. 18.
criminibus bonum cõmune lædentibus, oportet qñq; ſtatim iudici denũciare. Eſt autẽ incre
patio iſta actus charitatis, & ſic ſpectat ad oẽs: eſtq; intermittẽda vel differẽda, ſi non ſit ſpes
probabilis de emẽdatione peccãtis. Eſt etiã actus iuſtitiæ, ſicq; ad præſidentẽ ac iudicẽ per-
tinet. Et illius diſcretioni relinquit, an ſtatim increpet & caſtiget eum, de cuius emenda-
tione ſpes parua vel nulla apparet. Si tamen ex dilatione diſciplinæ lædat bonum cõmune,
nõ eſt amplius diſſimulãdum, ſed rigore iuſtitiæ eſt vtendũ. Sic ergo argue fratrẽ delinquẽ-
tem, [ne habeas ſup illo peccatũ:] hoc eſt, ne particeps ſis peccati illius illud palpãdo, aut in-
debite occultãdo, & ne efficiaris tranſgreſſor diuini p̃cepti: quia (vt aſſerit Auguſtinus) ſi in-
crepare neglexeris, peior eo qui peccauit, efficeris. [Nõ quæres vltionẽ] .i. iniuriã tibi factam Auguſt.
nõ vlciſceris, nec vlciſci optabis, præſertim ex ira per vitiũ, tamen ira per zelum nõ repro-
bat. Nam & vindicatiua, quæ operat rectitudinis zelo, eſt pars iuſtitiæ. Veruntñ cæteris pa-
ribus, cõmendabilius eſt ęquanimiter pati, q̃ vindicare. Si aũt ex patientia tali deroget iuſti-
tiæ, & lædat bonũ cõmune, ſeu iniuriator fiat ad iniuriãdum ꝓcacior, expedit iuſtã optare
ac fieri vltionẽ, vt reprimant tot mala, ne pereat iniurioſus in fidẽ. [nec memor eris iniuriæ
ciuium tuoꝝ] .i. ex ira & impatientia ſeu rancore memor nõ ſis iniuriaꝝ tibi à proximis il
lataꝝ. Veruntñ eo modo, quo licet aut expedit quærere vltionem, licet & expedit recordari
iniuriæ tẽpore opportuno, & ſine animi pturbatiõe. [Diliges amicũ tuum ſicut teipſum] .i.
in Deo & propter Deũ, vt ſimul cum eo acquiras ſalutẽ. Non tñ per iſtud datur intelligi, q
inimici ſint odiẽdi, niſi inquãtum iniqui .i. quo ad id q culpa in eis eſt. ſic em̃ odiunt à Deo,
quemadmodũ ſcriptum eſt: Odio ſunt Deo impius & impietas eius. Veꝝ (vt ait Saluator) Matt. 5.
Si diligimus eos, qui nos diligunt, tantum, quã mercedẽ habebimus? Nonne & ethnici hoc Ibidem.
faciunt? Debemus ergo inimicos ꝓpter Deũ diligere, qm̃ ipſe hoc iuſſit, atq; ad eius imagi
nem ſunt plaſmati, & ipſe creator omnipotens quãtum in ſe eſt, coꝝ cupit ſaluationẽ, & ad ſa
lutẽ multipliciter eos inſtigat p ſe, p angelos ſanctos, p hoĩes bonos, p beneficia atq; mira-
cula, imo & cõminãdo ac pterrendo. [Ego dñs: Leges meas cuſtodite. Iumẽta tua nõ facies
coire cũ alterius generis animãtibus. Agrũ nõ ſeres diuerſo ſemine. Veſtẽ quæ ex duobus te-
cta eſt, nõ indueris.] Hic ponunt tria p̃cepta, p quæ tres ꝓhibent cõmixtiões. Prima eſt indi-
uiduoꝝ diuerſaꝝ ſpecieꝝ. Secũda, diuerſoꝝ ſeminũ ſeu granoꝝ in agro eodẽ. Tertia, diuer
ſoꝝ pannoꝝ ſeu coloꝝ in vna veſte. Quaꝝ iuſſionũ ad literã cauſa eſt, qm̃ Deus voluit po-
pulũ ſe colentẽ, ab idololatris diſtingui. ¶ Vnde de his p̃ceptis ſcribit S. Thomas in prima
Secũdæ q̃ſt. 102. Circa ꝓhibitionẽ cõmixtiõis aĩaliũ diuerſaꝝ ſpecieꝝ, ratio lr̃alis potuit eſſe
triplex. Vna, ad deteſtationẽ idololatriæ Aegyptioꝝ, q tales cõmixtiões fieri ꝓcurauerũt in
obſequiũ planetaꝝ, q ſecundũ diuerſas cõiunctiões, cauſant diuerſos effectus & diuerſas ſpe-
cies reꝝ. Alia ratio eſt, ad excludendũ cõcubitus cõtra naturã. Tertia, ad tollendũ vniuerſa-
liter cõcupiſcentiaꝝ occaſionẽ. Animalia nãq; diuerſaꝝ ſpecieꝝ nõ miſcent de facili inuicẽ,
niſi p hoĩes ꝓcuret, & in adſpectu huiuſmodi coit⁹, excitat homini cõcupiſcẽtiæ mot⁹. Vn-
de (vt Rabbi Moſes narrat) in traditiõibus Iudæoꝝ fuit p̃ceptũ, vt hoĩes oculos ſuos auerte- R. Moſes
rent ab animalibus coeuntibus. Cõformiter cõmixtiões ſeminũ in agricultura, ad literã pro-
hibitæ ſunt, qa Aegyptij in venerationẽ ſtellaꝝ, quas quaſi deos colebãt, diuerſas fecerũt cõ-
mixtiones in animalibus, agris, ac veſtibus, repræſentãtes varias ſtellaꝝ ac planetaꝝ cõiun-
ctiones. Vel om̃es tales cõmixtiones ꝓhibent, in abominationẽ coitus cõtra naturã. ¶ Præ-
terea ſicut in Eccleſiaſtico dicit, Amictus hominis annũciat de eo, ideo voluit dñs populum Eccl 19.
ſuũ diſtingui à gẽtibus alijs, nõ ſolum in corpore p circũciſiõis ſignaculũ, ſed etiã extra per
corporis habitũ: ſicq; ꝓhibuit populo ſuo veſtes ex duobus cõtextas: Primo, ad euitandũ ido
lolatriæ cultũ. Nã talibus veſtibus vtebant gẽtiles in cultu deoꝝ ſuoꝝ. Secũdo, ad declinandũ
luxuriã, qa per cõmixtiones varias veſtimẽtoꝝ ꝓhibitas, inſinuat excludi om̃is inordinata
commixtio coitus. Hæc Thomas. ¶ De eadẽ demũ materia ſcribit Parrhiſiẽſis libro de fide
& legibus. Poſt hæc dicemus cauſas ꝓhibitionis cõmixtiõis animaliũ diuerſi generis. Prima
fuit, vt ipſe ordo naturæ commẽdaret pp'lo Dei, naturaleq; ius & inſtitutio eius. Secunda, vt
om̃e Sodomiticũ vitiũ vitandũ monſtraret. Tertia, vt ppl's Dei à ſpurciſſimis Chananæis dif
ferret. Quarta, vt modeſtia & rep̃ſſio cõcupiſcẽtiæ Deo acceptior oñderet, quã cõcupiſcẽtiã
etiã in brutis ad normã limitesq; naturæ eſſe voluit religatã. Quĩta, vt nefanda opa & malefi
cia, q̃ fiebãt de fœtib⁹ ex tali cõmixtiõe ꝓcreatis, euitarent: de qbus in libris necromãticoꝝ

multa leguntur. Has quoq; cõmixtiones animalium procurabant idololatræ iuxta conſtella-
tiones & ſiderꝝ cõiunctiões, q̃a credebãt ex hoc ſua op̃a proſperari. Voluit ergo Deus à pp̃lo
ſuo remouere huius credulitatẽ vanitatis, tanq̃ idololatrãdi radicẽ, ne relicto Dei cultu, ad
ſtellarꝝ ſeruitia traheret. Alia multa ſcribit p̃fatus doctor, & Alexãder de Halis, de iſtorꝝ ra-
tionibus præceptorꝝ, quæ breuitati ſtudens dimitto. ¶Verꝝ Ioſephus ſcribit, veſtis ex duo-
bus texta, fuit cõmuni plebi prohibita: q̃a in veſtibus ſacris ſummi ſacerdotis & ornamen-
tis tabernaculi, erãt huiuſmodi varietates, q̃bus alij cõformare ſe nõ debuerũt. Magiſter q̃q;
in hiſtorijs ait: In his p̃ceptis ſubintelligendum eſt, vt populus Iſrael talia nõ ageret, nec ha-
beret ſecundũ ritum gentiliũ, & maxime Aegyptiorꝝ, inter quos fuerant cõmorati. Nam &
3.Reg.1. Dauid tertio Regũ multa legit habuiſſe. Sed Aegyptus omnigenũ venerãs monſtra deorꝝ,
in honore diuerſorꝝ deorꝝ, q̃s putauit talibus præeſſe, diuerſa ſemina in agro, diuerſas mate
rias in veſte ſociabat: diuerſos etiã cincinnos capitis, diuerſis dijs ſacrabat. [Homo] natione
Iudæus [ſi dormierit cũ muliere coitu ſeminis]. i. in loco q̃ ſolet eſſe q̃es dormitiõis, ſeu etiã
alibi, carnaliter cognouerit mulierẽ, [q̃ ſit ancilla etiã nobilis] tñ in famulam venũdata, ideo
ſubdit: [& tñ precio nõ redẽpta] à ſeruitute, [nec libertate donata]. i. nõ dimiſſa libera à dño
ſuo. [vapulabũt ambo, & nõ morient]. i. ꝓ peccato ſuo caſtigabunt flagellis, nõ tamẽ vſq; ad
Deut.35. mortẽ. Numerus aũt ictuũ, modus & quãtitas ꝑcuſſionis, nõ exprimunt hoc loco, ſed e Deu-
teronomio accipi poſſunt. Ideo aũt nõ moriunt ꝓ iſto peccato, [quia] mulier [nõ fuit libe-
ra,] ſed ancilla. [Pro delicto aũt ſuo offeret dño ad oſtiũ tabernaculi teſtimonij arietẽ]. i. ad
oſtiũ atrij p̃ſentabit ſacerdoti arietẽ, vt ſacerdos ex parte ipſius offerat illũ pro peccato ipſi⁹.
* pctõ [Orabitq; ꝓ eo ſacerdos, & pro * delicto eius, corã dño.] Orabit eñ vt dñs viro ignoſcat, &
deleat culpã eius. [& repropiciabit ei, dimitteturq;] ei [peccatum] non virtute ſacrificij, ſed
ſi vere pœniteat, & inquãtum ex fide & obedientia tale ſacrificium offert. Mulier vero, quia
ancilla fuit, nec propria habens, nõ offerebat. Sequit præceptũ obſeruãtiæ ſpecialis. [Quan-
do ingreſſi fueritis terrã] Chanaan, [& plantaueritis in ea ligna pomifera]. i. arbuſta recen
tia & fœcunda, vt per ligna pomifera intelligant quæcũq; arbuſta eſibilem fructũ portãtia.
Raro aũt cõtingit, q̃ oſſa fructuũ arboris, vel latẽtia ſemina ſeminent, qñ tardius ferrẽt fru-
ctũ. [auferetis p̃putia eorꝝ]. i. primos flores ſeu gẽmas, nec erumpãt in fructũ. Sic quidã ex-
ponunt. Cui expoſitioni nõ videt cõſonare q̃d ſubdit: [Poma q̃ germinãt, immũda erũt vo
bis, nec edetis ex eis]. i. illicita ad edendũ. Itaq; ꝑ arborꝝ p̃putia, intelligunt nũc fructus q̃s
ferũt ꝑ tres annos, q̃a hos dñs voluit populo ſuo eſſe immũdos, & abijciẽdos inſtar p̃putiorꝝ.
[Quarto aũt anno oĩs fructus eorꝝ ſanctificabit laudabilis dño]. i. fructus quarti anni depu-
tabit partim dño, & cedet in vſum ſacerdotũ, partim vero cõmunis erit pauperibus. [Quin-
to aũt anno comedetis fructus,] q̃a tũc licuit veſci eis, [congregãtes poma q̃ proferunt. Ego
dñs Deus veſter.] Hoc p̃cepto nõ fuit filijs Iſrael ꝓhibitus eſus fructuũ arborꝝ, quas in terra
ꝓmiſſionis inuenerũt plantatas. ¶Circa hoc ſcribit Guilielmus: Cum plãtaueritis ligna po
mifera, auferetis præputia eorꝝ, hoc eſt, prima genimina, quæ Deus immũda haberi voluit
contra errorẽ idololatrarꝝ, qui ea tanq̃ primitias idolis offerebãt in parte, & partim ea come
derunt in domibus idolorꝝ, & iſtud per tres annos à plantatione ſeruabãt. Credebãt quoq;
primos fructus eſſe fauſtos & fortunatos, ideo dñs voluit fructus triũ primorꝝ annorꝝ proij-
ci à pp̃lo ſuo, quatenus nihil fauſtæ virtutis aut fortunæ crederent eſſe in illis. ¶His conſo-
Leui.18. nant verba Thomæ, qui addit, q̃ quidã gentiles fructus primitiuos cõburebãt, ad quædam
magica facienda. Aliqui vero affirmãt, q̃ etiã ideo dñs iuſſit (vt tactũ eſt) flores & gẽmas pri-
morꝝ annorꝝ deleri, q̃a dum arbores nimis cito portãt fructum, poſtea minus valẽt. [Nõ co-
medetis carnẽ cum ſanguine.] Hoc præcedenti capl'o ſatis tractatum eſt. [Non augurabimi
ni, nec obſeruabitis ſomnia.] Augurium eſt ſpecies diuinatiõis. Diuinatio aũt eſt ſpecies ſu
ꝑſtitiõis. Itaq; auguriũ eſt, dum ad pręcognoſcendũ futura, aliquid cõſiderat in motu, garri-
tu, ſeu vocibus auium, aliorumve animaliũ, aut in ſternutatiõibus hominũ, ſaltibusve mem
brorꝝ, q̃d totũ eſt ſuperſtitioſum. Et q̃uis in talibus nõ ſit inuocatio dæmonũ manifeſta, dæ
mones tñ in talibus ingerũt ſe ſecrete. Omnis q̃ppe diuinatio ex dæmonibus ꝓuenit, vel q̃a
apte inuocant, vel qñ vanę inq̃ſitioni occulte ſe ingerũt. Propter q̃d in libris periarchon aſſe
Origen. rit Origenes: Eſt quædã op̃atio dęmonis in myſterio præſciẽtiæ, q̃ artibus q̃buſdã ab his q̃ ſe
dęmonibus nũcuparũt, cõpræhẽdi videt, nunc ꝑ ſortes, nũc ꝑ auguria, nũc ex cõtemplatiõe.
Quæ oĩa op̃atione dæmonũ nõ dubito fieri. ¶Pręterea, dæmones expreſſe multis modis futu
ra p̃nunciãt, qñq; videlicet præſtigioſis apparitiõibus adſpectui atq; auditui hoĩm ſe obijci
entes ſeu p̃ſentãtes, & hęc diuinatiõis ſpecies vocat præſagiũ. Qñq; vero ꝑ ſomnia, ſicq; vocat
diuinatio ſomniorꝝ. Interdũ quoq; per mortuorꝝ apparitionẽ ſeu allocutionẽ, quod necro-
mantia vocat. Necros etenĩ Græce, Latine dicit mortuus. Mantia aũt diuinatio nuncupat.
Aliquãdo vero per homines viuos, vt per arreptitios, & hæc eſt diuinatio ꝑ pythones. Non-
nunq̃ futura p̃nunciãt ꝑ figuras, aut ſigna in rebus inanimatis apparẽtia, puta in igne, ferro,
ſpe-

ſpeculo, lapide, aqua vel aere, vel in viſceribus animaliũ, idolis ſeu dæmonibus oblatorum.
¶Præterea, vt clarius pateat, qualiter ꝓhibitũ ſit ſomnia obſeruare, penſandũ, q̃ (vt S. Tho-
mas in ſecũda Secũdę quæſt. 95. diſſeruit) ſomnia ſunt interdũ futurorꝝ effectuũ cauſa, quẽad-
modũ dum homo ex ijs q̃ vidit aut intellexit, in ſomno ſolicitus eſt, & inducit ad aliquid fa
ciendum aut euitãdum. Interdũ ſomnia ſigna ſunt futurorꝝ euentuũ, inquãtum reducunt ad
cauſam ipſis ſomnijs euentibusq; futuris cõmunẽ. Cauſa aũt ſomniorꝝ eſt duplex: Vna inte-
rior, alia exterior. Interior quoq; eſt duplex. Vna animalis, vt dum phãtaſiæ ſeu imagina-
tioni dormientis illa occurrunt, circa quæ cogitatio vel affectio ſua tẽpore vigiliæ fuerũt in-
tentæ. Et talis cauſa ſomniorꝝ, non eſt cauſa futurorꝝ euentuũ: immo ſomnia talia, habent ſe
per accidens ad futuros effectus, & caſuale exiſtit, ſi cum eis cõcurrant. i. ſic fiãt vt ſomnia-
tum eſt. Alia interior cauſa ſomniorꝝ eſt corporalis, quia ex interioris corporis diſpoſitiõe
ſit motus ſeu appræhenſio in phantaſia, tali diſpoſitioni ꝓportionata, quẽadmodũ homini
in humoribus frigidis abundãti, apparet in ſomno q̃ ſit in aqua aut niue: & ei qui in calidis
abundãt humoribus, videt in ſomno, q̃ exiſtat aut vadat in igne. Talibus autem ſomnijs eſt
ſecundum medicos intendendum, ad cognoſcẽdum interiores diſpoſitiões. Porro cauſa ex-
terior ſomniorꝝ, eſt duplex. Vna corporalis, inquãtum phantaſia dormientis immutat ab
aere continente, aut impreſſione cæleſtium corporꝝ, ex qua dormienti apparẽt aliquæ ſimi
litudines vel imaginationes, elementari aut cæleſti diſpoſitioni cõformes. Alia exterior ſo-
mniorꝝ cauſa eſt ſpiritalis, quæ aliquãdo eſt à Deo, qui angelorꝝ miniſterio aliqua dormien Gen. 41.
ti reuelat, ſecundũ q̃d Ioſeph dixit regi Aegypti: Quæ facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni.
Interdum vero ex operatiõe diaboli, qui in dormientis imaginatiua ſimilitudines atq; phã
taſmata format, ex quorꝝ intuitu dormiens futura quædã prænoſcit, q̃d maxime his contin
git qui cum dæmonibus pacta habent. Si itaq; ſomnijs quis vtat, prout procedunt ex reuela
tione angelica ſeu diuina, aut ex cauſa naturali intrinſeca, ſeu etiã extrinſeca corporali, in- Gen. 41.
quãtũ ſe poteſt extendere virtus huiuſmodi cauſæ, nõ eſt diuinatio illicita, q̃a ſic Ioſeph ex Dani. 8.
reuelatiõe diuina expoſuit ſomnia Pharaõis, & Daniel ſomnia Nabuchodonoſor regis. De
iſta materia pulchre ſcribit in ſpeciali tractatu Boethius. ¶Amplius aduertendũ, q̃ auium Boethi⁹
motiões, garritus & motus atq; cõſimiles earꝝ diſpoſitiões, eſſe nõ valẽt cauſæ futurorꝝ euẽ-
tuum aut actuum humanorꝝ: ideo ſi ex illis futura aliqua p̃noſcant, hoc eſt inquãtũ garri-
tus ſeu voces ac motus ſunt effectus quarundã cauſarꝝ, quæ vel cauſant, aut etiã præcogno-
ſcunt futuros euentus. Cauſa vero operationũ brutorꝝ, eſt quidam inſtinctus quo mouen-
tur per modum naturæ & potius aguntur q̃ agunt, ſecundum Damaſcenum, quoniam ſuo- Damaſ.
rum actuum nõ habent dominium. Huiuſmodi autẽ inſtinct⁹ eſt duplex. Vnus corporalis,
quia cum bruta non habeant niſi animam ſenſitiuam atq; organicas vires, ſubiacent diſpo
ſitioni corporis continentis, videlicet aeris, influentijs quoq; cæleſtiũ corporꝝ. Sicq; quædã
actiones brutorꝝ eſſe poſſunt futurorꝝ ſigna euentuum, inquantum diſpoſitioni prædictorꝝ
corporꝝ conformant. Nam ex prędictis cauſis bruta cognoſcunt multa, quæ naturæ eorum
neceſſaria extant, vt ſunt immutationes ex ventis & pluuijs. Vnde ad talia præſcienda conſi
derare auium garritus ac geſtus, nõ eſt ſup̃ſtitioſum: vt ſi quis dicat imbrem cito futurꝝ, q̃a
audiuit coruum ſæpius crocitantẽ. Secũdo, inſtinctus brutorꝝ eſt à cauſa ſp̃uali bona, ſ. Deo,
vel angelo ſancto, vt deſcẽſus colũbæ ſup Chr̃m baptizatũ, & inſtinctus corui q̃ pauit Heliã. Ioann. 1.
Interdũ vero eſt à cauſa ſp̃uali mala, videlicet dæmone, q̃ Deo ꝑmittente mouet aliqñ bruta 3.Re. 17.
ad hoĩm deceptiões. Itaq; huiuſmodi diuinatiõe vti latius q̃ ſe extendit per naturã, aut per
diuinæ prouidentiæ ordinẽ, ſuperſtitioſum cenſetur. Nec obuiat his q̃ Ioſeph dixit ſibi non Gen. 44.
eſſe cõſimilẽ in augurãdi ſciẽtia. Hoc eñ (ſecũdũ Auguſt.) ioco aſſeruit. Ex his cõſtat quali- Auguſt.
ter intẽdere liceat ſomnijs aut augurijs. Auguriũ tñ ſecundũ cõmunẽ modũ loquendi, ſonat
in vitiũ. Eſt aũt ꝑiculoſum, p̃ſertim ſimplicibus, attẽdere ſomnia, q̃a in eis cõtingere multi-
plex poteſt fallacia. propter q̃d ſcriptũ eſt in Eccleſiaſtico: Sõnia extollũt imprudẽtes. Quaſi
qui appręhẽdit vmbrã, ſecundũ hoc viſio ſomniorꝝ. Diuinatio erroris, & auguria mẽdacia, Ecci 34.
& ſomnia malefaciẽtiũ, vanitas eſt. Sicut parturiẽtis cor tuũ phãtaſias patit, niſi fuerit ab al-
tiſſimo emiſſa viſitatio. Ne dederis in illis cor tuũ: multos eñ errare fecerũt ſomnia, & excide
rũt ſperãtes in eis. Sequit: [Neq; in rotundũ attõdebitis comam, nec radetis barbã.] ¶Circa
hoc ait Gloſſa: Sicut faciũt Barbari. Debet eñ quiſq; eſſe cõtentus naturalibus ornamentis,
ne creatorẽ videat accuſare tanq̃ impotentẽ opus ſuũ ꝑficere: nec debet q̃s in honorẽ dæmo-
nũ cincinnos nutrire & fouere, ſicut ſtudẽt pagani puerorꝝ capita dęmonibus offerre, q̃d hic
maxime ꝓhibet. Hæc Gloſſa ſequit: Iſta ergo iuſſit dñs pp̃lo in deteſtationẽ idololatrarꝝ, q̃
comã attondebant rotunde in capitis gyro, & barbã ſuã abraſerũt, quorꝝ etiã ſacerdotes in
ritibus ſuis vulnerauerũt ſe ferro vſq; ad ſanguinẽ. Vnde ſubiungit: [Et ſup mortuo nõ inci
detis carnes veſtras.] Hoc tamen exponitur melius, vt ſcilicet filij Iſrael in funere ꝓpinquorꝝ
ſuorꝝ nõ inciderẽt corpus ſuũ, vſq; ad ſanguinis effuſionẽ inſtar gẽtiliũ, qui ad dęmonſtran-
dum

Baruc.6. dum vehementiã ſui doloris in morte ſuoꝝ,ita ſe inciderũt. Hinc ſcriptũ eſt in Baruch de ſa
cerdotibus gentiliũ:Sacerdotes ſedent,habẽtes tunicas ſciſſas & capita & barbã raſam.Ter-
3.Re.15. tio quoq; Regũ de ſacerdotib⁹ Baal narrat:Incidebãt ſe cultris atq; lanceolis,donec ꝑfunde
&18. rent ſanguine.[neq; figuras aliquas & ſtigmata facietis vobis:] confidendo in talibus,ꝙ in
ipſis characteribus & ꝓtractiõibus lineaꝝ, ſeu modo effigiãdi ſit virt⁹,ꝑcipue ꝑ reſpectũ ad
aſtra,vel ex parte loci aut tẽporis, quæ oĩa ſunt idololatriaꝝ quædã reliquiæ,cõtra q̃ loquit
Auguſt. Auguſtinus libro de doctrina Chr̃iana.¶Hinc ſcribit Guilielmus:Ad vitandã oẽm idolola-
triæ exiſtentiã,apparentiã,& ſigna eius ac nutũ,ꝑcepit dñs filijs Iſrael nõ cõſulere ariolos,nec
obſeruare ſomnia vel auguria,& ne inueniret in terra Iſrael incãtator, neq; maleficus,aut q
diuinos cõſuleret. Speciẽ quoq; idololatriæ ꝓhibuit zelo eodẽ,dicens: Neq; in rotũdum at-
tondebitis comã,nec barbã radetis.Inciſiones aũt ſup mortuũ faciebãt idololatræ,ita mon-
ſtrãtes magnitudinẽ ſui mœroris in morte charoꝝ,ad placãdũ deos ĩferoꝝ:q̃d multi adhuc
faciunt in morte charoꝝ ſuoꝝ, q̃d vtiq; eſt de reliquijs idololatriæ & ſacroꝝ Plutonis.Sti-
gmata vero & figuras adhuc faciunt aliqui Chr̃iani,& deferunt ea,vocãtq; breuia,& in cor-
poribus ꝓprijs, & in chartis ac metallis: quæ om̃ia aut ſunt idololatria vera,aut ſpecies eius,
ac reliquię deteſtãdæ,Chr̃ianæ religiõi cõtrariæ.[Ego dñs:Ne ꝓſtituas filiã tuã].i. eã in lupa
nari nõ ponas,nec libidini gñali exponas,nec ad ſpiritualẽ fornicationẽ ſeu idololatriã cor
ne ruere ſinas.[& cõtaminet terra,& impleat piaculo].i.ne ex tali proſtitutiõe plurimi inqui-
nent,& terra habitatiõis veſtræ pollui affirmet. [Sabbata mea cuſtodite,& ſanctuariũ meũ
metuite].i.templũ ſeu tabernaculũ Dei in reuerentia habetote, nec illud intrare præſuma-
tis,niſi mundi ſiue mundati.[Ego dñs:Ne declinetis ad magos,] id eſt,maleficos ſiue aſtro-
*gene- logos,q*Genetici appellant,ꝓpter cõſiderationẽ dieꝝ nataliũ,atq; ex ſitu, motu,ſeu diſpo
thliaci ſitiõe ac habitudine ſtellaꝝ prognoſticãt vltrà & aliter, q̃ naturali ſciẽtia ſciri poteſt,vel vir
tus ac influẽtia illoꝝ extẽdit ſe.[nec ab ariolis aliq̃d ſciſcitemini].i.veritatẽ ſecretoꝝ,aut fu
turoꝝ euẽtũ,nõ interrogetis ab his,q talia diuinare ac inſinuare præſumunt ex intuitu viſce
rum & extoꝝ animaliũ dęmonibus oblatoꝝ.[vt polluamini per eos.Ego dñs Deus veſter,]
ad quẽ cõuertere vos debetis, ad interrogãdum de talibus, ſi fuerit opportunũ, ſicut ꝑ Eſaiã
ait ſpũſſanctus:Nunq̃d nõ à Deo ſuo populus quęret?[Corã cano capite cõſurge.]Senes em̃,
cæteris paribus,ſunt præhonorãdi corde & ſigno exteriori.nam & ipſa ſenectus eſt vnũ eoꝝ
quæ hoĩem efficiũt venerãdum. In ſenibus q̃q; ſolẽt experiẽtia & ſapiẽtia abundare, q̃uis in
decrepitis vigor ſenſuũ viſq; intellectus paulatim decreſcãt.Si aũt q capite canus eſt,leuis ſit
moribus & vitijs induratus,ipſe ſe priuat ſenectutis honore.Qui vero ex naturali aut ineuita
bili cauſa puerilizat in ſenio, eſt pie portãdus & honeſte tractãdus. [& honora ꝑſonã ſenis,]
quod à minoribus ꝑſertim ſeruãdum eſt. Vnde & Paulus apl'us:Seniorẽ,inq̃t,ne increpaue-
1.Tim.5. ris,ſed obſecra vt patrẽ.Et in Eccleſiaſtico habet:In multitudine presbyteroꝝ prudentium
Ecci 6. ſta,& ex corde ſapiẽtiæ illoꝝ cõiungere.Et rurſus Eccleſiaſtic⁹ docet:Vbi ſunt ſenes,nõ mul-
Ecci 32. tum loquaris.Hinc de improbis fert in Threnis:Facies ſenũ nõ erubuerũt. In libro Sapiẽtiæ
Thren.3. q̃q; impij dicũt:Nõ vereamur canos veterani multi tẽporis.[& time dñm Deũ tuũ.Ego dñs.
Sapiæ 2. Si habitauerit aduena in terra vr̃a,& morat⁹ fuerit inter vos,nõ exprobretis ei:] hoc eſt,de-
fectũ vel inopiã, expulſionẽ ſiue exiliũ eius nõ obijciatis ei maleuole, immo quãtum fieri po
teſt,ſalua iuſtitia pie eũ tractetis.[ſed ſit inter vos quaſi indigena].i.quaſi natus & ciuis in ter
ra veſtra.[& diligetis eum quaſi voſmetipſos,] q̃uis nõ æqualiter. Nã amor ad aliũ,oritur ex
amore ad ſeipſum.Spũali aũt amore amãdus eſt oĩs proximus ꝓpter Deũ.[Fuiſtis em̃ &vos
aduenę in terra Aegypti.]Ideo ſicut vobis factũ eſt,aut fieri affectaſtis ab indigenis regni il-
lius,ſic facite alijs aduenis in veſtra terra,ꝑſertim q̃a ex ꝓpria experiẽtia ſcitis animos adue
naꝝ,q̃ faciliter deſolati & puſillanimes fiãt,dum ab indigenis dure tractant.[Ego dñs Deus
veſter.Nolite iniquũ aliq̃d facere in iudicio,] quo alios iudicatis, vel in foro iudiciali, alios
accuſando mendaciter, vel cõtra eos iniuſte teſtificãdo,aut certe innocẽtes nõ excuſando &
eripiendo pro poſſe,ꝑſertim ſi illoꝝ innocentiã poſſetis probare.[in regula:] Sumit regula
hic ꝓ inſtrumento menſurãdi ea,quæ linealiter aut per planũ menſurant,in quo inſtrumẽ-
to ſeruãda eſt rectitudo, ne proximus damnificet. [in pondere:] Per quod accipitur cogni-
tio,quantum quid valeat,aut quantum alteri debeat de re ſua aut empta. [in menſura.] per
quã liquida vendunt aut arida,vt blada.Hinc ſubdit:[Statera iuſta, & æqua ſint põdera: iu-
ſtus modius,æquus ſextarius,] vt ſic inter conciues ac reliquos me[illegible]m iuſtitiæ obſeruetur,
nullaq; fraus committatur:ſed quod ſibi quiſq; fieri cupit,aut vellet rationabili voluntate,
Tobię 4. faciat cæteris,& quod ſibi fieri odit,nemini faciat. Iuſtus etem̃ dominus, & iuſtitias diligit,
Pſal. 10. ſuoſq; miniſtros vult inuicem eſſe fideles ac iuſtos,& vnicuiq; reddi quod ei debetur,virtute
miſericordiæ ſalua. [Ego dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra Aegypti. Cuſtodite
omnia præcepta mea,& vniuerſa iudicia,& facite ea. Ego dominus.]

¶De ſpũalitate huius XIX.cap.& quibuſdã verbis R.Pauli. Art. XXXVIII.

Locu-

LOquutus eſt dñs ad Moſen:Loquere ad oẽm cœtũ filioꝝ Iſrael:Sãcti eſtote,q̃m ego ſan
ctus ſum dñs De⁹ veſter.]Nõ ſolis ſacerdotib⁹,nec ſolis ſcribis & phariſæis,ſed vniuerſo
Iſraelitico populo iſta ſunt iuſſa, vt ſancti ſint:quãto magis plebẽ oẽm euãgelicæ legis,
(cui lex ſpũalis, & tota diuina atq; ꝑfecta,deſuꝑ eſt collata) ſanctã eſſe oportet? Veꝝ,vt ait
Origenes,ſanctitas in ſcripturis nõ ſolũ hoĩbus,ſed & brutis,imo & inanimatis rebus,vt tem Origen.
plo,altari,vaſis tabernaculi & veſtib⁹ cultus diuini,aſſcribit, in q̃bus illa dicunt ſancta,q̃ di-
uino ſunt cultui mãcipata,nec alijs poſſunt vſib⁹ applicari.Sic & hoĩes merito ſancti dicun
tur,q toto corde adhęrẽt Deo,& ſacro eius obſequio cũ om̃i poſſe ſuo intẽti ſunt,atq; à pra
uis & carnalibus hoĩbus ſeparant,etſi nõ loco,tñ opibus. Sanctũ q̃q; in Græco dr̃* agios,q̃d *ἅγιος
interpretatũ eſt, ſine terra. Tũc itaq; recte dicimur ſancti,dũ à terrenis & mũdanis affectib⁹
fuerim⁹ expurgati. [Vnuſq̃ſq; patrẽ & matrẽ ſuã timeat,]Nõ ſolũ carnales parẽtes,ſed & pa
tres ſpũales,vicarij Dei,ꝓlati nr̃i,nobis ſunt cordialiter honorãdi,timẽdi,& cũ obediẽtia dili
gẽdi,ꝓpter eũ cuius circa nos vicẽ gerũt,& q̃a pro nr̃a ſolicitant ſalute.Nemo igit talibus au
deat indignari,iraſci,reſiſtere.[Nolite conuerti ad idola.] Semꝑ itaq;,potiſſimũ in diuinis, Sapię 1.
oĩa vana,phãtaſmata,diſtractiões,& fœdas imaginatiões prorſus abijciam⁹,q̃m ſpũſſanctus
aufert ſe à cogitatiõibus quæ ſunt ſine intellectu.Aeterna q̃q; ſapiẽtia cõteſtat: Ego ſapiẽtia
habito in cõſilio,& eruditis interſum cogitatiõibus.[Cũ meſſueris ſegetes terræ,nõ tonde- Prou. 8.
bis vſq; ad ſolũ ſuperficiẽ terræ,nec remanẽtes ſpicas colliges.] Terra noſtra eſt propria ca-
ro,cuius ſegetes ſunt oꝑa bona,quæ per corpus & mẽbra eius efficimus. Huius terræ ſegetes 1.Cor.2.
metimus, dũ ad memoriã reuocamus bona q̃ egimus, & ea in horreo cordis reponimus,vt
ſciamus q̃ à Deo donata ſunt nobis,vel vt ea intueamur, q̃n de deſperatiõe tẽtamur,vel vt in 4.Re.20.
grãdi neceſſitate Deũ cum ampliori inuocemus fiducia,exemplo ſancti Ezechiæ orãtis:Me
mento quæſo dñe, quõ ambulauerim corã te in veritate &c. His nẽpe ex cauſis expedit in-
terdũ propria bona recolere, attñ cũ humilitate & gr̃aꝝ actione, immo & ſine incauta aſſer-
tione,cũ ignoremus an ex vera proceſſerint charitate.Sed dũ facim⁹ iſtud,nõ debem⁹ vſq; ad
ſolũ ſuperficiẽ terræ noſtræ tõdere: q̃a nõ debemus nimis integraliter ea ad mentẽ reducere,
nec ea plus q̃ cõdecet magnificare,immo merita noſtra debem⁹ proximis,ꝑſertim puſillis &
imꝑfectis, libẽter cõmunicare. Cõſiderãdo etem̃ propria mala,debem⁹ potius declinare ad
maius:ſed cõſiderãdo ꝓpria bona,declinare debem⁹ ad minus.Oppoſito aũt modo nos ha-
bere debem⁹ in cõſideratiõibus vitioꝝ,operumq; bonoꝝ proximoꝝ nr̃oꝝ. Iſtud q̃q; in vi-
nea eſt agendũ.i.in exercitijs ſaporoſis ac dulcib⁹ vitæ cõtẽplatiuæ. [Nõ mẽtiemini,nec deci
piet vnuſq̃ſq; proximũ ſuũ.] Deus q eſſentialiter verus & veritas eſt,om̃e deteſtat mẽdaciũ: Sapi. 1.
ideo os q̃d mentit,occidit animã,& ipſe ꝑdet oẽs q loquunt mendaciũ.Ipſe q̃q; q ſubſtãtiali- Pſal. 5.
ter iuſtus eſt & infinita iuſtitia, deceptores & deceptiões eoꝝ abhorret: idcirco ſimulatores Iob 36.
& callidi ꝓuocant irã Dei, & q ſophiſtice loquit,odibilis eſt.Denotatio etiã peſſima ſuꝑ bi- Ecci 37.
linguem,& væ duplici corde.[Nõ facies calumniã proximo tuo,nec vi opprimes eũ.] Iubet Pro.20.
omnipotens dñator,vt ſerui & ſubditi mutuo cõuerſent pacifice,charitatiue,iuſte & pie,ne Ecci 2.
potẽtior opprimat infirmiorẽ:nec vnus alteri iniuriet: nec is qui aſtutior eſt,ſub colore iu-
ſtitię aliũ grauet iniuſte.[Nõ morabit opus mercenarij tui apud te vſq; mane.]Ex hoc patet,
q̃ grauiter peccẽt,q mercenarijs & operarijs, ſeruis & ancillis iuſtã mercedẽ nõ ſoluũt tẽpore
opportuno,aut aliq̃d ſubtrahũt illis:immo q ſolutionẽ differẽdo,ſunt alijs, q̃bus tenent,cau August.
ſa dãni, illis ꝓ huiuſmodi dãno ſatisfacere obligant:nec dimittit peccatũ,niſi reſtituat abla- Ecci 34.
tũ,aut recuperet dãnum ita illatũ.Hinc iuxta ſcripturã,q defraudat mercenariũ, & q ſangui Iaco.5.
nẽ fundit,fratres ſunt. Iacobus q̃q; apl'us: Ecce,inq̃t, merces operarioꝝ veſtroꝝ q̃ fraudata
eſt à vobis,clamat,& clamor eoꝝ in aures dñi Sabaoth introiuit.Deniq; his q nobis ſpũalia
ſeminãt,tẽporalia ſtipẽdia prõpto ac celeri aĩo ſunt ꝑſtãda.[Nõ maledices ſurdo.]q̃a nec ab-
ſenti eſt maledicendũ,& ſurdo cõpatiendũ.Ei vero qui aures audiendi nõ habet, bona gr̃æ
imprecemur,vt cum obtẽperatione audiat verbũ Dei,& timeat. Audiat item q̃d in ipſo lo- Pſal. 84.
quat dñs Deus, & q̃d ei inſpiret angelus bonus. [Iuſte iudica proximo tuo.] Hoc eſt q̃d ait
Saluator: Nolite ſecũdum faciẽ iudicare,ſed iuſtum iudiciũ iudicate. [Non oderis fratrem Ioann.7.
tuum in corde tuo.]Qui em̃ odit fratrẽ ſuũ,homicida eſt. Et ſicut ſumma virtus eſt charitas,
ſic maximũ peccatũ eſt odium. [Sed publice argue eum] ex charitate & pietate cum diſcre-
tiõe.Hoc eſt quod Chriſtus præcepit:Si peccauerit in te,id eſt,te ſciente frater tuus,corripe Matt.10.
eum inter te & ipſum ſolũ.In Prouerbijs q̃q; aſſeritur: Qui corripit hominẽ, gratiã poſtea Pro.28.
inueniet apud eũ, magis q̃ ille q per blandimẽta decipit.& Pſalmiſta: Corripiet me,inq̃t,iu Pſal.140.
ſtus in miſericordia,& arguet me,Correptus vero,cũ om̃i patiẽtia & gratiaꝝ actione incre-
pationẽ,tanq̃ interioris ſuæ læſionis ac mortis medelã,accipiat, efficaciterq; emẽdet.[Non
q̃res vltionẽ,nec memor eris iniuriæ ciuiũ tuoꝝ.] O ſaluberrimũ documẽtũ,dogma nõ ſolũ
Moſaicũ,ſed euãgelicũ q̃q;. Ait nãq; Saluaotr: Cum ſtabitis ad orãdũ, dimittite ſi q̃d habe- Marc.11.
tis aduerſus aliquem. Quod ſi nõ dimiſeritis, nec pater veſter qui in cælis eſt,dimittet vobis

pec-

Ecci 28. peccata veſtra. Hinc in Eccleſiaſtico legit: Qui vindicari vult, à Deo inueniet vindictam. Et
Pro. 20. Salomon ait: Ne reddas malũ pro malo: expecta dñm, & liberabit te. Itaq; væ, & æternum væ
Matt.7. illis, q tã faciliter iraſcunt, & difficulter ignoſcũt, immo memoriꝫ ſuæ inſcribũt, ſi eis in ali-
quo foreſiat. Etem̃ qua menſura menſurãt, remetiet eis. [Iumenta tua nõ facies coire cũ alte
rius generis animãtibus]. i. carnales ac brutales ſenſualitatis tuæ motus, nõ ꝑmittas in actũ
ꝓcedere cũ motibus alienoꝝ. [Agrũ tuum nõ feres diuerſo ſemine.] Per agrũ cor poteſt in-
telligi, vel grex ouiũ Chriſti. Hi agri nõ ſunt diuerſo ſemine ſeminãdi, hoc eſt, documẽtis ca
tholicis atq; hæreticis inſtruendi, aut moribus ſeculariũ ſimul cũ moribus virtuoſoꝝ inſti-
tuendi, nec prudẽtia carnis cũ prudẽtia ſpũs eſt miſcẽda, ita nec amor mũdi cũ amore Dei.
[Veſtẽ quæ ex duobus cõtexta eſt, nõ indueris.] Veſtis animæ, eſt opatio eius. Veſtis aũt ex
duobus cõtexta, eſt opatio apparẽter bona & foris clara, intus aũt infecta, & ex vana emanãs
intentiõe. [Ne ꝓſtituas filiã tuã]. i. animã tibi cõmiſſam, nec verbis, nec actibus, nec omiſſio
nibus ſcãdalizes, ita vt dæmonũ incidat manus, & cõſtupret ab eis. [Nolite facere iniquũ ali-
quid in iudicio.] Cõtra hoc agunt temerarie iudicãtes, qui ꝓpria mala excuſant, extenuãt,
& ſeipſos iuſtificãdo, interpretant illa in melius, alioꝝ aũt facta in peius. [In regula.] Contra
hoc agũt, q authoritates ſcripturæ ad ſuũ flectunt ꝓpoſitũ, & ꝑ eaꝝ expoſitionẽ nõ rectã, cul-
pas ſuas colorãt, & alios grauãt. [In põdere.] Cõtra hoc faciunt, q feſtucã cernunt in oculis
Matt. 7. ꝓximi, trabẽ aũt in oculo ſuo nõ intuent. Itẽ ſcrupuloſi nõnulli, & aliq excæcati, q de paruis
culpis aut etiã rebus nõ malis, grãdẽ ſibi cõſcientiã pariunt, & mala peiora diſſimulant. [In
Matt.23. mẽſura:] Cõtra hoc peccãt, q fortia docẽt, & nec minora adimplent, q itẽ inſtar ſcribaꝝ &
phariſæoꝝ imponũt grauia alijs, quꝫ ipſi nec digito ſuo curãt mouere. ¶Præterea circa iſtud
R. Paul. capitulũ aliqua ſcribit R. Paulus, & primo quærit, cur Moſes hic reſumit p̃cepta decalogi.
Quocirca reprobat reſpõſionẽ dicentiũ, ꝙ ideo, vt ea fortius imprimat cordibus hominũ:
quia vt ait, Moſes nõ loquit hic vt repetitor, ſed p̃cipit iſta quaſi antea ea nõ præcepiſſet, ſal-
tem ſub forma qua hic tradunt. ¶Deinde aliã aſſignat rationẽ, inter cætera dicens: In da-
tione legis, populus Iudæoꝝ fuit nõ ſolum rudis, ſed etiã nouiter incipiẽs in diſciplina vir-
tutum: idcirco nõ fuit eis protunc expreſſus modus ſeruãdi illa p̃cepta, prout cadere poſſunt
ſub lege diuina, videlicet vt p̃cepta illa ex interiori motu tanq̃ volentes & eligentes imple-
rent, ſed ſolũ fuerunt eis ꝓpoſita ſaltẽ pro maiori parte quo ad actus exteriores, prout poſ-
ſunt cadere ſub lege humana, quæ de exterioribus tãtum iudicat. In hoc aũt loco cũ popu-
lus ille eſſet iam magis eruditus, p̃cepta decalogi iterant cũ expreſſiõe modi quo obſeruãda
ſunt, vt ſ. ex interiori motu ad exteriora virtutũ opa ꝓcederet. Nã circa parentũ obſequia in
datione legis dr̃, Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuã: q̃d p̃ceptũ per ſolos exteriores actus poteſt
impleri, qa honor q eſt exhibitio reuerẽtiæ, in ſolo exteriori actu cõſiſtit, in quo ſigna reue
rentiæ exhibent. Porro, in hac huius p̃cepti iteratiõe dicit: Vnuſq̃ſq; patrẽ ſuũ & matrẽ ſu-
am timeat. Timor aũt eſſentialiter cõſiſtit in actu interiori, q̃d eſt difficilius impleri q̃ pri-
mũ. Et in iſto tãgit modus implẽdi p̃ceptũ hoc, vt ſ. parẽtes honorent ex timore filiali & re-
uerẽtiali. Idẽ patet in ſecũdo p̃cepto hic tradito, cũ dr̃: Sabbata mea cuſtodite. In prima ve-
ro traditiõe ſingulariter dr̃: Memẽto vt diẽ ſabbati ſanctifices. Perfecta aũt ſabbati quies, de-
bet eſſe ꝑ ceſſationẽ ab om̃i ope ſeruili carnali. De ꝓhibitiõe q̃q; idololatriꝫ dicit hic, Nolite
conuerti ad idola: vbi interior actus circa idoloꝝ culturã ꝓhibet, q̃d in prima traditiõe nõ
fuit expreſſum. Similiter de ꝓhibitiõe homicidij dicit hic, Nõ ſtabis cõtra ſanguinẽ ꝓximi
tui: vbi cõſiliũ & auxiliũ occidẽdi vetãtur, q̃ nõ vident in prima traditiõe ꝓhibita. ¶Inſuꝑ
R. Paul. dicit hic R. Paulus: Prꝫceptũ de dilectiõe proximi, prout in lege diuina tradit, nõ eſt de p̃ce-
ptis iuris naturalis, primo ꝑ ſe notis. Manifeſtũ eſt em̃, ꝙ talia p̃cepta prima iuris naturalis,
ſunt eadẽ apud oẽs. Cõſtat aũt ꝙ p̃cipui philoſophi, q de naturali dictamine rõnis maxĩe ſcru
tati ſunt, hoc nõ inuenerũt. Nã tractãtes de amicitia q̃ apud eos virt⁹ eſt, ipſam poſuerũt ſo-
In Rabbi Paulum. lũmodo inter bonos & virtuoſos. ¶Hæc & alia multa ſcribit hic R. Paulus, cui⁹ verba nõ vi-
dent pro magna parte ſaluari. Nempe q̃d ait, in prima p̃ceptoꝝ decalogi traditiõe nõ fuiſſe
expreſſum modũ ſeruãdi illa p̃cepta, ꝓut cadere poſſunt ſub lege diuina, videlicet, vt p̃cepta
illa ex interiori motu tanq̃ volẽtes & eligẽtes implerẽt, ſed ſolũ fuerũt eis ꝓpoſita, q̃ ad actus
exteriores, ſaltẽ pro maiori parte, prout cadere poſſunt ſub lege humana: iſtud, inquã, videt
oĩno irrationabiliter & incõſiderate prolatũ. Om̃is etem̃ legiſlator dat p̃cepta ſua ſecũdũ exi
gentiã finis ſuæ legis, hoc eſt, ſecũdum q̃d ꝑ obſeruantiã p̃ceptoꝝ ſuoꝝ, ſubditi ſui poſſunt
ꝑtingere ad finẽ, ad quẽ intẽdit eos ꝑducere ꝑ ſuæ legis ĩpletionẽ. Finis nãq;, ſecũdũ philoſo-
phos, imponit neceſſitatẽ his q̃ ſunt ad finẽ: atq; ſecundũ finis exigẽtiã, media diſponi neceſ-
ſe eſt. Finis aũt legis diuinæ nõ ſolũ euãgelicæ, ſed itẽ Moſaicæ, eſt vera & æterna felicitas, q̃
Deut. 6. ſola eſt digna & plena merces dilectiõis diuinæ, q̃ in Moſaica q̃q; p̃cipit lege, dicẽte: Diliges
dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo. Ad hunc aũt finẽ obſeruãtia p̃ceptoꝝ decalogi, neminẽ vnq̃
ꝑducere quiuit, niſi inquãtũ illa p̃cepta ex interiori motu volũtatis ea ſpõte implere volẽtis,
&

& mentis ſibi præligẽtis obſeruabãt. ¶Præterea Deus iuſſit p̃cepta illa impleri, ſecũdum q̃d
eoꝝ impletiões ſunt actus virtuoſi & meritorij, p̃ſertim de affirmatiuis loquẽdo p̃ceptis: im-
mo p̃cepta illa, ſecũdũ q̃d primo ſunt tradita, ſunt p̃cepta iuſtitiæ ſecundũ doctores cõmu-
niter. Intentio q̃q; legiſlatoris eſt, populũ ſuũ facere virtuoſum. Deniq; p̃cepta decalogi ſe-
cũdũ q̃d primo ſunt data, duab⁹ tabulis ſunt inſcripta, & in forma illa ꝑmanẽt vſq; in p̃ſens,
& ſufficiẽter ſunt tradita, ſecũdum q̃d ꝑ eoꝝ impletionẽ Deo placeret, & ſecundũ formã illã
cadũt ſub lege diuina, & ꝑtinẽt ad eandẽ tanq̃ prima & principaliora eius p̃cepta, per quo-
rum impletionẽ Deus voluit & intẽdit interiora populi ſui purgare & reformare, & ſuæ ma
ieſtati ſeruiri ab eis: q̃d eſſe non potuit, niſi ſecũdum q̃d obſeruabant ex interiori cordis affe
ctiõe, & mẽtis deliberatiõe atq; ꝓpoſito. Ampli⁹, in prima p̃ceptoꝝ traditiõe De⁹ intẽdebat
ſibi ſynagogã ꝑ charitatẽ vniri, immo & deſpõſare, acceptamq; facere ꝑ obſeruantiã p̃cepto
rum ſecundũ ſenſum & formã ſeu modũ quo tradidit, prout ſancti cõmuniter dicũt, p̃ſertim
Hieronymus, atq; in Ezechiele ſatis deſcribit. Iſtud aũt nequaq̃ verũ eſſet, niſi in prima illa Hieron.
traditiõe expreſſus eſſet modus ſeruãdi decalogũ. At vero hoc ipſum ex textu monſtrat, qm̃ Ezec. 15.
in Exodo legitur, qualiter dñs decẽ præcepta daturus, ita exorſus eſt loqui ad ſynagogam
ſeu Iſraeliticã plebẽ: Ego ſum dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: Nõ habebis de- Exo. 20.
os alienos corã me. Quaſi dicat, Me ſolũ habebis, coles, & adorabis pro vero Deo, cæteros
qui dij vocant, refutabis adorare & colere latriæ cultu. Hinc ſubiungit ibi in textu: Non fa-
cies tibi ſculptile, neq; oẽm ſimilitudinẽ &c. nõ adorabis ea nec coles. Cuius p̃cepti rationẽ
protinus ſubdit ibidẽ: Ego em̃ ſum dñs Deus tuus, fortis, zelotes, viſitãs iniquitatẽ patrũ in
filios &c. Porro zelotes proprie nuncupat, amator volẽs ſolus amari: idcirco ſecundũ docto-
res p̃cipuos, Alexãdrum, Thomã, Albertũ & cæteros, iſte eſt ſenſus: Ego em̃ ſum dñs Deus tu-
us, fortis, zelotes. i. ideo tibi alienoꝝ deoꝝ cultũ & adorationẽ prohibeo, qm̃ ego ſolus ſum
verus Deus & dñs tuus, q inſtar ſpõſi & mariti ſeu amatoris zelotypi, volo à fidelibus anima-
bus ſolus amari, adorari, amplecti, & coli vt Deus & ſpõſus, ita vt in derogationẽ & minora-
tionẽ mei amoris, nil mecũ amet: ꝓpterea plebi & ſpõſæ meæ ꝓhibeo cũ alijs dijs fornicari,
ſicut ſpõſus ſpõſam ſuã nõ patit alteri cõmiſceri. Ecce clariſſime in prima huius traditione
p̃cepti euidẽter exprimit modus ſeruãdi ipſum, vt ſ. ex interiori cordis intẽtiõe & affectu, De
us ver⁹ colat & adoret. Idcirco q̃q; in iſto p̃cepto vetat cõuerſio mẽtis ad idola. Deniq; cum
in actu exteriori nõ ſit culpa aut meritum, ſeu aliq̃d virtutis aut vitij, niſi ex interiori men-
tis diſpoſitiõe ſecũdum doctores, cõſtat ꝙ Deus in prima decalogi datione eo modo iubet ſe
adorari & coli, quo adoratio ſui & cultus procedũt ex interiori mẽtis cõuerſione ad ipſum
& ex virtute. Eo etiã modo prohibet alienos deos coli & adorari, ſecundum q̃d hoc fieret ex
cordis cõuerſione ad illos. Inſuꝑ iſtud euidẽter probat ex prima traditiõe p̃cepti de celebra
tione ſabbati, cũ in prima eius traditiõe dñs ait: Memẽto vt diem ſabbati ſanctifices. Remi-
niſci em̃ eſt actus interior, & verus huius p̃cepti intellectus à Deo intẽtus eſt, vt dies ille ſolẽ-
nis in virtuoſis & ſanctis opibus expendat. Similiter Deus p̃cepit honorari parẽtes, ſecũdum
quod honoratio illa eſt actus virtutis, nec aliter placet Deo. Poſſent aũt & alia quaſi innume
rabilia, verbis R. Pauli obijci, quæ dimitto. ¶Deniq;, ꝙ nõ obſtãte populi ruditate, Deus in
prima decalogi datione intẽderit populũ illũ inducere, immo & obligare ad obſeruantiam
p̃ceptoꝝ illoꝝ cordialẽ, ex interiori promptitudine & affectu atq; ꝓpoſito emanãtẽ, decla-
rat ex ipſa ſcriptura canonica. Nã in Exodo deſcribit, q̃liter Deus volẽs pp̃lo dare decẽ p̃ce- Exod. 19.
pta, primo vocauit Moſen in altitudinẽ mõtis Sinai, & dixit ad eũ: Hꝫc dices filijs Iſrael: Voſ-
ipſi vidiſtis q̃ fecerim Aegyptijs, & aſſumpſerim vos mihi. Si ergo audieritis vocẽ meã, & cu
ſtodieritis pactũ meũ, eritis mihi in peculiũ de cũctis gẽtib⁹, & eritis mihi in regnũ ſacerdo-
tale & gẽs ſancta. Palã eſt aũt, ꝙ verba illa de ſola exteriori auditiõe vocis Dei nõ poſſint ĩtel
ligi, nec pactũ ſeu fœdus Dei initũ cũ Hebrꝫis, poterat ſine ĩteriori cõmemoratiõe & electiõe
ac volitione ſeruari, nec pro ſola exteriori auditiõe ac impletiõe filij Iſrael eſſe ꝓmeruerunt
præ cæteris gentibus peculiũ Dei & gens ſancta. Deinde poſt hæc in Exodo narrat, qualiter
Deo iubente, Moſes deſcendit de monte ad populũ, verbaq; Dei retulit eis. Cumq; reſpõdiſ-
ſent, om̃ia quæ loquutus eſt dñs, faciemus, Moſes retulit verba eoꝝ ad dominũ. Qui dixit ad
Moſen: Vade, & ſanctifica populũ hodie & cras: lauentq; veſtimẽta ſua, & ſint parati in diem
tertiũ. Deinde recitat ibidẽ, qualiter tertio die cœperũt de monte audiri tonitrua, micareq;
fulgura, & ignis operuit montẽ. Quꝫ oĩa fiebãt, vt populus cũ maiori reuerẽtia, timore & at-
tentione p̃cepta Dei ſuſciperet & impleret. Vnde & Moſes paulopoſt dixit: Vt probaret vos, Deute. 7.
venit Deus in igne, & vt terror illius ſemꝑ in vobis ſit. ¶Præterea ꝙ proximũ diligere quaſi Exo. 20.
ſeipſum, ſit de lege naturæ, doctores fatent cõcorditer, Philoſophi q̃q; dixerunt hoc. Nã & vi
tioſos conabant à vitijs ad virtutes retrahere, q̃d nõ feciſſent, niſi amaſſent eos. Porro amici-
tiã quæ fundat in bono honeſto, & relationẽ includit, ſecũdum q̃d Auicẽna & Algazel in ſuis
metaphyſicis ſcribũt, dixerũt philoſophi inter virtuoſos dũtaxat haberi: quod etiã nos fate-
 mur.

mur. De his breuitati ſtudens pertranſeo, cum & certum ſit iſtud, dicente ſancto Ambro-
Ambro. ſio: Nihil tam ſecundum naturam, ſicut amare conſortem naturæ. In Eccleſiaſtico quoque
Ecci 13. dictum ſit: Omne animal diligit ſimile ſibi, ſic & omnis homo proximum ſibi &c.

¶ Expoſitio literalis cap. XX. Locutuſq; eſt dñs ad Moſen. Art. XXXIX.

Leui. 18. QVæ decimooctauo cap. iuſſa ſunt ſine adiectiōe pœnæ trāſgreſſoribus infligēdæ, nunc repetunt cum appoſitiōe huiuſmodi pœnæ: & ibi expreſſa ſunt iſta præcepta ſine pœnæ expreſſione, ad innuendū, ꝙ Deo ſit obediendū, eo ipſo ꝙ ipſe ſic præcipit, & propter ſuæ maieſtatis honorabilitatem, ſuamq; bonitatē & ſanctitatē, & ſolo eius intuitu ac amore. ſed quia perpauci ſic ſeruiunt Deo, nunc pœna adijcitur, vt vel pœnaꝝ formidine obedire incipiāt, qui amore boni hoc facere renuunt. Exprimunt quoq; pœnæ vitæ præſentis potius q̃ gehennæ, quoniā rudes, imperiti & imperfecti in fide, magis moueri vident horrore ſuppliciorꝝ vitæ quæ nunc eſt, q̃ futuræ. Nā & pro peccatis ſuis cogitāt ſe poſtmodum cōfeſſuros ac benefacturos. [Locutus eſt dñs ad Moſen, dicēs: Hæc loqueris filijs Iſrael: Homo de filijs Iſrael, & de aduenis qui habitāt in Iſrael, ſi quis dederit de ſemine ſuo Moloch,] Qualiter autē dupliciter poſſit intelligi datio iſta ſeminis proprij idolo Moloch, in literali
Leui. 18. expoſitione cap. 18. eſt inductum. [morte moriatur:] ſecūdum quod ſubdit: [Populus terræ lapidabit eū] .i. filij Iſrael in terra eis ꝓmiſſa morātes, quibus crimē hoc innotuerit, cum fuerit ſatis probatum & dijudicatū. [Et ego ponam faciem meā contra illum] .i. rigoroſe & indignāter eum adſpiciā. [& ſuccidā eum de medio populi ſui] auferēdo eum per mortem, ita ꝙ vltrà nō gignet, eo ꝙ dederit de ſemine ſuo Moloch, & cōtaminauerit ſanctuariū meum] .i. templum ſeu tabernaculum Dei inhonorauerit, offerendo ſuperſtitioſe alteri q̃ vero
3. Re. 13. Deo, cui in ſanctuario ſuo eſt immolādum. Qui autē in loco cōſecrato vero Deo tale quid
& 15. egerit, præcipue locum ſanctū contaminat, quod filij Iſrael ſæpe fecerunt in templo à Salo-
4. Re. 16. mone cōſtructo, prout in libris Regum & Paralipo. recitat. Circa hoc ſcribit quidā, ꝙ ſcri-
& 21. ptura ſacra frequentius loquit de Moloch quàm alijs idolis: veruntamen puto ꝙ ſæpius lo-
2. Par. 24 quatur de Baal. [ac polluerit nomen ſanctū meū] .i. meipſum, quātum in ſe eſt, vilipenden-
& 29. dum mōſtrauerit, alteri magis q̃ mihi ſacrificādo, & alios ſcandalizādo, ſeu ſuo exemplo inducendo ad idem. Vel polluerit nomen ſanctū meum, tam vile idolum, falſumq; deū, vocādo Deum ſacrificijs dignū, cum ſoli vero Deo ſit ſacrificādum. [Quòd ſi negligens populus
* dedit terræ, & quaſi paruipendens imperiū meum, dimiſerit hominē qui * dederit de ſemine ſuo Moloch, nec voluerit eum occidere, ponā faciem meā ſuper hominē illum] dantem de ſemine ſuo Moloch, ita ꝙ meā non euadet vindictā. [&] ſuper [cognitionē eius.] quæ ei in cri
* & ipſū mine tāto cōmunicat, [ſuccidamq; * eum & oēs qui cōſenſerunt ei] in tāto facinore. & per
& oēs illos cōſentientes, quidā intelligunt negligentes eum occidere. Vnde Lyra hic ſcribit: Ex quo patet, ꝙ illi qui debēt corripere crimina, ſi negligāt, cōſentientes reputant, & eandē pœ
R. Paul⁹. nam incurrunt. Sed cōtra hoc ſcribit Rabbi Paulus: Ex litera nō habet, ꝙ negligentes corrigere crimina, eādem pœnā incurrunt, ſed ſolū ſi ſint cōſentientes. Dicit em̄ in litera: Succidā eum & oēs qui cōſenſerint: nō dixit, & oēs q neglexerint. Ex q̃ patet, ꝙ negligentes, licet ſint digni pœna, nō tamē eādem pœnā incurrunt quā trāſgreſſores, niſi cum hoc ſint cōſentiētes. Quocirca dicēdum videt, ꝙ verba Lyrę ſatis caute prolata ſunt. Illi qui debēt corripere crimina, vtpote qbus ex officio vel ꝑcepto incūbit, vt ī ꝓpoſito, ſi negligāt, cōſentiētes reputant. i. ęqualenter tantundē eſt, ac ſi cōſentiant, quāuis nō ſemꝑ conſentiāt formaliter & directe: & eādem pœnā incurrūt, quia mortaliter peccāt negligēdo ſeu omittēdo q̃d eis ꝑceptū
Auguſt. eſt, immo interdū culpabiliores cenſent, q̃ qui peccauerūt, ſecūdum q̃d adſerit Auguſtinus: Si increpare neglexeris, peior peccāte efficeris. Pręterea ꝙ negligētes corripere, eādem pœ-
Ezec. 3. nam incurrēt, ꝑſertim ſi præſint, videt ex eo ꝙ per Ezechielē dñs bis teſtat de ſpeculatore vidente gladiū venientē & tacente, ꝙ ſanguinē pereuntis requiſiturus exiſtat de eo: immo qui pluribus præeſt, interdū grauius peccat, dum plures ſubditorꝝ ſuorꝝ ſcit reos eſſe, nec corripit eos, q̃ aliquis eorundē. Aliqñ etiā graui⁹ peccat nō corripiēdo, q̃ alius ſolū cōſentiēdo. Veruntamē loquēdo in generali, vitioſius puro cōſentire peccato alterius, q̃ nō corripere illud. [Anima quæ declinauerit ad magos & hariolos] ad ſciſcitandum aliq̃d ſecretū ab eis, vt per magicā artē aut hariolationis practicā, accipiat reſponſionē. Ideo ſubdit: [& fornicata fuerit cum eis] .i. in tali ſcelere cōmunicauerit eis, vel etiā Magis dūtaxat, aut hariolis tm̄, quod eſt fornicatio ſpiritalis, puta receſſus ab vnione ſponſi cæleſtis, & voluntatis commixtio cū adulterāte ſecū diabolo. [ponam faciem meā cōtra eā, & interficiā illā de medio populi ſui:] quia faciā eam occidi per hoīes iudices, aut per angelū bonū vel malū, niſi forſan pœnitēdo euaſerit, & ſumit nunc aīa pro hoīe. Quid aūt ſit declinare ad magos ſiue hariolos, in expoſitiōe ꝑcedentis cap. patuit. [Sanctificamini & eſtote ſancti, qa & ego ſanctus ſum dñs Deus
Leui. 19. veſter. Cuſtodite ꝑcepta mea, & facite ea. ego dñs qui ſanctifico vos. Qui maledixerit patri
Exo. 20. ſuo aut matri] cōtra præceptum præcedenti capl'o & in Exodo poſitum, [morte moriatur,]
præ-

præſertim ſi ex deliberatiōe aut certa malitia vel cōſuetudine fecerit hoc. Quo conſtat enormitas ſceleris huius, q̃d & ingratitudinē nimium magnā includit. Vnde pro confirmatiōe & exaggeratiōe iſtud repetit. [Patri matriq; qui maledixerit,] aut vni eorꝝ, [ſanguis eius ſit ſuꝑ eū] .i. cauſa ſuæ occiſiōis imputet ei. Conſequenter in litera pro varijs criminibus mors infligi iubet, & cap. 18. præcepta vitiorꝝ illorꝝ prohibitiua, expoſita ſunt. In duobus quoq; caſibus iubet pecus, cū q̃ peccatū cōmiſſum eſt, occidi, in deteſtationē maiorē tam innaturalium vitiorꝝ, & ne inſpectio bruti talis, alicui pariat imaginationē fœdiſſimā. [Qui acceperit Leuit. 8.
ſororē ſuā, filiā patris ſui, vel filiā matris ſuæ, & viderit turpitudinē ei⁹, illaq; cōſpexerit ignominiā fratris, nefariā rem opati ſunt, occidēt in cōſpectu ppl'i, eo ꝙ turpitudinē ſuā mutuo reuelauerint, & portabunt iniquitatē ſuā:] ſi ſuper hoc fuerint cōuicti in foro iudicij & dijudicati, & ex propoſito. i. abſq; rationabili cauſa id egerint. Secus, ſi improuiſe aut neceſſaria cauſa. [Qui coierit cum muliere in fluxu menſtruo] .i. durāte fluxu ſanguinis menſtrualis, [& reuelauerit turpitudinē eius, ipſaq; aperuerit fontē ſanguinis ſui,] ita ꝙ ſponte hoc ſuſtinet, [interficient ambo] cū in iudicio fuerit cōprobatū, & ſciēter cōmiſerint. De hui⁹ criminis ꝓhibitiōe, ꝓhibitiōiſq; cauſa, in expoſitiōe cap. 15. dictū eſt. [Turpitudinē materteræ tuæ & amitæ tuæ nō diſcooperies. Qui hoc fecerit, ignominiā carnis ſuæ nudauit, portabūt ambo iniquitatē ſuā. Qui coierit cum vxore patrui vel auunculi ſui, & reuelauerit ignominiā cognatiōis ſuæ] .i. pſonæ ſibi affinis, vel eius quę fuit vna caro cum patruo aut auunculo ſuo, ſicq; ignominia talis fœminæ, fuit ignominia viri ſui propinqui coeuntis cum illa. [portabunt ambo peccatū ſuū] .i. mortē quæ eis infliget pro tali inceſtu aut etiā adulterio, ſi priori marito viuente contingat. [Abſq; liberis] .i. ſine legitimo partu & ſucceſſore hæreditatis, [morientur.] vel ſobolem acquirere ſunt indigni, ſeu iuſto iudicio ſubtrahet. [Qui duxerit vxorē fratris ſui,] illo viuente, aut etiā mortuo, ſi ſemen reliquerit: [rem facit illicitā, abſq; liberis erunt,] iuxta expoſitionē prætactā, & inter tales non eſt matrimoniū verꝝ, vt patet ex introductis in elucidatione cap. 18. [Cuſtodite leges meas atq; iudicia, & facite ea, ne & vos euomat terra, quā intraturi eſtis & habitaturi] .i. ne propter vitia veſtra violenta morte eijciamini ex hac terra, tanq̃ vile atq; ſuperfluū quid in ea, ſicut de corpore animalis violenter eijcitur ſuꝑflua indigeſta fœda materia. [Nolite ambulare in legitimis nationū, quas ego expulſurus ſum ante vos. Oīa em̄ hęc fecerūt, & abominatus ſum eas. Vobis aūt loq̄r: Poſſidete terrā eorꝝ quā dabo vobis in hęreditatē, terrā fluentē lacte & melle. Ego em̄ dñs Deus veſter, q ſeparaui vos à cæteris populis] habitatiōe & loco, circūciſiōe & legis traditiōe, fide & conuerſatiōe. [Separate ergo & vos iumentū mundū ab immūdo, & auē mundā ab īmunda] .i. ea quę ſecundū legē prohibita ſunt comedi aut offerri, nō comedatis nec immoletis. [ne polluatis aīas vr̄as in pecore & auibus & cunctis q̃ mouent in terra, & q̃ vobis oñdi eſſe polluta.] ¶ Circa hoc ſcribit Lyra: In Hebræo habet, Separate beſtiā mundā ab immūda. Iumentum em̄ ꝓprie dicit, quaſi iuuamētū, vtpote animal q̃d deſeruit homini tm̄ in laborādo, vt equus aſinus & cōſimilia, quæ oīa ſunt quo ad eſum immūda: ideo diſtinctio mūdi ab immūdo, in iumētis locū nō habet. Circa q̃d dico, ꝙ ſecundū expoſitores, iumentū dicit quaſi iuuamentum, qa deſeruit homini ad neceſſaria vitę ſeu ad labores. Sed nō eſt de rōne iumēti ꝓprie dicti, ꝙ ſolū deſeruiat homini ad labores, immo bos ꝓprie loquēdo eſt iumentū, qui tñ eſt aīal mundū comeſtibile ac immolatitiū: idcirco trāſlatio iſta eſt apta, & diſtinctio hæc in iumētis locū ſortit. [Et eritis mihi ſancti, qa ſanctus ſum ego dñs, & ſeparaui vos à cæteris populis, vt eſſetis mei] .i. ad maieſtatis meę honorē, qa cultores meos ab infidelibus volo diſtingui magis, q̃ animalia mūda ab immūdis. [Vir ſiue mulier, in qbus * pythonicus vel diuinationis fuerit ſpūs] .i. qui ex ſubſidio dæmonis ſpōte & libere exercuerit magicā artē à pythone inuentā, vel futura prædixerit. [morte moriant,] & qua morte, ſubiungit: [lapidibus obruent eos. Sāguis eorꝝ ſit ſuꝑ illos.] Iſtud (vt ait Guilhelmus) præcepit Deus, ne ꝑ diuinationē pythonicā ad idololatriā declinarēt Iudæi. Python quippe, q alio noīe appellat Apollo, magicam quādam reperit artem, qua mortui ſuſcitati vident, quia in eorꝝ ſimilitudine ſeu perſona aliquis dæmon apparet, quod incātationibus agit. Interdum vero per viuos dæmon reuelat futura, & tales viui dicunt ſpiritū pythonem habere .i. ſpiritū diuinationis, cuius author fertur Apollo fuiſſe. Sicq; dupliciter cōtingit diuinatio illa pythonica, ſcilicet per mortui apparitionē præſtigialem, & per alicuius viui reuelationem, per quem ſpūs malus prædicit quædā futura, immo & hoc quoq; duobus accidit modis. Interdū em̄ homo talis eſt arreptitius ſiue obſeſſus, ita ꝙ ſine ſua procuratiōe ſpōtanea prædicunt per ipſum futura, & hoc potius habet rationem pœnæ quàm culpæ, nec de talibus pythonicis loquit hic ſcriptura.
Taliſq; fuit puella pythoniſſa, de qua in Actis legit, de qua, Paulo iubente, exijt ſpiritus ne- Acto. 16.
quam. Interdum vero eſt ſanæ mentis, voluntarie vtens huiuſmodi arte, qualis extitit mu- 1. Re. 28.
lier pythoniſſa, de qua primo Regum habetur. Et de talibus eſt nunc ſermo. Spiritalis demum huius capituli ſenſus ex præhabitis innoteſcit.

¶Declaratio literalis cap.XXI.Dixit quoq; dñs ad Moſen. Art. XL.

MOdo tradunt quædã præcepta ſacerdotes cõcernentia, qualiter debeant ab exteriori
immuditia, corporaliq; defectu eſſe immunes, vt per hoc inſinuet, qualiter intus de
beant eſſe ſynceri: immo & q̃ virtuoſi ac ſancti eſſe debeãt legis euãgelicę ſacerdotes,
in quoꝝ figura, præcepta nunc exponenda, ſacerdotibus legalibus ſunt præfixa. [Dixit quoq;
dñs ad Moſen: Loquere ad ſacerdotes filios Aaron,] ipſo põtifice inferiores, [& dices ad eos:
Non cõtaminet ſacerdos in mortibus ciuium ſuoꝝ] .i. nullus ſacerdotum inferioꝝ incur-
rat inidoneitatẽ intrãdi ſanctum locũ & ſacrificãdi in eo, ingrediẽdo ad aliquẽ defunctum
in vrbe ſeu villa habitationis ſuę, [niſi tãtum in cõſanguineis ac propinquis.i. ſuper patrem
& matrem & filios ac filias, fratrem quoq; & ſororẽ virginẽ, quæ nõ eſt nupta viro].i. ad has
perſonas defunctas poterit ingredi, & eaꝝ intereſſe funeribus, & tñ ex hoc contaminabitur,
præfatã irregularitatẽ incurrendo, à qua per adſperſionẽ aquæ expiationis indigebant pur-
gari. [Sed nec in principe populi ſui contaminabit] .i. ad eius funus & ſepelitionẽ nõ ingre-
diatur, ne maculetur. ¶Circa hoc ſcribit Thomas in prima Secundæ: Malefici & ſacerdo-
tes idoloꝝ, in ſuis ritibus vtebãtur oſſibus ſeu carnibus hominum mortuoꝝ: ideo ad extir-
pandum idololatriæ cultum, pręcepit dñs vt ſacerdotes minores, qui certis temporibus mi
niſtrabãt in ſanctuario, nõ inquinarent in mortibus niſi valde propinquoꝝ. Pontifex autẽ
ſemper debuit eſſe paratus ad miniſteriũ ſanctuarij: ideo ei prohibitum fuit accedere mor-
tuum, quãtumcũq; propinquum. ¶De eadem materia libro de fide & legibus ſcribit Guil
helmus: Mortuos generaliter, tam viros q̃ mulieres, immundos eſſe lex voluit, vt elõgaret
populum Iſrael à ritu funerãdi quem habebant idololatræ, & ab operibus maleficis ac ne-
cromanticis, quoꝝ multa legimus: ideoq; qui tãgeret mortuos, eſſet immũdus. Sacerdotes
autẽ prohibiti ſunt intrare ad mortuos, præterquã ad ſex, ad quos introire permiſſi ſunt, ne
Nũe. 19. lex videret nimis inhumana & dura. In Numeroꝝ quoq; libro legit, mortuum eſſe immun-
dum, & tabernaculum omnemq; ſupellectilem eius, & eos qui ingrediunt tabernaculum il-
lud. [Non radent caput, nec barbã, neq; in carnibus ſuis facient inciſuras.] Iſtud ſuprà legit
Leui. 19. filijs Iſrael generaliter eſſe prohibitũ, propter cauſas ibi expreſſas: nunc vero ſpecialiter ſa-
cerdotibus prohibet, qui præ cæteris debuerunt ab idololatris & curioſis ac vanis homini-
bus eſſe diſtincti. Et quod nunc dicit, Non radent caput, non eſt intelligendum ꝙ nouacula
nunq̃ aſſcenderet caput eoꝝ, ſicut de perpetuis Nazaræis fuerat iuſſum, ſed ne in rotundũ at-
Ezec. 44. tonderent caput, prout cap. 19. continet. Vnde in Ezechiele habetur: Caput nõ radent, nec
comam nutriẽt, ſed tõdentes attõdent capita ſua, vtpote medium obſeruãtes inter omimo-
dam abraſionẽ & immoderatã prolongationẽ. Vnde Septuaginta tranſtulerunt ibidem: Et
comas nõ ad preſſum tondebunt. [Sãcti erunt Deo ſuo].i. cum ſpeciali munditia Deo vaca-
bunt, præſertim tempore miniſterij ſui. [Et nõ polluent nomen eius. Incenſum eñi dñi & pa
nes Dei ſui]. i. panes dño conſecratos [offerunt, & ideo ſancti erunt].i. eſſe tenent & merito
eſſent, quãuis ſæpe cõtingat oppoſitum. Hæc equidẽ ſunt præcepta, quãuis per modum præ-
cepti nõ exprimãtur. [Scortum & vile proſtibulũ nõ ducet vxorem].i. meretricem ſeu pro-
ſtitutã, quia hoc vergeret in dedecus ſacerdotis. [nec ea quæ repudiata eſt à marito,] quia de
illa habet ſuſpicio mali, quãuis forte immunis ſit. [quia cõſecratus eſt Deo ſuo.] Ideo ab exte
Ibidem. riori quoq; vilitate & fœditate debet cauere. Inhoneſtas autẽ vxoris redundat in virũ, cum
vna ſint caro. Redundat quoq; in ſobolem. ¶Hinc aſſerit Thomas: Præceptũ eſt etiã eis, ne
ducerẽt vxorem meretricẽ aut repudiatã, ſed virginem: tum ꝓpter reuerentiã ſacerdotum,
quoꝝ dignitas ex tali coniugio videret quodãmodo minui, tum propter eoꝝ filios, quibus
eſſet ad ignominiã turpitudo matris, q̊d tunc maxime erat vitãdum, quãdo ſacerdotij di-
gnitas ſecundũ ſucceſſionem generis conferebat. Hæc Thomas. Veruntamen viduatã à ſa-
cerdote poterat ſacerdos accipere, vt in Ezechiele conſcriptum eſt. [& panes propoſitionis
offeret. Sit ergo ſanctus, quia & ego ſanctus ſum dñs, qui ſanctifico vos. Sacerdotis filia ſi de-
præhenſa fuerit in ſtupro].i. probari poſſit ꝙ ſponte ſe permiſit violari ſeu deflorari. [& vio
lauerit nomen patris ſui].i. patrẽ ſuum ſacerdotẽ tam grauiter inhonorauerit, quia in patris
ſui improperiũ ſpecialiter hoc redundat, qui cũ omni ſobole ſua debuit pręcipua honeſtate
pollere. [flammis exuretur.] quia grauius peccauit q̃ aliæ virgines violatæ, quæ nec tam gra
uiter puniebãtur, niſi fuiſſent viro addictæ ſeu affidatæ. Vnde nec verum videt, ꝙ aliqui di-
cunt paſſum iſtum intelligendũ eſſe de filia ſacerdotis affidata, nõ de omnino libera ab affi-
datione. Cõſequenter tradunt ad pontificẽ pertinentia. [Pontifex, id eſt, ſacerdos maximus]
dignitate [inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum eſt vnctiõis oleum, & cuius manus in
ſacerdotio cõſecratæ ſunt, veſtituſq; eſt ſanctis veſtibus].i. cõſanguineos ſeu reliq̃s ſacerdo-
tes, [caput ſuũ nõ diſcooperiet] illud nudãdo inſtar alioꝝ defunctos lugentiũ. Vnde cidarim
à capite ſuo nõ deponet illa ex cauſa. Ex eadẽ quoq; cauſa [veſtimẽta] ſua [non ſcindet.] Le
gitur aũt põtifex in Chriſti paſſiõe veſtes ſuas ſcidiſſe, quaſi blaſphemiam audire nõ valens,
niſi

niſi in ſignũ doloris ſcinderet veſtimenta. [& ad omnem mortuum nõ ingrediet omnino].i.
ad nullum defunctum, immo nec ad parentes, ſicut ſubiungit: [Super patre quoq; ſuo & ma
tre nõ contaminabit].i. ad eos iam mortuos non intrabit, ne contaminetur modo præta-
cto, & multo minus intrabit ad alios iam defunctos. Circa hoc loquitur Auguſtinus: Quare Auguſt.
põtifex ꝓhibet ſuper funus patris ſui intrare, cũ eſſe nõ potuerit ſummus ſacerdos, niſi patre
ſuo defuncto, cui lex iubet eum ſuccedere? Sed neceſſe erat nõdum ſepulto pontifice, ſtatim
ſubſtitui alium, propter cõtinuationem incẽſi. [nec egrediet de ſanctis].i. de ſanctuario non
exibit proſequendo funus parentum ad ſepeliendum. Si aũt obijciat, ꝙ iſtud videat pietati
contrarium, quæ defunctis, præſertim parentibus & propinquis, debet: dicendum, ꝙ vna vir
tus aliq̃ñ cedit alteri (potiſſimũ inferior ſuperiori) ex rationabili cauſa, ſicq; in propoſito,
miſericordia charitaſq; fraterna, cedunt & deferunt charitati diuinæ ac latriæ. [ne polluat
ſanctuarium dñi].i. ne inhonoret tabernaculum Dei aut templum, in q̊d redundat inquina-
tio ſummi miniſtri ipſius. Nã locus ſeu habitaculũ ex ſuo habitatore dicit clarificari aut vi
lificari. [quia oleum ſanctæ vnctiõis Dei ſui ſup eũ eſt].i. ſup caput ipſius in ſua conſecratiõe
fuſum eſt ſanctę oleũ vnctiõis, ſicut ca. 8. patuit. Hinc ꝑcipua debet honeſtate ac puritate pol
lere, & iugiter eſſe paratus ad cõſiſtendum ac miniſtrãdum in templo. [Ego dñs. Virginem
ducet vxorem. Viduã aũt & repudiatã & ſordidã].i. fœdã aut monſtroſam [& meretricẽ].i.
nullam talem [nõ accipiet] cõiugem, [ſed puellam virginem de populo ſuo.] Per populum
ſuum, quidã intelligunt tribum Leuiticã, ita ꝙ ſine diſpenſatione nõ licuerit pontifici ſu-
mere contoralem de alia tribu. Vnde & Lyra ait: Hoc fuit inſtitutum à principio, tamen fu-
it conceſſum vt poſſit accipere de regia ſtirpe, ſcilicet tribu Iuda, propter illius ſtirpis nobi
litatem, & vt rex qui præeſt in temporalibus, & ſummus ſacerdos qui pręeſt in ſpiritualibus,
eſſent magis concordes. Quod profuit ad bonum regimen plebis, atq; vt reges per famili-
aritatem ſacerdotum eſſent magis edocti in lege diuina. Talis quoq; cõiunctio videt con-
cedi per hoc q̊d ſubditur: [Non cõmiſceat ſtirpem generis ſui vulgo gẽtis ſuæ].i. ſeipſum aut
ſucceſſorem ſuum, nõ iungat matrimonialiter cõmunibus de populo Iſrael. Per quod con R. Paul⁹.
cedi videt cum regia ſtirpe cõmixtio. His verbis Lyræ cõtradicit R. Paulus: Per hoc, inquiẽs,
quod dicit, de populo ſuo, nõ intelligit de genere ſacerdotali vel Leuitico tantum. Nunquã
enim (vt credo) legitur fuiſſe prohibitum ſummo ſacerdoti cõtrahere cum virgine de qua-
cunq; alia tribu. Nec in hoc fuiſſet diſpenſatum cum eo. Quod vero dicit, nõ cõmiſceat ſtir-
pem generis ſui vulgo gentis ſuæ, in Hebræo habet, nõ polluat: quod intelligit facere, ſi cõ-
miſceret ſe alicui prædictaꝝ perſonaꝝ ſibi prohibitaꝝ. [Ego dñs qui ſanctifico eum. Locu
tuſq; eſt dñs ad Moſen, dicens: Loquere ad Aaron,] præcipiẽdo ei ex parte mei: [Homo de
ſemine tuo ꝑ familias].i. ꝑ quãcũq; familiã deſcendat à te & à poſteris tuis. [q habuerit ma
culã].i. mõſtroſitatẽ aut notabilẽ defectuoſitatẽ, aut deformitatẽ per quã quis ſit cõtempti-
bilis in alioꝝ adſpectu. [nõ offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius].i. ſacer-
dotale officiũ exequi nõ præſumat, ne ex eius deformitate ſacerdotale officiũ vilipendat. Si
eñi huiuſmodi macula fuit in ſacrificijs ſeu animalibus immolãdis vitãda, quãto magis in
ſacrificãtibus Dei miniſtris? Nec accedet ad miniſteriũ eius. Quaſi dicat, Nõ oẽs q de ſacer-
dotali ſunt genere, apti ſunt eſſe ſacerdotes, & actum ſacerdotij adimplere, ſeu cõſecrari in
ſacerdotes. Gloſſa: Oportet ſacerdotẽ animo & cõuerſatiõe eſſe immaculatũ, quẽ ſicut Mo-
ſes præcepit eſſe immunem à duodecim maculis, (ſecundũ Septuaginta) ſic Paulus monuit 1. Tim. 3.
eum cõſeruare virtutes duodecim, dicens: Nõ iracũdum, nõ vinolentũ &c. Eſt eñi Dei diſpẽ
ſator, qui ſubiectis debet præminere virtutibus. Deinde exprimunt deformitates iſtæ in ſpe
ciali. [Si cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo vel grãdi vel torto naſo, ſi fracto pede, ſi manu,
ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiẽ, ſi impetiginẽ in corpore
vel hernioſus, nõ accedet offerre hoſtias dño, nec panes Deo ſuo.] Hic planus eſt textus. Quę
aũt in eo aliquã habent obſcuritatẽ, paulopoſt exponent. [Veſcet tamen de panibus qui offe
runt in ſanctuario].i. in atrio à populo, quia hæreditatẽ non habet, ſicut nec ſacerdotes. [ita
dũtaxat, vt intra velum templi non ingrediat].i. in ſancta ſanctoꝝ, etiamſi ſit primogenitus
põtificis. [nec ad altare accedat] ad offerendũ in eo, [quia maculã habet, & cõtaminare non
debet ſanctuariũ meum].i. inhonorare, faciẽdo ibidem q̊d ei prohibitũ eſt. [Ego dñs qui ſan
ctifico eos] videlicet ſacerdotes, determinãdo qui debeãt mihi in ſacerdotes cõſecrari, quos
& dedico cultui meo in tẽplo, nõ alios: ideo alter nõ ingerat ſeſe. ¶Circa hoc aduertendũ, q̊d
magiſter in hiſtorijs ait: Sacerdotes habuerunt tria genera panum, videlicet panes ſacerdo-
tales, & Leuiticos, ac laicos. Sacerdotales erãt panes propoſitiõis, qui de publico ſumptu fie
bant, quibus veſci ſolis ſacerdotibus licuit. Panes Leuitici ſeu offertorij erant, quibus ſoli de
genere Leui veſcebantur, & etiam hi, qui propter maculam nõ poterant miniſtrare in ſan-
ctuario: & filiafamiliàs, ſed nõ vxorata, vel vidua, aut repudiata, niſi neceſſitate rediret ad do
mum patris, vt eſſet quaſi filiafamiliàs. His etiam panib⁹ nõ veſcebãtur aduena, inquilinus,

& mercenarius ſacerdotis,ſed verna vel emptitius eius poterat inde comedere. Laicos vero
panes quicũq; poterat mãducare. Rurſus in Scholaſtica fertur hiſtoria, & ſumptũ videt ex
Ioſepho:Sacerdotibus prohibuit etiã eas accipere in vxores,quæ viuunt de cauponis & pan
dochijs.i.de rebus venalibus in apothecis ſeu locis feneſtræ,vbi exponunt venalia.Pontificẽ
vero iuſſit dominus ad nullum ingredi mortuum.Vnde & dominus papa nullis exequijs di-
citur intereſſe, nec parochia eius muros vrbis excedit.

¶De ſpiritali intellectu huius capituli viceſimiprimi.

Articulus quadrageſimusprimus.

AD intelligendum clarius præinducta de ſacerdotibus,& à miniſterio ſacerdotali pro-
hibitis,aduertendum quod in prima Secundæ,quæſt.102.loquitur Thomas:Intentio
legis erat inducere populum ad reuerẽtiam cultus diuini,& hoc dupliciter:Vno mo
do,excludendo à cultu diuino quicquid poterat eſſe contemptibile. Alio modo,apponen-
do ad cultum diuinum omne quod videbat ad reuerentiam pertinere. Et ſi hoc obſeruaba
tur in tabernaculo & vaſis ac animalibus offerendis,multo magis obſeruandum hoc fuit in
ipſis miniſtris. Hinc ad remouendum contemptum miniſtroꝝ,præceptum fuit vt non ha-
berent maculam vel corporalem defectum,quia huiuſmodi homines ſolent cõtemni.Hinc
etiam inſtitutum fuit,vt non ſparſim ex quolibet genere ad Dei miniſteriũ applicarentur,
ſed ex certa proſapia ſecundum generis ſucceſſionem,vt ex progenie clariores reputarent.
Fuit etiam ratio figuralis,cur propter maculam miniſtrare non poterant ex ſacerdotibus na
ti,quoniam corporales illi defectus deſignant vitia & peccata diuerſa, quibus ſacerdotes de-
bent carere.Prohibet etem̃ ſacerdos eſſe cæcus,i. ignorans & indoctus.Item claudus.i.inſta
bilis &ad diuerſa leuiter ſe inclinans.Paruo quoq;,grãdi aut torto naſo,i.indiſcretus,ne per
diſcretionis defectum excedat,plus aut minus aut peruerſe quid agens. Per naſum quippe,
qui eſt perceptiuus odoris,notat diſcretio.Et ne ſit fracto pede aut manu.i,ne virtutem be-
ne agendi ac proficiendi amittat.Prohibet quoq; eſſe gibboſus retro ſiue in pectore,i, ela-
tus aut terrena ſuperflue amans.Et lippus, ne mens eius per carnalem obtenebret affectum,
& ne hebes ſit ad intelligendum pertinentia ad ſuum officium.Lippitudo nãq; cauſatur ex
fluxu humoris.Prohibet item albuginem habere in oculo.i. præſumptionem candoris iu-
ſtitiæ in propria reputatione.Albugo enim vocat ſubtilis membrana viſum impediens,te-
nuiſq; pellicula,albedo & glaucitas oculoꝝ.Et iugem ſcabiem.i.petulantiam carnis.Et im
petiginem,quæ ſine dolore corpus occupat,& membrorum fœdat decorem,per quam aua
ritia deſignat,aut hernioſus ſeu ponderoſus,id eſt,pondus turpitudinis aut paſſionum gra
uamen ferens in corde,quanuis non proſequatur in opere. Et ne nimis ad inferiora afficia-
tur, nec turbatus ſit cerebro, ſed pacatus & ſyncerus ad proximos, atque tranquillus in do-
mino.Si ergo hæc vitia erant ſacerdotibus illis corporales hoſtias immolantibus, deteſtan-
da & abijcienda: quanto magis ſacerdotibus eccleſiæ, qui ſuperdigniſſimũ offerunt ſacra-
mentum? Rurſus,ſi corporalis macula,natos ex ſtirpe ſacerdotali,fecit indignos offerre pa-
nes ſolum materiales, inanimatos, & pecorum carnes: quanto magis culpæ mortalis turpi-
tudo fœdiſſima,indigniſſimum efficit ſacerdotem ad immolãdum Deo patri corpus & ſan-
guinem vnigeniti filij ſui,immo ipſum vnigenitum eius? Sit ergo om̃is ſacerdos eccleſiæ vi-
dens,mente illuminatus à ſpirituſancto,conſtãs in via iuſtitiæ,immobilis à firmitate vir-
tutum,nequaquam in duas claudicans partes,ſed regia iugiter via incedens.Sit quoq; diſcre
tus in omnibus, decenter & ordinate omnia agens, & luce ſuæ diſcretionis alios efficaciter
ducens ac dirigens.Non ſit remiſſus in opere, nec frigidus à ſpiritali affectu, non elatus aut
tumidus,non laſciuus aut cupidus,ſed omni humilitate,liberalitate, continentia, charitate
repletus,omni põdere iræ & impatientiæ,omni onere prauæ triſtitiæ carens in corde. Non
contaminet ſacerdos in mortibus ciuium ſuorum,id eſt, peccatis aliorum nullo modo cõ-
Origen. municet. ¶Præterea quæ de magno ſacerdote dicuntur in textu, Origenes bene & allego-
rice exponit de Chriſto, qui vere & abſolute fuit & eſt magnus & ſummus ſacerdos. De quo
Lucæ 1. Gabriel dixit:Hic erit magnus. Cæteri peccando facti ſunt parui. Peccatum quippe efficit
hominem paruum atq; exiguum, virtus magnum & eminentem. Quemadmodũ nãq; cor-
poris ægritudo reddit illud exiguum & exile,ſanitas aũt lætum & validum:ſic ægritudo pec
cati reddit animã paruã & vilem,ſanitas vero interioris hominis excellentem & magnam.
Chriſtus ergo eſt magnus ſacerdos inter fratres ſuos,id eſt,apoſtolos, de qbus loquutus eſt:
Vade,dic fratribus meis.Super cuius caput fuſum eſt oleum vnctiõis,quia cordi eius copio
Ioan.20. ſiſſime eſt infuſum oleum ſanctæ iucunditatis, abundantia omnis ſuperni chariſmatis, iu-
Pſal.44. xta quod ſcriptum eſt:Vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitiæ.Vnde per Eſaiam fatetur:Spiri
Eſaię 61. tus dñi ſup me,eo ꝙ vnxerit me.Propter quod princeps ait apl'oꝝ in Actis:Vnxit eum dñs
Acto.10. ſpirituſancto & virtute. ¶Circa hæc loquit Origenes:Qui magnus eſt,nõ ſcandalizatur,ſed
Origen. qui puſillus eſt.Qui magnus eſt,quodcunq; viderit, quodcunq; paſſus fuerit,non declinat à

virtute.Qui aũt puſillus eſt, occaſiones quærit q̊modo ſcandalizetur. Talibus ergo oportet
nos maxime ꝓſpicere,ne labant. An oñdes mihi de ſcripturis,vbi aliqs peccator aut meriti
parui,appellatus ſit magnus? Hęc Origenes.Qui in hoc vltimo verbo inſinuare videt,ꝙ ini-
q & puſilli non vocent magni in ſcripturis canonicis.Et q̃uis id raro inueniat,aliqñ tñ inue
nitur,cum 1. Regũ de Nabal legat:Erat homo ille magnus nimis. Et in Zacharia: Quis tu
mons magne corã Zorobabel in planum? Vbi per montem magnũ,ad literam deſignatur 1. Re.25.
diabolus.¶Deniq; Chriſtus non eſt contaminatus in patre aut matre, qa ex Deo patre eſt Zach.4.
genitus ab æterno, nec mater virgo cũ concepit aut pepit in pctõ.Hic non niſi virginẽ du-
cit vxorem,quia & ſi aĩas peccatrices cõuertat & copulet ſibi miſericordiſſime,tñ anteq̃ vni-
antur ei per amplexum internum,purgat & ornat eaſdem,atq; per fidem, ſpem, charitatem
reducit eas ad ſpiritualem integritatem & mentis virginitatem.¶Poſtremo,q̊d dictum eſt, Origen.
Non egredietur de ſanctis: ſecundum q̊d aſſerit Origenes & ꝓbat,non poteſt proprie veri-
ficari de ſacerdote magno in lege,qui virginem iubetur in coniugem ſumere,quam in ta-
bernaculum non potuit introducere atq; cognoſcere,immo pro multis cauſis ſanctuarium
exijt.Sed dñs noſter Ieſus Chr̃s ſemper permanſit in ſanctis.In ſanctis vtiq; meditationibus,
verbis & actibus,q ſponſam, hoc eſt, animam valde puram & valde ſynceram reqrit:qa q̃ 1. Cor.6
ei coniungitur,vnus ſecum efficit ſpiritus.Pulchra à Deo creata eſt anima.Vide q̃ pulchra,
q̃ ad imaginem & ſimilitudinem Dei creata eſt.Hanc pulchritudinẽ videns diabolus & an-
geli eius,concupiſcunt:& qa ſponſi eius fieri nequeunt,cũ ea meretricari deſiderant:Quibus
ſi acquieuerit & conſenſerit aĩa,meretricat cum illis,& adulteros amplexat.Si ſpũs iræ,ſpũs
ſuperbiæ,ſpiritus impudicitiæ tentauerit eam,& ipſa conſenſerit,meretricatur cum illis.

¶Elucidatio literalis cap.22.Loquutuſq; eſt dominus ad Moſen:Loquere &c.

Articulus quadrageſimus ſecundus.

PAuca in iſto continẽtur cap. q̃ præhabita non exiſtant: ſpecialiter vero nunc ſermo eſt,
q̃liter filij Iſrael,potiſſime ſacerdotes, ſe habere debuerint circa oblata.[Loquutuſq; eſt
dñs ad Moſen:Loquere ad Aaron & filios eius,] præcipiendo tam pontifici q̃ ſacerdo-
tibus reliquis,[vt caueant ab his quæ conſecrata ſunt filioꝝ Iſrael,]hoc eſt,vt caute ſe habe
ant circa ea quæ filijs Iſrael per manus ſacerdotum immolant, ac conſecrãt ſeu deputant mi
hi,ad maieſtatis meæ honorem.[& non cõtaminent nomen ſanctificatoꝝ mihi quæ ipſi of-
ferunt,]hoc eſt,ſacrificia mihi oblata per eos, non tractent irreuerenter, nec redigant ea in
vſus illicitos,per quod talia mihi ſanctificata ſeu conſecrata, nomen ſacrificij & ſanctifica-
ti quaſi amitterent, ipſumq; nomen nominans ac nominatum, pollui & in abuſum venire
iudicarentur.[Ego dominus:Dic ad eos]puta ad Aaron eiuſq; filios,& ad poſteros eorum:]
quos vel tunc habuerunt,quia Phinees filius Eleazari fuit tunc:vel habituri fuerunt,non ꝙ
illi tunc poſſent hæc verba audire,ſed quia hæc verba eos cõcernebant tempore ſuo.[Omnis
homo qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea quæ conſecrata ſunt,& quæ obtulerunt filij Iſrael,
in quo eſt immunditia,]hoc eſt,quicunq; de ſtirpe ſacerdotali habens deformitatem, quæ
(vt in præcedenti capitulo dictum eſt) facit eum ad ſacerdotale officium inidoneum, ſi ac-
ceſſerit ad offerendum ea quæ populus ordinauit, & præſentauit ad oſtium atrij, vt per ma-
nus ſacerdotum domino immolentur, [peribit coram domino:] quia peccat mortaliter,
& forſan plagabitur, quemadmodum percuſſi fuerunt Nadab & Abihu. Vel ſenſus eſt, vt
iſti maculati de ſtirpe ſacerdotali, edere non præſumant de his, quorum eſus licuit ſacer-
dotibus tantum, vt fuerunt panes propoſitionis,qui de communi ſumptu plebis offereban- Leui.10.
tur. ¶ Conſequenter diuerſi excipiuntur & prohibentur à comeſtione immolatorum:
& hoc, quatenus hoſtiæ Deo conſecratæ & ſacerdotij dignitas, ſacer locus & cultus Dei in
eo, in ampliori reuerentia haberentur. [Ego dominus: Homo de ſemine Aaron, qui fue-
rit leproſus, aut patiens fluxum ſeminis,] iuxta ſenſum in expoſitione decimiquinti ca- Leui.15.
pituli introductum, [non veſcetur de his, quæ ſanctificata ſunt mihi,] hoc eſt, de hoſtijs
mihi oblatis. [donec ſanetur.] ſicq; eo ſanato, ceſſauit in eo hæc prohibitio. [Qui tetige-
rit immundum ſuper mortuo,]id eſt, qui immundus eſt ex contactu, videlicet quia teti-
git aliquid quod ideo fuit immundum, quia fuit in domo mortui, dum expirauit, & per-
tinebat ad ipſum.Omnia nanque quæ erant in domo morientis,erant immunda,vt in Nu-
meris legitur.[& ex quo egreditur ſemen quaſi coitus:] hoc eſt, qui tetigerit eum qui ſuſti Nũe.19.
net ſeminis fluxum. [& qui tangit reptile,& quodlibet] id eſt, quodcunque [immundum,
cuius tactus eſt ſordidus,]id eſt, inquinans tangentem.[immundus erat vſq; ad veſperum.]
De huius inſtituti intellectu & cauſis,dictum eſt in vndecimi expoſitione capituli. [& non
veſcetur his quæ ſanctificata ſunt.]hoc eſt,immolatis.[ſed cum lauerit carnem ſuam aqua,] Leuit.11.
id eſt, perfuſus fuerit aqua adſperſionis, [& occubuerit ſol,tunc mundatus veſcetur de ſan-
ctificatis,quia cibus illius eſt].i. de iure competit ei,tanq̃ de ſtirpe ſacerdotali nato, cum im
pedimentum vtendi ſuo iure fuerat deletum. [Morticinũ].i.per ſe mortuum, [& captum].i.

ſuffocatũ[à beſtia,]diu'ꝗ mortuũ ex beſtiæ laceratione[†non comedet]natus de ſtirpe hac,
† cõedẽt [nec* polluet in eis].i. in eſu iſtoꝝ.Iſtud mandatũ 11.cap.& alibi plenius continet atq; expo
* polluẽt ſitum eſt.[Cuſtodiant ꝑcepta mea,vt non ſubiaceant pctõ & moriãtur in ſanctuario, cũ pol
Leuit.11. luerint illud.[Ego dñs ꝗ ſanctifico eos.Oĩs alienigena non comedet de ſanctificatis.]Certũ
eſt ꝙ his ꝗ non erant natione Iudæi,nec ad Iudaiſmũ conuerſi,non licuit veſci oblatis:idcir
co noĩe alienigenæ poteſt modo intelligi oĩs non exiſtens de tribu ſacerdotali, demptis tñ
his,ꝗ paulopoſt excipiuntur.[Inqlinus ſacerdotis].i.alienus ad tẽpus in domo commorans
* veſcet ſacerdotis,[& mercenarius]ꝗ ſeruit ſacerdoti pro mercede,nec de eius eſt ſemine.[nõ* veſcẽ
tur ex eis:]qa ſunt ſui iuris,nec ad ſacerdotẽ ꝑtinent multum. [Quẽ aũt ſacerdos emerit].i.
ſeruus erit emptitius,[& ꝗ vernaculus domus eius fuerit].i. nutritus & natus in domo atq;
obſeqo ſacerdotis.[hi comedent ex eis]dum fuerint mundi:nec enim ſunt proprij iuris,ſed
res ac poſſeſſio ſacerdotis huiuſmodi.[Si filia ſacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit].i.
alicui viro non exiſtenti de ſtirpe ſacerdotali,[de his q̃ ſanctificata ſunt,& de primitijs]Deo
oblatis,[nõ veſcetur]qa cum marito tali facta eſt caro vna, & emãcipata à patre, idcirco de
cætero conformatur marito in rebus domeſticis victu'ꝗ corporis. Nã coniugatoꝝ vna eſt
menſa.[Sin aũt vidua vel repudiata & abſq; liberis,reuerſa fuerit ad domũ patris ſui,ſicut pu
ella conſueuerat,aletur cibis patris ſui].i.oblatis qbus ante ſuã emancipationẽ licite vteba-
tur,qa tunc ratio ceſſat ꝑfata.[Oĩs alienigena comedẽdi ex eis non habet poteſtatẽ. Qui cõe
derit de ſanctificatis ꝑ ignorantiã] nec eſt de ſacerdotum ꝓgenie, [addet qntam partem cũ
eo q̊d comedit].i.tñ reſtituet,quantum ſic illicite mãducauit,& vltra hoc ꝓ qnta parte tñ,
pro inaduertentia & negligentia ſua,quæ non excuſat eum in toto.[& dabit ſacerdoti in ſan
ctuarium].i.ad atrium tabernaculi deferet iſta ad ſacerdotẽ,cui ſua illicita comeſtione intu
lit dãnum,& vt ſacerdos oret ꝓ eo,atq; illatam ſibi iniuriã indulgeat illi. [Nec contamina-
bunt ſanctificata filioꝝ Iſrael].i.hi ꝗ non ſunt ſacerdotes,nec eoꝝ domeſtici modo prętacti,
non vſurpabunt oblata.[q̃ offeruntur dño,ne forte ſuſtineãt iniqtatem ſui delicti,cum ſan-
ctificata comederint].i.ne forſan mox puniantur anteq̃ pœnituerint.[Locutus'ꝗ eſt dñs ad
Moſen,dicẽs:Loquere ad Aaron & filios eius,& ad oẽs filios Iſrael, dices'ꝗ ad eos:Homo de
domo Iſrael].i.natione Iſraelita,[& de aduenis ꝗ habitant apud vos].i.quicunq; ad Moſai
cam legem conuerſus,& inter vos commorans,[ꝗ obtulerit oblatiõem ſuam]Deo per ma-
num ſacerdotis,[vel vota ſoluens].i.oblationem ex promiſſione debitam exhibẽs,[vel ſpon
te offerens]puta ex deuotione & ſupererogatione, [quicquid obtulerit in holocauſtum do-
mini]q̊d ad Dei honorem totaliter conſumebatur,[vt offeratur per vos].i.per obſequm ſa-
cerdotum,q̊ꝝ fuit hoſtias populi Deo offerre.[maſculus immaculatus erit]hoc eſt,animal
maſculini ſexus,[ex bobus &]ex[ouibus & ex capris].i.ex ſpeciebus pecoꝝ huiuſmodi ſeu
ex aliqua ſpecie eorundem:quia vt dictum eſt ſæpe,ex pecoribus ſeu iumentis nullum ani-
mal fuit immolatitium,niſi indiuidua trium ſpecierum iſtarum.Et quoniam holocauſtũ fu
it digniſſimum ſacrificium,idcirco non niſi animalia maſculina poterant in holocauſtũ of
ferri,vt frequenter præhabitum eſt:ideo capra non notat hic ſexum, ſed naturam, immo ꝓ
hirco accipitur.[Si maculam].i.notabilem deformitatem aut monſtroſitatem [habuerit]
animal,[non offeretis,neq; erit acceptabile]quia prohibitum eſt.[Homo qui obtulerit victi
mam pacificorum domino]hoc eſt,hoſtiam pacificam in gratiarum actionem pro benefi
cio dato,vel in poſtulationem pro beneficio dando, [vel vota ſoluens, vel ſponte offerens,]
ſecundum ſenſum iam habitum,[tam de bobus quàm de ouibus]aut etiam capris,quæ nũc
cauſa breuitatis non exprimuntur,quia ex præcedenti mandato ſatis intelligi dantur. [im-
maculatum offeret,& acceptabile ſit.]poterat tñ indifferenter eſſe maſculini aut fœminei ſe
xus. [Omnis macula non erit].i.nulla erit[in eo] Et deinde exprimuntur maculæ in ſpecia-
li. [Si cæcum fuerit,] immo & ſi vno duntaxat caruerit oculo. [ſi fractum,] hoc eſt, læſum
aut ruptum, [ſi cicatricem habens].i. deformem & perceptibilem fœditatem ex illato vul-
nere,eo curato.[ſi papulas,] id eſt, paruas cutis erectiones cum rubore, ſeu puſtulas habens,
[aut ſcabiem vel impetiginem,] hoc eſt, ſcabiem ſiccam, aut ſcabiem alterius generis ha-
bens,[non offeretis ea domino,]cui perfecta & integra ſunt offerenda.[Bouem & ouem,au
†potes re & cauda amputatis,voluntarie offerre]quis[† poteſt.] Hoc contrariari videtur verbo q̊d
dictum eſt:Homo qui obtulerit hoſtiam pacificorum domino,vel vota ſoluens,vel ſponte
offerens,immaculatum offeret. Ad hoc quidam reſpondent,ꝙ iſtud ſit intelligendũ de ob-
latione ſacerdoti facta,non vt ea offerat Deo,ſed vt vendita ea, precium eius cõuertat in vti
lem aliquem templi vſum,puta in reparationem vaſorum aut cortinarum. [votum autẽ ex
eis ſolui nõ poteſt:]hoc eſt,votiuum aut ſolenne ſacrificium ex eis fieri prohibetur. Vnde di
cendum,ꝙ ſacrificari talia poterant Deo in caſu neceſſitatis articulo'ꝗ inopiæ,quando quis
obligatus non erat ad ſacrificiũ,nec aliud animal habuit,habereve poterat.[Votũ aũt ex his
Malac.1. ſolui nõ poteſt]hoc eſt,oblatio ex debito aut ꝓmiſſo,iuxta illud Malachiæ: Maledictus do

Ioſus

loſus qui habet in grege ſuo maſculum,& votum faciens,immolat debile Deo.Et rurſus:Si Malac. 1.
offeratis claudum vel debile,nonne malum eſt? [Omne animal q̊d vel contritis, vel tonſis, Ibidem.
vel ſectis ablatis'ꝗ teſticulis eſt,non offeretis domino.]cum ſit monſtroſum & vile.[De ma-
nu alienigenæ non offeretis panes deo veſtro.]Hoc aliꝗ ſic exponunt,ꝙ ſacerdotibus Iudæ
orum non licuit à gentilibus incircũciſis aliqd accipere,vt illud idẽ ex parte ipſoꝝ immo-
larẽt ſuper altare Dei.[& quicquid aliud dare voluerit]alienigena,non accipietis illud ad of
ferendum:[qa corrupta & maculata ſunt omnia:]q̃ alienigenæ ita dederũt vobis ad offeren
dum,non ꝙ oĩa illa eſſent in ſeipſis corrupta & maculata,ſed qa Deo accepta non erant ſa-
crificia inde facta,nec ex ſe,nec ex offerentium fide & deuotione, qa alienigenæ circunciſio
nem(q̃ erat ſignum fidei)nõ habentes,reputabant immundi.[non ſuſcipietis ea] ò ſacerdos
ad offerendum. Poterant tñ ab alienigenis ſumi pecuniæ,dona'ꝗ alia,ex qbus emerentur ſa
crificia immolanda.Sic'ꝗ ſecundo Machabæoꝝ libro ſcriptum eſt, ꝙ Seleucus rex Aſiæ, ex
ſumptibus ſuis præſtabat ea q̃ ad ſacrificia pertinebant.Hanc expoſitionẽ ſeqtur Lyra. Ve 2.Mac. 3.
rum (vt refert)R.Salomon aliter exponit,dicendo ꝙ iſta lex datur ad dubium remouendũ. R.Salo.
Lex etẽm data fuit non gentilibus,ſed Iudæis:idcirco præceptum immolandi immaculata,
ſolum adſtringebat Iudæos:ideo ſacerdotes Iudæoꝝ credere poterant aĩalia maculata obla
ta à gentibus,ex deuotione poſſe offerri per manus ſuas in altari holocauſtoꝝ,& hoc remo
uet dñs ꝑ literam iſtam,q̃ talis eſt in Hebræo:De manu alienigenę nõ offeretis panes Deo ve
ſtro:qa corruptiones eoꝝ in eis ſunt,& macula in eis eſt,non proficient eis.Dicit tamen R.
Salomon,ꝙ animalia immaculata immolatitia,poterant ab alienigenis recipi & offerri.Si Idem.
militer panes mundi & immaculati. Non autem immundi ex commixtione & maculati.
Huic dicto videtur fauere quod in libro Eſdræ ait rex Darius: A me præceptum eſt qd opor 1.Eſdr.6.
teat fieri presbyteris Iudæorum,vt ædificetur domus Dei.Quod ſi neceſſe fuerit, & vituli, &
agni,& hœdi,in holocauſtum Deo cæli,frumentum,ſal, vinum, & oleum ſecundum ritum
ſacerdotum,qui ſunt in Hieruſalem, dentur eis per ſingulos dies, ne ſit in aliquo querimo-
nia,& offerant oblationes Deo cæli,orent'ꝗ pro vita regis & filiorum eius. ¶Præterea mul
ti alienigenæ ſeu gentiles erant vere deuoti atq; fideles, vt Iob:ergo eorum ſacrificia ex prę-
fatis animalibus facta,poterant eſſe Deo accepta,ex ipſorum fide & deuotione.¶Inſuper in Iob 1. 13.
Iob legitur,qualiter(Deo iubente)tres amici Iob ſumpſerunt ſeptem tauros & ſeptem arie 31. & 42.
tes,quos Iob immolauit ꝓ eis, & placuit Deo ſacrificium illud etiam ex parte amicoꝝ Iob,
inquantum ex obedientia & contritione fecerunt animalia illa offerri pro ipſis, magis ta-
men placuiſſe videtur ex parte Iob offerentis,& orantis pro illis.Deinde deſcribitur, (quod
& antea habitum eſt)in q̃ ætate poterant aĩalia munda offerri. [Locutus'ꝗ eſt dominus ad
Moſen,dicens:Bos,ouis & capra cum genita fuerint,ſeptem diebus erunt ſub vbere matris
ſuę:]quia tam diu ꝓ nimia teneritudine non ſunt ad offerendum idonea.[die autem octauo
& deinceps offerri poterunt dño,]quia ex tunc ſunt ſolidiora:[ſiue ille bos,ſiue ouis,non im
molabuntur vno die cum fœtibus ſuis].i.nec vacca,nec ouis eodem die offerri debet cũ ſuo
fœtu,videlicet cum vitulo,aut agniculo,q̊d in deteſtationem idololatriæ prohibitum credi-
tur,& in contemptũ maleficoꝝ,ꝗ fecerunt oppoſitũ ad placandũ amplius deos ſuos,vel vt
ex ſic ſimul oblatis maleficia aliqua perpetrarent.Item'ꝗ ad exercendum & inſtruendũ Iu-
dæos,ad crudelitatem procliues, circa pietatem in hoĩes.Ad crudelitatem etẽm quandã ꝑti
nere videt,matrem cum fœtu ſimul mactare.[Si immolaueritis hoſtiam ꝓ grãꝝ actiõe do-
mino, vt poſſet eſſe placabilis,eodem die comedetis eam:]hoc ſeptimo capitulo ſcriptũ eſt
atq; expoſitũ.[Ne polluatis nomen ſanctũ meũ].i. ne ꝑ inobedientiã inhoneretis, & q̃ſi vilẽ
paruipẽdatis me ſanctũ ſanctoꝝ,ſed potius honorificetis & magnificetis me. [vt ſanctificer
in medio filioꝝ Iſrael].i.à toto Iſraelitico pplo tanq̃ vere ſanctus recte honorer, ita vt mihi Leuit.7.
in ſanctitate deſeruiat,ex veſtra cõuerſatione virtuoſa & exẽplari excitat⁹ & ædificatus.[Ego
dñs ꝗ ſanctifico vos &c.Ego dñs.]¶Poſtremo,ſicut dicta in iſto capitulo, quaſi plene præha
bita ſunt,ita & ſpũalis eoꝝ intelligentia ex præinductis patere cenſetur. Nempe q̊d præfatæ
ꝑſonæ immundæ,defectuoſæ & viles,forinſecus ꝓhibebantur edere immolata,ꝑfigurauit ꝙ
hoĩes intrinſecus vitioſi non debeant ad ſacram ire cõmunionem,nec ſacramenta ſuſcipere,
niſi confeſſi & expurgati.In ſpeciali autem ꝑ leproſum notatur hæreticus,per ſeminifluum
verboſus ſiue laſciuus: per immundum ex contactu, conſentiens & cõmunicans alienis pec
catis:per immundũ ex eſu,guloſus:ꝑ inquilinum,diſcurrens & vagus,nunc hic,nũc alibi de-
gens:per mercenarium,is qui intuitu & amore temporalium magis q̃ propter Deum, agit
bona ex genere.Per alienigenam,infidelis,excommunicatus,ſiue ſchiſmaticus:per filiam ſa
cerdotis populari marito nuptam,religioſa perſona,ad exteriora & mundana vitioſe con-
uerſa.Debemus quoq; Deo offerre ſacrificia illibata,hoc eſt,opera vere virtuoſa, alioꝝ non
infectiua,nec infœcunda,quæ per animalia teſticulis carentia deſignantur, ſed fœcũda, per
quæ alij conuertantur,ædificentur,& accendantur in domino.

¶Expo-

¶Expoſitio literalis cap. 23. Loquutusq́; eſt dominus ad Moſen,dicens. Arti. 43.
DE feſtis legis,& feſtorum ſacrificijs nunc tractatur: [Loquutusq́; eſt dominus ad Mo-
ſen,dicens: Loquere filijs Iſrael: Hæ ſunt feriæ quas vocabitis ſanctas].i.celebres, & ad
diuina opera peragenda ſpecialiter deputatas.[Sex diebus facietis opus].i. ſex primi
dies in hebdomada erunt feriales,in quibus licebat manualiter atq; mechanice operari,niſi
inter hos dies contingat ſolennitas alia.[dies ſeptimus]ſ.vltima dies hebdomadæ,[quia ſab
bati requies eſt,]hoc eſt,deputata ad quieſcendũ ab operibus exterioribus ſeruilibus in com
Gene. 2. memorationem,ꝙ Deus omnipotens ſeptimo die quieuit ab omni opere quod patrarat:ꝓ
pter quod benedixit diei ſeptimo,& ſanctificauit illum.[vocabitur ſanctus.Omne opus nõ
facietis in eo.Sabbatum domini eſt.]hoc eſt,dies requiei, deſignans quietem Dei p̄fatam
* habita [in cunctis,*habitaculis veſtris]quia in die illo manſerũt domi communiter,nec ignem ac-
tionibꝰ cenderunt,nec præparauerunt cibaria, immo nec manna collegerunt, prout ſuper Exodũ
Exo. 12. dictum eſt plenius.[Hæ ſunt ergo feriæ domini ſanctæ,quas celebrare debetis tẽporibus ſu-
is]nunc exprimendis.ſicq́; intelligitur iſtud de feſtis ſolennibus,quæ per plurimos dies dura
bant,vt infrà habetur.[Menſe primo]anni,ſecundum computationem & ordinem mẽſium
apud Hebræos,qui menſis ſecundum ordinem menſium apud nos, eſt tertius aut quartus.
[quartadecima die menſis eiuſdem ad veſperum, phaſe domini eſt].i. ſolennitas deſignans
tranſitum,quo dominus ſeu angelus eius tranſijt illo veſpere & de nocte per Aegyptum,ꝑ-
cutiens primogenita Aegyptioꝝ,& Hebræos non vaſtans,in cuius rei memoriam paſchalis
illa ſolennitas incepit à veſpera quartædecimæ diei menſis primi,& ipſa ſolennitas fiebat in
memoriam liberationis filioꝝ Iſrael ex Aegypto,quæ liberatio facta fuit qntadecima mẽ
ſis iſtius die.Hinc ſubditur,[& quintadecima die menſis huius ſolennitas azymorum domi
ni eſt].i.ſolennitas paſchalis,in qua per ſeptem dies non licet vti panibus fermẽtatis,ſed azy
mis tm̃,in ſignum ac recordationem,ꝙ Aegyptij compulerũt filios Iſrael tam velociter egre
di,ꝙ ipſi Iſraelitæ non poterant fermentatum ſibi panem parare, ſed farinam conſperſam,
Exo. 12. anteq̃ fermentaretur, ligantes in pallijs ſecum tulerunt, vt in Exodo continetur. [Dies pri-
mus]ſolennitatis paſchalis, [erit vobis celeberrimus ſanctusq́;.] hoc eſt,celebris valde, atq;
celebrior quinq; diebus eiuſdem feſti ipſum immediate ſequentibus. [Omne opus ſerui-
le non facietis in eo,ſed offeretis ſacrificium in igne dño ſeptem diebus]quibus durat feſtiui
Nũe. 28. tas. Et quale fuerit ſacrificium illud,in Numeris deſcribitur, quo habetur: Offeretis incen-
ſum holocauſtũ dño,vitulos de armento duos, arietẽ vnũ, agnos anniculos ſeptẽ &c. [Dies
aũt ſeptimus erit celebrior & ſanctior]qnꝙ p̄fatis diebꝰ intermedijs,vtpote tã feſtiuus & ſan
Ibidem. ctus,vt primus.Vnde in Numeris vocat̃ celeberrimus ſicut primus.Veruntñ qñ ſabbatũ oc-
currebat in altero hoꝝ dieꝝ,fuit abſolute celebrior.[nullũq́; ſeruile opꝰ facietis in eo.]Cõ
ſequẽter ſubdit̃ ſpeciale mãdatum de primitijs ſpicaꝝ dño offerẽdis altera die poſt primam
diẽ ſolennitatis paſchalis.[Locutusq́; eſt dñs ad Moſen,dicẽs:Loquere filijs Iſrael,& dices ad
eos:Cũ ingreſſi fueritis terrã,quã ego dabo vobis,& meſſueritis ſegetẽ.]Aliq dicũt,ꝙ tũc nõ-
dum extiterit cõmunis ſegetum meſſis,& ꝙ cito euenire non potuit, ſed ꝙ hoĩes tũc collige
bant ſpicas maturitati magis appropinquantes in aliqua parte terræ illius, & inde offerebãt
iſtas primitias. Veruntamen prout ſuper Exodum ſcripſi,Gloſſa & alij multi, immo & Au-
guſtinus aliter ſentiunt,vtpote ꝙ regionis illius natura & diſpoſitio habeant hoc,vel ſaltem
tunc habuerunt,vt tam mane ſit ibi meſſis. Hoc quoque textus videtur euidenter præten-
dere. Nam ait, Cum meſſueritis. Non autem fit meſſio ante communem ſegetum maturi
tatem. Deniq; ſubditur: [feretis manipulos ſpicarum primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotẽ.]
Ergo tunc meſſis fuit communiter ibi. [Qui leuabit faſciculum]hoc eſt, manipulum ſpica
rum,[coram domino,vt acceptabilis ſit]oblatio illa[pro vobis.]Sacerdos nanq; diuinę ma
ieſtati cum oratione, & oblati eleuatione præſentauit quod obtulit, vt ex fide,deuotione,
& obedientia offerentis, & meritis ſuæ orationis ac miniſtrationis, oblatio illa Deo place-
ret.[Altera die ſabbati]hoc eſt,ſextadecima die menſis primi,quæ fuit altera dies ſabbati,id
eſt,paſchalis feſtiuitatis,cuius primus integer dies fuit quintadecima primi menſis dies.Vo
catur autem prima illa paſchæ dies ſabbatum,quia tunc ceſſabatur à cunctis operibus, à q-
bus quieſcebatur in ſabbato. [& ſanctificabit illum,] hoc eſt, manipulum diuino deputabit
honori,& vſui ſacerdotis.[Atq; eodem die quo manipulus conſecrat̃].i.offertur & ſanctifi-
catur modo præfato[cædet]hoc eſt,mactabit,[agnus immaculatus anniculus].i. q nõ ſit vl-
tra annum vnum habens ætatẽ.[in holocauſtũ domini.]Iſtud non eſt intelligendũ de agno
paſchali, qui offerebatur quartadecima die menſis primi ad veſperum.[& libamenta offe-
rentur cum eo,]hoc eſt,materiæ liquore perfuſæ immolabũtur cum agno illo,de qbus ſub-
iungitur:[duæ decimæ ſimilæ cõſperſæ oleo in incenſum domini,odoremq́; ſuauiſſimum.]
Leuit. 14 Quæ verba in expoſitione 14. capituli ſatis expoſita ſunt. [liba quoq; vini,quarta pars hin.]
Hin eſt nomen menſuræ,atq;(vt dictũ eſt ſæpe)mẽſuræ apud diuerſos diuerſificantur,etiam
illæ

illæ quæ eiuſdem ſunt noĩs:ideo quantitatẽ hin,certitudinaliter ſcire non poſſumus. Offe-
rebant aũt etiam primitias vuaꝝ.[Panem & polentam & pultes non cõedetis ex ſegete,vſq;
ad diem q̊ offeretis ex ea Deo veſtro].i. ante oblationem primitiaꝝ ſegetis nouæ, non man
ducabitis aliquẽ cibũ factũ ex ſegete noua, vt de fructibus terræ veſtræ primo honorificet̃
Deus,in recognitionem ꝙ omnia ſunt ab eo,ſicq́; etiam in hoc primum quæri videatur re
gnum cæloꝝ.Polenta autem nunc dici poteſt eſca facta ex granis nouis toſtis,quæ confrica Matt. 6.
ta ſunt manibus.Super Exodum vero hoc extat expoſitum. Puls vero vocatur cibus factus Exo. 22.
ex farina & aqua ſeu lacte.[Præceptum eſt ſempiternum].i.iugiter duratuꝝ,durante teſta-
menti veteris curſu,[in generationibus cunctisq́; habitaculis veſtris.]Sequitur de ſolennita
te pentecoſtes. [Numerabitis ergo ab altero die ſabbati,in quo obtuliſtis manipulum pri-
mitiaꝝ]hoc eſt,à ſecundo die ſolennitatis paſchalis,diem illum ſecundum includendo.[ſe-
ptem hebdomadas]dieꝝ [plenas,]quæ reddunt dies quadragintanouẽ, [vſq; ad alterã diem
expletionis hebdomadæ ſeptimæ].i.vſq; ad diem immediate ſequentem vltimum diem illa
rum ſeptem hebdomadaꝝ[.i.quinquaginta dies]ita ꝙ dies illa ſequens vltimum diem pę-
fatum,eſt quinquageſimus dies.[& ſic offeretis ſacrificium nouum dño ex oĩbus habitacu-
lis veſtris].i.principalis ex qualibet domo.[panes primitiaꝝ duos].i.duos panes ex primiti
uis nouisq́; fructibus,ex quibus in paſcha grana obtuliſtis,[de duabus decimis ſimilę fermẽ-
tatæ]ita ꝙ vterq; panum illoꝝ conſtabit ex totidem ſimilæ decimis. Vel(vt alij opinantur)
in vtroq; fuit tm̃ vna ſimilæ decima. Vocaturq́; decima,decima pars ephi,de q̃ menſura p̄di
ctum eſt.¶Præterea quæri poteſt,q̊modo hic dicatur, ſimilę fermentatæ,cum 2.cap.dictum
ſit:Oĩs oblatio q̃ offertur dño,abſq; fermento fiet. Ad q̊d patet reſponſio ex dictis in expoſi-
tione 2.cap.& etiam ſeptimi,q̃ habetur:Panes quoq; fermentatos cum hoſtia &c.[q̊s coque Leuit. 2.
tis in primitias dño].i.quos panes formabitis, vt dño in primitias offerantur,vt tactum eſt. Ibidem.
Offeretisq́; cum panibus ſeptem agnos immaculatos anniculos,& vitulũ de armento vnũ,&
arietes duos,& erunt in holocauſto]ita ꝙ offerentur in holocauſtum: nec vnuſqſq; hæc oĩa
obtulit,ſed de cõmuni potius offerebantur pro oĩbus.Durauit autem ſolennitas illa pente-
coſtes ſicut paſchalis ſeptem diebus,in quoꝝ q̊libet iſta offerebant̃, vt Magiſter in hiſtorijs
ait. Erunt ergo in holocauſto[cũ libamentis ſuis,in odorem ſuauiſſimũ dño.]Hinc in Nume Nũe. 28.
ris habetur de ſacrificijs huius feſti:Offeretisq́; holocauſtũ vitulos de armẽto duos, arietem
vnũ, & agnos anniculos ſeptem atq; in ſacrificijs eoꝝ ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas,
per ſingulos vitulos:ꝑ arietes,duas:ꝑ agnos,decimã decimæ,q̃ verba ſuo exponentur in lo
co.¶Sed inter hæc quæri poteſt,qualiter in iſto dicatur capitulo, ꝙ offeretur vitulus vnus,
& arietes duo.Numeroꝝ vero p̄fato capitulo,ꝙ erunt vituli duo,& aries vnus.Ad q̊d reſpõ-
deri poſſe videtur,quòd vtrunq; fieri poterat,ſecundum quod loco & tempori amplius cõ-
gruebat.[Facietis & hircum pro peccato]hoc eſt,pro remiſſiõe peccati offeretis hircum, q
immundum eſt animal.[duosq́; agnos anniculos]offeretis[in hoſtias pacificoꝝ,]vt ſępe ex-
poſitum eſt.Veruntamen de his duobus agnis non fit mentio in Numeris. ideo quidam pu Ibidem.
tant iſtud intelligendum de agnis duobus iugis ſacrificij,qui offerebantur quotidie,vnus de
mane,alter de veſpere.Vel quod hic exprimitur,ibi tacetur,vt ex præhabitis datur intelligi.
[Cumq́; eleuauerit eos ſacerdos cũ panibus primitiaꝝ coram domino,cedent in vſum eius,
& vocabitis hunc diem celeberrimum atq; ſanctiſſimum.]Solennitas nanq; pentecoſtes fu
it valde magna & ſancta in lege,& vna præcipuarum celebritatum. [Omne opus ſeruile nõ
facietis in eo.Poſtquam autem meſſueritis ſegetem terræ,non ſecabitis eam vſq; ad ſolum,
nec remanentes ſpicas colligetis,ſed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. Ego ſum do-
minus Deus veſter.]Iſtud præceptum ſuprà habitum expoſitumq́; conſiſtit. Sequitur de fe-
ſto tubaꝝ.[Locutusq́; eſt dñs ad Moſen,dicens:Loquere filijs Iſrael:Mẽſe ſeptimo, prima Leui. 19.
die mẽſis, erit vobis ſabbatum memoriale:]hoc eſt,ſolẽnitas,in qua ſicut in ſabbato ab ex-
terioribus ſeruilibusq́; operibus eſt quieſcendum in memoriam liberationis Iſaac à mor-
te,quando pater eius ex Dei præcepto extendit manum ſuam ad ipſum immolandum,quẽ- Gen. 22.
admodum in Geneſi deſcribitur.[clangentibus tubis]illo etenim die clangebãt Iudæi cor-
nibus pecorinis,eo ꝙ aries pro Iſaac immolatus,cornibus hæſit inter fruteta,& illarum clan
gor tubarum,fuit excitatio præparatoria ad agendum hilariter ac deuote omnia menſis ſe
ptimi feſta,qui quaſi totus erat celebris apud eos. [& vocabitur ſanctum] ſabbatum, tan-
quam diuino cultui deputatum.[Omne opus ſeruile non facietis in eo,& offeretis holocau
ſtum domino.]Nec ſolum tunc offerebatur holocauſtum,ſed & alia ſacrificia quædam,quæ
non hic, ſed in Numerorum libro exprimuntur,quo legitur:Offeretis holocauſtum domi- Nũe. 29.
no vitulum vnum,arietem vnum,agnos anniculos immaculatos ſeptem,& hircũ pro pec-
cato,præter holocauſtum calendaꝝ cum ſacrificijs.¶Conſequenter agitur de feſto expiatio
nis.[Loquutusq́; eſt dominus ad Moſen,dicens:Decimo die mẽſis huius ſeptimi,dies †expi- †expia-
ationis erit celeberrimus.] Hoc feſtũ vocatũ eſt expiatiõis,in recognitionẽ & grãꝝ actionẽ, tionum
ꝙ

ꝙ dominus illa die ignouit filijs Iſrael de crimine adorationis aurei vituli, vt dictũ eſt ſæpe.
Exo. 32. [& vocabit̃ ſanctus,affligetisq́; aĩas vr̃as in eo]orationibus,vigilijs,atq; ieiunijs inſiſtẽdo,ꝗa
[& vocabit̃ ſanctus,affligetisq́; aĩas vr̃as in eo]orationibus,vigilijs,atq; ieiunijs inſiſtẽdo,ꝗa
&ſi culpa fuit indulta,non tamen pœna in toto,& interim peccauerũt.[& offeretis holocau
ſtum dño,]prout in Numeris conſcriptũ eſt.Eadem ſacrificia offerebãtur in iſto feſto ac p̃-
Ibidem. cedenti.[Omne opus ſeruile non facietis in tempore diei huius,ꝗa dies propiciationis,hoc
eſt,diuinæ miſeratiõis atq; placationis[eſt,vt propiciet̃ vobis dominus Deus veſter.]Ex hoc
elicitur,ꝙ licet feſtiuitas iſta extitit inſtituta in cõmemoratiõem remiſſionis pc̃ti adorati-
onis vituli,nihilominus vltra hoc inſtituta fuit ad impetrandum cęterorum q̊q; remiſſionẽ
peccaminum,& ad ſatisfaciendum ꝓ idololatria illa grauiſſima.[Oĩs aĩa q̃ afflicta nõ fuerit
in die hoc].i. oĩs homo adultæ ætatis ac veſtræ religionis, qui ſeipſum non caſtigauerit in
hoc die per vigilias,orõnes,ieiunia,ſeu conſimilia pœnitẽtiæ virtutumq́; opera. [peribit de
* popu- *populo ſuo:] ꝗa peccando mortaliter,meretur damnari,aut etiã temporaliter eſt plagãda,
lis ſuis & niſi pœnituerit,condẽnabitur.[& q̃ operis quippiam fecerit].i. aliquid notabile de opere
ſeruitutis aut vitioꝝ.[delebo eam de populo ſuo.]Nam & contra præceptum agendo,ſepa
rabat̃ à myſtico corpore ſynagogę electæ,& incorporabat̃ diabolo.[Nihil ergo opis facietis
in eo.Legitimum ſempiternum erit vobis.Sabbatum reqetionis eſt,affligetisq́; aĩas veſtras
die nono menſis,à veſpero vſq; ad veſpeꝝ celebrabitis ſabbata]hoc eſt,feſta[veſtra.] Hoc dr̃
ad inſinuandum ꝙ præcedens feſtiuitas(ſicut & alia quædam feſta in lege)inchoabat à veſpa
p̃cedentis diei,& vſq; ad veſperam durabat diei ſequentis. Nunc de ſolennitate tabernacu-
loꝝ ſubiungitur:[Et locutus eſt dominus ad Moſen,dicens:Loquere filijs Iſrael:A qntodeci
mo die menſis huius ſeptimi,erunt feriæ tabernaculoꝝ ſeptẽ diebꝰ domino.]hoc eſt,ad lau
dẽ & gloriam dñi,atq; in recognitionẽ bñficioꝝ ipſius celebrabitur feſtiuitas iſta ſeptẽ die
bus,eo ꝙ filij Iſrael habitauerunt in ſolitudine in tabernaculis atq; vmbraculis q̃draginta an
nis,& ibi ꝓtegebantur ac nutriebantur à Deo.[Dies primus erit celeberrimus, atq; ſanctiſ
ſimus. Omne opus ſeruile nõ facietis in eo,& ſeptẽ diebꝰ offeretis holocauſta domino] vt-
Nũe.29. pote q̃libet feſti iſtius die.De hoc in Numeris diffuſe habetur.[Dies q̊q; octauus]ſ.dies præ-
fatã ſolennitatẽ ꝓxime ſequẽs,[erit celeberrimus dies atq; ſanctiſſimus,]& in eo fuit ſolẽni
Ibidem. tas alia.Vnde mox addit:[& offeretis holocauſta dño. Eſt eñ cœtus atq; collectæ.]& de ſa-
crificio tunc agẽdo,habet̃ in Numeris.¶Porro(vt Lyra dicit)hoc feſtum vocatum eſt cœ-
tus atq; collectæ,ꝗa eadẽ die colligebat̃ pecunia ꝓ ſacrificijs per annũ fiendis,& alijs neceſſi-
R.Pau. tatibus tẽpli aut tabernaculi,de cõmuni ſumptu præſtandis.¶Sed his contradicit R.Paulus:
Ex hoc,inquiens,ꝙ dies iſta dicebatur cœtus & collectæ, nõ habet̃ ꝙ in ea fiebat illa pecuni
Deut.16 aꝝ collectio &c.ꝗa ſimiliter dies ſeptima feſti paſchæ dicebat̃ collectæ, vt in Deuteronomio
legit̃,& tñ nullus dicit,ꝙ in ea colligebantur pecuniæ. Manifeſtum eſt quoq; apud doctores
Hebræoꝝ cõmuniter,ꝙ p̃fata pecuniaꝝ collectio fiebat ꝑ totam terram ꝓmiſſionis primo
die duodecimi menſis,vt habetur per ſcripturas eoꝝ authenticas,in q̃bus credendum eſt eis
in his,q̃ nõ pertinent ad eorum errores.Ideo autem feſtum hoc dicebatur cœtus & collectæ,
ꝗa in eo populus debuit adunari & colligi ad vacandum diuinis,& ꝑ conſequens ceſſare ab
opibus ſeruilibus.Vnde huic verbo cœtus ſeu collectæ, ſemꝑ adiungit̃ in hac materia ceſſa
tio ab opibus.Sed circa hoc attendẽdum,ꝙ iſta feſtiuitas q̃ agebatur, poſt ſeptimum diem
feſti tabernaculoꝝ,nullam rõnem habuit literalem pertinẽtem ad p̃teritoꝝ memoriã. Vn-
de tota eius ratio eſt figuratiua futuri,nec eſt dicendum ꝙ p̃figurauit adunationem & pacẽ
populi Iſrael in terra ꝓmiſſionis.Sic nanq; ceſſaſſet poſt ingreſſum in terram illã, quemad
modum ceſſat figura,figurato adueniente. Hinc dicendũ videtur, ꝙ figurauit congregatio-
nẽ fidelium in eccleſia ad orandũ,vel in regno cæloꝝ.Cuius ſignum eſt,ꝙ in tota lege Moſai
ca ſeptenarium celebrabatur,vt patet de ſabbato, & ſeptem diebus paſchæ, ac totidẽ pẽteco
ſtes,ac tabernaculoꝝ,& de ſabbato terræ poſt ſex annos. Dies aũt octaua non fuit celebris,
niſi in hoc loco,in q̊ manifeſte notatur,ꝙ expletis oĩbus feſtis veteris teſtamenti,q̃ oĩa in
hoc capitulo recitantur,ſuccederent feſta Chriſti q̃ in die octauo,hoc eſt,in Chr̃i reſurrecti
one ſumpſerunt exordium,prout iſta plenius in Gloſſa tractantur,quæ non ſunt intelligen-
da ad ſenſus myſticos ꝑtinere,ſed ad literã rõne prædicta.Hæc R.Paulus. ¶ Attamen verbis
Euſebiꝰ. Lyræ concordat quod in Scholaſtica fertur hiſtoria:Octaua illa dies fuit ſolennis,quia in ea
conueniebant ad faciendum collectam,forte in vſus pauperum,vel in alios vſus communes.
Leui.24 Verba q̊q; ſancti Thomæ quæ ſequenti ponentur capitulo,non conſonant verbis R.Pauli.
Deinde recapitulantur prædicta.[Hæ ſunt feriæ domini]hoc eſt,dies feſtiui,[quas vocabitis
celeberrimas atq; ſanctiſſimas,offeretisq́; in eis oblationes domino holocauſta & libamen-
ta].i.liquida ſacrificia,[iuxta ritum vniuſcuiuſq; diei]hoc eſt,ſecundum quod iuſſum eſt fie
ri in vtroq; hoꝝ dierum ſolennium,[exceptis ſabbatis domini,]quæ ſ.celebrantur aſſidue ꝑ
totũ anni decurſum, [donisq́; veſtris,]id eſt,beneficijs quæ ex ſupererogatiõe aut ſimili cau-
† & offe ſa dederitis miniſtris templi, [† & quæ offeretis ex voto,] hoc eſt, ex promiſſione aut obli-
retis gatione

gatione,[vel q̃ ſponte tribuetis dño].i.ex deuotione,& vltra cõſtitutũ ſeu debitum dño offe
retis:his,inquã,demptis,offeretis quæ dicta ſunt in ſolẽnitatibus illis p̃cipuis,q̃ ſemel occur-
runt in anno.[A quintodecimo ergo die mẽſis ſeptimi,]ſecundũ cõputationẽ Hebręoꝝ,cui
apud nos correſpõdet September.[qñ cõgregaueritis oẽs fructus terræ veſtræ, celebrabitis
ferias domini ſeptẽ diebus:]quibus agebat̃ feſtum tabernaculoꝝ,vt dictũ eſt.Quocirca pen
ſandum, ꝙ ſecũdum legẽ ter in anno ſoluebant̃ primitiæ. Primo de nouis granis in paſcha,
Secundo de nouis panibus in pentecoſte,Tertio de oĩbus fructibus terræ,de q̃bus erãt ſoluẽ-
dæ.Nẽpe vt aliqui dicunt,non dabant̃ de terræ naſcentibus,niſi de ſeptem ſpeciebus,vtpote
de frumẽto,hordeo,vinea,oliua,malogranato,ficu & palma.Et iſta ſolutio in Septẽbri fie-
bat.[Die primo & die octauo erit ſabbatũ. Sumetisq́; vobis die primo]feſti tabernaculoꝝ,
[fructus arboris pulcherrimę]ſ.poma citrina,vt aliqui opinãtur,q̃ decora ſunt valde.[ſpatu
lasq́;].i.ramos[palmaꝝ & ramos ligni] .i. arboꝝ [denſaꝝ frondium, & ſalices de torrente]
i.torrentibus,vbi creſcunt. [& lætabimini corã dño Deo veſtro, celebrabitisq́; ſolennitatem
eius ſeptẽ diebus ꝑ annũ] Hæc eñ ſumpſerũt in cõmemorationem, ꝙ quadraginta annis in
ſolitudine deſuper paſti ſunt cibo clariſſimo, & nube ꝑ diem cõtra ſolis ardorẽ protecti,in
tentorijsq́; morati,ac inde perducti ſunt in terrã lacte & melle manantem. Et ne obliuiſce-
rentur mirabilium quæ Deus fecit eis in ſolitudine,in qua per quadraginta annos veſtimẽ-
ta eoꝝ non ſunt attrita.Quæ omnia in obſeruãtia huius feſti,quaſi in libro quodã (ſecundũ Deut.29
Guilhelmum Parrhiſienſem)legunt̃.Hinc in textu ſubiungitur:[Menſe ſeptimo feſta cele-
brabitis,& habitabitis in vmbraculis]factis de p̃fatis materijs,[ſeptem diebus.Omnis qui de
genere eſt Iſrael,manebit in tabernaculis, vt diſcãt poſteri veſtri, ꝙ in tabernaculis habita-
re fecerim filios Iſrael,cum educerem eos de terra Aegypti.] Parentes nanq; expoſuerunt fi-
lijs ſuis cauſam habitationis & obſeruantiæ huius. [Ego dominus Deus veſter. Locutusq́;
eſt Moſes ſuper ſolennitatibus domini ad filios Iſrael.]

¶ De ſpũali ſignificatiõe huius cap.23.& verbis q̃rundã doctoꝝ. Art. XLIIII.

SEcundũ q̊d cõpendioſe ſcribit in prima Secundæ Thomas,quæſt. 102. in veteri lege erãt
ſeptẽ ſolennitates temporales,i. certis anni tẽporibus venientes, & vna q̃ſi cõtinua,ꝗa in
ea continue mane & veſpere immolabat̃ agnus. Feſtoꝝ aũt tẽporaliũ primũ erat,q̊d ite-
rabat̃ omni hebdomada,& hæc erat ſolennitas ſabbati, q̃ celebrabat̃ in memoriã creationis.
Alia ſolennitas fuit in exordio cuiuslibet menſis,videlicet feſtũ neomeniæ, q̊d celebrabat̃ in
memoriã diuinæ gubernationis, ꝗa hæc inferiora ſecundũ motũ lunæ p̃cipue variant̃. Ideo
ſeruabat̃ hoc feſtũ in nouitate,nõ in plenitudine lunæ,ad euitandũ idololatriæ cultum,qm̃ in
plenitudine lunæ ſacrificabãt idololatræ ipſi lunæ.Et quia hæc duo bñficia ſunt cõmunia to
ti generi humano,ideo frequẽtius iterabãtur. Alia quinq; feſta celebrabãtur ſemel in anno,
& recolebãtur in eis ſpecialia q̃dã bñficia,populo Iſraelitico ſpecialiter cõdonata. Celebra-
bat̃ eñ feſtũ phaſe, in memoriã liberationis populi ex Aegypto, & q̃nquageſimo die feſtum
pentecoſtes in memoriã bñficij legis datæ in Sinai, q̃nquageſimo die poſt paſchæ exordiũ.
Alia tria feſta recolebãt ſpecialia beneficia populo illi exhibita,& celebrabãtur ſeptimo mẽ-
ſe,q quaſi totus apud eos fuit ſolennis,ſicut & ſeptimus dies. In prima eteñ die menſis ſepti
mi erat feſtũ tubaꝝ,in memoriã liberationis Iſaac: decima die menſis illius fuit feſtũ expia-
tionis,vt dictũ eſt:quintodecimo die fuit feſtũ tabernaculoꝝ, in quo ſumpſerũt fructũ arbo
ris pulcherrimæ,vtpote citrũ,& lignũ denſaꝝ frondiũ.i.myrtũ, q̃ ſunt odorifera, ſpatulasq́;
palmaꝝ & ſalices de torrente,q̃ diu retinẽt ſuũ virorem. Et hæc in terra promiſſiõis inueni
unt̃,q̃ fiebãt ad ſignificandũ,ꝙ ꝑ aridam terrã deſerti Deus duxerat eos ad terrã delicioſam.
Octauo die celebrabat̃ feſtũ cœtus atq; collectæ,in q̊ colligebãtur à populo ea quę neceſſaria
erãt ad expenſas cultus diuini,ꝑ q̊d ſignificabat̃ adunatio populi, & pax p̃ſtita in terra pro-
miſſionis.Figuralis vero ratio hoꝝ feſtoꝝ eſt,ꝗa ꝑ iuge ſacrificium agni figuratur perpetui
tas Chriſti æterna, qui eſt agnus Dei, de q̊ ad Hebræos fert̃ Ieſus Chr̃s heri & hodie, ipſe & Heb. 2.
in ſecula. Per ſabbatũ ſignificat̃ quies nobis data ꝑ Chr̃m.Per neomeniã,quæ eſt incenſio lu
næ,illuminatio primitiuæ eccleſiæ. Per feſtũ pentecoſtes, deſcenſus ſpiritusſancti in Chr̃i di Acto.13.
ſcipulos.Per feſtum tubaꝝ,p̃dicatio apoſtoloꝝ.Per feſtum expiationis, emundatio populi
Chriſtiani à ſuis peccatis.Per feſtũ tabernaculoꝝ,peregrinatio fidelium in hoc mundo,in q̊
ambulãt in virtutibus proficiendo.Per feſtum cœtus atq; collectæ,congregatio fidelium in
regno cælorum:idcirco hoc feſtum dicebat̃ ſanctiſſimum.Et hæc tria feſta erãt ad inuicem
continua, quoniã à vitijs expiatos in virtutibus oportet proficere, quouſq; ad Dei ꝑueniãt
viſionem.Hæc Thomas.In q̃bus duo tãgunt̃ cõtra R.Pauli verba p̃cedenti articulo introdu
cta.Primũ eſt,ꝙ in feſto cœtus & collectæ fiebat collectio neceſſarioꝝ ad diuini cultus ex-
penſas.Secũdũ eſt,ꝙ ꝑ ipſum figurabatur collectio populi,& pax in terra promiſſa. Nec in-
de ſequit̃ ꝙ Rabbi Paulus cõcludit, niſi dicatur, ꝙ inſtitutũ fuit dũtaxat ad illa p̃figuranda. R. Paulꝰ
Deniq; de his feſtis & eorum appellationibus ac ſacrificijs plura induci poſſent ex Ioſepho
ccc alijsq́;

aliiſq; authoribus, de qbus vſq; ad ꝓallegatũ librum Nume. tranſeo. In generali quoq; aſſigna-
Nu. 28. & 29. tæ ſunt rationes ad literã, cur Deus iuſſerit ſibi ſacrificia de præfatis animalibus potius q̃ de
aliis immolari. In ſpeciali vero de ſingulis reddere rationem, vt cur præcepit ſibi tot præci-
ſe vitulos ſiue agniculos offerri in illo, vel illo feſto, & cur tot in illo, cũ aliis eis adiunctis, vi-
detur ſupra hoīem eſſe, ita ꝙ ad huiuſmodi quæſtiones liceat reſpõdere: Quis cõſiliarius ei⁹
Eſa. 40. fuit? Et rurſus: Non diſcutit ſeruus dñm ſuum. Tamen (vt tangit Guilhelmus) ſi in ſpeciali
plene ſciremus oīa ſacra & ſacrificia, ac obſeruantias idololatraꝝ, poſſemus faciliter de mul
tis, aut omnibus his, rationabiles tradere cauſas. At vero de ſpirituali ſignificatione paſchę &
cõcernentium feſtũ illud, dictũ eſt ſuper Exodũ. ¶ Moraliter autem docemur ex iſto capi-
tulo, vt in præcipuis euãgelicæ legis ſolennitatibus Deo oīpotenti cum ꝓcipua deuotiõe va-
cemus, ac ſpiritalia munera offeramus. Immo quicqd ꝓcipuũ fuerit in nobis in actu vel ha-
bitu, aut in potentia, ſiue in naturalib⁹, ſiue in donis gratuitis, creatori & iuſtificatori noſtro
cũ ſingulari deuotione, gratiaꝝ actione, atq; interna munditia iugiter immolemus & aſſcri
bamus: immo tãto humilius & integrius, q̃nto huiuſmodi donum in nobis fuerit maius, vt
nunq̃ de aliquo tali inaniter gloriemur vel extollamur. Quid autem per immolationẽ agni,
bouis, arietis, capræ, ſimilæ, olei, & cõſimilium intelligendum ſit, vbertim præhabitum eſt.
Præterea, omne tẽpus, videlicet ſeptem hebdomades, q̃ inter Paſcha & Pentecoſten eueniũt,
numerare ac menſurare debemus, ita vt ipſum fructuoſe pertranſeamus, ſicq; de Chriſti re-
1. Cor. 1. ſurrectione gloriemur in dño, vt per omne hoc tempus ad copioſam adorãdi ſpũſſancti ſuſ-
ceptionem nos preparemus, atq; in ipſa digniſſima Pentecoſtes celebritate, offeramus do-
mino panes duos primitiaꝝ. i. oēm actum ꝓcipuum, tam cõtemplatiuæ vitæ q̃ actiuæ, cum
ſeptem agnis. i. puris & innocentibus actibus ſeptem donoꝝ ſpũs ſancti. Celebremus inſup
feſtũ tabernaculoꝝ, nõ ſic, ſicut in veteri lege, ſed q̃d ꝑ feſtum illud eſt præfiguratum. Vnde
Zach. 14 & Zacharias ſcribit: Omnes qui reliqui fuerint, aſſcendẽt ab anno in annũ, vt adorent regẽ
dñm exercituum, & celebrent feſtiuitatem tabernaculoꝝ. Quemadmodum eñ Hebręi ſeptĩ
mo menſe iuſſi ſunt agere feſtum illud in memoriam deductionis eoꝝ per deſertum, vſq;
in terrã promiſſam, ita & nos q̃tidie cum cordis celeberrima gratiaꝝ actione debemus reco
lere, q̃liter ꝑ Chři aduentum & paſſionem, de vitioꝝ caligine & dæmonũ poteſtate erepti,
ꝑ vallem hãc lachrymaꝝ tanq̃ ꝑ ſolitudinem, ad patriam ęternę deducimur claritatis, & in-
terim in iſto exilio q̃ſi in terra deſerta, inuia, & inaquoſa, paſcimur & potamur, ꝓtegimur
Pſal. 62. & gubernamur à dño, in q̃ꝝ oīm gratam memoriam debemus accipere fructus arboris pul-
cherrimæ. i. actus & opera Chriſti cõſiderare, fructum & meritũ ſuæ ꝓſtantiſſimæ paſſionis
participare. Chřs quippe eſt lignũ vitæ, & pulcherrima ſapientiæ arbor, q ſeipſum vocauit
Prouer. 3 viride lignum etiam tunc, dum tanq̃ leproſus & quaſi percuſſus à Deo, baiulans ſibi crucem
exiuit. Iteꝝ arbor iſta eſt crux ſaluatoris, arbor vere decora & fulgida, ornata regis purpu-
Eſa. 15. ra, cuius fructus eſt meritum Chři, ſaluatio mundi, ſalus æterna. Spatulaſq; palmaꝝ. i. docu
Ambro. menta & exẽpla apoſtoloꝝ, q ſublimiter iuſti, floruerũt vt palmæ, & ramos doctrinaꝝ atq;
virtutũ extenderũt ad nos, vt inde paſcamur. Et ramos ligni denſaꝝ frondiũ. Hoc lignũ eſt
glorioſiſſima Chřifera virgo, plena oīm ſupnoꝝ donis chariſmatum, q̃ de ſua opulentia li-
beraliſſime nobis cõmunicat, q̃ aliis ſuæ pietatis ac poteſtatis, tanq̃ denſiſſimis frondibus nos
Lucę 1. tuetur. Et ſalices de torrente. Salix eſt ſterilis arbor, ſed ſuum diu ſeruãs virorem. Per ſalices
ergo intelligi poſſunt virgines ſacræ, q̃ carne infœcundæ, omni floruerunt caſtitatis cando
re. His oībus eccleſiam Chriſti, habitaculum cordis noſtri, conuerſationem noſtram in iſto
Pſal. 75. exilio decorare debemus: ſicq; cogitatiões noſtræ diem feſtum agant Deo in animo.

¶ Expoſitio capituli XXIIII. Et locutus eſt dñs ad Moſen. Art. XLV.

Exo. 21. REpetuntur in huius capituli exordio aliqua in Exodo ſcripta & habita, ſimiliter in fi-
ne capituli huius. [Et loquutus eſt dominus ad Moſen, dicens: Præcipe filiis Iſrael, vt
afferant tibi oleum de oliuis] expreſſum, [puriſſimum] non fæculentum aut mixtum,
[ac lucidum] quoniam pręſtantiora pro diuino cultu ſunt exhibenda, & de huiuſmodi oleo
clarior flamma gignitur & nutritur, [ad concinnandas lucernas iugiter,] id eſt, quatenus ex
oleo illo lucernæ, in exteriori tabernaculi parte poſitæ ac lucentes, decenter impleantur ac
foueãtur. [extra velum teſtimonii ĩ tabernaculo fœderis.] Hoc additur, quia (vt tactum eſt)
lucernæ ſitæ erãt in exteriori parte tabernaculi, quæ dicta eſt ſanctum ſeu ſancta, inter quã
& interiorem tabernaculi partem, quæ vocata eſt ſancta ſanctorum, velum pendebat. [Po-
netq; eas Aaron à veſpere vſq; in mane coram domino,] id eſt, pontifex de ſero ordinate diſ-
ponet, implebit, accendet iſtas lucernas, vt ardeant, luceantq; in tabernaculo tota nocte vſq;
Ioſe. li. 3 in mane, & tunc extinguebantur vel omnes, vt aliqui dicunt, vel vt Ioſephus recitat, tres ꝑ
ant. iud. diem permittebantur lucere. [cultu rituq; perpetuo in generationibus veſtris.] Oleum iſtud
cap. 10. lucernarum, miniſtrabatur à populo de ſumptu communi: erantq; aliqui deputati ad offe-
rendum illud, ac prouidendum de eo. [Super candelabrum mundiſſimũ ponentur ſemꝑ in
conſpectu

conſpectu dñi] . i. iugiter poſitæ erunt ac permanebunt ſuꝑ candelabrum aureum q̃d in exte-
riori parte tabernaculi ſtetit: & lucernæ hæ erant ſeptem, immo ſecundũ Ioſephũ, ſeptẽ lam
pades erant inſertæ & innexæ candelabro. [Accipies quoq; ſimilam] . i. puram & delicatiſſimam Ioſe. li. 3
tritici farinã, [& coques] . i. ꝑ ſacerdotes formari pararíq; facies, qa ad ſacerdotes hoc ꝑtine- ant. iud.
bat, & forſan Moſes primo eis modũ faciendi mõſtrauit. Coques, inquam, [ex ea duodecim cap. 10.
panes, q ſinguli habebunt duas decimas] . i. in vnoquoq; panũ illoꝝ erit tanta ſimilæ quãtitas, ſ.
bis decima pars ephi. [quoꝝ ſenos altrinſecus ſuꝑ menſam puriſſimã coram domino ſtatu-
es] . i. in vna parte menſæ aureæ pones ſex panes propoſitiõis ſimul, & vnum ſuꝑ aliũ, atq;
in alia parte eiuſdẽ menſæ ex oppoſito collocabis ſex alios panes. [& pones ſuꝑ eos thus lu-
cidiſſimũ] . i. ſuꝑ quẽlibet cumulũ hoꝝ panum, pones thus optimum & odoriferꝝ in aureo
vaſculo. [vt ſit panis] . i. vt cõgeries hoꝝ panum ſit [ibi in monimentũ] . i. in memoriale [obla
tionis dñi] qa ꝑ totam hebdomadã ſtabãt ibi in ſignum & teſtimoniũ obedientiæ filioꝝ Iſra
el, de quoꝝ ſumptu atq; materia erãt formati ac imolati. [Per ſingula ſabbata mutabuntur
corã dño.] Nam q̃libet ſabbati die remouebãtur panes veteres, moxq; alii recentes ſuꝑ men-
ſam reponebant in loco prioꝝ. [ſuſcepti à filiis Iſrael,] q materiã panũ iſtoꝝ ſacerdotibus
exhibuerunt, & ob hoc panes iſti dicunt ſuſcepti à filiis Iſrael. [fœdere ſempiterno, eruntq;
Aaron & filioꝝ ei⁹,] qa in eoꝝ eſum ceſſerũt. [vt comedãt eos in loco ſancto,] puta in atrio,
aut in aliqua æde aut exedra ꝓpe ſita. [qa ſanctum ſanctoꝝ eſt de ſacrificiis dñi iure ꝑpetuo.]
De iſta materia nũc breuiter trãſeo, qm̃ ſuper Exodũ, ꝓſertim in expoſitiõe cap. 25. diffuſe in-
de tractatũ eſt. Veꝝ vt Ioſephus ſcribit, hi panes azymi erãt, & ſingulis aurea ſuperponebant
patena thure plena, atq; diluculo ſabbati panes duodecim recẽtes & calidi imponebant, &
ſtabãt ibi immoti vſq; ad ſabbatũ ſequens, tuncq; illis ſublatis, & thure ſuper altare ſuccẽſo,
ac dulci odore inde ſurgente, noui cum alio thure ſubſtituebãtur. Erant autem duodecim,
iuxta numeꝝ duodecim tribuum Iſrael, in quoꝝ ſempiternã memoriã corã dño poſiti erãt.
Verum ſicut ex primo Regum & Euangelio comprobatur, in neceſſitatis articulo poterant 1. Re. 21.
aliis, q̃ ſacerdotibus, ad edendum cõmunicari. Præterea quia diabolus iugiter elaborat triti- Mat. 16.
co ſuperſeminare zizania, conſequenter narrat caſus aduerſus ac ſceleratus, qui inter bona Matt. 13.
tot accidit. [Ecce autem egreſſus] de habitaculo ſuo, & de impio mentis conceptu prorum-
pens in actum malignũ, [filius mulieris Iſraelitidis, quem peperit de viro Aegyptio inter fi-
lios Iſrael.] Circa hoc quidam ſatis aſſertorie refert, ꝙ ille vir Aegyptius fuit, quem in Exo- Exo. 2.
do legitur Moſes occidiſſe, quia iniuriã fecit Hebræo, & ꝙ mulier iſta de adulterio cõcepit
à viro illo. Sed iſtud incertum videtur, præſertim cum in ſcripturis mariti cõmuniter viri fœ
minarum vocentur. Vnde potius puto, ꝙ iſta Hebræa nupſerat illi Aegyptio. Nam aliqui &
aliquæ Hebræorum, cum Chananæis atq; Aegyptiis inierunt connubia, nec ante Moſis le- Num. 25
gem hoc eis ꝓhibitum erat. [iurgatus eſt in caſtris cũ viro Iſraelita. Cumq; blaſphemaſſet no
men Dei, & maledixiſſet ei,] q̃d ſupſceleratiſſimum fuit, & impius ille amaritudinis felle re-
pletus, ac iræ & impatientiæ ſtimulis agitatus, ꝓrupit in verba tam criminoſa. [adductus eſt
ad Moſen,] tanquam ad principem & iudicem. [Vocabatur autem mater eius Salumith, fi-
lia Dabri, de tribu Dan. Miſeruntq; eum in carcerem.] Hoc fecerunt ex Moſis iuſſione, cui
nondum (vt apparet) fuerat formaliter reuelatum, qua morte puniendi eſſent blaſphemi,
quanuis iam ei reuelatum extiterit, ꝙ maledici in ſuos parentes, & blaſphemi in Deũ omni-
um patrem primum ac ſummum, eſſent necandi. Sed qualem carcerem habuerũt in eremo
illa, in qua nullam ſibi domũ conſtruxerãt? Reſpondet, ꝙ nomine carceris, poteſt intelligi fo
uea aliqua, aut ſtrictus pœnaliſq; locus, vbi reum hunc forſan vinxerunt. [donec noſſent qd
iuberet dñs] . i. quouſq; Deus ꝑ Moſen reuelaret eis genus mortis huic infligendum. [Qui lo-
quutus eſt ad Moſen, dicens: Educ blaſphemũ extra caſtra] . i. extra habitacula ſeu tentoria
populi, tanq̃ indignum mori ac viuere in medio plebis Deum colẽtis. [& ponãt omnes qui
audierunt] verba ſuæ blaſphemiæ, [manus ſuas ſuper caput eius,] vt zelo iuſtitiæ imprecen-
tur ei debitam pœnam, & cõtra eum teſtentur. Si aũt tam multi audiſſent blaſphemias eius,
ꝙ omnes ſimul nõ potuiſſent manus ſuperimponere capiti eius, feciſſent hoc ſucceſſiue, vel
quidam principales ex omnium parte. [& lapidet eum populus vniuerſus] . i. aliqui ex parte
vniuerſoꝝ, ita vt cæteri adſtãdo, cõſentiendoq; lapident, ſecundum q̃d Paulus Stephanum Act. 7. 8.
lapidauit. Deinde occaſione huius facti, dãtur leges communes de iuſta vltione ac talione.
[Et ad filios Iſrael loqueris: Homo qui maledixerit Deo ſuo,] vtpote vero Deo, aut etiã ſan-
ctis eius, quoꝝ blaſphemia redundat directe in Deum. [portabit* iniq̃tatem ſuã] . i. vltionem *pecca-
debitam ſuſtinebit. [Et qui blaſphemauerit nomen dñi] . i. Deum noīe deſignatum, [morte tũ ſuum
moriatur] . i. lapidetur, ſicut ſubiungitur. [lapidibus eum opprimet] . i. obruet & occidet [oīs
populi multitudo:] qa etſi pium ſit ꝓpriam æquanimiter ferre iniuriam, impium tamen eſt
Dei iniuriam, ꝓſertim blaſphemiã, diſſimulare aut ſuſtinere. Immo cũ homo debeat Deum
incomparabiliter plus q̃ ſeipſum & cætera cuncta diligere, zelum ſuum debet in tali caſu ꝓ

Deo demonſtrare. Deniq; tam enorme crimen eſt maledicere Deo, vt ſcriptura in alijs locis
Iob 1. horreat illud exprimere, atq; ob id per bonum cõtrarium illud deſignet, ſicut in Iob: Niſi in
faciem benedixerit tibi. Et tertio Regum, Benedixit Naboth Deo & regi. [ſiue ille ciuis].i. na
tione Iudæus, ſeu diutinus habitator in loco veſtro. [ſiue peregrinus fuerit,] id eſt, conuerſus
3. Reg. 21 ad Iudaiſmum, aut aduena inter vos, quia etſi nondum ad finem conuerſus eſſet, non tamen
*& blaſphemia eius eſſet ferenda. [Qui percuſſerit * aut occiderit hominem] ex ira, odio, pro-
poſito, contra proceſſum & formam iuris, [morte moriatur.] ſecus ſi fortuite, vel à caſu, ſeu
neſcienter, q̃a tunc erat in ciuitate aliqua refugij ſuſcipiendus ac defenſandus. [Qui percuſ-
ſerit animal].i. iumentum alterius iniuſte occiderit, [reddet vicarium, id eſt, animam ꝓ ani
ma] vtpote pecus ſeu beſtiam eiuſdem valoris ac ſpeciei. [Qui irrogauerit maculam,] id eſt,
grauem & irreparabilem deformitatem aut læſionem, ſeu mutilationem, [cuilibet ciuium
ſuorum, ſicut fecit, ſic fiet ei. Fracturam].i. vulnerationem aut membri diſſipationem, [pro
fractura, oculum ꝓ oculo, dentẽ pro dente reſtituet].i. reſtituere compelletur, ita vt oculi ſui
erutionem, ſeu dentis excuſſionẽ pati cogat, ſicq; ſatisfaciat ei, cui tale quid violenter infli-
xit. Sic quoq; in alijs. [Qualẽ] quis [inflixerit maculã, talem ſuſtinere coget. Qui ꝑcuſſerit iu-
mentũ, reddet aliud: qui ꝑcuſſerit hoĩem,] non vſq; ad mortẽ, mutilationẽ, vulnerationẽ, aut
deformationẽ p̃fatã, [punietur] pecuniaria aut ſimili pœna, p̃fatis pœnis minori, iuxta ſen-
tentiam iudicis. Verꝫ vt fert, in Hebræo habetur, q̃ percuſſerit hoĩem, morietur: & ſic qui-
dam per hoĩem intelligunt patrẽ aut matrem carnalẽ, pro q̃rꝫ notabili percuſſione, mortis
pœna infligebat. [Aequũ iudicium ſit inter vos, ſiue peregrinus, ſiue ciuis peccauerit, q̃a ego
ſum dñs Deus veſter.] De his, q̃a ſup Exodũ diffuſe expoſita ſunt in expoſitiõe viceſimipri-
mi capituli, pertrãſeo. ¶ Præterea mirꝫ videri poteſt, ꝙ lex pro occiſiõe, læſione aut mutila-
Exo. 21. tione, nõ niſi ſimplicẽ intulit vltionẽ, pro furto aũt multiplicatã. Ad q̃d dici poteſt, ꝙ homi-
nes proniores ſunt ad diripiendũ occulte bona aliorꝝ, q̃ ad lædendum eos aperte in propria
eorꝝ pſona. Ideo illud oportebat ꝑ multiplicatã pœnã reſtringi. Eſt aũt quæſtio, an læſus in
Ibidem. corpore aut iniuriatus, poterat ſe vlciſci, abſq; præuia iudicis ſententia. Sed de hoc ſup Exo
dum dictum eſt. Poſtremo de ſpiritali huius capituli intelligentia introducta ſunt multa, p̃-
ſertim ſup Exodũ. Cognoſcimus q̃q; ex iſto capitulo, rigorem & imperfectionẽ legis Moſai
Ibidem. cæ, pietatẽ vero & pfectionem euãgelicæ legis, in qua percutienti vnã maxillã conſulitur al
Matt. 5. tera exhiberi, aduerſariusq; iubetur amari, & malum vinci in bono. At vero ꝑ blaſphemũ il
Rom. 12. lum ex parte Aegyptiũ, & ex parte Iſraelitam, iurgantẽ cõtra eum qui ex parte patris & ma-
tris fuit Iſraelita, intelligunt hæretici & ficte deuoti, ac forinſecus iuſti, q̃ vere catholicos &
deuotos ac iuſtos impugnãt. Itaq; afferamus in eccleſiã Chr̃i puriſſimum oleum, i. opa pieta
tis, quibus nil vanitatis ſit mixtum, ex q̃bus foueant lucernæ. i. claritas bonæ famæ, ſermo p̃-
dicationis, & lumen ſcientiæ ſalutaris. Qui aũt nondum æquanimiter ferre poteſt aut vult
illatas ſibi iniurias, ſaltem nõ cupiat maius malum rependere, nec grauius vindicare. Potius
vero ſimus contra omnia vitiorꝫ & tentationum prælia, impugnationes & tela omni virtu-
te armati, ſintq; duodecim panes ſemper in menſa animæ noſtræ, hoc eſt, duodecim apoſto
lorum doctrinæ, virtutes, exempla, nec quenquam ſcandalizando lædamus. Nulli oculum
Rom. 14 eruamus, inducendo eum ad cordis excæcationem, ignorantiam vel errorem. Nec excutia-
Matth. 5 mus alicui dentem quo teritur cibus cordis, nec mentis integritatem frãgamus in proximo,
nec maculam inferamus alicui per detractionem aut impiam diffamatiõem: immo q̃ quip-
piam fecerit horꝫ, ipſe ſeipſum vulnerat, cæcat, proſternit, & ſicut fecit, fiet ei, iuxta quod ait
Matth. 7 ſaluator: Qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.

¶ Elucidatio literalis cap. XXV. Locutusq; eſt dñs ad Moſen. Art. XLVI.

Diuerſa in hoc capitulo traduntur præcepta, quorum quædam ſunt cæremonialia, quę-
dam iudicialia. [Locutusq; eſt dominus ad Moſen, dicens: Loquere filijs Iſrael, & di-
ces ad eos: Quando ingreſſi fueritis terram quam ego dabo vobis, ſabbatizetis ſabba-
Exo. 20. tum domino,] id eſt, ad Dei honorem quieſcat terra à ſolita cultura & ſeminatione, ſicut in
Exod. 23 ſabbato ceſſatur ab opere omni ſeruili. [Sex annis ſeres agrum tuum.] Iſtud præceptum in
Exodo ſcriptum eſt, & ibi diffuſe expoſitum: eſtq; oſtenſum ibidem, quemadmodum ſecun
dum communem Hebræorum opinionem, non fiebat aliqua agrorum aratio, ſeminatio,
Ioſe. li. 3. meſſio in ſeptimo anno. & hanc opinionem (quã & Ioſephus approbat) ſequũtur magiſter
an. iud. in hiſtorijs, & Andreas, ac alij quidam expoſitores catholici. Auguſtinus vero & Gloſſa, ac
cap. 6. 7. alij quidã dicunt, ꝙ ſeptimo anno terra ſeminabatur ac metebatur, non tamen ad propriam
Auguſt. ſeminantium cõmoditatem, ſed potius ad pauperum vſus ac ſuſtentationem. Veruntamẽ ex
iſto paſſu habet, ꝙ ea quæ ſeptimo anno ſponte naſcebantur in agris, venerunt in vſum &
eſum cõmunem, tam ſeminãtium ſeu dominorꝫ ipſorꝫ agrorꝫ, q̃ aliorꝫ, ſ. pauperum ac bru
torꝫ. Et q̃d de agris dictum eſt, de vinea quoq; & oliuetis eſt intelligendum. Nam fertur in li-
tera: [Septimo anno ſabbatum].i. quies [erit terræ requietionis domini].i. talis quies, vt eſt
quies in

quies in ſeptimo die hebdomadæ, ita ꝙ in tota terra veſtra ceſſabit ab agricultura, ſemina-
tione, & meſſione. Vnde ſubiungitur: [Agrum non ſeres, & vineam nõ putabis.] De oliue-
to aũt fit mentio in Exodo. [quæ ſponte gignit humus, nõ metes.] Terra ſeu agri dicunt illa Exo. 23.
ſponte ꝓducere, quæ ſine humana cultura gignũt, ſiue ex decidentibus granis ſegetum anni
prioris, ſiue ex innata fœcundatiõe. Occulta etenĩ quædã ſemina latent in huius mundi cor-
poreis elemẽtis. [& vuas primitiarꝫ tuarꝫ].i. primos botros vitis tuæ, & ꝑ cõſequens, nec cæ
teros in tuos vſus præciſe. [q̃ſi vindemiã nõ colliges].i. vt colligi ſolent vuæ vinearꝫ alijs an-
nis. [Annus enĩ requietiõis terræ eſt. Sed] fructus horꝫ, puta agrorꝫ & vinearꝫ ſeptimo anno
naſcẽtes, [erũt vobis in cibũ,] videlicet [tibi & ſeruo tuo & ancillæ tuæ & mercenario tuo, &
aduenæ, q̃ peregrinat apud vos, iumentis tuis & pecoribus.] In Exodo dicit, & beſtijs, ꝑ quas Exo. 23.
intelligunt aĩalia ſylueſtria. [oĩa quæ naſcuntur, præbebũt cibũ.] Deniq; textus iſte, dempto
eo q̃d ait, & aduenæ, ſonat, ac ſi iſta ſpõte naſcẽtia, ſolũ redigẽda eſſent in vſum dñorꝫ terrę in
qua naſcunt, & domeſticorꝫ ipſius: textus vero Exodi ſonare videt, q̃ſi totũ illud eſſet paupe
ribus derelinquẽdũ ac brutis. Nã dicit ibi, Anno ſeptimo dimittes terrã & req̃ſcere facies, Ibidem.
vt comedãt pauperes populi tui, & q̃cq̃d reliquũ fuerit, edãt beſtiæ agri. Ex q̃bus oĩbus colli
git, ꝙ fructus huiuſmodi erãt cõmunes vſui tã dñorꝫ agrorꝫ & domeſticorꝫ ipſorꝫ, q̃ adue-
narꝫ, pauperꝫ ac brutorꝫ. Veruntñ vt loquit Auguſtinus, ſatis mirũ apparet, q̃liter terra ſine Auguſt.
cultura & ſeminationẽ poterat notabiles fructus ꝓducere, ex q̃bus oẽs hi veſcerent, niſi for-
te natura terrę illius hoc habeat. Subdit de anno iubileo: [Numerabis q̃q; tibi ſeptẽ hebdo-
madas annorꝫ:] quarꝫ hebdomadarũ quælibet cõtinet ſeptem annos, ſicut hebdomada die-
rum cõtinet ſeptẽ dies. Hinc ſubiungitur: [id eſt, ſepties ſeptẽ,] ſupple annos, [quæ] hebdo-
madæ annorꝫ [ſimul, faciunt annos quadragintanouem, & clanges buccina mẽſe ſeptimo,
decima die mẽſis] illius [ꝓpiciationis tẽpore].i. in quo decimo die eſt feſtum expiationis, vt
p̃cedẽti habet cap. [in vniuerſa terra veſtra,] propter imminẽtis iubilei ſolennitatem, atq; vt
omnes ſe præparent ad illam, ſicq; in diuerſis terræ partibus erãt plures buccinatores. tñ vt Leui. 24.
in Scholaſtica recitat hiſtoria, aliqui dicunt, ſeptem annis Iubileum p̃cedentibus in ſingulis
neomenijs. i. nouis lunatiõibus clangebãt tubis, & ſeptẽ dieb⁹ cõtinuis ante Iubilei inceptio Euſebi⁹.
nem ſolennizabãt tubis clangentes. [ſanctificabisq;].i. ad multa diuina ordinabis & appli-
cabis [annũ quinquageſimũ.] De intellectu huius verbi eſt duplex opinio apud Hebręos atq;
catholicos, qm̃ quidã per hũc quinquageſimũ annum intelligunt vltimum annum p̃dicta-
rum ſeptem hebdomadarꝫ, videlicet annũ quadrageſimumnonũ, quem tñ quinquageſimũ
vocãt ꝑ comparationẽ ad p̃cedentẽ iubileum, ſeu potius ad vltimũ annũ illius, ꝑ incluſionem
anni eiuſdẽ, ſicq; annus iubileus cõcurrebat ſeu idẽ erat cũ anno remiſſiõis vltimatæ hebdo-
madæ p̃dictorꝫ annorꝫ. Alij ꝑ quinquageſimũ annũ intelligũt annũ proxime ſubſequentẽ p̃-
fatas ſeptẽ hebdomadas, & ita tã in vltimo illo anno ſeptẽ hebdomadarũ ſeu q̃drageſimono
no, q̃ in anno ĩmediate ſequẽte, vtpote iubileo, terra Iſrael ſabbatizauit. [& vocabis remiſ
ſionẽ].i. annũ gratioſum. [cũctis habitatoribus terrę* tuæ,] remiſſiõe & gratia eius egẽtibus. * veſtræ
[Ipſe eſt enĩ iubileus].i. iucundus & proſper ꝓpter ea q̃ fient in eo. De q̃bus ſubiungit: [Re-
uertet homo ad poſſeſſionẽ ſuã,] quã ante vendiderat, ſeu q̃ hæreditario iure ad ipſum ꝑtine
re debebat, q̃uis ad tẽpus fuit impedimentũ. [& vnuſquiſq; rediet ad familiã priſtinã,] à qua,
fuga, exilio, cõiugio aut ſimili modo fuerat ſeparatus. [q̃a iubileus eſt & q̃nquageſimus an-
nus, Nõ ſeretis neq; metetis] in iubileo [ſpõte in agro naſcentia, & primitias vindemiæ non
colligetis,] prout fit in alijs annis, vehẽdo ea in horrea veſtra ad ꝓprium vſum. [ob ſanctifica
tiõem iubilei, ſed ſtatim *ablata comedetis].i. ea quæ inde curſim & partim tuleritis, tanquã * oblata
de q̃dã cõmuni bono comedetis. ¶ Circa hæc ſcribit Thomas in prima 2. quæſt. 105. & primo
ſic arguit: Societas hoĩm ꝑ hoc maxime cõſeruatur, ꝙ hoĩes emendo & vendẽdo ſibi inui-
cem res ſuas cõmutant quibus indigẽt, vt in Politicis dicitur, ſed lex vetus abſtulit vim ven
ditiõis. mãdauit enĩ ꝙ poſſeſſio vendita rediret ad venditorem in iubileo. Ad idem reſpon-
det: Sicut philoſophus dicit in ſecũdo Politic. Regulatio poſſeſſionũ, multum cõfert ad cõ-
ſeruationẽ ciuitatum, gentis ac patriæ. Vnde refert, ꝙ in quibuſdam gentium vrbibus fuit
ſtatutum, vt nullus poſſeſſionem ſuã vendere poſſet, niſi pro manifeſto detrimento. Si enĩ
paſſim poſſeſſiones vendantur, poteſt contingere, ꝙ omnes poſſeſſiones ad paucos deueni-
ant, & ita neceſſe erit ciuitatem vel regiõem habitatoribus vacuari. Idcirco lex vetus ad hui-
uſmodi periculũ euitandũ ſic ordinauit, ꝙ & neceſſitatibus hominum ſubueniretur, ꝓpter
q̃d admiſit venditionẽ vſq; ad certũ tẽpus, & cũ hoc remouit periculũ, p̃cipiẽs vt certo tẽpo
re poſſeſſio vendita ad vendentẽ rediret, & hoc cõſtituit, vt ſortes non confunderent, ſed ſem
per remaneret eadẽ diſtinctio determinata in tribubus. Sequitur modus ſeruandi iuſtitiam
in cõtractibus: [Quãdo vendes quippiam ciui tuo,] id eſt, alicui de populo tuo. alienis enim
gentibus nõ poterãt vendere agros ſuos Iudæi, niſi forte fuiſſent ad Iudaiſmum conuerſi.
[vel emes ab eo] agrum, oliuetum aut vineam, [ne contriſtes fratrem].i. proximum [tuum]

ipſum iniuſto cõtractu grauãdo.[ſed iuxta numerũ annorũ iubilei emes ab eo].i.plus aut mi
nus dabis vendẽti ꝓ re venali, ſecundũ ꝙd plures aut pauciores anni reſtãt vſq; ad ꝓximum
iubileum futurũ,ſeu à proxime elapſo fluxerunt.quod redit in idem. [& iuxta ſupputatio-
nem frugum vendet tibi].i.plus aut minus de precio exiget,ſecundũ ꝙd fructus naſcituri ꝓ-
babiliter æſtimanť maiores aut minores futuri,vel ꝓut res vendẽda fertilior eſt. Hinc ꝗſi ex-
poſitorie ſequitur:[Quanto plures anni remãſerint poſt iubileũ] ꝑteritũ vſq; ad iubileũ ſe-
quentem,[tanto creſcet & precium]exponendũ ꝓ agro emendo,aut re conſimili.[quanto
minus temporis numeraueris,tanto minoris emptio conſtabit.Tempus enim frugum ven-
det tibi]id eſt,fructus naſcituros vſq; ad iubileũ.nã fundum nõ poteſt vendere abſolute.[No
lite affligere]per circũuentionem,aut alium modũ iniuſtũ, [contribules veſtros].i. eos q ex
eadem vobiſcum ſunt tribu aut natione, immo nullus iniuſte eſt affligendus corporali aut
Tob.4. ſpiritali afflictione,cum hoc ſit de lege naturæ:Ne facias alteri,ꝙd nõ vis fieri tibi. [ſed time-
Eccẽs 7. at vnuſquiſq; Deum ſuum:] quem q timuerit,oĩa iſta implebit: quia q timet Deum,nil negli
git.[qa ego dominus Deus veſter.Facite præcepta mea] moralia, & ea q̃ ſunt de lege natu-
ræ,[& iudicia]mea,id eſt,iudicialia mandata,[cuſtodite]memoriter, & implete ea]per effe
ctum.Neminem eñ vult Deus ocio dare locũ,ſed iuxta vires ſuas vult vnũquenq; fructifica-
re.Vires quoq;(vt ait Gloſſa)cõſcientia cuiuſq; examinat.¶Circa hæc ait Gloſſa:Ne qs au-
dita moderatione vendendi & emendi,ſæuior fieret,& condeſcẽſio ipſa noceret, caute ad-
iungit: Facite præcepta mea. Audito quippe præfato moderamine, in contractibus obſer-
uando,poterat emptor amaricari,eo ꝙ parũ eſſet lucraturus emendo,& venditor remiſſior
fieri & prodigus in vtendo,tanq̃ qui venditũ eſſet rehabitur⁹ vel in ſeipſo,aut in ſobole ſua:
ideo ad excludendũ ab vtriſq; hæc mala,ſapienter admonuit dñs,vt vnuſquiſq; ſecundũ di-
Ioſe. li.3 uina ꝑcepta ſe regulet. Præterea Ioſephus ait:In iubileo conueniebant venditor agri & em-
ant. iud. ptor, computabantq; fructus ex agris ſuſceptos: qbus compertis exuberaſſe vltra expenſas
cap.14. factas in agro, recipiebat venditor agrum. Quod ſi expenſæ tranſcenderent, hoc ꝙd deerat
emptor recepit,& à poſſeſſione ſua diſceſſit.Conſequenter tangit dñs quaſi rationẽ ſeu præ-
mium obſeruãdi ſua præcepta,[vt habitare poſſitis in terra] vobis promiſſa, [abſq; vllo pa-
uore]carnali,mundano,inordinato,pœnali, [& gignat vobis humus fruct⁹ ſuos,qbus veſca-
mini vſq; ad ſaturitatem]excluſiue,ſi per ſaturitatem intelligať guloſa comeſtio,iuxta quod
Lucæ 6. ait ſaluator: Væ vobis q ſaturati eſtis. Vel vſq; ad ſaturitatem incluſiue, intelligẽdo nomine
ſaturitatis ſufficientẽ refectionẽ. [nullius] perſecutoris [impetum formidãtes] certi ꝙ Deus
nõ deſeret vos, niſi prius deſeratur à vobis. Veruntñ cõtra tentationes & impetus inuiſibiliũ
hoſtium, oportet nos iugiter eſſe ꝑcinctos, & cum filiali timore & tremore inde naſcente,
Phil. 2. noſtrã operari ſalutẽ.Ne aũt ex diffidẽtia prouidentiæ Dei,& ex ſolicitudine mundiali negli
gerent Hebræi ꝑcepta de ſabbatizatione ſeptimi anni & requie iubilei ſeruare, dñs ſubdit:
[Quod ſi dixeritis,quid comedemus anno ſeptimo,ſi non ſeuerimus,neq; collegerimus fru
ges noſtras: Dabo bñdictionẽ meã].i. copioſam & ſupnaturalẽ multiplicationẽ terræ na-
ſcentium.[vobis anno ſexto,& faciet fructus triũ annorũ].i. terra veſtra tantũ proferet fru-
ctum vno anno,vtpote ſexto, quantũ naturaliter ſolet ꝓferre tribus annis. [Seretiſq; anno
octauo]quieſcẽtes ſeptimo anno ab agricultura,[& comedetis fruges veteres] vtpote fruct⁹
ſexti anni,[vſq; ad annũ nonum,donec noua naſcanť,edetis vetera.]atq; vt Ioſephus refert,
Ioſe. li.3 iſtud in obediẽtib⁹ ĩplebať.Quocirca loqtur Gloſſa:Quia p duos annos dñs terrã vacare ꝑce
ant.iud. perat,ne cõturbarenť tanq̃ ſoliciti qd comederẽt,ait: Dabo bñdictionẽ meã. Et notandũ qa
cap.14. cũ Chrs dicat,Nolite cogitare de craſtino: lex iubet, ne cogitent de tribus annis.[Terra quoq;
Matt. 6. nõ vendeť in perpetuũ,quia mea eſt.]Nõ dubiũ quin iure creatiõis & gubernatiõis,ac vniuer
ſalis dominij,vniuerſa terra totuſq; mũdus ſit Dei.ſed nũc ſpecialiter mẽtio eſt de terra pro-
miſſiõis, quã De⁹ ſuo cultui ſpecialiter deputauit. Vnde nũc iubet, vt nec tota, nec aliq̃ eius
pars in æternũ vẽdať à filijs Iſrael,quaſi ipſi eſſent dñi terræ illius,q ſolũ erant aduenæ & co-
loni ipſius Dei in ea:ſicut colon⁹ fertur,q colit & incolit terrã ſeu domũ alterius.Verũ vt reci
Auguſt. tat Auguſtin⁹,alia litera habet,terra nõ vẽdeť in ꝓphanationẽ, ne qs terrã quã accepit,aude
at vẽdere ꝓphanis hoĩbus,q in ea impietatem exerceãt, alienoſq; deos colãt. Alij aũt habẽt,
in cõfirmationẽ,vt ſ.vẽditio nõ ita firmeť, quin in iubileo venditũ redeat ad vẽditorẽ. Ideo
qui habet terrã,vtatur ea ſecundũ Dei ꝑceptũ. [Vnde cũcta regio poſſeſſionis veſtræ, ſub re-
dẽptiõis cõditione vendeť].i.nulla pars terræ veſtræ aliter vẽdatur à vobis, niſi ſub hac cõ-
ditiõe,ꝙ redimi poterit.Vnde ſubiungiť:[Si attenuatus frater tuus].i. proximus tuus cõpul-
ſus inopia aut diſfortunio,[vẽdiderit poſſeſſiunculã ſuã,& voluerit ꝓpinquus eius,poteſt re-
dimere ꝙd ille vẽdiderat:]& hoc ratiõe cõſanguinitatis q̃ facit cognatos ꝗdãmodo vnũ,quẽ-
Rom.11. admodũ multi rami & frondes ſunt vnũ in radice.[Si aũt nõ habuerit ꝓximũ].i. ſi venditor
nullũ habuerit cognatũ volẽtẽ & potentẽ redimere ꝙd venditũ eſt,[& ipſe]venditor,[preciũ
ad redimendũ nõ potuerit inuenire].i.obtinere in promptu. [computabũtur fructus]leuatĩ
ab empto-

ab emptore de terra quã emit,[ex eo tẽpore ꝙ]vẽditor,[vẽdidit].i.terrã talẽ,& ꝙd reliquum
eſt].i.id ꝙd cõputatis fructib⁹ illis, adhuc deeſt ab integritate precij, ꝙd ab emptore ꝓ terra
ſua accepit.[reddet emptori]ſi poteſt,[ſicq; recipiet poſſeſſionem ſuã. Quod ſi nõ inuenerit
man⁹ eius vt reddat preciũ] .i.ſi poteſtas ſua nõ extẽdit ſe ad hoc, ꝙ reddere poſſit emptori
prefatũ reſiduũ.[habebit emptor ꝙd emerat vſq; ad annũ iubileũ. In ipſo eñ oĩs vẽditio re-
dibit ad dñm ſuũ,& ad poſſeſſionẽ priſtinã.Qui vẽdiderit domũ ſuã ĩtra muros vrbis] ſitua
tã,[habebit licentiã redimẽdi,donec vnus impleať ann⁹. Si nõ redemerit] eam primo anno,
[& anni circulus fuerit euolutus:] an aũt ꝓpinquus poterat eã redimere,nõ exprimitur hic.
[emptor poſſidebit eã, & poſteri ei⁹ in perpetuũ, & redimi nõ poterit etiã in iubileo. Si aũt
in villa fuerit domus,q̃] villa[muros nõ habet, agrorũ iure vendeť].i.tali manerie,ꝙ redimi
poterit ſemp vſq; ad iubileũ,eo modo ꝙ de redẽptione agrorũ venditorũ eſt dictũ. [* Sin aũt *ſi ante
redẽpta nõ fuerit] ante iubileũ,[in iubileo reuerteť ad dñm ſuũ].i.ad venditorẽ,ſeu eius hæ-
redẽ. ¶Sed circa hæc oriť quæſtio, q̃ ſit cauſa diuerſitatis iſtius circa venditas domos. Iterũ,
qm̃ dictũ eſt, ꝙ in iubileo oĩs poſſeſſio ſeu vẽditio redit ad dñm ac priſtinũ poſſeſſorẽ, ergo
& domus in vrbe ſita & vẽdita,ſaltẽ in iubileo poteſt redimi,immo ſine redẽptione ad ven-
ditorẽ reuerti. Ad primũ horũ aliq dicũt,ꝙ vrbes oportet eſſe magis populoſas: idcirco ſta
tutũ eſt,vt dom⁹ earũ vẽditæ, nõ poſſent redimi niſi primo anno, quaten⁹ poſſeſſores eſſent
minus proni vẽdere ipſas. ¶Porro Thomas in prima Secũdæ,quæſt.105.reſpõdet:Quia do-
mus vrbanæ nõ erant ſorte diſtinctæ, Deus cõceſſit vt in perpetuũ vendi poſſent, ſicut & bo
na mobilia. Reditio nãq; vẽditi ad vẽditorẽ, eſt inſtituta vt ſortes nõ cõfunderenť.i.diuiſio
terræ tribub⁹ facta p ſortiũ miſſionẽ.nec erat ſtatut⁹ nũerus domorũ ciuitatũ,ſicut erat certa
menſura poſſeſſionis, ad quã nõ addebať: ſed dom⁹ villarũ nõ muratarũ, in perpetuũ vendi
nõ poterãt, qa huiuſmodi domus non cõſtruunť, niſi ad cultũ atq; cuſtodiã poſſeſſionũ. Ad
ſecundũ reſpõdeť, ſecundũ magiſtrũ in hiſtorijs, ꝙ à generali regula illa excipiebanť domus
vrbium. Verũtñ domus Leuitarũ vẽditæ,ſemp redimi poterãt.vnde mox ſubdiť:[Aedes Le
uitarũ quæ in vrbibus ſunt,ſemp redimi poſſunt.Si redẽptæ nõ fuerint] ante iubileũ,[in iu-
bileo reuerteť ad dños] ſuos.Cuius ratio ſubdiť, [qa domus vrbiũ Leuitarũ,ſunt pro poſ-
ſeſſionibus inter filios Iſrael].i.domus Leuitarũ,quas habẽt in vrbibus ſeu etiã in villis, ſunt
quaſi hereditaria bona eorum,eo modo quo agri & vineæ ſunt hereditates tribuũ aliarum,
nec Leuitę agros in hæreditatem ſortitæ ſunt.ideo domus Leuitarũ,ꝗuis ſitæ in vrbibus,re-
dimi poſſunt,& redeunt ad ſuos poſſeſſores,quẽadmodũ agri tribuũ aliarũ. [Suburbana aũt
eorũ nõ * veneent].i.Leuitæ nõ poterũt ſua vẽdere ſuburbana.[qa poſſeſſio ſempiterna eſt.] *veneãt
Suburbana quippe Leuitarũ, erant loca paſcualia extra & prope vrbes ipſorũ ſita,& cõmu-
niter deputata alẽdis eorũ pecoribus, & ita erant quædã cõmunia bona, ꝓpter ꝙd à ſingula-
ribus bonis vẽdi non poterant, ſed erant bona ꝑpetua,quia cõmunitas illa Leuitica,cui atti
nebat,ſecundũ ſe totã non defecit. Sequitur alia lex pietatis de proximo non grauando:[Si
attenuatus fuerit frater tuus,& infirm⁹ manu] .i.ſi proximus tuus natu Iudæus fuerit depau
perat⁹,& facultate ſeu robore operãdi deſtitutus,[& ſuſceperis eũ]ad cohabitãdũ tibi,[qua-
ſi aduenã & peregrinũ] eo ꝙ in alienis domibus cõmoreť, [& vixerit tecũ]inter te cõuerſan-
do,[ne accipias ab eo vſuras] pro eo ꝙd ei accõmodaueris,[nec amplius q̃ dediſti].i.nullam
ſupabundantiã vltra ſortẽ, quia non eſt afflicto addẽda afflictio,ꝑſertim dum eiuſdem reli-
gionis & nationis conſiſtit.[Time Deũ tuum,]charitatiue & timorate te habẽdo,ſecũdum
ꝙd exigit filialis timor Dei. [vt viuere poſſit frater tuus apud te] p tuã ſubuẽtionẽ,& nõ co-
gať præ paupertate & aggrauatione ei facta ex te, abire & fugere. Deinde quaſi expoſitorie
ſubdiť:[Pecuniã tuã non dabis ei ad vſurã,& frugũ ſuperabundantiã nõ exiges:]plus de bla
dis petẽdo,q̃ ei accõmodaſti,qa vſura cõmittiť nõ ſolũ in pecunijs, ſed & in fructibus terræ
ac cõſimilibus, quorũ vſus eſt eorũ cõſumptio.Hoc loco prohibeť Iudæis vſura in ſuos: alibi
vero videť eis pmitti in extraneos, vt ibi diceť. [Ego dñs Deus veſter, qui eduxi vos de terra
Aegypti,vt darẽ vobis terrã Chanaã,& eſſem veſter Deus.]ideo volo,ꝙ ſicut ego fui oĩbus
vobis gratioſus & pi⁹,ita & vos mutuo ſitis.[Si pauptate cõpulſus vẽdiderit ſe tibi frater].i.
ꝓximus [tuus] in ſeruũ,ſeu ꝓxima in ancillã, [nõ opprimes eũ ſeruitute famulorũ].i.tam du
re ſicut tractari ſolent ſerui & ancillæ alterius ſectæ ac nationis.[ſed quaſi mercenarius & co
lonus erit].i.ita tractabis eum atq; reficies, vt ſolent mercenarij & coloni tractari, qui quaſi
medio modo habentur inter prolem & ſeruum emptitium.Seruus quoq; Hebræus empti-
tius, non fuit penitus mercenarius & colonus, quoniam domum ſuam & agrum fuit cito
recuperaturus,vt dicit Gloſſa.[Vſq; ad annũ iubileum operabitur apud te].i.tibi deſeruiet.
Verũtamen ſi interim occurrebat annus remiſſionis, ſ.ſeptimus annus ab exordio quo cœ
pit ſeruire,poterat egredi liber, prout in Exodo præhabitum eſt. [& poſtea]ſ.in exordio iu
bilei, [egredietur] domũ & ſeruitutem tuã, [liber cum liberis ſuis] & vxore, [& reuerteť ad Exo.21.
cognationem].i.ad habitandũ inter ſuos cognatos, [&]ad[poſſeſſionem patrum ſuorum]

q̃ ad tẽpus fuit alienata ab eo. [Mei eñ ſunt ſerui].i.filij Iſrael ſunt ĩmediate ſerui mei,qa de
ſeruitute Aegyptia eos redemi, & meo obſeq̃o mãcipaui. Hinc addit: [& ego eduxi eos de
*veneãt terra Aegypti.[Nõ * veneẽt cõditione ſeruoꝝ].i.hoc iubeo, vt nõ vẽdant vt ſolẽt vendi cæ-
teri ſerui ad ſeruiẽdũ ꝑpetuo,q & dura ſeruitute premũt. [nec affligas eũ ꝑ potẽtiã, ſed me-
tuito Deũ tuũ. Seruꝰ & ancilla ſint vobis] .i.ſeruos & ancillas ematis ac iugiter teneatis. [de
natiõibꝰ q̃ in circuitu vr̃o ſunt,] puta de infidelibꝰ,q̃uis nõdũ cõuerſis,[& de aduenis q ꝑere
grinant inter vos].i.de cõuerſis ad iudaiſmũ.[vel q ex his nati fuerĩt in terra vr̃a,hos habe-
bitis famulos]& itẽ ancillas ex illis,[& trãſmittetis hereditario iure ad poſteros]ſecundũ q̃d
Ioſue 10 in lib. Ioſue,& Regũ,& Paral.& Eſdræ,legit de Gabaonitis,ſeu Nathinçis,alijſq̃ qbuſdam
3.Reg.3. impletũ.[ac poſſidebitis in æternũ.]Hęc ꝓmiſſio fuit cõditionaliter intelligẽda, ſicut & aliæ
1.Par.21. multæ,videlicet ſi Iudæi in Dei cultu manerẽt cõſtãtes, nec peccãdo obicẽ ponerẽt imple-
1.Eſdr.2. tioni ꝓmiſſionis diuinę. [Fr̃es aũt veſtros filios Iſrael ne opprimatis ꝑ potentiã.Si inualuerit
7.& 8. apud te manꝰ aduenæ atq̃ peregrini:]hoc eſt,ſi aliqs ad Iudaiſmũ cõuerſus,in terra vr̃a fue-
rit diues & potẽs factꝰ,aut mãſerit talis.[& attenuatus frater tuus]natiõe Iudęus,[vẽdiderit
ſe ei]in ſeruũ,[aut cuiq̃ de ſtirpe eiꝰ,poſt vẽditionẽ poteſt redimi.Qui voluerit ex fratribus]
i.cõſanguineis[ſuis,redimat eũ.& patruꝰ & patruelis] .i.filius ſeu filia patrui,[& cõſangui-
neus &affinis].i.qcunq̃ cognatoꝝ ſeu affiniũ eiꝰ.[Sin aũt & ipſe potuerit,redimet ſe ſuppu
tatis dũtaxat annis à tẽpore vẽditionis ſuæ vſq̃ in annũ iubileũ,& pecunia qua vẽditus fue-
rat,iuxta annoꝝ numeꝝ]etiã cõputata[& rõne mercenarij ſupputata].i.redimẽdo ſe atten
det,&cõputabit quãtũ ſeruitꝰ ſua ꝓfuit vẽditori à tẽpore q̃ ſe vẽdidit illi,& itẽ q̃t anni reſtẽt
vſq̃ ad ꝓximũ iubileũ futuꝝ,ſicq̃ in redẽptiõe ſua defalcabit de reſtitutiõe precij,q̃ vẽdidit
ſe tm̃,quãtũ interĩ valuit ſeruitꝰ ſua, ſeu alibi ꝓmeruiſſet deſeruiẽdo. Et rurſus q̃ iubileꝰ ma-
gis aut minꝰ diſtat, ſecundũ hoc magis aut minꝰ reddet ꝓ ſua reſtitutiõe, ſicut de redẽptiõe
agroꝝ iã dictũ eſt.Ex qbꝰ planus eſt textꝰ ſequẽs.[Si plures fuerĩt anni,q remanẽt vſq̃ ad iu
bileũ,ſecundũ hos reddet preciũ.Si pauci,ponet rationẽ cũ eo iuxta annoꝝ numeꝝ,& red-
det emptori, q̃d reliquũ eſt annorũ,qbus añ ſeruiuit,mercedibꝰ imputatis.nõ affliget eũ vio
lẽter. Quod ſi ꝑ hæc redimi nõ potuerit, anno iubileo egredietur cũ liberis ſuis:]ſicut expoſitũ
eſt.[Mei eñ ſunt ſerui filij Iſrael.]idcirco in ſeruitutẽ humanã nõ ſunt ꝑpetuo redigẽdi,niſi
forte ꝑ ſuos exceſſꝰ aliud mereãt, vel niſi ſpõte eligãt ĩ ſeruitute manere, ꝓut ſup Exodũ fuit
Ioſ. li.3. expoſitũ.Hĩc Ioſephꝰ & magiſter in hiſtorijs ꝓteſtãt,ꝙ q̃uis Iudęi eſſent cõtribules & conci
bel. Iud. ues eoꝝ à qbꝰ aliqñ emebãt,tñ voluit eos ſeruitutis ſchemate caſtigare ꝓpter legũ ſeu Moſai
cap.14. cę legis p̃ceptoꝝ trãſgreſſionẽ,atq̃ vt ait gloſſa,cõſtat ex his,quãtũ diligat à dño,& quantũ
ſit diligẽda libertas.Ideo eñ Iſraelitã noluit alienis ſeruire,ſed redimi iuſſit.¶Deniq̃ ſi inde-
cẽs fuit,natiõe Hebræũ ſeruire alieno,q̃uis ad Iudaiſmũ cõuerſo: quãto indecẽtiꝰ eſt,Chr̃ia-
num aut Chriſtianã induratis ꝑfidiſq̃ ſeruire Iudæis? Non ergo hoc permittant fideles.

¶De ſpiritali eiuſdem capituli XXV.intellectu. Artic. XLVII.

QVando ingreſſi fueritis terrã,quã ego dabo vobis,ſabbatizet terra ſabbata ſua. Terra
iſta eſt eccleſia militãs,q̃ ꝑegrinat in terra: vel monaſtica religio ſeu ꝓprię fragilita-
tis cõſideratio humilis.q̃ terra à Deo donat, dũ qs ab ipſo ꝑ fidẽ & charitatẽ incorpo-
ratur eccleſiæ,vel gr̃am cõuerſionis perfecte ſortit, ſiue ad verã humilitatẽ perducit.Cũ igi-
tur qs has terras,aut earũ aliquã eſt ĩgreſſus,tũc ipſa eccleſia gloriatur in dño,& pace pecto-
Hiere.9. ris cõquieſcit. Similiter ſacra religio de ſuis ꝓfeſſoribꝰ gaudet.Hũilitas q̃q̃ facit mẽtẽ repau
ſare in Chr̃o. Sex annis ſeres agrũ tuũ, & 6. annis putabis vineã tuã. Per agrũ, inferior pars
animæ:per vineã,portio eius ſuperior deſignatur.Per ſenariũ aũt annorũ,q eſt numerꝰ com
pletus,totũ vitę nr̃æ tẽpus ĩ hoc ſeculo accipi poteſt.Itaq̃ indeſinẽter oĩ q̃ viuimꝰ tẽpore in
hoc mũdo, nõ ceſſemꝰ tã inferiorẽ rationẽ ſenſitiuũq̃ appetitũ, q̃ vim intellectiuã ac volun
tatẽ circa ſp̃ũalia ac diuina verſantes ſeminare,fœcũdare,excolere,& implere actibꝰ virtuo-
ſis,affectionibus ſanctis, appræhẽſionibꝰ & cõſiderationibus vere ſalubribꝰ, ne exprobrari
Pro. 24. valeat nobis illud Prouerb. Per agrũ hoĩs pigri trãſiui,& per vineã viri ſtulti, & ecce totum
operuerũt vrticę. Amputandæ ergo ſunt à vinea cordis vrticæ & ſpinæ paſſionũ ac vitiorũ.
[Septimo aũt anno ſabbatũ erit terræ.] Per ſeptimũ annũ intelligitur tẽpus beatæ remune-
rationis, ſiue in particulari vniuſcuiuſq̃ iudicio, ſiue in reſurrectiõe finali, in qbus non erit
tẽpus ſeminãdi ac promerendi, ſeu per profectum colligendi:ſed de eo q̃d ſeminauimus &
profecimus, beatificã refectionem ſuſcipiendi pro præmio,iuxta q̃d ſcriptum eſt: Labores
Mat.21. manuũ tuarum quia manducabis. Et iterum: Opera eorum ſequuntur illos. Hinc ſubditur:
Pſal.127. Sed erunt vobis in cibũ, tibi & ſeruo tuo & ancillæ tuæ. Qm̃ in reſurrectione finali præmia-
Apo.14. bũtur electi in corpore & in aĩa,in intellectiuis ac ſenſitiuis potẽtijs, pro meritis vitæ pręſen
tis. [Quæ ſponte gignit humus, non meteſ] hoc eſt, de his quæ propria efficis voluntate,
aut naturalis rationis dictamine ſine charitatis & gratiæ condimento, mercedem gloriæ
1.Co.13. non habebis, cum abſq̃ charitate nihil ſit meritorium. [Numerabis quoq̃ tibi ſeptem he-
bdoma-

bdomadas annoꝝ, & ſanctificabis annũ quinquageſimũ, & vocabis remiſſionem cũctis ha
bitatoribus terræ.] Per annũ hunc quinquageſimũ iubileũ, p̃figuratus videt annus iubileus
euãgelicæ legis, q̃ plena cõfertur peccatoꝝ remiſſio cũctis hoĩbus, qui per verã cõtritionem
& cõfeſſionẽ ad tantã gr̃am ſe diſponũt:q̃ anno inſtãte, buccina p̃dicationis vndiq̃ intimat
tãta celebritas.Rurſus ꝑ iubileũ legis,intelligit tẽpus gr̃æ Chr̃i,q p̃dicauit annũ acceptabilẽ
dño. Nihilo minus ꝑ eundẽ iubileũ deſignat quietiſſima & æterna duratio electoꝝ in pa- Eſaię 58.
tria.Propterea Gloſſa dicit:Interrogemus Iudæos ſi ſeptimum diẽ Moſes honorauit,& ab
operibus vacare p̃cepit,cur quinquageſimũ annũ celebrari mãdauit? Non vtiq̃ hoc mãdaſ Gene.2.
ſet, niſi myſteriũ deſignaſſet, q̃d Iudæorũ non capit infirmitas. Per hæc etenĩ duplex oĩm Exo.20.
cõſummatio ſignificat à Deo: Vna cuiuſq̃ ſingularis, altera oĩm generalis. Prima deſignat
per ſeptenariũ,ſecũda per iubileũ ſeu quinquageſimũ.Nempe in hebdomadam dieꝝ,dura-
tio vitæ humanæ modo diuiditur. Cũ ergo hic numerus fuerit in ſemetipſo multiplicatus,
& tota ſeculi ætas cõpleta, & tẽpus diu volutũ, ad finem peruenerit, iubileus ſuccedet.Ante
quẽ buccina clanget, quia in tuba Dei Chriſtus deſcendet de cælo ad iudicandum pro ſuis 1.Theſ.4
electis.Tũc reuertet homo ad poſſeſſionem ſuã, ad cæleſtem videlicet paradiſum. Et ad fa-
miliã priſtinam.i. ad angelicã ſocietatẽ, cũ qua præordinatus eſt Deo ſeruire. In fine etenĩ
dicturus eſt iudex: Venite benedicti patris mei,ꝑcipite regnũ q̃d vobis paratũ eſt ab origi- Mat.25.
ne mũdi. Qñ vendes quippiã ciui tuo,vel emes ab eo,non cõtriſtes eum.Dñs & ſaluator in
Euangelio loquit: Negociamini dũ venio. Eſt itaq̃ ſpiritale quoddã cõmercium ſeu mer- Lucę 19.
catũ, q̃ prælatus ſeu prædicator impẽdit auditoribus talentũ verbi cæleſtis, donũ doctrinæ
& gratiã ſibi collatã illis cõmunicat, quatenus illi pro huiuſmodi bonis referant fructũ,ſpi Mat.25.
ritaliterq̃ ditent. Veruntñ non ſunt vltra modũ requirẽdi ad exhibendũ huiuſmodi incre-
mentũ, ſed patiẽter ſunt tolerandi, & cũ modeſtia corripiendi , vt ſaltẽ paulatim ꝓficiant.
[Nolite affligere cõtribules vr̃os.]Nemo alteri ſit moleſtus,iniuriãdo aut vlciſcendo iniuſte, Mat.18.
immo alter alterius onera portet. Aduertamꝰ q̃d ꝑ Ezechielẽ dñs conteſtat cõtra iniquos: Galat.6.
Mœrere feciſtis quẽ ego nõ cõtriſtaui.[Implete p̃cepta mea,vt habitare poſſitis ĩ terra abſq̃ Ezec.32.
vllo pauore.]Obſeruãtia etenĩ pręceptoꝝ,bonã cõſcientiã parit, generatq̃ fiduciã,& ĩper- Pro.28.
territũ facit. Vnde iuſtus quaſi leo confidẽs, abſq̃ terrore erit. Porro ſonitus terroris ſemꝑ Iob 15.
in auribus impij,& cũ pax ſit, ille inſidias ſuſpicat.Hinc & philoſophus ait,ꝙ hi qui bene ſe
habẽt in diuinis,ſunt audaciores. [Et humꝰ gignat fructus ſuos].i.caro obediẽdo ſp̃ũi exer-
ceat actus virtutũ. [Quibꝰ veſcamini vſq̃ ad ſaturitatẽ,]vt ſ.in patria coronemini pro huiuſ-
modi factis,pro ieiunijs,diſciplinis, vigilijs,lachrymis. [Terra q̃q̃ nõ vẽdet in perpetuum.]
Terra noſtra,eſt caro noſtra mortalis,quã quaſi diabolo ꝓ voluptatis & iniquitatis denario Rom.6.
vẽdimus,dũ eã exhibemus arma iniquitatis peccato. Quod & ſi quis ad tẽpus effecerit, abſit
vt vel ꝓpoſito vel opere faciat hoc vſq̃ in finẽ vitæ ſuæ,ſed ꝓtinus reſipiſcat, ſeq̃ per pœni-
tentiã redimat, & à iugo atq̃ obſequio iniquitatis ac dæmonũ conetur eruere. [Si attenua-
tus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculã ſuam].i.ſi quis onere tentationũ, aut pondere ad-
uerſitatũ,chariſmata gratiæ ſibi infuſa amiſerit, cõſentiens tentatori, & locũ in ſe præſtans
diabolo, ꝓpinquus eius poteſt redimere eum: tũc eñ cæteri debẽt pro eo orare,& oĩ quo
quiuerint modo,ad ſtatũ ſalutis eum reducere. [Qui vẽdiderit domũ ſuã intra muros vrbis,
habebit licentiã redimẽdi,donec vnus annus impleatur.]Domus intra muros poſita,eſt ſta
tus ſalutis,ſeu gradus meritoꝝ,vel locus quẽ quis habet in eccleſia,quæ eſt ciuitas Dei viuen
tis,cuius muri ſunt angelica cuſtodia & ipſe ſaluator, prælatoꝝ q̃q̃ præſidentia . Qui hanc
ſuã vendiderit domũ,egrediẽdo eccleſiã per peccatũ,vel eccleſiaſticã vnitatẽ ꝑ ſchiſma vel
hæreſim, vel indiuiduã charitatẽ per mẽtis auerſionẽ, poteſt eam redimere primo anno. Si
aũt ꝑſeuerauerit,induratuſq̃ fuerit in his malis,vix aut nunq̃ ſe emendabit,dicente Apoſto-
lo: Hęreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionẽ deuita,ſciens quia ſubuerſus Titi 3.
eſt,& delinquit ꝓprio iudicio condemnatus. [Sin aũt in villa fuerit domus]Domus in villa,
eſt exiſtentia meritoꝝ,ſeu locꝰ virtutũ inter puſillos & fragiles:q ſi peccauerint ex ignoran
tia aut infirmitate, nõ ex ꝓpoſito atq̃ malitia, veniã facilius adipiſcunt, & conuertibiliores
exiſtunt: ideo ſemꝑ redimi poſſunt venditæ domus ipſoꝝ, qa ad priſtinũ gratiæ ſtatũ citius
reparant. [Si aũt redempta non fuerit,in iubileo reuertetur.]Sæpe eñ contingit,vt per mi-
ſericordiſſimã Dei præuentionem quaſi in iubileo pœniteãt & ſaluentur,qui nec ſuis labo-
ribus,nec alioꝝ ſuffragijs ad hoc deueniſſent. Quod & in iubileo anno eccleſiæ copioſiꝰ ſo
let accidere.[Aedes Leuitaꝝ q̃ ĩ vrbibꝰ ſunt,ſemꝑ redimi poſſunt.]Aedes Leuitaꝝ,poſſunt
intelligi virtutes & merita religioſoꝝ & ꝑfectoꝝ,q ſi interdũ corruerint, tot & tãta habent
pręſidia reſurgẽdi, ꝙ faciliꝰ recuperant,& memores q̃les paulo ante extiterint,fortiꝰ ad me-
liora nitunt. [Suburbana aũt eoꝝ nõ veneent] .i.libri ſcripturæ canonicæ atq̃ authenticæ,
non ſunt alienandi, qm̃ ſunt perpetua hæreditas electorũ.[Si attenuatus frater tuus,& infir
mus manu fuerit]. i.ſi ꝓximus aut ſubditus tuꝰ fuerit vitijs obrutꝰ,& tẽtatiõe oppreſſus, &
ſuſceperis

ſuſceperis eū ad curādū, ad informādū ac ꝓtegendū, noli eſſe auſter⁹ ad ipſum, ſed charita-
tiue, patiēter & diſcrete te habe ad ipſum, nec ampli⁹ ꝙ poteſt ab ipſo requiras, cū dicat Apo
Rom. 15. ſtol⁹: Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorū portare. Itēq;: Frēs, & ſi ꝓoccupatus
Galat. 6. fuerit homo in aliꝙ delicto, vos q ſpūales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpū lenitatis, cōſiderās
teipſum, ne & tu tēteris. Si paupꝑtate cōpulſus, vēdiderit ſe tibi frater tu⁹ &c. Hoc loco docen
tur fideles dñi, ꝙ pie & humiliter habere ſe debeāt ad fideles eis obſequētes, tāꝙ ad participes
grǣ, & ſicut ad frēs fide ac religione, & velut ad pauperes Dei, quib⁹ ait Saluator: Beati pau-
Lucæ 6. peres, qm̄ veſtrū eſt regnū Dei: immo ſicut ad eos, q ipſis forſan multo meliores, aut magis
electi cōſiſtant. Hanc doctrinā tangit & Paulus in ſuis epiſtolis. [Seruus & ancilla ſint vobis
Heb. 10. de nationib⁹.] Vere ſic decet, vt hæretici, ſchiſmatici, & cæteri infideles ſeruiāt Chriſtianis,
1. Petr. 2. qui ſunt gen⁹ electū, regale ſacerdotiū, gēs ſancta. [Frēs aūt veſtros filios Iſrael, nō opprima-
tis ꝑ potentiā:] hoc eſt, vere catholicos nō tractetis indigne. Sed heu, qm̄ Chriſtiani ſuis vi-
tijs opprimi, & ſeruire iniquis merenť: & ipſi dimiſſis ꝑfidis hoſtib⁹ ſuis, cōtra ſe inuicē prę-
lianť: immo ſciētes ꝙ dire & inhumane frēs eorū fideles catholici, ab impijs Sarracenis, Tur
cis & Barbaris redigantur in ſeruitutē, in captiuitatē & mortē, nō redimūt, nec ſuccurrūt.
[Mei eñ̄ ſerui ſunt filij Iſrael, q̊s eduxi de terra Aegypti]. i. Chriſtifideles quos de tenebris &
peccatis hui⁹ ſeculi nequā eripui, ſunt ſerui mei ſeruitute digniſſima, quæ eſt vere dominiū,
quia mihi ſeruire regnare eſt, vtpote mundo, carni, vitijs, ac dæmonibus, immo & proprio
animo dominari: ideo non ſunt vendendi, neq; tractandi conditione & more ſeruorum.

¶Elucidatio literalis cap. XXVI. Ego dñs Deus veſter. Non &c. Artic. XLVIII.

SCiens dñs populū illū cui tradidit legē, eſſe durū ac rudem, nunc exhortatur eos ad ſuæ
obſeruantiam legis, & hoc varijs modis: videlicet, proſpera pollicendo obedientibus,
aduerſa minando rebellibus, & omnes conſolatorie refouendo. Deniq; quia futuro-
rū, æternorū, & ſpūaliū vix erāt capaces, ꝓmittit eis tēporalia bona, & tranſitoria proſpera.
Talia q̊q; cōminať aduerſa, vt carnales & rudes ſaltē vel ſic allicerenť ad cultū Dei. Veruntñ
ſub tēporalib⁹ illis bonis ꝓmiſſis, comminatiſq; malis, intelligēda ſunt bona cęleſtia & ęter-
na, mala q̊q; infernalia ſempiterna, qa nec bona tēporalia & terrena, ſunt ſpūaliū & virtuo-
ſorū actuū merces cōdigna, ſed beatitudo cæleſtis & æternalis, nec tēporalia mala ſunt ſuffi-
ciēs pœna obediētiæ ꝓceptorū incircūſcriptibilis Dei, cuius offenſio eſt grauitatis immenſę.
Primo aūt repetit dñs quædā ꝓcepta ſua interdū præhabita: [Ego dñs Deus veſter. Non fa-
cietis vobis idolū] De quali idolo hoc dicať, conſtat ex eo q̊d ſubditur, [& ſculptile. [Itaq; ꝑ
idolū intelligitur ſtatua fuſilis, per ſculptile imago ſculpta. [nec titulos erigetis]. i. notabilia
& velut honorifica ſigna memoratiua in honorē deorū. Vel, vt quidā exponūt, altaria pro
idolorū cultura. [nec inſignē lapidē ponetis in terra veſtra vt adoretis eum. Ego eñ̄ ſum dñs
Deus veſter]. i. nō conſtituetis hincinde, īmo nullibi aliquē præclarū ornatumq; lapidē ido-
lorū imagine pictū, ſeu ſaxeā ſtatuā, vt adoretis eū. [Cuſtodite ſabbata mea] Per ſabbata poſ-
ſunt oēs ſolēnitates legis intelligi, vel ſpecialiter ſeptimi dies tunc celebres. Cuſtodiēda ſunt
ergo ſabbata in memoria & effectu, vt in eis mala vitēť, à ſeruilib⁹ opibus quieſcať, atq; vir-
tutibus inſiſtať. [& pauete ad ſanctuariū meū]. i. reuerēter habete vos circa tēplum ſeu taber
naculū non ingrediēdo illud, niſi cū puritate & deuotione. Deinde obedientibus proſpera
promittūtur. [Ego dñs: Si in præceptis meis ambulaueritis]. i. ꝑ obſeruantiā præceptorū di-
uinorū vixeritis vita grǣ, & recte tēderitis ad vltimū finē. [& mādata mea cuſtodieritis, & fe
ceritis ea, dabo vobis pluuias tēporibus ſuis]. i. opportunis, ꝓut expedit fœcūdatiōi fructifi
cationiq; terræ vobis promiſſæ, ꝙ pluuijs irrigať & fœcundať: terra vero Aegypti, inunda-
Deut. 11. tiōe Nili, prout in Deut. tangiť.] & terra gignet germē ſuū, & pomis arbores replebunť. Ap
præhēdet meſſiū tritura vindemiā]. i. tā copioſa naſcenť blada, vt ante depoſitionē vuarū,
vix colligāť & excuti queāt. [& vīdemia occupabit ſemētē]. i. bonorū copia erit tā magna,
vt corū depoſitio & expreſſio extēdāť vſq; ad nouā ſeminationē. [& comedetis panē vrm̄ in
ſaturitate]. i. victualiū ſufficiētiā habebitis. noīe eꝗdē panis, oīs cib⁹ aut etiā materia refectiōis,
vtpote cib⁹ & pot⁹, intelliguntť. [& abſq; pauore] viſibiliū hoſtiū [habitabitis in terra veſtra:]
immo & abſq; om̄i inordinata formidine. [Dabo pacē in finibus veſtris]. i. pacē tēporis, im-
mo & pectoris, dabo habitatorib⁹ terræ vrǣ, ſ. vobis & poſteris veſtris, veſtigia veſtra ſectan
tibus. [Dormietis, & nō erit q exterreat] ſuſcitādo vos ad reſiſtendū hoſtibus. [Auferā malas
beſtias] ita ꝙ vobis nociuæ nō erunt. [& gladius]. i. ꝑſecutor cū gladio, [nō trāſibit terminos
veſtros]. i. partes & ſortes terræ vrǣ. [Perſequemini inimicos vrōs. Perſequētur 5. de vobis,
100. alienos:] ita ꝙ fugient. [& 100. ex vobis, decē millia.] Hoc aut ſimile, vel etiam plus aliꝗd
interdū accidiſſe creditur bonis Iudæis, ſicut ex libro Regū, Paralipomenō, & Machabęo-
rum, poſſet probari. Om̄ipotens quippe Deus, vniuerſorum hominum corda & corpora iu
xta om̄e libitum ſuum alterat & immutat, debilitat & confortat, ſtupefacit & reuelat, eri-
git & proſternit, animat & perterret, lætificat & contriſtat: nec aliter credibiles eſſent hi-
ſtorię

ſtoriæ, ꝙ in diuinis legūtur ſcripturis. [Reſpiciā vos] oculo pietatis, [& creſcere faciā, & fir-
mabo pactū meū vobiſcū]. i. fœdus ſeu ꝓmiſſum meū adimplebo in vobis. [Comedetis ve- 2. Pa. 26.
tuſtiſſima veterū]. i. fructus valde antiꝗs præ abūdantia reſiduos annis prioribus, [& vetera] 1. Mac. 4.
germina terræ, [nouis] fructibus [ſuperueniētibus, proijcietis] tanꝙ ſuꝑflua, qa nec pauperes
inter vos erūt q eis indigeant, ſicq; brutis ꝓijcienť. [Ponā tabernaculū meū in medio veſtri]
i. tabernaculū illud materiale iuſſu Moſis factū, deinde & tēplum cōſtituā inter vos in terra
promiſſionis: & inter vos, immo in cordibus veſtris gratioſe morabor. [& nō abijciet vos
aīa mea]. i. mēs mea non deteſtabiť neq; repellet vos. Aīa aūt adſcribiť Deo metaphorice, &
ipſe oīpotēs dñs frequēter loquiť affectu & more humano, cōdeſcendēs infirmitati capacita
tis humanæ. Hinc aſſerit Auguſtinus: Aīam ſuā vocat Deus volūtatē ſuā. Non eñ̄ eſt animal August.
habēs corpus & aīam. [Ambulabo inter vos]. i. vbiq; familiariter adero vobis. [& ero veſter
Deus] per ſpecialē aſſiſtentiā, ꝓtectionē & opem. [voſq; eritis mihi popul⁹]. i. ad honorē &
gloriā maieſtatis meæ eritis plebs mea peculiaris & cultrix ꝓ cæteris gētibus. [Ego dñs qui
cōfregi catenas ceruicū veſtrarū]. i. iugū duriſſimæ ſeruitutis, q̊ ab Aegyptijs depreſſi fuiſtis,
ſaxa, lutū & lateres deferēdo, & ex triſtitia deiecto capite inceſſiſtis, iuxta illud Baruch: Aīa Baru. 2.
triſtis ſuꝑ magnitudine mali incedit curuā. [vt incederetis erecti]. i. iucūdi & liberi, erectoq;
capite, vt moris eſt liberatis à magnis preſſuris. ¶Sequūť cōminationes, atq; vt in Scholaſti Euſebi⁹.
ca ferť hiſtoria, in his inueniunť 30. clauſulę promiſſionū, trāſgreſſoribus vero multo plures
maledictiones ingeminat. Gloſſa q̊q; fateť: Triginta bñdictiones in ꝓſenti capitulo lex prę-
dicit, quas in trāſlatione LXX. interpretū diſtinctas reperies. Deniq; plures ponunť maledi-
ctiones ſeu cōminationes, ꝙ promiſſiones: qm̄ praui & duri hoīes, quales iſti fuerunt, magis
retrahunť à vitijs ꝑ terrorē malorū, ꝙ ꝑ amorē bonorū. [Quod ſi nō audieritis me] aure cor-
dis, [nec feceritis oīa mādata mea] Oportet eñ̄ oīa adimplere, cū Salomō dicat: Qui in vno Eccēs 9.
deliquit, multa bona ꝑdet. immo (vt Iacobus ait apoſtolus) Si quis totā legē impleuit, offen- Iaco. 2.
dat aūt in vno, factus eſt oīm reus. [& ſpreueritis leges meas]. i. iuſſiones cæremoniales, non
ſolū ex infirmitate aut ignorātia, ſed ex certa malitia eas trāſgrediendo. [& iudicia]. i. iudi-
cialia ꝓcepta [cōtempſeritis, & ad irritū ꝑducatis pactū meū]. i. legē meā, quātū in vobis eſt,
euacuetis, quaſi in vanū & caſſum duxeritis, [ego q̊q;] q eſſentialiter & interminabiliter iu-
ſtus ſum, nullumq; malū culpabile impunitū relinquo, [hæc facio vobis: Viſitabo vos]. i. pu
niā [velociter in egeſtate] ex terrę ſterilitate. [& ardore]. i. æſtuanti anguſtia ſeu exteriori in-
cendio. [q cōficiat oculos vrōs,] qa ex vehemētia egeſtatis & ardoris illius, exteriores oculi
vrī miſerabiliter erūt diſpoſiti, interioreſq; oculi mœrore & pauore obtenebrabūť. [& con
ſumat aīas vrās]. i. oīno deijciat, ita ꝙ quaſi mortuæ erūt, qa eas nil delectabit. Vñ & de mœ-
ſtiſſimo Iacob iā cōſolato ait ſcriptura, ꝙ reuixit ſpūs eius. [Fruſtra ſeretis ſementē, ꝙ ab ho Gen. 47.
ſtibus deuorabiť. Ponā faciē meā cōtra vos]. i. indignāter & rigoroſe adſpiciā vos. [& cor-
ruetis corā hoſtibus vrīs, & ſubijciemini his q oderūt vos. fugietis nemine perſequente]. i. ex
ſolo timore aduentus aduerſariorū veſtrorū fugā accipietis, qa nec in Deo, nec in virib⁹ ve-
ſtris cōfidetis, ſed timore eritis victi. [Sin aūt nec ſic obedieritis mihi] ſicut nec modo obe-
diūt infeliciſſimi, obduratiſſimiq; Iudæi, & tēpore ꝑſecutionū quas à Chaldæis atq; Aſſyrijs
ꝑtulerūt, ꝑ ꝓfata correcti nō obedierūt. [addā * correctiōes vrās ſeptulū]. i. vltiones meas in * correptiones
vobis ꝑfecte augebo. [ꝓpter peccata veſtra] ſ. incorrigibilitatē, obſtinationemq; veſtrā. [&
conterā ſuperbiā duritiæ veſtræ]. i. ꝑ pœnas grauiſſimas diſſipabo & deijciā vrī indurati cor-
dis elationē, ita ꝙ cunctis gentibus miſeriores & infortunatiores, aſpernatioreſq; eritis, ſic-
ut nūc videmus ad oculū. [Daboq; vobis deſuꝑ cælū ſicut ferrū]. i. nullā habebitis cōſolatio-
nē ex influentijs cæleſtiū corporū, nec ex cælo aereo imber defluet vobis aut ros, immo ſole
naſcēte timor & miſeria maior vos appræhendēt. [& terrā æneā]. i. duriſſimā, nō irrigatam
nec fructuoſam. [Cōſumeť incaſſum labor veſter]. i. fruſtra laborabitis in agricultura, in fu
ga, vel ad reſiſtendū, [non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt. Si ambula-
ueritis ex aduerſo mihi]. i. nec ꝑ ꝓfatas pœnas ceſſaueritis ab operibus & omiſſionibus mi-
hi & meis ꝓceptis cōtrarijs. [addā]. i. augebo. [plagas vrās in ſeptuplū]. i. plene ſecundū di-
ctamen iuſtitiæ meæ. [ꝓpter peccata veſtra] vt quāto plus creuerit veſtra iniquitas, tāto plus
creſcat iuſtitiæ meæ effectus in vobis. [immittāq; in vos beſtias agri, quæ conſumant vos &
pecora veſtra, & ad paucitatem cūcta redigant.] videlicet feras voraces. [deſertæq; fient viæ
veſtræ:] quia vobis & iumētis veſtris occiſis, viæ à paucis aut nullis terentur. [Quod ſi nec ſic
volueritis recipere diſciplinam, ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi, ego quoq; contra vos
aduerſus incedam]. i. agam quæ contraria erunt veſtræ voluntati, quaſi aduerſarius veſter,
quantum ad id quod eſtis per culpam. Loquitur autē dñs de ſe metaphorice, quaſi de ho-
mine contra ſuos hoſtes irato animo incedente ad repugnandum ac vlciſcendum. [& per-
cutiam vos ſepties propter peccata veſtra, inducamq; ſuꝑ vos gladium,] hoc eſt, exercitum
armatū ad vindicandum cum gladio tranſgreſſiones, quibus præuaricati eſtis legē meam.
[Cumq;

[Cumq́; fugeritis in vrbes] extra propriã terrã, [mittam peſtilentiã in medio veſtri, & tra-
demini in manus hoſtiũ, poſtq̃ confregero baculum panis veſtri:] hoc eſt, abſtulero vobis
ſuſtentamẽtũ & refectionẽ ciboꝝ veſtroꝝ.[ita vt 10. mulieres in vno clibano coquãt panes]
i. tanta ſit veſtra cariſtia, vt vnus fornax mediocris pro vna domo factus, ſufficiat 10. domi-
bus ad panes calore cõſolidandos. [vt reddant eos ad menſurã.] hoc eſt, cuilibet adſtãtium
Eſaiç 28. aut domeſticoꝝ, videlicet parce. [Sin aũt nec ꝑ hæc audieritis me] .i. tanta vexatio vobis nõ
dederit intellectũ. [ego incedã aduerſus vos in furore cõtrario:] hoc eſt, ꝑ inflictionẽ acerri-
maꝝ pœnaꝝ, ex quibus quaſi per modũ furioſi me contra vos habere videbor. [& * percu-
* corri- tiam vos 7. plagis] .i. vniuerſis pœnis reſiduis nondũ expreſſis, ac durioribus cæteris. [ita vt
piam. comedatis carnes filioꝝ veſtroꝝ & filiaꝝ veſtraꝝ:] ſecundũ q̊d 4. Regũ tẽpore Heliſei le-
4. Re. 6. gitur factũ in obſidione Samariæ. Hieremias q̊q; in Threnis: Manus, inquit, mulieꝝ miſeri-
Thren. 4 cordium coxerunt filios ſuos in obſidione filiæ populi mei. Facti ſunt cibus earum, q̊d fuit
in obſidione Hieruſalẽ à Chaldæis. Ioſephus etiã libro de Iudaico bello recitat idẽ accidiſſe
Ioſ. li. 7. in obſidione Hieruſalẽ à Romanis. Vnde in Gloſſa exprimit Maria Eleazari filia. [Deſtru-
bel. Iud. am excelſa veſtra:] hoc eſt, phana atq; altaria, quæ in locis ſublimibus conſtruxiſtis ad exer-
cap. 8. cendũ ibidẽ idololatrias vr̃as. [Cadetis inter ruinas idoloꝝ vr̃oꝝ:] q̃a ibi occidemini ab ad-
uerſarijs veſtris. [& abominabit vos anima mea intãtum, vt vrbes vr̃as redigam in ſolitudi-
nem.] In his Moſes non ſolũ tanq̃ legislator p̄cipit q̄d agendũ, ſed tanq̃ propheta p̄dicit fu
tura, ſeq́; præſciſſe demõſtrat ventura Iudæoꝝ facinora & flagella. [Deſerta faciã ſanctua-
ria veſtra:] .i. tẽplum, altaria, ſynagogas, & ſacrificia per man⁹ hoſtiũ deſtruã. Quod factum
eſt per Aſſyrios, Chaldæos, Romanos. [nec vltrà recipiam odorẽ ſuauiſſimũ] .i. ſacrificioꝝ
oblationẽ quæ mihi valde fuit accepta, q̃n deuoti & obediẽtes fuiſtis. [diſperdamq́; terram
veſtram] hoc eſt, habitatores & habitacula, vrbes & fortalitia. [ſtupebuntq́; ſuꝑ ea] .i. de tan
ta eoꝝ diſſipatione mirabũtur. [inimici veſtri cum habitatores illius fuerint.] hoc eſt, cum
terram veſtrã obtinuerint, inhabitareq́; cœperint. Hinc Hieremias frequẽter prædixit: Oĩs
Hier. 19. qui trãſierit per eã, ſibilabit & ſtupebit ſuꝑ vniuerſis plagis eius. Itemq́;: Dabo vos, inquit, in
49. 50. 15 opprobriũ, & in maledictionẽ, & in ſtuporẽ vniuerſis gẽtibus. [Tunc placebunt terræ ſabba
& 42. ta ſua] .i. terra veſtra tã diu erit deſerta, & ab operibus agriculturæ quieta, ꝙ habebit ſe per
modũ placẽtis de huiuſmodi requietiõibus. dũ nãq; aliquid placet alicui, libenter ſolet illud
diu ſecum tenere. [Quãdo fueritis in terra hoſtili, ſabbatizabit, &] pro .i. [requieſcet in ſab-
batis ſolitudinis ſuæ:] in quietionibus quas habebit durãte ſua derelictiõe. Quod totũ com
pletum eſt ſæpe. Nam tẽpore captiuitatis Babylonicæ Godolia occiſo, terra illa mãſit pro
Hier. 41. magna parte non habitata. Primo q̊q; Machabæoꝝ narratur, ꝙ Hieruſalẽ nõ habitabatur.
1. Mac. 1. [eo ꝙ non requieuit in ſabbatis veſtris] .i. quia voſipſi non ceſſaſtis in diebus ſolennibus ab
2. Ma. 11. operibus tunc prohibitis q̃n habitabatur in ea. [Et qui de vobis remãſerint, dabo pauorem
in cordibus eoꝝ in regionibus hoſtium. Terrebit eos ſonitus folij volantis.] Hyperbolicum
verbum eſt. Ac ſi dicat: In tanta erunt puſillanimitate atq; formidine, vt ex ſola ſuſpicione,
imaginatiõe, aut leui ſonitu aduerſitatis, cõcutiant, q̃ſi grãdis inſtet aduerſitas. ideo ſubdit:
[Et ita fugient quaſi gladiũ &c. Et ꝓpter peccata patrũ ſuoꝝ & ſua affligẽtur,] inquantum
vitia patrũ ſuoꝝ ſecuti ſunt, & q̃m poſteri quandoq; puniunt propter ſuoꝝ peccata paren
tum corporalibus pœnis, ſicut ab illis corporaliter deſcenderunt, prout alibi clarius eſt ex-
preſſum, & infrà ſuis declarabitur locis. [donec cõfiteant iniquitates ſuas,] hoc eſt, iuſte ſe ta
lia pati recognoſcant, pœniteant, & emendẽt, ſicq́; redimi mereantur. [& erubeſcat incir-
cunciſa mens eoꝝ] .i. cor eorũ q̊d diu fuit vitioſum, tandẽ de ſuorum turpitudine & enor-
mitate facinorũ ſalubriter verecũdet, tanq̃ illuminata ad intuendũ ſalubriter, quæ ante non
cõſiderauit. [& recordabor fœderis mei,] hoc eſt, pacti quo promiſi me miſerturum & be-
nefacturum filijs Iſrael pœnitẽtibus. [quod pepigi] .i. inij, [cũ Iacob, & Iſaac, & Abraham:]
Gen. 15. quibus, vt in Geneſi patuit, iſtud promiſi. Nominant aũt hic hi tres patriarchæ aſſcendẽdo
17. 32. 26. ſecundũ ordinẽ generatiõis. [Terræ q̊q; memor ero.] hoc eſt, memorẽ me eſſe per effectum
oſtendã, reducendo ad eam filios Iſrael, ſicut patribus eorum ſpopõdi. [Attñ cum eſſent in
terra hoſtili, non penitus abieci eos.] Quia ſemper reliquiæ mãſerunt ex eis, ex quibus poſt-
modũ propagati ſunt multi. [neq; ſic deſpexi, vt conſumerentur, & irritũ facerem pactum
meum cum eis. Ego eñ ſum dñs Deus eorum, & recordabor fœderis mei priſtini, q̃n eduxi
eos de terra Aegypti] .i. quod cũ eis iniui, eiſq́; ꝓmulgaui ſtatim, dum eos de Aegypto edu-
xi. Ex his ſumere & formare valemus vera & efficaciſſima argumẽta contra Iudæos, quod
ſ. in hanc captiuitatem longiſſimam ſunt redacti, propter ſua & patrum ſuoꝝ grauiſſima
ſcelera, quæ nondũ recognoſcunt, neq; deplorant, propter quod erui non merentur. Cum
enim omnia aduerſa nunc prætacta, eis per tot annoꝝ centenaria ſint inflicta, nec interim
coluerint idola, & cum hoc die ac nocte Deum rogent, vt liberet eos: certiſſimum eſt, ꝙ in-
fidelitate peſſima detineãtur, & Deo prorſus diſpliceant, eo ꝙ ſua non cõfiteantur peccata,
propter

propter quæ in iſta diuturniſſima inciderũt aduerſa grauiſſima, nec captiuitas atq; calami-
tas iſtæ, vniuerſis eoꝝ præteritis captiuitatib⁹ & calamitatibus quaſi tã incõparabiliter gra-
uiores, tam diu durarẽt, niſi & eoꝝ facinora proportionabiliter enormiora conſiſterẽt cun
ctis exceſſibus, ꝓpter quos patres eorũ p̄cedentes, captiuitatem miſeriamq́; ꝑpeſſi ſunt, cum
in iſto capitulo iã ſæpe ꝓteſtatus ſit dñs, ꝙ niſi ꝑ inflictas correptiones obedierint ei, inflictu
rus ſit eis pœnas ſeptuplũ grauiores, quouſq; ſua cõfiteantur peccata. Vñ & demonſtrat ꝙ
modo in iſta captiuitate nõ obediãt, neq; veraciter ſeruiãt ei, neq; (vt dixi) ꝑpendũt verã cau
ſam hui⁹ ſuç captiuitatis ac moleſtiſſimæ calamitatis, q̃a nec regẽ habẽt, nec patriã, nec tem
plũ, nec ſacerdotes, nec hoſtias, & ita ſunt cũctis gentibus miſerabiliores. Et ſi ſuæ captiuita
tis atq; miſeriæ tantæ cauſam aduerterent, confiterentur ac deplorarent, non dubium quin
mox à dño miſericordiam conſequerentur: quod quia non faciunt, in ſuis manẽt miſerijs.

¶Spiritalis expoſitio eiuſdem cap. XXVI. Artic. XLIX.

Literalis vel potius ſuperficialis huius cap. intellectus p̄cedenti articulo eſt inductus. Et
poſſet quis argumẽtari, ꝙ ille nõ ſit verus & literalis intellect⁹ huius cap. eo ꝙ multi in
veteri teſtamẽto iuſti, immo ꝑfecti extiterint q̃ ꝓſperitates ſeu bñdictiones & remune-
rationes hic tactas cõſecuti nõ ſunt, immo aduerſa grauiſſima habuerũt, vt patet de Hiere- Hier. 38.
mia, Baruch, filijs Rechab, multiſq́; alijs. Nã & ꝑ Ezechielẽ dñs ad Hieruſalẽ ait: Occidã in Bar. 1. 2.
te iuſtũ & impiũ. Vnde & Pſalmiſta de talibus loquit: Multæ tribulatiões iuſtoꝝ. Quod & Hier. 35.
in libris Macha. docet in multis Iudæis ſub Antiocho adimpletũ. De q̃bus & in libro Sapi Ezec. 21.
entiæ habet: Tanq̃ auꝝ in fornace ꝓbauit electos dñs. De talibus quoq; ſcribit Apoſtol⁹: Alij Pſal. 33.
diſtẽti ſunt, alij ludibria & verbera expti, inſuꝑ vincula & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, 1. Ma. 5. 6
tentati ſunt, in occiſiõe gladij mortui ſunt. Circuierũt in melotis, egẽtes, anguſtiati, afflicti. Sapiæ 3.
Deniq; multi iniuſti & vitioſi fuerũt in veteri teſtamẽto, q̃bus cõminationes, maledictiões, Hebr. 11.
ſeu pœnç in iſto cap. recitatæ nõ cõtigerũt, ſed ꝓſpera, vt conſtat de Saul, Doech & alijs mul
tis. Hinc aſſerit Gloſſa: Iſta ad literã ſtare nõ poſſunt. Multi eñ in p̄ceptis Dei ambulauerũt,
& multa aduerſa ꝑpeſſi ſunt. Verũtñ dici poteſt, ꝙ p̄inducta expoſitio ad literã poteſt ſal- 1. Re. 21.
uari, q̃m intelligenda eſt nõ de ſuppoſitis ſingulis, ſed potius de cõmunitate & ſecundũ cur- & 22.
ſum cõmunẽ. Nã ſicut in libris Iudicũ, Regũ, Paralipomenõ, Machabæoꝝ deſcribit, cõmu- Iud. 6. 16
niter contigit, ꝙ q̃n filij Iſrael generaliter ſeu ꝑ maiori parte Deo fideliter ſeruierũt, præfata 1. Re. 7. 11
proſpera ſunt adepti: q̃n aũt impij erãt atq; idololatræ, ſuſtinuerũt aduerſa p̄habita. Lex aũt 2. Pa. 20.
cõmunitatẽ, nõ vnãquanq; ꝑſonam concernit. Itaq; dñs loquit: Si in p̄ceptis meis ambula- 1. Ma. 3. 6
ueritis, dabo vobis pluuias tẽporibus ſuis. Pluuiæ iſtæ ſunt ſermocinationes verbi cæleſtis,
infuſio gratiæ, ros cõſolationis diuinæ, irrigatio ſpũs ſancti. Vñ ꝑ Eſaiã prolatũ eſt: Ros tu⁹ Eſaiæ 5.
dñe ros dulcis. Et dñs ipſe: Mandabo, inquit, nubibus meis, ne pluãt ſuꝑ eam imbrẽ. In Can-
tico quoq; Deuteronomij legitur: Cõcreſcat in pluuiã doctrina mea, fluat vt ros eloquium Deu. 32.
meũ, quaſi imber ſuꝑ herbã. Has pluuias vere ſalubres & animã fœcundãtes, dat dñs obedi-
entibus ſibi tẽpore ſuo, tẽpore ſ. opportuno, atq; ab eo æternaliter p̄ordinato. Quocirca (vt Origen.
Origenes fatet) penſandum, ꝙ ſicut pluuia materialis ſi inepto tẽpore aut immoderati⁹ ca-
dat, obeſt agro & fructibus magis nocet: ita q̃ verba p̄dicationis, informationiſve ingerit
tẽpore nõ ſuo, aut modo inordinato, lædit magis q̃ ſanet. Hinc in Prouerbijs aſſeritur: Mala
aurea in lectis argenteis, qui loquit verbũ in tẽpore ſuo. In Eccleſiaſtico quoq;: Imprudens Pro. 25.
nõ ſeruabit tẽpus. Et qui multis vtit verbis, lædit animã ſuã. Et terra gignet germen ſuum. Ecci 20.
Quod fit, dum gratia excitante & operante, caro cũ membris ſuis animæ in oñi Dei obſe-
quio deſeruit & paret. Et arbores pomis replebunt .i. hoĩes actibus abundabunt virtutũ, ſeu
ipſç virtutes ꝓcedẽt copioſe in actũ. Quod totũ peragit, dũ p̄fatç pluuiæ deſcẽdũt in mentẽ,
& actualis motio ſpũs ſancti excitat eã. Quẽadmodũ aũt Salomone teſtãte, Sapiẽtia lignum
vitæ eſt omnibus appræhendentibus eam, ſic fides, ſic humilitas, cæteræ quoq; virtutes ar- Prou. 3.
bores dici queũt. Et certe pulcherrima, fructuoſiſſima atq; altiſſima arbor eſt charitas. Ne-
mo itaq; ſine præfatis pluuijs arbitret ſe poſſe fructificare, & qui per eas fructificat, non inſi
pienter in ſe, ſed ſapienter in dño glorietur. Appræhendet meſſiũ tritura vindemiam. Meſ- Hiere. 9.
ſium tritura, eſt virtuoſa exercitatio vitæ actiuæ, quæ appræhendit vindemiã .i. ad contem-
platiuæ vitæ actiones pertingit. Nam ſicut per ianuam intratur ad domum, ita per exerci-
tia vitæ actiuæ, atq; per actus virtutũ moraliũ, ad contẽplationẽ, intellectualiũq́; ꝑfectiones
virtutũ pertingitur. Sed quia in exercitio vitæ contẽplatiuæ copioſior gratia obtinetur, per
quam rurſus ad opera vitæ actiuæ decenter proceditur, recte ſubiungitur: Et vindemia oc-
cupabit ſementem .i. contẽplatio extendet ſe ad germen operis boni, & ſemen ſuſcipiet ver-
bi Dei. Rurſus vt tangit Gloſſa, meſſis purganda in area, eſt intellectus ſcripturæ proferen-
dus in medium, & cum cæteris doctoribus ac diuinis voluminibus conferendus, vt ſic quid Lucæ 8.
paleæ aut ariſtæ .i. vanitatis aut falſitatis contineat, ſpiritu diſcretionis excutiat, ſolumq́; tri
tici cõſeruis ſuo tẽpore diſpenſandũ remaneat. Hinc quippe Paulus teſtat: Aſſcendi Hie- Galat. 2.
 roſoly-

roſolymã,& contuli cum illis euangeliũ quod prædico, ne forte in vanũ currerẽ.Et comé-
Ioã. 5. 6. detis panem veſtrũ in ſaturitate,corpus videlicet ſaluatoris,immo ipſum dñm in ſacramen-
& 4. to,qui ait: Ego ſum panis vitæ.Et,Caro mea vere eſt cibus.Eſt item panis bonæ operatio-
nis,de quo diſſeruit: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem patris mei qui miſit me.Rurſus
Ecci 15. eſt panis vitæ & intellectus, panis lachrymarũ & contritionis, panis ſuperſubſtantialis qui
Pſal. 79. per contẽplationem guſtatur.His panibus ſaturantur fideliter obedientes.Et abſq; pauore
Mat. 10. habitabitis in terra veſtra, hoc eſt,in militante eccleſia.Vnde ait ſaluator:Nolite timere eos
qui corpus occidunt.Et princeps apoſtolorum:Timorem eorum ne timueritis,& non cõtur-
1. Pet. 3. bemini.Itaq; qui Deo vere obedit,paſſionẽ timoris refrenat,ſeruilẽ repellit timorem,& per
timorẽ initialẽ aſſcendit ad filialẽ:quo adepto,oẽm excludit vilem,effœminatã & inordina
tam formidinẽ,ſciens omnipotentẽ Deũ ſibi vbiq; præſentẽ,ſine cuius pmiſſu aut iuſſu nil ſi-
bi valet accidere,& q in aduerſis gratioſius adeſt.De angelica quoq; eſt ſecurus cuſtodia,& in
Pſal. 26. Deo quaſi fideliſſimo atq; pijſſimo patre filialiter ſperans. Talis veraciter confitetur:Dñs il
luminatio mea & ſalus mea, quẽ timebo?Dñs ptector vitæ meæ,à quo trepidabo?Talis de-
Iob 31. mũ inuiſibiles hoſtes magis pterret,q̃ terreat ab ipſis.Talis fuit S.Iob: Si expaui,inquiens,ad
multitudinẽ nimiã. Dabo pacẽ in finibus veſtris.i.pacẽ pectoris infundã congregationibus
Phil.4. & cordibus veſtris,ſicut orat Apoſtol9:Pax Chriſti cuſtodiat corda veſtra. Etenim pax multa
Pſal. 118 diligẽtibus legẽ Dei, q ponit pacẽ fines eccleſiæ,& corda ſeruorum ſuorũ facit quieta & requi-
Eſaiæ 32. eſcentia in ſe. Vnde in Eſaia dñs ait:Erit opus iuſtitiæ pax,& ſedebit populus in pulchritu-
dine pacis,& in tabernaculis fiduciæ,& in requie opulẽta.Hæc interiora & præclariſſima be
neficia ſpũs ſancti, auferre nequiuit eccleſiæ perſecutio tyrannorum, rabies pfidorum, crude-
litas iniuſtorum.Dormietis,& nõ erit qui exterreat.Contẽplatiui in dño dulciter & frequen-
Gene. 2. ter obdormiunt eo ſopore,quẽ dñs miſit in Adã,quo & corpus ab exterioribus ſoporatur.
Virtuoſi quoq; meliora ſomnia habẽt,& ſapiẽtes phãtaſmatũ ludificatiões cõtẽnunt.Auferam
malas beſtias.Scim9 q pessimę feræ & crudeliſſimæ beſtiæ ſanctis patrib9 obediẽtes fuerũt,
& plurimos martyrũ tangere non audebant. Beſtiæ quoq; malæ ſunt dæmones,de quib9 orat
Pſal.73. vir iuſtus: Ne tradas beſtijs aĩam confitentẽ tibi. quas domin9 aufert, dũ eos à nobis vinci fa-
Iob 6. cit. Vnde & in Iob habet:Beſtias terræ non formidabis. Et gladius non tranſibit terminos
veſtros.Perſecutionẽ enim tyrannorum abſtulit Deus frequenter à ſuis fidelibus,& quis gladius
pertranſeat terminũ noſtrũ.i.corpus occidat,terminos tamẽ nr̃os,videlicet corpus & aĩam,
ſeu intellectũ & voluntatẽ pertranſire non valet, qm̃ anima cũ præfatis potentijs ſuis eſt im
mortalis.Poteſt rurſus per gladiũ diabolicæ impugnatiõis acumen intelligi, ad quod illud
Ibidem. in Iob poterit pertinere:In bello eruet te de manu gladij.Iterũ gladius accipi poteſt in bo-
Ephe. 6. no,cum dicat Apoſtolus:Gladius ſpiritus eſt verbum Dei.Qui gladius non pertrãſit termi-
nos noſtros exeundo & relinquendo, ſed firmus & ſtabilis in eccleſia permanet. Perſeque-
mini inimicos veſtros, ſ.inuiſibiles hoſtes & aciem vitiorum ac ſeculi vanitates, eis viriliter
reſiſtendo,atq; virtutibus,pſertim charitati, humilitati & concordię,inſiſtendo.Et corruẽt
Pſal. 17. coram vobis, ſicut ait Propheta: Perſequar inimicos meos, & compræhendam eos. Perſe-
quentur 5.ex vobis, qui circa exteriorum 5.ſenſuum obiecta non occupantur,nec afficiunt in-
ordinate, hoc eſt,non niſi ſecundũ rectæ rationis iudiciũ,ac diuinæ legis tenorẽ,centũ alie-
nos de hoſtibus nũc prædictis,& 100.ex vobis decem millia,immo vnus fideliũ perſequitur
ſæpe & vincit tantã dæmonũ vitiorumq; turbã,quemadmodũ ait ſcriptura:Cadent à latere
Pſal. 90. tuo mille,& decẽ millia à dextris tuis,ad te aũt non appropinquabit.Reſpiciã vos oculo mi
Mar. 26. ſerationis & ſubuentionis,ſicut reſpexit domin9 Ieſus Petrũ, ex quo reſpectu ille mox cõpun-
ctus,fleuit amare.Et creſcere faciã,merito & numero, qa præelectis fidelibus tãta grarum cha
riſmata largitur oĩpotens,vt orando, loquẽdo,immo charitatis merito & exẽplaribus acti-
bus cõuertãt & alios, & ſpiritalẽ procreent ſobolẽ.Comedetis vetuſtiſſima veterum.i.confide
ratione & imitatione patrũ,q fuerunt in lege naturæ & lege ſcripta,reficient aĩæ veſtræ,cę-
remonialia quoq; veteris teſtamẽti,quantũ ad literã conſumetis,& vltrà non eſſe ſeruãda pro-
babitis. & vetera, nouis ſuperuenientibus, pijcietis.i.euangelicæ legis teſtimonia,conſilia &
præcepta amplectendo,legẽ quantũ ad cęremonialia & iudicialia eius præcepta derelinque-
tis.Ponã tabernaculũ meũ in medio veſtri. Hoc filius Dei promiſit, loquens:Si quis diligit
Ioan. 14. me,ſermonẽ meũ ſeruabit, & pater meus diliget eum,& ad eũ veniemus, & manſionẽ apud
eum faciemus. Ambulabo inter vos,& ero veſter Deus,voſq; eritis mihi popul9. Hoc eſt quod
in Apoc.promittit: Ecce tabernaculũ Dei cum hominibus,& habitabit cum eis:& ipſi po-
Apo. 21. pulus eius erunt, & ipſe Deus cũ eis, erit eorũ Deus. Et cõfregi catenas ceruicũ veſtrarum,vt
incederetis erecti.Chriſtus in ſua digniſſima paſſione vincula & catenas ceruicũ noſtrarum
iugũ peccati,dominationẽ diaboli, om̃e pondus iniquitatũ prementiũ mentẽ deorſum,di-
rupit & tulit à nobis, per ſuorum ſufficientiã meritorum. Deinde in baptiſmatis ſacramento,in
ſacramento quoq; pœnitentiæ,& per ſuã gratioſiſſimam præuentionẽ iſta frequenter in nobis
operari

operari dignatus eſt, vt q eramus ad carnalia & terrena depreſſi, ſimus ad cæleſtia & æterna
erecti. Ecce in textu 30.benedictiones iſtæ obediẽtibus Deo denunciant,quia(vt Gloſſa fa-
tetur)cum Chriſtus fuiſſet 30.annorum, venit ad baptiſmũ,vt in ætate perfecta donorum perfe- Lucæ 3.
ctionẽ oſtenderet, quia extunc euangeliũ pdicauit,in quo cõſiſtit oĩs plenitudo vitæ & per-
fectionis, quæ in hoc cap. deſignantur. ¶Sequuntur mala inobedientibus pnunciata & cõmi
nata.Quod ſi nõ audieritis me, viſitabo vos velociter in egeſtate,abſtrahendo vobis ſpirita
lia dona,in qbus conſiſtit opulẽtia animæ:& ardore concupiſcentiarum ac vehemẽtia paſſio-
num,qa dum Deũ offendimus, iuſte nos deſerit,moxq; carnaliũ deſideriorum ac ſtimulorum
calorẽ illabimur,paſſionumq; vehemẽtia ſuperamur, ex qbus oculi mẽtis cæcant,& aĩa ſpi-
ritaliter annihilat.Fruſtra ſeretis ſemẽtẽ:qm̃ opera bona ex genere, facta extra charitatem,
non proficiũt ad ſalutẽ.Opera quoq; meritoria prius peracta,p ſequens mortale peccatũ eua-
cuant,& ab inuiſibilibus aduerſarijs deuorant.Corruetis corã hoſtibus veſtris.i.tentationi-
bus dæmonum ſuperabimini, qui hoſtes intẽſiſſime odiũt vos,q nil aliud quærũt, niſi æter-
nam noſtrã dãnationem: idcirco ſtultiſſime agit qui ipſis conſentit.Conterã ſupbiam duri-
tiæ veſtræ.Qui nanq; exaltãt ſe,humiliabunt:& eos qui ſpiritaliter intumeſcũt,De9 frequen Lucę 18.
ter permittit in manifeſta corruere vitia, vt vel ſic deprimere ſe cogant,qui magni erant in
oculis ſuis.Daboq; vobis deſup cælũ ſicut ferrũ,& terrã æneã. Hoc fit dum tales ſpiritali con
ſolatione priuant, nec deſup fœcundant,exteriori quoq; & corporali aduerſitate ac deſolatiõe
grauant,ita q vndiq; ſic pungũtur,iuxta illud Oſee:Ecce ego ſepiã viã tuã ſpinis.Cõſume- Oſee 2.
tur incaſſum labor veſter.Iter enim impiorum peribit,& impius nil Deo acceptũ exercet,immo Pſalm.1.
reprobis oĩa cooperant in malũ,& labor labiorum ipſorũ operiet eos.Ideo ſero dicturi ſunt il- & 139.
lud Sapiẽtiæ:Laſſati ſumus in via iniquitatis & pditionis,& ambulauim9 vias difficiles.Nõ Sapię 5.
proferet terra germen ſuũ.Caro enim iniqui,fructũ virtutũ nõ parit,nec ipſi ſunt arbores fru-
ctuoſæ.Hinc iuſto iudicio mittunt in eos beſtiæ agri,quarũ vna:Circuiui,inquit,terram & Iob 1.2.
perambulaui eam. quæ eos & beſtialia eorum opera ad mortẽ trahit gehennæ,& cuncta bona ad
paucitatẽ pducunt in ipſis. Deſertæq; fient viæ veſtræ, quia eorum operationes deſtitutæ ſunt
& priuatæ directione & gr̃a ſpũs ſancti. Inſup peſtilentiã dñs mittit in eos, quia ſe inuicem
ſcandalizant ac ſpiritaliter perimunt,atq; diuerſis modis peccata vnius redundant in alios.
Nã praua ſocietas necat ſeipſam. Aufert itẽ eiſdẽ ſpiritalia alimẽta intantũ, q &ſi verbum
Dei audierint,aut ſacramẽta ſuſceperint,ſpiritalẽ guſtũ & fructũ nõ ſortiant ex eis:immo pa
nes vitæ gr̃æ, fiunt eis pabula mortis culpæ.Ita vt 10.mulieres in vno clibano coquant panes.
Decẽ mulieres,poſſunt intelligi aĩæ prælatorum,10.præcepta ſeruãtes,q panes coquunt in cli-
bano.i. in audientiũ corde, in quo panes doctrinæ optãt pficere,& ad opus pducere: tuncq;
in vno clibano agunt hoc,qñ pauciſſimos habẽt auditores obedientes.Et comedetis carnes
filiorum veſtrorum & filiarum veſtrarum.i. ſobolẽ veſtrã carnaliter diligẽdo, eandẽ ad vitioſam vitã
trahetis,p quod ſpiritaliter deuorabitis illã.Vel de praua eorum vita per conſenſum & cõplacen-
tiam deteſtandã reficietis cor veſtrũ. Sic & Eſaias teſtat:Vnuſquiſq; comedet carnẽ brachij Eſaiæ 9.
ſui.Rurſus hoc agit, dũ parentes aut pſidentes iniuſti,prolẽ ſuã aut ſubditos ſuos ſecũ incor-
porant eccleſiæ malignorũ Antichriſto atq; diabolo,ſicut & ſancta mater eccleſia comedit
& incorporat ſibi electos & ſingulos quos cõuertit, q ſunt partes eius nutrimẽtales.Deſtruã ex-
celſa veſtra.i.cornua veſtræ elationis,pſumptionęs,iactãtias,plationes & eminẽtias,cũ qbus
peribitis,iuxta illud:Vidi impiũ ſuperexaltatũ,& tranſiui,& ecce non erat.Et ſimulacra ve Pſal. 36.
ſtra cõfringã. Simulacra iſta ſunt turpia immundorum phantaſmata,phantaſiæ auri & argen
ti in cordibus cupidorum,appręhenſiões & ſpecies dignitatũ,honorũ & excellentiarũ in men
tibus ſuperborũ, quæ oĩa reprobat dñs & cõdẽnat. Et tales talia appræhendendo cadũt per
culpã,deinde cũ vanitatibus ſuis corruent in gehennã.Et deſerta faciam ſanctuaria veſtra.i.
corda vr̃a,quæ erãt aliquãdo p fidẽ & charitatẽ tẽpla Dei,relinquã.Nec recipiam vltrà odo
rem ſuauiſſimũ.i. ſpiritalia ſacrificia veſtra,videlicet orationes & laudes,quæ ex ſuo genere
valde cõmendabiles ſunt, nõ erũt meritoria apud me. Nẽpe qui declinat aurẽ ſuã ne audiat Prou. 28
legẽ,oratio eius erit execrabilis. Et peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas? Pſal. 49.
Diſperdamq; terrã veſtrã.i.terrena cõſortia veſtra & cõuenticula eccleſiæ malignãtis in tan
tum, vt pfidi de veſtra perditiſſima vita mirẽtur,quibus & propter veſtros exceſſus ſubditi
eritis, qui & dies feſtiuos in magnis vitijs expendiſtis. Iſti facilime perterrẽtur, dum audiũt
prædicari q̃ arcta ſit via ſalutis,ita q virtutũ exercitia,pœnitentiæ quoq; laborẽ,ſemitamq; ſa-
lutis, tanq̃ difficilima quędã atq; duriſſima aggredi trepidãt,quia nõ figũt ſpem ſuã in dño,
nec eius implorãt auxiliũ,nec aliorũ qui viriliter ſunt cõuerſi, penſant exẽpla,ſed propriam Matt. 7.
fragilitatẽ & pronitatẽ in vitia inordinate attendũt:ideo fugiunt à ſalutis itinere,& labun-
tur ex propria infirmitate, ignorantia aut malitia,nemine extrinſecus impellente. nec ho-
ſtibus ſuæ ſalutis opponũt ſe:hinc relinquunt,& dire multipliciterq; vulnerantur in anima,
quouſq; ſuas cõfiteantur iniquitates. Quod ſi fecerint,mox recolit dñs,quemadmodũ pœ-

niten-

nitẽtib⁹ veniã repromiſit. Deniq; etſi in populo Chriſtiano multi ſint vocati & pauci electi,
Ezec.18. nunq̃ tñ dñs eccleſiã ſuam relinquit in toto, ſed miſericordiã ſuã in ea frequẽter quaſi de no
Mat.21. uo mirificat, miracula renouat, ſanctos hoĩes mittit, per quoꝝ doctrinã, merita & exempla
Pſal.16. conuertit q̃ plurimos. Poſtremo & hoc intuendũ, ꝙ ſicut præfata aduerſa Iudæi propter ſce
lera ſua multa corporaliter paſſi ſunt, vtpote egeſtatẽ, famem, dolores, anguſtias, deprædationes
Eſaię 31. tiones & expugnationes ab infidelibus gẽtibus, Aſſyrijs, Chaldæis, Chananęis & Philiſtęis:
Nũe.21. ita & Chriſtiani interdũ, immo & ſæpe talia pertulerunt ob ſuas tranſgreſſiones à Turcis,
1.Re.4.7 Sarracenis, Tartaris, & alijs barbaris. Interdũ quoq; abſq; ſua culpa huiuſmodi corporalia
4.Re.19. damna, nocumenta, immo & crudeliſſimas mortes ab impijſſimis tolerauerunt, vt glorio-
Eſaię 37. ſius coronarẽtur à Deo, eorumq́; patientia ac virtutes proponerẽtur cæteris in exemplum,
& tali occaſiõe Deus fidem catholicam per præclara augeret miracula, ſicut de ſanctis con-
ſtat beatiſſimisq́; martyribus.

¶Explanatio literalis cap. XXVII. Locutusq́; eſt dñs ad Moſen. Artic. L.

DE obligationibus, redemptionibusq́; votoꝝ, de conſecratis quoq; & decimis nũc tractatur. [Locutusq́; eſt dñs ad Moſen, dicens: Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos: Homo qui votũ fecerit, & ſpoponderit aĩam ſuam Deo] .i. ſeipſum promiſerit Deo, ita ſe offerat illi, ſeu eius honorificentiæ mancipet vitã ſuã. Vnde Symmachus tranſtulit, Si ſeparauerit ſe Deo. Et LXX. Si ſpoponderit honorẽ aĩæ ſuæ Deo. [ſub æſtimatione dabit precium] .i. ſecundũ certã taxationẽ ſe redimet, ſecundũ menſurã ſui valoris, ſi ſe redimere voluerit, vt ſicut ante, vel inſtar alioꝝ, actibus vacet humanis. Nã illa promiſſio ſic fuit intelligenda, & Deo inſtituẽte ita fiebat. Vnde & primogenita q̃ dñi erant, redimebantur. Nec homo fuit animal immolatitiũ, ꝑpter q̃d factũ votũ de eius oblatione, ꝑſoluendũ non erat per eius mactationẽ, ſed redemptionem. Nec tunc poterat quiſq; ſic applicari diuinis, quãdo ſacerdotiũ fuit in vna tribu, & per gñationis ſucceſſionem cultus Dei conſeruabaṫ in vna duntaxat plebe, ſicut nunc poteſt. Deinde æſtimatio ſeu menſura precij determinatur, quod precium ſecũdum varietatem ætatũ * eiuſdem & ſexus diuerſorũ diuerſificabatur. [Si fuerit maſculus à viceſimo anno vſq; ad ſexageſimum, dabit quinquaginta ſiclos argenti] .i. pecuniam tanti valoris. Siclus autem (vt infrà dicitur) viginti obolos habet, atq; (vt alij dicunt) ſiclus in ſcripturis pro vncia ſumitur, pro quo LXX. tranſtulerũt, didrachma. Porro ad inſinuandũ qualitatem ponderis precij huius, ſubiũgitur: [ad menſurã ſanctuarij.] Tanq̃ dicat, Precium hoc erit illius ſicli vel ponderis, cuius vſus eſt in templo ſeu tabernaculo Dei, quod pondus differebat ab eo, cuius vſus fuit in mercationibus alijs. Refertq́; Ioſephus, ꝙ

Ioſe.li.3. An.Iud. cap.6.

ſiclus quo vtebanṫ in templo, cõtinebat 4. drachmas, & quælibet drachma obolos 5. Obolus quoq; (vt legitur) eſt media pars nummi. Eſt etiam obolus ſcrupulus, qui tribus appẽditur ſiliquis. Scrupulus vero 6. ſiliquarũ pondere conſtat. Tamen (vt dixi) frequenter numiſmata & menſuræ ac pondera apud diuerſos diuerſificantur, ita ꝙ eorum quantitatem pro certo ſcire non poſſumus quantũ ad om̃es. Sicli demum, per quos, vouentes ſe Deo ita ſe redemerunt, diuinis vſibus templi ſeu miniſtrorum eius applicabantur. [Si mulier, triginta] .i. ſi fœmina vouit ſe Deo ab anno viceſimo vſq; ad ſexageſimum, dedit pro ſua redẽptione triginta ſiclos. Vir em̃ muliere præſtantior, validiorq́; cenſeṫ. [A quinto aũt anno vſq; ad viceſimũ maſculus dabit viginti ſiclos, * mulier] .i. puella [decem] ſiclos, non ꝙ proles in quinto ſuæ vitæ anno poterat ſe Deo vouere aut preciũ ſoluere, ſed in tali ętate interdum vouebantur Deo à ſuis parentibus, à quibus & redimi poterant. Vnde & 1. Regum Anna legitur Samuelẽ nondũ natum Deo vouiſſe. Si aũt parẽtes obijſſent, poterãt pueri Deo ꝓmiſſi ſeipſos redimere, cũ ad diſcretionẽ veniſſent. [Ab vno mẽſe vſq; ad quintũ annũ ꝓ maſculo] ſic ꝓmiſſo ac redimẽdo, [dabunṫ 5. ſicli, pro fœmina tres.] Quare nõ potius duos cum medio, ſ. pro media parte tantũ, quantũ pro maſculo? Forſan qm̃ in ætate tam tenera minor apparet elegantia maſculi vltra fœmellã, vel quia frequenter tunc mori ſolent. [Sexagenarius & vltrà maſculus dabit 15. ſiclos] .i. ſi quis à ſexageſimo anno vel maiori & vlteriori ætate voluerit ſe redimere à voto quo vouit ſe Deo, dabit pro ſua redemptiõe 15. ſiclos. [*mulier, decem.] Ab illa nanq; ætate valor viri deficere incipit, nec tantum eminet mulieris valori vt ante, nec ad bella aptus videtur. ideo minus tunc dedit, nec duplum reſpectu fœminæ. Itaq; quatuor gradus ætatis expreſſi nunc ſunt, per quos (vt apparet) alij proportionabiliter erãt taxandi. [Si pauꝑ eſt] is qui ſe aut ſobolẽ ſuã nondũ adultæ ætatis vouit Deo, [& æſtimationem] .i. quãtitatẽ [precij reddere non valebit] pro ſua aut prolis ſuæ redemptione, [ſtabit coram ſacerdote] .i. ſacerdoti ad hoc deputato cauſam ſuam, inopiamq́; exponet & cõprobabit, [& quantũ ille] puta ſacerdos diſcretus [æſtimauerit, & viderit eum poſſe reddere, tãtum dabit:] qm̃ vltra vires viri nõ vult Deus vlla requiri. [Animal autem quod immolari poteſt dño, ſi quis vouerit] .i. ſi quis promiſerit Deo immolare animal ei aptum offerri, vt ſunt bos, ouis & capra, deformitatis maculam non habentes, [ſanctum erit] .i. ad Dei honorem offeretur,

Margin notes: *fœmĩa (beside "ſimũ maſculus dabit viginti ſiclos, * mulier"); 1.Reg.1. (beside "tur Deo à ſuis parentibus"); *fœmĩa (beside "luerit ſe redimere à voto").

[& mutari non poterit .i. nec melius malo, nec peius bono] .i. aliud animal ꝓ ipſo offerri non licebit, ſiue aliud ſit melius, ſiue peius: qm̃ illud ſic Deo promiſſum, ex huiuſmodi promiſſione quandã idoneitatem & cõſecrationem ad ea quæ Dei ſunt, ſortitum videtur. [Quod ſi mutauerit] .i. ſi vouens adduxerit aliud animal ad immolandũ pro illo. [& ipſum quod mutatũ eſt] .i. animal deputatum offerri pro alio per viam mutationis, [& illud ꝓ quo mutatum eſt] ſ. animal prius promiſſum. [cõſecratum erit dño,] ita ꝙ vtrũq; immolabitur Deo, quia & illud ſecundũ, ratione ſuæ deputationis ad ſacrificationẽ, iam quandã cõſecrationẽ cõſecutũ cẽſeṫ. [Animal immundũ, q̃d immolari dño non poteſt, ſi quis vouerit] Iſtud ſecundũ Gloſſam ſtare non poteſt, nõ em̃ licuit immũda animalia Deo voueri aut immolari. Veruntñ ſalua hac Gloſſa interlineari, dicere poſſumus, ꝙ animal immundũ nũc appellatur, nõ q̃d ſecundũ legẽ nec offerri licet nec mãducari, ſed q̃d ꝑ immũditiã .i. maculæ deformitatẽ ſeu monſtroſitatẽ aut debilitatẽ immolari nõ poteſt, q̃uis ex ſua ſpecie immolabile eſſet. Tale itaq; aĩal [adduceṫ] à vouẽte [añ ſacerdotẽ, q dijudicãs vtrũ bonũ vel malũ ſit] .i. aptũ offerri vel nõ, [ſtatuet preciũ] .i. determinabit quãtũ dandũ ſit ꝓ redẽptione huiuſmodi animalis, poſtq̃ iudicauerit ipſum animal nõ eſſe immolatitiũ. [quod] preciũ, [ſi dare noluerit is qui offert] .i. ſi ille qui animal illud ineptum adduxit ad offerendũ, non voluerit ipſum redimere cũ precio à ſacerdote taxato, ſed rehabere voluerit animal illud. [addet ſupra æſtimationẽ quintã partem] .i. pro animali illo rehabẽdo dabit preciũ à ſacerdote ſtatutũ, & vltra hoc quintã partem illius precij, ita ꝙ carius emet animal illud, q̃ emeretur ab alio. Cui⁹ cauſam expoſitores aſſignant, dicentes: Ne vouẽtes adſpirarẽt ad rehabendũ q̃d vouerãt, quaſi pœnitentia ducti, ſicq́; votum eorũ eſſet inacceptius Deo. Ne etiam reputarent ſe digniores in emptione taliũ rerũ, quia dederant eas. ¶Circa hæc ſcribit Petrus Comeſtor: Diſtinguendũ eſt de huiuſmodi votis. Aliqñ em̃ aliquid ex voto ſanctificabatur ſic dño, ꝙ anathematizabatur .i. ſeparabatur, ita vt eo nullus vteretur, & tunc non poterat vendi à ſacerdotibus, vel alienari: quandoq; aũt non ſic obligabanṫ votiua, ſed poterant à ſacerdotibus vendi precio determinato ſecundũ menſuram vtilitatis, quæ ex re votiua poterat prouenire, ſiue eſſet animal, ſiue fundus. [Homo ſi vouerit domũ ſuam, & cõſecrauerit eam dño] .i. ſi quis domũ ſuam aut domos ſuas promiſerit ac deputauerit Deo, vt eius conſecrenṫ honori aut cultui. [cõſiderabit eam ſacerdos] peritus & conſtitutus ad hoc, [vtrum bona ſit an mala] .i. an domus illa ſit bene diſpoſita ad applicandũ diuinis obſequijs, an non. [& iuxta preciũ q̃d ab eo fuerit cõſtitutũ, venũdabitur] .i. domus illa, ꝑſertim ſi apta non eſt ad diuina, vendetur pro precio q̃d ſacerdos ſtatuerit, q valorẽ domus penſabit. [Sin aũt ille qui vouerat, voluerit redimere eam, dabit quintã partem ęſtimationis ſuprà] .i. quintã precij partẽ addet, vt dictum eſt in caſu præcedenti. [& habebit domũ] illã vt ante. [Quod ſi agrũ poſſeſſionis ſuæ] .i. agrũ hæreditario iure poſſeſſum. q̃d dicitur, ad differentiã agroꝝ emptoꝝ aut aliter acquiſitorum. [vouerit & cõſecrauerit dño, iuxta menſurã ſementis æſtimabitur preciũ] .i. tanto plus valere iudicabitur, quãto plus de ſemine requiritur ad eius ſeminationẽ, hoc eſt, quãto maioris eſt quantitatis, & hoc intelligendũ eſt, cęteris paribus. Alioquin contingere potuit, ꝙ minor ager fuerit appreciabilior agro maiore, vtpote fertilior illo. [Si 30. modijs hordei ſeritur ager] .i. ſi tot modij hordei requiruntur ad ſeminationem alicuius agri. [quinquaginta ſiclis argenti * vendetur.] Et proportionabiliter dicendũ videtur de agris qui alijs ſeruntur ſeminibus. Sed quia in iubileo agri & cætera vendita ad priſtinum reuertebanṫ poſſeſſorem, valor agrorum fuit etiam attendendus penes diſtantiam à iubileo minorẽ aut ampliorem. Hinc ſubditur: [Si ſtatim ab anno incipientis iubilei vouerit agrũ] .i. ſi quis vouerit agrum talem Deo in anno iubilei inſtantis & inchoantis, ſ. in ipſo anno iubileo, aut in anno iubileũ immediate ſequente, ſi in iubileo non licebat venditio. [quanto valere poteſt, tanto æſtimabitur] .i. tam care vendetur, ſicut valor eius ſecundum ſe extendit ſe, ſeu tam precioſe ſicut ſecundũ legem fieri potuit, iamq́; prætactum eſt, 50. videlicet ſiclis, vt ſic pro quolibet anno ſiclus vn⁹ acciperetur. [Sin aũt poſt aliquantum tẽporis] .i. ſi vouerit agrum aliquibus annis à iubileo euolutis. [ſupputabit ſacerdos pecuniã] .i. iuſtum precium dandum pro redemptione ſeu emptione agri illius, penſabit atq; taxabit [iuxta annorum qui reliqui ſunt, numerum] .i. ſecundum multitudinem, paucitatemve annorum reſtantiũ [vſq; ad iubileum, & detrahetur ex precio] .i. tanto plus de precio præfato defalcabitur, quanto plures anni fluxerunt à iubileo proxime elapſo, ita ꝙ pro quolibet anno tali detrahetur à precio illo quinquaginta ſicloꝝ vnus ſiclus. [Quod ſi voluerit redimere agrum ille qui vouerat, addet quintam partem æſtimatæ pecuniæ] .i. precij prætaxati propter cauſas præhabitas. [& poſſidebit eum] ſicut & ante votum, immo quintam hanc partẽ precij addidit iſte qui vouit, obtulit & redemit agrum, non ſolũ propter rationes illas prætactas, ſed item, quia ex hoc ꝙ ipſemet agrum redemit, damnum ſacerdotibus imminebat. Dum etenim alteri venundabatur, redijt in iubileo ad ſacerdotes, & fuit poſſeſſio dño conſecrata, ſeu eius miniſtris deputata.

Margin note: * venundetur (beside "ginta ſiclis argenti * vendetur").

Dum vero vendebaſ vouẽti, non ad ſacerdotes reuertebaſ in iubileo, ſed mãſit eius qui vo-
uit atq; redemit eũ. Iſtud tãgit litera ſequens. [Si aũt redimere noluerit] agrũ, q vouit & obtu
lit eũ, [ſed alteri cuilibet fuerit venũdatus, vltra eũ qui vouerat, redimere nõ poterit]. i. is qui
vouerat agrũ, nõ poterat eũ vltrà redimere, poſtq̃ alter aliqs eũ emit à ſacerdote, [qa cũ iu-
bilei venerit dies]. i. tẽpus ſiue exordiũ, [ſanctificatus erit dño]. i. redibit ad ſacerdotes, depu-
tatusq; erit vſui miniſtroꝝ tẽpli. [& poſſeſſio cõſecrata, ad ius ꝑtinet ſacerdotũ] q & ſi hære
ditaria bona non poſſidebant, tñ quæ dño vouebanſ & offerebanſ, erãt eoꝝ aliq̃ modo. [Si
ager emptus eſt, & nõ de poſſeſſione maioꝝ ſanctificatꝰ fuerit dño]. i. ſi qs vouerit Deo agrũ
emptũ, quẽ nõ habet hæreditario iure ex poſſeſſione ꝓgenitoꝝ ſuoꝝ. [ſupputabit ſacerdos
iuxta annoꝝ numerũ vſq; ad iubileũ preciũ]. i. taxabit preciũ ſeu valorẽ illius agri iuxta nu
merũ annoꝝ qui reſtãt à tẽpore voti facti de agro illo, vſq; ad ꝓximũ iubileũ. [& dabit] pre-
cium tale pro agri redẽptione. [qui vouerat eum dño. In iubileo aũt reuertetur] ager ille [ad
priorem dñm qui vendiderat eum] præfato vouenti, qui (vt dictum eſt) per emptionem ac-
quiſierat agrum illum, propter q̃d non potuit eum tenere pro ſe, niſi vſq; ad iubileum, nec
longius vendere. [& habuerat in ſortem poſſeſſionis ſuæ]. i. prior ille dñs ſeu poſſeſſor agri,
habuit agrum illum hæreditario iure ex ſortiũ diſtributione. ¶ Circa hæc oĩa ait breuiter
Gloſſa: In ſequẽtibus huius ſ. cap. verbis dicitur: Omne quod dño conſecratur, ſiue homo,
ſiue animal, ſiue ager, redimi non poterit: nũc aũt præcepit redimi domũ & agrum. Sed for
ſan hoc ſecundũ diuerſas vendentiũ intẽtiones decernit, tanq̃ ibi, ſ. in votis in quibus infrà
prohibetur redemptio votiuoꝝ, non habuerint vouentes voluntatem habendi vlterius, q̃d
penitus cõſecrauerunt. i. Deo vouerunt: in præcedentibus aũt votis, de quibus iam mentio
facta eſt, aliam habuerint intentionem. Verum de iſta materia paulo poſt dicetur diffuſius.
[Omnis æſtimatio ſiclo ſanctuarij ponderabiſ]. i. vniuerſus valor, omneve precium in præſa
tis redemptionibus, determinabitur quantitate ſeu numero ſiclorũ, quorum vſus eſt in ſan
R. Salo. ctuario ſeu in templo. [Siclus viginti obolos habet.] Circa q̃d Lyra allegat R. Salomonem,
dicentem: Siclus cõmunis, quo ſ. vtebantur vulgares in ſuis cõmutationibus, erat ſiclo ſan-
ctuarij maior, quia continebat 24. obolos. Quidam tamen affirmant oppoſitum, aſſerentes
ꝙ pondus ſanctuarij fuerat reſpectu cõmunis ponderis duplex. [Primogenita quæ ad domi
num pertinent, nemo ſanctificare poterit & vouere.] Primogenita enim pertinebãt ad do-
Exod. 11. minum ex inſtitutione ipſius, in memoriam ꝙ primogenita Aegyptiorum percuſſit. Ideo
ſubditur: [Siue bos ſiue ouis fuerit] primogenitum, [domini ſunt.] Nemo aũt poteſt Deo vo
uere ac libere deputare, niſi quod ſuum eſt. Et rurſus, vt tangit Gloſſa, qm̃ primogenita ex
diuino ſtatuto ſanctificata ſunt Deo. [Quod ſi immũdum animal eſt]. i. inidoneum immo-
lari ob maculam ſuam, [redimet qui obtulerit iuxta æſtimationem ſuam]. i. qui animal tale
præſentauerit ſacerdoti ad offerendum, redimet illud ſecundum taxationem ſui valoris, &
addet quintam partem precij ob cauſas præhabitas. [Si redimere noluerit, vendetur alteri
quantumcunq; fuerit æſtimatum] valere. i. pro precio à ſacerdote iuſte determinato. [Oĩe
quod dño conſecratur, ſiue homo fuerit, ſiue animal]. i. brutum. ſumitur enim genus pro
ſpecie ſubalterna. [ſiue ager, non veneet]. i. non vendetur. [nec redimi poterit] precio à vo-
uente ſeu conſecrante. Hinc ſubditur: [Quicquid ſemel conſecratum]. i. oblatum ac depu-
tatum [eſt, ſanctũ ſanctorũ erit dño]. i. ad gloriam Dei manebit valde ſanctũ, ſeu diuinis ap-
plicatũ, nec in vſum redigetur humanũ. [Oĩs conſecratio]. i. oĩs res cõſecrata, [quæ offertur
ab homine,] ſiue ſeipſum, ſeu ſobolem ſuam, aut agrum, aut brutum, aut mobilia aliqua bo
na vouerit, & ſanctificauerit Deo. [non redimetur, ſed morte morietur.] Iſta plena ſunt diffi
cultate. Primo eñ videntur manifeſte cõtraria præinductis in iſto cap. in quo iã multa de
taliũ votiuorum & conſecratorũ redemptione ſunt dicta. Deniq; homo non eſt animal im
molatitium, nec Deo cõſecratus aut voto ei adſtrictus, poteſt occidi. Ager quoq;, & cætera
inanimata quæ Deo vouentur & conſecranſ, interfici nequeũt, quia nec viuunt. Hinc fertur
in Gloſſa: Secundum literam multa obſcura & inſolubilia hic interpoſuit legiſlator. Verum
tamen ex præmemoratis Gloſſæ & Petri Comeſtoris verbis patet aliquantula horũ intelli-
gentia atq; concordia. Et rurſus ex verbis Gloſſæ dicentis: Aliud eſt anathematizare, i. ſepa
rare, aliud ſanctificare. Quod eñ anathematizatũ eſt, in nullius vſum humanum, immo nec
Ioſue 6. in ſacerdotis vſum, reuerti poteſt. Ideo qui de rebus Hiericho aliquid furabatur, perijt, quia
Num. 13 anathematizatę fuerunt: quę autẽ filij Iſrael rapuerunt ab inimicis ſuis, videlicet Chananęis,
cum quibus amicitiam iungere prohibiti erant, præcipiente dño anathema fecerunt, quia
videlicet de talibus rebus aliqua ſponte obtulerunt, vt in libro Num. de rebus & ꝑſonis Ma
Num. 25 dian legitur factum, & talia iuxta formam præſcriptam, vel redimi, vel nõ redimi poterãt.
De hoc ſup hunc locum diffuſius ſcribit Lyra: Conſecratio, inquiens, ſumitur hic pro depu
tatione alicuius ad cultũ diuinũ, abſq; reditu ad vſus cõmunes: & tale cõſecratum, nõ potuit
vẽdi aut redimi. Iuxta hoc dictũ, cõſecratio ſumitur hic magis ſtricte q̃ ante. Inſup ait, ꝙ in
Hebræo

Hebręo habetur hic nomen, q̃d deſignat nõ ſolum conſecrationem, ſed item deſtructiõem,
nõ qualemcunq;, ſed factã ad Dei honorẽ, quemadmodum Hiericho cũ ſuis habitatoribus Ioſue 6.
fuit deſtructa: ſpolia vero vrbis quæ ad diuinum poterãt cedere cultũ, vt auꝝ, argentum, fer-
rum & æs, fuerãt dño conſecrata, ita ꝙ alijs vſibus ea nõ licuit applicari. Conſecratio autem
hæc ſtricte ſumpta, poterat eſſe in perſona humana, vel in animali, vel in re inanimata: ſicq;
cũ diciſ, morte morieſ, mors æquiuoce ſumitur, quia homo cõſecratus non occidebaſ, neq;
res inanimata. Itaq; ſi res dño cõſecrata, erat perſona humana, vel erat Hebræa, vel Gentilis.
Si Hebræa, vel erat de tribu Leui, vel de alia. Si de tribu Leui, ſic pueri poterant à parentibꝰ
domino conſecrari ad ſeruiendum in tabernaculo Dei vſq; ad mortem, ſicq; Samuel fuit à
parentibus conſecratus. Sic quoq;, vt videtur, Leuita adultus poterat ſeipſum domino con- 1. Reg. 1.
ſecrare, vt in Deuter. habetur. Si autem perſona Hebræa erat de alia tribu, non poterat tali- Deu. 18.
ter conſecrari, quia non licuit ei accedere ad miniſterium ſanctuarij aut altaris: poterat ta-
men domino conſecrari per aliquem modum viuendi perfectiorem communibus, quem-
admodum Samſon per abſtinentiam à cibo immundo & potu inebriatiuo. Si autem erat Iudi. 13.
perſona gentilis, vtpote ſeruus vel ancilla Hebræi, ſic erat res domini ſui, & per conſequens
eam non poterat conſecrare, quia erat perſona ſerua ſimpliciter ad ſemper, non tamen con-
ſecrabatur ad faciendum opera Leuitaꝝ, ſed ad ſeruilia opera quædam templo & eius mi-
niſtris neceſſaria, ſicut eſt cędere ligna, & portare aquas ad locum cultus diuini, ſicq; Ioſue
decreuit Gabaonitas eſſe in miniſterium populi & altaris. Hoc autem modo nõ poterat cõ- Ioſue 10
ſecrari perſona Hebręa, quia non erat ſerua ſimpliciter, ſed ad tempus, videlicet vſq; ad ſepti
mũ annum, qui fuit annus remiſſiõis, vel ad longius vſq; ad iubileum, ſi ſeptimo anno egre-
di libera recuſauit. ¶ Porro ſi res conſecrata erat inanimata, aut erat immobilis vt ager, &
tunc diſtinguendũ: quia aut erat ager de hæreditate paterna, & ſic poterat dño ſimpliciter
conſecrari, quia in iubileo non reuertebaſ ad priſtinum dominum, ſed mãſit poſſeſſio tem-
pli aut ſacerdotum. Si vero acquiſitus fuit ꝑ emptionem, nõ poterat taliter conſecrari, quia
in iubileo ad dñm reuertebatur priorem. Si vero res conſecrata fuit mobilis, vt aurum, ar-
gentum, æs &c. de quibus fieri poterãt ſanctuarij vaſa ac inſtrumenta, poterat domino con
ſecrari, nec potuit vltrà ad vſus alios applicari. Quod ſi res cõſecrata fuit animal immolatiti
um, ſine mutatiõe & redemptione dño offerebatur, niſi poſt conſecrationem ſuã facta eſſet
ad immolationem inepta, anteq̃ ad locum immolationis veniret. Et tunc interficiebaſ abſq;
venditione ſeu redemptione, quia nõ poterat alijs vſibus applicari. Si autem erat animal non
immolatitium, vtile tñ ad miniſterium tẽpli aut ſacerdotũ, vt equus & aſinus, mãſit in obſe- 1. Reg. 15
quio ſacerdotũ aut tẽpli vſq; ad mortẽ. At vero ſi prætactũ verbum Hebraicũ ſumatur hoc
loco ꝓ deſtructiõe ad Dei gloriã ordinata, talis deſtructio fuit implẽda, aut ex ſententia Dei,
aut ex ſentẽtia iudicũ eius, aut vt impleret ꝓmiſſio Deo facta. Si primo modo, tũc erat ſim Num. 21
pliciter inferenda tam in hoĩes, q̃ in bruta. Vnde filij Iſrael repræhendebanſ, quia Chananę-
os non occiderunt: & Saul, quia pepercit pecoribus Amalech. Si ſecũdo modo, tunc etiã fuit
infligenda, videlicet qñ aliquis per iudices fuit morti adiudicatus, propter homicidium aut
ſimile crimen. Si tertio modo, iteꝝ erat infligẽda, ſecundũ q̃d legiſ in Numeris, ꝙ Iſrael vo-
to ſe obligans dño, ait: Si tradideris populum iſtum in manꝰ meas, delebo vrbes eius. Itaq; cũ
dicitur, omne quod domino conſecratur, morte morietur, mors æquiuoce ſumitur. Nam
homines conſecrati Deo, puta Leuitæ, dicebantur mortui morte ciuili, ſicut apud nos reli-
gioſi. Ager autem & res inanimatæ dicebãtur mori ſeu mortuæ, ſicut poſſeſſiones Eccleſiæ
dicunſ * amortizatæ. Eodem modo de ſeruis & ancillis dicendum eſt. Animalia vero immo
latitia proprie occidebantur. Hoc quoq; penſandũ, ꝙ conſecratio prædictorum quandoq;
ceſſit in vſum ſacerdotũ, interdũ vero in neceſſaria tẽpli, ſecundum q̃d vouens & conſecrans
exprimebat in conſecrãdo. Sequiſ de decimis: [Omnes decimæ terræ ſiue de frugibus]. i. bla
dis & fructibus [ſiue de pomis]. i. fructibus arboꝝ, ſumendo pomum pro q̃cunq; huiuſmo-
di fructu accommodo, ſicut & in * Marco, fructus arboris fici, pomum vocatur. [dñi ſunt]. i. Marc. 11.
Deo ſunt offerendæ, [& illi ſanctificãtur]. i. ad ſuſtentationem miniſtrãtium ſibi in tẽplo de-
putanſ ac danſ. [Si quis aũt voluerit redimere decimas ſuas] quas debuit immolare ſeu obtu
lit, [addet quintã partẽ eaꝝ]. i. quintã partem precij quo redimet eas, dabit vltra preciũ illud
principale, eadẽ ratione qua ita fiebat in redẽptione votoꝝ, vt dictum eſt. [Omniũ decima-
rum ouis & bouis & caprę, quę ſub paſtoris virga tranſeunt:] qa à paſtore diriguſ, educunſ
& reducunſ cũ virga, pala, ſeu baculo paſtorali, hoꝝ itaq; aĩalium [quicq̃d decimũ venerit,
ſanctificabiſ dño]. i. offereſ ad laudẽ ipſiꝰ in vſum miniſtroꝝ eiuſdẽ, ſiue naſcẽdo, ſiue nume-
rãdo decimũ erat. [Non eligeſ nec bonum, nec malum]. i. pro decimo tali animali, non lice-
bit aſſignare aliud melius eo, neq; deterius. [Si quis mutauerit] decimũ animal, dando aliud
ꝓ eo, [& quod mutatũ eſt]. i. illud aliud, [& pro quo mutatũ eſt,] vtpote decimum, pro quo
aliud aſſignaſ, [ſanctificabiſ dño,] ſicut expoſitũ eſt. [& nõ redimeſ] iuxta expoſitionẽ ꝓha-
 bitam.

bitam. [Hæc ſunt præcepta quæ mãdauit dñs Moſi ad filios Iſrael] .i. Moſi ea inſinuauit &
iuſſit, vt ea filijs Iſrael ex parte Dei denũciaret atq; iuberet. ¶Præterea circa p̃ſens capitulũ
multa poſſent induci de voto q̃d ſit, & de comitibus eius, & cuius virtutis ſit actus, de obli-
gatione q̊q; & diſpenſatiõe ac mutatione votoꝝ, de q̃bus doctores ſup̃ Sentẽtias, & in Sum
mis ſuis, ſpecialiter vero Thomas in ſecunda ſecũdæ, & ſup̃ q̃rtum pulchre & magiſtraliter
ſcribit: ſed breuitati ſtudẽs, ꝓtrãſeo. ¶Poſtremo de decimis ſcribit S. Thomas in ſecũda ſecũ
dæ quæſt. 87. Decimæ in veteri teſtamẽto dabant ad ſuſtentationẽ miniſtroꝝ Dei, ſićq; p̃ce-
ptũ de decimis pſoluendis, partim fuit morale, vtpote naturali inditum rationi: q̃m natura-
le eſt, vt neceſſaria vitę miniſtrentur à populo eis, qui ꝓpter totius plebis ſalutẽ diuino ſunt
cultui mancipati, quẽadmodum & militibus dantur ſtipẽdia. Partim vero erat iudiciale, in-
quantũ determinatio decimæ partis ex diuina ordinatione eſt inſtituta. Multa nãq; inſtitu-
ta ſunt in populo Hebræorum à Deo, ad conſeruandam æqualitatem iuſtitiæ inter eos. Ex
hoc autẽ ꝙ decima pars dabat, & nunc datur, ſeruatur æqualitas iſta iuſtitiæ, q̃a miniſtris tẽ-
pli ſufficienter prouidet, & populus nõ grauatur: immo qui primitias, oblationes & decimas
1. Co. 10. fideliter ſoluunt, copioſe & multipliciter remunerantur à Deo, etiam in pręſenti atq; in cor
poralibus bonis. Rurſus p̃ceptum de decimis, ex conſequenti fuit & cæremoniale, inquan-
tum aliquid ſignificauit. Nam oĩa in figura contingebãt illis. Denarius nanq; perfectus eſt
numerus, & decima eius vnitate ſeu parte ſublata, manent nouem, quæ ſunt numerus imper
fectus: ſićq; per decimarum perſolutionem ſignificatur, ꝙ ipſe perſoluens & offerens, reco-
gnoſcit ſe imꝑfectionẽ ſuã à ſeipſo habere, ꝑfectiõem vero expectare à Deo, & eã aſſcribere
dño. Nunc aũt determinatio iſta decimæ partis, quæ ſoluitur ex inſtituto Eccleſiæ, obſeruatꝛ
immo Eccleſia poſſet determinare aliã partem, ſiue maiorem, ſiue minorẽ, eſſe ſoluendam,
opportunitatibus perſonarum, cauſaꝝ ac temporum cõſideratis. Porro ante legem ſcri-
ptam, videlicet in lege naturæ, miniſtri cultus diuini nõ erant ita determinati vt modo, ſed
primogeniti erãt (vt dicitur) ſacerdotes: idcirco non erat tunc determinata pars decima, ſed
Gen. 28. vnuſquiſq; offerebat ſacerdoti, prout occurrebat ſponte q̃d voluit. Hinc Iacob legitur deci
mas vouiſſe, quia ad certam determinataḿq; partem non tenebatur.

¶Spiritualis intelligentia eiuſdem capituli viceſimiſeptimi.

Articulus quinquageſimusprimus.

LOquutus eſt dominus: Homo qui votum fecerit, & ſpopõderit Deo animam ſuam, ſub
æſtimatione dabit precium. Vota illa legalia, imperfecta & typica, figuræ fuerunt vo
torum, quæ nunc in Eccleſia fiunt perfecte, præſertim dum vtriuſq; ſexus perſonæ re-
ligionem ſanctam monaſticam intrare promittunt, vel potius profitentur in ea, & ſolenni
ſe voto adſtringunt ad tria illa omni religioni ſubſtantialia, ſiue ad certa quædam. Aliqui
quoq; in ſeculo ad continentiam, abſtinentiam, aut conſimiles actus virtutum ſe voto ad-
ſtringunt: eſt́q; multo laudabilius talia facere ex voto, quia ſic arbor cum fructibus Deo of-
fertur: & idem actus ex pluribus virtutibus principiatur, & ipſum votum eſt actus præclaræ
virtutis, quæ latria nuncupatur. Quemadmodum autem in lege quædam vota ſub redem-
ptione cadebant, & quædam non, ita in euangelica lege quædam vota diſpenſabilia, quæ-
dam indiſpenſabilia reputantur. Itaq; homo qui voluit Deo animam ſuam, hoc eſt, ad ope-
ra ſupererogationis ſeu conſiliorum impletionem, ſiue ad actus virtutum præcipuarum vo
to adſtringit ſe, ſub ęſtimatione dabit precium. Per precium iſtud, quo redimit ſe corã Deo
à periculo & peccato tranſgreſſionis ſui voti, intelligenda eſt vera atq; idonea ſui voti im-
pletio, quæ iuſta æſtimatione ſoluenda eſt, vt quanto quis altiora & plura promiſerit, eo
virtuoſius viuat. ideo ſubditur: Si fuerit maſculus à viceſimo anno vſq; ad ſexageſimum, da
bit quinquaginta ſiclos: ſi mulier, triginta. In illa quippe ætate homo eſt fortior corpore,
Lucæ 12. & validior mente. Vir quoq; in naturalibus multo extat perfectior muliere. Cui autẽ plus
datum eſt, plus requiretur ab ipſo. Per ſiclos autem quinquaginta, intelliguntur exercita-
tiones virtutum cum ſpeciali tranquillitate, & abundantia gratiæ ſpiritus ſancti exhibitæ,
qui datus eſt quinquageſimo die. Annus etiam quinquageſimus, fuit tempus remiſſionis &
quietis & magnæ iucunditatis. Per ſiclos vero triginta, triceſimus poteſt intelligi fructus
continentiæ coniugalis, vel decem præceptorum impletio, in fide, ſpe, & charitate ſuper-
benedictæ Trinitatis exhibita. A quinto autem anno &c. quia in illa ætate minor virtu-
tum perfectio exigitur. Sexagenarius & vltrà maſculus, dabit quindecim ſiclos: mulier,
decem: quia in ætate ſenili non requiritur ab homine tantus exterior labor. Quinde-
cim tamen ſiclos reddere debet, decem implendo præcepta, cum ſenſuum ſpiritualium
quinque cuſtodia, vt ſit coram proximis exemplaris, & coram Deo internus ſeu con-
templatiuus. Fœminæ magnum eſt ſi obſeruet præcepta, nec eſt ad contemplationem
tam idonea vt vir, niſi ex gratia ſpeciali. Si pauper fuerit &c. hoc eſt, ab imperfecto, in-
exercitato, puſillo, rudi, & eo qui incipit, nil vltra eius vires requiratur: ſed paulatim
ædificetur,

ædificetur, informetur, enutriatur, & ꝑficiatur. Quis eñ fit ſubito ſummus, niſi ꝙ omnipo-
tenti cuncta facilia ſunt? Sed ipſe dona gratiæ varijs modis largitur. Animal quod immola-
ri poteſt dño, ſi quis vouerit, ſanctum erit, & mutari non poteſt, hoc eſt: Si quis vouerit ali-
quem actum virtutis implere, religionem intrare, aut Chriſti viſitare ſepulchrum, per ſei-
pſum hoc facere & implere tenetur: nec in his quæ ſibi poſſibilia ſunt, ſubſtituat alium: & ſi
ſubſtituerit, nihilominus perſonaliter operetur. Hoc eſt contra eos, qui horas canonicas q̃s
legere obligantur, faciunt legi per alios, putantes ſe excuſari, cum & quotidie tot horas in-
fructuoſe, immo & vitioſe expendant. Animal immundum, quod immolari domino nõ po
teſt, ſi quis vouerit, adducetur ante ſacerdotem &c. Per animal immundũ Deo promiſſum,
deſignatur opus illicitum, ad quod quis ſub ſpecie boni ſe obligat, qui ſe exponere debet ſui
ſacerdotis ſeu confeſſoris ac prælati diſcretioni, & iuxta illius iudicium opus tale redimere,
hoc eſt, per pœnitentiam de ſtulta promiſſione, & per actum vere virtuoſum ſe à periculo
expedire. Homo ſi vouerit domum ſuam, & ſanctificauerit eam domino, hoc eſt, ſobolem
ſuam atq; familiam, ſeu corporis ſui motus & opera propoſuerit ad Dei honorẽ efficaciter
gubernare, & diuino cultui applicare, conſiderare debet ſuperior eius, an digne hoc im-
pleat quantum valet: & quo defectuoſior in hoc fuerit comprobatus, eo maior ei ſatisfactio
imponatur: & ſi domeſticos ſuos voluerit à periculo liberare, oret pro eis, & omni quo po-
teſt modo conetur eos ad ſalutis trahere viam. Si agrum poſſeſſionis ſuæ vouerit & conſe-
crauerit domino, iuxta menſuram ſementis æſtimabitur. Ager iſte eſt proprium cor ſemi-
ne verbi cæleſtis ſeminatum, gratiaꝝ́q; donis ornatum, & meritis fœcundatum: quem vo-
uet quis Deo, dum de oĩbus bonis his firmiter ſtatuit ſoli altiſſimo grates & debitam ſerui-
tutem rependere, à quo tanto maiora ac plura exiguntur à iudice, quanto plus fuerit erudit⁹,
gratioſiuśq; præuẽtus, & affluentius adimpletus. Primogenita quæ ad dominum pertinent,
nemo ſactificare poterit & vouere. Primogenita ſunt perfecti diſcipuli, qui humana ſancti-
ficatione nõ indigent, & ipſi Deo intime ſunt coniuncti. Omne quod domino conſecratur,
nõ veneet nec vendetur. Cum igitur in baptiſmo, in ſacrorum ordinum ſuſceptione, in ſa-
cramentali benedictione, in profeſſione monaſtica conſecrati ſimus creatori noſtro ac Sal
uatori, non committamus ſacrilegium deteſtandum, exhibendo membra noſtra arma ini- Rom. 6.
quitatis peccato, nec animæ noſtræ ſponſo vnitæ ſuperno, dæmonum fiant adulteræ, ſed in Luce 1.
ſanctitate & iuſtitia proficientes quotidie, cum ampliori puritate & feruore obſequamur 1. Cor. 3.
indeſinenter domino Deo noſtro. Templum etenim Dei ſumus, ſi tamen ſpiritus ſanctus Ephe. 3.
demoratur in nobis. Non igitur prophanemus templum Dei altiſſimi: immo vt bonę oues,
tranſeamus cum omni obedientia ſub ſummi paſtoris & eius vicarij virga. ¶Poſtremo, in
verbo nunc præinducto, & in eo quod ſubditur: Quicquid ſemel conſecratum eſt domi-
no, ſanctum ſanctorum erit: quidam fundauerunt ſe, aſſerentes quòd nec dominus papa
poſſit in voto ſolenni continentiæ diſpenſare, quod & Albertus affirmat, allegans pro ſe q̊d
beatiſſimus Euangeliſta Matthæus noluit ſanctam Ephigeniam virginem conſecratam, ve-
latam, tradere coniugem regi, cum tamen rex ille promitteret ſe cum omni regno ſuo fi-
dem accepturum catholicam. Hoc idem Thomas defendit in ſecunda ſecundæ, quæſtio-
ne octogeſimaoctaua. Veruntamen ſuper quartum Sententiarum * diſtinctione dicit oppo
ſitum. ¶Poſtremo, in fine expoſitionis Leuitici dicit Gloſſa, & videtur eſſe verbum * Eſi- *Heſychij
tij: Paulus & Barnabas aliquando diſſenſerunt. Nam Barnabas dixit Marcum aſſumẽdum,
Paulus ſenſit oppoſitum, & aſſumpſit Silam, Barnabas Marcum. Qui intantum claruit, vt
fieret vnus de quatuor Euangeliſtis. Verũtamen (ſalua reuerentia iſtud dicentis) hoc ipſum
non poteſt ſaluari, quoniam Marcus ille quem Barnabas ſecum duxit, fuit conſobrinus ipſi-
us, & vocabatur Iohannes, cuius mater vt in actibus Apoſtolorum habetur, in Hieruſalem Acto. 12.
habitauit. Marcus vero vnus quatuor Euangeliſtarum, fuit natione Alexandrinus, & ſpe- Acto. 4.
cialisillustrissimi...

COMMENTARIORVM D. DIONYSII CAR-
thuſiani in Leuiticum, Finis.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN LIBRVM NVMERORVM, HEBRAICE VAiedabber, enarratio. In quo agitur de numeratione, murmurationeq́ʒ populi Iſrael, de prophetia Balaam, de manſionibus populi in deſerto, & victoria contra reges citra Iordanem.

PRAEFATIO.

QVI educit in numero militiam eoꝝ, & omnes ex nomine vocat.
Eſa. 40. De numeris, numerorumq́ʒ rationibus, ſpeciebus, proportionibus,
proprietatibus atqʒ myſterijs, non à philoſophis tantũ, ſed à theo-
logis quoqʒ multa ſubtilia ſunt cõſcripta. Vnde & vnus ſapientium lo-
cutus eſt Deo: In numero, põdere & menſura oĩa cõſtituiſti. Et al-
Sapi. 11. ter: Qui numerat multitudinẽ ſtellaꝝ. Etenĩ dño Deo, antequã crea
Pſal. 146 rent, nota ſunt oĩa. Hic ergo dominator omnipotens, cuius ſapien
Pſal. 144 tiæ nõ eſt finis, volẽs populũ ſuũ eſſe ordinate diſpoſitum, & inſtar
exercitus ſibi ſubiectum, poſtq̃ populo ſuo tradidit legem, volensq́ʒ
populum ſuum ad legis ſuæ executionem ꝓcedere, iuſſit vt popu-
lus ille recte inter ſe diſtingueretur, loco, ſitu, numero, origine, authoritate. Hinc multiplicẽ
numerationẽ fieri iuſſit, ſicut in libri huius patebit proceſſu, non ꝙ ipſum omnium creato-
rem, gubernatorem ac iudicẽ numerus populi ſui lateret: ſed vt inſinuaret ꝙ plebis ſuæ fide-
lis ſpecialem habeat curã, & alijs numerus talis, quantũ ad ſingulas tribus, pateret. Et ꝑpter
myſterium, vt infrà tangetur. Hinc liber iſte Numerorum vocatur, non ꝙ de numero, eiusq́ʒ
ſpeciebus & proprietatibus, tanquam de ſubiecto ſeu genere ſcibili tractet, ſed quia de po-
pulo Iſrael multipliciter numerato, facit in ſuo exordio mentionem. Eſt nanqʒ conſuetudo
Hebræis, libros à materijs, de quibus in exordijs ſuis loquuntur, intitulare. Itaqʒ qui in triũ-
phanti Eccleſia certum inſtituit numerum ciuium beatorum, ipſe in militanti Eccleſia nu-
merat ſuos, monſtrans ſe prædeterminaſſe ac ſcire, quos & quot ad cæleſtium ciuium perdu-
cturus ſit thronos. Infidelium vero & reproborum, quos quaſi ignorat, non legitur ꝙ fece-
Eſaiæ 1. rit numerari cateruas, quia in illis confuſa ſunt oĩa. De quibus & proteſtaṫ: Non eſt aĩa mea
ad populum iſtum. ¶Quòd ſi quæratur, cur igitur populum Chriſtianum nunquam nume
rari ꝑcepit: Reſpondetur, ꝙ populus Chriſtianus vbiqʒ terrarum ſupra numerum multipli-
Lucæ 4. catus eſt, & tamen vt agnoſcatur, quàm admiranda & ſupernaturalis exiſtat tanta multipli
Luce 24. catio populi Chriani, paucitas eius deſcribitur in exordio primitiuæ Eccleſiæ, vt ꝙ fuerunt
Acto. 2. duodecim Apoſtoli, & ſeptuagintaduo diſcipuli, atqʒ turba eorum in die Pentecoſtes, dum
ſpiritum ſanctum affluentiſſime ſuſceperunt fere centũ viginti, ex quibus, imo ex quoꝝ aliqui
bus, ꝑ vniuerſum orbem diffuſa, & ſuſcepta eſt fides catholica & euãgelica lex, ſine armis &
bellis, ſine artibus falſis, ſine terrenis promiſſis & commodis: nec impedire hoc potuit rabi-
es tyrannorum, argumentatio philoſophorum, perfidia & crudelitas Iudæorum, hæretico-
rum veſania, imperatorum & regum renitentia furioſa, inuiſibilium hoſtium repugnatio
Ex. 12. 13 tentatioq́ʒ aſſidua: quoniã omnipotentia creatoris per ſigna, prodigia, atqʒ miracula, ꝑ vir-
Ex. 15. 18 tutes & varias ſpiritusſancti diſtributiones, pro ſua lege ac plebe pugnauit, ſicut & olim in
Ioſue 13. Aegypto, in mari rubro, in eremo & terra promiſſionis, pro Iſraelitico populo, quem ex
tunc reliquit, quando legem Chriſti diffudit ac roborauit.

¶Expoſitio literalis capituli primi: Locutusq́ʒ eſt dominus ad Moſen in deſerto Sinai.

Articulus primus.

LEGE IAM data, & tempore ꝓcedendi ad terram promiſſam inſtante, locu
tus eſt dominus Moſi de quibuſdam præambulis, puta de populi numeratio-
ne, de tribuum ordinata collocatione, de tabernaculi dedicatione ac deporta
tione, de Leuitarum ſeparatione, officijsq́ʒ diſtinctis. Itaqʒ [Locutusq́ʒ eſt do-
minus] per angelum [ad Moſen in deſerto Sinai] hoc eſt, in deſerto in quo mons
Sinai ſitus eſt, & facta eſt alloquutio iſta. [in tabernaculo fœderis,] In quo ſci-
licet tabernaculo continebantur tabulæ teſtamenti ſeu fœderis Dei ad populum, proceſſit
autem vox Dei ad Moſen de propiciatorio, quod erat quaſi thronus ſeu ſedes Dei, vt ſuper
Exodum atqʒ Leuiticum frequenter eſt dictũ. [prima die menſis ſecundi, anno altero] hoc
Exo. 36. eſt, ſecundo [egreſſionis eorum ex Aegypto,] In Exodo ſcriptum eſt: Menſe primo anni ſe-
Le. 1. 6. 8 cundi, in prima die menſis, collocatum eſt tabernaculum: ex quo conſtat, ꝙ allocutio iſta fa
cta ſit per vnum menſem poſt tabernaculi erectiònem, & infra hoc tempus locutus eſt De-
us Moſi ea quæ in Leuitico ſcripta ſunt. [dicens: Tollite ſummam]. i. certũ numerum acci-
Exo. 40. pite [vniuerſæ congregationis filiorum Iſrael, per cognationes & domos ſuas &] per [noĩa
ſinguloꝝ]. i. totum populum iſtũ ſic numerate, vt primo numeretis perſonas cuiuslibet tri-
bus,

bus, dempta tamẽ Leuitica tribu: numeꝝ vero ꝑſonaꝝ cuiuslibet tribus accipite, numeran
do ꝑſonas vniuſcuiuſqʒ familiæ ipſius tribus. In vna enĩ tribu erant tot familiæ, quot erant filij Num. 2.
patriarchæ tribus illius: & quoniã Dan patriarcha nõ habuit niſi filiũ vnũ, nõ niſi vna erat fami-
lia in tribu ipſius, vt infrà habeṫ. Numeꝝ quoqʒ perſonaꝝ familiæ numeratæ, numerãdo ſingu
la familiæ ſuppoſita, ſicq́ʒ ex oĩbus his ſumite ſummã multitudinis vniuerſoꝝ. [quicqd ſex⁹
eſt maſculini à viceſimo anno & ſuprà:] Non exprimit litera, quouſqʒ illud Suprà extendebaṫ,
ſeu ad quẽ terminũ ætatis aſſcendebaṫ in computãdo ab anno viceſimo. Aliqui aũt putãt, ꝙ
oẽs viri q viceſimũ annũ attigerãt, numerabanṫ in vndecim tribubus: quod nequaq̃ putandum
eſt, qa ſubiũgiṫ: [oĩm viroꝝ fortiũ ex Iſrael] q ſ. poterãt ad bella ꝓcedere, quod de ſenibus atqʒ
decrepitis accipi nequit. Porro aliqui dicunt, ꝙ numerabanṫ vſqʒ ad ſexageſimũ annũ. Io- Ioſe. li. 3
ſephus vero refert, ꝙ vſqʒ ad qnquageſimũ. [& numerabitis eos ꝑ turmas ſuas tu & Aaron, ant. iud.
erũtq́ʒ vobiſcũ principes tribuũ ac domoꝝ]. i. familiaꝝ, ita ꝙ in qlibet vndecim tribuũ, vel cap. 15.
etiã duodecim tribuũ. Nam tribus Ioſeph diuiſa eſt in duas tribus, pro eo ꝙ tribus Leui à cę
teris tribubus extitit ſeparata, vt ſequenti habeṫ capl'o. Itaqʒ in qlibet tribu numerata ꝑfuit
vnus princeps, tamen ſub Moſe. Deinde exprimunṫ principes iſti in textu, q planus eſt. Ad-
iuncti ſunt aũt principes iſti, qa tam in numerãdo q̃ in dirigendo ꝑſtabãt ꝑſidiũ Moſi. Ad-
iuncti ſunt quoqʒ ꝑter & vltra eos, quos ad cõſilium Iethro Moſes prætulit populo, hoc eſt, ꝑter
tribunos, centuriones, quinquagenarios, & decanos, prout ex verbis B. Auguſtini probaṫ in
Gloſſa. ¶Deniqʒ in iſto capitulo ſumunṫ tribus, cognatio, & generatio pro eodem, familia
quoqʒ & domus. Interdũ tñ inter domũ & familiã inſinuaṫ diſtinctio, vt cũ in iſto capl'o legiṫ,
recenſentes. i. numerãtes eos ꝑ cognationes & domos ac familias. Aliqñ vero ſic ſcriptũ eſt
in hoc ipſo capitulo, ꝑ cognatiões & familias ac domos ſuas. Vnde dicendum videṫ, ꝙ familia
qñqʒ accipiṫ ꝓut plura includit q̃ domus. Nonnunq̃ fit econuerſo, immo frequenter oĩa iſta
pro eodẽ accipiunṫ. In trãslatione vero Septuaginta interpretũ, ſic habeṫ in deſcriptiõe nu-
meratiõis cuiuslibet tribus ſecundũ ꝓpinquitates eoꝝ, ſecundũ populũ eoꝝ, ſecundũ domos
familiaꝝ eoꝝ, ſecundũ capita eoꝝ, ſecundũ numeꝝ noĩm eoꝝ. ¶Inſup quoniã De⁹ de populo Exo. 19.
Iſrael ſæpe teſtat⁹ eſt, Eritis mihi in peculiũ: Et rurſus, Elegit te dñs vt ſis ei popul⁹ peculia Deut. 7.
ris: ideo ſicut quis frequẽter numerat peculiũ ſuũ quod amat, ſic De⁹ populũ iſtũ in hoc libro de-
ſcribiṫ bis ac plurib⁹ modis enũeraſſe. In Exodo quoqʒ ſumma populi huius ſępi⁹ eſt deſcripta,
& itẽ in Geneſi, vtpote cũ quot ꝑſonis Iacob intrauit Aegyptũ, quanta extitit multitudo exeun Ex. 12. 13
tium de Aegypto. Litera demũ deſcriptiõis numeri tribuum, plana eſt, niſi ꝙ de numera- Gene. 49
tiõe trib⁹ Dan, ſic legiṫ: [De filijs Dan, per generatiões & familias ac domos cognationũ ſua-
rum recẽſiti]. i. numerari [ſunt &c.] Iã quippe ꝑhabitũ eſt, ꝙ Dan nõ habuit niſi vnicum filiũ,
& ꝙ vna duntaxat familia ab ipſo deſcendit, quorum primum patet ex eo ꝙ in Gene. habetur:
Filij Dan Vſim, vbi plurale pro ſingulari accipiṫ, vtpote filij pro filius. Secundum vero ex Gen. 46.
hoc quod infrà in iſto narratur volumine: Filij Dan, Sicham, Omnes fuerunt Sichamitæ.
Sicq́ʒ qui in Geneſi dicitur Vſim, in lib. Numeroꝝ vocatur Sicham. Quæ cum ita ſe habeãt, Nũe. 36.
quomodo nunc de numeratione tribus Dan ferṫ, per generatiões & familias ac domos co-
gnationum ſuarum? Reſponderi poteſt iuxta nunc tacta, ꝙ ſumiṫ plurale pro ſingulari, vel
cognatiões & familiæ ac dom⁹ iſtæ cõputãtur nõ ab ĩmediatis filijs Dan, ſed ab his q de im-
mediato eius filio nũc expreſſo, deſcenderunt. [Fuerũtq́ʒ * oẽs] ſimul [filij Iſrael per domos
& familias]. i. perſonas domoꝝ ac familiaꝝ pariter cõputãdo, [à viceſimo anno & ſuprà, q
poterant ad bella procedere, ſexcẽta tria millia]. i. ſexcenta millia & tria millia [viroꝝ, quin Exo. 12.
gẽti qnquaginta.] In Exodo ſcriptũ eſt: Profecti ſunt filij Iſrael de Rameſſe ĩ Socoth ſexcẽta
fere millia peditũ viroꝝ, abſqʒ mulierib⁹ & paruulis: quomodo ergo potuerunt iã poſt vnum
annũ & mẽſem vnũ eſſe tã multi, vt dictũ eſt, ꝑſertim qa quos interim genuerunt, nõ ſunt annu
merati? Dicẽdũ videṫ, ꝙ infra hoc tẽp⁹ multi ad virilẽ peruenerũt ætatẽ, q ante nõdũ erãt vi Num. 3.
ginti annoꝝ. [Locutusq́ʒ eſt dñs ad Moſen, dicẽs: Tribũ Leui noli numerare.] Quid eſt hoc,
cũ infrà legaṫ, Locut⁹ eſt dñs ad Moſen, numera filios Leui ꝑ domos pr̃m ſuoꝝ? Et reſpõden
dum, ꝙ dñs nunc ꝓhibet filios Leui numerari inter alias tribus, & eo modo quo aliæ tribus
ſunt numeratæ, videlicet à viceſimo anno & ſuprà. Tertio autẽ capitulo præcipit eos nume- Num. 3.
rari ſeorſum ſpecialiq́ʒ modo, puta ab vno mẽſe, & ſuprà, ꝓut infrà diceṫ. Ex his etiã inno-
teſcit dignitas ſacerdotalis. [neqʒ ponas ſummã eoꝝ cum filijs Iſrael]. i. cũ multitudine po- Gen. 41.
pulari, cui debet præeſſe. Cœtus nanqʒ ſacerdotalis, à plebeia cõcione debet conuerſatione
& loco diſtingui, vt alijs in exẽplum ponatur, & Deo vicini⁹ appropinquet ac vacet. [ſed cõ-
ſtitues eos ſuper tabernaculum teſtimonij, & cuncta vaſa eius, & quicquid ad cæremonias
pertinet.] Super nõ dicit hic ſitum, ſed curã, ꝓuiſionem, obſequiũ, quẽadmodũ Pharao dixit Num. 4.
ad Ioſeph: Tu eris ſup domum meã. Itaqʒ conſtitues eos ſup tabernaculũ & ſuper vaſa & ſu-
per oĩa q̃ ad cæremonias pertinẽt. i. ſuper ſacrificia & cætera cæremonialia, vt oĩm hoꝝ cu-
ram, ꝓuiſionem, ac miniſterium habeãt, prout infrà copioſe habetur. Vnde mox ſubditur:
[Ipſi por

[Ipſi portabunt tabernaculum]in ꝓfectione & mutatione locoꝝ,[& oĩa vtenſibilia eius]va
ſa & inſtrumẽta cultus diuini,[& erunt in miniſterio]ſanctuarij,[ac ꝑ gyꝝ tabernaculi me-
tabunt].i.tẽtoria ſua figẽt in circuitu tabernaculi,ꝓpinquius q̃ aliæ tribus,quę etiã in taber-
naculi gyro ſua ſtatuerũt tentoria.[Cum'q; ꝓficiſcẽdum fuerit] hoc eſt, dum nube ꝓcedente
populus motum nubis ſequetur,[deponent].i.à ſuo loco remouebunt,& ſecum ferent[Le-
uitæ tabernaculũ:cũ caſtra metãda].i. dum nube alicubi quieſcente tẽtoria fuerint figenda,
[erigent].i.tabernaculũ in altũ figẽt ipſi Leuitę.[Quiſquis externoꝝ acceſſerit,]hoc eſt,qui-
cunq; qui nõ eſt de tribu Leui,vſurpauerit ſibi officiũ Leuitaꝝ circa ſanctuarium Dei.[occi
det]morte.i.ſecundum legẽ mori meret,vel à Deo plagabitur,aut ſententialiter dijudicabi-
2.Par.26 tur:idcirco Ozias rex thurificare p̄ſumens,ꝑcuſſus eſt lepra.Gedeoni quoq; & domui eius fa
Iudi.8. ctum eſt in ruinã,ꝙ ſe de ſacerdotali officio plus q̃ licuit,intromiſit.Septuaginta tranſtule-
runt:Alienigena qui acceſſerit,moriat. In quibus verbis alienigena improprie ſumitur, vt-
pote non ꝓ gentili, ſed pro Hebræo nõ Leuita, vt Auguſtinus teſtatur.[Metabuntur autẽ]
Auguſt. hoc eſt,figent[caſtra filij Iſrael,vnuſquiſq; ꝑ turmas ſuas & cuneos atq; exercitum ſuum,]id
eſt,vnuſquiſq; in loco ſuæ tribui & tribus ſuæ exercitui deputando,vt infrà deſcribit.[Por
ro Leuitæ ꝑ gyꝝ tabernaculi figẽt tentoria]ſicut expoſitũ eſt,[ne fiat indignatio ſuꝑ multi-
Num.4. tudinẽ filioꝝ Iſrael].i.ne ex inordinata Leuitarum diſpoſitione & inobedientia alij ſcanda-
lizent,& ꝑcuti mereãtur.Interdum quippe tota cõmunitas temporaliter corporaliter'q; pu-
nitur ꝓ peccato partis ſuæ,inquãtum omnes ſunt quodammodo vnum. Ad Leuitas q̃q; ꝑti
nebat orare ꝓ populo,& Deum eis reconciliare:ideo ſi & Leuitæ peccaſſent,potuiſſet popu
lus indignationẽ Dei facilius grauius'q; incurrere.Ex ſcandaloſa etiam ſpiritualium ꝑſonaꝝ
diſpoſitione & vita,populares cito labunt, & illoꝝ peccata in ſe mutuo redundare vidẽtur,
ac varijs modis cõmunicãt ſibi in vitijs:ſic'q; directe aut occaſionaliter ex peccato vnius,in-
dignatio ſuꝑ alios venit.[Et excubabunt in cuſtodijs tabernaculi teſtimonij:]hoc eſt,Leui-
tæ vigiles & intenti erunt circa ea,quæ ad tabernaculi obſeruãtias, cultum,honorem,tuitio-
nem'q; ꝑtinent. ¶Præterea,ſicut non ſolum in populo Chriſtiano, ſed & Gentili tres ſtatus
cõſiſtunt,videlicet cõiugatoꝝ ſeu popularium,qui in vrbanos & agricolas ſeu ruſticos diui-
duntur:& militarium,qui tuentur Rempublicã enſe & armis,ac ſacerdotalium ſeu ſpiritua-
lium,qui circa diuina intenti ſunt,& cauſam populi corã dño gerunt,ita in populo Iudæo-
rum fuerũt hi ſtatus.Veruntamẽ in deſerto nõ fuit in eis ordo agricolaꝝ, quia de cælo cõſe
Exo. 16. quebant annonam.Sed alij ſtatus fuerunt in eis ibidẽ. Ideo poſtq̃ in libro Leuitico,de perti
nentibus ad ſacerdotes & miniſtros tẽpli tractatum eſt, nunc in huius principio libri de cõ-
Le.8.10. cernentibus militarẽ ſtatũ ſit ſermo.Hinc Ioſephus materiam libri huius p̄habitã,ſic indu-
& 11. cit:Moſes p̄dictã legũ cõſtitutionẽ in Sina à Deo accepit, & eã Hebręis tradidit ſcriptã:cũ'q;
Ioſe.li.3. circa legiſlatiõem iſta putaret ſufficere,ad militaris exercitij iura cõuerſus eſt,numerauit'q; ca
bel. iud. pita populoꝝ pugnare valentium,& ſuꝑ hoc dñm aſſerit ſibi eſſe locutum.¶Poſtremo Ma-
cap. 15. giſter in hiſtorijs addit:Moſes prætermittit hic quædam, quæ facta fuerunt in primo men-
Num. 7. ſe anni ſecundi,videlicet oblationem duodecim principum in dedicatiõe ſanctuarij,& ſolẽ-
Num. 9. nitatem phaſe,& forſan de ſanctificatione Leuitarum,de quibus infrà.
Num. 8.

¶De ſpirituali huius capituli primi ſenſu. Art. II.

NOn caret myſterio,ꝙ dñs data lege ſuum iuſſit populum numerari,& eos duntaxat in
numero cõputari, qui ætate & robore apti erant ad bella procedere. Per hæc quippe
ſignatur, ꝙ domeſticorum legis ac fidei ſpecialem curam & ꝓuidentiam habeat De-
us,& item ꝙ talibus acriora inſtant certamina ab inuiſibilibus inimicis, cõtra quæ efficaci-
ter præliari nõ competit, niſi confortatis à Deo ꝑ chariſmata gratiarum. Tunc q̃q; facta eſt
numeratio iſta virorum ad bella idoneoꝝ,quando ad terram promiſſionis mox profecturi
erant Iſraelitæ à Sinai monte, ad figurandum ꝙ ad ſpiritualem virtutum profectũ, quo ad
terrã viuentiũ finaliter repromiſſam itur ac ꝑuenitur, non extat idoneus, niſi qui ad domi-
Galat. 5. nãdum ſuo animo eſt robuſtus,qui fortis eſt ad crucifigendum corpus ſuum cũ vitijs ac cõ-
cupiſcẽtijs,qui ꝑ ſeculum iſtud nequam, tanq̃ ꝑ ſolitudinem pergit, renuens in his q̃ mũdi
Pſal. 76. ſunt cõſolari:qui puerilẽ exuit ſenſum,& oẽm fœmineam abijcit leuitatẽ, nec impietatis iu-
go ſubdi ſe patit,neq; barbarica crudelitate decerpi:ſtad q̃d inſinuãdum,nec pueri,nec mu-
lieres,nec ſerui,nec ſenes,nec barbari ſunt numerati.Hi igit in cæleſti Hieruſalẽ in p̄deſtina-
tiõe diuina,in libro vitæ ſunt ſcripti,qui taliter viri ſunt, atq; à vitijs p̄actis immunes. Hinc
Origen. loquit Origenes:Diuino numero non oẽs cõdigni ſunt,ſed certis prærogatiuis ornati.idcir
co in libro hoc,nec mulieres educunt ad numeꝝ,propter infirmitatẽ fœmineã:nec ſerui,tã-
quam vita moribus'q; degeneres:neq; Aegyptij Iſraelitis admixti, nec alienigenæ,nec etiam
barbari.¶Inſuꝑ Deus creator vniuerſa & ſingula diſtinctiſſime ſciẽs, q vnico verbo celerri-
me poterat Moſen, & ꝑ Moſen alios certificare de numero Iſraeliticoꝝ viroꝝ ad bella diſpo
ſitoꝝ,iuſſit numerationẽ hãc fieri ꝑ Moſen:nec tãtum ꝑ eũ, ſed & ꝑ Aaron fratrem eius, &
per duo-

per duodecim nobiliſſimos principes duodecim tribuũ Iſrael,ad inſinuãdũ, ꝙ p̄lati & prin
cipes,tam ſuꝑiores q̃ minores,debent ſibi cõmiſſos diligentiſſime cõſiderare,puſillos à for-
tibus,effœminatos à virilibus, vitioſos à virtuoſis diſcernere, & vnicuiq; ſecundũ q̃d capax
eſt,indigens'q; cõſiſtit,ꝓſpicere,verbũ ſalutis impẽdere,ad meliora prouehere, virtuoſiores
q̃q; in auxilium coopatores ſibi aſſumere, ad defendendum impfectos ac labiles ab impu-
gnationibus vitioꝝ ac dæmonum.Præterea ꝑ Moſen legiſlatorẽ ac ducẽ Iſraeliticæ plebis,
Chrs vnigenit' patris,rex & legifer noſter deſignat,q ꝓprio ore teſtat:Ego ſcio q̃s elegerim, Eſaiæ 33.
q̃ꝝ non ſolum perſonas,ſed & capillos perhibet numeratos à patre. Per Aaron vero prin- Ioan. 13.
ceps apoſtoloꝝ beatiſſimus Petrus accipitur,quẽ ſibi dñs & ſaluator in primũ & ſummum Lucæ 12.
cooperatorem aſſumpſit:Paſce,inquiens,oues meas.Et rurſus:Tu aliquando conuerſus,con Matt.16.
firma fratres tuos. Per duodecim nobiliſſimos principes, cæteri duodecim apoſtoli,Paulo & 18.
connumerato intelliguntur.Hi oẽs vigilantiſſime cõſiderauerunt vultus pecoꝝ,vtpote ſub Ioan. 21.
ditorum,& viros virtutum voluerunt ad ſpiritalia bella iugiter eſſe accinctos:immo eos qui Lucæ 22.
tales non erant,p̄dicando,orando,atq; ſanctiſſimę cõuerſando,ſed & miracula ꝑpetrando,ta Pro.27.
les fecerunt. Veruntñ p̄inducta nõ ſunt ita intelligẽda,q̃ſi oẽs illi Iſraelitæ q numerabantur,
fuerint virtuoſi,meliores'q; illis q non cõputabãtur:ſed figuralis ratio in illis eſt obſeruata,
q̃tenus ſi inter electos Dei cupimus numerari,non ceſſemus conari pro aſſiduo incremento
virtutum, pro conſtantia in aduerſis,pro victoria in omni tentatione. Sic'q; in oĩbus co-
ram Deo ſimus ſoliciti,timorati & fructuoſi.Loquutus eſt dñs ad Moſen: Tribum Leui no
li numerare. Per hoc præfiguratum eſt euidẽter,ꝙ ſacerdotes, religioſos & clericos, oẽs'q;
in ſacris ordinibus conſtitutos,oporteat p̄ cæteris in eccleſia Dei omni ſanctitate & exẽpla-
ritate fulgere,quẽadmodũ p̄minent ordinis dignitate, religiõis'q; cõſecratione, q eccleſiam
cum omni reuerentia debent intrare,cuſtodire,tueri,& ſacra vaſa ac diuini obſequij inſtru-
mẽta mũdis manib' cõtrectare,ſic'q; ppl'm Chrianum ope & ſermone,directione & ſolicitu
dine indeſinẽti p̄cedere,nec ſecularib' cõmiſceri.Hinc Raban' cõteſtat: In tribu Leui ſacer Raban'.
dotalis ordo ſignat,q ſuꝑ tabernaculũ teſtimonij.i.ſupra eccleſiã,in q̃ teſtamẽta Dei ſunt cõ
dita,cõſtituit,vt curã gerat fideliũ,& oĩa vaſa.i.fideles ad Dei cultũ electi,ſine errore, vitio-
rũ'q; ſorde ꝑmaneant.Hic ordo ꝓcurare debet q̃cq̃d ad cæremonias ꝑtinet legis,quia ipſius
eſt populum informare,q̃liter ſecundũ legem Dei ordinate & honeſte in eccleſia conuerſet.
Hic ordo tabernaculũ portat & vtẽſilia eius,qm̃ ſacerdotes compatiẽdo,infirmoꝝ'q; mores
tolerando & cõſolando puſillos,quaſi humeris patientiæ ac laboris portant eccleſiam.

¶Declaratio literalis cap.2.Loquutus'q; eſt dominus ad Moſen. Arti.3.

REcitata tribuum enumeratione,nunc enarrat numeratoꝝ coordinatio, quantum ad
ſitum & motum.[Loquutus'q; eſt dñs ad Moſen & Aaron,dicens: Singuli per turmas]
ſuas,[ſigna atq; vexilla & domos cognationum ſuaꝝ,caſtra metabuntur filij Iſrael per
gyꝝ tabernaculi fœderis.]Hucuſq; hæret litera & cõdependet conſtructio ſeu ordo verbo-
rum,& eſt ſenſus:Singuli filioꝝ Iſrael figent tentoria ſua,ſeu vnuſq̃ſq; vir aut paterfamilias
numeratus,ſtatuet ſuam papilionem in turma ſuæ tribus,habente ſignum atq; vexillum ſi-
bi deputata.Solent nanq; pugnatores in ſcutis ſeu veſtimentis habere ſignaculũ,q̃ diſcernã-
tur ab alijs. Vexilla vero deferunt in haſtilibus eleuata,q̃ꝝ vexilloꝝ intuitu & p̄ceſſu dirigit
atq; ad p̄lium excitat & confortat exercitus.ſic itaq; metabunt ſeu figent tentoria ꝑ gyꝝ ta
bernaculi fœderis. Voluit q̃ppe dñs,vt tabernaculum in medio caſtroꝝ ſemꝑ conſiſteret,ad
deſignandum ꝙ ipſe dignanter eſſet in medio populi ſui,atq; vt tota plebs vere monſtraret
ſe eſſe paratã vſq; ad ſanguinẽ ꝓ defenſione legis Dei ſibi datæ & tabernaculi eius.[Ad orien
tem].i.in orientali plaga reſpectu tabernaculi,[Iudas]vtpote tribus Iudæ, q̃ cæteris princi
palior,numeroſior,atq; potentior fuit,[figet tentoria ꝑ turmas exercitus ſui:] qm̃ in totali
illo exercitu Iudæ fuerunt plures turmæ particulares familiaꝝ ſuaꝝ.[Iuxta eũ caſtrametati
ſunt]nati[de tribu Iſachar &c.In tribu Zabulon princeps fuit Heliab filius Holon &c.]Hæ
duæ tribus iunctæ fuerunt tribui Iudæ in q̃eſcendo ac ꝓcedendo,& quælibet haꝝ ꝑ aliquan
tam diſtantiam extitit ſeparata ab alijs:ſed tres tribus ſic iunctæ, multũ diſtabãt ab alijs tur
baꝝ ternarijs. Porro Iudas,Iſachar & Zabulon,fuerũt fratres vterini,nati de Iacob ex Lia,
cuius quartus filius fuit Iudas,q̃ntus Iſachar,ſextus Zabulon.Deinde in textu qui difficultã Gene.30.
tem non habet,deſcribitur,ꝙ tribus Ruben cum adiunctis ſibi tribubus Simeonis & Gad,
caſtra fixerunt ad tabernaculi plagam meridionalem. Erant'q; Ruben & Simeon filij Iacob
ex Lia,Gad autem fuit filius Iacob ex Zelpha Liæ ancilla. Ad occidentem caſtra fixerunt fi
lij Ephraim & Manaſſe ac Beniamin.Nempe(vt dictum eſt)tribus Ioſeph in duas diuiſa eſt
tribus,videlicet in tribum Ephraim & tribum Manaſſe filiorum Ioſeph. Beniamin autem,
ſicut & Ioſeph,fuit natus Rachelis.In parte aquilonari ſita fuerunt tentoria tribus Dan filij
Balæ,quæ fuit Rachelis ancilla.Cui tribui iunctæ fuerunt tribus Aſer filij Iacob ex Zelpha,
& tribus Nepthalim filij Iacob ex Bala.[Leuitę autem non ſunt numerati inter filios Iſrael]

ob cauſam præhabitam,quia occupati erant circa altiora,ſcilicet circa diuina.Vnde vt di-
citur,non tenebantur ire ad prælia ad pugnandum.poterant tamen pugnare pro cauſa iu-
1.Mac.5. ſta,vt patet de Ionatha & Simone fratribus Machabæi.Aliqui quoq; tenebantur exire tem
1.Mac.10 pore pugnæ ad populum exhortãdum,vt in Deuteronomio legitur.¶Circa hæc ſcribit Li
Deu.20. ra:Aliam cauſam aſſignat Rabbi Salomon, cur Leuitæ non fuerunt inter alios filios Iſrael
R.Salo. numerati, quia ſententia mortis fuit à Deo præuiſa ſuper omnes bellatores hic numera-
tos,cui ſententiæ noluit dominus ſubiacere Leuitas,quoniam non peccauerunt in adora-
tione aurei vituli,ſaltem pro parte maiori.Contra quod ſcribit Rabbi Paulus,dicẽdo:Sen
tentia lata contra murmuratores tempore exploratorum, fuit præciſe contra illos, qui fu-
Num.4. erunt numerati à viceſimo anno & vltrà,in quo manifeſte excludebantur Leuitæ, qui à 30.
anno,vel ab vno menſe ſunt numerati,vt infrà habetur. ¶Inſuper circa illud, per ſigna atq;
vexilla,recitat Lyra:Dicunt quidam Hebræi, ꝙ vexillum cuiuslibet tribus fuit ſimile in co
lore lapidi poſito in rationali,in quo ſculptum erat nomen ſui patriarchæ,ita ꝙ vexillũ tri-
bus Ruben fuit rubei coloris,quemadmodum ſardius,in quo ſculptum fuit nomen Ruben.
R.Paul⁹ Quocirca R.Paulus adiungit,ſecundum antiq̃s Hebræorum expoſitores,ſigna vexilloꝝ q̃tu
Gen.49. or tribuum haꝝ,quibus iunctæ ſunt aliæ tribus,fuerũt hæc: In vexillo Ruben fuit figura ho
Ibidem. minis,quoniam Iacob dixit de eo,Ruben primogenitus meus. In vexillo Iudæ fuit leo, q̃a
Deut.33. de Iuda dixerat Iacob:Catulus leonis Iuda. In vexillo Ephraim fuit figura tauri, cui Moſes
Gen.49. eum aſſimilauit in Deuteronomio,q̃ſi primogeniti tauri pulchritudo eius. In vexillo Dan,
fuit figura aq̃læ.Nam Iacob aſſimilauerat eum colubro,q̊d non eſt animal pulchrum ad po
nendum in vexillo.Moſes vero aſſimilauit eũ catulo leonis in Deuteronomio, dicens:Dan
Deut.33. catulus leonis,q̊d ſignum pertinebat ad Iudam. Ideo dicunt,ꝙ data ſit aquila pro ſigno,con
Ezech.1 formiter ad quartum animal, de quo in Ezechiele legitur,quatenus in iſtis vexillis figura-
rentur q̃tuor animalia illa.Sed huic vltimo dicto,de cauſa ob quam data dicitur aquila tri
bui Dan pro ſigno,videt̃ ordo hiſtoriæ obuiare,q̃m deportatio & inſignitio vexilloꝝ iſtoꝝ
Deu.34. diu præceſſit comparationem,de q̃ in Deuteronomio legitur Moſes ipſum Dan catulo cõ-
paraſſe leonis.¶Præterea,circa p̃fatam tribuum diſpoſitionem, Ioſephus & Magiſter in hi-
Ioſe.li.3. ſtorijs dicunt:Ternæ tribus per quatuor partes tabernaculi excubabant,ita tamen remote
anti. iu. ab inuicem,vt maximam in medio plateam haberent,Erantq; ornatus caſtroꝝ,q̃ſi foꝝ re-
cap.15. rum venaliũ,ſingulis in ordine cõſtitutis.Opifices artiũ mechanicaꝝ in ſtationibus ſuis.i.in
feneſtris & officinis fuerũt,ita vt vrbi ædificatæ caſtra eoꝝ ſimilima viderẽt̃.Porro inter ta-
bernaculũ & caſtra excubabant Leuitæ in tabernaculis ſuis,ꝓpinquiores tabernaculo q̃ ca-
ſtris,& excubabant ſimiliter ꝑ q̃tuor plagas,videlicet Moſes & Aaron cum ſuis ad orientẽ,
reliqui Caathitæ ad meridiẽ ſub cuſtodia Eleazari filij Aaron,Gerſonitę ad occidentẽ.Mera-
ritæ ad ſeptentrionẽ,& erãt vtriq; ſub cuſtodia Ithamar.Hæc in Scholaſtica hiſtoria.¶Po-
ſtremo quæri poteſt,cur p̃fatæ q̃tuor tribus fuerũt principales in quatuor illis ordinibus, ita
ꝙ eis adiunctæ ſunt cæteræ,vtpote duæ cuilibet eaꝝ. Reſponderi poteſt, ꝙ tribus Iuda fuit
vna & prima ob multiplicẽ eminẽtiã ſuam p̃tactam,& q̃m Iacob ꝓphetauit ex ea Chr̃m &
reges naſcituros.Tribus Ruben,q̃m Ruben primogenitus erat, q̃uis primogenitura ſua fu
Gen.49. it priuatus.Tribus Ephraim,q̃m Iacob prætulerat ipſum Ephraim Manaſſę. Tribus Dan,q̃
niam fortior & populoſior fuit tribubus ſibi adiunctis, erat quoq; Dan primogenitus Balæ.

¶De ſpiritali eiuſdem capituli ſecundi intellectu. Arti.IIII.

LOquutus eſt dñs:Singuli ꝑ turmas ſuas,ſigna atq; vexilla metabũt̃.Ex litera edocemur,
Rom.13. q̃ vere dixit Apl's:Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt.ſapiẽtis nãq; eſt ordinatũ & pulchrum
opus ꝓducere.Ideo voluit Deus ppl'm illũ Hebræum ab extra tã ordinate diſponi,tam
decenter procedere,tam reuerentialiter circa tabernaculum ſe habere,vt deſignaret q̃ recte
& iuſte oporteat eos intus q̃lificari,q̃ virtuoſe ꝓficere,q̃ deuote conuerſari,q oĩpotenti cu-
1.Co.14. piunt cõplacere,æternaliterq; ſaluari.ideo dixit Apl's:Oĩa aũt decẽter & ſecundum ordinẽ
fiant in vobis.Spiritaliter ergo vnuſquiſq; vere Iſraelita.i.Chr̃ifidelis ꝑ turmas ſuas.i. inter
eos q eiuſdẽ ſecum ſunt vocatiõis aut ꝓfeſſionis,ꝑ ſigna.i.opa bona q̃ ſunt fidei vera indicia,
ſeu ꝑ baptiſmalẽ characterẽ aut ordinem ſacrum,vel ꝑ ſigna.i.miracula ſua aut patrum ſan
ctoꝝ,& ꝑ vexilla.i.ſanctæ crucis ſignacula aut p̃clara virtutũ inſignia,metet̃.i.mentis ſuæ q-
etẽ & ſedẽ ſeu manſionẽ figat in dño ꝑ gyꝝ tabernaculi.i.vndiq; adhærẽdo eccleſiæ,nec lon
ge recedendo ab ea.Ad orientẽ Iudas figet tentoria.Tabernaculũ iſtud,vt tactũ eſt,deſignat
Eſaiæ 11. eccleſiam,ſeu quamcunq; congregationem deuotam ſeu animam ſolidam,iuſtã,catholicã.
In gyro eccleſiæ principes.i.duodecim apoſtoli ſua fixerunt tentoria,id eſt, ſtatiões ac man
ſiones, ad muniendum & confortandum eccleſiam. Animam vero iuſti duodecim virtutes
morales decorant ac protegunt:vel duodecim iſtæ virtutes (vtendo extẽſe nomine virtutis)
Galat.5. ſunt tres virtutes theologicæ,ſeptemq; dona ſpiritus ſancti,gr̃a gratum faciẽs,& gr̃a ſacra-
mentalis,ſi tamen ab inuicem diſtinguãtur: vel certe duodecim fructus ſpiritus.Porro ori-

ens eccleſiæ eſt vel Chriſtus,de quo Zacharias:Ecce,inquit, vir oriens nomen eius: vel fides
per quam primo illuminatur à ſole ſapientiæ:vel reſpectus ad gr̃am gratificantem, vel ſta- Zach. 3.
tus incipientium.Meridies eccleſiæ eſt proſperitas,vel ardor ſancti amoris,vel affluẽtia ſu-
pernoꝝ chariſmatum ſeu ꝓficientium ſtatus.Occidens eſt mors ſalubris, coram dño preci Pſal. 115.
oſa,vel finis mundi, vel ſtatus perfectoꝝ, inquantum in eo finitur ꝓfectus oĩs vitæ præſen-
tis.Aquilo eſt aduerſitas,tentationum duritia,refrigeſcentia charitatis. In q̃libet hoꝝ qua-
tuor multi morant̃.At vero ꝑ quadripartitam duodecim tribuum diuiſionem, vel quatuor
euangelia,vel quatuor virtutes cardinales, vel quatuor principales partes mundi ad Chr̃m
conuerſæ intelliguntur,quæ omnes ad Chr̃m & eius eccleſiam reſpexerunt:ꝑ hoc quoq;, ꝙ
in qualibet parte quaternarij illius erant tres tribus,ſignificat̃,ꝙ fides ſupbenedictæ trinita-
tis vbiq; terraꝝ in ſancta eccleſia concorditer eſt ſuſcepta.Itaq; in exercitu Eccleſiaſtico iu-
giter maneamus, hæreticoꝝ & ſchiſmaticoꝝ conuenticula,vitioſa conſortia, loca pericu-
ſa vitantes.In exercitu,immo & in anima noſtra princeps ſit Iudas .i. confeſſio laudis diui-
næ,confeſſio propriæ culpæ,& proteſtatio credendoꝝ.Nam Iudas interpretat̃ confeſſio,cui
iungatur Iſachar.i.ſpes ſeu conſideratio retributionis æternæ, vt omnis vana contemnatur
intentio,nec propter laudem humanam aliquid fiat.Iſachar nanq; vir mercedis interpreta-
tur.Et Zabulon.i.firma in Deo ſtabilitas,ne mens in bonis diſtrahatur à domino. Zabu-
lon quippe habitaculum fortitudinis dicitur. Conformiter per alia patriarchaꝝ nomina,
ſecundum variam eorum interpretationem,diuerſæ intelliguntur virtutes.

¶Explanatio literalis cap.3. Hæ ſunt generationes Aaron & Moſis. Arti.V.

NVmeratio,diſpoſitio & ꝓprietates aliquæ Leuitaꝝ,nunc deſcribunt̃. [Hæ ſunt gene-
rationes Aaron & Moſis.] Nominat̃ hic Aaron ante Moſen,q̃m ſenior erat,& propter
pontificij dignitatem. frequentius tñ dum pariter recitant̃, Moſes ante exprimit̃, q̃a
ſimpliciter maior fuit & ſanctior.[in die q̃ loquutus eſt dominus ad Moſen,]nõ ꝙ in die ſeu
tempore illo genuerint,ſed quia tunc habuerunt generationes ſeu filios generatos.[in mon
te Sinai.] Nã ante tabernaculi cõſtructionẽ & erectionẽ dñs ad Moſen loquebat̃ cõmuni-
ter in vertice montis illius:tabernaculo autem erecto,in ipſo tabernaculo.[& hæc ſunt noĩa
filioꝝ Aaron:Primogenit⁹ eius Nadab,deinde Abihu & Eleazar & Ithamar. Hæc noĩa filio
rum Aaron ſacerdotũ q vncti ſunt].i.cõſecrati in ſacerdotes.[& q̊ꝝ repletę & cõſecratæ ſunt
manus,vt ſacerdotio fungerent̃:]qualiter intelligendum ſit iſtud, & q̃liter filij Aaron dican
tur vncti & cõſecrati,& repletæ ſeu initiatæ manus eoꝝ ad fungendum ſacerdotio, clare ex-
preſſum eſt in Exodo & Leuitico q̊q;. breuiter tñ repetendo dicunt nonnulli,ꝙ ſolus ponti Exo.29.
fex vngebatur oleo ſancto in capite ac manibus, inferiores aũt ſacerdotes in manibus tñ, Leuit.8.
& hoc textus videt̃ interdum innuere,ſicut & iſto in loco. Alij dicunt ꝙ non vngebant̃ oleo
puro,ſed quadam confectione ex oleo & ſanguine ſacrificij facta:ꝙ item vnctio illa non fuit
niſi adſperſio,q̃ ipſi & veſtes eoꝝ adſpergebant̃ huiuſmodi commixtiõe.ſed ſecundũ hoc nõ
apparet,cur manus eoꝝ dicant̃ ſpecialiter cõſecratę,niſi forte ꝙ ideo,q̃m mixtura illa ex ad-
ſperſione,tetigerit nudas eoꝝ manus.Vel ideo dicunt̃ manus eoꝝ repletæ & cõſecratæ,quia
in eoꝝ cõſecratione pontifex poſuit q̃ſdam ſacrificioꝝ materias ſup manus eoꝝ,ꝑ q̊d dedit
eis authoritatẽ ſacrificandi,ꝓut ſup Exodum expoſitũ eſt. Nec aliter poterãt ſacerdotali of Exo.29.
ficio legitime vti.[Locutusq; eſt dñs ad Moſen: Applica tribum Leui].i. ab alijs diuide eã,
& corã Aaron ipſam p̃ſenta.ideo ſubdit:[& fac ſtare in cõſpectu Aaron ſacerdotis,vt mini-
ſtrent ei]tanq̃ pontifici, ꝓſequendo inferiora obſeq̃a.[& excubent].i.vigilanter intenti ſint
die ac nocte tẽpore opportuno.Videt̃ aũt B.Auguſtinus ſentire,ꝙ excubare hic accipiat̃ ꝓ-
prie,vtpote ꝓ nocturna vigilatione,q̃ certis horis fit in caſtris ꝓ cuſtoditiõe exercitus,q̃ſi Le
uitæ putauerint,vel ne putarent,ſe eſſe debere immunes à vigilijs talibus ꝓpter honorem q̊
in tabernaculo ſeruiebant, p̃ſertim cum & eos oporteret viciſſim ſeruare ꝓpter opera taber
naculi vigilias tales, quales obſeruabant̃ circunquaq; in alijs caſtris.& [& obſeruent quicq̃d
ad cultum ꝑtinet multitudinis].i.ea q̃ ꝓ communi populo Iſrael erant agenda in hoſtijs &
oblationibus, exequant̃ ex parte cõmunitatis,& ꝓ ꝓſperitate ac ſalute vniuerſoꝝ ſecũdũ re
gulam officij Leuitis p̃fixam.[coram tabernaculo teſtimonij].i.in atrio in q̃ Leuitæ tale of
ficium exercuerunt communiter. [& cuſtodiant vaſa tabernaculi].inſtrumẽta cultus diui-
ni eis commiſſa,vt infrà dicet̃.[ſeruientes in miniſterio eius].i.Deo obſequẽtes in his q̃ in ta
bernaculo ac atrio fiunt. [Dabiſq; dono Leuitas Aaron & filijs eius].i. Leuitas aſſignabis
gratuite ac ſubdes pontifici & ſacerdotibus alijs,[quibus traditi ſunt à filijs Iſrael].i. ex parte Num.4.
filioꝝ Iſrael,& pro ipſis dati & aſſignati ac ſubditi ſunt Leuitæ pontifici ac ſacerdotibus.Si-
quidem ꝓ tota communitate diuino ſunt cultui deputati.[Aaron autem & filios eius conſti
tues ſuper cultum ſacerdotij].i.eorum exequutionem quæ ad ſummum ſacerdotem, inferi-
oresq; ſacerdotes pertinent,eis committes.Iſtud enim iam extitit factum in conſecratione
ipſoꝝ.[Externus] vtpote de ſtirpe Leuitica non exiſtens,[qui acceſſerit ad miniſtrandũ].i.

ad faciendum Leuiticum aut ſacerdotale officiũ,[morieť]ſicut in expoſitione primi capitu
li dictũ eſt.[Loquutuſq́ eſt dñs ad Moſen,dicens:Ego tuli Leuitas à filijs Iſrael].i.tribũ Le-
ui elegi & adſumpſi ad miniſteriũ meũ in ſanctuario. [ꝓ omni primogenito q aperit vuluã
in filijs Iſrael].i.pro primis filijs Iſraelitaꝝ exeũtibus vteꝝ maternum ante cęteram prolem.
[eruntq́ Leuitæ mei].i.meo cultui ſpecialiter deputati.[Meum eſt enim omne primogeni-
tum].i. mihi ſpecialiter conſecratũ ſeu cõſecrandũ ex meiipſius ſtatuto in cõmemorationẽ
Exod.11. & grãꝝ actionẽ,ꝙ primogenita Iſraelitaꝝ nõ tetigi, ſed ſaluaui qñ Aegyptioꝝ primogeni
ta interfeci.ideo ſubditur: [Ex q̃ ꝑcuſſi primogenitos in terra Aegypti,ſanctificaui].i.offerẽ
dum & deputandum,[mihi]inſtitui[quicq̃d primum naſciť in Iſrael,ab hoĩe vſq; ad pecus]
incluſiue,[mei ſunt,]ꝑſertim q̃a primitiæ cuiuslibet fructus Deo debẽtur. [Loquutuſq́ eſt
dñs ad Moſen,dicens:Numera filios Leui ꝑ domus patrũ ſuoꝝ & familias].i.numerãdo eos
q deſcenderunt ex ſemine Leui ꝑ tres filios eius,videlicet Caath, Gerſon & Merari, q̃ꝝ filij
vocantur tres domus:numerando q̃q; natos ex poſteris illis,qui fecerunt multas familias:
ſicq́; domus,vt hic ſumiť,includit familiam,quemadmodũ tribus domũ.Poſſunt tñ nunc ac
Nũe.26. cipi ꝓ eodẽ,q̃a & infrà poſteritas cuiuslibet filiorũ Leui,vocatur familia,cũ dř:Caath à q̃ fa
† Oẽm milia Caathitaꝝ.[†Omne maſculinũ ab vno menſe & ſuprà]Primogenita nãq; aliaꝝ tribu
maſculũ um,ꝓ q̃bus iſti cõmutabantur,offerebantur in tẽplo, dum erant vnius menſis & paulo plus,
ſ.quadrageſimo die à ſua natiuitate. [Numerauit Moſes vt p̄ceperat dñs &c. filij Gerſon] q
*Lebni erat filius Leui patriarchæ,fuerũt[*Lobni & Semei]de q̃bus natæ ſunt duæ familiæ,& cõti-
nebant ſeptẽ millia q̃ngentos.[Hi poſt tabernaculũ caſtrametabũtur ad occidentẽ,& habe
bũt excubias].i.vigilantẽ cuſtodiã,[in tabernaculo fœderis]exercendo ibidẽ ſuũ officiũ, dili
gẽter cuſtodiẽdo ipſum tabernaculũ & opimentũ eius,immo opimẽta,q̃ꝝ vnũ fuit de ſagis
cilicinis.Secundũ de pellibus arietũ rubricatis.Tertiũ de pellibus hyacinthinis. [tẽtoriũ].i.
velũ[q̃d trahiť añ fores tecti fœderis].i.ſanctuarij,cuius tectũ fuit planities,& opiebatur p̄fa
to triplici opimento.[tentoriũ q̃q;,q̃d appendiť in introitu atrij tabernaculi].i.velũ q̃d ante
ianuã ſeu aditũ atrij pẽpedit.Vnde alia litera habet, velũ oſtij atrij.[& q̃cq̃d ad ritũ altaris ꝑ-
Exo. 38. tinet].i.ad obſeruantias eoꝝ officio deputatas circa altare holocauſtoꝝ, q̃d ſtetit in atrio.
[Funes tabernaculi & oĩa vtẽſilia eius.]Circa hæc eñ obſeq̃um q̃ddã habebãt ꝑ modũ q in
frà tãgetur:ꝑſertim ſi ꝑ tabernaculũ, atriũ tabernaculi intelligatur,vt añ frequẽter eſt factũ.
Ideo reprobatio cuiuſdã hoc loco nõ p̄ualet.¶Seq̃tur de domo Leuitaꝝ ſecunda.[Cogna-
tio Caath].i.ꝓgẽnies totalis deſcendens de Caath filio Leui,[habebit populos].i. quatuor
familias,vtpote[Amramitas & Ieſſaaritas & Hebronitas & Ozielitas.] Hæ q̃tuor familiæ
natæ ſunt ex quatuor filijs Caath,puta ex Amram & Ieſſaar & Hebron & Oziel. [hi habebũt
excubias ſanctuarij]q̃d deferebant. [& caſtrametabuntur ad meridianam plagam tabernacu
li.Et cuſtodient arcam,menſamq́ & candelabrũ,altaria & vaſa ſanctuarij]in q̃bus miniſtra
tur.Hæc portabant proprijs humeris inuoluta. Dura eñ ferebat, & cum illis vnum molle,
de q̃ ſubditur:[& velum]q̃d inter ſancta ſanctoꝝ & ſancta pendebat.Sicq́ apparet, ꝙ vtrun
q; altare portabant,& vaſa amboꝝ ſaltẽ p̄cipua, vt q̃ altaribus ꝓpria erant, vt aliqui dicunt.
Princeps aũt principum Leuitaꝝ Eleazar filius Aaron,erit ſuper excubitores cuſtodiæ ſan
ctuarij.]Iſte Eleazar fuit princeps gñalis ſpecialiũ principum,q præerant in ſuis familijs, &
coĩter p̄fuit excubitoribus tabernaculi,cui & p̄fati principes particulares rõnem reddebãt.
Subditur de tertia domo Leui:[At vero de Merari erunt populi Moolitæ & Muſitæ]q̃ duæ
familiæ natæ ſunt de duobus filijs Merari, puta de Mooli & Muſi. [in plaga ſeptentrionali
metabuntur,eruntq́ ſub cuſtodia eoꝝ tabulæ tabernaculi & vectes & columnæ ac baſes ea-
rum,columnæq́ atrij cum baſibus ſuis]Ad Meraritas nanq; ꝑtinuit ferre dura,q̃ extra taber
naculũ erant:ſicut ad Caathitas dura, q̃ intra illud fuerunt.nec obeſt q̃d ſubditur, [& paxillã
cũ funibus]q̃a de funibus,q inſeparabiliter erãt innexi duris,exponitur hoc. Portabãt autẽ
iſta in curribus.Seq̃tur de ſitu ſupioꝝ,q erant Caathitæ.[Caſtrametabuntur ante taberna-
culũ fœderis].i.ad orientalẽ plagã [Moſes & Aaron cũ filijs ſuis,habentes cuſtodiã ſanctua
rij.]Hi eñ habuerũt principalẽ reſpectũ,curã & gubernationẽ tabernaculi Dei, in q̃d intra
batur ab oriẽte.Deinde ſubiungiť ſumma oĩm hoꝝ ſic numeratoꝝ.[Oẽs Leuitæ q̃s nume-
rauerũt Moſes & Aaron ab vno mẽſe & ſuprà,fuerũt vigintiduo millia.]Hoc veꝝ eſt,iuxta
morẽ ſcripturæ,q̃ minutias tẽpoꝝ & numeroꝝ nõ cõputat. Stricte eñ numerãdo & cõſoci
ando p̄fatos numeros partiales,faciũt vigintiduo millia & trecẽta.Inſuꝑ dici poteſt,ꝙ trecẽ-
ti illi omittunť in ſumma hac,qm̃ primogeniti erãt,ſicq́ rõne primogenituræ ꝑtinebãt ad
dñm,ſicut & primogeniti alij:idcirco ꝓ alijs primogenitis nõ poterãt cõmutari, ac dño de-
putari. [& ait dñs ad Moſen: Numera primogenitos ſexus maſculini de filijs Iſrael à menſe
vno & ſuprà.]Hoc ĩtelligiť de primogenitis tribuũ aliaꝝ.[Tolleſq́ Leuitas mihi &c.].i.eos
meo cultui in tabernaculo applicabis. [& pecora eoꝝ]ſ. Leuitaꝝ,[pro vniuerſis primogeni
tis pecoꝝ filioꝝ Iſrael.]Verũtñ pecora mũda ac primitiua aliaꝝ tribuũ dño offerebãt.Ideo
de

de pecoribus eaꝝ immundis ſeu non immolatitijs quæ redimebanť,exponiť hoc. [Recenſu
it].i.numerauit[Moſes ſicut p̄ceperat dñs,& fuerunt primogeniti]eaꝝ.i.tribuum,[maſcu-
li ab vno menſe & ſuprà, vigintiduo millia ducenti ſeptuagintatres.In precio aũt ducento-
rum ſeptuagintatriũ primogenitoꝝ tribuũ] cæteraꝝ[q excedunt numeꝝ Leuitaꝝ]iam p̄-
taxatũ,q cõmutari poterant ꝓ filijs Iſrael.[de primogenitis filioꝝ Iſrael accipies q̃nq; ſiclos
ꝑ ſingula capita].i.ꝓ q̃libet illoꝝ primogenitoꝝ aliaꝝ tribuum Iſrael,accipies in precium
eorundẽ q̃nq; ſiclos[ad menſurã ſanctuarij:]q̃ꝝ ſ.vſus in ſanctuario fuit,ꝓut ſępe expoſitum
eſt.Illi nanq; reſidui non poterant redimi ꝑ Leuitas,ideo ꝑ pecuniã ſunt redempti à paren-
tibus ſuis coĩter,& illa pecunia data eſt Aaron & filijs eius,tanq̃ Dei tabernaculiq́ miniſtris,
q cõmunem totius plebis curã gerebant,& cauſam ſalutis eoꝝ agebant, & clarus eſt textus.
¶Circa exordiũ huius cap.q̃ri poteſt,cur ibi dicať: Hę ſunt gñationes Aaron & Moſis,cũ cõ
ſequẽter nõ fiat mẽtio ibi de filijs Moſis,nec fuerunt ſacerdotes. Ad hoc refert Lyra, R.Salo R.Salo.
monẽ rñdere,ꝙ Moſes fuit ſpiritalis př Aaron filioꝝq́ eius,qm̃ docuit eos legẽ:quam rñſio R.Paul⁹.
nẽ reprobat R.Paulus,qm̃ ſimili rõne dici poſſet pater totius Iſraelitici populi: addit quoq;
ꝙ filij Moſis,q̃uis non exprimantur in ſpeciali,recoluntur tamẽ in generali,videlicet in ſum
ma Amramitaꝝ.ſed dictũ hoc R.Pauli non videť magni vigoris,quoniã Moſes non ſolum
ratione doctrinæ,immo & ratione ſuæ præſidentiæ,potuit dici pater plebis illius.

¶De ſpirituali huius capituli tertij intelligentia. Arti. VI.

QVod dñs ſacerdotalẽ & Leuiticã ſtirpẽ fecit numerari ſpecialiter & ſeorſum, deſignat
ꝙ ei ſit ſpecialis cura circa ſacerdotes,& p̄latos ſpiritaleſq́ hoĩes,à q̃bus & maiora ac
plura req̃rit:ſpecialiter q̃q; diligit eos,ſi digne ſe habeant:ſi q̃ min⁹,intolerabilior im
minet eis damnatio,hoc eſt,ſi inſtar duoꝝ filioꝝ Aaron, q ignem obtulerunt alienum, ex-
ceſſerint q̃d agũt, q corda ſua ſpũiſancto cõſecrata,relicto ſanctæ dilectiõis igne,implẽt car Leui.10.
nali & turpi amore,& bona q̃ agunt,intentione ꝓſequunť ſiniſtra,aut falſa ſeminãt documẽ
ta.Applica tribũ Leui &c.Ex his docemur,q̃ integro ac feruido vigilantiq́ corde ſacerdo-
tes & oẽs q in ſacris cõſtituti ſunt ordinibus,habere ſe debeant circa diuina,ſuis q̃ꝝ ſuperio
ribus obedire,ita vt vnuſquiſq; efficiat q̃d ſibi iniunctũ eſt, nec tranſgrediať terminos ſibi
p̄fixos.Ego tuli Leuitas à filijs Iſrael.In lege naturæ primogeniti erant cõmuniter ſacerdo-
tes:veꝝ in lege Moſis vnam tribũ Deus ſpecialiter ſibi aſſumpſit in ſacerdotale Leuiticũq́ Deu. 19.
officiũ,q̃tenus ex ipſa ſucceſſiõe ſacerdotalis dignitas in maiore habereť honore.¶Ampli-
us, ex p̄habita cõmutatione filioꝝ Leui ꝓ primogenitis tribuũ aliaꝝ,& ex reſiduoꝝ primo-
genitoꝝ Iſrael redẽptione,diligentiq́ numeratione,cõmendať nobis rectitudo,immo & di
ſtrictio diuinæ iuſtitiæ:ꝑ tres vero familias Leuitarũ, intelligi poteſt triplex ordo ſacer, ſeu
triplex eorũ diſtinctio,q in ſacris ſunt cõſtituti ordinibus,ſeu triplex ſtatus religioſorũ,vi-
delicet ſtatus aĩalis & rõnalis ac ſpiritalis,ſeu triformis diuerſitas famulantium Deo, videli-
cet ſeruorũ fideliũ & amicorũ ac filiorũ,vel via purgatiua,illũinatiua & ꝑfectiua.ſed hoc in-
frà amplius oñdetur,vbi Leuitarũ & ſacerdotum officia plenius deſcribunť.Rurſus per hoc Num. 4.
ꝙ Leuitæ in circuitu tabernaculi ꝑ q̃tuor plagas loca ſortiti ſunt & caſtra fixerunt, in q̃bus
& aliæ tribus:inſinuatur ꝙ ſacerdotes & p̄dicatores iugiter debent plebi de ꝓpinquo aſſiſte
re,vt eam informent ac tueãtur:& quoniam pro communi omnium laborant ſalute, ab oĩ-
bus filialiter ſunt amandi,honorandi ac ſuſtentandi. Amplius,ꝑ hoc ꝙ Moſes & Aaron cum
ſuis habuerunt cuſtodiã ante fores tabernaculi ab oriente,innuiť ꝙ maiores prælati ac prin
cipes debeant eccleſiã cum omni diligentia ac fidelitate reſpicere, obſeruare,tueri,ne hære-
tici,ſchiſmatici,perfidi aut tyranni eam inuadant,corrumpant aut perſequantur, q̃bus vel
materiali,aut ſpiritali,aut viciſſim vtroq; obuiandum ac reſiſtendum eſt gladio.

¶Declaratio literalis cap.4. Loquutuſq́ eſt dominus ad Moſen & Aaron. Arti.7.

NVnc dominus iubet,q̃liter circa deportationem tabernaculi & contentoꝝ in eo, ha-
bere ſe debeant filij Leui.[Loquutuſq́ eſt dominus ad Moſen & Aaron, dicens:Tol-
lite ſummam].i.certũ numerũ [filiorum Caath de medio].i. vniuerſitate [Leuitarũ,]
vel de medio,qm̃ inter filios Leui medius fuit Caath,primogenit⁹ vero Gerſon & vltimus
Merari,ſicut in Exodo ſcriptũ eſt:Filij Leui,Gerſon,Caath & Merari.Gloſſa q̃q; ex Orige- Exo. 16.
ne hoc dicit.[à triceſimo anno & ſuprà vſq; ad q̃nquageſimũ annũ, oĩm q ingrediuntur ta- Origen.
bernaculum,vt ſtent & miniſtrent in tabernaculo fœderis.]Iſti de ſtirpe Caath non idẽ ha-
buerunt officium,quia in duos ſtatus erant diuiſi.Nam q̃dam eorum ſacerdotes fuerunt,vi-
delicet Aaron & poſteri eius,q deſcenderunt de Caath ꝑ Amram patrẽ Moſis,Aaron,& Ma
riæ.Alij fuerunt tm̃ Leuitæ,& ſacerdotibus ſeruierunt in tabernaculo,& circa ſacrificia,atq;
in deferendis his q̃ nunc deſcribunť,immo & præcedenti capitulo ſunt expreſſa.¶Præterea
q̃ſtio oritur,q̃modo hic dicať,à triceſimo anno & ſuprà:cũ infrà ſcribať, A vigintiq̃nq; an- Nũe. 25.
nis & ſuprà:translatio q̃q; Septuaginta hoc loco habet,à viceſimoq̃to anno:quẽ numerũ an
norũ in ordinatiõe ſacerdotũ nos obſeruamus,vt in hiſtorijs ait Magiſter.Rñdeť ꝙ in anno

vitæ ſuæ 25.applicabant,vt obſeq̃um Leuitaꝝ addiſcerent:anno aũt 30.hi q̃ ꝑ experientiam
inuenti fuerunt apti officio exercendo,inſtituebant ad miniſtrandũ,inepti vero repelleban-
tur.Recte quoq; in anno triceſimo factum eſt hoc,q̃a vſq; ad illud tempus proficit homo in ra
tiõis vigore ac viribus corporis, vis autem corporis à quinquageſimo anno decreſcere in-
cipit.Vnde vt in Decreto habetur,Eccleſia diu ſic obſeruauit,ꝙ ante triceſimũ annũ nõ po
Diſt. 77. terat q̃s ad ſacerdotiũ ꝓmoueri.Conſequenter narrat officiũ Caathitaꝝ, Aaronitaꝝ,vtpo
eṗs & ca. te ſacerdotum.[Hic eſt cultus].i.obſeruantia cæremonialis,[filioꝝ Caath]non oĩm, ſed eo-
i veteri. di. 78. Si rum de q̃bus ſubiungitur:[Tabernaculum fœderis].i.exteriorem ſanctuarij partem,q̃ aliq̃n
q̃s,& ca. ſanctũ ſeu ſancta vocat.[& ſanctum ſanctoꝝ ingredient Aaron & filij eius] videlicet ſacer-
pſbyter. dotes, [q̃n mouenda ſunt caſtra].i.q̃n Iſraelitæ loca mutabũt & ꝓgredientur, motum nu-
bis ſequendo.[& deponent velũ, quod pendet ante fores:] videlicet velum q̃d inter ſancta &
ſancta ſanctoꝝ pendebat, & ante aditum interioris partis tabernaculi.[inuoluetq́; eo]ſ.ve-
lo iſto[arcam teſtimonij,]in qua videlicet erant tabulæ teſtamẽti. & vt in Scholaſtica fertur
Euſebi⁹. hiſtoria,hoc velo inuoluebãtur ſimul cum arca propiciatorium & Cherubim.[& operient
arcam]cum his ſibi annexis,[rurſus velamine hyacinthinaꝝ pelliũm,extendẽtq́; deſuꝑ pal
Origen. lium totum hyacinthinum,]ſicq́; triplici operimento fuerunt iſta op̃ta.Hinc loquitur Ori
genes: Septem ſunt q̃ operiri ſunt iuſſa. Primo, tanq̃ oĩm precioſior, arca operta eſt velo.
Pelle quoq; hyacinthina deſuꝑ tegitur.additur etiam aliud velamen deſuper hyacinthinũ.Se-
cundo,op̃ta eſt mẽſa,tertio candelabrũ,quarto altare aureũ,q̃nto vaſa miniſterij,ſexto opi-
mentum altaris cum quibuſdam velamentis appoſitis, ſeptimo operitur & labrum, & ni-
hil hoꝝ nudum relinquitur.Deniq; additur:Nolite exterminare de tribu ſua plebẽ Caath,
vt ſ.exterminandos ſe ſcirent,ſi forte ad hæc mouenda manus ſuas mitterẽt, niſi vnumquodq;
eoꝝ prius fuiſſet à ſacerdotib⁹ tectũ.Hæc Origenes.[& inducent vectes] Nõ eſt ſenſus,vt ve
Exo. 25. ctes inducerent arcæ,cũ in Exodo ſit dictũ, ꝙ vectes iugiter manebãt in arca,nec extrahe-
bãtur,ſed vt inducerent eos portãtium humeris. Veruntñ extrahi poterant,q̃n aliq̃d fuit re-
parandũ in eis:quo facto,rurſus annulis aureis imponebãtur. [Menſam quoq; ꝓpoſitionis] ſuper
quã omni ſabbato mane ponebãtur duodecim panes ꝓpoſitionis.[inuoluẽt]ſacerdotes[hy
acinthino pallio,& ponẽt cũ ea thuribula & mortariola]aurea,[cyathos & crateras ad liba
Ibidem. fundẽda.]De his diuini cultus vaſis & inſtrumẽtis, ſuꝑ Exodum dictũ eſt: atq; vt dictũ eſt in
Exodo,Thuribula illa aurea duo erãt,in quoꝝ vno ponebatur incẽſum ſuper ſex panes ꝓpoſi
tionis,in alio ſuper alios ſex.Mortariola erãt vaſa,in q̃bus terebãtur radices & ſpecies ꝓ vn
guentis & cõſimilibus conficiendis.Cyathi erãt vaſcula parua,phialiſq́; minora, ex q̃bus vi
num fundebat ſuꝑ altare.Crateræ ſunt ſcyphi, q̃bus liq̃da materia ſiccæ cõmiſcebatur, fie-
bãtq́; liba.[panes ſemꝑ in ea erũt:] q̃a vt patuit,q̃n duodecim panes deponebãtur de menſa
illa,mox alij totidẽ ſuꝑ eã collocabant.Cũq́; mẽſa ad aliũ locũ deferebat, panes cũ ea inuol-
uebantur.[Extendẽtq́; deſuꝑ].i.ſuꝑ menſam illam & ſuꝑ cõtenta in ea,[palliũ coccineũ. Su
mẽt & palliũ hyacinthinũ, q̃ operiẽt candelabrũ]aureũ,[cum lucernis & forcipibus ſuis &
emunctorijs & cũctis vaſis olei, q̃ ad concinnãdas lucernas neceſſaria ſunt.] Lucernæ illæ ſe
ptẽ erãt,fuerũtq́; lãpades inſertæ candelabro.Forceps vocatur inſtrumentũ,q̃ calidum q̃d te
netur.interdũ ꝓ nouacula,q̃nq; ꝓ emunctorio ſumitur.Vaſa, in q̃bus oleum cõtinebat ꝓ p̃-
fatis lucernis cõcinnandis,i.cõponendis atq; fouẽdis,aurea erant.de his cũctis ꝑtranſeo,q̃m
Exo. 25. ſuꝑ Exodũ,Leuiticũq́; diffuſe expoſita ſunt.[Inducẽtq́; vectes]In Exodo nõ legitur candela
Leui.25. brũ hoc vectes habuiſſe.Veruntñ cũ inuolutũ erat,ad deportandũ vectes in ſuperficie operi-
mẽtoꝝ ponebãtur, vt cõuenientius baiularetur.Deinde in textu ſubiũgitur de inuolutione
aurei altaris,oĩmq́; vaſoꝝ,per q̃ in ſanctuario miniſtrabatur,& planus eſt textus.[ſed & alta-
re mundabunt cinere.]Hoc de altari holocauſtoꝝ ſumẽdum eſt,ſuper q̃ holocauſta cõbure-
bãtur:ꝓpter q̃d cineres remanẽtes inde eijciebãtur, per quoꝝ eiectionẽ mũdabatur altare. [&
inuoluẽt illud purpureo veſtimẽto]Sub hoc altari cõtinebatur ignis perpetuus deſuꝑ dat⁹:
q̃uo ergo cõgruebat vt purpura opiret̃: & cur magis opertũ eſt purpureo opimẽto,q̃ p̃fata,
q̃ hyacinthinis operta ſunt velamẽtis? Quocirca refert Lyra R.Salomonẽ dicentẽ:Ignis in
altari hoc ſemper erat,ſed dum caſtra mouebantur,ponebatur deſuper operimentũ æneũ &
R. Salo. palliũ deſuper,nec cõburebatur,ſicut nec ignis ille extinguebat à vẽto aut pluuijs,tẽpore q̃
tis caſtroꝝ diſcoopertus ſub diuo.Hoc dictũ approbat Lyra,additq́;:Fiebat etiã hoc diuino
myſterio,q̃a in populo illo erant miracula q̃dam tranſeuntia,ſicut diuiſio maris rubri & q̃-
Exo. 14. dã permanẽtia,queadmodũ deſcenſio mãnæ,& continuatio huius ignis ſine extinctiõe.Lite
Exo. 16. ralius tñ veriuſq́; dicendũ videt,ꝙ ex quo holocauſtum fuit digniſſimũ ſacrificium:ideo ꝓpter
diuinæ reuerẽtiã maieſtatis,altare illud tã p̃claro operiebatur tegumẽto.[Ponẽtq́; in eo va-
ſa,q̃bus in miniſterio eius vtunt].i. in ſacrificijs & immolationibus q̃ in iſto fiebãt altari.i.
ignium receptacula.i.inſtrumenta ſeu vaſa,in q̃bus ſacerdotes poſuernut prunas ardẽtes, q̃s
de igne altaris holocauſtoꝝ ſumpſerunt, eaſq́; tulerunt in tabernaculum ad altare thymia-
matis

matis ſeu incenſi, ad cremãdum ſuꝑ illud ipſum thymiama ſuaue.[fuſcinulas] quæ ſunt in-
ſtrumẽta, quibus coci extrahunt de caldaria carnes.[ac tridentes vncinos.] Tridens eſt in-
ſtrumentũ habens tres dẽtes.[& batilla,] quæ ſunt vaſa, in quibus portant carbones ſeu pru
næ. Porro in Exodo nõ nominant tridentes, vncini atq; batilla, ſed alia quædã nõ expreſſa Exo. 27.
hoc loco,puta lebetes,in q̃bus ponebant quæ ex ſacrificioꝝ cõbuſtione in altari holocauſti
mãſerunt:forcipes atq; craticula ænea,inſtar retis formata.[Cuncta vaſa altaris] holocauſto
rum [operient ſimul velamine hyacinthinaꝝ pelliũ.Cũq́; inuoluerint Aaron & filij eius ſan
ctuariũ].i.cõtenta in eo,[& oĩa vaſa eius] iam dicta,[in cõmotione caſtroꝝ].i.inſtãte pro-
greſſu filioꝝ Iſrael cũ ſuis tẽtorijs,[tunc intrabũt filij Caath].i.p̃dicti Caathitæ,quoꝝ mini-
ſteriũ fuit ꝓpinquius officio ſacerdotũ,q̃ officia Gerſonitaꝝ & Meraritaꝝ:tunc itaq; intra-
bunt exteriorẽ tabernaculi partẽ,[vt portẽt inuoluta,& nõ tãgant vaſa ſanctuarij] nuda,[ne
moriant:] q̃a ſi tãgerent ea nondũ inuoluta,mererent plagari à dño, cõtra eius p̃ceptũ agẽ-
do:q̃d fuit iuſſum,vt cultus Dei & ſacerdotiũ,eiuſq́; inſtrumẽta,in reuerẽtia haberent maio
ri,& ꝓpter myſticã rationẽ ſequenti articulo inducendã. [Iſta ſunt onera filioꝝ Caath in ta
bernaculo fœderis:]q̃a materiæ illæ imponebant eoꝝ humeris deportãdę in prima ſeu exte
riori tabernaculi parte.[ſuper quos erit Eleazar filius Aaron ſacerdotis.] Circa hoc ſcribit Num. 3.
Lyra:Pręcedẽti cap. dictũ eſt ꝙ erat ſuꝑ oẽs Leuitas,ergo nõ ſolũ ſuꝑ Caathitas.ad q̃d reſpõ
det,ꝙ erat ſuꝑ Caathitas immediate, ſuꝑ Gerſonitas vero & Meraritas mediate. Quocirca
ſciendũ,ꝙ p̃cedenti cap̃lo ſic habet:Princeps aũt principũ Leuitaꝝ Eleazar.Ex Scholaſtica
quoq; hiſtoria allegatũ eſt, ꝙ Caathitæ q̃ excubabãt ad meridiẽ,erãt ſub cuſtodia Eleazari,
Gerſonitæ autẽ & Meraritæ ſub cuſtodia Ithamar, immo hoc infrà in iſto cap̃lo euidenter Ibidem.
narrat. Itaq; p̃cedenti cap̃lo dictũ eſt, ꝙ Eleazar præfuit principibus Leuitaꝝ,iuxta ſenſum
in expoſitiõe p̃cedentis cap.introductũ.[ad cuius] Eleazari [curã pertinet oleũ ad cõcinnã-
das].i.cõponendas ac fouẽdas [lucernas] quæ ſuꝑ aureũ erãt candelabrũ.oleũ autẽ illud fuit
de fructibus arboꝝ oliuaꝝ.Deniq; in Exodo dñs iubet: Collocabũt eã,puta lucernã, immo Exo. 37.
ſeptẽ lucernas cãdelabri aurei Aaron & filij eius:cur ergo nunc dicit,ꝙ ad curã Eleazari ſpe-
ctet oleum ad cõcinnãdas lucernas? Reſpõdet, ꝙ ſpecialiter ꝑtinebat ad eum oleũ illud vſq;
ad locũ candelabri apportare,atq; vt fertur,attulit illud in dextera manu.ꝑtinuit itẽ ad eius
curã[& cõpoſitionis incenſum].i.thymiama,ſic ꝙ attulit illud ad altare incenſi in manu,vt
fertur,ſiniſtra.De cuius cõpoſitiõe & materijs in Exodo ſcriptũ eſt:Incendebat autẽ pars ali- Exo. 30.
qua thymiamatis ſuꝑ altare incenſi,in prima tabernaculi parte ad faciendũ ibi ſuauẽ odo-
rem,ne odor qui in atrio ex cõbuſtione ſacrificioꝝ aſſcendit, moleſtiã pareret miniſtranti-
bus in ſanctuario, aut locũ iam ſacrũ abominabilẽ redderet. [& ſacrificiũ q̃d ſemꝑ offert].i.
iuge ſacrificiũ,quo q̃tidie offerebant duo agni anniculi, vnus de mane, & alter de veſpere,
cum alijs q̃buſdã materijs,prout in Exodo deſcribit. Huius itaq; ſacrificij materiã p̃fato mo Exo. 29.
do adduxit Eleazar, & poſt eũ cui ex ſucceſſiõe & ordine cõpetebat.Eratq́; ſacrificium iſtud
præcipuum,& offerebat in holocauſtũ.[& oleum vnctionis] de cuius compoſitiõe ac mate-
rijs ſcriptũ eſt in Exodo.Prouiſio itaq; & cuſtodia olei huius Eleazaro eſt cõmiſſa.[& quic- Exo. 30.
quid ad cultũ tabernaculi ꝑtinet,oĩmq; vaſoꝝ q̃ in ſanctuario ſunt]nõ ꝙ Eleazar oĩa exer
cuit,quæ in toto tabernaculo agebant,immo multa illoꝝ ad ſolũ pertinebãt pontificẽ:ſed
exercitijs certarū virtutū,abſtinēdo,peregrinādo,orādo,aut pauperibus miniſtrādo.Hi oēs
à vino & om̄i inebriatiuo,carnaliterq; delectāte debēt penitus abſtinere,hoc eſt, ab immo-
derātia vniuerſoꝝ,quę guſtū & tactū oblectāt,q̃d & ꝓlatis,principibus atq; iudicibus ꝓcipue
Pro. 31. eſt ſeruādum,iuxta illud Prouerbioꝝ:Noli regibus dare vinum,qa nullū ſecretū vbi regnat
ebrietas,ne forte bibāt,& obliuiſcant iudicioꝝ, & mutent cauſam filioꝝ pauperis. Acetum
ex vino.i.amaritudinē quæ ex vinolētia ſequi ſolet,aut aliā prauā libidinē cōcomitari, non
Eph. 4. ſibi imprimēt nec admittēt,cū dicat Ap'lus: Om̄is amaritudo,ira,indignatio & clamor tol-
Ephe. 5. latur à vobis. Vuas recētes ſiccasq; nō comedent. Sicut ꝑ vinū luxuria, itas ꝑ vuas recentes
ꝓambula & incitamēta luxuriæ,puta amplexus,tactus & oſcula,intelligunt,qbus appetitus
non eſt reficiendus,ſed reprimēdus.Sāctus erit,creſcente cæſarie capitis eius. Cæſaries capi-
tis,eſt germinatio bonaꝝ meditationū,piarumq; affectionū in corde:qbus inualeſcētibus,
Pro.8. homo fit ſanctus, propter q̃d increata ſapiētia cōteſtat: Eruditis interſum cogitationibus.
Super mortuum nō ingrediet.Quoniā ei qui per vitia mortuus mente eſt, non debet vniri,
conformādo ſe illi in quocūq; illicito.nec ſuper patris quidem & matris,fratris,ſororiſq; fu
nere contaminabitur.i.nullius quātumcunq; propinqui aut chari inordinato affectu ſe in-
quinabit,nec de illoꝝ morte ſeu quacūq; aduerſitate immoderāter triſtabit,ne ꝑ hoc à pu-
ritate & ſtabilitate cōtemplatiōis atq; à puritate retrahat diuini amoris. Sin autē mortuus
fuerit quiſpiam ſubito coram eo.i.ſi aliquis eo approbāte aut nō impediēte pro poſſe, ruat
in peccatū mortale,polluet caput cōſecratiōis eius.i. mens eius Deo dicata,in cōſimilē deci
dit culpā,quia nō ſolum morte digni ſunt qui faciunt talia,ſed etiā qui cōſentiunt facienti-
Roma. 1. bus.Hinc rurſus loquitur Paulus: Nolite cōmunicare opibus infructuoſis tenebraꝝ, magis
Ephe. 5. autē redarguite.Quod radet ilico in eadē die.i.ꝓtinus pœnitebit,& cogitatiōes affectiōesq;
prauas de corde ſuo abijciet,& aquis luſtrationis purgabit ſe.i.lachrymis contritionis,aqua
ſapi-

ſapientiæ ſalutaris, rore diuinæ viſitatiōis ſe emundabit. In octauo aūt die.i.ſeptenario ſuæ
pœnitentiæ iam cōpleto,offeret duos turtures.i.mentis & corporis caſtitatē,& duos pullos
columbaꝝ.i.ſapientialē ſimplicitatē in corde & verbis.Cum ſimplicibus nāq; eſt ſermoci- Pro.3.
natio Dei,qui ait:Eſtote ſimplices ſicut columbæ.Sacerdos vero ꝓ ipſo ſacrificās,eſt vel de- Matt.10.
uota mens ſua,vel ſacerdos exterior aut ꝓlatus,qui offert pro illo agnū anniculū. i.innocen-
tiſſimū Dei agnū ꝓpter nos crucifixum, ſeu paſſionē ipſius,ita dūtaxat, vt dies ꝓteriti irriti
fiant.Quoniā polluta eſt ſanctificatio eius,qa dum qs mortaliter peccat,mortificant merita
eius ꝓterita,quēadmodū per Ezechielē dñs teſtat: Si auerterit ſe iuſtus &c. oēs iuſtitiæ eius
nō recordabunt.Veruntñ per ſequentē cōtritionē rurſus viuificant. Spiritalis demū ratio & Ezec.18.
ſignificatio ſacrificioꝝ, quæ exprimunt in textu, ſup Leuiticū frequenter ſunt introductæ. Leu.7.8.
Tunc radet Nazaræus.Hoc eſt q̃d ait Saluator: Cum feceritis om̄ia quæ præcepta ſunt vo- Lucę 17.
bis,dicite:Serui inutiles ſumus.quod debuimus facere,fecimus.Cum itaq; homo virtuoſus
iuxta ſuæ exigentiā vocatiōis digne fuerit cōuerſatus,neceſſe eſt vt ſe om̄ino profunde humi
liet,& diſtractiōes,prauasq; cogitatiōes & phātaſias q̃s īterim habuit, deleat & deploret. Cū 1.Petr.5.
em̄ conſummarit homo,tunc incipiet.Tales autē capillos cōburet igne,qm̄ charitatis con-
ſumunt feruore. Charitas quippe operit multitudinē peccatoꝝ.Eſt quoq; ignis charitatis
ſuppoſitus ſacrificijs,qm̄ nulla oblatio,ſiue ſit ſpiritualis ſeu corporalis,eſt Deo accepta,niſi
in charitate fundet, & ex ea procedat. Sic benedicetis filijs Iſrael: Benedicat tibi dominus.
Iſta fuit benedictio valde cōpendioſa,ſententioſa,deuota & optima,iuxta cuius formam ſa
cerdotes euāgelicæ legis populo Chriſtiano,& vnicuiq; eius ſuppoſito, præſertim ſibi com
miſſis,benedicere debent:& exprimunt in ea ſex verba,ſignificātia ſex actus Dei,quibus ma
xime indigemus.Primo videlicet,vt dona gratiæ ſuæ nobis infundat,quod tāgitur qñ ait:
Benedicat tibi dñs.Secundo,vt dona infuſa cōſeruet. Tertio,vt de ſtatu viæ ad gradum glo
riæ perducat.Quarto,vt culpas interim ſe miſcentes dimittat. Quinto, vt nos gratioſe præ-
ueniat.Sexto,vt pacem conferre dignetur,atq;(vt ait Gloſſa)in hac benedictione dominus
ter nominatur,vt ſumma ſanctaq; Trinitas intelligatur.

¶Explanatio literalis cap. VII. Factum eſt autem in die qua compleuit
Moſes tabernaculum &c. Articulus XIII.

FActum eſt autem in die qua cōpleuit Moſes tabernaculum & erexit illud,vnxitq; & ſan-
ctificauit cum om̄ibus vaſis ſuis altare, ſimiliter & vaſa eius.] In Exodo legitur, Menſe
primo anni ſecundi,in prima die menſis, collocatum eſt tabernaculum, erexitq; illud Exo. 40.
Moſes.Eodem cap'lo dñs ait ad Moſen:Aſſumpto vnctionis oleo,vnges tabernaculum cum
vaſis ſuis, vt ſanctificent altare holocauſti & omnia vaſa eius. Deinde ſubiungit ibi, Poſuit
& altare aureum ſub tecto teſtimonij.Itaq; prima die primi menſis anni ſecundi ab egreſſu
filioꝝ Iſrael de Aegypto,cōpleuit Moſes tabernaculum.i.vngendo atq; ad diuina ibi agen-
da aptādo, conſummauit tabernaculum ſeu cōſecrauit, quod iam pauloante ab artificibus
fuerat materialiter completum,& ſicut Moſes fecit illud.i.fieri iuſſit,ita erexit illud per ma-
nus alioꝝ,qui partes tabernaculi compaginauerunt, & vaſa ac vtenſilia quædā ſacra intule Ibidem.
runt in illud,de quibus om̄ibus ſuper Exodum eſt tractatum. [obtulerunt principes Iſrael,
&] pro id eſt,[capita].i.capitanei [familiaꝝ,] qui principes erāt,[per ſingulas tribus].i.ſin-
guli in ſingulis tribubus præſidebāt,videlicet vnuſquiſq; eoꝝ in ſua tribu,tamen ſub Moſe,
cuius iſti erāt coadiutores in tāti regimine populi.[præfecti eoꝝ qui numerati fuerant à vi-
ceſimo anno & ſuprà,] vt primo huius libri cap'lo patuit. [munera coram dño,] de quibus
muneribus infrà in cap. iſto habet,quæ munera dño obtulerunt in eius conſpectu atq; prę-
ſentia,qui oīa intuet,& vbiq; eſt præſens,præcipue tamen in locis ei conſecratis. [ſex plau-
ſtra tecta].i.operta [cum duodecim bobus,] duo em̄ duces ſeu principes vnum plauſtrū cum
duobus bobus dederunt & exhibuerunt ad Dei honorem, vt ſeruirent ad ea quæ neceſſaria Num. 1.
erāt circa tabernaculi, pertinentiumq; ad illud,deportationem, prout in textu, qui planus Exo. 40.
eſt,recitat,ſuprà quoq; expoſitum eſt.¶Verum circa hæc oritur quæſtio intricata de ordine Leuit. 1.
rei geſtæ,quia iam dictum eſt, ꝙ tabernaculum ſit erectum prima die menſis primi anni ſe
cundi. Porro in exordio Leuitici ſcriptum eſt: Loquutus eſt dñs ad Moſen in tabernaculo
fœderis, prima die menſis ſecundi anno altero .i. ſecundo egreſſionis eoꝝ ex Aegypto, di-
cens: Tollite ſummā vniuerſæ congregationis filioꝝ Iſrael.ex quo ſequi videt,ꝙ oblatio,de
qua in iſto cap.agitur,per menſem præceſſit populi numerationem, cum tamen hic enar-
retur poſt præfatæ numerationis deſcriptionem.Hinc aliqui dicunt,ꝙ hoc loco non ſeruat
ordo hiſtoriæ,& ꝙ iſta ſcribunt per recapitulationem in præſenti cap,quibus obuiare vide-
tur quod in litera dicit: Obtulerunt principes,præfecti eoꝝ qui numerati fuerunt: ergo ap-
paret,ꝙ tempore harum oblationum tribus iam numeratæ fuerunt. Præterea in Leuitico Leuit. 8.
deſcribit,quemadmodum conſecratio Aaron,filiorumq; eius in pōtificium & ſacerdotium
durauit ſeptē diebus.Deinde in eodē ſubiungit: Facto aūt octauo die, vocauit Moſes Aaron Leuit. 9.
fff 3 &

& filios eius, & illo die cœperunt Aaron & filij eius ſua exercere officia, quod nõ potuit eſſe
ante erectionem tabernaculi: ſicq; videt ꝙ poſt illos ſeptem dies cõſecratiõis cœperũt prin
cipes iſti offerre, puta die octauo: quod rurſus reprobatur per id q̃d in iſto cap. legitur, quòd
die quo erectum eſt tabernaculum, obtulerũt: quod fuit prima die anni ſecundi. Iterum, ſi
Leuit. 1. octauo die menſis ſecundi offerre cœperũt ibi principes, quoꝝ oblatio durauit ꝑ dies duo-
decim, vt paulopoſt fertur in textu, ꝓtracta fuit oblatio eoꝝ vſq; ad nonumdecimũ diem ſe
cundi anni: ſicq; filij Iſrael poſt illas oblationes non celebraſſent paſcha quartodecimo die
ad veſperã, vt erat præceptum, immo vt infrà in principio noni capituli feciſſe legunt. Si er
go concedatur ꝙ primo die anni ſecundi cœperunt offerre præfecti, ſacerdotibus nondum
conſecratis, tunc ſacerdotes cõſecrati ſunt vel poſt iſtas oblatiões, vel infra dies eaꝝ, & con-
ſtat ꝙ non ſint cõſecrati poſt illas oblatiões ex textu, nec infra eas. Non eñ apparet ꝙ ſolus
Moſes potuerit omnia illa exercere vna die, quæ circa ſacerdotum cõſecrationem & prin-
Exo. 29. cipis oblationem fiebãt, quemadmodũ ex Exodo & ex Leuitico atq; ex iſto probari capi-
Leuit. 8. tulo poteſt. Hinc aliqui reſpõderunt, ꝙ ſeptem dies cõſecrationis ſacerdotum pertinuerunt
ad vltimã primi anni hebdomadã, & ita reſpectu illoꝝ ſeptem dierum primus dies anni ſe
cundi vocet octauus, in quo Aaron ſuum cœpit officium exercere, in quo & principes cœ-
perunt offerre. Hæc reſponſio in Scholaſtica hiſtoria tangit, cui partim concordat quod Ly
R. Salo. ra Rabbi Salomonem aſſerit reſpõdiſſe, ꝙ ſcilicet duplex fuit erectio tabernaculi: vna quo-
tidiana, quæ erigebat mane, & deponebat veſpere: alia ſtabilis, quæ durauit vſque ad motio-
nem caſtroꝝ, & ꝙ prima illa erectio facta eſt ſeptem diebus vltimis primi anni egreſſionis
de terra Aegypti, atq; in illis conſecrati ſint ſacerdotes, in quibus diebus ſolus Moſes exer-
cuit ſacerdotale officium. Octaua autem die, quæ fuit prima dies anni ſecundi, facta eſt pri
ma tabernaculi erectio ſtabilis, tuncq; ſacerdotes ſuũ cœperunt officiũ exequi. Iſtud, inquã,
conſonat præinductæ reſponſioni, niſi ꝙ addit de prima illa tabernaculi erectiõe quotidia-
na, quod videt fictitiũ, cum ex textu manifeſte probet, ꝙ tabernaculum ſit primo erectum
primo die anni ſecundi: & ꝙ antea non fuit erectum per vnam ſeptimanã quotidie, proba-
tur ex hoc ꝙ à viceſimoſexto Exodi cap. vſq; ad quadrageſimũ libri illius capitulum, deſcri
bitur qualiter Beſeleel & Ooliab exequuti ſint, quæ Deus iuſſerat per Moſen fieri: qua narra
tione completa, in fine cap. 39. legitur: Quæ poſtquã Moſes cuncta vidit expleta, benedixit
eis, moxq; ibidem in exordio cap. 40. immediate ſubiungit: Loquutusq; eſt dñs ad Moſen,
dicens: Menſe primo, prima die menſis eriges tabernaculum. & nulla fit mentio ibi de alia
ſeu priori tabernaculi erectione. Nec videt ad quid illa quotidiana erectio vtilis extitiſſet fi
lijs Iſrael ibi quieſcentibus circa Sinai montem. ¶ Præterea magiſter in hiſtorijs ait: Dici po
teſt ꝙ eadem die inchoata ſit vnctio ſacerdotum & tabernaculi, & oblatio principũ, & cu-
currerunt ſimul poſt ſeptem dies, poſt quos adhuc durauit oblatio principum quinq; die-
bus. Tangit deinde idem magiſter ſolutionem aliã, dicens: Dici poteſt, hanc oblationem
duodecim principum factã ſecundo menſe anni ſecundi, nec per recapitulationem hæc di-
ci. quod vero legit in ea die eſſe inchoatam, qua vnctum eſt tabernaculum, intelligendũ eſt
de die cõſimili. Iſtud videtur rationabiliter poſſe teneri, ad q̃d ex litera inducta eſt ratio vna.
Alia eſt, qm̃ in textu huius capituli legit: [Ait dñs ad Moſen: Suſcipe ab eis plauſtra, vt ſer-
uiant in miniſterio tabernaculi, & trades ea Leuitis iuxta ordinem miniſterij ſui. Itaq; cum
Num. 4. ſuſcepiſſet Moſes plauſtra & boues, tradidit ea Leuitis. Duo plauſtra & quatuor boues dedit
filijs Gerſon, iuxta id quod habebãt neceſſarium &c.] Ex quibus ſequi videt, ꝙ ante oblatio
nem principum, diſtinctæ fuerunt Leuitarum familiæ per ſua officia, quod tamen in ea-
rum numeratione legitur factum ſuprà. Rurſus ꝙ oblatio principum non deſcribatur hic
per recapitulationem, ſed ſecundum geſtæ rei ordinem, hinc videtur ꝙ duodecim tribubus
præfecti ſunt duodecim principes, de quorum oblatione nunc agitur in enumeratione tri-
Leuit. 1. buum, & non ante, vt patet ex primo Leuitici capitulo. Sicq; numeratio illa oblationem
iſtam præceſſit. [Igitur obtulerunt duces in dedicatione altaris,] id eſt, in conſecratione al-
taris holocauſtorum, quod eodem die cũ tabernaculo & vtenſilibus eius eſt dedicatum, vn
ctum ſeu conſecratum, vt legitur in Exodo: immo in Exodo legitur, ꝙ tabernaculum &
Exo. 20. vtrunque eius altare ſint pariter conſecrata, tamen de altari fit mentio ſpecialis, quia in eo
Exo. 30. offerebantur ſacrificia iſta. [oblationem ſuam,] id eſt, ſacrificia, quia in oblatione totali
cuiuſlibet principis multa particularia ſacrificia continebantur, ſicut in textu exprimitur.
[ante altare] quia adduxerunt ſacrificia ſua ad ſacerdotes, à q̃bus deducta fuerunt ante alta-
re holocauſti in atrio. [Dixitq; dñs ad Moſen: Singuli duces ꝑ ſingulos dies offerãt munera
in dedicatione altaris,] id eſt, in tempore quo altare eſt dedicatum, ſeu ad reuerentiam dedi-
cationis illius, vt ex tam ſolenni oblatione dedicatio videretur celebrior. Elicitur demũ ex
verbis iſtis, ꝙ duodecim principes intendebant omnes vna die ſua ſacrificia immolare, im-
mo vno aio hoc fecerũt, propter quod dictum eſt, Obtulerũt duces in dedicatiõe altaris die
qua

qua vnctum eſt. quaſi plures vna die obtuliſſent, ſed Deo iubente, obtulerunt ſingulatim q-
libet ſuo die. [Primo die] oblationum iſtaꝝ, [obtulit oblationem ſuam Naaſon filius Ami-
nadab de tribu Iuda. Fueruntq; in ea] id eſt, in totali illa oblatione continebãtur, [acetabu-
lum argenteum pondo cẽtum triginta ſicloꝝ,] id eſt, ponderans, ſeu pondere continens ſi-
clos centum triginta. De quãtitate autem, & valore duplicitateq; ſicli, dictum eſt ſæpe. Pro
acetabulo, habetur in Hebræo, ſcutella. In hoc autem acetabulo ſecundum aliquos conſide
rabatur materia offerenda, an eſſet oblationi conueniẽs, vt acetum, vel potius ſimila & in-
cenſum. [Phiala argẽtea] in q̃ ſecundum quoſdam thus ponebatur. Vel, vt alij dicunt, liqui-
da (vt vinum) conſiderabantur in ea, an eſſent immolatitia. [habens ſeptuaginta ſiclos iuxta
menſuram ſanctuarij] i. continens materiam ſeu pondus ſeptuaginta ſicloꝝ, quoꝝ vſus fu
it in tabernaculo. [Vtrunq;] videlicet acetabulum & phialam, [plenum ſimila] i. delicatiſſi
ma tritici farina [cõſperſa oleo,] vt offerretur cum alijs materijs in ſacrificiũ. [Mortariolum
aureum habens] id eſt, continẽs [decem ſiclos] In hoc vaſculo quædam ſpecies ſeu aromata
terebantur, & ad hoc ſufficere poterat, q̃uis quidam dicat oppoſitum. Veruntamen in He-
bræo legitur coclear, quo ſcilicet thus in thuribulo ponebatur. [plenum incenſo] hoc eſt, ma
teria incendenda in altari thymiamatis, vtpote thymiamate. [bouem de armento] i. ſum-
ptum de grege pecorum ſuæ ſpeciei. [& arietẽ, & agnum anniculum in holocauſtum] ita ꝙ
agniculus iſte, vel certe tria pecora illa, in holocauſtum offerebantur. [hircumq; pro pecca-
to.] Nam hircus pro peccato principis offerri ſolebat, vt dictũ eſt in Leuitico. [Et in ſacrifi- Leuit. 4.
cio pacificorum boues duos.] Duo boues illi immolabantur in hoſtiam pacificam pro gr̃a-
rũ actiõe de bñficijs datis, atq; ꝓ pace & ſalute p̃ſtandis aut cõſeruãdis. [arietes q̃nq;, hircos
q̃nq;, agnos anniculos quinq;.] Hæc etenim animalia erant immolatitia. Sicq; decem & ſe-
ptem animalia obtulit Naaſon in pacificas hoſtias, tria in holocauſtum, & vnum pro pecca-
to, quæ ſimul fuerunt vigintivnum iumenta: quorum omnium certas, determinatas, litera-
leſq; rationes aſſignare, ſuper hominis vires eſt, quanuis conſtet Deum nil horum ſine rati-
one præcepiſſe legitima. Veruntamen quidam quaſdam adaptationes adducunt, q̃ modici
ſunt momenti, ſicut & alibi eſt probatum, & ſuper illud, Hircumq; pro peccato, ſcribit qui-
dam, ad expiandum peccatum venditionis Ioſeph, in qua hœdus occiſus eſt: quod non vide
tur idonee dictum, quia & fratres venditores ipſius Ioſeph, poſtea valde pœnituerunt, veni-
amq; ſortiti ſunt, & ſancte vixerunt, ſicut de Leui ſpecialiter in Malachia legitur, In pace &
æquitate ambulauit &c. [Hæc eſt oblatio Naaſon.] Eſtq; probabile, ꝙ obtulit iſta, non tan-
tum pro ſe, ſed & pro tribu cui præfuit. [Secunda die obtulit Nathanael dux de tribu Iſa-
char.] Omnes principes iſti eandem in ſpecie oblationem fecerunt, & ex deſcriptione vnius Malac. 2.
patent aliarum expoſitiones. Obtulerunt quoq; non ſecundum ordinem g̃nationis duode-
cim patriarchaꝝ ex Iacob, ſed iuxta ordinem ſituatiõis ſuæ circa tabernaculum, & proceſ-
ſus in profectione caſtroꝝ. principes quidẽ in tribu Iuda, & princeps in tribu Iſachar, prin-
cepsq; in Zabulon tribu, fixerunt tentoria ad tabernaculi orientem Sicq; de alijs eſt penſan
dum, prout ſuprà habetur. Quod autem omnes principes æqualem oblationem fecerunt, Num. 2.
commendat humilitatem concordiamq; ipſorum, cum tamen vnus alio eſſet nobilior, &
pluribus præſideret. Primo autem obtulit princeps tribus Iudæ, quia tribus illa fuit priuile-
giata in multis, & numero ac viribus maior. De qua ſanctus Iacob prædixit naſcituros non
ſolum principes totius Iſraelitici populi, ſed etiam Chriſtum regem: ideo propter Chriſtum Gen. 49.
fuit tribus illa tam inclyta & electa. Aliqui quoq; addunt, quòd in tranſitu maris rubri, tri-
bus Iuda primo Moſen ſit ſecuta. Quod tamen Rabbi Paulus non approbat, quanuis mul- R. Paul?.
ti Catholici & Hebræi hoc dicant.

¶ De myſtico eiuſdem cap. 7. intellectu. Arti. 14.

PEr oblationes principum duodecim tribuum, in dedicatione tabernaculi & altaris fa-
ctas tam ordinate, præfigurabat, ꝙ in dedicationibus eccleſiarum atq; altarium debe-
ant Chriſtifideles, præſertim maiores, liberaliter, deuote & ordinate offerre. Allegorice
ꝑ Moſen exprimitur Chriſtus, qui Deo patri ædificauit, conſecrauit, & erexit eccleſiam ex vi
uis & electis lapidibus, quam vnxit ſpiritu ſancto, & ſanctificauit cum vaſis ſuis, hoc eſt, Iohe. 2.
perſonis ſeu cordibus deuotorum, atq; altari, id eſt, intellectu illuminato, qui ſpiritualia iu
giter offert Deo. Tunc principes obtulerunt, q̃a in primitiua eccleſia & eius gratioſiſſima
vnctione ſancti Apoſtoli immolauerunt hoſtias laudis & gratiarum actionis, incẽſum ora-
tionis, & ſatisfactionis opera pro diuerſis, immo pro omnium cõmuni reconciliatione & ſa
lute, Deo prædicta ſacrificare non ceſſauerunt. Obtulerũt q̃q; ſex plauſtra, q̃a corporalia im
pendebant conuerſis ſolatia. Diuidebatur nanq; ſingulis, prout cuiq; opus erat, nec quiſq̃
egens extitit inter illos, ſicut in Actibus recitatur. Obtulerunt etiam boues, quia Apoſtoli Actor. 4.
vndiq; direxerũt ſuos diſcipulos prædicatores egregios, q̃ excoluerunt & fœcundauerunt ec
cleſiam. Obtulit aũt vnuſquiſq; principũ acetabulum argenteũ, per quod diſcretus cõfeſſor

 ſigni-

ſignificatur,q confitentes examinat,an bene diſpoſiti ſint ad offerẽdum Deo ſeipſos & ſua.
Per phialam deſignat prudens & eruditus conſultor ac informator,q inſtar phialæ anguſtat
intus in ſe,ſed dilatatur in dño.Iſti ſunt pleni ſimila,hoc eſt,puritate interna,& oleo pietatis
atq; incẽſo ſanctæ dilectionis.Mortariolum per quod vir patiẽs deſignatur,qui ictibus ad-
uerſitatum percutitur.Obtulit quoq; bouẽ.i.propriũ corpus,exhibendo arma iuſtitiæ Deo:
& arietem,hoc eſt, rationis ducatum,& hircum.i.ſenſualitatem infectam ac fœdam frenan
do,& in ſacrificio pacificoꝝ boues duos, qm̃ ad regratiandum, orandũq; pro ſe, inuitat &
adducit proximos virtuoſos.Vel duo boues ſunt duplex appetitus,ſenſitiuus videlicet, con
cupiſcibilis & iraſcibilis.Arietes quinq;.i.quinq; ſenſus exteriores regit ſecũdum Deum,hir
cos quinq;,hoc eſt,ſenſus interiores.agnos anniculos quinq;, per quos ſenſus ſpiritales,qui
quinq; ſunt, intelligunt.Iſta ſunt offerenda proportionabiliter & à nobis, vt donis Dei vta
mur ſalubriter,mala reprimamus viriliter,& bona proſequamur alacriter.

¶Declaratio literalis cap.8.Loquutus eſt dominus ad Moſen:Loquere ad Aaron.

Articulus decimusquintus.

Exo.40. REpetuntur quædam in exordio huius capituli,quæ in Exodo continentur, & de Leui
taꝝ conſecratione deinde tractat.[Loquutus eſt dominus Moſen:Loquere ad Aaron:
Cum poſueris ſeptem lucernas, candelabrum in auſtrali parte erigatur.] Candela-
brum nanq; ſitum fuit in exteriori tabernaculi parte verſus plagam meridionalem,& lucer
Ibidem. næ ſuper candelabrum ponebantur,iuxta illud Exodi:Poſuit Moſes candelabrum in taber-
naculo teſtimonij e regione menſæ in parte auſtrali,locatis per ordinem lucernis.Deniq; ad
pontificem pertinuit lucernas diſponere atq; accẽdere,vel per ſe,vel per aliquem ſacerdo-
tum,cui commiſit hoc.[Hoc igitur præcipe,vt lucernæ contra boream e regione reſpiciant
ad mẽſam panum propoſitionis.] Qm̃ menſa illa ſita fuit in exteriori parte tabernaculi ad
aquilonem,ſecundum illud Exodi:Poſuit menſam in tabernaculo teſtimonij ad plagam ſe-
ptentrionalem extra velum, ordinatis coram propoſitiõis panibus.Sicq; lucernæ cõtra bo-
ream conſtitutæ,reſpiciebant ex oppoſito menſam propoſitionis. [Contra eam partem
quam candelabrum reſpicit, lucere debebunt.]Ex ſtipite quippe cãdelabri in parte eius ſu-
periori egrediebant oblique tria brachia ab vtraq; ſtipitis parte,in quoꝝ ſummitatibus col
locabantur lampades ſeu lucernæ,quaꝝ flammæ ſeu lumina lateraliter reſpexerunt lucernã
illam in medio ſtantẽ in cacumine ſtipitis.Hinc ſcriptum eſt:Facies lucernas ſeptem,& po-
nes eas ſup candelabrũ,vt luceant ex aduerſo.[Hæc aũt erat factura candelabri.Ex auro du-
ctili tam medius ſtipes]hoc eſt,haſtile candelabri, [q̃ cũcta quæ ex vtroq; calamorum late-
re naſcebantur]id eſt, tam ſtipes quàm ea quæ egrediebãtur ex brachijs ſeu calamis cande-
labri,fuerunt facta ex auro ductili,hoc eſt,malleis ad formam redacto. Ioſephus tamen ait,
Exo.25. fuſili.Hinc ſcriptum eſt in Exodo:Facies & candelabrum ductile de auro mundiſſimo. Ha-
ſtile eius, calamos,ſcyphos,ſphærulas,ac lilia ex ipſo procedentia vniuerſa de auro puriſſi-
Ibidem. mo,quæ omnia ſup Exodum cum opinione Ioſephi ſunt tractata.[iuxta exemplum quod
dñs oſtendit Moſi,ita operatus eſt] id eſt, fieri fecit candelabrum, quod Beſeleel fabricauit.
hoc eſt quod in Exodo dominus ait ad Moſen: Inſpice & fac iuxta exemplar quod tibi in
monte monſtratum eſt,q̃d ibi expoſitum fuit.de q̃bus omnibus & ſignificatiõibus, formis,
Exo.22. & cauſis eorũdem,ſup Exodum diffuſe eſt dictum,q̃bus nunc breuiter addi poteſt, q̃d libro
de fide & legibus ſcribit Guilielmus:Candelabrum cum ſeptem lucernis ſuis, præcepit dñs
erigi à parte meridiei contra aquilonem, in figuram ſeptem planetarum: menſam vero ꝓ-
poſitionis cũ panibus,ad partem aquilonis ex aduerſo,quoniam populatio ad partem aqui
lonis eſt in hoc mũdo,idcirco eſt ibi fertilitas cibi,q̃ ſignatur in panibus.Pars nanq; auſtra-
lis oppoſita terræ noſtræ habitationi,eſt inhabitabilis. Porro alijs viſum eſt, quia vitalis ca-
loris ac luminis vigor eſt in parte cæli meridionali: idcirco ad hoc deſignandum, præcepit
dominus candelabrum ignis & luminis ſtare ad partem illam: ex aduerſo autem ad partem
aquilonis,poni præcepit menſam & panes propoſitionis,quoniam virilis caloris nutrimen
tum eſt eſca,quæ in parte aquilonari magis abundat.Sed hæc intuentibus & non intelligen
tibus quid proderant? Hæc igitur cauſa fuit ad literam, quatenus adorantes in tabernacu-
lo,& offerentes in eius altaribus, recognoſcerẽt ſe à Deo obtinere nutrimentum & lumen.
Hæc Guilielmus. Sequitur de diſpoſitione oblationeq; Leuitarum.[Loquutusq; eſt domi-
nus ad Moſen:Tolle Leuitas de medio filiorum Iſrael,tanq̃ diuino cultui ſpecialiter deputa
tos.[& purificabis eos iuxta hũc ritum: Adſpergantur aqua luſtrationis.]per cuius adſperſio
nem filij Iſrael mundabant ab immunditijs q̃buſdam corporalibus atq; legalibus,q̃s ex con
tactu defuncti & morticini & conſimilibus contrahebant.Adſpergebant autẽ Leuitæ à pon
tifice.[& radãt oẽs pilos carnis ſuę.]in q̃bus vt in Scholaſtica habetur hiſtoria,non include-
Euſebi⁹. bantur capilli.[Cumq; lauerint veſtimenta ſua,& mundati fuerint]ꝑ præfata,nempe ꝑ iſta
exteriora admonebant,vt interiori puritati ſtuderẽt,vniuerſasq; cogitationes ſupfluas & af-
fecti-

fectiones immundas abijcerent,& aqua ſapientiæ orarent perfundi.¶Præterea Rabbi Mo- R. Moſ.
ſes ſcribit,ꝙ ex quo Leuitæ diuino ſunt cultui mancipati pro aliaꝝ primogenitis tribuum,
quæ per idololatriam aurei vituli erant fœdatæ,q̃ idololatria eſt ſpiritalis lepra, ideo ſicut à
corporali lepra purgati,iubebantur oẽs ſuæ carnis abradere pilos,ſic & Leuitæ qui pro illis
idololatris deputati ſunt Deo. [Tollant bouem de armentis].i.Leuitæ accipiant, & ſecum
adducant bouem de grege ſuo, [& libamentũ eius,]puta materiam inanimatã offerendam
cum boue.Vnde ſubiungitur:[Similam oleo conſperſam.]ex qua fiebat ſapidus panis.[Bo
uem aũt alteꝝ accipies]à Leuitis offerendum à ſacerdote pro pctõ,hoc eſt,ꝓ remiſſione cul
paꝝ ipſoꝝ.Vnde apparet ꝙ prior bos offerebatur in holocauſtum, immo hoc paulopoſt
habetur in textu.[& applicabis]hoc eſt,deduces ac præſentabis[Leuitas coram tabernacu-
lo fœderis]ita ꝙ ſtabunt in atrio ante fores tabernaculi.[cõuocata omni multitudine filio-
rum Iſrael]q̃ꝝ ꝑcipui ſtabant in atrio apud Leuitas.[Cumq; Leuitæ fuerint corã dño]ſtan-
tes in loco ꝑtacto.[ponent filij Iſrael]ſ. aliq ex principalibus [manus ſuas ſup eos.] Duode-
cim enim tribus offerebant Deo Leuitas ad ſeruiendũ in tabernaculo ꝓ primogenitis oĩm
tribuũ, offerebant tamen Leuitas ꝑ manus pontificis.propterea ſubditur:[Et offeret Aaron
Leuitas munus in conſpectu domini à filijs Iſrael,] id eſt, pontifex Leuitas offeret Deo pro
munere ex parte communitatis,ſecundum quod ſibi aſſignati erant ad hoc à communita-
te.[Leuitę quoq;]videlicet quidam ipſorum ex parte omnium,[ponent manus ſuas ſup ca
pita boum]q offerebantur ex parte ipſorum.offerentes nanq; poſuerunt manus ſuas ſup ho
ſtias ſuas.[e q̃bus vnum facies].i.per manus pontificis offerri facies. [pro peccato] Leuita-
rum,[& alterum in holocauſtum,vt depreceris pro eis].i. quatenus deprecatio tua & põti-
ficis,vnà cum ſacrificijs fuſa pro Leuitis,fiat Deo acceptior.[ſtatuesq; Leuitas in conſpectu
Aaron & filiorum eius]quatenus in cultu tabernaculi ſint miniſtri põtificis ac ſacerdotum, Num.4.
ſicut patuit.[Et conſecrabis]hoc eſt,diuino cultui dedicabis ipſos Leuitas,[oblatos domi-
no]ſecundum ritum iam dictum.In quo ritu vt ex dictis colligitur,obſeruabantur hæc qn
q;.Primo enim adſpergebantur aqua luſtrationis.Secundo,pili eorum abradebantur. Ter-
tio,lauabantur veſtes eorum.Quarto,fiebant pro eis ſacrificia nunc expreſſa.Quinto,à mul
titudine populi immolabantur Deo per manus pontificis.[ac ſeparabis eos de medio filio-
rum Iſrael]ſicut ſpiritales perſonæ à ſecularibus diſtinguunt. [vt ſint mei]per ſpeciale ob-
ſequium,[& poſtea ingrediantur tabernaculum:]vtpote exteriorem eius partem, non au-
tem ſancta ſanctorum. Alijs autem tribubus non licuit ingredi in tabernaculum ipſum.
ideo dicitur: [ne ſit plaga in populo, ſi auſi fuerint accedere ad ſanctuarium. Eleuauitq;
eos Aaron in conſpectu domini:] hoc eſt, Leuitas cum deuotione domino præſentauit,Le
uitarumq; corda excitauit ad hoc, quòd ſe cum ingenti deuotione & gratiarum actione
eleuauerunt ad dominum. [Loquutusq; eſt dominus: Hæc eſt lex Leuitarum: à vigintiqn-
q; annis] ſuæ ætatis [& ſuprà, ingredientur] ſanctum locum, vt miniſtrent in tabernacu-
lo fœderis] vſque ad quinquageſimum annum ſuæ ætatis,faciendo opera laborioſa in de- Ibidem.
ferẽdo vaſa aut alia,prout in expoſitione ſupius dicta patuit. Veruntamẽ iuxta ibidem con
tenta, non cœperunt exequi ſua officia ante annum vitæ ſuæ triceſimum, ſed ab anno vi-
ceſimoquinto inceperunt addiſcere concernentia officium ſuum. [Cumq; quinquageſi-
mum annum ætatis impleuerint,ſeruire ceſſabunt] hoc eſt, prætacta opera grauiora exe-
qui ſinent,quia extunc erant quaſi emeriti milites, non tamen penitus ocioſi. Nam ſubdi-
tur:[Eruntq; miniſtri fratrum ſuorum]videlicet ſacerdotum,[vt cuſtodiãt quæ ſibi fuerint
commendata]à ſacerdotibus ad cuſtodiendum, videlicet vaſa & alia ſacra. [opera autẽ ipſa
non facient:] quæ decuit à iunioribus & fortioribus fieri, præſertim quando ſufficiebãt ad
hoc.¶Inſuper iuxta myſticos intellectus,tabernaculum eſt eccleſia militans, in qua Aaron,
hoc eſt, Chriſtus ponit ſeptem lucernas,ſeptem videlicet dona ſpirit⁹ ſancti in cordibus de-
uotorum,& in ſuorum mentibus electorum. Candelabrum vero in parte auſtrali erigitur,
dum euangelica doctrina,ſeu bonus prælatus,qui vita,doctrina,fama & moribus ſplendet,
in gratiarum feruore,ſeu in proſperitate ſpirituali locatur, ita ꝙ proficit ſibi & alijs, & recte
ſibi ſuccedit in ſuo regimine. Tunc quoq; lucernæ ex oppoſito ad menſam panum propo-
ſitionis reſpiciunt, dum is qui donis ſpiritus ſancti repletus eſt, eadem dona communicat
alijs,& ſpiritualiter reficit illos, quemadmodum præſtantiſſimus princeps Apoſtolorum 1.Pet.4.
hortatur: Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes. ¶Præ-
terea, per Leuitas intelliguntur ſubdiaconi atque diaconi, aut in inferioribus ordinibus
conſtituti,qui pro communi populo ſeruiunt domino, quos ante aſſumptionem ordinum,
præſertim ſacrorum, & ante executionem vſus eorum, oportet purificari à vitijs,ſpecialiq;
gratia decorari,& tanto plus,quo altiorem ſuſcipiunt exequunturve ordinem.Primo ergo
adſpergendi ſunt aqua luſtrationis,hoc eſt,lachrymis cõtritionis ſeipſos perfundere debẽt,
& aquas ſapientiæ adipiſci.Deinde pilos carnis ſuæ debẽt abradere,.i. oẽs ſuperuacuas occu-
patio-

pationes,motionesq́; carnales,imaginationes turpes,appræhenſiones nociuas prorſus abij
cere,nec vllam temporis partẽ infructuoſe expẽdere. Tertio debent veſtes ſuas lauare.i.vir-
tutes actionesq́; virtuoſas,à malis eis admixtis purgare, mala illa deflendo ac diligenter vi-
tando.Quarto debent bouem offerre,hoc eſt,carnem cũ cõcupiſcentijs ſuis mactare ſeu re-
Galat.5. frenare,atq; in Dei obſeq̃o facere promptam:q̃bus peractis,condigni ſunt vt ꝑ epiſcopum
ad ordines promoueanť ſublimiores,& ꝓ multitudine deprecenť.¶Præterea,per hoc ꝙ Le
uitæ ab anno viceſimoquinto vſq; ad quinquageſimum,ꝑagerent oꝑa interiora & grauio-
ra,à q̃nquageſimo autem cuſtodes vaſoꝵ fierent:datur intelligi,ꝙ hoĩes in ætate adoleſcen
tiæ ac iuuentutis,non ſunt communiter ita apti ad interna contẽplatiuæ vitæ exercitia atq;
ad regimen animaꝵ,propter vehemẽtiam paſſionum,ſanguinisq́; feruorem: quemadmo-
dum in ea ætate,qua declinantibus viribus corporis talia conquieſcunt, & homo expediti-
us ad diuina ac ſpiritalia fertur. Veruntñ ex ſpecialibus gr̃æ donis confertur q̃ multis, vt in
iuuentute ad cuncta ſpiritualia,aliorumq́; gubernacula extẽt idonei. Itaq; per Leuitas eme
ritos,ab operibus exterioribus releuatos,ſignantur perſonæ maturioris ætatis ab exteriori-
bus ſequeſtrati & introuerſi,qui meditando,orando, & vitam internam ducẽdo, gerunt ſo-
licitudinem ꝓximoꝵ,& ꝓ cõmuni ſunt bono ſoliciti,aliosq́; cuſtodiunt.¶Poſtremo,circa
capituli huius materiam ſcribit Thomas in prima ſecundæ quęſtione 102.Sicut populus Iſ-
rael communiter inſtituebatur ad cultum Dei per circunciſionem, ita miniſtri tabernaculi
ꝑ aliquam ſpecialem purificationẽ aut cõſecrationem. Vnde & ſeparari ab alijs ꝑcipiunť,q̃ſi
ad Dei obſequium præ alijs ſpecialiter deputati:& totum q̃d circa eos fiebat in eoꝵ cõſecra
tione vel inſtitutione,pertinebat ad hoc,vt oſtenderet,eos ſpecialem puritatis,virtutis & di-
gnitatis prærogatiuam habere. Purificabanť aũt communiter oẽs ꝑ aquæ ablutionem, & ꝑ
ſacrificia quædam.Specialiter vero Leuitæ radebant pilos carnis ſuæ, nec aliam habebant
conſecrationem,niſi ꝙ domino offerebantur à filijs Iſrael per manus pontificis,qui & orauit
ꝓ eis. Applicabantur quoq; ad miniſterium ſuum per hoc, ꝙ intromittebanť in tabernacu
lum fœderis, quaſi ad miniſteriũ ſuũ circa vaſa ſanctuarij. Figuralis autem hoꝵ ratio fuit,q̃
niam conſecrandi ad ſpirituale obſequium Chriſti,debent primo purificari per aquam ba
ptiſmi & lachrymarum in fide paſſionis Chriſti,quod eſt ſacrificium expiatiuum ac purga
tiuum,& radere pilos carnis,cogitationes prauas delendo, debent quoq; ornari virtutibus,
& ſic eſſe intenti ad exercendum ſpiritualia ſua obſequia.Hæc Thomas.

¶Explanatio literalis cap.9. Locutusq́; eſt dominus ad Moſen in deſerto Sinai &c.

Articulus decimusſextus.

DE paſchalis obſeruantia ſolennitatis nunc aliqua introducuntur:Locutusq́; eſt domi-
nus ad Moſen in deſerto Sinai,anno ſecundo,poſtq̃ egreſſi ſunt de terra Aegypti,mẽ-
Num. 1 ſe primo.]Euidenter conſtat, iſtud per recapitulationem referri hoc loco,cũ in exor-
dio huius voluminis ſcriptum ſit,ꝙ anno ſecundo, menſe ſecũdo, iuſſit dominus populum
numerari. Iſtud vero præcepit anno ſecundo, menſe primo.[Faciant filij Iſrael phaſe] hoc
eſt,paſchalem obſeruent celebritatem[in tempore ſuo]in lege præfixo, regulariter loquen-
do,videlicet:[quartadecima die menſis huius,]puta Aprilis,ſeu Martij iuxta quoſdam, qui
eſt primus anni menſis apud Hebræos,[ad veſperam] tunc enim incepit illa ſolennitas.
[iuxta omnes cæremonias & iuſtificationes eius,]id eſt, ita vt in illa celebratione obſeruent
tam cæremonialia, quàm iudicialia ſiue moralia legis præcepta feſtum hoc concernentia,
vt ſcilicet immoletur agnus ſine macula, & comedatur in domo vna, & ſabbato infra ſo-
lennitatem illam occurrente,ſit duplex feſtiuitas,vnusq́; vocet alium,ſi per ſe & ſuos dome-
ſticos nequiuerit comedere agnum, nec quicunque admittatur ad eſum agni, de quibus in
Exodo ſcripta ſunt multa. [Ecce autem quidam immũdi ſuper animam hominis] hoc eſt,
Exo. 12. plus quàm homo ad celebrandum paſcha idoneus. ſicq́; accipitur, ſuper, in Pſalmo: Do-
Pſal. 120. minus protectio tua ſuper manum dexteram tuam,hoc eſt,plus quàm dextera tua. Vel ſu-
pra animam hominis, id eſt, ex hoc quòd tetigerunt hominem mortuum, priuatum vide-
licet vita ſeu anima. Anima nanq; frequenter pro toto homine ſumitur. [Quare frauda-
mur vt non valeamus oblationem] hoc eſt, agnum paſchalem [offerre domino in tem-
pore ſuo]iam memorato: quaſi dicant, iſtud durum videtur nobis. Sicq́; quaſi mirando,
indignando,aut querulando hoc dicunt,quoniam talis immunditia non fuit impuritas cul
pæ ſemper, ſed irregularitas quædam, qua ad tempus prohibebantur à templi ingreſſu,
ſacrificiorumq́; eſu: & potuit ineuitabiliter , aut etiam ex pia & meritoria cauſa proue-
nire immunditia illa,vt ex ſepultura parentum aut pauperum. Vnde laudatur Tobias, & ta
Tob. 12. men ob eam oportuit ſeptẽ diebus purificari ſecundum legem. Sic & in euãgelica lege quã-
doq; irregularitas quædam incurritur ex cauſa non mala, aut etiam ex opere iuſto, ſicut ex
bigamia,& condemnatione occiſioneq́; rei, ſecundum iuris proceſſum. [Quibus reſpondit
Moſes:State],i.expectate[vt conſulam]hoc eſt,ab angelo mihi aſſidue apparẽte quæram ac
doceat,

doceat,quid præcipiat dominus in hoc caſu [de vobis.]Nempe dñs qui contulit legẽ,habu
it interpretari eandem,nec de hoc voluit Moſes intromittere ſe incaute,ſed detulit legiſla-
tori.[Locutusq́; eſt dominus ad Moſen: Homo qui fuerit immundus ſuper animam hoĩs,
ſiue in via procul].i.in diſtantia extra viam filioꝵ Iſrael.Porro quod ſubditur,[in gente ve
ſtra]non eſt in Hebræo,eſtq́; referendum ad illud,Homo,vt ſit ſenſus:Homo in gente veſtra,
hoc eſt,homo exiſtens de populo veſtro.[faciat phaſe dño menſe ſecũdo]primi anni[quar-
tadecima die menſis]ſecundi, quia tunc ſeruatur eadem hora. Sicq́; dñs plus rñdit, q̃ fuit in-
terrogatus:quia non ſolum reſpondit,quid eſſet agendum immundis,ſed etiam itineranti-
bus.Quæ aũt ſubiunguntur in textu de obſeruãdis in eſu agni paſchalis,habita ſunt in Exo Exo. 12.
do atq; expoſita. ¶Circa hæc quærit Auguſtinus,quid agendum fuiſſet ei,cui & ſecũdo men Auguſt.
ſe talis immunditia cõtigiſſet:& conformiter quæri poteſt de alio impedimento. Ad q̃d Au
guſtinus reſpondet:Puto q̃d dictum eſt de menſe ſecundo, tanq̃ regulariter fuiſſe ſeruandũ
vt tertio obſeruaretur. Aut forte ſi paſcha non egiſſent,non pertinuiſſet ad culpam. Hoc eſt
q̃d in Scholaſtica fertur hiſtoria: Quod de vno menſe dictum eſt, ſimiliter in alijs datur in- Euſebi⁹.
telligi. Vel forte,ſi deinceps eo anno non faceret,non peccaret.[Si q̃s aũt mũdus eſt, & in iti
nere non fuerit,& tñ non fecerit phaſe].i. q ſine legitimo impedimento omiſerit illud [ex-
terminabitur]Nam & ꝑ infirmitatem & captiuitatem aut aliam impoſſibilitatẽ poterat ex-
cuſari.[Peregrinus q̃q; & aduena ſi fuerit apud vos].i.qui ad iudaiſmum conuerſus fuerit,&
inter vos habitauerit,[faciat phaſe]legitimo ceſſante obſtaculo.[Igitur die q̃ erectum eſt ta
bernaculum,operuit illud nubes.]Erectum eſt aũt primo die primi menſis anni ſecundi ab
exitu de Aegypto,vt in Exodo legitur. Eodemq́; menſe iuſſit dñs quæ nũc in iſto ſunt dicta Exo. 40.
capitulo,an tñ eodem die,non ſcitur. Tunc ergo nubes quæ angelo motore ac regente ꝓbu-
it Iſraelitis ducatum,& eis in die contra ſolis ardorẽ fecit vmbraculum, operuit tabernacu
lum,ad inſinuandũ q̃ accepta fuerit Deo tabernaculi illius conſtructio atq; erectio. A veſpe-
re aũt ſuper tentorium],i.ſup tabernaculum q̃d erat quaſi caſtrum & tẽtorium Dei & habi-
taculum eius.[erat q̃ſi ſpecies ignis vſq; ad mane.] Nam nubes in vna parte ſua erat inſtar
ignis clara & lucens,& illa pars tota nocte ſuper ſanctuarium apparebat, clarificans noctem
& viam oſtendens,quando progrediebantur in nocte.[Sic fiebat iugiter]q̃ diu in ſolitudi-
ne erant.[ꝑ diem operiebat illud nubes] illa videlicet pars,quæ habuit formam & ſpeciẽ nu
bis,quæ & dẽſa erat. Etenim columna ignis & columna nubis,fuerunt vna nubes totalis, vt
aliqui probabiliter dicunt. Alij vero tenent ꝙ erant duæ columnæ, quarum vna extitit nu-
bes,alia ignis: & ꝙ de veſpere abijt nubes,columna ignis adueniente: qua recedente de ma-
ne,redijt nubes,prout in Exodo plenius eſt ſcriptum. [Cumq́; ablata fuiſſet nubes quæ ta-
bernaculum protegebat]hoc eſt,dum nubes illa ſanctuarium tegens,cœpit auferri ac pro-
gredi, non tamen totaliter remouebatur à tabernaculo:ſed ſic,ꝙ non manſit fixe ſtans in
aere ſuper illud.[Si fuiſſet nubes à veſpera vſq; ad mane.] Ex hoc videtur ꝙ columna ignis Exo. 12.
de nocte apparens,tabernaculumq́; operiens,fuit nubes.[& ſi poſt diem & noctem receſſiſ-
ſet,diſſipabant tentoria]hoc eſt,filij Iſrael tentoria ſua depoſuerunt, ſicut & tabernaculum
diſiungebatur. Porro, quæ hic prolixe dicuntur, in fine libri Exodi compendioſius ſcripta Exo. 40.
ſunt. ¶Poſtremo,ſecundo Paralipomenon libro leguntur quidam adhuc immundi feciſſe
paſcha. ſed vt legitur ibi, ſanctus rex Ezechias orauit pro ipſis, ac veniam impetrauit, vel 2. Par. 30.
Deus diſpenſauit cum illis. Iuxta myſticum ſenſum,paſcha deſignat tranſitum de vitiorum
caligine ad lucem virtutum,de via ad patriam,de imperfectione ad profectum. De ſpirita-
libus vero ſignificationibus eorum quæ circa paſcha iuſſa ſunt fieri, dictum eſt ſuper Exo-
dum magis diffuſe,quæ breuitati ſtudens non arbitror repetenda. At vero immundi ſuper Exo. 12.
anima hominis ſunt, qui peccatis communicant alienis, & proximorum animas ſcandali-
zant, qui euangelicæ legis paſchalem ſolennitatem non celebrant vere neq; condigne, &
Chriſtum in ſacramento ſuſcipere prorſus indigni ſunt. Per exiſtentes vero procul in via,
intelliguntur qui recedunt à ſtatu ſalutis, & abeunt in conſilio impiorum, & per diſſimili- Pſal. 1.
tudinem vitiorum longe à Deo ſunt inſtar filij prodigi,qui abijt in regionem longinquam. Lucæ 15.
Veruntamen & ſi hi temporibus ab eccleſia inſtitutis non confiteantur, neq; communi-
cent,nec facta vere obſeruent,vitando in eis peccata, quæ ſunt ſumme ſeruilia, atq; virtuti
bus inſiſtendo,non tamen debent in ſui torporis ignauia obdurari, ſed protinus pœnitere
& recupare omiſſa:ſicq́; bonus dñs propiciabitur eis. ¶Præterea ꝑ tabernaculum deſignať
eccleſia, ſeu quæcunq; fidelis perſona, quam de nocte tegit & ſpiritaliter oꝑit ſpecies ignis,
hoc eſt,feruor & gratia ſpiritus ſancti,in tempore aduerſitatis,ſeu acris tentationis, dum vi
riliter reluctatur, & tanto inſtantius inſiſtit actibus virtuoſis, quanto durius impugnať. In
die autem tegit & obumbrat eum columna nubis. Quoniam tempore ꝓſperitatis & ſpiritu-
alis ꝓfectus internæq́; pacis,deſuꝑ inſtillať,& rore dulciſſimo ſpũs ſancti ꝑfunditur, nec vane Hiere. 9.
reſoluitur, ſed gloriatur in domino, cui omne bonum aſſcribit. Qui talis eſt, iuxta inſti- 1. Cor. 1.
gatio-

gationem, motiōem, atq; imperium ſpiritus ſancti mouetur, procedit, & occupatur in ex-
ercitijs vitæ actiuæ, quieſcit vero in contemplatiuæ actibus vitæ.

¶Declaratio literalis cap. 10. Loquutusq; eſt dominus ad Moſen, dicens: Fac tibi &c.

Articulus decimuſſeptimus.

DE multiplici plebis Iſraeliticæ conuocatione & ordinata progreſſione nunc agit: [Lo
quutusq; eſt dominus ad Moſen, dicens: Fac tibi] id eſt, per manus artificum fieri iube
[duas tubas argenteas] quia tales ſunt bene ſonoræ. [ductiles,] & ita nō erant fuſæ, ſed
malleorum ictibus factæ, niſi forte dicatur, ſicut de vitulo conflatili dicitur, quòd ſcilicet fuſæ
primo fuerint, deinde martello percuſſæ ac decoratæ. [quibus conuocare poſſis multitu-
dinem populi] cui præes, [quando mouenda ſunt caſtra] hoc eſt, quando decreueris populum
iſtum ad te debere accedere, vel potius quando progredi debet. Sicq; in verbis his tanguntur
duo, ad quæ tubæ illæ deſeruiebant, videlicet conuocatio populi, & eius progreſſus, idcir-
co (vt fertur) præfata literæ verba in Hebræo habentur cum coniunctione copulatiua,
hoc modo: Quibus conuocare poſſis multitudinem, & quando mouēda ſunt caſtra. immo
vt Magiſter in hiſtorijs ait, & ex textu elicit, Tubæ iſtæ valuerunt ad quatuor vſus: ad vocan
Ioſe. li. 3. dum multitudinem, ad caſtrorum motiōem, ad bella, ad feſta. atq; vt Ioſephus proteſtatur,
ant. iud. hæ tubæ erant quaſi fiſtulæ cantatoriæ, quaſi magnitudine cubiti calamo capaciores ſeu am
cap. 15. pliores, quæ in principio ſui, ſeu extremitate initiali continebant latitudinem ori conueni-
entem ad ſuſceptiōem anhelitus, quæ Azora appellatur Hebraice. [Cumq; increpueris tu-
bis] non proprio ore, ſed per ſacerdotes, quibus Moſes officium hoc cōmiſit, vt infrà habe
Nūe. 10. tur. [congregabitur ad te omnis multitudo ad oſtium tabernaculi] puta in atrio, & circa, ſeu
prope. Iſtud de ambabus tubis eſt accipiendū, quia ad totam plebem conuocādum ambæ tu-
bæ ſonabant, duobus ſacerdotibus id agentibus. [Si ſemel clangueris] hoc eſt, cum vna tuba
vel ſemel, id eſt, vno impulſu, ſeu abſq; interruptione. [venient ad te principes & capita mul-
titudinis] ſ. principes duodecim tribuum, vel etiam tribuni & centuriones ac iudices, quod
fiebat, cum Moſes volebat cum eis ſeruare conſilium, aut inueſtigare qualiter gubernabāt
Ioſe. li. 3 ſubiectos. ¶Inſuper prout Ioſephus recitat, clangebant etiam ſemel & vna tuba, dum quiſ-
An. Iud. quam principum ſuam tribum voluit congregare. [Si autem prolixior atq; cōciſus] id eſt,
cap. 15. interruptus [clangor] ambarum tubarum [increpuerit, mouebunt caſtra] ad progrediēdum
[primi, qui ſunt ad orientalem plagam] videlicet tribus Iuda & duæ tribus ei adiunctæ, vt-
pote Iſachar & Zabulon, quæ ad orientem tabernaculi fixerunt tentoria. [In ſecūdo autem
ſonitu & pari vlulatu tubæ] .i. tubarum ambarum, qui vlulatus ſeu perſtrepens ſonus, ſimi-
lis fuit primo tubarum ſonitui prolixiori & conciſo, [leuabūt tentoria qui habitant ad me
ridiem] hoc eſt, tribus Ruben & duæ tribus ei annexæ, quæ ad meridianam tabernaculi pla-
gam loca ſortiebantur. [& iuxta hunc modū reliqui facient] .i. in tertio ſonitu tribus Ephra
im cum ſibi adiunctis ad occidentem locata, mouebit caſtra. In quarto ſonitu tribus Dan
cum ſuis, quæ erant ad Aquilonem. [Quando autē congregandus eſt populus] totus ad Mo
ſen, ſicut iam dictum eſt. [ſimplex tubarum ſonus erit, & non conciſe vlulabūt.] Tunc enim
duo ſacerdotes clāgebāt ſoli vno impulſu ac breuiori. [Filij aūt Aaron] hoc eſt, poſteri eius,
vtpote ſacerdotes [clangent tubis] ex debito ſui officij, quia ſic dominus iuſſit. [Si exieritis
ad bellum] vos aut poſteri veſtri, [de terra veſtra contra hoſtes qui dimicant] id eſt, dimica-
turi ſunt [contra vos, clangetis] .i. ſacerdotes ex parte veſtri clangent, quemadmodum in Io-
Ioſue 7. ſue legitur in euerſione Hiericho factum. [& erit recordatio veſtri coram domino,] hoc eſt,
obſeruando pręceptū hoc, promerebimini quòd Deus erit memor veſtri ad ſuccurrendum.
[vt eruamini de manibus inimicorum veſtrorum] auxilio Dei, qui ſolo imperio corda ho-
minum terret & animat, debilitat & confortat. [ſi quando habebitis epulum,] hoc eſt, ſplen
didam præparatiōem ciborum ſiue cōmune conuiuiū ex cauſa legitima, ſicut poſt victori-
Iudit. 15. am Iudith, & poſt Mardochæi promotionem. [& dies feſtos] præſertim feſta ſolennia, [& ca
Heſter 8. lendas] hoc eſt, exordia menſium [canetis tubis] miniſterio ſacerdotum [ſuper holocauſtis &
pacificis victimis] .i. in oblationibus ſacrificiorum veſtrorum, quæ tunc offeruntur per ſa-
cerdotes pro vobis in holocauſta victimasq; pacificas. [vt ſint vobis in recordationem Dei
veſtri.] hoc eſt, quatenus ex illo clangore excitētur animæ veſtræ ad deuotionem maiorem,
ſicq; per hæc, & per obedientialē obſeruantiam horum, Deus miſericorditer memor ſit ve-
ſtri, & orationes oblationesq; veſtras dignetur ſuſcipere. Cur non exprimitur hic oblatio ꝓ
peccato? An forte in ea non erat clangendum, quoniam cum contritione & ſalubri triſtitia
extitit immolanda? Conſequēter deſcribitur, quo tempore filij Iſrael à monte Sinai ſint ꝓ-
greſſi. [Anno ſecundo] egreſſionis ex Aegypto, [menſe ſecundo] anni eiuſdem, [viceſima die
menſis,] huius menſis ſecundi, [eleuata eſt nubes de tabernaculo fœderis,] progrediendo in
aere ex ductu & motu angeli ſancti eam regentis. [profectiq; ſunt filij Iſrael per turmas ſu-
as,] ſicut diuiſi atq; diſpoſiti erant, prout ſuprà dicebatur. [& recubuit] .i. quieuit [nubes in
ſolitu-

ſolitudine Pharan,] quæ ſecundū Scholaſt. hiſtoriā eſt maxima ſolitudo, quā modo Sarrace- Num. 2.
ni inhabitant. [Moueruntq; primi caſtra filij Iuda] cum tribubus duabus ſibi adiunctis, qui
tanq̄ fortiores & audaciores, in prima acie cæteros ꝓceſſerunt ad cæterorum tutamen. [Depo-
ſitumq; eſt tabernaculum] .i. q̄ cito nubes cœpit procedere, ſacerdotes in tabernaculo inuol
uerunt inuoluenda, & tradiderunt ea Caathitis portāda: q̄ facto, Gerſonitæ & Meraritę in-
gredientes, diſſoluerūt & depoſuerunt tabernaculum & atrium eius, & portabant ea in cur-
ribus, prout ſuprà patuit, ideo ſubdit: [q̄d portātes, egreſſi ſunt] poſt nubem & poſt tribum
Iuda, eiusq; ſocios, [filij Gerſon] qui mollia deferebāt, [& Merari] qui dura portabāt. [Pro- Num. 4.
fectiq; ſunt filij Ruben] cum ſibi adiunctis in acie ſecunda, [profectiq; ſunt & Caathitæ por-
tantes ſanctuarium] .i. ſacratiora quæ in tabernaculo continebātur, videlicet arcam, propi-
ciatorium, menſam, candelabrum, vaſaq; ſacra, & cætera capitulo quarto expreſſa. [Tam-
diu tabernaculum portabat] non integrum, ſed diuiſum modo ꝓtacto, [donec venirent ad
erectionis locū,] vbi ſ. nubes quieuit, & tabernaculum rurſus cōpaginabatur, eleuabat & fi-
gebatur. [Mouerunt & caſtra filij Ephraim] cum duabus tribubus ſibi adiunctis qui erant
tertia acies, & erant ad occidentem. [Nouiſſimi caſtrorum omnium ꝓfecti ſunt filij Dan,] q
cum ſocijs ſuis erant ad aquilonem. Sicq; Caathitæ cum ſacris quę inuoluta portabāt, in me-
dio oīm ibant, quaſi vniuerſarum tribuum aciebus vallati ſecūdū quatuor plagas terræ, omni-
bus quaſi paratis ad defenſionem ſacrorum. ¶Circa prædicta ait ſanctus Hieronymus: Suppu Hieron.
temus dies, & inueniemus quinquageſimo die egreſſionis ex Aegypto legem latam in mon
te Sinai: vnde pentecoſtes ſolennitas celebratur, & Euangelij ſacramentū ſpiritusſancti de-
ſcenſione cōpletur. In hac māſione Sinai, media pars Exodi, & totus Leuiticus, Numerorū Exo. 20.
quoq; nō modica ꝓcepta, atq; per ſingulas tribus diſtributio, principumq; oblatio, ſunt de- 30. 32.
ſcripta. ¶Inſup magiſter in hiſtorijs ſcribit: Quoniā primo anno, menſe tertio, venerunt in Le. 1. 2. 10
montē Sinai, & ab eodē egreſſi ſunt anno ſecūdo, viceſima die menſis ſecūdi, patet ꝙ in hac Num. 1.
māſione ſederunt fere ꝑ annum, & dicit Hieronymus ꝙ ꝑ annū & q̄tuor dies ibi fuerunt: q̄d 2. 3. 5.
difficile eſt inuenire, niſi forte fuerit annus emboliſmalis. [Dixitq; Moſes Obab filio Raguel
Madianitę] .i. nato de terra Madian, quoniam fuit filius Iethro, qui alio nomine vocatus eſt
Raguel, eratq; ſacerdos Madian, cuius filia fuit Moſis vxor. [cognato ſuo] .i. affini, qui vxor
ſua fuit ſoror iſtius Obab. Alij tñ nonnulli dicūt, ꝙ Obab iſte fuit ipſemet Iethro, quos ſeq-
tur Lyra: quia (vt ait) in Hebræo habetur, ſocero ſuo. Ad quod Rabbi Paulus reſpondet, ꝙ R. Paul⁹.
dictio illa hebraica ſignificat ſocerum & cognatum. In Scholaſtica quoq; hiſtoria legit, ꝙ
Obab fuit frater vxoris Moſis. [Proficiſcimur ad locum quem dominus daturus eſt nobis,]
niſi obicem peccādo ponamus, [veni nobiſcum, vt benefaciamus tibi. Cui ille reſpōdit: Non
vadam tecum, ſed reuertar in terram meā. Et ille: Noli, inquit, nos relinquere. Tu enim noſti
in quibus locis per deſertum caſtra ponere debeamus:] quia videlicet Obab iſte natus fuit de
terra deſerto huic propinqua. [& eris ductor noſter.] Ex his apparet ꝙ Obab iſte non fuit
Iethro, quoniam in Exodo legitur qualiter Iethro in ſuam redijt terram. Et ſi dicatur, vt ali
qui dicunt, ꝙ diſpoſita domo ſua, ad Moſen ſit reuerſus, atq; ad Iudaiſmum cum ſuis cōuer- Exo. 18.
ſus, nō eſt veriſimile ꝙ rurſus voluiſſet ad ſua reuerti, vel ꝙ reddidiſſet ſe ita difficilem ad re-
manendum cum Moſe. ¶Præterea mirum videtur, ꝙ Moſes qui certiſſimo nubis ac angeli
ductu dirigebatur, & cæteri Iſraelitæ cum ipſo, nec aliter incedere aut quieſcere potuit, pe-
tijt huius viri ducatum. Ad hoc quidam reſpondent, ꝙ quanuis motum nubis aſſequi tene-
bantur, tamen Obab iſte cognouit quæ loca erāt magis accōmoda ex parte ſitus, & ex vicini
tate aquarum & paſcuarum, quæ item loca eſſent ſecuriora, & in talibus poterat eos dirigere,
& media itinera compendioſiora mōſtrare. Poteſt etiā dici ꝙ diuina ſubſidia non excludūt
humana. Nam & Ezechias videns regem Aſſyriorum venire aduerſum ſe, totam ſpem ſuā 4. Re. 19.
collocauit in dño, nihilominꝰ fecit ad reſiſtendum quicquid potuit vi humana ac ſua indu
ſtria. Porro beatus Gregorius aliter ſoluit, dicendo: Plerunq; ſuadere elatis ſalubria melius Grego.
poſſumꝰ, ſi profectum eorum nobis potius, quàm ipſis, profuturum dicamus. Hinc Moſes, qui
Deo regente & duce columna pergebat, cum cognatum ſuum à gentilitatis conuerſatione
vellet educere, & Dei obſequio ſubiugare, ait: Proficiſcimur ad locum quem dñs daturus eſt
nobis. Cumq; ille reſpondiſſet, Non pergam tecum: illicò Moſes adiūxit, Noli nos relinque-
re. Tu eñ noſti in quibus locis caſtra ponere debeamus. Non Moſen ignorātia itineris an-
guſtabat, ſed vir prouidus elato auditori loquens, ſolatiū petijt vt hoc præſtaret, requirebat
ducem in via, cui dux fieret ad ſalutem. Egit ergo, vt ſuperbus auditor voci ad meliora ſua-
denti eo magis fieret deuotus, quo plus putaretur neceſſarius, & vnde exhortatorem ſuum
præcedere crederet, inde ſe verbis exhortantis inclinaret. [Cumq; nobiſcum veneris] vſq; in
terram nobis promiſſam, [quicq̄d optimum fuerit ex opibus quas nobis daturus eſt domi-
nus, dabimus tibi.] Non eſt intelligendum, ꝙ Moſes propoſuit omnia huiuſmodi meliora
conferre ſuo cognato, ſed tantum quantum ipſe rationabiliter affectaret. Deniq; in textu nō

legitur, an Obab acquieuit: cõmuniter tamen tenetur, ꝙ immo, quia & in Iudicũ libro ha-
Iudic. 4. betur: Aber aũt Cineus receſſerat quondã à cæteris Cineis fratribus ſuis filijs Obab cognati
1. Re. 15. Moſis. Similiter in libris Regum ſcriptũ eſt, quẽadmodũ dixit Saul Cineo: Tu feciſti miſe-
ricordiã cum omni Iſrael cũ aſſcenderet de Aegypto. [Profecti ſunt ergo de monte domini
viã trium dieꝝ.] Dicũt aliqui, ꝙ per tres dies illos naturales ambulauerũt cõtinue, ita ꝙ nec
noctibus quieuerũt. Siquidem columna ignis aerem illuſtrauit, & diu iã in mõte Sinai quie-
uerãt. Voluitq; dñs demonſtrare q̃ paratus eſſet, quãtum in ſe erat, eos cito in terrã promiſ-
Num. 11 ſionis inducere. Vnde in principio ſequentis capituli leguntur propter laborẽ itineris mur-
muraſſe. Aliqui tamen affirmãt, ꝙ primo die ſui receſſus à Sinai mõte, ambulauerũt triũ ſpa
tium dietaꝝ, ſed q̃d dictum eſt, verius reputatur. [Arcaq; fœderis dñi præcedebat eos ꝑ tres
dies].i. per ſpatium trium dieꝝ. Non eñ arca ante motũ nubis proceſſit: nube aũt ꝓcedẽte,
oẽs filij Iſrael mox ſequebanꞇ. [prouidẽs caſtroꝝ locum.] non ꝙ arca fuerit viua, aut proui-
dentiæ capax, aut ex ſua prouiſione quieſcens: ſed materialiter ꝓuidit locum caſtroꝝ.i. ſua
quiete Deo ꝓuidẽte oſtẽdit, ꝙ circa locũ ſuæ quietis filij Iſrael deberent cõcurrere atq; quie-
ſcere. Hinc ait Petrus Comeſtor: Dicunt Hebræi ꝙ arca præcedebat eos tribus dietis, ſuper
quam nube ſtante, q̃ſi ad certum locum cõueniebãt paulatim, qdam citius, & aliqui tardius.
Veruntamẽ his obijci poteſt, qa iam dictũ eſt, ꝙ Caathitæ qui inter cętera portabãt arcã in-
uolutam, pergebãt in medio populi. Ad q̃d aliqui reſpõderunt, ꝙ hoc obſeruabatur, quãdo
ex aduerſarioꝝ incurſu timebatur periculũ. Recitat aũt Lyra opiniõem Rabbi Salomonis,
Lyra. dicẽtis ꝙ iſtud ſit intelligendũ de alia arca, in qua reuerenter ſeruabãtur primę tabulę fractę
R. Salo. à Moſe, eo ꝙ erãt digito Dei inſcriptę. ſed hoc videꞇ cõfictum, cum in libris Moſis per arcã
teſtamẽti ſeu fœderis domini, cõmuniter intelligaꞇ vna & eadem arca, in qua ſcilicet duę ta-
bulæ decalogi erãt repoſitæ. Hinc aliqui opinanꞇ, ꝙ ſicut in tranſitu Iordanis arca præceſſit
populũ ſpatio duoꝝ milliũ cubitoꝝ, vt Ioſue liber fert, ita in ꝓfectione per deſertũ præceſ-
ſit per ſpatium memoratũ, vt ex arcæ præceſſu filij Iſrael deuotius atq; alacrius ſequerenꞇ, &
Ioſue 3. in hoc fuit exceptio à generali regula Caathitaꝝ. [Nubes quoq; domini ſuper eos erat ꝑ diẽ
cũ incederẽt,] faciẽs eis refrigerationem cõtra ſolis ardorem. [Cũq; eleuareꞇ arca] vt portare
tur à Caathitis, [dicebat Moſes: Surge domine] quaſi ad ambulãdũ nobiſcũ, ſurge inquam,
id eſt, ꝑ modum ſurgentis te habe, aſſiſtendo & ſuccurrendo. [& diſſipenꞇ inimici tui].i. ido
Ioſue 13. lolatræ ac rebelles, hoſteſq; populi tui ſuccũbãt ac ſuperenꞇ à populo tuo. [& fugiãt qui ode
Ju. 7. 11. runt te, à facie tua].i. à tua p̄ſentia ſeu præſenti effectu tuæ iuſtitiæ, cũ peccata eoꝝ cœperis
Pſal. 67. per tuũ populũ vindicare, ſicut in libris Ioſue & Iudicum narraꞇ impletum. Hæc aũt loquu-
tus eſt Moſes zelo iuſtitiæ & ſpiritu ꝓphetiæ, nõ affectu inuidiæ, & iſte verſiculus in pſalmo
aſſumptus eſt & præmiſſus. [Cum autẽ deponeretur] arca ad quieſcendũ vbi nubes quieuit,
[aiebat: Reuertere domine ad multitudinem exercitus Iſrael:] id eſt, copioſum Iſraeliticæ
plebis exercitũ. Loquiꞇ autẽ Moſes de oĩpotenti, incircunſcriptibili & inuariabili Deo mo
re humano, quaſi Deus populũ præcedendo ac deducẽdo, paululũ diſceſſiſſet ab eis: ideo po
pulo quieſcente orauit, vt Deus reuerteretꞇ ad eos, i. ꝑ modum redeuntis haberet ſe, corda po
puli gratioſe vſitando de nouo, dimittendoq; culpas in via cõtractas.

¶De ſpiritali eiuſdem decimi capituli intellectu. Art. XVIII.

Esa. 33. PEr Moſen Chriſtus dux & legifer noſter ſignaꞇ, qui vnicuiq; ait prælato: Fac tibi duas
tubas argenteas ductiles. Tuba eſt prædicatio altiſona, audientium excitatiua, quæ in-
ſtruit & accendit, terret, immutat, cõuertit. Vnde dominus dixit prophetæ: Quaſi tuba
Esaię 58. exalta vocẽ tuã. Tuba argentea, eſt ſermocinatio expedita & gratioſa, ſicut de Chriſto fate-
Lucę 4. tur Euangeliſta: Mirabantur oẽs in verbis gratię quæ ꝓcedebant de ore eius. De ſacra quoq;
ſcriptura ait Pſalmiſta: Eloquium domini igne examinatũ. Hæc demũ tuba eſt ductilis, quia
ad audientium aures iuxta eoꝝ capacitatem dirigitur, & verba diuina ad diuerſos fructus du-
cunꞇ, modiſq; varijs applicanꞇ, ac inſtar cerę hincinde trahunꞇ. Duæ vero tubę, ſunt prædica
tio diuinæ iuſtitiæ ad terrẽdũ, & ſermocinatio pietatis diuinæ ad conſolãdum, ſeu duplex
ſermo, vtpote ex veteri & nouo teſtamento aſſumptus, aut certe doctrina literalis ac ſpirita
lis, inſtructio mediocris & ſapientialis, cũ dicat Apoſtolus: Nõ potui vobis loqui q̃ſi ſpirituali-
1. Co. 3. bus, ſed q̃ſi carnalibus: & q̃ſi paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, nõ ſolidũ cibũ. Sapi-
1. Cor. 2. entiã autẽ loquimur inter ꝑfectos. Rurſus duæ tubæ ſunt p̄dicatio de miſerijs & impietati-
bus vitæ p̄ſentis, & ſermocinatio de beatitudine vitæ futuræ, ꝓpter quæ oĩa teſtaꞇ ſaluator:
Mat. 13. Oĩs ſcriba doctus in regno Dei, ſimilis eſt homini patrifamiliàs, q ꝓfert de theſauro ſuo no-
ua & vetera. Per duas has tubas cõuocat prælatus & p̄dicator multitudinẽ populi Chriani,
ſibi commiſſi, à vitioꝝ diſperſione, à diſcordiaꝝ & erroꝝ varietate ac diuiſione, eos ad ſan-
ctam dilectionem, eccleſiaſticã vnitatem, virtuoſam cõformitatem reuocando ac ꝑducen-
do, quando mouenda ſunt caſtra. i. turbæ fidelium ad ſpiritalem ꝑfectum & contra pecca-
ta ſunt incitandæ. Cumq; increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba: quia dum pa
ſtor ſeu

ſtor ſeu p̄dicator vtriſq; ſermocinationibus prætactis iam vtitur, tam puſilli q̃ maiores, tam
ſimplices q̃ eruditiores, ſalubriter ad ipſum concurrunt. Si ſemel clangueris, venient ad te
principes & capita multitudinis. Semel clangere, eſt doctrinam ad p̄ſidentes ſpecialiter per-
tinentem proponere: ad quam, qui præſunt, debẽt confluere, quos ſuperiores p̄lati debent di
ligentiſſime exhortari, informare, ſuccẽdere ad fructuoſam & cõdignã ſuoꝝ officioꝝ exe-
quutionem: debent q̃q; altiores p̄lati, eos qui ſub ſe præſident, vigilanter examinare, qualiter
conuerſentur ac præſint. Et ſi eos inuenerint negligentes aut ſcandaloſe agentes, acriter in-
crepent ipſos: qui niſi ſe emendauerint, de ſua ſtatiõe ſunt expellendi, & ſubſtituẽdi ſunt alij,
qui vita, ſcientia & ætate extant idonei. Sin autem ꝓlixior atq; cõciſus clangor increpuerit,
mouebunt caſtra primi, q ſunt ad orientalem plagã. Clangor prolixior & cõciſus, eſt ſermo
ſonorus & feruidus, protractus & mixtus, in quo nunc blãda, nunc terribilia, nunc alta, nũc
ſimplicia, nũc plana, nũc myſtica depromunꞇ: ex cuius auditu accinguntur ad prælia cõtra
inuiſibiles hoſtes & ad omne exercitiũ virtuoſum primi hi, quoꝝ mentibus ſol ſapientię pri
mo & gratioſius radios ſapientiæ & charitatis ardores infundit, quoꝝ exemplo prouocan-
tur & alij minus boni ad meliora, in tantum, vt paulatim etiam vitioſi de ſuis vitioſitatibus
erubeſcant & cõuertantur. Si exieritis ad bellum de terra veſtra contra hoſtes qui dimicant Rom. 8.
aduerſum vos, clangetis vlulantibus tubis. Apoſtolus loquitur: Qui in carne ſunt, Deo pla-
cere nõ poſſunt. qui igiꞇ cõtra cõcupiſcentias carnis viriliter reluctanꞇ, de terra. i. de ſuis cor
poribus egrediunꞇ ad expugnandũ ſpm̃ fornicationis, ſpm̃ gulæ, ſpiritũq; torporis: tales igi
tur debẽt clãgere vlulãtibus tubis. i. ſeipſos ꝑ verba ſacræ ſcripturę hortari, aĩare, accẽdere, &
ſua deflere peccata, vt Deus ſit memor eoꝝ, & eius ope p̄ualeãt. In epulo q̃q;. i. ſpiritali refe-
ctione & cõſolatione diuina, in ſacrificijs eccleſiaſticis, obſeruantijſq; feſtoꝝ clangendũ eſt
tubis, Deo humiliter gratias agẽdo, pſallendo, & alios informãdo. Anno ſecundo, menſe ſe-
cundo, eleuata eſt nubes de tabernaculo fœderis. Tabernaculum, iuxta præhabita, eſt eccle-
ſia & quæcunq; fidelis aĩa, in qua ꝑ fidem & charitatẽ cõmoratur altiſſimus. Nubes vero eſt
gratia ſpũſſancti, ſeu cognitio Dei ꝑ ſpeculũ & ænigma: quæ eleuaꞇ, dum aĩas noſtras leuat 1. Cor. 13
ad altiora, vt intueamur & feruide diligamus æternã & increatã veritatem, & bonitatẽ illã
perfectionaliter penitus infinitã: q̃d ſecundo agiꞇ anno, hoc eſt, in proficientiũ ſtatu & eius
proceſſu, quia tunc incipit fieri. Ad huius nubis ducatũ oẽs vere Iſraelitæ, fide & opere Chri
ſtiani, ordinate ſequuntur ac decenter procedũt, vnuſquiſq; in ordine ſuo, iuxta ſuæ exigen-
tiam vocatiõis. ¶Poſtremo, exemplo Moſis, diſcat ac ſtudeat vnuſquiſq; proximos ſuos, co
gnatos, amicos, domeſticos humiliter & facete hortari, & quem ꝑ apertã increpationem nõ
valet lucrari, ꝑ quandã conetur ſolertiã à via perditiõis ad ſemitã reducere lucis. Bonus itaq;
Chrianus dicat ꝓximo & propinquo: Proficiſcimur ad locum quẽ dñs Deus noſter datur"
eſt nobis, ad paradiſum cæleſtẽ, ad patriã ciuium ſupernoꝝ, ad locũ amœnitatis immenſę &
iucunditatis æternæ: veni nobiſcũ ꝑ fidem & charitatẽ, ad plenã æternaliterq; ſecurã pergen
do felicitatem, vt bñfaciamus tibi, cõmunicando tibi in via gratiaꝝ chariſmata nobis colla
ta, atq; in patria dona glorię ibi p̄ſtanda. Quod ſi ille renuerit, nõ volendo terrena relinque-
re, neq; carnalia aſpernari, dicamus: Noli nos relinquere. q̃ſi & nos eius indigeamus duca-
tu. vix nãq; eſt aliquis, quin ſaltẽ in aliqbus valeat nobis cõſilio auxilioq; prodeſſe. Profecti
ſunt ergo de monte dñi viã trium dierum. Mons dñi eſt, eccleſia militãs, de qua loquiꞇ Eſai-
as: Erit p̄paratus mons dñi in vertice montiũ. Ab hoc mõte eſt procedendũ ad triumphan-
tis eccleſiæ ſublimitatem via triũ dieꝝ. i. actione fidei, ſpei & charitatis, ſeu ꝑ obſeruantiã tri-
plicis legis, videlicet naturalis, diuinæ & poſitiuæ, ꝑ exercitia viæ purgatiuæ, illuminatiuæ
& ꝑfectiuæ, ꝑ fidẽ teſtimonioꝝ, ꝑ adimpletionẽ p̄ceptoꝝ, ꝑ ſuperogationẽ cõſilioꝝ. Arcaq;
fœderis dñi p̄cedebat eos ꝑ tres dies. Hæc arca eſt Chri humanitas, q̃ in omni virtute p̄ceſſit
nos in ſua infantia, pueritia & adoleſcentia, ꝓuidens locum caſtroꝝ, quẽadmodũ ait: Vado Ioan. 14.
parare vobis locũ. Itẽq;: Pater, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecũ. Itaq; qui ſe dicit in Chri Ioan. 17.
ſto manere, debet inſtar ipſius ambulare. Nam ipſe eſt via, q ait: Nemo venit ad patrem niſi ꝑ 1. Ioan. 2
me. Poſtremo, zelo boni cõmunis accenſi, dicamus cũ Moſe: Surge dñe, & diſſipentur inimi Ioan. 14.
ci tui oẽs, videlicet infideles, tyranni & perſequutores eccleſię ſanctę, q deſtruantur & per-
eant in p̄ſenti, quantum ad id q̃d infidelitatis & vitioſitatis in ipſis eſt, vt ſalubriter mortifi-
centur, & deſinãt tales eſſe quales fuerũt. Quod ſi obſtinati, incõuertibileſq; permãſerint, ex-
pedit eis vt auferantur. Dicamus quoq;, Reuertere dñe ad multitudinem exercitus Iſrael. i.
populũ Chriſtianũ, qui tanq̃ exercitus Dei eſt ordinatiſſime inſtitutus, pijſſime viſita: immo
aſſidue innoua in eodem gratiaꝝ tuaꝝ chariſmata: & eccleſiam, quam propter noſtra faci-
nora lamentabiliter reliquiſti, gratioſiſſime præueni, inhabita, & reforma.

¶Elucidatio literalis cap. XI. Interea ortum eſt murmur populi. Art. XIX.

DEſcriptis magnis & varijs beneficijs atq; ſtatutis Dei omnipotentis, conſequenter nar
rantur maleficia & ingratitudines populi. [Interea ortum eſt murmur populi,] id eſt,

multorum de populo,[quaſi dolentium.]Quaſi,dicit hic veritatem,non ſimilitudinem tan-
tum. Ex dolore etenim murmurabant contra dominum, male loquendo aut cogitando de
Num.14 ipſo,quaſi dure nimis tractauerit eos,nec fecerit quod promiſit.vnde infrà dominus loqui-
tur,Detraxerunt mihi per decem vices.Doluerunt autem ꝓpter laborem itineris,quia ꝑ tri-
Num.10 duum ambulauerunt continue, prout in literali præcedentis capituli expoſitione dictum
eſt plenius. [Quod cum audiſſet * dominus, iratus eſt.] Auris enim zeli audit omnia, & qui
Sapiē. 1. Pſal. 93. plantauit aurem,nonne audiet? Veruntamen non exteriori auditu aut noua perceptiōe au-
diuit hoc, ſicut neque iratus eſt per aliquam immutationem aut alterationem affectus, ſed
intra ſe intellectualiter cognouit, & effectum iuſtitiæ exequendo, per modum iraſcentis ſe
habuit.[& accēſus eſt in eos ignis domini].i.ignis diuina virtute, angelicoq́ miniſterio for
matus, incendit murmuratores illos. [deuorauitq́ extremā partem caſtrorum] hoc eſt, eos q
lōge ſequebātur in vltimis,vt cōmuniter exponitur.Illi enim præ cæteris laſſi fuiſſe vident,
quanquā quædā tribus in vltimis erant diſpoſitæ. ¶Lyra aūt ſcribit hoc loco:Extrema pars
accipit dupliciter, ſcilicet de parte ſuperiori & inferiori, ſicq́ per extremam partem ſecun-
dum quoſdā intelligit vulgus, ſecundū alios aūt ipſi maiores de populo: & hunc ſenſum ſe-
R. Salo. dum ſequit Rabbi Salomon,dicens ꝙ ſeniores populi q erāt principales,meruerant mortē,
& Nadab & Abihu cum eis,quando viderūt Deū:ſed quoniam dominus eo tempore q̃ da-
Leuit.10 ta eſt lex de nouo,noluit miſcere luctū cū gaudio de legis receptione concepto, ideo diſtulit
Nū.16. mortē Nadab & Abihu,vſq; ad dedicationem altaris:mortem aūt ſeptuaginta ſeniorum, diſtu
& 17. lit vſq; ad illum locum, in quo fuerūt negligentes de repreſſiōe murmurationis populi, quē
tenebantur regere,ſicut & Moſes,& quia forte murmurauerūt. Hæc Lyra,contra quæ ſcri-
R. Paul. bit Rabbi Paulus: Per hoc q̃d dicitur, deuorauit extremam partem, non datur intelligi, ꝙ
deuoratio iſta ſit facta in vulgo vel in maioribus, ſed ſolum oſtendit, ꝙ nō ſit facta per oīa
caſtra,ſed per quandam partem,quæ tamen non determinatur in litera.Nec culpandi ſunt
ſeniores,quaſi negligentes circa repreſſionem murmurationis populi: quia ſi ſic, etiā Mo-
ſes & Aaron fuiſſent inde culpandi,qui præ cæteris tenebantur ad regimen populi, propter
R. Paul⁹ q̃d opinio Rabbi Salomonis non tenetur ab alijs expoſitoribus Hebræorum.Hæc Rabbi Pau-
lus.¶Præterea aduertendum, ꝙ verba Rabbi Salomonis videntur penitus imperita & ſtoli-
da,Nempe ꝙ aſſerit duos Aaron filios ſeniores, & ſeptuaginta ſenes, mortem promeruiſſe,
quando viderunt Deum viſione, de qua dictum eſt Exodi viceſimoquarto, irrationabile eſt
omnino,textuiq́ contrariū.Non eī viderunt eū in ſuæ deitatis eſſentia,nec aliter nec clari⁹
eum viderūt,q̄ ipſe ſe eis oſtendit. Nec altius aſſcenderunt q̄ Moſes eis præfixit, nec ſcriptu-
ra alicubi tangit eos tūc mortem promeruiſſe,immo ſcriptura Leuitici decimo, & in mul-
tis alijs locis euidenter docet Nadab & Abihu eſſe combuſtos,eo ꝙ ignem alienum coram
R. Paul. dn̄o obtulerunt.¶Porro ſeptuaginta ſenes,quos Rabbi Salomon dicit in hac plaga eſſe occi
ſos ab igne,ſecūdum eū nō fuerūt ſeptuaginta ſenes, qui in iſto legunt capitulo aſſumpti ad
Exo. 18. regimen populi in adiutoriū Moſis,ſed alij de qbus ſuprà ſcriptū eſt.Verūtamē ratio Rabbi
Pauli contra Rabbi Salomonem inducta, non includit. Eadem eī ratiōe duodecim prin-
cipes,qui(vt infrà habet) iuſſi ſunt ſuſpendi pro exceſſibus populi, nō fuiſſent magis q̄ Mo-
ſes Aaronq́ culpādi.[Cumq́ clamaſſet populus ad Moſen,vt oraret pro eis:]Qui fuerūt iſti
qui clamauerunt ad Moſen? forte ꝙ aliqui q nō murmurauerunt, ex compaſſiōe orauerunt
ꝓ pereuntib⁹, vel murmuratores nō fuerunt omnes ſimul ſucceſi, ſed illi in primis qui erāt
magis culpabiles,quorum exemplo alij territi pœnituerunt,& Moſis flagitauerunt ſuffragi
um.[orauit Moſes ad Dominum,& abſorpt⁹ eſt ignis.] ita ꝙ meritis & precib⁹ Moſis igno
uit dominus & pepercit.[& vocauit nomen loci illius, incenſio.] Conſuetudo nāq; fuit, p̄-
ſertim Hebræis, imponere nomina rebus ab aliqua proprietate, euētu aut actione. [vulgus
quoq; promiſcuum]id eſt,vtriuſq́ ſexus,[quod aſſcenderat cū eis].i. cum Iſraelitis exiuit de
Aegypto,quæ ſitu baſſior fuit,q̄ terra promiſſionis. vnde in Exodo legitur, vulgus promi-
ſcuū innumerabile aſſcēdit cū eis.[Flagrauit deſiderio carniū,] id eſt,ardēter optauit carniū
Exo. 12. eſum,intelligendo ꝑ carnes,quoſcūq; delectabiles cibos.Nam paulopoſt in querimonia ho
rum,ſit mētio nō ſolum de carnibus,ſed de alijs cibis: immo vt fert,verbum hoc carniū,nō
habet hic in Hebræo.Vidi quoq́ textus correctos,in quib⁹ non habebat. Iſti fuerunt Aegy
ptij,& ſecundum magiſtrum in hiſtorijs,fuerunt ſerui & ancillæ. Aliqui quoq; affirmant, ꝙ
ex mirabilibus in Aegypto viſis,fuerunt ad Iudaiſmum conuerſi.[ſedens & flens]ex dolore,
quia carebat cibo optato,[iunctis ſibi pariter filijs Iſrael,] qui erāt ꝓcliuiores ad huiuſmodi
gulā,voluptatēq́ guſtus.[& ait]vulgus illud cū ſibi adiunctis:[Quis dabit nobis ad veſcen-
dum carnes?]q̃ſi dicāt,multum optamus vt aliquis det nobis. ¶Circa hoc ſcribit qdā: Patet
ꝙ petitio iſta fuit iniuſta, qa adduxerāt ſecum de Aegypto animalia multa. Nec poteſt dici
ꝙ erāt cōſumpta,qm̄ infrà continet, Filij Ruben & Gad habebant pecora multa: ideo inde
Num.22 poterant carnes habere,ſed ex auaritia parcebāt animalib⁹ ſuis,& quia optabant carnes de-
licatiores.

licatiores.Hæc ille.Circa quæ dico,ꝙ vtiq; petitio illa fuit iniuſta,& ꝙ ex Aegypto duxerūt
aīalia ſecum multa: ſed ratio qua probat illa nō fuiſſe cōſumpta, non inuenit idonea: ſiqdē
q̃d allegat de filijs Ruben & Gad, fuit poſt interfectionem duorum regum Amorrhæorum Se- Num.21
on & Og,de quorum regnis acquiſierunt innumerabilia pecora, vt in Deuteronomio habet: Deu.20.
ideo authoritas allegata,poſſet de illis exponi pecoribus.Verūtn̄ ſatis probabile eſt,ꝙ peco
ra eorum ex Aegypto educta, nōdum erāt conſumpta. Nam in Exodo leguntur de carnium Exo. 16.
murmuraſſe defectu, & earum eſum optaſſe antequā ad montem Sinai deuenerunt,& pecora
multa habebant. Auguſtinus vero aliā tangit ſuper Exodum cauſam, cur ſuis pepercerunt Auguſt.
iumentis,ne ſcilicet animalibus ſuis cōſumptis,deeſſent tandem pecora ad immolādum ne-
ceſſaria,quia in ſolitudine illa fuit paſcuarum inopia,& per cōſequēs,minor iumentorum fœcū-
ditas.¶At vero Guilhelmus Parrhiſienſis libro de fide & legibus, aliā cauſam aſſignat, cur
Iſrael in ſolitudine non edebāt ſua iumenta: quia videlicet tātæ carnificinę odorem pati nō
potuiſſent in loco,quo erant ſic conglomerati, & vbi erat tam planus & patēs commorā-
tiæ ſitus. Inſuper arbitror poſſe dici, ꝙ vulgus iſtud promiſcuum fuit egenū, nec pecora ꝓ-
pria habēs,p̄ſertim ſi iuxta prę allegata erant famuli & ancillæ: & idē de ſibi adiunctis poteſt
quis opinari,p̄ſertim cū nō videatur probabile,ꝙ maiores de Iſrael ſe illis adiunxerint.[Re-
cordamur piſcium q̃s comedebamus in Aegypto gratis].i.ſine precio,vt quidam exponūt.
Lyra tamen exponit ſic,gratis.i.precio paruo,quia non poteſt intelligi,quòd pro nihilo,cū Exo.1,2.
etiam paleæ ad conficiendum lateres non darentur eis gratis.Quocirca dicendum,ꝙ paleæ
non dabantur Hebræis gratis. Iſti autem fuerunt pro maxima parte vulgus Aegyptium.
Nec tamen Hebræi paleas illas emerunt pro precio,ſed collegerunt laborioſe, & hoc modi
co tempore,vtpote poſt acceſſum Moſis ad Pharaonem vſq; ad breue temp⁹, ante vero da
bantur eis diu & gratis pro conficiendis lateribus. Deniq; reor ꝓbabile, quòd tam iſti Aegy
ptij quàm Hebræi eis adiuncti, frequenter comederunt piſces ſine precio in Aegypto, quia
per diuerſa Aegypti loca fluit Nilus,hincinde diuiſus,piſcibusq́ abundans: ſicq́ in certis lo
cis potuit piſcatio aliqua eſſe communis,ſicut videmus in terris iſtis. [In mentem nobis ve
niunt cucumeres.] Cucumer eſt ſpecies melonis,præcipue pro infirmis, aut terræ naſcenti-
um genus,ſiue(vt aliqui dicunt) cucurbitæ.[& pepones]quæ ſunt alia quædam ſpecies me-
lonis.[porriq́ & cepę & allia,]id eſt,iſta & cōſimilia additamenta,ſeu quodammodo condi
menta principalium ferculorum.[anima noſtra arida eſt].i. omni ſolatio deſtituta, & præ-
fatis humidis cibis priuata. * Quo quæri poteſt,qualiter verum ſit hoc,cum ſcriptū ſit in Sa
pientiæ libro: Paratum panem de cælo præſtitiſti eis ſine labore,omne delectamentum in ſe Sapi. 16.
habentem,& omnis ſaporis ſuauitatem.Sed hoc paulopoſt ſoluetur. [Nihil aliud] ad victū
pertinens[reſpiciunt oculi noſtri,niſi Man].i.manna. Hoc dixerūt tanq̄ valde ingrati,aſper-
nantes & faſtidientes panem illū cæleſtem. [Erat aūt Man quaſi ſemen coriandri] .i. par-
uulum quantitate,& in figura ſimile ſemini illi. Eſtq́ coriander herba ſeu fructus,qui inter
olera ſeu terræ naſcentia odorifera cōputatur.[coloris bdellij].i. albi & clari, ſemen aūt co-
riandri eſt nigri coloris. Dicuntq́ aliqui ꝙ bdellium ſit gummi cuiuſdam aromaticæ arbo-
ris,cuius lachryma lucida eſt,guſtu amara,ſed boni odoris. Hinc in Exodo ſcriptū eſt: Erat Exo. 16.
quaſi ſemen coriandri,album,guſtusq́ eius quaſi ſimilæ cum melle. [Circuibatq́ populus]
quia manna iacuit in caſtrorum circuitu.[& colligens illud,frāgebat mola,ſiue terebat in mor
tario coquens].i.ex manna ita in puluerem cōminuto,formans panes [in olla.] Sicut & ali- Leui. 20
qui panes fiebant in ſartagine,id eſt,in patella,quidam in aqua,vt lagana,vt in Leuitico ha Exo. 16.
betur.In Exodo legitur: Erat Man minutum,apparuitq́ in ſolitudine minutum, & quaſi pi
lo tuſum in ſimilitudinem pruinæ.quid ergo neceſſe fuit illud frangi aut mola teri? Ad hoc
aliqui dicunt,ꝙ ſoli mali hoc fecerant,quia manna fuit eis inſipidum, idcirco quærebant il
li varijs modis ſaporem meliorem adijcere,nec valebāt, quoniam ex tali decoctiōe natura-
lis ſapor mannæ mutabatur in peius.[& faciens ex eis tortulas,] id eſt,paruos panes, [ſapo- Ibidem.
ris quaſi panis oleati,]id eſt,panes ſuaues,vt eſt panis factus ex paſta,in cuius piſtione mixtū
eſt oleum.In Exodo autem legitur, guſtusq́ eius quaſi ſimilæ cum melle. Simila quippe eſt
delicatiſſima tritici farina. Sicq́ panis iſte erat valde ſuauis, inſtar panis confecti ex ſimila
melle admixta. Cur ergo quibuſdam non ſapuit? Reſpondetur ꝙ propter eorum malitiā.
Naturalis etenim ſapor mannæ,extitit dulcis & talis,vt dictum eſt: ſupernaturalis vero ſa-
por ipſius fuit, quo bonis ſapiebat ſecundum voluntatem eorum. Si eī optabāt, ſapuit eis vt
caro, & itē vt piſcis,ſicq́ deſcēdēdo vlterius. Tertius vero & accidentalis ſapor ei⁹ fuit,quē Sapi.16.
habuit in iniuſtis,qb⁹ fuit inſipidum.Hinc in Sapiētiæ volumine dicitur Deo:*Superſubſtā- *ſubſtātiā
tiam tuā & dulcedinem quam habes in filios,oſtendebas.Deſeruiens eī vniuſcuiuſq; volun-
tati,ad q̃d quiſq; volebat cōuertebatur.Vnde præallegata authoritas qua dicit,ꝙ oīe dele-
ctamentum cōtinuit,intelligenda eſt quantum ad virtuoſos. De his ſuper Exodum plenius
ſcripſi.[Cūq́ deſcenderet nocte ſuper caſtra ros, deſcēdebat pariter & manna.] Ros nō ſo-
 lum de-

lum deſcendit ſuꝑ caſtra, ſed & ſuper terram, iuxta q̊d in Exodo dicit: Mane ros iacuit ꝑ cir-
Exo. 16. cuitum caſtroꝝ, & ita manna ſimul cum rore deſcendit, q̊d ſuper Exodum diffuſius eſt ex-
Ibidem. poſitum. [Audiuit ergo Moſes flentem populum per familias] quia in eadem tribu erant di-
uerſæ familiæ iuxta præhabita. & [ſingulos] murmuratorum illorum, non ſingulos totius
populi, [per oſtia tentorij ſui:] quia in foribus tentoriorum ſuorum ſedebant plorando. Ve-
runtamen non audiuit diſtincte ſingulorum lamenta, ſed omnium fletum audiuit confuſe,
vel aliquo ſibi narrante percepit, qualiter omnes illi ac ſinguli flerēt. [Iratus eſt furor domi
ni,] hoc eſt, rigor diuinæ iuſtitiæ valde exercuit vltionem in eos, prout infrà in iſto habetur
Num. 11 capitulo. [ſed & Moſi intolerāda res viſa eſt,] id eſt, res valde moleſta, & quodammodo in-
tolerabilis, tam inſolentem & improbam ferre turbam in querimonijs & murmurationibus
ac malitioſis fletibus ſuis. [& ait ad dominum:] non ex indignatione aut impatientia, ſed ex
quadam pia familiaritate atq; triſtitia bona. [Cur afflixiſti ſeruum tuum?] id eſt, cur me fa-
mulum tuum permittis ita affligi, ita ꝙ paci internæ & contemplationi vacare non queo vt
opto? [Quare non inuenio gratiam coram te?] id eſt, quare non habes me ſupportatum ab
onere iſto, vt ſæpe rogaui, nec deſideratam tranquillitatem mihi largiris? [& cur impoſuiſti
pondus vniuerſi populi huius ſuper me?] hoc eſt, curam tantæ plebis mihi cōmiſiſti, ex qua
commiſſione mihi incumbit omnium hoꝝ cauſas & importunitates ſufferre, & ſolicitari ꝓ
eis. Contra hoc obijci poſſet, ꝙ Deus conceſſerat Moſi in adiutorium Aaron fratrem ſui
& alios multos, videlicet tribunos, centuriones, decanos: ſed iſta obiectio ex ſequentibus ver
bis augetur, ideo infrà ſoluetur. [Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel ge
nui eam,] quaſi dicat, nō ſum mater aut parens carnalis eorum. [vt dicas mihi, porta eos in
ſinu tuo,] id eſt, pie & paterne ſuffer & dirige eos, [ſicut portare ſolet nutrix infantulum, &
defer in terram, ꝓ qua iuraſti patribus eorum? Vnde mihi carnes, vt dem tantæ multitudi-
ni?] hoc eſt, humana potentia nō valeo ſatisfacere petitioni eorum. [Flent coram me, dicen-
tes: Da nobis carnes vt comedamus.] Iam dictum eſt quod dixerūt, Quis dabit nobis ad ve-
ſcendum carnes, in quibus verbis nō videntur carnes petiſſe à Moſe, ſed tacite magis à Deo,
à q̊ & cætera eis dabātur. Quomodo ergo Moſes ait, Flent coram me, dicētes: Da nobis car
R. Paul⁹. nes? Ad hoc Rabbi Paulus reſpondet, dicendo ꝙ petitio illa populi potuit dupliciter intel-
ligi. Primo, ꝙ intendebāt petere dari ſibi carnes à Deo miraculoſe, & hoc maior culpa fuiſ
ſet. Nam petere ꝙ Deus prætermittat ordinem naturæ, ad ſatisfaciendum concupiſcentiæ
aliorum inordinatę, vitioſius eſt, cum ab ordine naturæ plus deuiet. Secundo poteſt intelli-
gi, ꝙ petebant ſibi prouideri de carnibus per humanā induſtriā, ſecundum q̊d duces proui-
dere ſolent exercitibus ſuis de cibis: & hoc leuius eſſet, cum minus ſit præter ordinem natu-
ralem. Hinc Moſes volens petitiōem populi interpretari in melius, dixit: Flent corā me &c.
Poteſt etiam aliter reſponderi, quia & ſi nō legantur ante dixiſſe hæc verba ad Moſen, tamē
quia Moſes ſic reſumit, datur intelligi, ꝙ vtiq; hoc dixerunt, ita ꝙ primo dixerunt in gene-
rali, Quis dabit nobis carnes? deinde in ſpeciali ad Moſen, Da nobis &c. Nō eñ omnia ſcri-
pta ſunt, ſed frequenter ex vno verbo aliud inſinuatur, quemadmodū in Geneſi Iudas ait ad
Gen. 43. patrem ſuum de Ioſeph: Interrogauit nos homo per ordinem noſtrā ꝓgeniem, & tamē an-
te nō legitur Ioſeph hoc interrogaſſe. [Nō poſſum ſuſtinere omnē hunc populum] id eſt, ſo-
lus nō ſufficio regere eos. [quia grauis eſt mihi:] id eſt, valde moleſtus. ſicq; Moſes diſcretus
& pius, quantum poteſt, modeſte loquitur cōquerendo de populo, declinando ad min⁹, vt-
Philoſo. pote minus dicens, & plus innuens. Vnde & Ariſtoteles docet, ꝙ quanuis nunquam à veri-
tate ſit recedendum, tamen quādo quis loquitur de culpa alterius, debet potius declinare ad
minus: q̄ñ autem de ꝓpria culpa, potius declinare debet ad maius. Hic rurſus loquitur Mo-
ſes, q̄ſi ſolus præfuerit populo, cum multos habuerit officiatos. Ad iſtud quidam reſpōdent,
ꝙ officiati illi præfati, ſolum p̄fuerunt & intromiſerunt ſe de temporalib⁹. Moſes autem vo-
lebat adiutorium habere etiam in ſpiritualibus. Hæc reſponſio videtur prætendere, ꝙ ſolus
Moſes in ſpūalibus p̄ſidebat: cōtra q̊d videt̄, ꝙ Aaron pōtifex & filij eius ſacerdotes, in ſpiri-
R. Paul. tualibus Moſi ſubſidia impendebāt. Porro Rabbi Paulus prætactā reſponſiōem quam ſeq-
tur Lyra, emendare conat̄: Videt̄, inquiens, magis ꝓprie diſtinguendum in iſta materia, ꝙ
Exo. 18. ſcilicet tribuni, centuriones, & cæteri ex cōſilio Iethro cōſtituti, intēdebāt tm̄ de iudicialib⁹.
Hic vero petebat Moſes adiutorium in regimine vniuerſali totius populi. Veruntamen iſta
reſpōſio paꝝ aut nihil differt à prima. Cauſæ nāq; iudiciales, de quibus officiati præfati iudi
cabant, erāt terrenæ, & de rebus minoribus tantum, prout in Exodo continetur. Vniuerſale
autem regimen populi, ſpiritualia maxime cōcernebat, vt ſcilicet viuerēt iuxta legem. Ideo di
ci poteſt, ꝙ Moſes p̄ter prætactos officiatos quærebat opem maiorē, vt ei in adiutorium do
narent̄ viri ſapientes & iuſti, q ꝑ totam plebem illam diffuſi, dirigerent eam tanq̄ conſiliarij
generales. ¶ Præterea adhuc remanet quæſtio, qualiter Moſes ſolus ſuſtinuit oēm populum
illum. Et reſpondendum, ꝙ ſolus ſuſtinuit omnem plebem illam, tāquam monarcha in ea,
ita ꝙ

ita ꝙ q̄ſi regalis, principalis, generaliſq; cura fuit ei ſoli impoſita, q̄ & poſt hęc manſit impo
ſita ei, ſed cū ſubſidio ampliori q̄ ante. [Sin aliter tibi videtur]. i. ſi tibi nō placet mihi cōfer-
re optatū ſubſidiū, vel ab onere huius præſidentiæ me habere ſupportatū, [obſecro vt interfi
cias me] . i. de vita hac tollas morte pia ſeu naturali, non violenta. Sicq; interficere capit̄ hic
extēſe, vt interficias me plaga tibi placente, per quā à culpis meis expurger. ideo ſubditur:
[& inueniam gratiam in oculis tuis,] hoc eſt, remiſſionē culpaꝝ per pœnam vitæ præſentis.
Vel inueniā gratiam, ita vt inter ſanctos patres in limbo quieſcam. [ne tantis afficiar malis]
hoc eſt, tot tribulationibus & inquietudinibus atq; triſtitijs ex inſolentia populi huius. ſicq;
exponitur de malis pœnalibus. Forte etiā incidit interdū culpas ſaltem veniales occaſione
regiminis, timuitq; incidere grauiora peccata, ſicut & poſtmodū incidit culpam increduli-
tatis ad aquā cōtradictionis: ideo tolli orauit, ſicut raptus eſt Enoch, ne malitia immutaret Geneſ. 5.
cor eius. Sed cū patientia ſit virtus moralis, paſſionē triſtitiæ moderās ac refrenās, ad cuius
ſpectat ꝑfectionem, vt faciat hoīem in aduerſis gaudere, nonne iſtud ad impatientiā perti-
nuiſſe videt̄, ꝙ Moſes ex tribulationibus ſibi inflictis, in tantū eſt cōtriſtatus, ꝙ orauit occi-
di niſi releuaret̄, ne afficeretur tot malis & tātis? Et reſpondendū, ꝙ in aduerſis pœnalibus
eſt gaudendū, non inquantū aduerſa ſunt, ſed inquantū à Deo diſpēſante ꝓueniunt, & à vi-
tijs purgāt, multiſq; alijs modis ſunt vtilia. Veꝝ inquātū ſunt vehemēter afflictiua, & à futu
ra beatitudine dilatiua, immo & impeditiua interdū à contēplatione & trāquillitate inter-
na, poteſt qs de eis moderate triſtari & mortē appetere, inquantū eſt finis p̄ſentiū miſeria-
rū, & porta vitæ appetibilioris, & hoc nō ex īpatiētia, ſed amore quietis internæ & felicitatis
futurę, & ne amplius peccet. Nā & Paulus apoſtolus: Supra modū, inqt, grauati ſum⁹ ſupra 2. Cor. 1.
virtutē, ita vt tæderet nos viuere. & Helias: Tolle dn̄e, quæſo, aīam meā. ¶ Inſuꝑ q̄ritur, cur 3. Re. 19.
Moſes in hoc caſu oſtēdit tantū grauamen, nec more ſolito dn̄m exorauit, vt populo daret
q̊d petijt, ſ. carnes, ſed à regimine populi petijt exonerari aut mori. Ad hoc R. Paulus reſpon R. Paul⁹.
det, ꝙ ideo nō rogauit, vt Deus plebi daret optata cibaria, ne populi augeretur malitia. Cō-
cupiſcētia nāq; puerile eſt vitiū, qm̄ inſtar pueri nō attēdit ordinē ratiōis, & quāto plus ei cō
ſentit ac ſatisfit, tāto plus creſcit: queādmodū puer tāto plus creſcit in ꝓpria ac peſſima vo-
lūtate, quāto pl⁹ ſibijpſi dimittit̄. Sed tūc orit̄ quæſtio, cur Deus abſq; Moſis oratiōe cōceſſit
populo male deſiderata, ad q̊d rn̄debit̄ infrà. [Et dixit dn̄s ad Moſen: Cōgrega mihi 70. vi-
ros de ſeniorib⁹ Iſrael, q̊s tu noſti ꝙ ſenes populi ſint & magiſtri.] Iſtud intelligendū videtur
de his, in q̄bus ætas, morūq; grauitas, ſeu vita virtuoſa atq; ſciētia cōcurrebant. Nam & (cæ-
teris paribus) ſeniores tēpore, ſunt præferēdi ad cōſulendum ac dirigendū, cum & ipſa expe
rientia in eis magis abūdet, & ex cōſequēti, prudētia vt frequēter. In decrepitis tn̄ ratio ſolet
decreſcere, niſi ꝑ dona gr̄æ ſpecialis iuuet̄. Tales ergo ſunt ſenes populi. i. digni noīe ſenū in
populo, q facto & verbo edocēt plebē. Nihilo minus moꝝ maturitas ſoli ſenectuti eſt præ-
ferenda, & ſimili modo prudētia: ideo ſi in aliquo ſit ætas mediocris & virtus abundās, re-
cte ſenex poteſt vocari, præſertim ſi & prudētia vigeat. ¶ Circa hæc q̄ritur, cur Deus cōmiſit
electionē hāc Moſi, & videt̄ ꝙ nō debuit ei cōmitti, q̄a non poterat certitudinaliter ſcire, q
eſſent præfato modo veraciter ſenes. Quis eñ nouit quid agatur in hoīe, niſi ſpiritus eius? 1. Cor. 2.
Vnde & 1. Regum dn̄s conteſtatur: Homo videt ea quæ parent, dn̄s aūt intuetur cor. Deniq; 1. Re. 16.
electio tribunoꝝ & centurionum ac quinquagenariorum, populo fuit cōmiſſa, vt in Deu- Deut. 1.
teronomij libro habetur: cur ergo non etiam electio horum ſeptuaginta? ¶ Iterum quæri
poteſt, cur Deus voluit in populo ſuo tam multos præeſſe, & præter illos, adiecit hos 70. ꝓ
populi directione & conſultatione. Ad primum horum videtur dicendum, ꝙ ſicut Apoſto- 1. Tim. 3.
lus ſcripſit ſanctis viris Timotheo ac Tito, quales ad ſacros ordines promouerent, non ꝙ & 4.
illi abſq; ſpeciali reuelatione poſſent pro certo cognoſcere, qui eſſent tales & ſacris cōdigni Titi 1.
ordinibus, ſed vt in hoc adhiberent diligentiam ſibi poſſibilem ad cognoſcendum modo
probabili, ita de Moſe poteſt dici. Ad ſecundum dicendum, ꝙ tribuni ac ſimiles inſtitueban
tur ad præſidendum populo in deciſione minorum cauſarum, idcirco à populo ſunt ele-
cti. Iſti autem 70. aſſumpti ſunt, vt cooperarentur, adſtarentq; Moſi in executione vniuerſa-
lis regiminis populi, ipſum populum per conſilia, documenta, hortamentaq; dirigēdo: id-
circo à Moſe ſunt electi, pręſertim quia & ſpiritum prophetię etiam fuerant ſortituri, pro-
pter quod decuit eos eſſe notabiliter virtuoſos: quod melius à Moſe q̄ à populo poterat ſci
ri. Ad tertiū reſpondendum ex verbis ſancti Thomę, qui in prima Secundæ, quæſt. 105. diſ-
ſeruit: Circa bonā ordinationē principum in aliqua ciuitate aut gente, duo ſunt attēdenda:
Primū eſt, vt omnes aliquam habeant partem in principatu: per hoc eñ conſeruat̄ pax po
puli, & oēs talē ordinationē amāt atq; cuſtodiūt, vt dicit̄ 2. Politicoꝝ. Aliud eſt q̊d attēdi-
tur ſecundū ſpeciē regiminis vel ordinationis principatiuæ, cuius cum ſint diuerſæ ſpecies,
ſecundū Philoſophum 5. Politicoꝝ, præcipue tn̄ ſunt regnum ſeu monarchia, in qua vnus
principatur ſecundū virtutē, & ariſtocratia. i. poteſtas optimoꝝ, in q̄ pauci principātur ſe-

cundũ virtutẽ,& democratia,in qua præeſt cõmunitas,i.quidam boni de tota cõmunitate. Hinc optima ordinatio principũ in regno ac vrbibus eſt,vbi vnus ſecundum virtutẽ ꝑficitur qui om̃ibus præſit,& ſub ipſo ſunt aliqui principantes ſecundum virtutẽ,& tñ talis principatus ad oẽs ꝑtinet:tum quia ex om̃ibus eligi poſſunt, tum quia ab om̃ibus eligunt. Talis eñi eſt optima politia,bene cõmixta ex regno ſeu monarchia,inquantũ vnus om̃ibus præſidet,& ex ariſtocratia,inquantũ multi principant ſecundũ virtutẽ: atq; ex democratia, hoc eſt,poteſtate populi,inquantum principes ex popularibus eligunt, aut eligi poſſunt,& ipſa electio principũ ad populũ pertinet. & iſtud fuit inſtitutũ ſecundũ legẽ diuinã. Moſes nãq; & ſucceſſores eius gubernabãt populũ, quaſi ſingulariter om̃ibus præſidẽtes, q̃d eſt quædam ſpecies regni. Elegit aũt 70. ſenes ſecundũ virtutem,& hoc erat ariſtocraticũ:ſed democraticũ erat, ꝙ de om̃i populo eligebant. Sequit: [& duces eos ad oſtiũ tabernaculi fœderis] vt in loco ſancto ſuſcipiant dona ſpiritusſancti.[Facieſq; ibi ſtare]quia non poterant tabernaculũ introire, cum nõ eſſent de tribu Leui,ſed foris ſtabant in atrio ante ianuam tabernaculi.[vt deſcendã]non in ꝓpria perſona, aut locum mutando,ſed ꝑ effectũ,& per angelũ mihi miniſtrantẽ.[& loquar tibi,& auferã de ſpiritu tuo].i.de donis ſpũſſancti tibi collatis,nõ ea minuendo in te, aut tollendo à te: ſed dona gratiæ donis tuis ſimilia, q̃uis non æqualia, alijs dando. Vnde ſubiungit:[tradamq; eis]ex mea benignitate,& propter cõmune bonũ populi mei, & etiã meritis tuis ac precibus. Sicq; dona grãæ in Moſe, erant quaſi cauſa meritoria inſtrumentalis donoꝝ in alijs. [vt ſuſtẽtent tecum onus populi] hoc eſt, in prouidendo, inſtruendo,dirigendoq; plebẽ,te adiuuent. Loquitur aũt Deus de ſpũalibus per modum corporalium rerũ,in quibus aliquid pluribus cõmunicatur per hoc,ꝙ id in multa diuiditur,q̃d vnus integrũ ſolus poſſedit. Verũtamen per hunc loquẽdi modũ inſinuatur, quanta fuerit gratię plenitudo in Moſe,de cuius abundãtia ſic cõmunicatũ eſt alijs.Hinc ait Petrus Comeſtor:Ablatio ſpũs Moſis, & traditio alijs facta, non eſt intelligẽda diuiſio ſpiritus eius ꝑ partes vel diminutio, ſed illuminatio aliorũ ad regendũ populũ per eandẽ gratiã ſpũalem, per quã Moſes erat illuminatus,ſicut de igne vnius lucernæ multæ illuminant ſine illius imminutione.

R. Paulꝰ

Veruntamen ſecundũ R.Paulũ,pro eo ꝙ noſtra tranſlatio habet, Auferam:habetur verbũ in Hebręo,q̃d licet multa ſignificet,nunq̃ tamen inuenitur ſignificare idem quod auferre. Tranſlatio Chaldaica poſuit hic verbũ,ſignificans idem q̃d diffundere ſeu protendere,vt ſit ſenſus,ꝙ Deus diffudit ſeu protẽdit de ſpiritu qui erat in Moſe, & dedit viris illis 70. Et forte tranſlatio noſtra primo habuit, Afferam de ſpiritu, & Afferens de ſpiritu tuo, per duplex ff,q̃d ſatis cõſonat tranſlationi Chaldaicæ:& poſtea vitio ſcriptoꝝ eſt poſitũ, auferam & auferens, per literam u. Hæc Paulus. Sed prima pars huius dicti,non videt vera aut certa,qm̃ LXX. interpretes tranſtulerunt, Auferã de ſpiritu qui in te eſt. ¶Circa hæc ſcribit Lyra, q̃d tactũ eſt,ſ. ꝙ viri illi,illuminati fuerũt abſq; diminutione gratiæ Moſis,ſicut à lumine vnius candelæ,plures illuminant.& addit,Sciendum tamẽ ꝙ iſta ſimilitudo nõ tenet, quantũ ad cauſam effectiuam,ita ꝙ donũ gratiæ exiſtens in Moſe, cauſaret in alijs gratiam effectiue:ſed tantũ meritorie, inquantũ ad preces Moſis ob eius ſubleuationem illuminati ſunt alij.

Idem.

¶Porro circa & contra hæc verba Nicolai de Lyra,ſcribit R.Paulus multũ prolixe,ſed non multũ reſolute aut ſatis perite, cuius aliqua verba tangam. Itaq; inter cætera ait: Similitudo illa videtur tenere,etiam quantum ad cauſam effectiuam:qm̃ Gloſſa ait, Moſes & ſpiritus qui erat in eo,quaſi clariſſimi luminis lucerna fuit,ex qua Deus ſeptuaginta ſenes accendit, ad quos principalis luminis ſplendor aduenit, & origo ipſius nihil damni ex deriuatione accepit. Hæc in Gloſſa. Ex quo patet manifeſte, ꝙ ſpiritus ſeu lumen gratiæ in ſenioribus illis, fuit deriuatum à lumine gratiæ quod erat in Moſe.

Idem.

¶Deinde R. Paulus ſubiungit: Circa hæc ſunt duo attendenda: Vnum eſt, ꝙ ſpiritus ſeu gratia de qua hic agitur, non eſt lumen naturæ, nec lumen gratiæ gratum facientis, ſed gratia prophetiæ: quia in litera dicitur,Cumq; requieuiſſet in eis ſpiritus,prophetauerunt. Secundũ eſt, ꝙ illuminatio prophetica, quæ eſt principaliter à Deo, quandoq; tangit mentes prophetaꝝ mediantibus angelis,vt patet de Moſe in primordiali ſua aſſumptione ad ſtatum propheticum,& quod maius eſt,etiam inter angelos qui ſuperiores ſunt,inferiores illuminant. Eodem modo poteſt de Moſe intelligi circa 70.viros,videlicet ꝙ lumen propheticum mẽti Moſis à Deo in-

Exo. 30.

fuſum,confortauit lumen naturale ſeniorum, & manifeſtauit eis veritatẽ de his, quæ pertinebãt ad ſtatum regiminis populi, ita ꝙ principalitas huius illuminationis eſt à ſolo Deo, ſecundaria vero illuminatio actiua in Moſe, quẽadmodum luna recipit lumen à Deo mediante ſole. Hæc aũt excellentia rationabiliter Moſi videtur conceſſa inter prophetas, qm̃ fuit eximius ꝓphetaꝝ, & ſolus inter illos eſſentiam Dei vidit in vita præſenti: ideo meruit & habuit prærogatiuam angelorum Deum videntiũ illuminatione prophetica, ita ꝙ ſicut Deus mediantibus angelis illuminat mentes prophetarum, ſic mediante Moſe per lumen propheticũ ei excellentiſſime collatum,lumen propheticum traderetur viris illis. Si eñi ſeptuaginta viri à Deo immediate recepiſſent lumẽ propheticũ,ſicut Moſes immediate acceperat,eſſent quodãmodo pares in huiuſmodi regimine,q̃a magis & minus non variãt ſpeciẽ. Hæc Paulus:Cuius verba,multa quæ nõ videntur poſſe ſaluari,includũt. In primis ergo nõ ſequit:Lumẽ illud gratiæ in ſeptuaginta, fuit deriuatũ à lumine gratiæ quod fuit in Moſe,ergo fuit ab ea,ſicut à cauſa efficiente. Dicitur eñi aliquid deriuari ab alio, nõ ſolum ſicut à cauſa effectiua, ſed etiã ſicut à cauſa formali,aut exẽplari,aut finali,aut materiali.Secundo quod ait, iſtud de lumine gratiæ datæ 70. viris,eſſe intelligendum ſolum de gratia prophetiæ,non de gratia gratum faciente,non videtur idonee dictũ,immo & de ſapientia atq; prudentia, prout ſunt dona ad alioꝝ gubernationem ſpectantia in rebus diuinis & humanis.

Ait nanq; Origenes,& habet in Gloſſa authẽtica:Requieuit ſup eos ſpiritus, & prophetauerunt om̃es. Non legitur requieuiſſe ſpiritus, niſi in ſanctis. Requieſcit eñi in his qui mundo ſunt corde,qui purificãt ſuas animas à peccato, ſicut nõ habitat in corpore ſubdito peccatis. Peccantes aũt,cõtriſtamus ſpiritũ ſanctum:bene aũt agentes, requiẽ ei paramus. Quod ergo ait de 70.presbyteris.i.ſenibus,q̃a ſpiritus requieuit in eis, laudem vitæ eorum & virtutes expoſuit. Hæc Origenes & Gloſſa. Itaq; dato,ꝙ ante hanc ſpiritus donationem fuiſſent in charitate & gratia, tamen in iſta donatione gratia gratum faciens & virtutes fuiſſent in eis auctæ. Amplius expoſitores catholici cõmuniter dicũt, ꝙ data eſt ſenioribus illis illuminatio ad regimen populi,quod ad prudentiam pertinet,& ad informationem in lege quod eſt ſapientiæ actus. Deinde quod Paulus iſte adiungit,ꝙ illuminatio prophetica quandoq; tangit mentes prophetarũ mediantibus angelis,quaſi quandoq; tangat nõ per intermedios angelos,ſicut & poſtea innuit,non eſt apte inductum: quia vt Thomas ex verbis diuini Dionyſij probat, atq; in pluribus locis docet, reuelationes propheticæ vniuerſaliter per angelos ſanctos ſunt factæ, ſecundum quod ordo angelicæ hierarchiæ ad humanam,& vtriuſq; ad Deũ habet. Quod item Albertus libro de 4.coæquæuis, & ſuper ſecundũ Sententiaꝝ, & ſuper ꝓphetas ſentire cenſet,alijq; cõmuniter. Quod vero cõſequenter aſſerit R.Paulꝰ,ꝙ ſicut Moſes accepit primo gratiã ꝓphetiæ à Deo per angelũ: ſic 70. à Deo per Moſen, quẽadmodũ etiã luna ſumit lucẽ ſuam à Deo ꝑ ſolẽ, nil prorſus valere monſtratur, & textui contrariari probatur: qm̃ lumen propheticum Moſis menti infuſum atq; inhærens,nõ potuit operari aut influere in mentes ſeu animas alioꝝ, niſi per exteriora verba aut ſigna vel opera. Ex tali aũt inſtructione aut reuelatione, qua vnus homo alteri futura aut ſecreta reuelat, alius non fit propheta: ſicut nec Pharao & eius miniſtri fuerũt prophetæ,eo ꝙ Ioſeph reuelante,pręcognouerũt ſterilitatem 7.annoꝝ. Deniq; in textu manifeſte habet, quẽadmodum Deus dixit ad Moſen:Auferam de ſpũ tuo & dabo illis. Et rurſus:Deſcẽdit dñs per nubem, & locutus eſt ad eum,puta ad Moſen, auferẽs de ſpiritu q̃ erat in Moſe, & dans 70.viris: nõ aũt dicitur,ꝙ Moſes de ſpiritu ſuo 70.viris. moxq; ſubiũgitur:Cumq; requieuiſſet in eis ſpiritus,prophetauerũt:& illa requieſcentia ſpiritusſancti in ipſis,non fuit ex Moſis informatione aut impreſſione, ſed ex Dei donatione. Poſtremo,R.Paulus ait,Moſen immediate à Deo accepiſſe lumen propheticũ, non cõcordat prædictis ex B. Dionyſio & S.Thoma inductis,immo nec literæ. Apparitiões etem̃,allocutiones,reuelationesq; Dei factæ Moſi, per angelum ſeu angelos ſanctos factæ ſunt ei,non ſolum in rubo,ſed etiam in Aegypto,monteq; Sinai & deinceps: q̃d & in Actibus Apoſtolorum B.Stephanus proteſtatur, & S.Auguſtinus declarat,Magiſter quoq; Sententiarũ libro 2.diſſeruit,immo ex litera iſta oſtenditur. Non eñi Deus immediate in propria perſona deſcendit in nube, & allocutus eſt Moſen. Sequit:[Populo quoq; dices, ſanctificamini]hoc eſt,deuote diſponite vos ad ſuſcipiendũ gratanter futuram & concupitam carnium refectionem.[Cras comedetis carnes.Ego eñi] dominus Deus [audiui vos dicere: Quis dabit nobis eſcas carnium?] Itaq; ſanctificamini, [vt det vobis dominus carnes & comedatis, non vno die tantum,nec duobus, vel quinq;, aut decem,ſed nec viginti quidem]diebus tantum, [ſed vſq; ad menſem dierum,] id eſt, per integrum menſem,[donec exeat per nares veſtras.]hoc eſt,ad tantum vomitum deueniatis,vt & nares veſtræ inde fœdentur. [& vertatur in nauſeam] id eſt, in faſtidium. Delectationes nanq; ſenſibiles,per ſatietatem in faſtidiũ vertuntur.[eo ꝙ repuleritis dominum, qui in medio veſtri eſt.] Si iam dominum repulerunt à ſe per ingratitudinem, improbitatem & concupiſcentiam ſuam,quomodo dominus adhuc in medio erat eorum? Dicẽdum ꝙ quidam eorum repulerũt eum à cordibus ſuis,nõ acquieſcendo inſtinctui diuino neq; angelico: alij autem non repulerunt, in quorum medio fuit per gratiam. Totum autem à diuerſis partibꝰ ſuis,diuerſas ſumit denoĩatiões. Vel adhuc fuit ꝑ eſſentiã,ꝓſentiã atq; potẽtiã, & ꝑ bñficia ac mirabilia multa,etiã inter reprobos illos. ¶Pręterea q̃ri poteſt,cur dñs acqeuit irrationabili petitioni ingratoꝝ carnaliũq; illoꝝ,& cur dedit illis materiã tantæ guloſitatis,& qualẽ conſequentiã habet & cauſalitatẽ, ꝙ dñs dedit illis abundantiã illã, eo ꝙ repulerunt eũ à ſe? Et reſpondendũ, ꝙ dñs dedit eis iuſta & bona intẽtione, q̃d ipſi iniuſte & ſenſuali petierũt affectu:

Origen.
Eſaię 66.
Sapi. 1.
Dionyſ.
Gen. 44. & 45.
R. Paul.
Exodi 3. 13. 19. 20 & 34.
Acto. 6.
Auguſt.

affectu: nec ideo dedit eis abundantiã illã directe, vt ea abuterẽt: ſed abuſio illa ex ipſorum
carnalitate eſt cõſecuta, ideo ſunt puniti. Sic & reprobis cõcedit q̃tidie tẽporalia multa qui-
bus abutunt. Nam & oĩa cooperant eis in malum. Dñs q̃qꝫ voluit oñipotentiã & liberalita
tem ſuã diffidentibus & ingratis illis monſtrare. [& ait Moſes: Sexcenta millia peditum po
Exod. 12. puli huius ſunt.] Sic & in Exodo legitur, Sexcẽta fere millia peditum viroꝝ. Sed obuiare vi-
detur illud ſuperius dictum, Fuerũt oẽs ſimul filij Iſrael ſexcẽta tria millia viroꝝ, quingenti
Num. 1. quinquaginta. Ad hoc quidã reſpondent, ꝙ in plaga tacta in exordio huius capituli, fuerũt
tot mortui, quot vltra ſexcẽta millia cõputantur ſuprà. Sed qm̃ iſtud incertũ eſt, dici poteſt
Ibidem. ꝙ Moſes non curauit tam determinate ſummã illã exprimere, & ſcriptura non ſolet minu-
tias numeri ac tẽporis cõputare. Minor quoqꝫ numerus non excludit maiorem. [& tu dicis,
Dabo eis eſum carniũ mẽſe integro?] Nõ diffidendo, diſcredendo, aut verbis Dei contradi-
cendo, dixit hoc Moſes, ſed admirãdo, & modum inueſtigando. [Nunquid ouiũ & boum
multitudo cædetur,] hoc eſt, mactabitur, [vel oẽs piſces maris cõgregabuntur &c.] Ex hoc
elicitur, ꝙ hoc loco per carnes non ſolũ animalium greſſibiliũ, ſed & natantiũ corpora in-
telliguntur. Sicqꝫ caro extẽſe accipit, quemadmodũ & dum ait Apoſtolus: Alia caro auium,
1. Co. 15. alia piſcium. [Cui reſpondet dñs: Nunquid manus dñi inualida eſt?] q. d. Nonne ego omi-
potens ſum? ideo non oportet te tantũ mirari aut ſciſcitari, immo implebo quod dixi, neu-
tro tñ modoꝝ quos tetigiſti. [Iã nũc] hoc eſt, valde celeriter [videbis, vtrũ ſermo meus ope-
re cõpleat.] Tanq̃ dicat, videbis ꝙ vtiqꝫ, & tñ non tibi prędico modũ. Veruntñ iſta reſponſio
dñi videtur ſonare, quaſi Moſes ex deſperatione facti aut dubitatione fuiſſet locutus. Vnde
Nũe. 20. vt refert Lyra, quidã Hebręorũ doctores dicũt, ꝙ dubitauit hoc loco, & ꝙ hic peccauit tam
Pſal. 105 grauiter, ſicut ad aquas contradictionis: non tñ ſtatim fuit punitus, nec eius punitio eſt hic
expreſſa, quẽadmodum ibi: qm̃ iſtud peccatũ eius fuit coram dño in ſecreto, illud in publi-
co. Alij Hebręi dicũt oppoſitũ, & ſicut nunc dictũ eſt, quibus concordant expoſitores catho
Auguſt. lici, qa & Gloſſa ait ex Auguſtino: Quærit, vtrũ hoc Moſes diffidẽdo dixerit, an quærẽdo.
Si diffidendo, cur hoc non exprobrat ei à dño, ſicut ad aquas cõtradictionis? Si inquirendo,
Nũe. 20. reſponſio dñi obuiare videt, quæ quaſi redargutio, ſonat. ſed puto dñm ſic reſpõdiſſe, tanq̃
non voluerit dicere modum quem ille quærebat, ſed opere ipſo ſuam demonſtrare poten-
tiam. [Venit igitur Moſes, & narrauit populo verba dñi] de adiutorio ſibi dando in regimi
ne populi, atqꝫ de eſu carnium eis præſtando. [Cumqꝫ requieuiſſet in eis] videlicet in ſeptua
Pſal. 32. ginta ſenioribus, [ſpiritus dñi] de quo in Pſalmo: Spiritu oris eius omnis virtus eorũ. [pro-
phetauerunt, nec vltrà ceſſauerunt.] hoc eſt, ſpiritus ꝓphetię mãſit in eis, ita ꝙ deinceps tem
pore opportuno ꝓphetauerũt. Verũ vt fertur, verbũ Hebraicũ pro quo habemus, ceſſaue-
rũt: ſignificat etiã, addiderunt, & ita exponũt Hebræi, Nec vltrà addiderũt: hoc eſt, nõ ꝓphe
tauerũt, niſi in illo die. q̃d nõ videt idonee dictũ, qa ꝓpter cõmunẽ populi vtilitatẽ & directi-
onem, data fuit gratia prophetiæ ſenibus illis: ideo durante eorũ officio, mãſit in ipſis ſaltem
tẽpore opportuno, niſi forſan poſuerint obicem. [Remanſerãt aũt in caſtris duo viri,] non
ex elatione aut inobedientia, ſed humilitate, qm̃ tanto officio ſe reputabant indignos, ſicut
& Saul ſe abſconderat domi, dum erat promouendus in regem. [ſuper quos requieuit ſpi-
ritus:] qui ſuper humiles & in humilibus requieſcit ſeu cõmoratur. [Nam & ipſi deſcripti fu
1. Re. 10. erant:] hoc eſt, inter electos à Moſe computati, & nominatim conſcripti. ¶ Circa hoc reci-
Eſaię 66. tat Lyra fabulam R. Salomonis, dicentis ꝙ Moſes de qualibet tribu elegit ſex ſenes, videli-
R. Salo. cet ſeptuagintaduos, ne aliqui ei indignarentur, ſi plures de vna tribu, q̃ de alia elegiſſet, ſcri
pſitqꝫ in ſchedulis ſeptuaginta hoc nomẽ, Senex: & duas poſuit ſchedulas, in quibus nihil
extitit ſcriptum, cõmiſitqꝫ ſingulis ex vaſe accipere vnam ſchedulam ad fortunam, affirmãs
ꝙ Dei eſſet voluntas, illos duos non eſſe computandos in numero ſeptuaginta, qui caperent
ſchedulas nõ inſcriptas, ideo dicitur de iſtis duobus ꝙ erant deſcripti, quia ſchedulas ſcri-
ptas acceperant. Sed iſtud non videtur literæ conſonare, quia non ſequitur, acceperũt ſche-
dulas ſic deſcriptas, ergo ipſi deſcripti fuerunt. [Cumqꝫ propheterent in caſtris, cucurrit
puer] qui ſecundum quoſdam Hebręos fuit Gerſon primogenitus Moſis. [& nunciauit Mo
ſi, dicens: Eldad & Medad prophetant in caſtris.] Erant enim tanto feruore repleti, ꝙ ſe co
hibere nequibant. Hi duo viri, vt in Scholaſtica habetur hiſtoria, ſecundũ Hebræos fuerunt
Euſebi. fratres Moſis ex patre, non ex matre, qa poſt legẽ acceptã, Amrã mandante Moſe, dimiſit
primam cõiugem Moſis matrẽ, qm̃ amita ſua fuit, duxitqꝫ aliam, de qua ſuſcepit hos duos,
ſed iuxta hoc, nondum fuiſſent bimi. i. duorum annorũ, quia à lege data nondũ fluxerant
duo anni. Hæc ibi. Veruntamen quidam dicunt, ꝙ Moſes in ſpiritu præuidit ſe legem acce-
pturum, & ante realem eius acceptionem, ſuo patri illud mandauit. [Statim Ioſue miniſter
Moſis] ſpecialis & familiaris, ideo ſubdit, [electus e pluribus] Fuit enim vir valde egregius,
nõ ſolum à Deo ſublimiter, ſed à Moſe quoqꝫ in ſpecialiſſimũ miniſtrum electus, & ita nũc
cõmendatur, quia paulo poſt increpat, ne videret ex malitia peccaſſe. [ait: Domine mi Mo-
ſes, pro-

ſes, ꝓhibe eos.] Quare hoc ait Ioſue? Forſitã, qa putauit eos ex ſuperbia, vel ex inobedientia
nõ veniſſe cũ alijs iuxta Moſis iuſſionem, ideo dubitauit, an vere ſpm̃ prophetiæ haberent.
Vel videbatur ei contra honorẽ Moſis, ꝙ prophetabant eo abſente, quaſi non adiuti meri-
tis & precibus Moſis, ad obtinendam huiuſmodi gratiam. ideo ſubditur: [At ille: Quid, in-
quit, æmularis pro me?] hoc eſt, cur talem zelũ non ſatis diſcretum, habes pro meo honore,
vt videaris quodãmodo inuidere gratiæ aliorum? [Quis det vt oñis populus prophetet, &
det eis Deus ſpiritum ſuum?] q. d. Non meum priuatum, ſed Dei quæro honorem, & vniuer
ſorũ ſalutem ac bonum cõmune: ideo opto, vt tam dona gratię gratis datæ, q̃ gratiæ gratum
facientis omnibus cõdonentur. Deniqꝫ in his verbis frequẽter innuitur perſonalis diſtinctio
in diuinis, atqꝫ perſona ſpiritus ſancti, & ꝙ ei approprietur largitio gratiarum, ꝙ item ipſe
his detur à patre, quibus dona gratiæ conferuntur, quanuis obtenebrati perfidi Iudæi, hæc
oñia negent. Quidam vero Hebræi affirmant, ꝙ Heldad & Medad prophetabant de obi-
tu Moſis, ſubſtitutioneqꝫ Ioſue in principatu, ꝙ item Ioſue populum in terram promiſſio-
nis induceret: ideo Ioſue motus fuit hęc dicere, qa ex humilitate noluit hoc audire. Sed iſtud
non reor verum, quia & Moſes diu poſt hæc adhuc putauit ſe introducturum populum il-
luc, vt ex ſequentibus ſæpe probari poteſt. Nec ei⁹ increpatio qua increpat ipſum Ioſue, hoc
prætendit. Moſes quoqꝫ infrà rogat dñm, vt prouideat virum qui ſibi in principatu ſucce- Exod. 4.
dat: & tunc primo cognouit de Ioſue, ꝙ ſibi ſuccederet, ſecundũ q̃d textus prætendit, cui ſe-
curius creditur q̃ fabulis curioſis. [Ventus autem egrediens à dño,] Vnde apparet, ꝙ ventus
ille fuit ſupernaturaliter angelico obſequio formatus & excitatus. [arreptas trans mare] ru-
brum [coturnices] de loco quodam * Arabiæ, in qua huiuſmodi aues abundant. [detulit]. i.
apportauit, [& dimiſit in caſtra] hoc eſt, vndiqꝫ per circuitum tentorioꝝ, & forte aliquę in-
trabant tentoria, [itinere]. i. per ſpatium vnius dietæ. [volabantqꝫ duobus cubitis *ſuper ter-
ram.] & ita facilime ſine inclinatione capiebantur. [Surgens ergo populus, congregauit co
turnicum multitudinem. Qui parum, decem coros]. i. qui minorem auium illarum multitu
dinem collegerunt, tantam de eis numeroſitatem congregauerunt, quantam decem cori ca
pere poſſent. Corus aũt hic ſumitur pro menſura, continetqꝫ modios triginta, & capit de-
cem ephi. Hinc in Ezechiele habetur: Ephi & batus, æqualia & vnius menſuræ erunt, vt ca- Ezec. 42.
piat decimam partem cori batus, & decimam partem cori, ephi. Tamen iuxta frequenter
præhabita, hæc nomina menſurarum apud diuerſos valde diuerſificantur. [& ſiccauerunt
eas per gyrum caſtroꝝ.] hoc eſt, corpuſcula auium harum ſuſpẽderunt ad ſiccandũ in aere,
ne putreſcerẽt ex humore, quia ſeruabant per aliquot dies, immo vſqꝫ ad mẽſis terminũ ede
bant. Conſonat aũt iſta hiſtoria cũ ea, quæ in Exodo recitatur quo legitur: Factum eſt ergo Exo. 10.
veſpere, & aſſcendens coturnix operuit caſtra. Fuerũt autem iſtæ coturnices, non illæ paruæ
quæ apud nos ſunt, ſed illæ maiores quæ regiæ aues vocant, quas curleios à currendo dici-
mus, qa frequenter curſitãt ſuper terrã. Hanc auem vocant Græci ὀρτυγομήτραν. Ioſephus or-
tygiam. Vnde in Sapiẽtiæ libro ſcriptũ eſt: In allocutione deſiderij aſſcendit illis de mari or Ioſe. li. 3.
tygometra. [Adhuc carnes] coturnicum [erant in dentibus eorum, & furor dñi percuſſit po An. Iud.
pulum plaga magna nimis.] Non tamen exprimitur hic ſpecies huius plagæ, nec numerus cap. 1.
occiſorũ. Cur iſtos percuſſit, niſi propter eorum concupiſcentiam vitioſam, & quia non ſan Sapi. 18.
ctificauerunt ſe ad eſum carniũ harum, de priori concupiſcentia pœnitendo, & cibũ iſtum
cum gratiarum actione, ſobrie ac deuote ſumendo? [Vocatuſqꝫ eſt locus ille, ſepulchra con
cupiſcentiæ.] cuius nominis ratio ſubditur: [Ibi enim ſepelierunt populum qui deſideraue
rat carnes] cum prædominanti concupiſcentia. Aliqui autem pie credunt, ꝙ iſti in ſua per-
cuſſione ad mentem reuerſi, pœnituerunt. Vel ſi ante pœnituerũt, fuit eis mors iſta pro pœ-
na culpæ illius & aliarum, q̃uis forte non pro punitione ſufficienti. [Egreſſi autem de ſepul-
chris concupiſcentiæ]. i. de loco, in quo erant ſepulchra occiſorũ propter cõcupiſcentiam
ſuam, [venerunt in Aſeroth]. i. in partem eremi ſic vocatam, [& manſerunt ibi.]

¶ De ſpiritali eiuſdem capituli XI. ſenſu. Artic. XX.

ORtum eſt murmur populi, quaſi dolentium præ labore contra dñm. Per murmurato-
res illos figurati ſunt Chriſtiani impatientes, quibus durũ eſt, & quaſi intolerabile ap-
paret, ſup ſe ferre iugũ Chriſti, & euangelicæ legis onus ſeruare, aut ꝑcepta obſeruare
eccleſiæ, de ieiunijs, abſtinẽtijs, feſtiuitatibus, conſimilibusqꝫ inſtituta. Similiter religioſi pi-
gri, inobediẽtes, carnales, quib⁹ ire per iter obſeruãtiæ regularis moleſtũ eſt. Hi oẽs de ardui
tate atqꝫ grauedine præceptoꝝ aut ſtatutoꝝ Dei atqꝫ eccleſiæ ac ſacræ religionis cauſantur,
quoꝝ obſeruantia nimis laborioſa ab eis cenſet, qm̃ charitate nõ feruẽt, & ob ſuã duritiã ac
carnalitatẽ, nõ experiunt q̃ veraciter dixerit filius Dei: Iugũ meũ ſuaue eſt, & onus meũ leue. Matt. 11.
Nec penſant illud Apoſtoli: Non ſunt cõdignæ paſſiones huius tẽporis ad futurã gloriam. Rom. 8.
quod q efficaciter ponderat, cũ eodẽ exclamat Apoſtolo: Id q̃d in pręſenti eſt leue & modi- 2. Cor. 1.
cum tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternũ gloriæ põdus operatur in no-
bis. Quod

bis. Quod cũ audiſſet dñs, iratus eſt: & accenſus eſt in eos ignis dñi. Ex quibus verbis proba-
tur, q̃ enorme & deteſtabile ſit iſtud peccatũ, prę ſertim in Chrianis, & maxime in religioſis,
Sapi. 1. ideo ſcriptũ eſt in Sapiẽtię libro: Cuſtodite vos à murmuratione, qa tumultus murmuratio-
Thre. 3. num nõ abſcondetur. Atq; in Threnis: Quid murmurauit homo, viuẽs vir pro delictis ſuis?
Ecci 10. Prou. 12. Quo contra ait alia ſcriptura: Vir ſapiẽs, nõ murmurabit correptus: & nõ cõtriſtabit iuſtũ,
Raban. qcqd ei acciderit. Hinc Raban[9]: Ignis, inqt, diuinę vltiõis, illos ĩ futuro torquebit, q nũc lin
gua inflãmata obloquũt aut murmurãt. Cũq; clamaſſet popul[9] ad Moſen, orauit Moſes, &
abſorptus eſt ignis. ꝙ innoteſcit, quãtũ ꝓſit ſubiectis deuota ꝓſidentis oratio fuſa pro eis. ida
circo cũ oĩ humilitate & affectu ſuperiorẽ ſuũ efflagitent, vt pro ipſis aſſidue inuocet dñm:
atq; vt ꝓſidens fructuoſe hoc agat, ſtudeat ipſe corã Deo ſynceriter cõuerſari, & ſuũ implere
officiũ: ſubditi ꝙq; ei in cũctis obedire conent. Vulgus quoq; promiſcuũ flagrauit deſiderio
carniũ. Per improbũ vulgus illud, ꝙd erat Aegyptiũ, cui & multi ex filijs Iſrael ſe iunxerũt,
deſignantur amatores ſeculi huius, qui carnaliũ voluptatũ, potiſſime guſtus & tactus, ardẽt
amore, qbus & multi ex clericis & religioſis ac ſacerdotibus ſe conformãt, ſcãdaloſe turpi-
terq; viuẽtes, qbus ſi deſint gulę iritamenta, & ſuaꝝ obiecta deliciarũ, dicũt: Quis dabit no
bis ad veſcendũ carnes? Hi quippe carnib[9] fruunt potius q̃ vtant. Nam & in alimentis dele-
Pſal. 31. ctationẽ magis, q̃ neceſſariã quærũt refectionẽ: In Venereis vero inſtar equi & muli ſe ha-
bent, etiã cũ ꝑſona legitime copulata. Recordamur piſciũ. In piſcib[9] nanq;, ſicut in carnib[9]
poteſt eſſe exceſſus. Nec religioſus arbitretur ſe magnũ quid agere, abſtinẽdo à carnibus &
à vino, ſi in piſciũ qualitate aut quãtitate, cæterorumve poculoꝝ mẽſura excedat. Religio-
ſus itaq; totis præcordijs ſe trãsferat ad diuina, & in ſpũalium transformet affectum & gu-
ſtum: nec ea quę ſemel ꝓpter Deũ deſeruit, denuo optet mẽte apoſtata, neq; in ſeculũ nequã
Aegyptiũ animo reuertat. Vniuerſi ꝙq; fideles, maxime ſemel cõuerſi & illuſtrati, perpen-
2. Pet. 2. dant illud beatiſſimi principis apoſtolici agminis: Melius erat non cognoſcere viã iuſtitiæ,
q̃ poſt agnitionẽ retrorſum reuerti. Contigit em̃ eis illud veri Prouerbij: Canis reuerſus ad
vomitũ ſuũ, & ſus lota in volutabro luti. In mentẽ nobis veniũt cucumeres & pepones, por-
ri, cepę & allia. Per cucumeres & pepones, ꝓſpera, blãda & dulcia mũdi ac carnis ſignãtur:
ꝑ porros, cepas & allia, exprimũt labores, ſolicitudines, difficultates, ac tædia q̃ delicijs, diui
tijs atq; honorib[9] vitæ miſcent præſentis, quæ & ſi pungãt, laſſent ac tribulẽt, tñ obtenebra-
ta mẽte, à puęrſis amant & amplectunt, qui eſſe ſub ſentibus delicias cõputant, & ſtercora,
hoc eſt, fœda & turpia amplexant. ideo ſero fatebunt cum extremo dolore, ſed infructuoſo,
Sapiẽ. 5. dicentes: Laſſati ſumus in via iniquitatis & ꝑditionis, & ambulauimus vias difficiles. qbus
Oſee 7. cõuenit illud Oſee: Ephraim colũba ſeducta, nõ habẽs cor. Itemq;: Ephraim vitula docta di
Nũe. 11. ligere triturã. Anima noſtra arida eſt. Nihil reſpiciũt oculi noſtri niſi man. Hoc dicunt qui
ſpũales cõſolationes ignorant, qui ſacramentũ Euchariſtiæ, quaſi panis buccellã ſine feruo-
re & guſtu ſuſcipiũt, qui ad actus virtutũ nõ trahunt puro amore, ſed duro timore, qb[9] ſpũa-
lia vileſcũt chariſmata, nec ſacra ſapit ſcriptura. Iſtis iraſcit furor dñi valde, cum inſipiẽtes
ingratiſſimiq; cõſiſtant, carnalia & caduca ſpiritalibus & æternis, immo & bono incircun-
ſcriptibili ꝓferentes. Sed & Moſi intolerãda res viſa eſt, qm̃ de taliũ ſubditoꝝ puerſitate bo-
nus ꝓlatus vehemẽtiſſime contriſtat, intantũ, vt interdũ ab officio ſuo conet abſolui, & gra
uari ſe cõquerat, immo & cupiat tolli de medio, niſi deſup gratioſe iuuet. Et dixit dñs: Con
grega mihi 70. viros de ſenioribus Iſrael. Ex his docemur, q̃ pronus ſit dñs virtuoſos iuua-
re prælatos, qui etiam in adiutoriũ ſuũ debẽt ſibi aſſumere prudẽtiores & meliores ex gre
ge ſibi cõmiſſo. Rurſus cõſtat ex his, quales ſint ꝓlatione & cõſolatu condigni, vt q ætate, ſa
pientia, virtutibuſq; ꝓfulgent: qui & tanta debent gr̃a adimpleri, vt de plenitudine ſua ſuis
queant copioſe influere ſubditis. Sãctificamini, cras comedetis carnes. Per hoc docemur, ꝙ
cibũ & potũ ac cętera corporalia bñficia cũ deuotione & gr̃aꝝ actione debeamus accipere,
1. Co. 10. quẽadmodum Corinthijs ait Apoſtolus: Siue mãducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud aliquid faci-
tis, oĩa in gloriã Dei facite. Vt det vobis dñs carnes, donec exeant per nares veſtras. Ex hoc
eluceſcit, ꝙ Deus frequẽter dat prauis hoĩbus tẽporaliũ copiã rerũ, ad maiorẽ ipſoꝝ dãna-
tionẽ. ideo talia nõ ſunt optanda, niſi inquantũ dñs nouit noſtræ expedire ſaluti. Venit Mo-
ſes, & narrauit populo verba Dei. Sic prelatus ac prædicator debet nunc in abſcondito con
templationi, puritati, deuotioni, oratiõibuſq; vacare: nũc foris ad ſubditos ſeu ꝓximos egre
Origen. di & quæ intus cõſiderauit ac ſapuit, eis cũ om̃i ardore ꝓponere. Hinc loquitur Origenes:
Quã diu Moſes audit verba Dei, & docet ab ipſo, intus eſt & in ſecretis cõſiſtit: vbi vero tur-
bis loquitur, & quæ audiuit miniſtrat, egredi dicit. immo oĩs doctor eccleſiæ, ſi de ꝓfundio-
1. Cor. 2. ribus tractat myſterijs, & occulta ſapientiæ ꝓfert inter ꝑfectos, intus eſt: cũ autẽ loquit tur-
bis ea quæ turba capere poteſt, egreditur. Intus erat Paulus cum dixit, Sapientiã loquimur
Ephe. 4. inter perfectos: ad populũ vero procedẽs, ait: Oĩs ſermo malus ex ore veſtro non procedat.
Cumq; requieuiſſet in eis ſpũs dñi, prophetauerũt, nec vltrà ceſſauerunt. Oĩpotens em̃ virtus
ſpiritus

ſpũs ſcti, q ſubſtãtialiter amor & liberalitas eſt, ignis & vnctio, mentẽ à ſe inhabitatã aſſidue
excitat, mouet & eleuat, nec ſuſtinet eſſe ocioſã, ſed agilẽ reddit & accẽdit, ita vt ſe nequeat
cohibere. Remãſerant aũt in caſtris duo viri, quoꝝ exẽplo diſcamus ex vera humilitate ho-
nores exteriores contẽnere, oẽm ambitionẽ vitare, velle neſciri, malle ſubeſſe, & nõ ſolũ ad
ꝓſidẽtiã nõ adſpirare, ſed & oblatã ꝓ poſſe abijcere. Sic em̃ veraciter ſuꝑ nos requieſcet ſpũs Eſaię 66.
ſanct[9], qui ſuꝑ humilẽ & quietũ, immo in medio cordis illius conquieſcere ac morari eligit.
Quis tribuat vt oĩs popul[9] ꝓphetet? Hic charitas atq; humilitas Moſis cõmẽdatur, qm̃ vni-
uerſoꝝ optauit ꝓfectũ, & ſubditos ſibi in donis gr̃æ gratũ faciẽtis ac gratis datæ concupiuit
aſſimilari, nõ propriũ quærẽs honorẽ aut famã præcipuã, & ꝙd ipſe per ſe nequit efficere, ꝑ
alios optat ſuppleri. Poſtremo Deus populũ ſuũ nõ piſcibus aut iumentis, ſed auibus pauit,
vt cæleſtibus nitamur cibarijs, refici pane vitæ, cibo ſacramẽtali, verbo doctrinæ, ſuauitate
cõtẽplationis, bonaꝝ robore actionũ, charitatis ardore. Adhuc carnes erãt in dẽtibus eorũ, Lucę 12.
&c. Huic ſimile eſt ꝙd in euãgelio ait ſaluator de cupido & guloſo, q dixit aĩæ ſuæ: Aĩa, ha-
bes multa bona repoſita ĩ annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit aũt illi De
us: Stulte, aĩam tuã hac nocte repetũt à te: q̃ aũt paraſti, cui[9] erũt? Nẽpe ſic euenit multis, vt dũ
carnalius viuere inchoãt aut proponũt, & plura ſibi de tẽporalibus collegerũt, repẽte tollan
tur. Propter ꝙd in libro Iob dicit: Vidi impiũ firma radice, & maledixi pulchritudini eius. Iob 5.
Atq; in Pſalmo: Quõ facti ſunt in deſolationẽ, ſubito defecerũt, perierũt ꝓpter iniquitatem Pſal. 72.
ſuam, velut ſomniũ ſurgentium dñe in ciuitate tua, imaginem ipſorum ad nihilum rediges.

¶ Declaratio literalis cap. XII. Locutaq; eſt Maria & Aaron. Artic. XXI.

DEſcriptis ꝓcedenti cap. quibuſdã exceſſibus vulgariũ, & eoꝝ iuſtis punitionibus, nũc
excellentioꝝ perſonaꝝ quędã mala narrant. [Locutaq; eſt Maria & Aaron cõtra Mo
ſen]. i. loquẽdo peccauerũt in Moſen, & ꝑ cõſequens in Deũ. Præponit aũt Maria Aa-
ron ſacerdoti, qa in iſto exceſſu principalior & culpabilior fuiſſe videtur, vt infrà dicetur:
atq; vt infrà exprimit textus, peccatũ iſtud fuit detractio, in qua etiã alia plura vitia cõcurre-
runt, ſicut patebit. Deinde cauſa detractionis ſubiungit: [ꝓpter vxorẽ eius Aethiopiſſam.]
Quocirca loquit Auguſtinus: De vxore Moſis Aethiopiſſa quærit, an ipſa ſit filia Iethro, an Auguſt.
alteram duxerit aut ſupduxerit Moſes. Sed ipſam fuiſſe filiã Iethro, credibile eſt. De Madi- 2. Pa. 20.
anitis quippe erant, qui in libro Paralip. Aethiopes nũcupant, vbi cõtra eos rex Ioſaphat pu
gnaſſe narrat, quia in his locis dicit eos populus Iſrael ꝑſecutus, vbi habitant Madianitæ,
qui nũc Sarraceni nũcupant. ſed nunc fere nullus eos vocat Aethiopes, ſicut ſolẽt locorum
& gentiũ noĩa plerũq; vetuſtate mutari. In his Auguſtini verbis habet, quę fuit fœmina iſta,
non aũt quã ob cauſam Aaron & Maria moti ſint ad loquendũ contra Moſen ꝓpter hanc
eius vxorẽ. Iſidorus vero dicit, ꝙ detraxerũt Moſi, eo ꝙ alienigenã ſeu gentilem duxit vxo- Iſidor[9].
rem. Magiſter in hiſtorijs ſcribit: Iurgati ſunt Aaron & Maria cõtra Moſen, propter vxo-
rem eius Aethiopiſſam, improperãtes ei ꝙ reginã Aethiopũ duxiſſet vxorem, vel ductã di-
miſerit, vel potius ꝓpter vxorẽ eius Sephorã, q̃ rixata fuerat cõtra Mariã. Hæc ibi. Itaq; ali-
qui dicunt ꝙ Maria & Sephora inter ſe cõtenderunt. Cũq; Moſes inter eas iudicaret, iudi-
cauit ꝓ coniuge ſua. propter ꝙd indignata Maria, cõqueſta eſt Aaron fratri ſuo: ſicq; ambo
oblocuti ſunt Moſi. Quidã vero Hebræi, ꝗs ſequit R. Paulus, affirmãt ꝙ Moſes ab vxore ſua
oĩno cõtinuit, vt eſſet iugiter paratus loqui cũ dño & eſſe in tabernaculo: ꝙd videbat Aaron R. Paul.
& Mariæ nõ eſſe neceſſe, qa & ipſis dñs loquebat multoties, & tñ ab actu matrimoniali non
penitus abſtinebant. Veruntñ iſtud nõ arbitror verũ, ꝓſertim ſi iuxta dicta ſuꝑ Exodũ, Hur Exod. 4.
fuit maritus Mariæ, & à Iudæis idololatris extinctus, qm̃ reſtitit eis circa ꝓductionem con
flatilis vituli. tunc em̃ Maria fuit plus q̃ nonagenaria, vt patet ex dictis in Exodo. ideo nõ vi-
detur ꝙ mulier prophetiſſa tam vetula, aliũ duxerit contoralẽ, qñ nec apta erat concipere.
Vnde & Sara nondũ tam vetula: Poſtq̃, inquit, cõſenui, voluptati operam dabo? q. d. Nõ de-
cet. & hoc dixit quando maritum habuit adhuc viuentẽ. Idcirco probabile eſt, ꝙ q̃uis ma-
ritus Mariæ adhuc vixiſſet, ipſa tamen continuiſſet deinceps, ſaltẽ quantum fuiſſet in ſe. Ve
rius ergo videt, ꝙ Maria & Sephora aliquã inter ſe diſſenſionem habuerint, ipſa Sephora
de mariti ſui excellẽtia gloriãte, & ob hãc aliqd pręrogatiuę habere volẽte, in qua cauſa Mo
ſe pro ſua coniuge iudicãte, ęgre hoc tulit Maria, & Aaron eſt cõqueſta. qui indignati, vo-
luerunt ſe Moſi cõparare. Præterea ad intelligendũ ꝙd dictũ eſt de regina Aethiopum, ad-
uertendũ ꝙ Ioſephus refert: Aethiopibus, inquiens, Aegyptũ vaſtantibus, Aegyptij accepe- Ioſe. li. 2
rũt oraculũ, vt vterent auxiliatore & duce Hebræo: ſicq; Moſes eoꝝ exercitui præpoſitus, ant. iud.
expugnauit Aethiopes, & eos qui fugerũt, concluſit in Saba regia ciuitate. tandem filia re- cap. 10.
gis patri ſuperſtes, probitatẽ, pulchritudinẽ & fortitudinem Moſis admirata, optauit frui
eius amplexibus, atq; per nuncios obtulit ei vrbem ex condicto, ſi eam ſumere vellet in con-
iugem: cui Moſes acquieuit. Dicũt aũt nonnulli, Sephorã fuiſſe vere Aethiopiſſam colore,
qm̃ Madianitę in tentorijs habitantes, ſolis calore nigrant. Alij dicunt ꝙ vocata ſit Aethio

hhh piſſa

piſſa per contrariũ, qm̃ fuit valde pulchra, moribuſq́ ornata. [Et dixerunt: *Non ſolum per
*Nũper ſolum Moſen locutus eſt dñs. Nõne & nobis ſimiliter eſt locutus?] q. d. Cur nobis præfertur? & q̃-
uis verum ſit ꝙ non ſolum ſit locutus per Moſen, ſed & per eos, non tamen tam frequenter,
nec tam ſublimiter, neq́ tam vniuerſaliter, ſed nec tam amicabiliter ac familiariter: & q̃uis
iſta Maria fuerit prophetiſſa, ſcriptura tamen in ſpeciali non exprimit, vbi aut quando ſeu
ad quid, ad eam locutus ſit dñs. [Quod cum audiſſet dñs, iratus eſt valde.] non per contur-
bationem affectus, ſed per ſimilitudinem operis. Cum eñ Moſes eſſet tam fidelis & ſupre-
mus vicarius Dei, contumelia ei facta, redundabat in Deum: immo quo Moſes id æquani-
mius tulit, eo De⁹ diſtrictius vindicauit. ideo ſubdit: [Erat eñ Moſes vir mitiſſimus ſuper
omnes hoíes qui morabantur in terra.] Hoc ſcripſit Moſes de ſeipſo nõ iactanter, ſed inſti-
gante ſpirituſancto, ad noſtram inſtructionem: nec ſine reuelatione ſcire id poterat, ꝙ vni-
uerſis tunc in orbe terrarũ morantibus manſuetior erat, cum vnus aliorum corda non vide-
at. Deniq́ manſuetudo valde neceſſaria eſt prælatis, quos oportet aliorum improbitatem &
paſſiones æquanimiter tolerare, quæ & Moſi ſpecialiſſime neceſſaria extitit, qui duriſſimæ
ceruicis populũ habuit gubernare. Credendũ eſt aũt, ꝙ ex naturali diſpoſitione fuit ad præ-
cipuam manſuetudinem valde diſpoſitus, ſed per gratiam & exercitationem multo mitior
eſt effectus. [Statimq́ locutus eſt dñs ad eum,] puta ad Moſen, Aaron & Mariam: [Egredi-
mini vos tantũ tres ad tabernaculũ fœderis &c.] Voluit eñ dñs Aaron & Mariam increpa-
re ſeorſum, ne pontifex corã multitudine repræhenſus, vileſceret turbæ, cui in ſpũalibus præ-
fuit. [dixit ad eos:] Ecce qualiter dñs ſuos tam prælectos, ita celeriter repræhendit & acri-
ter, quẽadmodũ proteſtatur: Ego quos amo, arguo & caſtigo. [Audite ſermones meos: Si
Apoc. 3. quis fuerit inter vos propheta dñi,] aut etiam propheriſſa, [in viſione apparebo ei, vel per
ſomnium loquar ad illum.] Cognitio equidẽ prophetalis interdũ fit in plena vigilia, ita ꝙ
exteriori viſu videt̃ ſpũs angelicus futura prænũcians, aut exteriori auditu audiũtur eloquia
Luc. 1. reuelãtis ſecreta, qui duo modi ſæpe cõcurrũt, ſicut in virgine glorioſa, quæ Gabrielẽ vidit,
& loquentem audiuit. Aliqñ aũt fit prophetica reuelatio per anagogicam illuminationem.
Itaq́ intellectus ſine imaginarijs formis intuetur occulta, quæ cognitio poteſt etiam viſio
nominari, quæ tñ & in ſomno fieri poteſt. Aliquãdo reuelatio prophetica fit in ſomno, & ta
lis cõmuniter fit ꝑ imaginarias ſimilitudines: vnde & imaginaria viſio appellatur, ſecũdum
Auguſt. q̊d Auguſtinus ponit tres ſpecies viſionis, quæ ſunt viſio ſenſitiua exterior, viſio imaginaria,
& viſio intellectualis, tamẽ ad rationẽ propheticæ cognitionis non ſufficit imaginaria viſio,
Dani. 7. ſed & intellectualis notitia eius exigitur, quia intelligentia eſt opus in viſione. i. principale
in prophetali manifeſtatione. Deniq́ reuelatio illa quæ fit in ſomno, nũc nomine ſomnij de-
ſignatur, ita ꝙ ſomnium ita acceptũ, includit oraculũ, quæ tamen ab inuicẽ ſolẽt diſtingui,
Gen. 41. vt ſuper Geneſim ſcripſi. Tẽpus quoq́ nocturnũ & ſomnus coaptant ad hoc, vt in eis reue-
latio fiat: quia tũc oĩa ſunt magis quieta, & imaginatio, interioreſq́ ſenſus magis quieſcũt,
nec intellectus ſolito modo diſtrahitur: qm̃ vires iſtæ tunc non mouentur, nec excitantur ab
Iob 33. exterioribus ſuis obiectis. Hinc ſcriptũ eſt in Iob: Per ſomnium in viſione nocturna quãdo
irruit ſopor ſup hoíes, & dormiũt in lectulo, tũc Deus aperit aures virorũ, & erudiẽs inſtruit
diſciplina. Reuelatio demũ in vigilia facta, & in qua reuelãs videtur ad oculũ, cæteris pari-
bus, extat ſublimior. Itaq́ dominus ait ad Aaron & Mariã: Si fuerit inter vos ꝓpheta dñi,
in viſione apparebo ei. i. ꝑ viſionẽ exteriorẽ miniſterio angelico exhibitã. Vel ꝑ intellectua-
lem & anagogicã apparitionẽ, manifeſtabo ei ſecreta, ſeu ſupernaturalia aut diuina. Vel per
ſomniũ loquar ad illum. i. per apparitionẽ imaginariam factã in ſomno, reuelabo ei occul-
ta. [At nõ talis ſeruus meus Moſes]. i. nõ ſolũ attigit præfatos gradus, modoſq́ propheticæ.
[qui in omni domo mea fideliſſimus eſt]. i. in tota ſynagoga, vel p̄ cunctis in terra moranti-
bus ac Deum colentibus. Tunc eñ multi erant vnius Dei cultores in lege naturæ, quæ vſq́
ad euangelicæ legis promulgationem currebat cum lege ſcripta: ſicq́ omnis ſeu tota domus
Dei, fuit vniuerſitas fideliũ Dei cultorum tunc exiſtentiũ, inter quos Moſes tenebat prima-
tum, vtpote ſublimior tã in fide, quæ eſt theologica virtus, quã fidẽ cum rationibus creden-
dorum & purificatæ mentis intelligẽtia excellentius habuit, q̃ in fide ſeu fidelitate, quæ po-
nit pars iuſtitiæ: quia præ cæteris qui tunc erant, in cultu veri Dei fuit feruentior, iuſtior, im-
mo (vt creditur) in oñi virtute perfectior. Poſſet tamẽ ſecundum eos, qui dicunt B. Iob tem
pore Moſis extitiſſe, obiectio fieri de Iob, de q̊ domin⁹ dixit ad ſatan: Nõ cõſideraſti ſeruum
Iob 1. meum Iob, ꝙ nõ ſit ei ſimilis in terra? Sed ad hoc in expoſitione Iob eſt data ſolutio. Itaq́ in
his verbis cõmendatur Moſes nõ ſolum de eminentia prophetiæ, quæ eſt donum gratiæ gra
tis datæ, ſed & de eminentia gratiæ gratũ facientis, bonitateq́ morum. Idcirco non valet ꝙ
R. Paul⁹ R. Paul⁹ dicit oppoſitũ. Cum eñ prophetia ſit donũ gratiæ gratis datæ, bonis ac malis com
mune, propter ipſum ſolũ nõ dicitur quis fideliſſimus Deo. [Ore eñ ad os loquor ei]. i. fami
Exo. 33. liariter valde. Vnde in Exodo dictum eſt: Loquebatur dominus cũ Moſe, ſicut loqui ſolet
homo

homo ad amicũ ſuum. Nam ad libitũ ſuum aſſidue habuit allocutionem & reuelationẽ di-
uinam. Iſtud tñ fiebat per angelũ, in Dei perſona apparentẽ atq́ loquentẽ, & in humana ef
figie viſibiliter ſe monſtrantẽ. [*& palã, non per ænigmata & figuras, videt Deũ.] In his ver *palam, non
bis, ſecundũ Auguſtinum & doctores catholicos eum ſequentes, datur intelligi, ꝙ Moſes in Auguſt.
hac vita vidit Deum per ſpeciem, hoc eſt, diuinam eſſentiam clare & immediate in ſeipſa.
Cognitio nanq́, qua Deus videtur per quãcunq́ ſpeciem ſimilitudinemve creatã, eſt obſcu
ra, ænigmatica, figuralis, cum omnis forma creata, infinite deficiat à plena & clara repræſen
tatione diuinæ eſſentiæ, à cuius perfectione diſtat in infinitũ. Ideo ait Apoſtolus: Videmus 1. Co. 13.
nunc per ſpeculũ in ænigmate. ſicq́ hoc loco inſinuatur, Moſi in hac vita eſſe conceſſum,
quod in Exodo legitur ei negatum. ibi quippe oranti, Si inueni gratiam in conſpectu tuo, Exod. 33.
oſtende mihi faciẽ tuam: reſponſum eſt, Faciem meam videre non potes. Non eñ videbit
me homo, & viuet. Verũtamen, vbi, quando ſeu quoties conceſſa ſit Moſi in hac vita cogni
tio illa deitatis per ſpeciem, ſcriptura non exprimit, nec doctores authentici hoc determi-
naſſe inueniuntur. Itaq́ ſecundũ Aug. 12. ſup Geneſim ad literã, & in libro de videndo Deũ, Auguſt.
ſicut Paulus in hac vita vidit immediate & clare in raptu diuinã eſſentiã, ita Moſi eſt conceſ 2. Co. 12.
ſum, quatenus prim⁹ Iudæorũ legislator, atq́ præcipuus gentiũ doctor, in hac gratia eſſent
conformes, prout in ſecũda ſecundæ, quæſt. 175. ſcribit Thomas diffuſe, vbi inter cætera ait,
ꝙ illa viſione durante, nõ fuit in Moſe & Paulo fides & ſpes, quantũ ad actus earum, ſed ſo-
lum quantũ ad habitũ, ꝙ itẽ in eis tũc fuit lumẽ gloriæ, & ꝙ erant beati non habitualiter, ſed
ſecundũ actũ tranſeuntem, nec tũc viuebant vita ſenſitiua humana, ſed ſupernaturali diuina.
Veruntamen Hebræi & quidã fideles aliter expoſuerũt hunc paſſum, qa per viſionẽ, intelle-
xerũt exteriorẽ Dei apparitionẽ, qua per angelũ viſibiliter apparẽtẽ, quibuſdã ſanctis appa-
ruit, vt Abrahæ in cõualle Mambræ: per ſomniũ, viſionẽ datã in ſomno per cognitionẽ Dei Gen. 18.
palàm factã, ſeu clarã reuelationẽ anagogicã, quæ dicit̃ nõ per ænigma nec per figuras, quia
nõ eſt ꝑ imaginarias formas, neq́ ꝑ ſenſibiles ſpecies, ſed eſt pure intellectualis, & cõparati-
one aliarũ, nõ ænigmatica. Iuxta quẽ modũ Dauid ait: Spũs dñi locutus eſt per me, & ſermo 2. Re. 23.
eius per linguã meam, ſicut lux auroræ, ſole oriẽte, mane abſq́ nubibus rutilat. Verũtamen
præhabita expoſitio verior eſſe cenſet̃, præſertim propter ingeminationẽ illam tam euiden
tem, qua dicitur: palàm, nõ per ænigmata & figuras, videt Deũ. Porro ſecundũ Hebræos &
alios quoſdã, Moſes in hac vita nõ vidit diuinã eſſentiã. [Quare igitur non timuiſtis detra-
here ſeruo meo Moſi?] cum tanta ſit excellentia eius vltra vos, immo & ſup alios vniuerſos,
iuxta ſenſum præhabitũ. Valde etẽm eſt peruerſum detrahere meliori, æquiparare ſe ſanctio
ri. [Iratuſq́ cõtra eos,] quia nondũ vere pœnituerint, [abijt] ſubito diſparendo, oſtendẽs eos
diuino adſpectu indignos, ac Dei gratia deſtitutos, quia detractio tam enormis, fuit culpa
mortalis. [Nubes q̊q́ receſſit] ſimul cũ angelo in altiora ſcandẽdo. [Et ecce Maria apparuit
candens lepra quaſi nix.] non ꝙ nix ſit leproſa, ſed tam magna & horrida fuit lepra Mariæ,
ꝙ candor niueus in lepra illa apparuit. Vnde in Leuitico dictum eſt, ꝙ albor ſeu candor ſit Leui. 13.
lepræ indiciũ. [Cumq́ reſpexiſſet eam Aarõ, & vidiſſet perfuſam lepra, ait ad Moſen: Obſe-
cro dñe mi, ne imponas nobis hoc peccatũ] detractionis [quod ſtulte cõmiſimus, ne fiat hæc
quaſi mortua, & vt abortiuum quod eijcitur de vulua matris]. i. non optes illud diſtrictius
vindicari, nec propter iniuriam quã tibi intulimus, deſinas orare pro nobis, vt & iſta à pla-
ga ſibi inflicta curet̃, & ego nõ puniar. Itaq́ ex timore periculi proprij, & ex cõpaſſione ſo-
roris, orauit hæc Aaron. [Ecce iam medium carnis eius deuoratum eſt à lepra.] quæ eſt (vt
ait Guilhelmus) lœtalis prurigo, & quaſi cancer vniuerſalis, ab intimis fontibus ſerpens, &
corruptionem in totum corpus diffundens. Vnde conſtat ꝙ magna fuit illa Mariæ afflictio.
[Clamauitq́ Moſes ad dñm, dicens:] quoniam pius, manſuetus, charitatiuus, cito ignouit,
& forſan non erat pro ſua iniuriatione indignans, reddiditq́ bonum pro malo. Clamauit
aũt intenſo affectu magis q̃ alta voce: [Deus, obſecro, ſana eam.] Ex his patuit excellentia
ſanctitatis Moſis ſuper Aaron & Mariam, quam & Deus ideo ſic plagauit, vt per experien-
tiam diſceret, quantum inferior erat fratre. Aaron quoq́ ad Moſis orationem expetẽdam
confugere eſt compulſus. Sed cur Aaron non eſt percuſſus lepra aut alia plaga? Reſpõdetur,
quia in hac re excuſabilior fuit Maria, & inſtigatus ab ea, vt patuit, & item propter dignita
tem ſui officij, & ne populus in eius culpa & pœna ſcandalizaretur. Atq́ ad oſtendẽdum ꝙ
ſuperiores ſunt potius ſuſtinendi, ſeu diuino iudicio reſeruandi. [Cui reſpondit dñs: Si pa-
ter eius ſpuiſſet in faciem illius, nõne debuerat ſaltẽ 7. diebus rubore ſuffundi?]. i. ſi à pr̃e ſuo
carnali fuiſſet pro aliquo exceſſu viliter tractata, correpta, punita, deberet per congruũ tem
pus cõfuſionem ſuam portare, & cõfuſibilis apparere. Multo igitur amplius nunc à patre ſpi
rituũ increpata, debet ad tempus verecundatione perfundi. [Separetur 7. dieb⁹ extra caſtra,
& poſtea reuocabitur.] In Leuitico dictum eſt, ꝙ leproſi iam mundati, adhuc manebant Ibidem.
extra caſtra 7. diebus, & poſtea. i. die octauo redibant ad ea. Ex hoc ſequi videtur, ꝙ Maria
 ad pre-

ad preces Moſis fuit ſtatim curata: & tñ ob cauſam pretactã, & ob legis obſeruantiã, fuit tam
diu excluſa. Veruntñ Origenes & Gloſſa dicunt: Maria, interueniente Moſe, ſeptimo die
Origen. curat. Hoc tñ exponi poteſt, qa ſeptimo die finitũ eſt eius opprobriũ. [Excluſa eſt itaq; Ma-
ria extra caſtra 7. diebus, & populus non eſt motus de loco illo, donec reuocaretur Maria.]
Hanc reuerentiã populus ei exhibuit propter fratres eius, potiſſimum propter Moſen, &
etiam propter ipſius Mariẽ ſanctitatem & prærogatiuam: immo Deo ſic placuit, & ipſe ita
diſpoſuit, quoniam nubes interim non proceſſit: quæ ſi proceſſiſſet, fuiſſent eam ſecuti.

De moralitate & allegoria huius cap. XII. Artic. XXII.

PRimo patet ex initio huius cap. quanta nos puſilli indigeamus diligentia, atq; cuſtodia
cordis ad vitandũ peccata mortalia. Nã ecce Aaron & Maria in ſenio ſuo & poſt gra-
tiã ꝓphetiæ, eminentiãq; virtutũ eis cõceſſas, ſubito in detractionẽ, in elationem, teme-
rariumq; iudiciũ ſunt prolapſi, & viro ꝗ apertiſſime Dei amico ſunt iniuriati. Beatus igitur
Pro. 28. homo ꝗ ſemꝑ eſt pauidus. Allegorice per Moſen ꝗ ſibi deſpõſauit Aethiopiſſam, intelligi-
Acto. 3. tur Chriſtus, ꝗ gentilitatẽ ſibi vniuit, & ex ea cõgregauit eccleſiã, quã ſumpſit in ſpõſam, cui
ſuꝑ hoc detraxerũt Iudæi, ꝗ & eius diſcipulis obiecerunt ꝙ gentibus prædicarẽt. Docemur
quoq; ex iſto cap. ꝗ grãde crimẽ ſit detractio, maxime dũ quis detrahit meliori, aut falſum
profert de aliquo: eſtq; præcipue vitioſum, mãſuetis & patientibus iniuriari ſeu obloqui.
Quidã vero diabolico ſpũ agitati, tanto proniores ſunt perſequi tales, quanto minus veren-
tur ſimilia pati ab illis. Quemadmodũ aũt Maria ꝑ ſua detractione ꝑfuſa eſt voraci & peſſi-
ma lepra, ſic detractores Deo odibiles, merito ſuæ detractionis grauiter valde inficiuntur in
anima: maculamq; incurrũt, quã alijs ſuperinducere enituntur: immo alijs ſæpe laudẽ & glo-
riam adipiſcunt, & tanto plus faciũt eos laudari, quãto plus eos obſcurare intendunt. Hinc
Origen. loquitur Origenes: Audite quantũ beneficij cõferunt obtrectãtes detracto. nunꝗ eñ inueni-
mus dñm tantũ cõmendaſſe Moſen, quantũ nũc cum ei detrahitur. Vide quid tormẽti ſibij-
pſis, quid gloriæ acquiſierũt Moſi: ſibi turpitudinẽ, Moſi gloriã ſunt mercati. Inſuꝑ nudita
tem & fidelitatẽ ſanctiſſimi Moſis iugiter cõſiderem⁹ & imitemur, cũ dicat ſaluator: Diſci-
Matt. 11. te à me, quia mitis ſum. Et item: Beati mites, qm̃ ipſi hæreditabũt terram. Simus itaq; mites
& 5. ad oẽm hoĩem, mutuoq; fideles ac fideliſſimi Deo, oẽm oblocutionis ſpeciẽ penitus euitan-
tes: qa ſi ſerpẽs mordeat in occulto, nihil minus habet qui detrahit fratri ſuo. Non applau-
Eccẽs 10. damus, ſed reprimamus, & vultũ mœſtũ obloquenti mõſtremus. Alioquin ſicut nubes receſ
ſit à tabernaculo, ſic gratia Dei à noſtro habitaculo cordis: & ſicut dñs ab Aaron ac Maria
receſſit, ſic dñs nos relinquet. Poſtremo cũ Aaron & Maria diſcamus oẽm correptionẽ &
correctionẽ gratanter ac patienter ſuſcipere, nec timore tẽporalis cõfuſionis ac pœnæ nos
excuſare. Quemadmodũ etiã populus expectauit vſq; ad reuocationem Mariæ, nec eam in
publica pœnitentia conſtitutã deſeruit vel contẽpſit, ita nos lapſis ac pœnitentibus cordia-
liter cõpatiamur & auxiliemur, propriã pronitatẽ in oĩe malum, propriosq; exceſſus pen
ſantes, & verbis atq; exemplis proximos ad meliora trahamus.

¶Explanatio literalis cap. XIII. Profectusq; eſt popul⁹ de Haſeroth. Art. XXIII.

DE exploratione terrẽ promiſſionis nũc agitur. [Profectusq; eſt populus de Haſeroth,
fixis tentorijs in deſerto Pharan] .i. poſt receſſum à manſione nomine Haſeroth, fi-
Nũe. 10. xerũt in ſolitudine Pharan tentoria. Sed qualiter verũ eſt iſtud, cũ dictũ ſit ſuprà: Pro-
fecti ſunt filij Iſrael ꝑ turmas ſuas de deſerto Sinai, & recubuit nubes in ſolitudine Pharan?
Si ergo de Haſeroth iuerũt ad ſolitudinẽ Pharan, retroceſſiſſe vidẽtur. Ad hoc magiſter in
hiſtorijs reſpondet: Pharan non eſt nomen manſionis, ſed ſolitudinis, plures mãſiones con-
tinentis, vt infrà in catalogo manſionum oſtendit. Nam continet oẽs manſiones ab Haſe-
Num. 23 roth, quæ fuit quartadecima, vſq; ad Aſiongaber, quæ fuit manſio triceſimaſecunda. Per
quas omnes tranſierunt anno ſecundo. Hinc ſuprà, ſolitudo Pharan, accipitur pro prima
parte & manſione illius deſerti: hic aũt pro vltima, quæ eſt verſus terram promiſſionis, puta
pro Aſiongaber, à qua exploratores ſunt miſſi. [Ibiq; locutus eſt dñs ad Moſen, dicens: Mit
te viros qui cõſiderent terram Chanaan, quam daturus ſum filijs Iſrael.] In Deuteronomio
habetur, qualiter Moſes dixit ad filios Iſrael: Acceſſiſtis ad me omnes, atq; dixiſtis: Mitta-
mus viros qui conſiderent terram: quomodo igitur dicitur hic, ꝙ dñs iuſſit Moſi mittere
viros ad explorandum? Ad hoc Lyra reſpondet, ꝙ mittere viros ad explorandum, non vi-
debatur Moſi bonum, quia dñs eis promiſit ducatum. Cumq; ſuper hoc dominum conſu-
luiſſet, accepit ab eo reſponſum, ita ꝙ dñs in pœnam populi id permiſit, quia non ſatis con-
Deut. 1. fidebant in domino. Sed iſta reſponſio videtur aliqualiter diſſonare à litera: ſiquidẽ in Deu-
teronomio poſt prẽallegata verba Moſes addidit: Cumq; ſermo mihi placuiſſet, miſi duo-
decim viros. Ad quod poſſit quis dicere, ꝙ poſt reſponſionem domini hoc placuit Moſi.
Vocauitq; Oſee filium Nun, Ioſue. Habuit autem triplex nomen, videlicet Oſee, Ieſus & Io
ſue. Si itaq; in hoc loco Moſes primo impoſuit ipſi Oſee nomen hoc Ioſue, hucuſq; voca-

tus eſt Ioſue per anticipationem, quo ad ordinem rei geſtæ, & ſi non quo ad tempus deſcri-
ptionis. ¶Quæritur, cur nunc impoſuit ei Moſes nomen hoc nouum. Ad quod aliqui di-
cunt, ꝙ ideo, qm̃ Moſes orauit pro eo, vt redirẽt cum animæ corporisq; ſalute: ideo voca-
uit eum Ioſue, quod interpretatur ſalus. Sed probabilius reor, ꝙ non ſolum orauit ita pro
Ioſue, ſed pro cẽteris quoq;. propterea aptius dici poteſt, ſicut in Scholaſtica recitatur hiſto
ria, ꝙ Moſes cõmiſit ipſi Ioſue ſalutem & curã vndecim aliorum. [Et dixit] Moſes [ad eos: Per. Co-
Aſcendite per meridianam plagam] .i. per viam eremi huius reſpicientẽ ad auſtrũ. [Cumq; meſtor.
veneritis ad montes propinquos] terræ Chanaan, vel ſitos in ea, [conſiderate terram qualis
ſit.] vtpote an ſit fertilis. hoc Moſes non fecit conſiderari pro ſua informatione, quoniam
nouerat dñm vere dixiſſe, ꝙ terra eſſet lacte & melle manans: ſed pro ampliori infirmi po-
puli certificatione & cõſolatione. Et idem dici poteſt de aliorum cõſideratione & explora-
tione, quæ tanguntur in litera. Vel Deo inſpirante Moſes ita locutus eſt, vt fides populi pro-
baretur, ſicut & alibi dñs ait: Vt tentem eum. Nec eſt putandum ꝙ oĩa iſta poterãt explo-
rare ſtando in montibus, niſi per montes intelligãtur vrbes & villæ ſitæ in locis mõtanis, vel Exo. 17.
ipſæ terræ montoſæ, vt Auguſtinus exponit. [Confortamini,] aſſumendo bonã audaciam fi-
duciamq; in dño. Hoc addit, quia poterat periculoſum videri, intrare regionem alienam, Auguſt.
ignotam ad explorandum, præſertim quia iam fama Iſraelitarũ fuit vulgata, & forſan Cha
nanæi iam perceperunt, ꝙ terram eorum intrare & obtinere intenderent Iſraelitæ: tamẽ ſe-
cundum Auguſtinum, non poterant faciliter exploratores intelligi, vbi tanꝗ peregrini oĩa
perquirebant. [& afferte nobis de fructibus terræ,] vt non ſolum auditu, ſed & viſu certifice Idem.
mur de affluentia terræ illius, & ſic populus iſte accẽdatur ad eius ingreſſum. [Erat autem
tempus quando iam præcoquæ] .i. tempeſtiue maturæ [vuæ veſci poſſunt] .i. comedi, iuxta
illud Micheæ: Præcoquas vuas deſiderat anima mea. [Aſcenderuntq; exploratores, & vene Michẽ 7.
runt in Ebron] .i. vrbem ſic nominatam, quæ poſtea fuit in ſorte Iudæ, iuxta quam fuit ſpe-
lunca duplex, in qua patriarchæ cum ſuis erant coniugibus tumulati. Ideo creditur ꝙ ex de-
uotione locum iſtum viſitarunt, & orauerunt ibidem. Nec putandum cum R. Salomone, R. Salo.
ꝙ ſolus Caleph ibi aduenit, cum Ioſue ſanctior eo illuc veniſſe magis credendus ſit, nec lite-
ra illud prætendit. [vbi erant Achimã & Siſai & Tolmai filij Enach.] Tres viri illi fuerunt
gigantes nati ex ſtirpe Enach gigãtis. Et ne quis incredibile putet, ꝙ in Ebron tunc erant
gigantes, ſubiungitur: [Nam Ebron ſeptem annis ante Tanim vrbem Aegypti cõdita eſt.]
Specialiter autem fit mentio de hac vrbe Aegypti, quia in ea filij Iſrael viderũt quoſdam gi-
gantes ex ſtirpe Enach gigantis, qui ex antiquis temporibus ortum & manſionem habue-
runt ibidem. Cum igitur Ebron fuerit antiquior vrbe illa Aegypti, non mirum ꝙ & in vr-
be Ebron erant gigantes. Vnde & creditur ꝙ ſemen illud giganteũ ex Ebrõ in Aegyptum
deſcenderit. [Pergentesq; vſq; ad torrentẽ botri] .i. vſq; ad torrentem iuxta quem erat vitis,
de qua palmitem abſciderunt cum botro, propter quod locus ille vocatus eſt, torrens bo-
tri, vt narratur in textu. [abſciderunt palmitem &c.] Litera plana eſt. An autem in palmite
illo fuerit tantum vna vua, an plures, incertum videtur. [De malis quoq;] .i. pomis [granatis
& de ficis loci illius tulerunt] .i. ſecum ſumpſerunt. Huius enim ſunt fructus præcipui, quos
& ſecretius atq; liberius quibant auferre. [Reuerſiq; exploratores terræ poſt quadraginta di
es, venerunt ad Moſen & Aaron, & ad omnem cœtum filiorum Iſrael in deſertum Pharan,
quod eſt in Cades] .i. ad eam partem deſerti Pharan, quæ ſita erat in loco eiuſdem deſerti,
qui vocatur Cadesbarne. Vnde in Deuteronomio leguntur exploratores fuiſſe miſſi à Ca- Deut. 1.
desbarne. [Oſtenderunt fructus terræ] Chanaan, quos ſecum tulerunt in teſtimonium, ꝙ le
gationem eis commiſſam fideliter expleuerunt, & vt ſequentibus eorum verbis melius cre-
deretur. [& narrauerunt dicentes: Venimus in terram, ad quam miſiſtis nos.] In principio
huius capituli leguntur miſſi fuiſſe à Moſe: ſed quoniam de totius populi conſenſu hoc fa-
ctum eſt, immo ad vniuerſorum petitionem, ideo nunc dicuntur à populo miſſi. [quæ reve
ra fluit lacte & melle] id eſt, cunctis terræ naſcentibus ac neceſſarijs vitæ. Nec enim mel &
lac ſecum tulerunt, ſed per ea expreſſerunt abundãtiam delectabilium ac neceſſariorum vi-
tæ humanæ. Propter quod ſubdunt: [vt ex his fructibus cognoſci poteſt, ſed cultores for-
tiſſimos habet.] Exploratores iſti pro maiori parte, videlicet decem eorum, volentes terræ
promiſſionis detrahere, à laudibus eius exorſi ſunt, vt eorum vituperationibus ſic amplius
crederetur. Sic enim faciunt detractores. Itaq; aiunt: [Cultores] id eſt, habitatores [fortiſſi-
mos habet, & vrbes grandes atq; muratas,] quaſi dicant, Non valebimus illis reſiſtere, quod
conſequenter declarant: [ſtirpem Enachim] vtpote homines giganteos, [vidimus ibi, Ama
lech habitat in meridie] id eſt, populus Amalechitarum valde bellicoſus, moratur in plaga
auſtrali, per quam ingreſſuri eſſemus, ſed propter illoꝝ reſiſtentiã non poterimus. [Ethæus
& Iebuſæus & Amorrhæus in montanis.] quaſi dicant, Ex omni parte inexpugnabilis eſt
& inaggreſſibilis nobis. His auditis, cœpit plebs de adiutorio Dei diffidens aut non ſperans,

contra Moſen murmurare. Hinc ſubditur: [Inter hæc Caleph vnus exploratorum,] natus
de tribu Iuda,[compeſcens murmur populi,qui oriebatur contra Moſen,]quaſi ipſe dece-
perit & periculis expoſuerit eos, [ait:Aſcẽdamus & poſſideamus terram]nobis à Deo pro-
miſſam, [quoniam poterimus] auxilio omnipotentis, non viribus noſtris, [obtinere eam.
Alij vero] exploratores,dempto Ioſue,qui (vt ſequenti habetur capitulo) affirmauit verba
Caleph. [dicebant:Nequaquam ad hunc populum valemus aſcendere] cum effectu victo-
riæ,[quia fortior nobis eſt.] Excæcati iſti, non attendebant om̃ipotentiam Dei, nec opera
eius in Aegyptios facta. [Detraxeruntq́; terræ, dicentes: Terra quam luſtrauimus, deuorat
habitatores ſuos.] id eſt, tam fertilis eſt & tam fortis, vt ſine ſanguinis effuſione defendi &
obtineri non valeat. Et q̃uis hoc fuit laudatio potius q̃ detractio terræ illius,tamen quãtum
ad filios Iſrael,fuit detractio,& quantum ad ſimilitudinẽ effectus, oblocutio quædam:quia
per verba illa verterunt filijs Iſrael terram illam in abominationem, contemptum & nau-
ſeam,iuxta illud: Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem.Quidam tamen exponunt,di
Pſal. 105. centes ꝙ dixerunt terram illam eſſe peſtilenticam, frequenter infectã,ita ꝙ habitatores eius
non viuerent diu. Magiſter in hiſtorijs circa hæc ſcribit:Hebræus exponit ſic,Terra infima
eſt,nec habere diutius viuaces homines poteſt,vel quia nulli gẽti licebat diu habitare in ea,
propter frequentes ſuperuenientium impugnationes. Vnde Ezechiel ſecuritatem diu ha-
Ezec. 36. bitandi in ea pacifice pollicens,prædixit hoc opprobrium auferendum ab ea:Non vocabe-
ris,inquiens, vltrà deuoratrix populi tui.Poteſt demum & pro cõmendatione terræ expo-
ni, ꝙ adeo bona ſit, ꝙ nullus velit ab ea diſcedere: ſed qui in ea moratur, in ea & moriatur.
[Populus quem adſpexim⁹,proceræ ſtaturę eſt.Ibi vidimus monſtra quędã filioꝝ Enach:]
id eſt,gigantes enormis magnitudinis, qui erant monſtratione & admiratione condigni.
[quibus comparati,quaſi locuſtæ videbamur.]id eſt,valde exigui & infirmi. ¶Iuxta myſti-
cos intellectus,exploratores deſignãt prædicatores, qui diriguntur ad conſiderãdum qualis
ſit terra finalis promiſſionis ſupernæ Hieruſalẽ,paradiſus cæleſtis,vt eius vniuerſalitatem &
gloriam prædicent vndiq; habitatoribus mundi.Sed ſicut pauci exploratorum ſtabiles per-
manſerunt in virtutum conſtantia & ſpe, ſic multi qui ad aliorum regimen ac doctrinam
mittuntur,inter alios ſubuertuntur, & ex inſpectu gigantum terrentur,dum tentationibus
dæmonum & perſecutoribus tyrannorum deijciuntur. Apportant tamen de fructibus ter-
ræ promiſſæ, cum de plenitudine cæleſtium gaudiorum euangelizant. Nihilo minus quaſi
detrahunt terræ cæleſti, dum q̃ difficile ſit eam acquirere,prædicant, exclamantes:Regnum
cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Sicq́; multi quaſi murmurant contra Chri-
Matt. 11. ſtum,ꝙ tam arduam fecerit viam ſalutis, tamq́; difficilẽ dederit legem. Porro per Caleph
& Ioſue deſignati ſunt prædicatores feruidi & conſtantes, qui fideliter declarant homini-
bus,q̃ vere omnia poſſint in eo qui ipſos confortat & adiuuat.

¶Explanatio literalis cap. XIIII. Igitur vociferans omnis terra. Art. XXIIII.

Continuatur hoc loco hiſtoria,in fine præcedentis capituli inchoata.[Igitur vociferãs
omĩs turba,]videlicet multitudo illa turbata & perfida, ad malum proniſſima. [fleuit
nocte illa,]ex mera malitia. [& murmurati ſunt cõtra Moſen & Aaron cuncti filij Iſra
el,]præſertim qui numerati fuerunt,valde paucis exceptis, demptis quoq; quibuſdã Leui-
tis.[dicentes]ex deſperatione: [Vtinam mortui eſſemus in Aegypto,& non in hac vaſta ſo-
litudine] .i.vtinã nunq̃ intraſſemus hanc latam & magnam eremum, nec eſſemus in ea, ſed
potius in Aegypto eſſemus defuncti, vel non in hac vaſta ſolitudine eſſemus morituri, &
iam quodãmodo mortui ex deſperatione ac tædio, periculisq́; inſtantibus. tñ(vt dicitur)in
Hebræo habetur,vel in hac ſolitudine mortui eſſemus. Vnde ſubiungit: [Vtinã pereamus,
& nõ inducat nos dñs in terrã iſtam,ne cadamus gladio]moriẽdo repẽte in loco iſto,anteq̃
ad grauiora veniamus mortis ſupplicia.[Nonne melius eſt reuerti in Aegyptũ?]Miſeri iſti,
oĩm diuinoꝝ mirabiliũ, quæ pro eis fecerat dñs, erãt immemores, atq; ad naturales cauſas
reſpexerũt duntaxat. [Dixerũtq́; alter ad alterũ: Cõſtituamus nobis ducẽ,& reuertamur in
Aegyptũ.]O quãta eſt peruerſitas,velle relinquere ducẽ tã ſanctũ Moſen ſuũ legiferũ, quem
ſciuerũt ſibi à Deo eſſe pręlatũ.[Quo audito,Moſes & Aarõ ceciderũt proni in terrã:]qm̃ ti-
muerũt iram Dei populo ſuperuenturã,de tanta populi iniquitate vehemẽter dolentes.[At
vero Ioſue & Caleph,qui & ipſi luſtrauerunt terrã, ſciderũt veſtimẽta ſua]in ſignum extre-
mi ſui doloris.[& ad omnẽ multitudinẽ locuti ſunt:Nolite rebelles eſſe contra dñm,]deſpe
rando de eius promiſſis,& abijciendo Moſen vobis à Deo prælatum. [neq; timeatis popu-
lum terræ huius: quia ſicut panẽ,ita eos poſſumus deuorare].i.tam faciliter per om̃ipoten-
tis auxiliũ poſſumus eos conſumere,ſicut eſcam.Vnde LXX.tranſtulerunt,qm̃ cibus nobis
ſunt.[Receſſit ab illis omne præſidium.]Hoc quidam ſic gloſſat, quia virtute diuina timo-
re erant percuſſi,ita ꝙ non remanſerat in eis conſilium & virtus reſiſtendi:quod non appa-
ret congrue dictum,quia vt infrà in iſto habetur capitulo, paulopoſt dies iſtos impugnaue-
runt

runt & ſuperauerunt multos ex Iſrael. Verum eſt aũt,ꝙ diu poſt hæc occiſis duobus Amor-
rhæoꝝ regibus Seon & Og,Chananæi fuerunt timore proſtrati,nec remanſit in eis conſili-
um reſiſtendiq́; virtus, vt Ioſue deſcribit. Eſt igitur ſenſus: Receſſit ab illis omne præſidiũ .i. Ioſue 2.
nobis introeuntibus ad eos, mox omni ſubſidio ſunt priuandi à Deo, cui nullus reſiſtere va
let.Eſt enim conſuetudo loquendi,vt de re certiſſime futura,loquamur per modum præteri
ti. Vnde Septuaginta tranſtulerunt: Abſceſſit ab eis tempus: hoc eſt,finis proſperitatis eoꝝ
iam inſtat,& tempus vitę eoꝝ mox præcidetur.Circa quod loquitur Auguſtinus:Impijs oc
culta diſpenſatione datur tempus florendi atq; regnandi,ſed dominus iuxta ſapiẽtiæ ſuæ de- Auguſt.
cretum,finem imponit. Hinc ſubditur:[Dominus nobiſcum eſt,nolite metuere.]hoc eſt,pa
ratus eſt nos iuuare, & ſua implere promiſſa, niſi obicem inducamus. [Cumq́; clamaret oĩs
multitudo]ex impatientia & furore contra Caleph & Ioſue,[& lapidibus vellet eos oppri
mere:]quia ex vehementia paſſionum ſuaꝝ,nullam receperunt informationem aut exhor
tationem. Quidam aũt per eos intelligunt non ſolum Ioſue & Caleph, ſed Moſen quoq; &
Aaron. Hoc tamem litera non videtur prætendere. [Apparuit gloria domini ſuper tectum
fœderis,cunctis videntib⁹ filijs Iſrael].i.diuina maieſtas per ſuum effectũ, puta ꝑ nubem,de-
ſcendit ſuꝑ tectum tabernaculi,parata ſuos defendere, impiosq́; punire,quos & tunc ſua re-
preſſit virtute. [Et dixit domin⁹ ad Moſen: Vſquequo detrahet mihi populus iſte?]id eſt,q̃
diu reddẽt mihi mala ꝓ bonis,& male loquentur de me,videlicet ea q̃ promiſſiõnibus me-
is cõtrariantur? Detrahere autem,proprie eſt,malũ loqui de alio in eius abſentia & eo nõ au Detrahere quid ſit.
diente. Deus autẽ vbiq; eſt p̃ſens, & vniuerſa cognoſcit: ideo nemo poteſt ei ꝓprie obloqui,
niſi forte tam fatuus ſit,vt æſtimet Deũ non oĩa ſcire,aut nõ eſſe præſentem vbiq;. [Quouſq;
non credent mihi in oĩbus ſignis quæ feci coram eis?]Quaſi dicat,inexcuſabiles ſunt excæ-
catio incredulitasq́; eoꝝ.[Feriam igit̃ eos peſtilentia atq; conſumam.]Hoc dñs dixit cõmi-
natorie,& ꝑ reſpectum ad proximas cauſas:quia ſecundũ peccata ſua tam grauia,mereban
tur ſtatim occidi.[te autẽ faciã principem ſuꝑ gentem magnã, & fortiorem q̃ hæc eſt.] hoc
eſt,noli timere,nec ores pro iſtis,quaſi amiſſurus pręlationem,ſi iſti ꝑcutiant̃,quia maiori &
fortiori plebi p̃ficiam te,iſtis occiſis. Quod domin⁹ potuit multipliciter adimplere: nam &
poſteros hoꝝ potuit cito valde multiplicare, & Moſen eis præficere. [Et ait Moſes] qui non
quærebat proprium honorem aut principatum,[ad dominum: Vt audiãt Aegyptij, de quo
rum medio eduxiſti populum iſtum:] Moſes ſancta charitate & amore boni communis po
puli ſibi commiſſi,totus miro modo ſuccenſus,verba pręſcindit,& in affectum prorumpit,
& quaſi arguens cum domino, deprecatur pro populo. Sumitq́; argumentum ex zelo di-
uini honoris,quia non decuit pium dominum ſic vlciſci ſuam iniuriam, qm̃ hoc ceſſiſſet in
ſuijpſius inhonorationem atq; blaſphemiam. Itaq; ait, Vt audiant, &c. an ideo vis populum
tuum extinguere, vt audiant Aegyptij[& habitatores terræ huius] nobis à te promiſſæ,vt-
pote Chananæi,[q audierunt ꝙ tu domine in populo iſto ſis] tanq̃ ſpecialiter De⁹ ac rector
ac ductor populi hui⁹,[& facie videaris ad faciẽ]à vicariali rectore ac legislatore popl'i hui-
us,videlicet à me. Vel videaris facie ad faciẽ.i. euidẽter appareas iſtis hoĩbus ꝑ p̃claros effe-
ctus miraculoſaq́; opa,[ꝙ occideris tantã multitudinẽ,& dicãt, nõ poterat introducere po
pulũ iſtũ in terrã ꝓ q̃ iurauerat] .i. de q̃ cũ iuramẽto ꝓmiſit,ꝙ daret eã populo iſti. Quaſi di
cat,iſtud cederet in tuæ maieſtatis blaſphemiã,& periret famæ tuæ ſublimitas. [idcirco oc-
cidit eos in ſolitudine. Magnificet̃ ergo fortitudo dñi] .i. oĩpotentia tua ſeipſam declaret ꝑ
magnifica opa,implẽdo in populo iſto quæ ꝓmiſiſti, vnde ſubiungit:[Sicut iuraſti,dicẽs].i.
cum vocali proteſtatiõe patriarchis,Abrahę ſ.Iſaac,& Iacob iuraſti,ꝙ terrã iſtã eoꝝ poſteris
dares. Deinde continuat̃ oratio Moſis:[Dñs patiens].i.tu Deus exiſtẽs oĩm dñs,& lõganimi-
ter p̃ſtolaris emẽdationẽ peccatũ. [& multæ miſericordię] .i.copioſus in miſerẽdo, [auferẽs
iniquitatẽ]cõmiſſam in te,[& ſcelera]quę fiunt in proximũ,[nullũq́; innoxiũ derelinquens,]
i.q nullũ pct̃m̃ deſeris impunitũ,vel nullũ hoĩem concedis om̃ino ſeu totaliter innocentem Iaco. 3.
eſſe,qa in multis offendimus oẽs, nec ab originali peccato eſt quiſquam immunis. [qui viſi-
tas peccata patrum in filios in tertiã & quartam generationem.]Qualiter iſtud conueniat di Exo. 20.
uinæ iuſtitiæ, ſuꝑ Exodum & ſuper Hieremiam & Ezechielem, expoſitũ eſt. Filij quippe & Thren. 5.
poſteri,inquãtum ſunt aliquid parentũ ſuoꝝ,quantũ ad corpus,quãdoq; pro peccatis parẽ- Ezec. 18.
tum in corporalib⁹ puniunt̃,p̃ſertim ſi pct̃ã parentũ ſequant̃: & ſi ea nõ ſequunt̃,tũc De⁹ pœ
nas tales ordinat poſteris in melius,ita ꝙ potius habẽt rationẽ medicinæ,q̃ pœnæ in poſteris
illis. Sicq́; punit parẽtes in prole eoꝝ,ſicut frequẽter punit vitia dominoꝝ in poſſeſſiõe ipſo
rũ.[Dimitte, obſecro,peccatũ populi tui huius].i.cõgeriẽ vitioꝝ quæ nũc cõmiſerũt.[ſecũ-
dum multitudinẽ miſericordiæ tuæ, ſicut ꝓpicius fuiſti egrediẽtibus de Aegypto vſq; ad lo
cũ iſtũ.] in quo tñ ſpatio multi propter ſuos exceſſus fuerũt occiſi, p̃ſertim ꝓpter vituli ad-
orationẽ.[Dixitq́; dñs: Dimiſi iuxta verbũ tuũ.]Non eſt putandũ,ꝙ Deus dimiſit illis anteq̃ Exo. 32.
pœnituerunt, ſi vere pœnitentibus remiſſionẽ ꝓmiſit:& quãtum ad hoc, cũctis dimiſit q̃n-

tum ad debitã pœnã, ꝙ non ꝑcuſſit eos peſtilentia ſubito ſimul, vt fuerat cõminatus. [Viuo
ego].i. q̄ veꝝ eſt ꝙ ego ſum viuens, tam vere ſubiungo: [& implebit gloria dñi vniuerſa ter-
ra].i. tot & tãta mirabilia adhuc agã ĩ populo iſto, eoꝝ ve poſteris & cõtra inimicos eoꝝ, ꝙ
cuncti hoïes hæc cognoſcẽt, & vniuerſis maieſtas mea innoteſcet. [Attñ oẽs hoïes q viderũt
maieſtatẽ meã].i. eã ꝑ ſuos effectus nouerũt. [& ſigna q̃ feci in ſolitudine &c. iam ꝑ decẽ vi-
ces].i. multoties, vt Gloſſa exponit. Sicq́ꝫ ponit numerus determinatus ꝓ indeterminato. Et
ideo ait, ꝑ decẽ vices, qm̃ decẽ prĩcipalia p̃cepta violauerũt. Aliqui tñ determinate aſſignãt
has vices, vt primo dicãtur Deũ tẽtaſſe ante egreſſum ſuũ de Aegypto, qñ nõ acquieuerũt ver-
bis Dei ꝑ Moſen ꝓlatis ad eos. Vñ in Exodo Moſes ait ad dñm: Ecce filij Iſrael nõ me audi-
unt. Secũdo, qñ poſt egreſſum de Aegypto, ex diffidẽtia diuini auxilij locuti ſunt Moſi: For
Exod. 6. ſitan nõ erant ſepulchra in Aegypto, ideo tuliſti nos vt moriamur in ſolitudine. Tertio, qñ
Exo. 14. ꝓpter amaritudinẽ aq̃ murmurauerunt in Marad, & diffidendo dixerunt: Quid bibemus?
Exod. 15. Quarto, qñ murmurarũt deſiderio carniũ. Quinto, qñ ex diffidẽtia ſeruauerũt manna vſqꝫ
Exo. 16. mane. Sexto, qñ ꝓpter defectũ aq̃ murmurauerũt. Propter q̃d Moſes dixit eis: Cur tentatis
Ibidem. dñm? Septimo, in adoratiõe vituli. Octauo, quãdo ex dolore laboris murmurarũt, vt ſupius
Exo. 17. patuit. Nono, quãdo (vt in hoc eodẽ libro ſcriptũ eſt) deſiderio delectabiliũ cibarioꝝ mur-
Exo. 32. murãdo dixerũt: Aïa noſtra arida eſt &c. Decimo, ſicut nũc iſto patet capitulo. Verũtamen
Num. 11. tentatio Dei in his interdũ extenſe accipit. Hi ergo [nõ videbũt terrã, pro q̃ iuraui patribus
Num. 10 eoꝝ:] hoc eſt, terrã promiſſionis, [nec quiſq̃ ex illis q detraxit mihi, intuebit eam. Seruũ me-
um Caleph qui plenus alio ſpũ] hoc eſt, ſpũ meo, q alius eſt à ſpiritu q̃ impleti ſunt iſti mur-
muratores. [ſecutus eſt me].i. mihi adhæſit ꝑ fidẽ & ſpem cæterasq́ꝫ virtutes. [inducã in terrã
hanc, quam circuiuit, & ſemen eius poſſidebit eam.] Quare nõ facit domin⁹ mentionẽ de Io
ſue? Forſan qm̃ infrà ſatis idem narrandũ fuit de eo. Nam & pauloꝑoſt fit hoc in iſto capitu
lo. [Oẽs q numerati eſtis à viginti annis & ſuprà, & murmuraſtis cõtra me, nõ intrabitis ter-
ram &c.] Circa hoc q̃ri poteſt, an ne aliqui ex filijs illoꝝ murmuratoꝝ adulti, & circa vice-
ſimũ annum exiſtẽtes, murmurauerũt cum patribus ſuis, aut murmurãtibus conſenſerunt.
Dici poteſt, ꝙ Deus p̃ſeruauit eos ab illo pctõ. Vel, ſi aliquo modo exceſſerunt in hoc, Deus
habuit eos partim excuſatos ꝓpter ætatis pueritiam. Vel quia inducti erant ab alijs, & vltra
hoc puniuit eos ꝑ hoc, ꝙ diu poſt hæc in deſerto detenti ſunt. ¶ Inſuper quęri poteſt, q̃d de
fœminis & puellis contigerit. Reſpõderi poteſt, ꝙ quidã ex vetuſtate, vel alia cauſa natura-
li obierunt in eremo, q̃dam ex ſuo demerito. Si tamen reſponſioni huic non obuiat illud in
Pſal. 104. Pſalmo: Non erat ĩ tribubus eoꝝ infirmus. [Filij veſtri vagi erũt in deſerto] id eſt, hincinde
per loca euntes, nõ tamen vagi omnino ſiue indomiti, [quadraginta annis, & portabũt for
nicatiõem veſtrã] hoc eſt, propter ſcelera veſtra, quibus receſſiſtis à Deo aïaꝝ fideliũ ſpon-
ſo, differentur ſeu retardabunt ab ingreſſu terræ promiſſę: q̃d qualiter nõ ſit iniuſtũ, iã tactũ
Thre. 5. eſt. Vnde & Hieremias ait in Threnis: Patres noſtri peccauerunt, & nõ ſunt, & nos iniquita
tes eoꝝ portauimus. Nam & ſecundũ leges humanas, pro crimine læſæ maieſtatis cõmiſſo
à patre carnali, puniunt filij eius. [donec cõſumant cadauera patrũ in deſerto, iuxta numeꝝ
quadraginta dieꝝ, quib⁹ conſideraſtis terrã. Annus pro die imputabitur.] hoc eſt, ſicut qua-
draginta diebus fuerunt exploratores in via, ſic q̃draginta annis durabit hæc pœna, non ꝙ
exploratores ꝑ q̃draginta dies auerterunt, aut auertere ꝓpoſuerunt populũ ab ingreſſu ter-
rę promiſſionis, qm̃ aliquos dies expenderunt illuc pergendo, ſed peccatum tot dies ſecutũ,
in populo iuſte meruit pœnam tot annoꝝ, immo incõparabiliter maiorem & lõgiorem, ſed
miſericorditer relaxata eſt iuſta punitio meritis ac precibus Moſis. [Igitur oẽs viri quos mi
ſerat Moſes ad cõtemplandam terram, mortui ſunt atqꝫ ꝑcuſſi. Ioſue aũt filius Nun & Ca-
leph filius Iephone, vixerunt ex omnibus qui prexerant ad cõſiderandam terrã.] Senſus eſt,
ꝙ decem exploratores ꝓpter p̃fatam ſuam iniquitatem, ſubito ſunt plagati à Deo ac mor-
tui. [Locutusq́ꝫ eſt Moſes vniuerſa verba hæc ad omnes filios Iſrael.] Qualiter ſcilicet hi qui
numerati erant, morerentur in ſolitudine, & filij eoꝝ per quadraginta annos vagarentur in
ea. [& luxit populus nimis.] videns ſe vndiqꝫ anguſtatum. Attamen benignitatem Dei fre-
quenter experti, præſumpſerunt de venia, putantes verba Dei ſolum comminatoria eſſe.
[Et ecce] quaſi dicat, Mira & magna excæcatio populi huius ſubiungitur: [mane primo
ſurgentes] ſcilicet die mox ſequenti, hora diluculi, vel mane primo, id eſt, valde mane. [aſcẽ
derunt verticem montis] propinqui loco, à quo miſſi ſunt exploratores. [atque dixerunt:
Parati ſumus aſſcendere ad locum, de quo dominus locutus eſt, quia peccauimus.] quaſi di-
cant, Pœnitemus de noſtra peruerſitate, ideo nunc prompti ſumus ire ad terram promiſſio-
nis. ¶ Quæri poteſt, vnde venit eis tam magna & repentina mutatio. Reſpõdendũ, ex hoc q̃a
viderũt illos exploratores q̃bus crediderãt, ſubito eſſe ꝑcuſſos, & alios duos à quib⁹ bene in-
ſtructi erãt, eſſe ſupſtites. Deinde in textu deſcribit, q̃liter Moſe ꝓhibente cœperũt ꝓcedere:
ideoq́ꝫ ab aduerſarijs ſunt ꝑcuſſi & fugati vſqꝫ Horma, i. vſqꝫ ad locũ ſic appellatũ ex aduer-
ſo euentu,

ſo euentu, qm̃ ibi cæſi & deſtructi ſunt quidã ex Iſræl, ſicut & in Deuteronomio habet, ꝙ
fugati ſunt, ſicut ſolẽt apes perſequi. Horma aũt vno modo interpretatur deſtructio, vt in- Deut. 1.
frà habet. ¶ Poſtremo R. Salomon dicit, ꝙ filij decem exploratoꝝ fuerunt in terra ꝓmiſſio
nis hæreditate priuati, eo ꝙ patres eoꝝ populum à terræ illius introitu auerterũt: q̃d veꝝ nõ Num. 21
arbitror, p̃ſertim cum adoratio vituli fuerit grauior ſcelere iſto, & tñ filij idololatraꝝ illoꝝ
hæreditatem in terra ꝓmiſſa ſunt cõſecuti. Spiritualiter docemur copioſe ex iſto capitulo,
quanta ſit humani cordis fragilitas, quanta deinde ꝑuerſitas, & q̃nta deinceps incorrigibili-
tas, q̃nta item ſit Dei clementia. Per murmuratores aũt iſtos ac deſperãtes, intelligunt tẽpe-
ralium amatores, q ex tranſitoriaꝝ reꝝ amiſſione, interdum ſic opprimunt mœrore, vt cu-
piãt mortẽ, imo eã ſibi ſceleratiſſime inferãt. Incorrigibiliũ quoqꝫ illoꝝ impietatẽ ſequunt,
q nulla informatiõe flectunt in melius, ſed potius peiorant ex informatiõe & correptiõe be
nigna, intantũ vt nõnunq̃ violentã extendãt manũ in corripientẽ ſeu admonẽtẽ, queadmo-
dũ ſcribæ & phariſæi Chro fecerunt. ¶ Amplius, exẽplo Moſis docent hic p̃lati ꝓ ſibi cõmiſ Ioan. 18.
ſis ardentiſſime exorare, atqꝫ vt exaudiri mereant, ſtudere debent diuini honoris zelo accen-
di. Patet itẽ ex dictis, ꝙ dñs ſæpe dimittit pœnitenti pctã ſua, q̃tũ ad culpã, non tñ quantum
ad pœnam. ¶ Deniqꝫ ꝑ hoc ꝙ tam pauci ex Iſraelitis numeratis, ingreſſi ſunt terrã ꝓmiſſio-
nis, p̃figuratum eſt, ꝙ ꝑpauci terrã cæleſtis patriæ intrant, ſicut ait Saluator: Pauci electi. Rur
ſus docet nos huius ſcriptura capituli, q̃ infallibiliter Deus numeret noſtra pctã, & q̃liter re- Matt. 20
cidiuantibus improperet etiã pctã ante indulta, & q̃ grauiter lædant ac noceãt vulnera aïæ
repetita, ſicut & in corpoꝝ vulneratiõibus hoc videmus. Hinc loquit Origenes: O ſi poſſe-
mus ꝑ vnũq̃dqꝫ peccatũ videre, q̃modo aïa vulnerat. Sermo malus vuln⁹ infligit nõ linguę, Origen.
ſed aïæ. Vulneratur etiã aïa ꝑ cogitationes & concupiſcẽtias prauas, frangit vero atqꝫ conte
ritur ꝑ opa vitioſa: quæ oïa ſi videremus, & vulneratæ animæ cicatrices ſentiremus, vſqꝫ ad
mortẽ reſiſteremus peccatis: ſed ſicut dæmoniaci vel mẽte capti, non ſentiunt ſi vulnerẽtur,
qm̃ carent naturalibus ſenſibus, ita cupiditatibus ſeculi, aut carnis concupiſcentijs ſeu vitijs
alijs inebriati, non ſentimus quãta aïæ vulnera, quantas contritiones ſeu deſtructiones, q̃nta
damna peccãdo acquirimus. ¶ Poſtremo, vt dictũ eſt, exemplo obtenebratoꝝ filioꝝ Iſrael
edocemur, quàm ineffabilis ſit pronitas noſtra ad omne malum: & qualiter paulatim, niſi
mox reſipiſcamus, in enormiora dilabimur: quemadmodum iſti Iudæi noluerũt ad terram
promiſſam procedere, quãdo Deus hoc iuſſit, & ſuũ promiſit auxilium: eamq́ꝫ ingredi tẽta-
runt, dum Deus prohibuit, & ſuũ negauit ſubſidium. Hinc Rabanus ꝓteſtat: O mira ꝓterui- Raban⁹.
tas mẽtis humanæ, & horrenda ſtultitia cordis cæcati. Mandat Deus promiſſiõibus ſuis cre-
dere, & de potẽtia ſua confidere, ſicq́ꝫ terrã promiſſiõis intrare: & humana diffidit ſtultitia,
ac ſalutaria reſpuit monita. Econtrario ſuum negat auxilium, & ipſi contra Dei voluntatẽ
volunt inuadere terram. Quibus ſimiles ſunt, qui promiſſionibus Dei nec acquieſcunt, &
prohibita faciunt: ideo ſicut peruerſi illi Iudæi à ſuis aduerſarijs facilime vincebantur, ſic iſti
ad omnia ſcelera ab inuiſibilibus hoſtibus leuiſſime pertrahuntur.

¶ Expoſitio literalis capituli decimiquinti. Locutus eſt dñs ad Moſen. Art. XXV.

POST prætacta hiſtorica, inſeruntur nunc cæremonialia quædam. [Locutus eſt dñs
ad Moſen, dicens: Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos: Cũ ingreſſi fueritis terrã habi
tatiõis veſtrę, quã ego dabo vobis, & feceritis oblationẽ dño in holocauſtũ aut victimã
pacificã].i. ſiue ſacrificiũ veſtrũ ſit oblatio pro pctõ, ſiue holocauſtũ, q̃d ad diuinitatis reueren
tiã totaliter incendebat, ſeu victima pacifica pro bñficio dato, vel pro parta ſalute aut p̃ſtan
da, [vota ſoluẽtes aut ſpõte offerẽtes,] & ſiue hęc ſacrificia ĩmolent ex debito, ſiue ex ſpõtanea
deuotione & ſuperogatione, [aut in ſolennitatib⁹ veſtris adolẽtes odorẽ ſuauitatis dño].i.
incẽdentes aliq̃d ſacrificij ſuꝑ altare, cuius odor ſit Deo ſuauis, hoc eſt, vt ipſum ſacrificium
Deo acceptũ ſit ex offerentis fide, deuotione & obediẽtia. [De bobus ſiue de ouibus offeret,
quicũqꝫ immolauerit victimã].i. ſi de pecorib⁹ fecerit oblationẽ, erit vel bos, vl' ouis, aut etiã
hircus, de quo infrà fit mentio. Nam inter pecora, hæ tres ſpecies erãt dũtaxat immolatitiæ,
vt ſuꝑ Leuiticũ dictũ eſt. Sed iſtis principalibus ſacrificijs adijciebant ſacrificia quædam mi-
nora. Vnde ſubiungit: [ſacrificium ſimilæ decimam partẽ ephi cõſperſam oleo, quod men- Leui. 7.
ſurã habebit quartã partem hin, & vinum ad liba fundenda eiuſdẽ menſuræ dabit in holo-
cauſtum, ſiue in victimã ꝑ ſingulos agnos].i. in ſacrificio cuiuslibet agni offeret ſimul tertiã
partẽ ephi, ſ. menſuræ ſic dictę: tertiã, inquam, partẽ ephi ſimilę oleatæ, ſeu admixtæ oleo tan
tæ quãtitatis, vt mẽſurã impleat quartã partẽ hin, offeret etiã ſimul vinũ eiuſdem menſurę,
ſicut de oleo dictũ, q̃d vinum offert, vt ex eo perfuſio fiat liboꝝ. [& arietis erit ſacrificiũ ſi-
milæ duaꝝ decimaꝝ, quæ cõſperſa ſit oleo tertiæ partis hin].i. ſi aries ſacrificet, addent duæ
decimæ ſimilæ, in cuius piſtratione mixtũ ſit oleũ, habẽs mẽſurã tertiæ partis hin. [& vinum
ad libamentũ tertiæ partis eiuſdẽ mẽſuræ offeret in odorẽ ſuauitatis dño].i. tantundem offe
ret de vino ad humectãdum materiã ſiccã, ſicut de oleo iam prædicto. [Quãdo vero de bo-
bus fe-

bus feceris holocauſtum aut victimã,]ſi bos offeraſ,[dabis ꝑ ſingulos boues ſimilæ tres deci
mas conſperſæ oleo,q̃d habeat mediũ menſuræ hin].i.mediã partẽ mẽſuræ ſic appellatæ,[&
vinũ ad liba fundenda eiuſdẽ mẽſuræ,in oblationẽ ſuauiſſimi odoris dño. Sic facies ꝑ ſingu
los boues & arietes & agnos & hircos & hœdos].i. in ſacrificio vniuſcuiuſq; bouis & arietis
& agni & hirci,ſicut iam ꝓtaxatum eſt.[tam indigenæ].i. Iſraelitæ natione,[q̃ peregrini].i.
aduenæ ad Iudaiſmũ cõuerſi,inter filios Iſrael habitãtes,[eodẽ ritu offerẽt ſacrificia]iam ꝓſa
ta.[Vnum ꝓceptum erit atq; iudicium tam vobis q̃ aduenis terræ].i. præinductum ꝓceptum
ac dictamen à me inſtitutum, indifferenter cõcernit tam vos Iudæos, q̃ cõuerſos ad legẽ ve
ſtram,cõmorantes in terra veſtra.¶Sequiſ de primitijs,quod & in Leuitico pro maiori par-
te eſt habitũ.[Locutus eſt dñs ad Moſen,dicens:Loquere filijs Iſrael:Cũ veneritis in terram
quã dabo vobis,& comederitis de panibus regionis illius,ſeparabitis primitias dño].i. pri-
mitiua aliqua atq; ꝓcipua ab alijs diuidetis, reponetis, ac Dei miniſtris dabitis ea, [de cibis
veſtris.Sicut de areis].i. granis ac fructibus cõtentis in area,[primitias ſeparabitis, ita & de
primitiua pulmẽtis dabitis*primitias dño.]Pulmentũ vocaſ qlibet cibus dulcis & delicatus, ſeu qlibet
cibus ꝓter panem.i.cõpanaticium,q̃d ſ.cũ pane in eſum ſuſcipiſ,tñ(vt fertur)in Hebræo ha-
beſ,De paſtis veſtris tortellum:qa de vnaquaq; frumenti decoctiõe, ſeparabaſ vnus tortellꝰ,
ſacerdotibus ꝓ primitijs dandus.[Quod ſi ꝑ ignorãtiã ꝓterieritis qcq̃ hoꝝ &c.]quæ ꝑ Mo-
ſen dñs iuſſit,[oblitaq; fuerit facere multitudo].i.cõmunitas ꝑ obliuionẽ ignorantiãve omi
ſerit qppiã,[vitulũ offeret in holocauſtũ]ad diuinæ maieſtatis(quã inhonorauit)honorẽ,[&
ſacrificium eius ac liba,vt cæremoniæ poſtulãt].i.alia q̃dã,q̃ ſimul cum vitulo illo ſunt offe-
rẽda,iuxta tenorẽ cæremonialiũ ꝓceptoꝝ. Quę aũt ſint ſacrificia cũ vitulo ĩmolãda, iã dictũ
eſt,ſ.ſimila,oleũ,vinum,ſecundũ mẽſurã ꝓtactã. De cæremonijs q̃q; in iſto ſacrificio obſeruã-
dis,dictũ eſt in Leuit.q̃ legiſ:Si oĩs turba filioꝝ Iſrael ignorauerit, offeret ꝓ peccato ſuo vi
tulum &c.[hircumq; ꝓ pctõ.]Veruntñ in Leuitico habeſ,ꝙ ꝓ pctõ totius turbę offerebaſ vi
tulus,hircus aũt ꝓ pctõ principis:q̃modo ergo nunc diciſ, ꝙ vitulus ĩmolabaſ in holocau-
ſtum,& hircꝰ ꝓ pctõ? ſed qm̃ vitulus ꝓ pctõ turbę oblatus,comburebaſ totaliter,holocauſtũ
poterat dici. Hic q̃q; ſumiſ multitudo cũ principis incluſiõe,vt videſ: qm̃ non fit hic mẽtio
ſpecialis de principe, ibi vero de turba & principe ſacrificijsq; eoꝝ diſtincte tractaſ.[Et ro-
gabit ſacerdos ꝓ oĩ multitudine filioꝝ Iſrael, & dimitteſ eis]ꝑ oblationẽ orationẽq; ſacerdo
tis,ſi tñ pœniteãt,& ex cõtritione,deuotioneq; offerat iuxta legis ꝓceptum, qm̃ non ſponte
August. peccarunt. ¶Circa hoc q̃rit B.Auguſtinꝰ,q̃ ſint pctã q̃ non ſponte cõmittunſ,cũ oẽ pctm̃
ſit voluntariũ.Deinde declarat,q̃liter ea q̃ fiunt ab ignorãtibꝰ aut cõpulſis timore,q̃ cadit in
viꝝ conſtãtẽ,valeãt dici non ſpõte cõmiſſa,non ꝙ ſint penitꝰ inuolũtaria,ſed qm̃ ratio volun
tarij minoraſ ĩ eis,nec ea q̃ agunt,ꝓpter ſe volunt.[nihilominꝰ offerẽtes incẽſum dño ꝓ ſe].i.
ꝓ ſua ſalute & pace & pctõ eis dimittẽdo,[atq; errore ſuo]cõmiſſione,ſeu omiſſiõe erronea,
Leui.4. vel ꝓ errore q̃ putabãt licere q̃d non licet.¶Porro de iſto incẽſo diciſ in Leuit.Oẽm adipẽ
vituli tollet,& adolebit ſuꝑ altare: & qa hoc fecit ſacerdos ꝓ turba, idcirco de ꝑſonis turbæ
collectiue ſumptis,nũc diciſ,offerẽtes incẽſum,ꝑ manꝰ videlicet ſacerdotis.[Quod ſi aĩa vna
neſciẽs].i.ſi particularis homo ſeu ꝑſona vulgaris ꝑ ignorãtiã[peccauerit,]omittẽdo q̃d fie-
ri iuſſum eſt,vl' cõmittẽdo q̃d ꝓhibeſ, [offeret caprã anniculã].i.q̃ non ſit vltra vniꝰ anni ętã
tẽ.De ſacrificio aũt ꝓ pctõ ſacerdotis,habeſ in Leui.de q̃ taceſ hoc loco.[Vna lex erit oĩm q̃
Ibidem. peccauerint ignorãtes,]dũmodo fuerint vniꝰ ſtatus,ſeu gradus aut dignitatis: nõ aliàs. Alia
nãq; fuit iuſſio data de ſacrificio ſacerdotis ꝑ ignorãtiã excedẽtis,alia de pricipe ignoranter
peccãte,alia q̃q; de ꝑſona vulgari,vt patet in Leuitico.[Aĩa vero].i. ꝑſona[q̃ ꝑ ſuꝑbiã aliq̃d
Leuit.4. cõmiſerit,]aut certe omiſerit,[ſiue ciuis ſit ille].i.natione Hebręus,[ſiue peregrinus]ad Mo-
ſaicam legẽ conuerſus,[qm̃ aduerſus dñm rebellis fuit,]ex firmo ꝓpoſito ſeu contẽptu pec-
cando[peribit de populo ſuo].i. de grege iuſtoꝝ & numero electoꝝ, ꝑtinẽdo ad corpꝰ dia-
boli malignãtiumq; eccleſiã. [Verbũ eñ].i.ꝓceptum[dñi contẽpſit,& ꝓceptum illius fecit ir
ritum]peccãdo ex certa ſciẽtia atq; malitia.[Idcirco delebiſ,& portabit iniq̃tatẽ ſuã,]& hoc,
niſi pœniteat.Nec exprimitur ſacrificium offerendũ pro tali exceſſu,ad inſinuandum graui
tatẽ talis peccati. Veruntamen non fuit penitus irremediabile, quia contritione condigna
quę fuit interior pœna,atq; ꝑ pœnitentialia oꝑa poterat tolli & indulgeri,etiam q̃ ad culpã
& pœnam in præſenti.¶Deniq; non diſtinguunſ hic niſi peccata facta ex ignorãtia,vel ex ſu
perbia. Aliqua aũt fiunt ex infirmitate.i. vehementia paſſiõis, quæ ad peccata ex ignorantia,
poſſunt reduci,qm̃ vehementia paſſionis rationem valde excæcat ꝑ peccatum: aut ex ſuꝑ-
bia deſignaſ omne pctm̃ ex certa malitia,deliberatione,ſeu contemptu.At vero quod dictũ
eſt,Peribit de populo ſuo:quidam exponunt de morte corporali,dicentes,ꝙ taliter peccãs,
fuit mox occidendus, quando per teſtes fuit conuictus non ſolum de peccato in ſe, ſed item
Heb. 10. ꝙ ſciẽter id incurriſſet. Vnde Apoſtolus ait: Irritam quis faciẽs legẽ Moſis, abſq; vlla cõtra-
dictione duobus aut tribus teſtibꝰ moriſ.[Factũ eſt aũt cũ eſſent filij Iſrael in ſolitudine,& in-
uenissent

uenissent hoĩem colligentẽ ligna in die ſabbati, obtulerunt eum Moſi]tanq̃ iudici ſuperio
ri,[& Aaron]tanq̃ ſecundo poſt Moſen,[& vniuerſæ multitudini]pro cautela. [Qui recluſe
runt eum in carcerem.]Moſes eñ iuſſit eum detineri ſeorſum captiuũ.[neſcientes q̃d ſuper
eo facere deberent].i.qualiter eſſet tractandus ac puniendus. Veruntñ dictũ fuit in Exodo,ꝙ Exo. 20.
violans ſabbatum,morte moreretur.Sed genus mortis nõ fuit ibi expreſſum:ideo dñs expri
mit hoc nũc,iubens illũ ab oĩbus.i.à quibuſdã de oĩbus lapidari, vt patet in textu qui planꝰ
eſt. Ideo autem in exordio legis iuſſit dñs pro peccato illo tam dirã mortem infligi,vt ipſa
lex fortius imprimereſ cordibus hoĩm, & alij amplius terrerẽtur, quemadmodũ in exordio Acto. 5.
primitiuæ eccleſiæ, Ananias & vxor eius,repente terribiliterq; puniti ſunt ꝓ ſua proprietate
& furto. Vnde & dñs,ad vitandum ſimilia mala, ſubiungit ad Moſen: [Loquere filijs Iſrael,
vt faciãt ſibi fimbrias] Fimbriæ ſunt extremitates veſtis,vel fila quæ in extremitate ſtolę aut
pallij appenduntſ.[ꝑ angulos].i. in quatuor angulis [pallioꝝ, ponentes in eis vittas hyacin-
thinas] quæ ſunt cæliformis coloris, in memoriã legis de cælo datæ, atq; ad deſignandum,
ꝙ Iudæi tanq̃ cultores veri Dei, deberent præ cæteris cæleſtẽ ducere vitã.[quas cũ viderint,
recordenſ oĩm mandatoꝝ domini]regulãdo vitã ſuã ſecundũ legem.[nec ſequantur cogi-
tatiões ſuas].i.prauis cogitatiõibus nequaq̃ cõſentiãt,[& oculos ꝑ res varias fornicãtes].i.de-
ſideria carnalia,q̃ ex viſu exteriori ſolẽt oriri,nõ ſequanſ,nec impleãt. Euagatio q̃q; & incu
ſtodia oculoꝝ,vitãda eſt.Fornicãtur aũt oculi ꝑ res varias,qm̃ multipliciter peccat homo ꝑ
viſum circa diuerſa obiecta. Propter q̃d in prima ſancti Ioãnis canonica legitur: Omne q̃d
eſt in mundo,cõcupiſcentia carnis eſt, & cõcupiſcẽtia oculoꝝ, & ſuꝑbia vitæ. [ſintq; ſancti 1. Ioan. 2
Deo ſuo].i.ad Dei honorẽ ſint immaculati ab oĩ trãſgreſſione ꝓcepti. Itaq; ſpecialis iſte veſti
tus ſeu habitus,eſt deputatus Iudæis ob duplicẽ cauſam.Primo,ad cõmonendum eos de di-
uinis ꝓceptis diligenter ſeruãdis. Secũdo, vt ſicut ꝑ circũciſionẽ in carne, ita ꝑ habitũ foris
diſtinguerenſ à gẽtibꝰ.Siquidẽ populus ille fuit ſpecialiter à Deo electus,& varijs modis or
natꝰ. Propter q̃d ſpeciali ſanctitate & obſeruãtia religioſa debebãt fulgere ꝓ alijs, maxĩe qa
ex eis fuerat Dei filiꝰ incarnandus.¶Poſtremo, magiſter in hiſtorijs ſcribit: Vtebãtur Iudæi
quadratis angulis,& adhuc in angulis veſtis quadratæ in ſynagogis ſuis habẽt fimbrias hya Lucæ 15
cinthinas.has magnificauerunt phariſæi intantum,vt etiam ſpinas ligarẽt in eis,quatenꝰ fre Mat. 23.
quenti earum punctione,ad iugem præceptorum Dei memoriam excitarentur.

¶De ſpirituali intelligentia huius capituli decimiquinti. Art. XXVI.

CVm ingreſſi fueritis terrã habitatiõis veſtræ. Terra habitatiõis noſtræ, eſt eccleſia mili-
tans,extra quã nemo ſaluaſ, in qua Deo aſſidue ſpũalia ſacrificia & varias hoſtias offer
re debemꝰ,ſicut de hoc ſuꝑ Leuiticũ ſæpiſſime dictũ eſt,vbi & frequẽter expreſſum eſt,
q̃d ꝑ immolatiõem agni & arietis ac bouis,q̃d item ꝑ ſimilã, vinũ & oleũ ſpũaliter deſignetur.
¶Deniq; ſingulis ſacrificijs principalibus,ſeu de pecoribꝰ factis, iubeſ addi ſimila. Per quã,
ſecundum Hieronymũ, puritas intentiõis ſeu mentis mundĩtia ſignificaſ, vel ſpũalis ſcien- Hieron.
tia.Oleum q̃q;,ꝑ quod charitas notaſ ac pietas,& vinũ.i.cõmunicatio dñicæ paſſiõis. Vel ꝑ
vinum q̃d lætificat cor hoĩs,interna ſignaſ iucũditas. Hęc igiſ cũctis bonis oꝑibus ſunt iun- Pſal. 103.
gẽda.Oleum aũt & vinum,in eadẽ quãtitate iuſſa ſunt immolari: qa ꝑ oleũ pietas, & ꝑ vinũ
rigor iuſtitiæ exprimi ſolẽt. Vnde in Euãgelio legiſ,ꝙ Samaritanus oleũ infudit & vinũ vul- Lucæ 10
nerato: per hoꝝ vero mẽſurã ſignaſ diſcretio. Vinũ ergo & oleũ eiuſdẽ mẽſuræ offerunſ,dũ
pietas & iuſtitia per diſcretionẽ æq̃liter cõtẽperanſ.¶Præterea Ioſephus ait: Lex ꝓcipit ĩ pri Ioſe. li. 3
uatis publicisq; ſacrificijs farinã mũdiſſimã,ſ.ſimilã, adijci. In agno quidẽ mẽſurã aſſarij:in ant. iud.
ariete mẽſurã aſſarioꝝ duoꝝ, in tauro triũ:& ſuꝑ altare etiã oleũ mixtũ:nã & oleũ offerent cap. 13.
immolãtes, in boue quidẽ hin medietatẽ,in ariete huius mẽſuræ tertiã partẽ, & quartã par
tem ĩ agno.Separabitis primitias dño de cibis veſtris. Cibi aĩaꝝ noſtraꝝ, ſunt eccleſiaſtica
ſacramenta,virtutes & dona ſpũſſancti,virtuoſiq; actus, & duodecim fructus ſpũs,oĩs pura
voluptas in dño,ſpũalis ꝓfectus,cõfortatio & cõſolatio in ſpũſancto. De q̃bus oĩbꝰ oportet
nos Deo ĩmolare primitias:qm̃ qcq̃d in his eſt acceptabilitatis ac meriti, à Deo ꝓfluit & do
natur,& ei cũ oĩ grãrum actione & humilitate eſt aſſcribendũ. Sicut de areis, ita de pulmen-
tis primitias ſeparabitis. Per grana & blada, quæ cõtinenſ in area, intelliguntur opera vitæ
actiuę,bona & exteriora miſericordię opera,in ſe groſſa & indigeſta: ꝑ pulmẽta vero, inter
na exercitia igne charitatis decocta & dulcia,de quibus oĩbus quicquid præcipuũ eſt,domi
no debet attribui,nullaq; vnquã gloria vana aut ingratitudo admitti.Quod ſi ꝑ ignorantiã
ꝓterieritis quicq̃ hoꝝ quæ dominus mãdauit. De ſpirituali ſignificatiõe huiꝰ loci dictũ eſt ſu Num. 4.
prà,& intelligendũ eſt iſtud de ignorãtia facti,ſecũdũ Thomã,nõ de ignorãtia iuris, q̃ non
excuſat. Verũtñ ignorãtia facti,q̃ excuſat in toto,quãdo videlicet circa factum debita adhi
bet cautela, culpã non habet, nec ſatisfactionẽ requirit. Deniq; inuincibilis ignorãtia iuris
excuſat. Ignorantia vero affectata & craſſa,aggrauat culpã,atq; in ſe grãde peccatum eſt,lo
quẽdo de ignorãtia iuris q̃d quis ſcire tenetur,cuius ſ. adimpletio ad ſuũ ꝑtinet ſtatũ: idcir-
co ad

co ad intelligendum ſcripturas,ad cognoſcẽdum vere ſalubria,ad diſcernendũ neceſſaria ad
ſalutẽ,ad ſeparandũ precioſum à vili,ſimus ſtudioſi atq; ſolicititqm̃ qui ignorat,ignorabit.
1.Co.14. Aĩa vero q̃ p ſupbiam aliquid cõmiſerit,qm̃ aduerſus dñm rebellis fuit,pibit de populo ſuo;
verbum eñ dñi cõtempſit.Hic docemur,q̃ enorme atq; dãnabile ſit,ex ſupbia & cõtemptu,
aut ex deliberatiõe & ſciẽtia certa peccare,cũ non exprimat,quo ſacrificio tale facinus vale-
at expiari:& qm̃ ita peccãs,dicitur verbũ Dei,immo Deum in ſuo imperio,aſpernari.Verũ-
tamen dupliciter peccat qs ex cõtẽptu ſuperioris, videlicet Dei aut eius vicarĳ: primo for-
maliter,vt qui poteſtatẽ ſpernit, directe eã in ſe vilipendẽs, & in eius deſpectũ qd faciẽs aut
2.Pet.2. omittẽs,q̊d eſt ineffabiliter graue peccatũ. Vnde Petrus habet: Nouit dominus iniquos in
Iudas die iudicĳ cruciãdos reſeruare,q dominationẽ cõtemnũt,audaces,ſibi placẽtes.Et Iudas:Hi
apoſtol⁹ carnẽ maculãt,dominationẽ ſpernũt,maieſtatẽ aũt blaſphemãt.Verũtñ pauci ſunt q ita pec-
Auguſt. cent ex Dei cõtẽptu,cũ Auguſtinus teſtet,& habet in Gloſſa:Si diligẽter conſideretur, forte
ipſum peccare nemo vult ꝑpter ſe, ſed ꝑpter aliud fit q̊d vult qui peccat: Oẽs eñ q ſcientes
faciunt q̊d nõ licet,vellẽt id licere.Vſq;adeo ipſum peccare nemo appetit ꝑpter hoc ipſum,
ſed ꝑpter illud q̊d ex eo cõſequitur. Secundo quis dicit peccare ex cõtẽptu æquiualẽter, qa
videlicet nõ curat de ſupioris præcepto, ſed ſcienter trãſgredit illud. Et qa ſupbia eſt vitioꝝ
regina,& totius ꝑditionis origo,recte peccatũ ex certa malitia,deſignat p peccatũ ex ſuper-
bia.Vitemus ergo omne huiuſmodi vitiũ,q̊d ſumme vitãdum eſt, nec poteſt curari,niſi ſpi-
Pſal. 50. ritu cõtrito & humiliato corde, q̊d Deus non deſpicit. Factum eſt cum inueniſſent hoiem
colligentẽ ligna in die ſabbati.Hic docemur q̃ graue ſit,dies violare feſtiuos:q̊d maxime fit,
exercendo in eis opera vitioſa, aut bona debita omittẽdo. Spiritualiter q̊q; ligna in ſabbato
colligit,qui incitamenta libidinis ſibi in feſtis haurit & accipit,& ea q̃ infernali igne ſunt pu
Eſaiæ 9. nienda,exercet:quia oĩs violenta p̃datio cum tumultu, & veſtimentum mixtũ ſanguine, erit
in cõbuſtionem & cibus ignis, vt loquitur Eſaias. ¶Poſtremo,q̃ timorate & vigilãtiſſime
recolenda obſeruandaq; iugiter ſint vniuerſa Dei p̃cepta, cõſtat ex eo ꝙ dominus iuſſit vit-
tas in fimbrĳs pallioꝝ reponi,vt eas adſpiciendo, recordarent mãdatoꝝ altiſſimi. ¶Præter-
R.Paul⁹ ea, circa hunc locum rephendit Rabbi Paulus Lyram, dicentẽ ꝙ p̃ceptum de faciendo fim
brias in angulis pallioꝝ,ordinabatur ad diſtinctionẽ filioꝝ Iſrael ab alĳs nationib⁹,qñ iã ha
bebãt ſignũ diſtinctionis notiſſimũ,videlicet circuncisionẽ.Sed aduertendum ꝙ reprobatio
iſta nõ valet,quia S. Hieronymus ſup Matthæum euidenter teſtat hoc ipſum q̊d Lyra ſcri-
Hieron. bit. Thomas q̊q; in prima ſecũdæ quæſt.102. ita allegat.Hieronymus dicit ſup Matthæum:
Matt.23. Dominus iuſſit vt in q̃tuor angulis pallioꝝ hyacinthinas fimbrias facerẽt,ad populum Iſra-
el dinoſcendũ ab alĳs populis. Vnde per hoc ſe eſſe Iudæos ꝓfitebãtur, ideo per adſpectum
huius ſigni inducebantur ad memoriã ſuæ legis. Hæc Thomas. Iſidorus quoq; Iubent, in-
quit, filĳ Iſrael in quatuor angulis pallioꝝ hyacinthinas fimbrias facere,vt ſicut in corpori
bus circunciſio ſignum eſt Iudaicæ plebis, ita & veſtis aliquam habeat differentiam, & mo-
neantur,qui p̃cepto Dei habitu à cæteris gentibus differunt,& religione differre. ¶Poſtre-
mo,iuxta inſtituta diuina nõ ſequamur cogitationes illicitas,cũ dicat Micheas:Væ qui co-
Mich.2. gitatis inutile,& Hieremias:Vſquequo morabuntur in te cogitatiões noxiæ? Domin⁹ q̊q; p
Hiere.4. Eſaiam:Auferte malum cogitationum veſtraꝝ ab oculis meis.Neq; ſequamur oculos p res
Eſaiæ 1. vanas fornicantes,ſed viſum cuſtodiamus, ne mors introeat animam p viſus feneſtram, &
Hierc.9. ne oculus noſter deprędetur animã noſtrã. Oculi etenim ſapientis in capite eius,ſtultorum
Eccẽs 2. autem in finibus terræ.Incuſtoditus viſus,ſignũ eſt incuſtoditæ intimorateq; mentis. ¶Por
Bernar. ro,oculos ſequi,eſt appręhenſionibus affectionibuſq; illicitis,quæ ex viſu exteriori prodeũt,
R. Paul. conſentire.Amplius circa prætacta verba R.Pauli occurrit,ꝙ Thomas ſcribit in prima ſecũ-
Ecci 19. dæ:In Eccleſiaſtico ſcriptum eſt,Amictus corporis annunciat de homine:ideo voluit domi
nus,vt populus ſuus diſtingueretur ab alĳs non ſolum ſigno circuncisionis,quod erat in car
ne,ſed etiam certa habitus diſtinctione.Et quanuis notiſſimum fuit,quòd Iudæi diſtingue-
bantur ab alĳs ſignaculo circuncisionis, tamẽ hoc ſignum latebat ſub veſte: idcirco ſignum
foris apparens,conuenienter eſt additum.

¶Expoſitio literalis capituli XVI. Ecce autem Chore filius Iſuar, filĳ Caath,
filĳ Leui &c. Articulus XXVII.

DEſcripto vnius exceſſu & punitione in præcedenti capitulo, nunc multorum & emi-
nentium mira iniquitas ac metuenda punitio deſcribuntur. [Ecce] Per q̊d notatur, q̃
Num. 15 enorme piaculũ & q̃ dignꝝ ſuppliciũ ſint narrãda.[Chore filius Iſuar,filĳ Caath, filĳ Le
ui]patriarchæ, cũ quo Caath filius ei⁹ intrauit Aegyptum. [& Dathan atq; Abiron filĳ Eli-
Aliĳꝗ ab filĳ Ruben, Hon quoq; filius Phelech de filĳs Ruben, ſurrexerunt contra Moſen. Alĳ
q̊q; filioꝝ Iſrael ducẽti qnquaginta,proceres ſynagogæ].i. capitanei ac nobiles in populo,
[& q tẽpore concilĳ p nomina vocabãtur,]tanq̃ inclyti & prudentes.Ecce ꝙ Moſes qui aſ-
ſidue quaſi ad libitum angelico fruebat alloquio, informatione cæleſti & directiõe diuina,
in ardu-

in arduis cauſis frequenter cõuocauit & celebrauit gñale conciliũ, nõ aſpernãs vota conſul-
tationeſq; hoĩm. Quãto magis pontifex ſummus in arduis cauſis deberet ſtatutis tẽporibus
vniuerſalẽ ſynodũ cõuocare ac celebrare? Nec mirꝫ ꝙ Moſes tẽpore cõcilĳ cõuocauit tã mul
tos,immo conuocauit multo plures q̃ iſtos, q oẽs fuerunt de tribu Leui,& qdam eoꝝ de tri
bu Ruben. Moſes aũt ad cõcilium cõuocauit de ſingulis tribubus q̊ſdã. Magnus eqdem po-
pulus fuit ibi, qa plures q̃ ſexcenta millia viroꝝ. Nã & in 1. libro Machabæoꝝ ſcriptũ eſt, 1.Mac.8.
ꝙ Romani q̊tidie tenebant conciliũ,in q̊ erant viri trecẽti viginti, vt q̃ digna ſunt gerãt. [Cũ
ſtetiſſent aduerſum Moſen & Aaron,dixerunt,]Author & caput huius ſeditiõis extitit Cho
re,q(vt in Scholaſtica fertur hiſtoria)videns fratrueles ſuos honoratos,vnũ ducatu populi,
alteꝝ ſacerdotio,immo & põtificatu,inuidit,& alios cõtra illos cõcitauit,videlicet viros du
centos & qnq̃ginta de Leuitis maioribus,qbus perſuaſit ꝙ ſacerdotio digni eſſent. Attraxit
etiã ſibi Dathan & Abiron ac Hon,potentiores Rubenitaꝝ, perſuadens eis ꝙ principatus
ſpectaret ad eos de iure, eo ꝙ eſſent de ſtirpe Ruben primogeniti Iacob, cui S. Iacob mo- Gene.49
riens dixit: Ruben,tu primogenitus meus, primus in donis, maior in imperio, vt patet in
Geneſi. Deniq; Moſes & Aaron & Chore,fuerunt filĳ fratrũ. Nã Caath habuit filios q̃tuor, Exod. 6.
inter q̊s primogenitus fuit Amram, pater Moſis, Aaron & Mariæ. Secundus fuit Iſuar pa-
ter Chore. Tertius,Ebron. Quartus,Oſiel. Cum igit Chore vidiſſet filios patrui ſui ſic p̃ſide-
re,& ipſum Elizapham filium Oſiel p̃latum Caathitis,tñ ſub Eleazaro,vt habet ſuprà:ex ſu
perbia indignatus eſt, & ambitione repletus,excitauit hoc ſchiſma in populo,& rebellionẽ
hanc contra Moſen,non attendens q̊t & quãta ꝓdigia Deus per Moſen egerat,q̃ties quoq; Num. 3.
iniq̊s percuſſerat. Sic infelix ambitio inebriat atq; obtenebrat mentem. Cum itaq; hi ſtetiſ-
ſent erecta ceruice contra Moſen & Aaron,dixerunt,non omnes,ſed Chore ex parte omni-
um:[Sufficiat vobis,quia omnis multitudo ſanctoꝝ eſt].i. in hoc ſitis contenti, ꝙ vniuer-
ſus hic populus ſanctus eſt,& diuino cultui mancipatus, atq; ad ſanctoꝝ & electoꝝ numeꝝ
pertinens.[& in ipſis eſt dominus].i.Deus eſt in filĳs Iſrael tanq̃ rector & ductor,quaſi dicat,
Non indigent præſidentia veſtra. Sicq; malignus iſte, vt ſibi alliceret plebem, ab eius com-
mendatiõe exorſus eſt: [Cur eleuamini ſuper populum domini?].i. cur vſurpatis vobis iſtã
prælationem,& derogatis Deo ac populo eius? Sic verſipelles ac impĳ ſciunt verba colora-
ta proferre, & ſuam malitiam ſub ſpecie magni proponere boni. ſed Deus non irridetur. Galat. 6.
Erat autem,ſecundum Ioſephum, Chore facundus, & ad perſuadendum verſutus ac valde Ioſe.li.4.
pecunioſus, aſſerens Moſen ſibi aſſumpſiſſe ducatum,& ipſi Aaron procuraſſe põtificatum An. Iud.
tyrannice & ſimulatorie & ex priuato affectu,confingens ſe loqui cum Deo,cum tamen cõ- cap.2.
muni electione plebis promouendus ſit pontifex:atq; in tantum concitauit populum,ꝙ vo
luerunt Moſen lapidare,& ipſum Aaron pontificatu priuare. Etenim,Ioſepho teſte, vulgus
naturaliter gaudet,dum contra eos qui in poteſtate ſunt conſtituti, querimonia concita-
tur.[Quod cum audiſſet Moſes, cecidit pronus in terrã:]in quo magna eius humilitas,man-
ſuetudo & charitas demonſtratur,quia de illorum impietate vehemẽs dolor penetrauit cor
eius,timuitq; de eorum periculo,nec inflammatus eſt ſubito,ſed manſuete reſpondit:[Ma-
ne].i. cito vel craſtina die ante meridiem [notum faciet dominus] per ſenſibile ſignum,
[qui ad ſe pertineant].i.qui veri ſint ſancti. Iam quippe Deo intus ſplendente & alloquen-
te,Moſes intellexit quid inſtaret & immineret.[& ſanctos applicabit ſibi].i.inſpirabit eis,vt
humiliter ac deuote accedant ad ſacerdotale officium,non vſurpatorie & ambitioſe,vt vos.
[Et quos elegerit,appropinquabunt ei,]non ſolum corporaliter ad tabernaculum acceden
do,ſed charitatiua vniõe ſe Deo iungendo. [Hoc igitur facite: Tollat vnuſquiſq; thuribu-
lum ſuum,tu Chore & omne cõcilium tuũ].i.q tibi adhęrent ex tribu Leui. [& hauſto cras
igne].i.igne ſeu prunis acceptis ac poſitis in thuribulis,[ponite deſuper thymiama,]de cui-
us materia & confectione dictum eſt in Exodo. Itaq; Moſes dedit eis dilationem vſq; ad cra- Exo. 30.
ſtinũ diem,vt reſipiſcerent interim.[& quemcũq; elegerit,ipſe erit ſanctus] .i. quem Deus p
euidens ſignum monſtrarit eſſe ſibi placentem,& ſacerdotio dignũ, habeat ꝓ ſancto, & ſa-
cerdotale officium deinceps exerceat.[Multum erigimini filĳ Leui].i. valde extollitis vos
ò Leuitæ,inſtar ingratoꝝ,q dato ſibi honore non contenti,ſemper per fas & nefas ad altio
ra adſpirant,& præcedere meliores conantur.[Dixitq; rurſum ad Chore:]volẽs eum pie mo
nere ad deſiſtendum cum ſuis:[Audite filĳ Leui:]Hæc dixit ad Chore, tanq̃ ad incentorem
facinoris cæteroꝝ,ſed omnes pariter eſt affatus:[Num parum vobis eſt]hoc eſt, nõ debere-
tis reputare pro modico,[ꝙ ſeparauit vos Deus Iſrael ab oĩni pp̃lo] .i.à cæteris tribub⁹ Iſra
el,[& iunxit ſibi vt ſeruiretis ei in cultu tabernaculi,& ſtaretis coram frequentia populi ,&
miniſtraretis ei? Idcirco ad ſe fecit accedere te] ò Chore, [& oẽs fratres tuos filios Leui] .i.
iſtos tuos cognatos tibi nũc aſſiſtentes,[vt vobis etiã ſacerdotium vendicetis].i.vſurpare ten
tetis. Eſt aũt ꝓbabile, ꝙ Chore intẽdebat Aaron ex pontificatu reĳcere,& illũ ſibi appropria-
re.[& oĩs globus tuus].i.iſta collectio tua,[ſtet contra dñm] .i. contra Dei præceptum tibi

adhæreat.Non aſſerendo,ſed redarguendo,dicit hoc Moſes. nam addit: Quis eſt em̄ Aaron
vt murmuretis contra eum?]q̄ſi dicat,conſobrinus veſter eſt,nec iuſtam contra eum ratio-
nem murmurandi habetis, q̄a non ingeſſit ſeipſum ad pontificatus honorem. [Miſit ergo
Moſes,vt vocaret Dathan & Abiron filios Eliab]Hoc ſonare videtur,q̄ſi miſerit primo nun
cium,q̄ illos vocarent ad Moſen:quibus venire renuentibus,ipſemet Moſes iuit ad eos. Vel
ſenſus eſt,ꝙ miſit.i.dimiſit Chore & ſuos ſic ſtare,& iuit vt vocaret Dathan & Abiron,vt ve
nirent ad atrium tabernaculi,aut circà vbi Chore ſtetit & ſui ac cæteræ tribus. Porro,ſecū-
Ioſe.li.4. dum Ioſephum,Moſes miſit miniſtros,vt venirent & adeſſent, q̄n Chore & ſui, Aaron q̊q;
ant.iud. thurificarent,ad agnoſcendū,cuius obſeqūm Deo placeret. Vnde Magiſter in hiſtoriis ait:
cap.2. Illis ſic ſtantibus,deſcendit Moſes cum ſenioribus populi ad Dathan & Abiron. Porro Abi
Idē vbi ron,ſecundum Ioſephum,fuit ex parte patris Leuita.[Qui r̄ſiderunt] pleni diabolica elati-
ſupra. one:[Non venimus].i.nolumus tibi obedire,ſed tanq̄ ſeductorem & mendacem atq; ambi
tioſum deſpicimus te.idcirco ſubiūgunt: [Nunq̄d paꝝ eſt tibi].i.videtur ne tibi ꝙ modicū
foreſeciſti nobis, [ꝙ eduxiſti nos de terra q̄ lacte & melle manabat].i.de terra Aegypti val-
de fructuoſa & opulenta,[vt occideres in deſerto].i.in hac ſolitudine nos faceres mori,& fa
me ac ſiti tabeſcere? In q̄bus verbis pernicioſe mētiti ſunt.[niſi & dominat⁹ fueris noſtri?].i.
etiam morte ciuili nos opprimas,in ſeruitutem nos redigēdo.Deinde ironice addunt:[Re-
uera induxiſti nos in terram quæ fluit riuis lactis & mellis &c. An & oculos noſtros vis erue-
re?].i.tyrannidem in nos exercere vſq; ad mutilationem.[Non venimus.]q̄ſi dicant: In hoc
ſumus firmati vel potius obſtinati,ꝙ de cætero non obtemperabimus tibi. Reprobi iſti ſo-
la terrena quęrebāt, q̄ ſi vere fuiſſent deſuper illuſtrati, incomparabiliter plus ponderaſſent
& appreciati fuiſſent,ꝙ tot & tanta mirabilia Dei toties conſpexerunt,immo & q̊tidie intu
ebantur,ꝙ legem acceperunt de cælo, & dñm audierunt eis loquentem per angelum,q̄ oī-
um affluentiam terrenoꝝ.[Iratuſq; Moſes valde]Iſta ſancti viri iracundia, fuit ira per zelū.
Siquidem diuinitatis amore & vera æquitate repletus, tantam omnipotentis iniuriam & po
teſtatis à Deo collatæ contemptum,amplius ferre nequiuit.[ait ad dominum: Ne reſpici-
as]ad[ſacrificia eoꝝ].i.ſacrificia horum rebellium Leuitaꝝ accepta non habeas. Iſtud erat
terribile,quando tam mitis & pius prælatus,q̄ hucuſq; conſueuit orare pro illis etiam pra-
ue agentibus,contra eos orauit. Sciebat autem Moſes,ꝙ Deus illoꝝ ſacrificia non accepta-
ret. Sed in his Moſes oraſſe videt̄,vt oīpotens Deus per euidens ſignum oſtenderet, ꝙ illoꝝ
ſacrificia ſibi eſſent ingrata. [Tu ſcis ꝙ nec aſellū q̄dem vnq̄ accepim ab eis, nec afflixerim
quēpiam eoꝝ.]q.d.non habent querelā cōtra me iuſtā.[Dixitq; ad Chore: Tu & oīs congre
gatio tua ſtate ſeorſum. Tollite ſinguli thuribula veſtra,& ponite ſup ea incenſum,offerētes
dño ducēta q̄nquaginta thuribula. Aaron q̊q; teneat thuribulū ſuum. Quod cum feciſſent]
non ex obedientia,ſed ex arrogantia,q̄ſi nihil timentes, [& coaceruaſſent].i. congregaſſent
[aduerſum Moſen & Aaron oēm multitudinem]quam ſibi attraxerunt,multis em̄ perſuaſe
runt,ꝙ iuſte mouerentur,& quærerent bonum cōmune:atq; vt aiunt q̄dam Hebræi,tota no
cte & p auroram diſcurrerunt p caſtra,ad alliciendum ſibi q̊s poterant:cum itaq; congre-
gaſſent multitudinem ſuam cōtra eos.i.contra Moſen & Aaron, [ad oſtium tabernaculi,]
puta in atrio,[apparuit cunctis gloria dñi.] q̄a tunc dñs per nubem deſcendit ad Moſen ob
eius defenſionem. Vnde ſubiungitur:[Loquutuſq; eſt dñs ad Moſen & Aaron: Separamini
de medio congregationis huius,vt eos repente diſperdam. Qui ceciderunt p̄ni in faciem ſu
am,atq; dixerunt: Fortiſſime Deus ſpūum vniuerſæ carnis].i. tu Deus omnipotens creator
oīm aīaꝝ.[num vno peccante,contra oēs ira tua deſæuiet?]q̄ſi dicant,non decet ſapientiā,
pietatem,iuſtitiamq; tuam,vt p̄pter pctā paucoꝝ,punias totam cōmunitatem, q̄m tu oīm
Gene.18. inſpicis corda. Sic & Abraham dixit: Nunq̄d perdes iuſtum cum impio? [Surrexitq; Moſes
& abiit ad Dathan & Abiron,& ſequentibus eum ſenioribus Iſrael,dixit ad turbam: Recedi-
te].i.ſeparemini [à tabernaculis hoīm impioꝝ hoꝝ] videlicet q̄ mihi repugnant.[Cumq;
receſſiſſent à tentoriis per circuitum eoꝝ,Dathan & Abiron ſtabant in introitu papilionū
ſuoꝝ cum vxoribus & liberis, oīq; frequentia].i.copioſa familia,diſponentes ſe ad reſiſten-
dum verbis & factis.[Et ait Moſes: In hoc ſcietis ꝙ dñs miſerit me].i. ꝙ Deo iubēte & opan
te factus ſum dux vr̄,eductor,doctor & ductor.[Si cōſueta hoīm morte interierint, & viſita
uerit eos plaga,q̄ cęteri hoīm viſitari ſolēt,nō miſit me dñs.]Dicūt aliq̄ ꝙ Moſes dñm exora
uit,vt morte p̄irent inſolita. Sed potius puto,ꝙ Deus Moſi hoc nō orāti reuelauit ſe hoc fa-
ctuꝝ. Cū aūt Moſes p̄tacta verba p̄ferret,& ſciret q̄d miſeris illis mox eſſet futuꝝ,ex cōpaſ-
ſione plorauit,& p̄tinus cœpit terra cōtremere,expauitq; ppl̄s,atq;(vt in hiſtoriis ait Magi
ſter)grādi ſtrepitu p illoꝝ tabernacula excitato,factū eſt q̊d textus ſubiūgit. [Cōfeſtim igit
vt ceſſauit loq̄ Moſes,dirupta eſt terra ſub pedibus eoꝝ,]& apparuit ibi lacus p̄fundus,hor
ribiliſq; hiatus,q̄m illoꝝ tētoria magnū occupauerāt ſpatiū.[& apiens os ſuū].i.Deo iuben
te p modū hoīs os ſuū apiētis ad cibū vorādū ſe habēs. Nec em̄ putādū eſt, vt q̄dā philoſophi
atq;

atq; idololatræ opinati ſunt, ꝙ terra ſit aīata, & aīa eius agēte aperiat ſe, vel ꝙ iuxta Plato-
nis & Procli ac Plotini opinionē, totus mūdus ſenſibilis ſit vnū aīal magnū, cuius q̄ſi q̄tuor Plato.
mēbra ſint q̄tuor elemēta. De q̄ re loq̄tur Plato in 1. Timæi,& Proclus in elemētatiōe ſua the Proclus.
ologica, Plotinus q̊q; in libro de trib⁹ diuinis ſubſtātiis,quā etiā opinionē in libro de ciuita Plotin.
te Dei recitat Auguſtin⁹. Sed ſicut mare metaphorice dr̄ videre,timere & fugere,iuxta illud: Auguſt.
Mare vidit & fugit:ſic terra os ſuū dr̄ aperuiſſe.[deuorauit illos cū tabernaculis ſuis & vniuer Pſal. 113.
ſa ſubſtātia,]& cum eoꝝ domeſticis conſentiētibus eis.[Deſcēderuntq; viui in infernū,oper
ti humo, & perierunt de medio multitudinis].i. adhuc viuētes in corpore,cœperunt corru
ere ad infernum,ita ꝙ obierunt in via ruinæ miſerrimæ. Quis eſt em̄ homo q̄ viuit,& nō vi Pſal. 88.
debit mortē? Nā & Apl̄s ad Hebræos: Statutum eſt,inq̄t,hoībus ſemel mori. Porro ſecundū Hebr. 9.
aīam corruerunt in infernum inferiorē:q̄ facto,ita clauſa eſt & reintegrata terra,q̄ſi non fu-
iſſet aperta,vt Ioſephus ſcribit.[At vero oīs Iſrael q̄ ſtabat per gyꝝ, fugit à clamore pereun
tium,dicens: Ne forte & nos terra deglutiat.]O q̄ horribiliter & miſerabiliter clamauerūt, Ioſ.li. 4.
dum terrā ſub ſe taliter aperiri ſenſerunt.[Sed & ignis egreſſus à dño].i.diuina virtute egre- anti. iu.
diens,[interfecit]cōburendo[ducētos q̄nq̄ginta viros q̄ offerebāt incēſum].i.thymiama q̊d cap.2.
inflāmabatur in eoꝝ thuribulis. De q̊ in Scholaſtica hiſtoria legit̄: Ignis egreſſus eſt de thuri Euſebi⁹.
bulis Chore & conciliꝫ eius tantus,quātus nec de terra prolatus eſt,vel cōcurſione fluctuū.i.
nubium aut violentia ſpirituum viſus eſt vnq̄ exilire, Aaron ſtāte illæſo. Quidā q̊q; Hebræ-
oꝝ doctores dicunt ignē illum de thuribulis exiuiſſe. Ex his ſeq̄ videt̄,ꝙ & Chore fuit cōbu
ſtus,q̊d tn̄ non eſt dicēdum. Quæri etiā poteſt q̄d de p̄fato Hon Rubenita contigerit. Quod
aūt Chore nō fuit combuſtus,conſtat ex eo q̊d infrà ſcriptum eſt: Apiens terra os ſuum, de- Nūc.26.
uorauit Chore. Credit̄ itē ꝙ & Hon eadē perierit plaga. Si autē dicat̄ Chore fuiſſe incenſus
igne ſui thuribuli,poſſet q̄s dicere, ꝙ vltra hoc fuerit à terra abſorptus, ſed potius puto q̊d
dictum eſt. Ioſephus tn̄ affirmat ꝙ ſimul cum aliis fuit extinctus, & ꝙ corpora combuſtoꝝ Ioſ.li. 4.
nullibi apparebāt, vtpote p̄rſus incinerata,ſoluſq; Aaron in igne māſit illęſus.[Locutuſq; eſt ant. iud.
dñs ad Moſen,dicens: Præcipe Eleazaro vt tollat thuribula q̄ iacent in incēdio,& ignē huc cap.2.
illucq; diſpergat.]Ex diuerſis em̄ flāmis q̄ ex thuribulis eruperunt,factus extitit ignis gran
dis adhuc durās.[q̄m ſanctificata ſunt in mortibus peccatoꝝ].i. deputata ſunt ad deſignan-
dum aliq̄d ſanctum,per hoc ꝙ per ea puniti ſunt pctōres Leuitę,q̄ ſibi ſacerdotium vſurpa-
re conati ſunt. ex hoc etenim facto monſtrat̄, ꝙ ſacerdotes debeant eſſe ſancti. [Producatq;
ea in laminas,& affigat altari,eo ꝙ oblatum ſit in eis incenſum dño, & ſanctificata ſint.] &
ita erant diuino vſui applicanda,q̄uis peccauerunt qui eis ſic vſi ſunt,ita ꝙ propter honorē
eius cui per ea incenſum oblatum eſt, ſ. Dei, ad talem vſum conuertenda fuerunt.[vt cer-
nant ea].i.laminas ductiles factas ex illis thuribulis, [pro ſigno & monimento filii Iſrael.]
pro ſigno videlicet diuinæ iuſtitiæ in punitione prauoꝝ, & pro monimento.i. memoriali
eorum q̄ contigerunt,ne quis ſimilia attentaret. Dicit autem Petrus Cōeſtor, ꝙ Eleazar ex
laminis illis formauit coronulas,q̄ ſic fabrefactæ ſunt,ꝙ ſtabāt ibi ad decorem, affixæq; ſunt
altari æneo,puta altari holocauſtorum q̊d ſtetit in atrio. Vnde in tranſlatione Septuaginta
interpretum dr̄,ꝙ fecit ex thuribulis ſeu batillis circulos.[Murmurauit autem oīs multitu
do filiorum Iſrael ſequenti die contra Moſen & Aaron.]Non ſimpliciter oīs ſeu tota mul-
titudo,ſed valde multi,vel quidam de oībus zelantes pro interfectis,de quorum tam inuiſ-
ſa & horribili plaga vehementer dolebāt.[dicētes: Vos interfeciſtis populū dñi].i. mors occi
ſorū imputāda eſt vobis,q̄a Moſes cōtra eos videbat̄ oraſſe,atq; vt Ioſephus narrat, dicebāt Ibidem.
illos ita eſſe occiſos à Deo,magis intuitu fauoreq; Moſis,q̄ propter ipſorum trāſgreſſionem,
quia circa cultum Dei fuerunt ſoliciti. Dolebant quoq; tam de calamitate taliter occiſo-
rum, quàm ex propinquitatis affectu. Vnde & alios contra Moſen incitabant, dicentes,
multitudini expedire ꝙ eius gloria minueret̄.[Cūq; oriret̄ ſeditio, & tumultus increſceret.]
Voluerūt em̄(vt aliq̄ dicūt) Moſen & Aaron lapidare.[Moſes & Aaron fugerūt ad taberna-
culū fœderis:q̊d poſtq̄ ingreſſi ſunt,op̄uit nubes tabernaculū,& apparuit gloria dñi.]Ange-
lus em̄ mouebat nubē illā ad libitū ſuū,ſecūdū q̊d expedire videbat. Sicq; nubes pro aliq̄ ſua
parte deſcēdit,tegēs ac ambiēs tabernaculū,ſicq; defendit dñs ſuos miſtros.[Dixitq; dñs ad
Moſen: Recede de medio multitudinis huius.]Nōne Moſes & Aaron iā fugerūt & receſſerūt
ab illis? Cur ergo dñs dixit,Recedite,p̄ſertim quia &ſi nō receſſiſſent,poterat dñs plagare ini
q̊s? Idcirco q̊d ait,Recedite,de ſpiritali receſſu poteſt intelligi,vt ſit ſenſus,Recedite.i.cor ve
ſtrū ab illis auertite,nō odiēdo,ſed ab orone pro eis fundēda aut fuſa ceſſando,q̊d tamē dñs
nō dixit iubēdo,ſed quid illi merebātur inſinuādo.[& nūc delebo eos.] Hoc cōminatio fuit
& deſignatio, quid eſſet agendū ſecundū illorū demerita.[Cumq; iacerēt in terra]q̄a proſtra
ti orabant pro populo. [dixit Moſes ad Aaron:]qui Deo reuelante vidit in ſpū,quid trāſgreſ
ſoribus contigiſſet. [Tolle thuribulū,& hauſto igne de altari holocauſti,]in q̄ ignis ardebat
aſſidue, [mitte incenſum deſuper,pergēs cito ad populum,vt roges pro eis. Iam em̄ egreſſa

eſt ira,]id eſt,vindicta[à domino.]Deinde in textu deſcribitur,qualiter Aaron cum thuri-
bulo ſuo cucurrit ad mediam turbam,quam vaſtauit incendium: ſtanſq́ inter extinctos &
viuos,obtulit thymiama,ſe opponens incendio,& orans pro populo,ſicq́ plaga ceſſauit. in
quo oſtenſum eſt,quantum valeat oratio ſacerdotis,& ſacrificium deuote offerentis:quanta
item ſit virtus & dignitas ſacerdotalis & pontificalis officij.

¶De ſpiritali huius cap.16. ſignificatione atq; doctrina. Arti. 28.

MAnifeſtum eſt,ꝑ Chore & Dathan atq; Abiron deſignari rebelles, ſuperbos,ambitio
ſos,& eos ꝑſertim,q deſiderio ꝑlaturæ aut principatus terreni,practicant practicatio
nes malignas,diſſenſionem,auerſionem,diſcordiam,aut etiã ſchiſma:& q̃d oĩm peſ-
ſimum eſt,interdum ſic peruertuntur,vt & hæretica ſeminent documẽta. Hi iuſtis præſiden
tibus multipliciter aduerſantur,& q̃les ipſi ſunt,tales illos eſſe ſuſpicant,dicentes:Cur eleua
mini ſuper populum Dei? Specialiter vero Choritæ cẽſentur,qui per amicoꝝ & propinq̃ꝝ
potentiam ad eccleſiaſticas tentant pertingere dignitates.Deniq; ſubditi varijs peccant mo
dis in ſuos ſuperiores:Primo,illoꝝ defectus & exceſſus inordinate aut irriſorie publicãdo:
Gene. 9. hi deſignant per Cham,qui patris ſui verenda fratribus ſuis monſtrauit, idcirco cũ illo ma
1.Reg. 8. ledictionẽ merent.Secundo,inſufficientiã regiminis obijciendo,quẽadmodũ filij Iſrael,ab-
1.Reg.10 iecto Samuele,regẽ poſtularunt:ideo ſicut filijs Iſrael datus eſt Saul tyrannus,ſic iſti tyrannũ
11.& 14. merent. Tertio,ꝑſidentibus detrahendo,aut illis ſe inſipienter æquando,ſicut Aaron & Ma
ria obloquuti ſunt Moſi. Iſti ſp̃uali lepra merentur ꝑfundi. Quarto,ad ſuperioꝝ ſuoꝝ depo
ſitionem inordinate conando,q veſtigia Chore,ſocioꝝq́ eius ſectantur,& cum ipſis dãnan
tur. ¶Præterea,ſicut S.pater Bernardus fatetur: Nullũ ſibi modũ ſtatuit humana ambitio,
Bernar. ſed oculis obtenebratis,altiora iugiter appræhẽdere nititur.Si q̃s ſimplicẽ ꝑbendam in col-
legio eſt adeptus,pudet ſe ſolo canonicatu eſſe cõtentum.Iſti ꝑ Chore & adhærentes ei Le-
uitas ſignificãtur,q inferiori gradu non contentabãtur.Qui aũt in faciẽ contradicunt, & ſu
is ſupioribus cum irriſione & contẽptu loquũtur,imitatores & filij ſunt Dathan & Abiron.
Recedite à tabernaculis hoĩm impioꝝ,& nolite tangere q̃ ad illos pertinent,ne inuoluami-
ni pctĩs eoꝝ.Periculoſa & infectiua eſt praua ſocietas,à q̃(ſi fieri poteſt)eſt corporaliter abe
undũ: q̃d ſi fieri nequeat,ſpiritaliter eſt diſcedendũ ab ea, immo ſic neceſſe eſt ab illa diſce-
dere,q̃uis corporaliter nõ recedatur:ſpiritaliter vero recedere,eſt vitia,vanitates,negligẽti-
as talis ſocietatis vitare,nec ſolum actũ iniquũ,ſed neq̃ per conſenſum aut alio modo com-
municare. Hinc & Apl's:Exite,inq̃t,de medio illoꝝ,& immundum ne tetigeritis.¶Prẹter-
2.Cor.6. ea, q̃ enorme crimẽ ſit ſchiſma atq; rebellio,& alios ad talia ſcelera prouocare, oñſum eſt ex
morte illa inconſueta horribili,q̃ Dathan,Abiron,Chore & Hon repente plagati ſunt,q̃bus
in terrã dimerſis,terra reducta eſt,q̃ſi nil tale factum fuiſſet. Amplius, per thuribula in q̃bus
ambitioſi atq; ſacrilegi illi obtulerũt incẽſum,intelligenda ſunt dicta & argumenta ac me-
dia,per q̃ illi iniqui & ſchiſmatici ac hæretici ſuos quærunt & nituntur errores defendere
ac firmare, & ꝑ quæ Deum ſe honorare & colere arbitrantur: q̃ oĩa ſunt frangenda, quãtum
ad id q̃d falſitatis & vitioſitatis in ipſis eſt. Suntq́ producenda in laminas & affigenda alta-
ri,qm̃ q̃cquid veritatis in illis eſt,ad Dei honorem eſt cõuertendum,vt ſeparetur precioſum
à vili,malum à bono,falſum à vero.ideo loq̃tur Origenes:Si in verbis hæreticoꝝ aliq̃ ex di-
uinis ſcripturis inueniuntur,non reſpuuntur:qm̃ ſanctificata & oblata ſunt dño. ¶Inſuper
Origen. charitatem,patientiam,ꝑfectionem Moſis,Aaronq́ diſcamus,q proſtrati in terram, oraue
runt pro illis q ipſos lapidare volebant,ꝓ quibus & Aaron dño ſacrificauit. Hinc Origenes:
Idem. Moſes,inq̃t,& Aaron diſcipuli ſunt euangelij magis q̃ legis. Nam diligunt inimicos,& pro
perſecutoribus orant. Videant hæc qui Deum criminãtur & legem,q̊modo Moſes & Aaron
ante fecerunt,q̃d euangelium poſtea docuit. Inuenitur ergo euangelij virtus in lege,& euan
gelium fundamento innititur legis. Rurſus per hoc ꝙ Aaron ſuo incenſo cõpeſcuit plagã,
quã angelus vaſtator inflixit,ꝑfiguratũ videtur,ꝙ pontifex ſummus dñs Ieſus paſſione cor
poris ſui & ſuæ ardentiſſimæ charitatis incenſo reconciliauit patri genus humanum, & ele
Lucẹ 23. ctos ſegregauit à reprobis,qui & pro ſuis crucifixoribus exorauit. Multos q̊q; eoꝝ q ipſum
Ioan. 12. occiderũt,ad æternam perduxit ſalutem,q̃bus prẹdixit:Cum exaltaueritis filium hominis,
tunc cognoſcetis q̃a ego ſum. Itaq; impiorum ſupplicia nos informẽt,& alioꝝ perditio red
dat nos cautos. Oĩs inobedientia,rebellio,ambitio cum vitijs ſibi annexis,infinito horrore
1.Reg.15. odiantur ac vitentur à nobis:q̃niam q̃ſi ſcelus idololatriæ eſt,nolle acquieſcere. Nullus ꝑſum
ptione ſuperba dignitatem ſibi à Deo non datam, nec legitime impoſitam,inuadat: ſed illi
cedat,quem non humana ambitio,nec fauor corruptus,nec damnanda largitio introduxit.

mo in regimine multi periclitanť ac pereunt, qui in ſtatu ſubiectionis obtinerent ſalutem.

¶Elucidatio literalis capituli viceſimi, Veneruntq́; filij Iſrael & omnis
multitudo. Articulus triceſimusquartus.

Tertiodecimo libri huius capl'o ſcriptũ eſt, qualiter miſſi ſint exploratores ad conſide-
rãdum terrã promiſſiõis,& quid reſpõderint reuerſi.Porro quartodecimo cap.eſt nar-
ratum,qualiter filij Iſrael ex reſpõſione exploratoꝝ murmurarint, & qualiter ob hoc
ſint puniti ac iuſſi redire in eremũ ad loca ante perambulata.Quid vero ab illo die ſit factũ
in populo vſq; ad annũ quadrageſimũ exitus de Aegypto,cœptum eſt recitari à capl'o illo
præallegato, & enarratũ eſt inde vſq; ad capitulũ iſtud viceſimũ, immo perpauca ſunt inde
cõſcripta.Nunc itaq; quid quadrageſimo illo contigerit anno,deſcribit, & quid deinceps.
Exo. 16. [Veneruntq; filij Iſrael & om̃is multitudo] cõgregatiõis eoꝝ ac pecoꝝ,[in deſertũ Sin.] In
Exodo legit, Profecti ſunt de Elim, & venit om̃is multitudo filioꝝ in deſertum Sin, quod
eſt inter Elim & Sinai, quintodecimo die menſis ſecundi, & poſt hoc venerunt in mõtem
Hieroñ. Sinai:ideo locus ille & iſte,diuerſi ſunt,& diuerſimode ſcribunt,ſecundũ Hieronymũ.In eo-
dem autẽ totali deſerto fuerunt variæ ſolitudines partiales, nomina diuerſa habentes. Ad
hunc itaq; locũ venerunt menſe primo quadrageſimi anni exitus de Aegypto.[& manſit po
pulus in Cades].i.in loco deſerti ſic nuncupato,à quo ſecũdũ quoſdã miſſi fuerunt explora-
Nũe. 13. tores,vel in quo redierunt ad populũ.Vnde ſuprà dictũ eſt:Reuerſiq; exploratores, venerũt
ad Moſen & Aaron in deſertũ Pharan, quod eſt in Cades. Scriptũ eſt quoq; in Deuterono.
Deute. 1. Cumq; veniſſemus in Cadesbarne, dixiſtis: Mittamus viros qui cõſiderent terrã. Hinc in
Scholaſtica fertur hiſtoria: Fuerunt filij Iſrael longo tẽpore in ſolitudine. Multo ſederunt
tempore in Cadesbarne,& diu circuierunt mõtem Seir,& redierũt fere vſq; ad mare rubrũ,
& circa fines Sinai,& proſtrata ſunt eoꝝ cadauera in deſerto.Tandem poſt multos labores &
annos,XXXVIII.anno redierunt ad Cades, vnde miſerãt exploratores, vel vbi redierũt ad
eos.[Mortuaq; eſt ibi Maria,& ſepulta eſt in eodẽ loco.] Prophetiſſa ſoror Moſis & Aaron,
Ioſe. li. 4 ſecũdum Ioſephum, mortua eſt cũ cõpleſſet annũ quadrageſimũ,ex quo reliquit Aegyptũ,
ant. iud. & ſepelierunt eã in mõte qui dicit Sin,valde ſolenniter,fleueruntq; eã(ſecundũ magiſtrũ in
cap. 3. hiſtorijs)triginta diebus.Erat aũt notabiliter ſenior Moſe,qm̃ eo in flumine expoſito & in-
de ſublato,cum triũ menſiũ eſſet,ipſa fuit adulta puella, ita ꝙ cum filia Pharaonis tractauit
Exod. 2. de educatione infantis. Cumq; indigeret aqua populus, * conuenerunt aduerſus Moſen &
* coiẽt Aaron,] Non ait,conuenerũt ad Moſen & Aaron:ſed, aduerſus:quia venerunt male confœ-
derati,nõ ad rogãdũ humiliter, ſed & ad cõtẽdendũ cõtra ſuos ſuperiores cõtumaciter. ideo
ſubditur:[& verſi in ſeditionẽ,dixerũt: Vtinam periſſemus inter fratres noſtros corã dño].i.
vtinã corporaliter mortui fuiſſemus inter cognatos noſtros,q iam ante in deſerto defuncti
ſunt celeri morte. quaſi dicãt:Mors illa tolerabilior extitiſſet afflictiõe iſta diuturna grauiſſi-
ma.Non eſt aũt putãdum,ꝙ optauerint æternaliter periſſe per cõdemnationẽ finalẽ,vt qui-
dam exponunt.[Cur eduxiſtis eccleſiã dñi?] .i. populũ iſtũ fidelẽ. Sicq; eccleſia hic ſumitur
pro ſynagoga,à qua tamen ſolet diſtingui.[in ſolitudinem, vt & nos & iumenta noſtra mo
riamur?] Carnales iſti cõnumerauerũt ſe ſuis iumentis, qbus & per paſſiones ſuas tam irre-
frenatas,ſimiles,immo & incõparabiliter peiores fuerunt:atq; in tali articulo de iumentoꝝ
ſuoꝝ doluerũt periculo,qñ de animaꝝ ſuaꝝ ſaluatiõe tm̃ ſolicitari debuerãt, quanq̃ etiã piũ
ſit iumẽtis aliqñ cõdolere. [Quare aſcendere nos feciſtis de Aegypto?] Ecce q̃ excæcata ꝑ-
uerſitas,quaſi nõ Deus eos de Aegypto eduxerit.[& adduxiſtis in locũ iſtũ peſſimũ?]tanq̃ di-
cãt,quare nõ duxiſtis nos ꝑ viã rectã, & habitabilia loca?cuius tñ ratio ſcripta eſt in Exodo.
Exo. 13. [Ingreſſiq; Moſes & Aaron,] qui in hoc caſu,ſicut & ante,frequẽter habuerũt ſe multum pa-
tienter ad plebẽ ita ꝑuerſam,reddideruntq; ei bona pro malis.[dimiſſa multitudine,in taber
naculũ fœderis,] vt in loco ſancto citius exaudirent. Vnde cõſtat,ꝙ conſecratio & ſanctitas
loci ad exauditionẽ oratiõis conferũt,immo oĩa opa bona reddunt acceptabiliora.Quẽad-
modũ eñ grauius eſt in eis peccare,ita & melius eſt ibi bene agere.orauerũt q̃q;,dimiſſa mul
titudine,qm̃ quies ſolicitudoq; loci,cooperant ad orandũ deuotius. [corruerũt proni in ter
ram.] Ex quo elicit ꝙ & ſitus corporis & humiliatio eius, excitãt & proſunt ad deprecãdum
ꝑfectius,& præſertim in terrã proſtratio,in qua eſt extrema corporis humiliatio.[clamaue
runtq; ad dñm,] nõ tam alta voce,q̃ feruẽti affectiõe, [atq; dixerũt: Dñe Deus, audi clamorẽ
ppl'i huius.] Ppl's ille nõ legit clamaſſe ad dñm orãdo pro aqua.ideo ſenſus eſt, Audi clamo-
rẽ populi huius.i.orõnẽ quã fundimus pro ppl'o iſto. vel clamorẽ populi huius audi, qa etſi
nõ petierũt formaliter aquã, tñ in ſuis clamoroſis ſeditioſiſq; verbis ſatis pãdebãt ſe aliquæ
appetere,& appetitio illa rationabilis fuit in ſe,q̃uis irrationabiliter ꝓponebat à ppl'o.ſicq;
Moſes & Aaron orauerũt,vt nõ obſtãte plebis ꝑuerſitate Deus ſuccurreret. [& aperi eis the
ſauꝝ tuum].i.opulentiã tuæ potẽtiæ,ſ. abundãtiã aquæ.Vnde ſubiungit:[fontẽ aquæ viuæ,]
quæ inſtar viuentiũ fluat & currat.[vt ſatiati,ceſſet murmuratio eoꝝ,] quatenus eis ſuffici-
enter refectis poculo aquæ,deſiſtãt peccare,vt nec te offendãt,nec nobis moleſti ſint.[Et ap-
paruit gloria dñi ſup eos] .i. Deus ꝑ nubẽ glorioſe deſcẽdit ad Moſen cæteris nubẽ cernẽti-
bus,vel apparuit gloria dñi.i.ꝓclarus Dei effectus, q per angelum loquebat ad Moſen.[Lo-
qu-

quutusq; eſt dñs ad Moſen,dicẽs:Tolle virgã tu & Aaron,& loquimini ad petrã coram eis]
De qua virga iſtud ſit dictũ,poſſet eſſe ambiguũ,niſi paulopoſt ſubderet:Tulit ergo Moſes
virgã quæ erat in cõſpectu dñi,q̃d intelligendũ videt de virga Aaron,q̃ frõduerat,& poſt ſuã Nũe. 17.
miraculoſam floritionẽ,Deo iubente,poſita fuit intra ſancta ſanctoꝝ in arca,vt ſuprà ſcri-
ptũ eſt.Sed qa de virga Moſis, ꝑ quã fecit in Aegypto ꝓdigia,etiã aliqñ legunt hæc,Virga,
puta ꝙ erat in cõſpectu dñi,vel ꝙ erat virga Dei,qa & ipſa fuit Deo ſpecialiter ſanctificata,
per quã fiebãt ad Dei honorẽ tot & tãta miracula:poſſet qs opinari,ꝙ iſtud ſit intelligendũ
de Moſis virga:ſed qa in Exodo virga Moſis frequẽter vocat ipſius Aaron virga,poſſet rur- Exo. 7. 8.
ſus qs ſuſpicari,ꝙ illa & iſta fuerũt vna virga.¶Præterea quærit,cur dñs iuſſit Moſi loqui ad
petrã,cũ illa nec audire nec intelligere quiuit. Rñdet,ꝙ ſicut nos in laudibus Dei frequẽter
irrationalia & inaĩata alloqmur,nõ vt ipſa audiãt ſiue intelligãt,ſed vt ex allocutiõe illoꝝ
noſipſi aut alij excitemur & accẽdamur ad cõtemplationẽ, amorẽ, admirationẽ ac laudem
creatoris ex eius effectibus,ſic in ꝓpoſito dici poteſt.Rurſus q̃d dñs ait,Loquimini ad petrã,
poteſt exponi,loquimini de petra. Nã & infrà Moſes nõ dirigit verbũ ad petrã, ſed de ea ait
ad populũ:Num de petra hac &c.[& illa dabit aquã].i.ex ea manabũt aquæ,ſiue per creatio
nem aquæ in ea,ſiue ꝑ miraculoſam cõuerſionẽ materiæ alicuius in aquã. [Tulit igitur Mo
ſes].i.accepit & ſecũ portauit [virgã quæ erat in cõſpectu dñi:] Nõne om̃ia ſunt in cõſpectu
dñi? Cur ergo hoc ſpecialiter dr̃ de hac virga? Et rñdendũ ꝙ vel ideo, qm̃ erat in taberna-
culo,in quo Deus ſpecialiter habitauit,& ibi cõtenta intuebat,tanquã præcipue ad ſe ꝑtinẽ-
tia.Vel qm̃ virga illa fuit Deo ſanctificata,& inſtrumentũ om̃ipotentiæ ſuæ, ſic ꝙ eã ſpecia-
li modo reſpexit.[cõgregata om̃i multitudine ante petrã,] Non ꝙ om̃es poterãt in anguſto
loco corã lapide illo cõſiſtere,ſed ꝙ principales de populo ſtabãt ibidẽ,& cæteri acceſſerunt
ſecũdum q̃d poterãt & cõgruebat. Ideo q̃q; iuſſit dñs populũ ibi adſtare, vt ex intuitu tanti
miraculi roborarent in fide,& Deũ plus ſolito formidarẽt, & de ſua ꝑuerſitate cõfunderent
ac pœniterẽt,& dño eſſent grati.[Dixitq; eis: Audite rebelles & increduli:] Sæpe eñ fuerũt
Deo & Moſi inobediẽtes, atq; infirmi & defectuoſi in fide, à qua & multi eoꝝ interdũ tota-
liter corruerũt.Non tñ abſolute de oĩbus dixit hoc Moſes,nã multi boni inter ipſos fuerũt,
ſed ſeditioſis & murmuratoribus iſtud loquutus eſt:& quæri poteſt, an iſti fuerũt de his qui
añ fuerãt murmurati,poteſtq; eſſe ꝙ quidã illoꝝ adhuc reſidui fuerũt in iſta ſeditiõe ꝓcipui.
[Num de petra hac aquã vobis poterimus eijcere?]Hæc verba ſecũdum ſe ſumpta,poſſent ve
re multipliciterq; exponi, ita ꝙ viderent irrepræhenſibiliter, immo & laudabiliter ꝓlata à
Moſe,niſi infrà dñs euidẽter proteſtaret,Moſen & Aaron nõ credidiſſe ſibi hoc loco.Nem- Nũe. 20.
pe hæc verba poſſent primo ita exponi:Num de petra hac.i.ꝓpria & naturali virtute nõ va-
lemus vobis de ſaxo iſto educere aquã.Secũdo ſic,& quaſi interrogatiue, Valemus ne iſtud
pagere?ſicq; adhuc dupliciter poteſt intelligi.Primo affirmatiue,quaſi dicat,vtiq; ꝑ omni- Ibidem.
potentiã Dei poſſumus iſtud.Sed huic expoſitioni videt obſiſtere q̃d dñs ait:Quia nõ credi-
diſtis mihi.Secũdo negatiue,quaſi dicat,nõ poſſumus. Sed mirũ ſi Moſes & Aaron reputa-
uerint iſtud impoſſibile Deo,in cuius virtute ſemel fecerũt ſimile huic ad petrã Oreb,vt in
Exodo legit,& qñq; maiora.Hinc aliq dicũt ꝙ Moſes iſtud dixit dubitatiue.Dicũtq; aliqui, Exo. 17.
ꝙ ipſe & Aaron nõ dubitauerũt qn Deus id poſſet,ſed de effectu,ne forſitan impediret ꝓpter
vitia populi.Vnde Lyra hic ſcribit:Verba Moſis poterãt dupliciter intelligi,affirmatiue &
negatiue,& ſic ꝓtulit ea, vt dicunt expoſitores catholici cõmuniter,qa licet nõ dubitaret de
potẽtia Dei qn poſſet illud,dubitauit tñ de effectu,ne impediret ꝓpter malitiã populi,ideo
dubitãdo de effectu,dicit ſic,Num de petra &c.vt ſi effectꝰ fuiſſet ſequutus, intelligeret hoc
modo,Nõ obſtãte incredulitate veſtra,poterimus aquã eijcere de petra virtute diuina.Si aũt
nõ ſequeret effectꝰ,ſic intelligeret,Num de petra &c.quaſi diceret,Nõ poterimus ꝓpter ma-
litiã veſtrã.Hæc Lyra.Cuius verbis duo obijci poſſunt:Primũ eſt, ꝙ nõ videt fuiſſe illicitum
Moſi dubitare de iſto effectu,an ſ.ꝓpter peccata populi impediret,nec hoc fuiſſet incredu-
litatis,qa diuina ꝓmiſſa frequẽter intelligẽda ſunt ita, ꝙ implebunt niſi ꝑ hoĩm iniquitatẽ
obex ponat.Secundũ eſt,ꝙ aliq magni & ſancti doctores catholici dicũt,Moſen de Dei vir-
tute ſeu potẽtia dubitaſſe hac vice,immo Gloſſa ex verbis B.Iſidori ait:Hic Moſes dñm of-
fendit,& prohibet Iordanẽ trãſire:turbatus eñ murmure populi,dubitãter virga petrã per-
cuſſit,quaſi nõ poſſet Deus aquã de petra educere q̃d fecerat ante.Hic Moſes Iudaicũ popu-
lum ſub lege poſitũ ſignificat.Nã ſicut Moſes virga petrã ꝑcutiens,de Dei virtute dubitauit:
ſic populus ille ſub lege data ꝑ Moſen poſitus, Chr̃m ligno crucis affixit, nec eum eſſe Dei Nũe. 10.
virtutẽ credebat.Hæc Iſidorus.Inſuper ſup illud,Ait Moſes,Sexcẽta millia peditum populi
huius ſunt,& tu dicis,dabo eis eſum carniũ menſe integro, loquit Auguſtinus: Quærit,vtrũ Auguſt.
Moſes dixerit hoc diffidẽdo,an quærẽdo.ſed ſi putauerimus eum hoc diffidẽdo dixiſſe, cur
ei hoc nõ exprobrauit dñs,ſicut ad petrã vnde profluxit aqua? Videt de poteſtate dñi dubi-
taſſe.Deus aũt nõ de verbis tm̃,ſed de cordibus iudicat:aliogn poſſet Moſes excuſari de ver-

bis prolatis ad petrã,niſi contra eũ eſſet clara ſententia Dei,ꝙ diffidendo talia dixerit,Nun-
quid de petra iſta &c.Deinde ſequiť, & eleuata Moſes manu ſua, percuſſit virga bis ſilicem.
Ad hoc virgã illam,in qua tanta miracula fecerat,ſumpſit,eaq́ꝫ petrã percuſſit,atqꝫ inde ſo
litæ virtutis eſt cõſequutus effectus. Verba igiť quibus ait,Nunqd de petra hac &c. poſſent
ſic accipi,tanq̃ diceret: Nempe ex hac petra, ſecũdum veſtram incredulitatem, aqua educi
non poteſt.vt autẽ percutiẽdo oſtenderet,diuinitus fieri potuiſſe quod illi in infidelitate ſua
non credebãt,maxime qm̃ dixit, Audite me increduli, Num de petra hac &c.ſed Deus qui
inſpector eſt cordis,iudicauit,quo animo Moſes ita locutus eſt: Ait em̃, qm̃ non credidi-
ſtis ſanctificare me &c.ac ꝑ hoc intelligit Moſen ita dixiſſet, tanq̃ ad incertũ ꝑcuſſerit, vt ſi
nõ ſequereť effectus, hoc ꝓdixiſſe putareť, cum ait: Nunqd ex petra hac aquã &c. q̃d in eius
animo oĩno lateret,niſi Dei ſentẽtia ꝓdidiſſet.Ecce in his Auguſtini & Iſidori verbis habeť,
ꝙ Moſes de Dei virtute & poteſtate dubitauit ſeu diffidebat. Ex memoratis q̃qꝫ Auguſtini
verbis probať,ꝙ Moſes ꝑcuſſit petrã cũ virga,per quã & alia fecit mira cula. Sed ſi ita dica-
mus,remanet quęſtio, quõ Moſes om̃ipotentiã Dei toties expert⁹& certiſſime cõtemplatus,
poterat de ea diffidere ſiue ambigere.Ad q̃d ex verbis Iſidori habeť reſpõſio,qa ex populi ꝑ-
uerſitate & murmure fuit turbatus, ſicq́ꝫ ex turbatiõe paſſiõis hui⁹obſcuratũ fuit in eo rõnis
iudiciũ.Veruntñ nõ arbtror Moſen tm̃ fuiſſe turbatũ,vt dubitauerit an virtus Dei oĩpoten
tis poſſet de ſaxo eijcere aquã,dubitauit tñ an aq̃ eijcereť de petra:& fuit incredulus Deo,nõ
quia dubitauit an De⁹ hoc poſſet,ſed qa ex mẽtis turbatiõe Deo ſic ꝑmittẽte, nõ cõſiderauit
actualiter oĩpotentiã Dei,nec ad eã reſpexit,ſed ad difficultatẽ effectus in ſe,& ꝑ reſpectũ ad
cauſas naturales:& ita nõ credidit Deo, priuatiue magis q̃ cõtrarie,vtpote qa omiſit actũ fi-
dei,ad quẽ protunc tenebať iuxta exigentiã cauſæ ac temporis,nõ tamẽ cõmiſit infidelitatis
actũ actui ꝓfato cõtrariũ.[Cumq́ꝫ eleuaſſet Moſes manũ,ꝑcutiens virga bis ſilicem] Cõmu-
niter diciť ꝙ bis ꝑcuſſit,qa in primo ictu petra nõ eſt ſciſſa,nec vomuit aquã,propter Moſis
incredulitatẽ ſeu dubitationẽ.In ſecundo aũt ictu diuiſa eſt petra,& aquã diffudit,nõ ꝙ Mo
ſes tunc credebat, ſed ex pietate diuina, qua Deus ſuũ promiſſum impleuit.Poteſt etiã dici,
August. ꝙ Deo ſic diſpẽſante bis ꝑcuſſit, ꝓpter myſteriũ: quia vt aſſerit Auguſtinus, ꝙ virga petra
percutiť,crux Chrĩ figurať. Ligno nãqꝫ accedẽte ad petrã, gr̃a emanauit: & ꝙ bis percutiť,
euidentius ſignificat crucẽ,duo etem̃ ligna ſunt crux.[egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ.]in quo
oſtẽſa eſt oĩpotẽs virtus Dei magnifice,qui ſi ꝓduxiſſet aquã illam de terra, ſuſpicari qs po-
tuiſſet,ꝙ ex ventriculis terrę manaſſet.ideo iſtud om̃ipotentiã Dei glorioſius demonſtrauit.
[ita vt populus biberet & iumenta,] q̃d valde erat mirabile,tãtam videlicet ꝓfluere aquam
repente de ſaxo duriſſimo,ꝙ tot millia hoĩm ac pecoꝝ inde biberint. [Dixitq́ꝫ dñs ad Mo-
ſen & Aaron:Quia nõ credidiſtis mihi] dicẽti, ꝙ aqua manaret de petra, iuxta ſenſum præ-
habitũ,[vt ſanctificaretis me corã filijs Iſrael].i. vt in omniũ præſentia honoraretis me,oſten
dendo me eſſe verum & ſanctũ in ꝓmittendo ac implendo promiſſa. Hoc em̃ non fecerunt,
qm̃ Moſes in ꝑſona ſui ac Aaron dubitãdo iam dixerat,Nunquid de petra &c.[non introdu
cetis hos populos].i.tribus Iſrael,q̃ erãt vnus populus totalis,& plures populi particulares.
ideo ait pluraliter,hos populos, qm̃ per diſſenſiones & ſeditiões erãt diuiſi. [ad terrã quam
dabo eis,] & ita Deus puniuit clementer in vita hac pctã horum tam electoꝝ viroꝝ.[Hæc
eſt aqua cõtradictionis.]Circa hoc magiſter in hiſtorijs ait,Quia etiã electi ita deſperauerũt
ibi de promiſſis & potentia Dei, quaſi contradicentes promittenti: quæ verba interpretari
poſſunt,& ſuo modo ſaluari iuxta prætacta. Vel diciť aqua cõtradictiõis, propter diſſidium
& contrarietatem,quæ ibi inter Moſen populumq́ꝫ fuerunt.[vbi iurgati ſunt filij Iſrael con
tra dñm.] Iurgando etem̃ contra Moſen & Aaron vicarios Dei, cõtra Deum iurgati ſunt,
præſertim quia beneficia Dei præterita paruipenderunt,& ea quæ Moſi per modũ culpæ im-
poſuerunt, fecerat Moſes ex Dei præcepto. [& ſanctificatus eſt in eis].i.ſanctitatem & boni-
tatem ſuã oſtẽdit Deus in filijs Iſrael per miracula & beneficia ipſis, quãnis indignis,exhibi
ta.Circa illud,non introducetis hos populos, ſcribit quidã: Licet Moſes & Aaron multum
deſiderarent ingredi terram promiſſiõis,quia tñ ſciuerunt ꝙ verbum Dei erat diffinitum.i.
diffinitiue & aſſertiue prolatũ, non orauerunt pro retractatione ipſius. Sed obijci poteſt q̃d
Deute.3. in Deuteronomio Moſes loquitur:Deprecatus ſum dominũ,dicens:Domine Deus,tu cœpi
ſti oſtendere ſeruo tuo magnitudinem tuã.Tranſibo ergo & videbo terram hanc optimam
trans Iordanem,In quibus verbis Moſes manifeſte orauit pro retractatiõe huius ſententiæ:
quod nõ feciſſet,ſi ſciuiſſet eam diffinitiue prolatam.Rurſus circa hunc paſſum recitat Ly-
ra: Hebræi dicunt ꝙ Moſes & Aaron peccauerunt, quoniam non fecerunt ſicut præceperat
dominus, dicens: Loquimini ad petram, & illa dabit aquas.& patet ex textu,ꝙ ſolo verbo
abſque percuſſione petra dediſſet aquas:quod fuiſſet nouum diuinæ potentiæ ſignum, ante
non factũ:ideo dominus dixit:Quia non credidiſtis mihi,quaſi diceret: Si coram filijs Iſrael
dixiſſetis,En lapis iſte qui non videt nec audit,obedit verbo Dei,aquam ſine percuſſiõe fun-
den-

dendo, multo plus vos rationales creaturæ obediretis. Iſtud non videtur in toto idonee di-
ctum. Dominus enim non ſolum dixit ad Moſen, Loquamini ad petram &c. ſed præmiſit,
Tolle virgam, per quod ſatis innuitur, dominum intendiſſe vt Moſes virga percuteret pe-
tram. Nec propter omiſſionem facti illius fuiſſent increduli, nec audiſſent à domino, quia
non credidiſtis mihi. Deniqꝫ Rabbi Paulus affirmat, opinionem illam, quã Lyra dicit eſſe
Hebræoꝝ, eſſe ſolius Rabbi Salomonis: & addit, ꝙ alij Hebræoꝝ doctores de hac materia
varie ſentiunt, quoniã Rabbi Moſes Aegyptius dicit peccatum Moſis fuiſſe in hoc, ꝙ dixit,
Audite rebelles & increduli. In quibus verbis oſtendit ſe habere magnam contra populum
iram, quod fuit dupliciter malum: Primo, quia in tanto viro à quo cæteri debebãt formam
vitæ addiſcere, ira, præſertim in publico, valde vituperabilis fuit. Secundo, quia per verba il
la Moſes dedit populo occaſionem credendi, ꝙ Deus eis hoc loco iraſceretur: quod tamen
non fuit, quia petebant rem neceſſariã eis, videlicet aquam. ¶Circa hæc verba Rabbi Pau
li miror, & vix credere valeo, ꝙ Rabbi Moſes ille Aegyptius, quem notamus, cum abſolute
Rabbi Moſen allegamus, dicat populum non peccaſſe hoc loco, cum in textu apertiſſime
aſſerať, Verſi in ſeditionem fuerunt, & valde paſſionate loquuti ſunt, & contra dñm ſunt iur
gati. Fuit quippe Rabbi Moſes ille vir profundiſſimi ſenſus, magnus theologus & præcla-
rus philoſophus, quem quidã dicunt tãdem factum fuiſſe neophytum, quoniã ſuper librum
Iudicum ſcribit, ꝙ Ieſus Nazarenus videť fuiſſe Meſſias in lege ꝓmiſſus, & propter ipſum
meruit Iſrael vt caderet gladio Romanoꝝ. Deniqꝫ Moſes ſanctus, qui erat Iudæorum præla
tus, poterat eos ex ira per zelum acriter increpare, potiſſimum quia id meruerunt. Sed tunc
oritur quæſtio, quia ſi filij Iſrael peccauerunt hoc loco tam grauiter, cur non fuerũt puniti
ſicut Moſes & Aaron? Reſpondeť ꝙ dominus eoꝝ miſertus eſt, quoniam magnum habue-
runt incitamentum ad iſtum exceſſum, videlicet indigentiam neceſſarij potus, nec petierũt
vinum aut ſiceram, ſed ſimpliciſſimũ aquæ potum. [Miſit interea Moſes nuncios de Cades
ad regem Edom] .i. Idumæoꝝ, qui erant de ſemine Eſau fratris Iacob. [qui dicerent: Hæc
mandat frater tuus Iſrael,] Loquebať hi nuncij ex Moſis informatione de toto Iſraelitico
populo, quaſi de homine vno, & nomine fratris optauit regem illum inclinare ad charitati-
uum conſenſum. [Noſti omnem laborem qui appræhendit nos, quomodo patres noſtri de-
ſcenderint in Aegyptum, & habitauerimus ibi multo tempore, afflixeruntq́ꝫ nos Aegyptij,
& quomodo clamauerimus ad dñm, & exaudierit nos, miſeritq́ꝫ angelum qui eduxit nos de
Aegypto.] Quomodo poterat rex ille idololatra noſcere omnia iſta, niſi forte dicať, ꝙ per-
ceperit iſta in generali ex publica fama, orta ex mirabilibus quæ Deus in Aegyptijs fecerat,
& quia per quadraginta annos filij Iſrael in ſolitudine permanſerunt, ſequentes nubis duca-
tum, & panẽ de cælo edebãt, cui ſolitudini Idumæa fuit propinqua? Vnde in Exodo dñs ait Exo.6.7.
Pharaoni: In hoc excitaui te, vt oſtẽdam in te fortitudinẽ meã, & annuncieť nomen meum Nũe.14.
in vniuerſa terra. Suprà quoqꝫ Moſes ait ad dñm: Vt audiant habitatores terrę huius, vide-
licet Chananæi, qui audierunt ꝙ tu dñe in populo iſto ſis, & facie videaris ad faciem, & nu-
bes tua protegat eos &c. [& ecce in vrbe Cades, quæ eſt in extremis finibus tuis,] id eſt, pro-
pe vrbem in confinio deſerti illius & Idumææ locatam, [poſiti, obſecramus vt nobis trãſire
liceat per terram tuam. Non ibimus per agros nec per vineas, nec bibemus aquas de puteis
tuis gratis,] vt infrà in textu innuitur. In illis etenim locis & terris aqua eſt precioſa, & mul
toties pauca. [Cui reſpondit Edom: Non tranſibitis per me. Statimq́ꝫ egreſſus eſt] obuius
ad reſiſtendum filijs Iſrael, [cum infinita multitudine].i. cum exercitu plurimum copioſo.
ſicq́ꝫ quod ait, cum infinita multitudine, eſt hyperbolicus ſermo, quo aliquid dicitur per
exceſſum, ad inſinuãdũ magnitudinẽ rei. Quæriť, ſi rex Edom ſciuit omnia iam prætacta,
videlicet qualiter Deus ꝑ angelũ eduxit & duxit filios Iſrael, quomodo auſus fuit eis ad re-
ſiſtendum occurrere. Ad quod dici poteſt, quòd excæcauit eum malitia ſua, ſicut iam ante
Aegyptios & poſtea Chananæos, qui & viſa ſtatione ſolis in cælo per integrum diem, exie-
runt contra filios Iſrael ad pugnandum, vt in Ioſue libro legitur. [Quamobrem diuertiť ab Ioſue 11.
eo Iſrael.] Contra hoc obijci poteſt, quòd in Deuteronomio legitur dominus ad filios Iſrae Deut.2.
el protuliſſe: Tranſibitis per terram fratrum veſtrorum filiorum Eſau, & timebunt vos. &
rurſus legitur Moſes dixiſſe per nuncios regi Seon, Tranſitum nobis concedas, ſicut fecerũt Ibidem.
filij Eſau. Ad hæc reſpondendum videtur, quòd referenda ſunt iſta ad diuerſa loca & tem-
pora, potuit enim eſſe quòd rex Edom primo negauit iter præfatum, præſertim per medi-
um territorij ſui: poſtea autem illud conceſſit, ſaltem circa extrema eiuſdẽ, & ad * intuitum
Hebræorum potuit Deus timorem Idumæis incutere, ne ſcilicet à Deo filiorum Iſrael tale
quid paterentur, qualia ſuſtinuerunt Aegyptij. ¶Sed denuo oritur quæſtio: Cur petierunt
tranſitum per Idumæam, cum teneren̄t ſequi nubis ducatum, quę ſi per Idumæam duxiſſet
Hebræos, non potuiſſent Idumæi hoc impedire? Forſitan dici poteſt, quòd Moſes opina-
batur nubem præceſſuram filios Iſrael per terram Edom, non tamen voluit Moſes per ter-

 ram

ram illam tranſire ſine regis cõſenſu propter bella vitanda, q̃m dominus iuſſit vt filij Iſrael
contra Idumæos non præliarent. [Cumq; caſtra mouiſſent de Cades, venerunt in montem
Hieroñ. Hor].i.ad loca monti illi vicina.Porro ſecundum magiſtrum in hiſtorijs,& ex Hieronymo
Ioſe.lib. & Ioſepho ſumptum videt:Egrediens Iſrael de Cades, circuiuit Idumæam,incedens per de-
4.an.iu. ſertum Arabiæ,& prætergrediens Archim metropolim Arabum,quæ nunc Petra vocat,ve-
cap.4. nit ad montem Hor,[vbi loquutus eſt dñs ad Moſen:Pergat, inquit, Aaron ad populos ſu-
os].i.ad limbum vbi ſancti erant,qui à principio mundi receſſerunt de ſeculo iſto,& vel in
vita hac aut poſtea erant purgati, ad quorum ſortem pertinuit Aaron. Atque in verbis his
inſinuat immortalitas animæ,& retributio ſequens. [Tolle] id eſt,tecum aſſume [Aaron &
filium eius] Eleazarum [cum eo,& duces eos in montem Hor. Cumq; nudaueris patrem ve
ſte ſua,] id eſt,ſacerdotali ornatu.& forſan per veſtem intelligunt pluraliter veſtes ſacerdo-
tales,quibus Aaron erat indutus,præſertim quæ pontifici propriæ erant.[indues ea Eleaza-
rum filium eius,& Aaron moriet, & ibi colligetur:] ad inſinuandum ꝙ patri ſuo in ponti-
ficatu ſuccederet. [Fecit Moſes vt præceperat dominus. Et aſſcenderunt in montem Hor
coram omni multitudine.] Credendum eſt ꝙ Moſes reuelauit Aaron fratri ſuo,ꝙ volun-
tas Dei eſſet vt moreretur in montis illius cacumine, & filius eius ſuis veſtibus indueretur.
Et tunc Aaron acquieuit deuote.[Illo mortuo in montis ſupercilio,Moſes deſcendit] cum
Eleazaro. ¶Quæritur,quis ſepeliuit Aaron præſulem.Quocirca recitat Lyra,quemadmo-
dum Rabbi Salomon dicat,quòd cum aſſcendiſſent Moſes & Aaron atque Eleazar in mon
tem, viderunt ibi ſpeluncam & lectum in ea, lampademq; ardentem ante lectum: & Aaron
exutus,poſuit ſe in lecto illo:extẽtiſq; manibus ac pedibus,clauſit oculos & os,& Deus acce-
Deut.32. pit ſpiritum eius in pace.Quod videns Moſes,optauit ſimilem mortem.quod cõceſſum eſt
ei, prout in Deuteronomio dominus ait ad eum:Iungeris populis tuis, ſicut mortuus eſt
Aaron frater tuus, & ſepeliuit Moſes Aaron. Quid veritatis iſtud contineat, Deo commit-
Auguſt. titur.Auguſtinus vero dicit,quòd Eleazarus ſepeliuit Aaron patrem ſuum,vt pontifex no-
uus præberet officium ſepulturæ defuncto. ¶Sed quæritur,quomodo iſtud licuerit,cum do
Leui.21. minus in Leuitico iuſſerit,pontificem non intereſſe morti aut ſepulturæ cuiuſquam,immo
nec proprij patris.Reſpondetur,ꝙ dominus in lege ſua potuit diſpenſare.Dubitatur quoq;,
quomodo Aaron hic dicatur mortuus,& ſepultus in monte Hor, cum ſcriptum ſit in Deu-
Deu.10. teronomio:Filij Iſrael caſtra mouerunt ex Beroth filiorum Iachan in Moſera, vbi Aaron
Deut.32. mortuus ac ſepultus eſt.Ad iſtud reſpondet Gloſſa in præallegato Deuteronomij loco:For-
ſitan locus eſt binomius.Beroth enim filiorum Iachan eſt in deſerto,ſicut Moſera vbi obijt
Aaron, ſicut in libris locorum legitur, & oſtenditur vſque hodie in decimo lapide vrbis
Petræ in montis vertice.Lyra vero reſpondet:Dicunt aliqui quòd Moſera & Hor vnus mõs
eſt diuerſimode nominatus.Rabbi Salomon dicit contrarium, probans per hoc,quod infrà
habetur capitulo 31. quod inter Meſeroth,qui eſt idem locus qui Moſera,& inter montem
Hor,ſunt ſex manſiones.ideo dicit,ꝙ Aaron in vertice mortuus eſt atq; ſepultus in Moſera.
ſed ideo dicit,ſepultus eſt in monte Hor,quoniam filij Iſrael ibi poſtea venientes ad mõtem
Hor,fleuerunt eum ibidem, ac ſi funus præſens fuiſſet.Sed iſtud eſt manifeſte contra ſcriptu
ram hanc,in qua apertiſſime legit,ꝙ Moſes & Aaron & Eleazar pariter aſſcenderũt in mon
tem Hor,& ꝙ turba videns occubuiſſe Aaron in ſupercilio mõtis,fleuit eum &c. & quòd in
monte Hor Moſes induit Eleazarum veſtes Aaron. ¶Præterea(ſicut iam patuit)Lyra re-
fert,qualiter Rabbi Salomon narrat,ꝙ Moſes & Aaron viderunt in monte Hor ſpeluncam
& lectum in ea,in quo ſe poſuit Aaron,& obijt.Iterum circa illud,Et aſſcenderunt in mon-
tem,ſcribit Lyra,ꝙ multitudo nõ aſſcendit,ſed tãtum Moſes, Aaron & Eleazar,tamẽ om̃is
multitudo vidit q̃n aſſcenderunt.ſicq; Rabbi Salomon eſt ſibijpſi contrarius.In Scholaſtica
quoq; fertur hiſtoria,ꝙ vſq; hodie mõſtratur locus ſepulturæ Aaron in vertice montis. Id-
circo dicit ꝙ *Meſeroth & Moſera non ſint idem locus.Deniq; ſicut diuerſa loca habẽt fre-
quenter idem nomen,ſic & idem locus diuerſa nomina ſæpe ſortitur.Filij quoq; Iſrael,eun-
Num.31. do & redeundo ac circumgyrando, venerunt ſæpe ad locum eundem. Amplius,vbi manſio
*Meſoroth infrà primo exprimit,& poſtea manſio mõtis Hor,nõ dicitur ꝙ Aaron mortuus
ſit & ſepultus in *Moſeroth,ſed ꝙ aſſcẽdit in mõtem Hor:ideo dictum illud R. Salomonis,
eſt penitus falſum,& cõtra ſcripturam.[Omnis aũt multitudo videns occubuiſſe Aaron,]q̃a
nõ vidit eum reuerti,ſed filium eius in veſtitu illius, [fleuit ſup eum triginta diebus p cũctas
familias,] ex dilectiõe & compaſſiõe, immo & quia priuati erãt tam fideli & ſancto põtifice,
à quo multa beneficia erãt ſortiti,& ꝓpter honorẽ ſummi ſacerdotij ſui. ¶Myſtice,ſicut de-
functa Maria fœmina ſancta pp'lus indiguit aqua,& incidit magna pctã.ſic frequẽter cõtin
git,ꝙ mortuis ſanctis perſonis,quorum meritis Deus benefecit viuẽtibus alijs, beneficia talia
ſubtrahant eiſdẽ,incidãtq; mala pœnæ & culpæ. ¶Inſup exemplo Moſis & Aaron inſtruun
tur prælati,cum omni charitate & patiẽtia ſufferre ſubditorum defectus,& ſubuenire eis quã-

quam ingratis.Docemur quoq; exemplo Moſis, vt dum fieri poteſt,& ardenter orare opta-
mus,fugiamus tumultum,& ſecrete oremus, atq; in terra proſtrati, etiam pro inimicis. Si
tamen ex proſtratione ſomnolentia oriatur, alio ſitu orandum eſt, niſi proſtratio requi-
ratur. ¶Poſtremo, ex conſideratione culpæ ſanctorum patrum iſtorum Moſis & Aaron,
reddamur & ſimus inceſſabiliter timorati, cuſtoditi, ſoliciti. Ecce etenim viri illi poſt tot
& tanta miracula, poſt aſſiduas apparitiones cæleſtes, allocutiones angeli, illuminationes
diuinas,poſt tantæ ſanctitatis adeptionem,in ſenio ſuo & imminente vitæ eorum termino,
tam ſubito corruerunt:quid ergo nobis puſillis,inexercitatis,defectuoſiſſimiſq; hominibus
agendum relinquitur,niſi vt omni præſumptione & vana ſecuritate abiectis,in vera humi-
litate timoreq; Dei,& compũctione aſſidua perſiſtamus,iugiterq; clamemus ad dominum,
ne vnquam relinquat nos, & ne in fine ſinat nos impediri ab ingreſſu regni cæleſtis?

¶ Expoſitio literalis cap. XXI. Quod cum audiſſet Chananæus,rex Arad &c.
Articulus triceſimusquintus.

PRoceſſus filiorum Iſrael, & euentus eorum à monte Hor vſq; ad campeſtria Moab per
diuerſas manſiones & vias,capitulo iſto deſcribitur: [Quod cum audiſſet Chananæus
rex Arad,qui habitabat ad meridiem,veniſſe ſcilicet Iſrael per exploratorum viam,pu
gnauit contra illum.]In Geneſi legitur,quod Chanaan filius Cham filij Noe,habuit duode Gene.10.
cim filios,à quibus diſſeminati ſunt populi Chananæorum,& inter duodecim filios Chana-
an vnus vocatus eſt Aradius.idcirco per Chananæum regem Arad,intelligitur nunc deter-
minata perſona,nata ex ſtirpe Aradij,quæ regnauit in terra & regno Arad,quæ regio ſita fu
it in plaga meridiana,reſpectu terræ promiſſionis. ¶Porro per viam exploratorum,intelli-
gi poteſt via,per quam iter egerunt exploratores miſſi à Moſe. nõ enim filij Iſrael vbiq; aut
ſemper declinarunt à recto itinere:ideo obiectio cuiuſdam contra expoſitionem iſtam, nõ
præualet. Vel via exploratorum, fuit aliqua via generaliter ſic vocata, ex euentu quocunq;,
quia per viam illam exploratio aliquando nociue & callide facta fuit,aut fieri cõſueuit. Ali-
qui vero putant exploratores hic nominari eos,qui populum Iſrael præceſſerunt ad ꝓuiden
dum caſtrorum loca.pugnauit contra illum, [& victor exiſtens,duxit ex eo prædam.]Cur De
us permiſit populũ illum vinci à Chananæis p̃fatis?& vbi tunc fuit oratio Moſis? Dici po-
teſt,ꝙ ꝓpter peccata ſua populus Iſrael dãnum iſtud ſuſtinuit,& ꝓpter eadẽ vitia poterat ef-
fectus orõnis Moſis impediri ad modicum tẽpus.credit quippe,ꝙ parua fuit illa aduerſariorum
victoria.[At Iſrael voto ſe domino obligans,ait:Si tradideris populum iſtum]Chananæorum
[in manu mea]ad occidendum,quem viribus meis nequeo ſuperare,[delebo vrbes eius:]po
pulum occidendo,& oppida demoliẽdo.Cum votũ ſit ꝓprie de bono maiori, q̃modo iſtud
potuit cadere ſub voto? Et reſpondendum,ꝙ idololatræ iſti erant tam ſcelerati, ꝙ Deus vo
luit eos occidi ab Iſraelitica plebe, ſicq; illorum occiſio fuit actus iuſtitiæ. [Exaudiuitq; dñs
preces Iſrael.]Nam præter votũ illud fuderunt & preces,vel votum illud fuit æqualẽter orõ.
[& tradidit Chananæum,]hoc eſt, populum illum Aradium, manibus Iſraelis. [Quem ille
interfecit, ſubuerſis vrbibus eius, & vocauit illius loci nomen, Horma, id eſt, anathema.]
Quam interpretationem adiunxit tranſlator. ¶ Sed quæri poteſt, de quo loco ſit iſtud in-
telligendum: an de tota illa regione, an forſan de regia eius metropoli, ſed alio quouis lo-
co.Magiſter autem in hiſtorijs ſcribit: Forte iſte eſt locus,qui ſuprà per anticipationem di-
ctus eſt Horma.Scriptum eſt enim ſuprà:Deſcendit Amalechites & Chananæus, & perſecu Nũe.14.
tus eſt eos vſq; Horma. Rurſus in Scholaſtica hiſtoria fertur: Anathema dicitur ab ἀναθεῖναι,
hoc eſt,ſurſum ponere,quod eſt deuorare,ſeu voto ſeorſum ab vſu noſtro ſeparare,dum ſci-
licet res vota,ſeu ꝓmiſſa ac reddita,ponebatur ſurſum in templis.Hinc alij dicunt: Deſtru-
ctio vrbis Horma proprie nominatur,quando habitatoribus eius necatis,præda vrbis diui-
no cultui applicatur. Vnde Achan dr̃ vſurpaſſe de anathemate Hiericho, hoc eſt, de ſpolijs Ioſue 7.
eius Deo dicatis. Nunc tñ anathema ꝑ deſtructione ſeu demolitione ſumi videt. [Profecti
ſunt autem]filij Iſrael[de monte Hor ꝑ viam quæ ducit ad mare rubrũ,vt circumirent terrã
Edom.] eundo per extremitates Idumææ.[Et tædere cœpit populũ itineris ac laboris.] Nã
multũ diuerterunt à recto itinere.[Locutuſq; contra dñm & Moſen]q̃a loquendo contra vi
carium Dei ſanctum Moſen iniuſte & impatienter,loquebat & contra dñm, q ſuis ait vica-
rijs:Qui vos ſpernit,me ſpernit.Non tamen leguntur directe contra Deum locuti, alloquen Lucæ 10.
do eũ ſicut allocuti ſunt Moſen.[ait]pp'ls ille:[Cur eduxiſti nos de Aegypto,vt moreremur
in ſolitudine?]In hoc loquebant maleuole & mendoſe.Nõ eñ Moſes ꝓprio capite eduxerat
eos,nec ad hoc vt in ſolitudine morerent.[Deeſt panis].i.neceſſaria alimẽta,tñ panis factus
ex mãna nõ defuit eis,[nõ ſunt aquæ].i.copiam aquarũ non habemus.[Aĩa nr̃a iã nauſeat].i.
faſtidiũ habet[ſuper cibo iſto leuiſſimo]ſ. manna quod malis non ſapuit, niſi ſecundũ eorũ
demerita,tãq̃ arida & inſipida eſca,cũ tñ ex ſua natura eſſet ſaporis ſuauis,iuxta illud Exodi: Exo.16.
Guſtus eius q̃ſi ſimilæ cũ melle,i.q̃ſi panis facti ex delicatiſſima tritici farina melli admixta.

De triplici autem ſapore mannæ ſuperius dictum eſt.[Quamobrem miſit dominus in po-
pulum ignitos ſerpentes:]primo peccauerunt enim in corde, per immoderatum tædium &
impatientiam: & qm̃ ſuas paſſiones non refrenauerunt, proruperũt in verba prauiſſima,&
prælato ſuo contumelioſe locuti ſunt,& beneficia Dei paruipenderunt. Serpentes illi vocan
tur igniti ex ſuo effectu, qa intra ſe abundabant calore. Vnde(vt dr̃) valde parui erant atq; ce
lerrimi,& volitabant in aere, tanq̃ ſcintillæ, infecerunt hoĩes veneno, & inflammabant vſq;
ad tumorem, igneumq́; ruborem. [Ad q̃rum plagas morteſq́; plurimoꝝ, venerunt ad Mo-
ſen]Non qui iam ex infectione & læſione ſerpentum ſpũm exhalarunt, ſed qui infici metue-
bant,& aliq forſitan læſi,[atq; dixerunt:] qa vexatio dedit eis intellectum. [Peccauimus, qa
Eſaię 28. locuti ſumus contra dñm. Ora vt tollat à nobis ſerpentes. Orauitq́; Moſes]Qui aſſidue red
didit bona pro malis.[& locutus eſt dñs ad eum: Fac ſerpẽtem ęneũ,& pone eum ꝓ ſigno].i.
erige & in alto fige eum. vnde vt dr̃, in Hebræo habet: Pone eum in pertica. fuit quippe eleua
tus in ligno huiuſmodi pro ſigno. Pro quali ſigno? Eſt enim ſignum memoratiuũ p̃teriti,
& p̃ſentis, quemadmodũ ante hoſpiti
Ioan. 3. & ꝓgnoſticum ſeu figuratiuum futuri. Eſt item ſignum
um aut tabernam pendet ſignum ſiue indicium hoſpitalitatis, aut potus venalis. Itaq; ſerpẽs
ille fuit ſignum memoratiuum tranſgreſſionis commiſſæ, ſignum quoq; prognoſticum nõ
ſolum Chriſti pro nobis in cruce leuati, tunc leuandi, ſed & ſanationis promiſſæ adſpicien-
tibus dandæ.[Qui percuſſus]à ſerpentibus,[adſpexerit eum, viuet]hoc eſt, curabitur. [Fecit
ergo Moſes ſerpentem æneum,]id eſt, fieri fecit per manus artificum, [& poſuit eum pro ſi
gno, quem cum percuſſi adſpicerent, curabantur.] ¶Circa hæc merito quæritur, cur domi
nus qui voluit filijs Iſrael, ad idololatriam pronis, omnem idololatrandi occaſionem aufer-
Deut. 4. re, intantum, quòd prohibuit imagines pecorum, reptilium & volatilium fieri,& in taberna
culo ſuo locari, præcepit fieri hunc ſerpentem, per quem poterat populus ad idololatriam
prouocari. Item, cur fecit eum æneum fieri,& cur pro ſigno leuari,& nõ potius aliquid mi-
te ac nobile animal fuſum, aut ſculptum. Reſpondetur ad primum, quòd non ſine myſte-
rio factum eſt iſtud, tamen quia à ſerpentibus vulnerabantur, iuſſum eſt vt fieret ſerpens, qui
in poſterum ad memoriam reuocaret plagam illam tam iuſtum ac diuinæ pietatis remedi-
um ei appoſitum. Figurauit autem ſerpens ille Chriſtum in cruce leuandum, per cuius ad-
ſpectum & recordationem ſeu ſpeculationem, ſanantur fideles à læſionibus dæmonum, hoc
eſt, morſibus vitiorum. Hinc factus eſt ſerpens ille de ære, quod duratiuum eſt valde præ cę
teris metallis, etiam ad præfigurandum inuincibilem fortitudinem, inconcuſſibilemq́; con
ſtantiam ſaluatoris: per quod patet ad ſecundum reſponſio. Ad tertium vero dicendum, ꝙ
ad literã fuit leuatus vt adſpiceret longe ac late à cunctis. ¶Myſtice autem, vt Chriſti in cru
ce exaltationem ſignaret, cum ipſemet dicat: Sicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto,
Ioan. 3. ita exaltari oportet filium hominis. Ad quartum etiam dicendum, ꝙ ſerpens etiam in bo-
no accipitur, cum dominus exhortetur: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes &c. ¶Inſuper quę
Matt. 10. ritur, qua virtute ſerpens ille curauit adſpicientes. Et reſpondendum quòd non ſerpens, ſed
dominus illos ſanauit, inquantum ex obedientia adſpiciebant illum ſerpentem cum culpa-
rum ſuarum recognitione, contritione, ac inuocatione pietatis diuinæ. Et quanuis ſine ſer-
pentis adſpectione poterat dominus illos curare, tamen ob cauſas prætactas voluit hoc mo
do impendere medicinam. In textu autem non legitur, an nondum percuſſi præſeruaban-
tur à ſerpentum percuſſione ex ſerpentis illius intuitu, & forte ꝙ immo, vel percuſſio illa
ceſſauit ante erectionem ſerpentis, quando videlicet veniam poſtulabant. ¶Denique in
Scholaſtica fertur hiſtoria: Hunc ſerpentem ſemper habuerunt ſecum filij Iſrael, & in Hi-
eruſalem magnifice repoſitus fuit, vſq; ad tempus Ezechiæ, qui fecit ſerpentem illum in pul
uerem redigi propter cultum ſuperſtitionis, quem ei exhibuit populus, vt legitur in quar
4. Re. 17. to libro Regum. [Profectiq́; filij Iſrael, caſtrametati ſunt in Oboth. Vnde egreſſi, fixere
tentoria in* Ieabarim in ſolitudine quæ reſpicit Moab contra orientalem plagam:]adhuc
enim(ſecundum Hieronymum) erant in finibus & eremo Idumææ: eremo, inquam, reſpi-
Hieron. ciente Moabitidem regionem ex oppoſito orientis. Vnde Septuaginta tranſtulerunt, con-
tra ſolis ortum. Dicunt aliqui ꝙ * Ieahabarim ſint duæ dictiones Hebrææ, quæ interpretan-
tur, in ſolitudinibus Abarim, & ꝙ Abarim nomen ſit montis, in quo defunctus eſt Moſes.
Deut. 32. Vnde in Deuteronomio dominus loquitur ei: Aſcende in montem hunc Abarim. [& inde
mouentes, venerunt ad torrentem Zared]quem, vt in hiſtorijs ſcribit Magiſter, tranſierunt
ſiccis pedibus, quemadmodum mare rubrum. [Quem relinquentes, caſtrametati ſunt cõtra
Arnon]Dicunt nõnulli, ꝙ Arnon ſit ciuitas ſituata in ſolitudine. Ioſephus vero teſtatur, ꝙ
Ioſ. li. 4. Arnon ſit flumen emanans ab Arabiæ mõtibus, ac defluens p̱ deſertũ vſq; in ſtagnũ Aſphalti
bel. iud. ten, diuidẽs Moabitidẽ atq; Armeniacã regionẽ,& forte hoc nomẽ Arnon ad vtrunq; ęquo
cap. 4. cũ eſt. Multa qppe ſignificat Arnon, etiã p̃ter iſta. Nam ſuper illud Amos, Proijciemini in
Amos 4. Arnon, Hieronymus p̱ Arnon intelligit Armeniã. Symmachus quoq; ibidem tranſtulit, in
Hieron. Arme-

Armeniã, atq; vt ibi aſſerit Gloſſa, Arnõ eſt regio vltra mõtes Medorũ & Perſarũ. [quæ] Ar-
non[eſt in deſerto]p̃ſato,[& prominet].i. procul vel ab alto apparet [in finibus Amorrhæi.
Siqdem Arnon]prout hic ſumitur[terminus eſt Moab].i. terræ Moabitaꝝ,[diuidens Mo
abitas & Amorrhæos].i. habitãtes vltra Iordanem, natos ex Amorrhæo filio Chanaan, vt in
Geneſi legitur. Sicq́; Amorrhæus vno modo eſt nomen ꝓprium viri, alio modo nomen eſt Gen. 11.
gentis.[Vnde dr̃ in libro belloꝝ dñi: Sicut fecit in mari rubro, ſic faciet in torrentibus Ar-
non.]De libro iſto belloꝝ dñi, difficultas eſt quis ſit. De qua re habetur ex verbis Auguſtini:
Non dixit in quo libro ſcriptum ſit, vel cuius ꝓphetæ aut patriarchæ, nec eſt negandum fu August.
iſſe tunc libros Chaldæoꝝ, ex quibus egreſſus eſt Abrahã, vel Aegyptioꝝ, vbi didicerat Mo
ſes oẽm illoꝝ ſapientiam, vel cuiuslibet alterius gentis, in q̃rum libroꝝ aliq hoc potuit eſſe Exod. 2.
ſcriptum, qui tamen liber non ſit inter ſcripturas canonicas computandus. Licuit enim au Acto. 6.
thoritati diuinæ teſtimonium verum aſſumere vnde volebat, non tamen oĩa ibi ſcripta ap
probauit. Cur aũt iſtud hoc loco ſit cõmemoratum, non euidenter apparuit, niſi forſan bel
lo geſtum ſit, ꝙ fines illic inter duas gentes ſunt cõſtituti, quod hoĩes loci illius bellum dñi
noĩarunt ꝓpter magnitudinẽ rei, ita vt ſcriberet & vocaret in aliq libro eoꝝ bellũ dñi. Hæc
Auguſtinus. Alij dicũt, librum belloꝝ domini, eſſe ſpecialem librum, non tñ tranſlatũ,& idẽ
dicunt de libro iuſtoꝝ. In Scholaſtica hiſtoria ſcribit: Quidam dicunt totam hiſtoriam de
filijs Iſrael ſcriptam, vocari librum belloꝝ dñi, qa in eo frequenter legit dñs pugnaſſe ꝓ filijs
Iſrael,& maxime dicunt Hebræi, Amorrhæos in terra illa potenti manu Hebræoꝝ eſſe dele
tos,& iſti legunt, dicetur: nõ, dr̃: qa & in Hebræo habetur, Super hoc dicetur in libro, in re-
citationibus belloꝝ domini.& legunt ſic: Vnde.i. de Arnon dicet, hoc eſt, mẽtio fiet in libro
belloꝝ domini.i. in hiſtoria iſta, videlicet libro Numeroꝝ vel pentateucho.[ſicut fecit dñs
in mari rubro]ſubmergendo Aegyptios, [ſic faciet in torrentibus Arnon,]delẽdo Amorrhę
os,& q̃d ſequitur:[Scopuli montium inclinati ſunt,]ſimiliter ambigue. i. diuerſimode expo
nitur. Dicunt eñi Hebræi innumeram multitudinem Amorrhęoꝝ, poſuiſſe inſidias filijs Iſ-
rael in conuallibus torrentiũ & ſcopulis Arnon, vt incautos perimerẽt tranſeuntes, ſed dñm
latitantes oppreſſiſſe, rupibus hincinde inclinatis, ita vt labẽtia.i. ruina ſcopuloꝝ extenderet
in Arnon. i. reqeſceret ibi. i. finiret. Hæc ibi. Quibus ſatis cõcordat q̃d Lyra hic ſcribit: Qui-
dã, inqens, dicunt, ꝙ liber belloꝝ domini, liber ſit Numeroꝝ, vbi ſcribit iſtud: qm̃ liber Nu
meroꝝ, in q̃ cõtinent bella Iudæoꝝ, coĩter appellat liber belloꝝ, qa diuina vincebãt virtu-
te. Veruntamẽ iſtud nõ arbitror veꝝ. Nõ eñ ꝓbabile eſt, ſicut & Lyra alibi dicit, ꝙ idẽ liber
alleget ſeipſum. ¶Deniq; ſi liber Numeroꝝ, ideo nũcupat liber belloꝝ domini, eo ꝙ aliqua
bella eius recitẽtur in ipſo, multo plus liber Ioſue, liberq́; Iudicũ dicerẽt libri bellorũ domĩ
ni, qa in libris illis deſcribunt plura & nõ minus p̃clara bella domini, q̃ in Numerorũ volu-
mine. ſimiliter de liber Regũ & Paralipomenon argui poſſet. ¶Inſup refert Lyra: Hebræi
dicunt, ꝙ iſte ſit textus: Nõne ſcriptũ eſt hoc in narratione bellorũ? qm̃ verbũ Hebraicũ, æq-
uocũ eſt ad librum & ad narrationẽ. Dicunt ergo ꝙ vbi filij Iſrael erant tranſituri, erãt ſcopu
li multũ protenſi ſuper aquã, in qbus erant cauernoſitates, in qbus aduerſarij Hebręorũ poſu
erunt armatos latenter, q filios Iſrael de ſubtus tranſeũtes, interficerẽt lapidibus ac ſagittis.
Dominus aũt ſcopulos illos fecit inclinari vſq; ad aliã partẽ terrę vel aq̃. Sic latẽtes ex illa in-
clinatione fuerunt extincti,& filij Iſrael ſup̱ ſcopulos inclinatos libere tranſierunt. q̃ facto,
ſcopuli diuina virtute ad locum redierunt priorẽ. Hæc Lyra. Vnde & Petrus Cõeſtor: Potu
it, inquit, eſſe ꝙ aliqui ſcopuli minores corã Iſraelitis inclinati ſunt, vt de facili tranſirẽt, q̃d
forte p̃dictum fuit in benedictione Ioſeph, q̃ legit: Donec veniret deſiderium collium æter- Gen. 46.
norum.& forte de eodem cecinit Dauid: Montes exultauerunt vt arietes &c. Fuerunt de- Pſal. 113.
mum qui opinati ſunt, per verba præfata deſcribi ſitum Arnon, quia cum ſcopuli præru-
pti & altiſſimi ſint in deſerto, paulatim inclinantur, donec requieſcant, id eſt, finiantur ꝓpe
Arnon. Vnde ſubiungitur:[vt reqeſcerent in Arnon,& recumberẽt].i. qeſcerent [in finibus
Moabitarum.]Qui fines inceperunt iuxta Arnon.[Et ex eo loco apparuit puteus,] hoc eſt,
ex loco prænominato deuenerunt filij Iſrael ad alium locum, in quo(Deo iubente & indican
te) adepti ſunt puteum per modum qui tangitur infrà. [ſuper quo] hoc eſt, de quo puteo
[loquutus eſt dominus ad Moſen: Congrega populum, & dabo ei aquam:]qua ipſi & pe-
cora reficiantur. Non legitur ꝙ dominus omnipotens & liberaliſſimus dederit populo ſuo
in deſerto vinũ aut carnes, ſed ſolũmodo panẽ & aquã ꝓ ſuſtẽtaculo vitæ. Nẽpe ꝙ aliqñ cõtu Exo. 16.
lit eis carnes, fuit ad petitionem ipſorũ,& potius in punitionem q̃ in bonum eorum. [Tunc Nũe. 11.
cecinit Iſrael carmen iſtud].i. filij Iſrael gratias domino retulerunt pro beneficio aquæ dan
do vel dato, dicentes:[Aſcendat puteus. concinebãt].i. filij Iſrael ſimul canebant grata & hi
lari mẽte.[puteus]aſcendat.i. aq̃ ex foſſa prorumpat, intantum vt ſuprà redundet,[quẽ fode
runt principes].i. capitanei Iſraeliticæ plebis,[& parauerunt duces multitudinis,]id eſt, p̃fa
ti principes q erãt ductores & capita ppl̃i. Vel p̱ principes intelligũt qcunq; principales de
populo

populo,ſicut textus ſupius diſſeruit,ꝙ Dathan & Abiron erant principes populi. In Ioanne
Nū. 16. q̊q; legit:Multi ex principibus crediderunt in Ieſum.[in datore legis].i. ex ōſione & iuſſio-
Ioan. 12. ne Dei,q erat legifer principalis,& Moſis,q fuit legislator miniſterialis & inſtrumētalis. [&
in baculis ſuis:]qa cū palis aut baculis foderunt, ſeu percuſſerūt in loco terræ eis mōſtrato à
Deo ꝑ Moſen,& inde aq̃ affluenter manauit.[Profectiq́; ſunt de ſolitudine]in[Mathana].i.
de vna ſolitudinis parte in aliā ſic vocatā.[de Mathana in Nahaliel]Iſta ſunt noīa locoꝝ,ꝑ q̃
tranſierunt,non manſionū in q̄bus notabiliter q̄euerunt.[De Nahaliel venerūt in Bamoth,]
q̊d eſt nomē manſionis ſecundū q̊ſdā. Aliq tamē dicunt,ꝙ nō ſit hic nomē māſionis,ſed val-
lis in regione Moab. Vnde ſubiungit:[Bamoth vallis eſt in regione Moab in vertice Phaſ-
ga].i. montis ſic dicti,[q̊d reſpicit cōtra deſertū.]Sed q̄liter potuit vallis eſſe in vertice mon
tis? Ad hoc quidā r̄ndent,ꝙ iſte ſit ſenſus, in vertice Phaſga.i. ꝓpe montē ſic dictū. Alij putāt
ꝙ mons ille ſit adeo grandis,vt in ſupioribus ſint colles & valles.[Miſit aūt Iſrael].i. Moſes,
ſecundum Gloſſam:vel ppl's,Moſe annuente,[nuncios ad Seon regem Amorrhæoꝝ, dicēs:
Obſecro vt tranſire mihi liceat ꝑ terrā tuā.]Iſtud humiliter rogauerunt filij Iſrael, qa Deus
directe promiſit eis terrā Chanaan trans Iordanē.[Qui cōcedere noluit, vt trāſiret Iſrael ꝑ fi
nes ſuos,qn potius congregato exercitu,egreſſus eſt obuiam in deſertū ,& venit in Iaſa,pu-
gnauitq́; cōtra eum].i. cōtra populū Iſrael,[à q̊ percuſſus eſt] Seon[in ore gladij,& poſſeſſa
eſt terra eius]à filijs Iſrael[ab Arnon vſq; Ieboc.] Arnon & Ieboc accipiunt hic ꝓ vrbibus,
q̄ꝝ vna fuit exordiū regni Seō,alia finis regni eiuſdē.[& filios Ammon].i. vſq; ad terrā Am
monitaꝝ. Dicit aūt Ioſephus multos Amorrhęoꝝ in pugna illa periſſe,alios ad flumina cor-
ruiſſe,q̊ſdam iaculis terræ affixos: fugientes ad mœnia,à fundibularijs eſſe ꝑuentos. ꝑfatam
etiā terrā Amorrhæoꝝ aſſerit inter tria flumina ſitā,vt inſulā,& eſſe vberrimā,ita ꝙ fluuius
Gene. 3. Arnon ſit à meridie,Iaboc ab aq̄lone,vnde in Geneſi habet de vado Iaboc Iordanis ab occi
dente. Præterea dicunt Hebræi,ꝙ rex Seon accepit pecuniā ab habitatorib⁹ terræ Chanaan,
q̄tenus filioꝝ Iſrael ꝓhiberet aduentum. Cur aūt filij Iſrael non obtinuerunt terrā Ammo-
nitaꝝ,ſubiungit:[quia forti ꝑſidio].i. tuitione[tenebant termini Ammonitaꝝ]ita ꝙ extre-
ma ſua q̄bus filij Iſrael ꝓpinq̄bant,munitionibus firmauerunt. Præcipua tñ ratio fuit,qa De
Deut. 23. us prohibuit filijs Iſrael inuadere Ammonitas,vt in Deuteronomio habet. idcirco ꝑforte ꝑ
ſidiū iſtud,qdā nō inepte intelligūt ꝑtactā Dei ꝓhibitionē. Poterat tñ materiale illud ꝑſidiū
eſſe tā forte,ꝙ filij Iſrael nō valebāt illud viribus ſuis expugnare,nec ad hoc voluit eos dñs ſu-
pernaturaliter adiuuare,qm̄ filijs Loth natis ex Ammon,tradiderat terrā illam.[Vrbs Heſe
bon fuit Seon regis Amorrhęi.]Per hoc ſatisfit obiectioni & dubitationi, q̄ moueri poteſt
circa ꝑdicta,q̄liter veꝝ ſit ꝙ filij Iſrael poſſederunt vrbē noīe Heſebon,cum illa ꝑtinuerit re
gi Moab,à cuius terra ꝓhibuerat dñs Iſraelē. Et r̄ndetur, ꝙ q̄uis ciuitas illa primo attinue-
rit regi Moab,poſtea tñ iure ꝑlij obtinuit eā rex Seon,& ab illo obtinuerunt eam filij Iſrael
iure belli.[q pugnauit contra regē Moab,& tulit oēm terram,q̄ ditionis illius erat].i. Seon
rex abſtulit regi Moab oēm terrā ſui dominij[vſq; Arnō.]Per q̊d innuit,ꝙ nō abſtulit ei to-
tū territorium regni ſui. [idcirco dr̄ in prouerbio] .i. in verbo vulgari & carmine publico
aliquantulū parabolico,ſecundū q̊d de notabilibus bellis magnificiſq; triūphis carmina ſo-
lent cōponi.[Venite in Heſebon].i. ad locū in q̄ ſteterat vrbs illa,anteq̄ Seon rex eā vaſtauit.
[ædificet,& conſtruat ciuitas Seon].i. ciuitas illa iā reparetur ad honorē Seon regis,cui nunc
attinet.[Ignis egreſſus eſt de Heſebon].i. ex ꝑcepto regis Seon poſſidentis vrbem noīe Heſe
bon,egreſſi ſunt eius miniſtri ad incēdendū alia oppida Moabitaꝝ. Vnde ſentētia iſta alijs
verbis repetit,vt moris eſt in cantilenis. [Flamma de oppido Seon] videlicet de ꝑfata vrbe
Heſebon.[& deuorauit Moabitaꝝ Arnō].i. vrbē ſic dictā,q̄ fuit inter vrbes Moab pręcipua.
*Ar [& habitatores excelſoꝝ].i. ſublimium locoꝝ[Arnon]hoc eſt,oppidi aut fluuij noīe Arnon.
[Væ tibi Moab.]Carmen iſtud à fautoribus Seon factum eſt & cantabat,q dixerūt Væ tibi
Moab.i. mors,confuſio, vaſtitas tibi illata eſt ò rex,ſeu plebs Moabitis.[periſti popule Cha
mos].i. tu gens Moabitica,q̄ colis idolum noīe Chamos,deiecta & victa es.[Dedit].i. Cha-
mos Deus Moabitaꝝ expoſuit,vel potius tradi permiſit,immo impedire non potuit.[filios
eius] vtpote populi ſe colentis[in fugam,]quia fugerunt territi Amorrhæos. [& filias in ca-
ꝑtiuitatē regi Amorrhæoꝝ Seon:] quia mulieres non ſunt ad fugiendum veloces, propter
quod velocius capiuntur.[Iugum ipſoꝝ diſperijt].i. poteſtas regis & plebis Moab,qua ali-
os opprimere conſueuit, deſtructa eſt[ab Heſebon]vrbe [vſq; ad Dibon] oppidum Moab,
[laſſi peruenerunt in Nophe & vſq; Medeba].i. Moabitæ fugientes tandem fatigati,venerūt
ad vrbes nomine Nophe & Medeba, ad quas confugerunt, quia nondum perdiderant eas.
Eſaiæ 17. De his & alijs ciuitatibus Moab legitur plenius in Eſaia & Hieremia. [Habitauit itaq; Iſra-
Hier. 48. el in terra Amorrhæi:] quia hæ vrbes pro tunc fuerant regis Amorrhæorum, & non regis
Moabitarum.[Miſitq́; Moſes]quoſdam de Iſrael,[qui explorarent Iazer] vrbē Seon.[Cui-
us ceperunt viculos,& poſſederunt habitatores.] Exploratores iſti plus fecerunt, quàm eis
iniun-

iniunctum fuit:qa nō ſolū explorauerūt,ſed etiā vaſtauerunt vrbē,ad quā explorandā erant
directi,& viculos circūiacentes. Habitatores vero locoꝝ illoꝝ poſſediſſe dicunt, qa ſubdi-
derunt eos ſuæ volūtati,& forſitā occiderūt.[Verterūtq́; ſe]vt redirent ad Moſen,[& aſcēde
runt ꝑ viam Baſan].i. regionis ſeu loci illius,[& occurrit eis Og] .i. ad occurrēdū parauit ſe,
atq; occurrere cœpit,[rex Baſan,cū omni populo ſuo,pugnatur⁹ in Edrai:] qa in loco ſic di
cto ꝓpoſuit contra Iſraelitas pugnare. Forſanq́; primo intendebat exploratores illos in via
ꝑimere,anteq̄ reuerterent ad Moſen. ſed Deo reuelāte,Moſes ꝓpoſitū & occurſum Og regis
decim vitulos offert,q vniuerſas aĩæ paſſiões mortificat & reformat,q dũ in tali cõflictu cre-
ſcit, q̃ſi q̊tidie ſubtrahit vnũ vitulũ à mactatione,q̃a non indiget tot vitia iugulare. Qui aũt
primo q̃rit regnũ cæloꝝ,& ab innocẽtia incipit expẽdere diẽ,offert agnũ in iuge ſacrificiũ:
offert & agnũ in veſꝑe,dũ diẽ fructuoſe ac innocenter trãſegit & claudit. Porro in exordijs Matt.6.
menſiũ ſacrificare,eſt totius gratiæ illuminationis cauſam atq; initium Deo grata ac humili
mente aſſcribere,propriumq; defectum corde contrito recognoſcere & fateri.Quatuorde-
cim agnos offert,q tribus virtutibus theologicis & q̃tuor cardinalibus,ſeptemq; donis De-
um ſynceriter colit:q̊d p̃cipue adimplere cenſet,q in vmbraculis commorat.i.in protectione
Dei & ſub vmbra alaꝝ ipſius, atq; ſub tegumento manus altiſſimi, & in refrigerio ſpiritus Pſal.90.
ſancti.Agit q̊q; feſtum cœtus & collectæ,q vniuerſas cogitationes,affectiones, verba & oꝑa
ſua conuocat,examinat,dijudicat:& q̊cq̊d in eis culpabile eſt,dãnat,punit & vitat:ſicq; ꝑ ſan
ctas meditationes,or̃ones & affectiones,ſtabilit ſe in Deo,Poſtremo circa p̃habita loq̃t Ori-
genes:O mira feſtiuitas.Dies feſtus vocat afflictio aĩæ,q̃a dies propiciationis,dies eſt affli- Origen.
ctionis.Vide ergo ſi diẽ feſtum vis agere,ſi vis vt lætet Deus ſuꝑ te, affige aĩam tuã & humilia
eã,ne expleat deſideria ſua,ne laſciuiat.¶Deniq; paſchæ feſtiuitas & azymoꝝ,panẽ affli-
ctionis habere dicuntur.Nec poteſt q̃s agere diẽ feſtũ, niſi afflictionis mãducauerit panẽ.Nã &
paſcha cum amaritudine mãducat.Vides ergo q̃les ſint feſtiuitates Dei, non recipiunt cor-

 pora-

poralem dulcedinem. Nihil remiſſum, nihil voluptuoſum admittunt, ſed afflictionem aīæ
& amaritudinẽ, humilitatẽq́ depoſcũt. Cũ eñ afflicta fuerit aīa & hũiliata in cõſpectu Dei,
Roma. 3. Lucæ 21. ꝓpiciat ei Chrs, quẽ pr̄ poſuit ꝓpiciatorẽ in ſanguine eius. Si autẽ vis videre, quõ in futuro
Apo. 21. agãt dies feſti, obliuiſcere cũcta: deſcribe tibi quõ cælũ terraq́ tranſeũt, & oīs habitus huius
mundi: cælũq́ nouũ & terra noua fundãt. Amoue lucẽ ſolis huius, & da ſeculo illi ſolẽ ſepti-
es clariorẽ, immo ipſum Deũ altiſſimũ. Pone adſtantes angelos gloriæ, & oẽs cæli virtutes.
1. Cor. 13. Conſidera quæ ibi feſtiuitas, quæ gaudia, quãta lætitiæ magnitudo. Vere ſicut nunc ex par-
te cognoſcimus, atq́ ex parte prophetamus, ita ex parte agimus feſta. Hæc Origenes.

¶Expoſitio cap. 30. Narrauitq́ Moſes filijs Iſrael. Arti. 47.

QValiter filij Iſrael habere ſe debeãt in p̃ceptis, p̃habitũ eſt. nunc edocet, q̃liter in his q̃
ſunt ſuperogationis, debeãt ſe habere. [Narrauitq́ Moſes filijs Iſrael oīa q̃ ei dñs impe
rarat] vt diceret ea ipſis, in q̃ patent fidelitas & obediẽtia Moſis: p̃ſidentibus q̃q́ datur
exẽplum, duplexq́ documentũ, videlicet vt vniuerſa q̃ tenẽtur ſubditis dicere inſtruẽdo, hor
tãdo, corripiendo, aut alio modo, dicant eiſdẽ aſſidue, omni ſ. tẽpore opportuno. Deinde, vt
q̃ ꝓmpte volũt ſibi à ſubditis obtẽperari, tã prompte, immo multo ꝓmptius, ipſi obtẽperẽt
Acto. 20. Deo. Hinc eñ in Actis ait Apl's: Nõ ſubterfugi q̃ minus annũciarẽ vobis omne cõſiliũ Dei.
2. Tim. 4 Et alibi: Prædica verbũ: inſta opportune, importune: argue, obſecra, increpa, in omni patien
tia. [Et locutus eſt ad principes tribuũ filiorũ Iſrael] q̃tenus ipſi denũciarent ea vlterius ſub-
ditis ſibi: [Iſte eſt ſermo quẽ p̃cepit dñs: Si qs virorũ votũ vouerit dño] .i. ꝓmiſerit Deo aliqd
ſe facturũ, aut non facturũ, [aut ſe iuramẽto conſtrinxerint, nõ faciat irritũ verbũ ſuũ, ſed im
plebit q̃d ꝓmiſit] ſiue iurauit, & iſtud eſt intelligẽdũ de viro libero, & q eſt ſui iuris, vt infrà
Hieron. magis patebit: & qa in ꝑſolutione debiti carnis, cõtorales ad paria iudicant, nõ poteſt mari
tus votũ continẽtiæ adimplere ſine vxoris cõſenſu. Intelligendũ eſt q̃q́ de voto & iuramen-
to, prout ſunt actus virtutis, & ſuꝑ debitã cadũt materiã, atq́ habuerint tres comites ſuos, q
ſunt, veritas, iudiciũ (.i. diſcretio) & iuſtitia: cõtra q̃ tria ſi qd iuret aut voueat, nõ eſt ſeruãdũ:
īmo nõ eſt veraciter iuramẽtũ aut votũ, vt ſunt actus virtutis, q̃ latria nũcupatur, ꝑ quã Deo
cultũ, cæremoniãq́ impẽdimus: & q taliter iurat aut vouet, peccat & trãſgreſſor efficit: nõ qa
nõ implet q̃d iurauit aut vouit, ſed qa illicite iurauit aut vouit. [Mulier ſi qppiã vouerit, &
ſe cõſtrinxerit iuramẽto, q̃ eſt in domo pr̄is ſui, & in ætate adhuc puellari] .i. nõdum data eſt
aut affidata marito, ſed eſt adhuc iuuenilis ętatis ſeu adoleſcẽtula. [ſi cognouerit pr̄] eius [vo
tũ q̃d pollicita eſt, & iuramẽtũ q̃ obligauit aīam ſuã] .i. ſeipſam, ſumẽdo partẽ pro toto. [& ta
cuerit] .i. nõ cõtradixerit ṽbo aut ſigno euidẽti, & multo plus, ſi verbo aut euidẽti ſigno con-
ſenſerit. [voti rea erit] .i. obligata ad votũ erit ſoluẽdũ. [Quicqd pollicita ẽ & iurauit, opꝫ cõ
plebit] .i. implere tenebit, ſiue obligauerit ſe ſolo voto, ſeu ſolo iuramẽto, & maxīe ſi ſimul
vtroq́. ¶Deniq́, qa vouere eſt actus virtutis, ad quẽ neceſſaria eſt diſcretio rõnis, ideo de pu
ellis adultæ ætatis, q̃ diſcretionis attigerint annos, intelligẽda ſunt iſta. Quocirca duæ occur
runt dubitationes: prima, an ſimile ſit iudiciũ de pueris ſeu maſculis nondũ emãcipatis, & vi-
det ꝙ īmo, cum eadẽ eſſe ratio æſtimet, qa ſub parentũ cura ſunt cõſtituti. Secunda, an q̃d di
ctũ eſt de pr̄e, ſit etiã intelligendũ de mr̄e, p̃ſertim pr̄e defuncto. Certũ eſt eqdẽ, ꝙ pr̄ ſit prin
cipalis in regimīe domus, curaq́ ſobolis. Sed eo defuncto irrecuꝑabiliterve ſubtracto, ma-
net ꝓles ſub cura & regimīe mr̄is. Sicq́ apparet, ꝙ in ea exiſtat authoritas reuocãdi ſuę ſobo
lis iuramẽtum & votum. Inſuꝑ intelligenda ſunt iſta de ꝓle nõ emãcipata, q̃tum ad ea in qb'
ſubiecta eſt pr̄i, & q̃tũ ad res pr̄is. In aliqbus vero eſt libera, p̃ſertim q̃tum ad actus intellecti-
uæ partis interioris, & q̃ ad ea q̃ directe cõcernunt totum atq́ ꝑpetuum ſuę ꝑſonę ſtatum, vt
ſunt religiõem intrare, cõtoralem acciꝑe, caſtimoniã cõſeruare, militiã ꝓfiteri: & in talibus
nõ poſſunt ei' vota aut iuramẽta reuocari à pr̄e. [Si maritũ habuerit, & vouerit aliqd, & ſe-
mel de ore eius verbũ egrediens, aīam eius obligauerit iuramento, q̃ die audierit vir, & non
cõtradixerit, voti rea erit, redderq́ q̃dcunq́ ꝓmiſerat.] Iſtud dupliciter poteſt intelligi. Pri
mo, de muliere q̃ aliqd iurauit aut vouit añq̃ nupſit aut fidẽ dedit marito, cui mulieri à pr̄e
ſuo cõceſſum eſt implere q̃d vouit ſiue iurauit, & tñ añ hmõi impletionẽ dat marito, q cũ co
gnouerit votũ aut iuramẽtũ traditæ ſibi vxoris, poteſt illud caſſare: & ſi primo die q̃ cogno
uerit tale ſuæ cõiugis votum aut iuramẽtum, cõtradixerit, mulier nõ eſt voti iuramẽtive rea:
Auguſt. aliàs obligat implere. Sic exponit Auguſt. & Gloſſa. Secũdo exponitur de muliere affidata,
nõdũ egreſſa de domo p̃rna, cuius votũ poteſt caſſari tã à pr̄e, inq̃tũ adhuc eſt ſub eius cura, q̃
à marito modo p̃tacto. Sicq́, vt fert, exponunt Hebræi. Et hãc expoſitionẽ approbat Lyra, q
tñ in expoſitiõe caſus p̃habiti, q eſt de puella nõ affidata nec maritata, affirmat ꝙ caſus ille
nõ ſit intelligẽd' de his q̃ ſunt maritatæ, licet adhuc maneãt cũ pr̄e, qa ſunt emãcipatæ: ꝑ q̃d
videt innuere, ꝙ nõ ſint ſub cura pr̄is, ita ꝙ earũ votũ aut iuramẽtũ queat caſſare: ideo, ꝙ pr̄
poſſit irritare votum aut iuramẽtum filiæ affidatæ, q̃uis adhuc ſecum manẽtis, nõ videt aliq
bus certum, ſi ꝑ verba de p̃nti, in poteſtatẽ mariti trãſlata ſit: ſecus, ſi ꝑ verba de futuro, data
ſit

ſit fides. [vidua & repudiata, qcqd vouerint] aut iurauerint, [reddẽt] ſecundũ ſenſum p̃tactũ
de viris, videlicet ſi ſint ſui iuris, & licẽter fecerint votũ aut iuramentũ. ¶Seqt de vxore q̃ eſt
in domo mariti ſui, ſeu ei iã tradita plene. [Vxor in domo viri, cum ſe voto cõſtrinxerit &c.
reddet q̃dcũq́ ꝓmiſerat.] Lr̃a eſt plena, qm̃ talis mulier nõ poteſt ita vouere aut iurare, quin
vir valeat reuocare, mox vt audierit ſiue ꝑceperit. [Si aũt vir nõ cõtradixerit] prima die, [mu
lier eſt obnoxia] .i. obligata voto aut iuramẽto implẽdo q̃tũ in ſe eſt. Veruntñ ſi maritus ꝓ-
hibuerit ei poſtea votũ implere aut iuramentũ, ipſa excuſat, & viro culpa imputat. ideo dr̃:
[Si aũt non contradixerit poſtq̃ reſciuit] .i. ſi maritus non reuocauerit vxoris votũ aut iura-
mentũ, ſtatim cũ illud primo agnouit, ſed poſtea ꝓhibuerit ea impleri, [portabit ipſe iniqta
tẽ ſuã] .i. culpabilis erit, pœnaq́ luet, quã mulier ſuſtineret, ſi ex ꝓpria voluntate violaret
votũ aut iuramentũ. Iſtud tñ intelligendũ cẽſetur de his, in qbus vxor viro ſubiecta eſt, non
de his, in qbus eſt libera: qa ſi vouet qs, q̃d īplere non valet ſine derogatiõe iuris, q̃d alter ha
bet in eo, nõ poteſt illud īplere ſine cõſenſu alterius. Veruntñ in votis poteſt diſpẽſatio fieri,
dũ rõnabilis cauſa occurrit, & commutari poſſunt in melius authoritate ſuꝑioris. Inſuꝑ ſe-
cundũ q̃d Thomas ſcribit in Secũda 2. q̃ſt. 88. Votũ eſt cõceptio boni ꝓpoſiti cũ deliberatiõe Votum.
firmata, q̃ qs ad faciendũ vel non faciẽdũ Deo ſe obligat. In q̃ diffinitione, facere, capit mul-
tũ extẽſe, prout includit loq, cogitare, affectare ac agere. & q̃uis hõ nõ poſſit hoī aliqd ꝓmit-
tere, niſi ꝑ verba aut exteriora ſigna, Deo tñ poteſt ꝓmiſſio fieri ꝑ ſolã interiorẽ cogitationẽ
& diffinitionẽ. Interdũ tñ verba addunt, propter ſuiipſius excitationẽ aut aliorũ conteſtatio
nẽ. Cũq́ votũ ſit ꝓmiſſio Deo facta, cui nil placet niſi q̃d moraliter bonũ eſt ſeu virtuoſum,
ideo mala ſeu indifferẽtia non cadũt ꝓprie ſub voto. Silr̃ nec īpoſſibilia, nec ea q̃ ſunt neceſ
ſaria abſolute opa aut ſuperogationis ꝓpriiſſimę, cadũt ſub voto. Ea q̃q́ q̃ ſunt neceſſaria ne-
ceſſitate finis, videlicet impletio p̃ceptorũ, ſub voto cadere queunt, inquãtũ libere obſeruãt.
¶Amplius, votũ obligat magis q̃ iuramẽtũ: qa ad fidelitatẽ ꝑtinet votũ īplere, & voti fractio,
infidelitatis eſt ſpecies: ad iuramẽti aũt īpletionẽ tenemur ex debito reuerẽtiæ, quã Deo ex-
hibere tenemur, implẽdo q̃d ꝑ nomẽ ipſius firmauimus. Infidelitas aũt eſt grauius malũ q̃ ir
reuerẽtia, & eã includit, & mali aliqd ſuꝑaddit, non ecõuerſo. Ex p̃habitis etiã cõſtat, ꝙ ſer-
uus emptitius ſiue vernaculus aut hæreditarius, nõ poteſt vouere religionis ingreſſum, aut
aliqd q̃d ſine dñi ſui cõſenſu īplere nõ valet: ꝓles aũt q̃ ad pubertatis annos deuenit, cũ ſit libe
ra, q̃ ad ſuã ꝑſonã opationesq́ ꝑſonales, poteſt inuitis parẽtibus ingreſſum religionis ꝓmit
tere & īplere. Porro religioſa ꝑſona ſuo p̃lato aut p̃latæ ſubiecta eſt, ſecũdũ tenorẽ ſuæ profeſ
ſiõis: ideo qñ nõ occupat à ſuo ſuꝑiori circa debita aliq̃, põt facere alia. Sed qm̃ nullũ ẽ tẽpus
ī q̃ à p̃ſidẽte occupari nõ poſſit, ideo nullũ votũ religioſę ꝑſonę vim habet, niſi de ſuꝑioris ſui
cõſenſu. Poſtremo, cũ votũ ſit act' latriæ, q̃ ẽ p̃clariſſ. virtus moralis, valde meritoriũ ẽ voue
re. Virtuoſiusq́ cõſiſtit facere bonũ ex voto, q̃ abſq́ voto, p̃ſertim cũ vouẽs, votũq́ implẽs, of
ferat fructũ cũ arbore, & ſuã volũtatẽ Deo ītẽti' vniat, & op' bonũ liberaliori reddat affectu.

¶Expoſitio literalis cap. 31. Loquutusq́ eſt dominus ad Moſen. Arti. 48.

EXecutio p̃cepti de Madianitarũ interfectione in ſuꝑioribus poſiti, modo deſcribit. [Lo Nũe. 25.
cutusq́ eſt dñs ad Moſen, dicẽs: Vlciſcere prius filios Iſrael de Madianitis] .i. Madiani-
tas fac occidi propter impietates eorũ in filios Iſrael, q̃s deceperunt. [& ſic] .i. hoc facto
[colligeris ad ppl'm tuum] .i. ꝑ mortẽ corporalẽ deſcẽdes in limbũ patrum, vel (vt Gloſſa ex-
ponit) ad ſanctos ſupernæ ciuitatis ciues. non tñ factum eſt hoc añ Chr̄i aduẽtum, niſi ꝙ ſan
cti illi in limbo detẽti, erãt ciues futuri in regno cælorũ, & p̃deſtinati ad hoc. Nec eſt putandũ
ꝙ Moſes obijt īmediate poſt Madianitarũ interitũ, ſed cito poſt eũ. verũ ſecundũ Gloſſam &
Origenẽ, ex verbis his ſumit argumẽtum cõtra eos, q negant aīæ īmortalitatẽ & reſurrectio Origen.
nẽ futurã. Nemo enim apponit ad eos q non ſunt. Conſtat igitur eſſe aliquẽ populũ, cui dñs
dicit Moſen apponẽdũ. [Statimq́ Moſes] ad ppl'm: [Armate, inqt, ex vobis viros ad pugnã,]
q̃uis ſanct' vir audiuit à dño, ſe celeriter moriturũ Madianitis occiſis, non tñ ob hoc procra
ſtinat diuini executionem p̃cepti, q̃ſi deſiderãs diutius viuere in hoc mundo, ſed mox p̃cepit
iuſſionẽ Dei executioni mãdari, [q poſſint vltionẽ dñi de Madianitis expetere] .i. vindictã
à Deo iuſſam, & q̃ vindicabit iniuriã Deo illatã, qa ex Madianitarũ practicatiõe filij Iſrael in Nũe. 25.
fornicationẽ & idololatriã, deinde in corporalẽ interitũ ſunt prolapſi. [Mille viri de ſingu-
lis tribubus eligãtur ex Iſrael, q mittãtur ad bellũ] videlicet viri aptiores ad p̃lium. [q̃s Mo-
ſes miſit cũ Phinees] q erat vir feruẽs, fortis & audax, quẽadmodum antea miſerat ipſum Io- Nũe. 13.
ſue, & q̃ſdã ex populo contra Amalech, vt in Exodo ſcriptũ eſt. Ioſephus dicit, de q̃libet tri- Exod. 7.
bu ſumpta fuiſſe duodecim millia: & ſicut Ioſue elegit illos, ſic Phinees iſtos, adiuuantibus Ioſe. li 4. An. Iud.
eũ in eligendo principibus. Quare aũt Moſes non miſit millia iſta cũ Ioſue? forſan qa iã ſub- cap. 5.
ſtituerat ſibi ipſum Ioſue in totius populi principẽ. [Vaſa q̃q́ ſancta & tubas ad clãgẽdũ tra
didit *ei] .i. ipſi Phinees .i. eius cuſtodiæ ea commiſit. Porro, ꝑ vaſa ſancta qdã intelligunt ar *eis
cã Dei & aureã laminã, q̃ pendebat ad frontem pontificis, habens ſibi inſcriptum nomẽ dñi

tetragrãmaton,vt in Exodo eſt dictũ.vnde & 1.libro Regũ leguntur filij Iſrael miſiſſe pro ar
Exo. 28. 1.Reg.4. ca,qñ ſemel cæſi fuerunt à Philiſtæis. per tubas vero intelliguntur tubæ,qbus vtebantur in
Ioſue 6. bellis,vt dictum eſt ſuprà.Vnde & in libro Ioſue leguntur ſeptem ſacerdotes,ſeptem bucci
Ibidem. nis clanxiſſe:vel vaſa ſancta erãt quęcunq; inſtrumenta deputata ad Dei cultum,q̃ꝝ vſus po
terat eſſe in prælijs.Sacerdotes quippe habueruntbuccinas duplices,ſ.corneas,qbus vteban
tur in iubileo & feſtis qbuſdam,qbus & in ſubuerſione Hiericho vſi ſunt, & item ꝓductiles
bellicas: & cur illis vtebant in prælijs,dictumeſt ſuprà. Sicq; ꝑ vaſa ſancta intelligi poſſent
Nũe.10. buccinę,qbus in ſolẽnitatib⁹ vtebãtur. [Cũq; pugnaſſent]filij Iſrael[cõtra Madianitas,atq;
viciſſent,oẽs mares occiderũt.]Oĩpotens eñ perterruit & deiecit impios illos,& cõfortauit
ſuos cultores.Dicunt aũt Iudæi,ꝙ aurea lamina eleuabat in altũ:q̃ viſa aduerſarij excæcati,
Nũe.22. corruerunt in terrã.[& reges eoꝝ Eui & Sur & Reſem & Vr & Rebe]Præhabitũ eſt ꝙ Balac
1.Reg.5. fuit rex Madianitaꝝ.Ideo iſti nõ fuerunt plenarie reges,ſed reguli & principales poſt regem
totius regni,quẽadmodum & Philiſtæi legunt habuiſſe ſatrapas qnq; & regem.Hinc de his
Madian regibus ſubdit:[qnq; principes gentis]eoꝝ,ita ꝙ vnuſqſq; eoꝝ ſub rege, ꝑfuit ali-
cui parti populi ſibi aſſignatæ.[Balaam q̃q; filiũ Beor interfecerunt gladio.] ſicq; obijt mor
te iuſtoꝝ.i.illata ſibi à iuſtis,ſed abſolute loquẽdo, obijt morte iniuſtoꝝ, de qua in Pſalmo:
Pſal.33. Mors pctõꝝ peſſima. Hinc elicitur, ꝙ Balaam poſt receſſum ſuum à Balac, ad Madianitas
reuerſus ſit.Forſitan eñ audita tranſgreſſione & interfectione filioꝝ Iſrael,q̃s inciderunt ex
ſua ſuggeſtione,putauit eos adhuc vincendos in bello,ideo ſumpſit redeundi audaciã. Ve-
Origen. runtñ Origenes circa hæc ſcribit:Dictũ eſt ꝙ Balaam redijt in locum ſuũ,ſed forte reuerſus
eſt,q̃uis ſcriptura non dixerit,vel forſan à loco ſacrificij redijt in locũ ſui hoſpitij.Attñ poti
Nũe.24. us reor,ꝙ cœpit reuerti in terrã ſuã.Nã inter cætera dixit ad Balac: Veruntñ pergens ad po-
pulum meũ,dabo tibi cõſilium &c.vt ſcriptũ eſt ſuprà. [Egreſſi ſunt aũt Moſes & Eleazarus
ſacerdos,& oẽs principes ſynagogæ].i.duces tribuũ & iudices q ꝑfuerunt ſub Moſe, [in oc-
curſum eoꝝ]qa victorioſe egerunt,[extra caſtra.]Vnde & militibus ſtrenuis cũ triũpho re
deuntibus rex ſolet occurrere.[Iratuſq; Moſes]ira ꝑ zelũ,[principib⁹ exercitus] duodecim
milliũ,vtpote[tribunis & centurionibus q venerãt de bello.]Principes autem illi præfuerũt
exercitui.i.aliqbus pꝛĩbus eius,& erãt ſub Phinees,q erat princeps cõmunis totius illi⁹ exer
citus.ſed q̃re Moſes nõ fuit irat⁹ ipſi Phinees, cũ ei ſequẽs culpa tanq̃ ſupiori videret magis
imputãda,q̃ alijs? Dici poteſt,ꝙ & Phinees includit ſub noĩe principum,vel in facto illo nõ
habuit culpam,quia fortaſſis ceſſit principum importunitati. [ait: Cur fœminas reſerua-
ſtis?].i.viuere permiſiſtis,cum meruerint mortẽ,alliciẽdo filios Iſrael ad fornicãdum & ido-
Nũe.25. lolatrãdum.ideo ſequitur:[Nonne iſtæ ſunt q̃ deceperunt filios Iſrael ad ſuggeſtionẽ Balaã,]
vt patuit cap.25.[& præuaricari fecerunt vos in dño ſuper peccato Phogor?].i. per idolola-
triam Beelphegor.Eſt aũt cõſuetudo ſcripturæ,vt adſcribat cõmunitati aut ſocietati, q̃d fa
ctum eſt aut contigit qbuſdam ex eis.Sic & iſti dicuntur taliter ꝑuaricati,qñ eoꝝ conſocij
idololatrauerunt in Phogor.q enim illa crimina commiſerunt,fuerunt occiſi. Vel ſi adhuc
Ibidem. qdam illoꝝ erãt ſupſtites,per pœnitẽtiã & per zelum,operationẽq; Phinees, manũ dñi eua
ſerũt iuxta ꝑinducta.[Ergo cũctos interficite,qcqd gñis eſt maſculini,etiã in paruulis:]Iſtud
fortaſſe duꝝ & crudele videt fuiſſe,& tñ iuſte ac rõnabiliter geſtũ eſt, videlicet in tantoꝝ de-
teſtationẽ facinoꝝ cõmiſſoꝝ à pꝛĩbus paruuloꝝ iſtoꝝ, qui pꝛẽs filias ſuas proſtituerunt, &
vt patres in ſuis paruulis punirentur,& qñ expediebat paruulis illis ſic mori, ne in adultã ꝑ-
uenientes ætatem,grauiter peccando, æternã acqrerent dãnationem, & quia Deus volebat
hoc modo rigorem ſuę manifeſtare iuſtitiæ ad alioꝝ terrorem.[& mulieres q̃ nouerunt vi-
Ibidem. ros in coitu, iugulate:] qñ prouocando filios Iſrael ad peccandũ,vel filias ſuas mittendo ad
ipſos,meruerunt occidi,immo & alijs modis,qñ erãt vitioſę idololatræ.[Puellas autem]etiã
†fœmi- paruulas,[& omnes†mulieres virgines reſeruate vobis]non ad luxuriandũ,ſed ad cõmenda
nas tionẽ virgineæ caſtitatis,& vt ſuo tempore ducatis eas vxores,cõuertatiſq; eas ad Dei cultũ,
& quia puellæ nõ potuerunt poſtea ita nocere filijs Iſrael,ſicut paruuli mares.[& manete ex-
tra caſtra]Dei[ſeptẽ diebus].i.non præſumatis ingredi ſacra loca ſeu atrium tabernaculi in-
fra ſeptem dies, q̊uſq; ſitis purgati iuxta legis præceptum ꝑ adſperſionem aquæ luſtrationis
tertio die ac ſeptimo,non ꝙ peccauerunt interficiendo Madianitas ex Dei pręcepto,immo
Num.5. in hoc meruerunt: ſed qñ ex contactu mortuoꝝ & reꝝ mortuis adiunctaꝝ contraheba-
tur immunditia quædam legalis,impediens ab ingreſſu ſancti loci & eſu ſacrificioꝝ ꝑ modũ
frequenter expreſſum.hinc ſubdit:[Qui occiderit hoĩem]q̃uis iuſte, vel occiſum tetigerit,
luſtrabit].i.aqua adſperſionis purgabit]die tertio & ſeptimo.Et de omni ꝑda].i. qcqd inter
ſpolia continet,[ſiue veſtimẽtum fuerit,ſiue vas,expiabit].i. purgabitur iuxta ritũ legis, qa
immundũ eſt eo modo,q̃ immunda fiebãt q̃ in domibus morientiũ erãt,dũ moriebãt. Hinc
ſubiũgit:[Eleazar q̃q; ſacerdos ad viros exercitus,q pugnauerãt,ſic locutus eſt: Auꝝ & argẽ
tum, & æs,& ferꝝ, & plumbũ,& ſtannũ,& omne q̃d poteſt tranſire ꝑ flãmas,] abſq; ſua cor-
rupti-

ruptione & notabili læſione, [igne purgabit. Quicqd aũt ignẽ nõ poteſt ſuſtinere,] ſaltẽ ad
modicũ tẽpus,quẽadmodũ auꝝ & argẽtũ,q̃ tñ reſolui poſſunt,ſi diu in igne remaneãt.[aqua
expiatiõis ſanctificabit].i.ꝑ adſperſionẽ aquæ luſtratiõis purgabit, [& lauabitis veſtimenta
vr̃a die ſeptimo.]vñ ſuprà ſcriptũ eſt:Expiat⁹die ſeptimo lauabit ſe & veſtimẽta ſua.[& puri
ficati poſtea caſtra intrabitis].i.atriũ tabernaculi,vt dñm exoretis,& ei hoſtias offeratis.Se- Nũe.19.
quit de ſpolioꝝ diuiſiõe:[Dixit q̃q; dñs ad Moſen: Tollite ſummã eoꝝ q̃ capta ſunt] in ter
ra,[ab hoĩe vſq; ad pecus] incluſiue, numerãdo tã hoĩes q̃ pecora illa,& intelligit de adhuc
viuẽtib⁹:de hoĩbus aũt Madianitis captis,nõ erãt ſupſtites niſi virgines,q̃s filij Iſrael diſcre-
uerunt ab alijs ꝑ aliq̃d ſignũ datũ à Deo ꝑ Moſis informationẽ. [tu & Eleazar ſacerdos & oẽs
pꝛĩcipes vulgi,diuideſq; ex æquo ꝑdã inter eos q pugnauerũt, & inter oẽm reliquã multitu
dinẽ].i.totã haꝝ reꝝ viuentiũ,ſ.virginũ & pecoꝝ,ꝑdã ſeu multitudinẽ,ſiue ſuppoſita,diui-
des in duas partes ęq̃les,quaꝝ vnã dabis eis q pugnauerũt,aliã reliq̃ multitudini Iſrael.Sic q
dam exponũt.tñ vt verba ſonãt,videt ſic accipi poſſe,ꝙ æque multũ dabat his q pugnauerũt,
& eis q mãſerũt in caſtris,ita ꝙ ſingulis æqua pars donabat,ſecũdum q̃d primo Regũ lib.ait 1.Re.30.
Dauid: Aequa pars erit deſcendẽtis in ꝑliũ, & remanẽtis ad ſarcinas. Quod ſi dicat,obuiare
videt q̃d ꝑtacto Reg. cap.legit: Factũ eſt hoc deinceps quaſi cõſtitutũ & lex in Iſrael. Ex quo
apparet,ꝙ antea nõ fiebat ſic. Deniq; in textu ſubiungit: [& ſeparabis partẽ dño].i.ad vſum
miniſtroꝝ eius,ſ.ſacerdotũ ac Leuitaꝝ,[ab his qui pugnauerũt,vnã animã].i.vnã perſonã,
quãtum ad virgines:& vnũ indiuiduũ,quãtum ad pecora, [de quingentis] animabus, [tam
ex hoĩbus].i.virginibus captis,[q̃ ex bobus & aſinis & ouibus].i.quibuſuis iumentis,[& da
bis eam Eleazaro ſacerdoti].i. põtifici pro ipſo & ſacerdotibus alijs. [qa primitiæ dñi ſunt]
id eſt,de rebus iure pręlij adeptis offerẽdæ ſunt dño pro primitijs,ſicut de aĩalibus & terręna-
ſcẽtibus offerebant primitiæ dño.[Ex media q̃q; parte filioꝝ Iſrael].i.ex alia medietate pręda
dæ aſſignata,& data his qui in bello nõ erãt. [accipies qnquageſimũ caput].i.indiuiduũ [ho-
minũ & boum].i.virginũ & pecoꝝ, [& dabis ea].i. indiuidua illa [Leuitis] ꝑ diuiſionẽ iuſtã
& cõgruentẽ,ſicq; à pugnatorib⁹ plus de ꝑda habẽtib⁹ min⁹ acceptũ eſt,& plus ab alijs.Forſan
qñ pugnatores eũdo,pugnãdo & redeũdo plus laborauerũt. Porro ꝙ media pars totius ꝑdæ
data ſit eis,aptiſſime patet ex ſequẽtibus verbis textus,in quo diuiſio illa taxat,& planus eſt
textus. Virginib⁹ aũt Madianitis ſacerdotes & Leuitæ nõ ad libidinẽ ſunt abuſi,ſed potius cõ
uerterũt eas, & cõnubio ſociauerũt,aut aliter pie tractauerũt.[Cumq; acceſſiſſent principes
exercitus] q pugnauit,[ad Moſen,dixerunt:Recenſuimus].i.numerauimus & intuiti ſumus
[numeꝝ pugnatoꝝ]veluti poſt pugnã fieri moris eſt,[& ne vnus quidẽ defuit].i. nullus eo-
rum in bello ſuccubuit,cũ tamẽ aduerſarij fuerint multo plures q̃ ipſi:quo clariſſime patu-
it,victoriã eis deſuper datã. [ob quã cauſam offerimus] ſpõte ꝓ gratiaꝝ actiõe [in donarijs
dñi].i.inter ea quæ dño cõſecrant vt munera.[ſinguli q̃d in ꝑda auri potuimus inuenire].i.
aurea ornamẽta quæ inter ſpolia reperimus. Fuit aũt oblatio iſta de rebus inanimatis. [Pe-
riſcelides,]quę ſunt ornamẽta fœminaꝝ in eaꝝ veſtitu circa renes,ad cõponendũ eaꝝ greſ-
ſum.[& armillas] q̃ ſunt ornamẽta circa armos ſeu humeros,[annulos]q digitis imponunt.
[& dextralia].i.ornamẽta brachioꝝ ſeu dexteræ.[ac muręnulas] quę ſunt ornamẽta colli,ſeu
catenulæ ibi circũpoſitæ ꝓ ornatu.[vt depreceris ꝓ nobis dñm]nõ ꝙ corporalia illa dabant,
vt preciũ or̃onis,q̃ eſt bonũ ſpũale,ſed tanq̃ ſigna internæ deuotiõis ad prouocãdum & incli
nandũ cor Moſis vt oraret pro ipſis. [ſuſceperũtq; Moſes & Eleazar] illa donaria.[vnuſqſq;
eñ quod in ꝑda].i.in deꝑdatiõe Madianitaꝝ [rapuerat,ſuũ erat] iure belli iuſti, & ex cõceſ-
ſione Dei,cuius ſunt oĩa,& q dat ea cui voluerit.[& ſuſceptũ intulerũt in tabernaculũ].i. oĩa
illa à bellatoribus deuote oblata,Moſes & Eleazar poſuerũt in tabernaculo, [in monimen-
tum].i.memoriale[filioꝝ Iſrael corã dño] vt ſ.Deus illa in ſuo ſanctuario videns ſic poſita,
pie recordaretur & miſereretur eorum qui ea obtulerunt, totiuſq; populi.

¶De ſpirituali ſententia huius cap.XXXI. Art. XLIX.

PEr Moſen nõ ſolũ Chr̃s,ſed & qlibet ꝑlat⁹ ſeu princeps vere Chr̃ifidelis,figuraliter deſi
gnat.Quẽadmodũ ergo Moſi deſuꝑ iuſſum eſt, vt populũ ſibi cõmiſſum vindicaret de
aduerſarijs ſuis añ obitũ ſuũ,ſicq; colligeret ad ſanctos in limbo,ita Chr̃ianis iubet prin
cipibus,vt plebẽ Chr̃i à ꝑfidis ac tyrãnis, impijſq; tueant hoĩbus,& pro Chr̃ianæ religionis
defenſiõe viriliter prælient,ac deuaſtationẽ eccleſiæ vlciſcant in hoſtes ipſius.Porro prælatis
præcipit,vt cõtra inuiſibiles hoſtes, à qbus plebs Chriſti aſſidue fallitur, ſpũaliterq; mactat,
accingant ad pugnam, & ſubditos ſuos arment virtutibus, ac feruide exhortent, quatenus
cum oĩ̃i humilitate & ſpe diuini auxilij atq; feruore ſpũs ſancti,reſiſtant peſſimis humanæ
beatitudinis inimicis,eoſq; ſub ſuis pedibus cõterere enitant,vitia ſuperãdo,ac Deo in oĩ̃i-
bus obediendo.Nempe quoties tentatiõibus ꝑualent & vitia ſuperãt, toties inuiſibiles illos
hoſtes cõculcant. Quòd ſi prælatus viderit oĩ̃es ſibi cõmiſſos nõ eſſe ad talia bella idoneos,
eligat fortiores.i.virtuoſiores quoſq; admoneat ad pugnãdum ꝓ ſeipſis ac alijs, indeſinẽter

orando,gemendo,& cætera virtutũ exercitia alacriter ꝓſequẽdo.Talibus Chr̃i militibus ꝑ-
ficiẽdus eſt Phinees.i.vir exercitatus in om̃i virtute,impterritus corde,zelator Dei,amator
fratrũ.& dãda ſunt eis vaſa ſancta, q̃a eccleſiaſticis ſacramẽtis ſunt muniẽdi;& ſancti pr̃es, q
erãt vaſa electiõis diuinæ & gr̃æ ac virtutũ,ꝓponẽdi ſunt eis in exẽplũ ad imitãdũ. Dãdæ q̊qꝫ
ſunt eis tubæ ad clãgendũ.i.orões & pſalmi,cãtica ſpũalia,& diuinaꝶ eloq̃a ſcripturaꝶ,iu
xta q̃ regãt ſe,& dęmones clãgore orõnũ ac laudũ expellãt;ſic'qꝫ vincãt nõ ſolũ Madianitas,
id eſt,viſibiles ſeu iuiſibiles æmulos Chr̃ianiſmi,ſed & q̃nqꝫ reges eoꝶ.i.prĩcipes tenebraꝶ,
qui ꝑ exterioꝶ q̃nqꝫ ſenſuũ obiecta & delectamẽta vincũt innũerabiles,& iugiter cõtradicũt
veritatib⁹ euãgelicæ legis.Inſup interficiẽdus eſt Balaam gladio.i.ſeductores peſtiferi & cõ-
ſultores fallaces,verbo Dei ſunt cõuincẽdi ac reprobãdi.Per hoc q̊qꝫ ꝙ Moſes irat⁹ fuit prin
cipib⁹,eo ꝙ fœminas corruptas reſeruauerũt,dat̃ intelligi,ꝙ virtuoſus p̃lat⁹ gregi ſibi credi
to debeat iuſte iraſci,ſi vitioꝶ occaſiões ac ſcãdala adduxerint ſecũ, nec ſcãdalizantia abſci-
derint mẽbra.ideo occidẽdę ſunt fœminæ tales.i.cõcupiſcẽtię venereæ ꝓrſus ſunt ſuffocãdę,
immo & paruuli ſexus maſculini.i.primi mot⁹ carnalitatis.Virgines vero.i. caſtæ affectiões
ſunt cõſeruãdæ.Similiter pecora,q̃m corpora nõ ſunt penit⁹ cõterẽda,ſed moderate frenãda
ac caſtigãda.Verũtñ pugnatores iſti q̃tũlibet fortes,maculas aliq̃s cõtrahũt in pugnãdo,vel
nõ tã cito ac fortiter reſiſtẽdo,aut aliq̃d ſuis virib⁹ attribuẽdo,aut ſupflue repauſando: ideo
indigẽt aq̃ adſpſiõis.i.lachrymis cõpũctiõis,& rore gr̃æ amplioris, vnda'qꝫ ſapiẽtiæ ſalutaris
ꝑfundi ac emũdari;& q̃cq̃d p̃dãdo obtinuerũt ab aduerſarijs ſuis, vt auꝶ ſapiæ naturalis,ar-
gentũ eloquẽtię rhetoricalis,æs cõſtãtiæ,ferrũ roboris,plũbũ grauitatis,ſtãnũ nitoris,opor-
tet igne charitatis purgari à culpis eis admixtis:ſed veſtimẽta.i.virtutes,earũ'qꝫ actus,q pãno
mẽſtruatæ aſſimilant̃,neceſſe eſt emũdari à q̊tidianis peccatis q̃ ꝑmiſcent̃. ¶Præterea tollẽ-
da eſt ſumma eoꝶ,q̃ capiunt̃ in bello,q̃m oĩs ſpũalis pfect⁹ eſt cõputãdus,& q̃cq̃d in tali triũ-
pho eſt p̃cipuũ,Deo in primis loco primitiaꝶ eſt offerẽdũ. ſed & prĩcipes Chr̃iani,q in exte
riorib⁹ bellis ſortiunt̃ victorias,debẽt eccleſijs Dei largas cõferre oblatiões, & imolãdę ſunt
Deo periſcelides.i.caſtimoniæ decoramẽta, & armillæ.i.piæ ſufferẽtiæ defectuoſitatũ aliena
rũ,dextralia q̊qꝫ.i.fortitudines opeꝶ,annuli fidei,muręnulæ q̊qꝫ.i.cõnexiões & cõtẽperatiões
actionũ virtuoſaꝶ,ac ordinatiões ſermonũ vtiliũ:q̃bus oĩbus ꝑornãdæ ſunt animæ,& de eiſ-
dem glorificãdus eſt Deus vniuerſoꝶ fons bonoꝶ,adiutor & conſeruator ſuorum.

¶Expoſitio lr̃alis cap.XXXII.Filij aũt Rubẽ & Gad habebãt pecora &c. Art. L.

SCriptura nũc docet,q̃liter duæ tribus & dimidia ſortitæ ſunt terrã habitatiõis ſuæ vltra
Nũe. 32. Iordanẽ.Facilia aũt ſunt trãſcurrẽda,vt difficiliorib⁹ immoret̃.Porro nulla in iſto eſt dif
Nũe. 21. ficultas cap̃lo.[Filij aũt Rubẽ & Gad]q̃bus infrà annumerat̃ media trib⁹ Manaſſę,[habe
Nũe. 31. bãt pecora multa.] Iã eñi tria regna vaſtata & dep̃data erãt à filijs Iſrael,ſ.regnũ Seon,regnũ
Og,regnum'qꝫ Madian. Ex Aegypto q̊qꝫ deduxerũt pecora ſua, q̃ in deſerto prolificauerũt.
[& erat illis in iumẽtis infinita].i.magna valde & vltra ſolitũ,[ſubſtãtia.Cum'qꝫ vidiſſent Ia-
zer & Galaad aptas alẽdis aĩalibus terras,] q̃a paſcuæ abundabãt riuis,cãpi graminibus.[ve
nerunt ad Moſen & Eleazaꝶ ſacerdotẽ & principes multitudinis, atqꝫ dixerũt: Terrã quam
ꝑcuſſit dñs in cõſpectu filioꝶ Iſrael,] cuius habitatores ꝑcuſſerunt filij Iſrael adiutorio Dei.
[regionis vberrimæ eſt].i.territoriũ fertiliſſimũ,[precamur'qꝫ vt des eã nobis in poſſeſſionẽ,
nec facias nos trãſire Iordanẽ.] Si hoc intellexerũt, ꝙ nõ voluerunt trãſire Iordanem ad ha
bitãdum ibidẽ,& tñ parati erãt trãſire ad adiuuãdũ cæteras Iſrael tribus,recta fuit eoꝶ inten
tio.Si autẽ ſic,ꝙ nec ad adiuuãdum alios,ꝑuerſa fuit intẽtio eorundẽ:ſic'qꝫ Moſes verba eoꝶ
accepit.Quãuis eñi verba dubie prolata,quæ multipliciter poſſunt intelligi,ſint in partem
meliorẽ interpretãda,quãtum ad internũ iudiciũ,ad vitãdũ iudicia temeraria: p̃latus tñ ver
ba & facta ſubditoꝶ ſuoꝶ,quæ & bene & male accipi poſſunt, accipere debet quaſi in partẽ
deteriorẽ in exteriori iudicio tẽpore caſtigatiõis,q̃a hoc tutius eſt, propter bonũ correctio-
nis,ad vitãdum periculũ incorrectiõis, niſi ipſe p̃latus de oppoſito rationabiliter informet̃.
[Quibus rñdit Moſes:Nunq̃d fratres vr̃i].i.cęterę tribus q̃ ex ſemine pr̃iarchaꝶ,ſicut & vos,
natæ ſunt,& fratres vr̃i ſunt fide ac religiõe,[ibũt ad pugnã] in qua ſolẽt occurrere labor,do-
lor,timor,& diuerſa pericula,[& vos hic ſedebitis].i.ſecure q̃eſcetis? [Cur ſubuertitis mẽtes
filioꝶ Iſrael,ne audeãt tranſire locum, quẽ eis daturus eſt dñs?] Nam p̃fata petitio tribuum
Ruben & Gad,videbatur prima facie ex timore vel ignauia proceſſiſſe,vel ex cupiditate im
moderata,ita ꝙ horruerunt imminentia prælia aut labores,vel nimis auide cupiebant ter-
Exo. 12. ras & opes communi omnium acquiſitas certamine.Sic'qꝫ petitio illaꝶ nõdum bene expoſi
Nũe. 1. ta,fuit alioꝶ ſcandalizatiua.[Nonne ita egerunt patres veſtri &c.q aſſcenderũt ex Aegypto
à viginti annis & ſuprà?] id eſt, quando erant ad minus viginti annoꝶ vel circiter,ita ꝙ in
prima numeratione numerati fuerunt. [Et vos ſurrexiſtis pro patribus veſtris, incrementa
& alumni hominũ peccatoꝶ].i. nutritores facti eſtis vitioꝶ in alijs,quos verbis & exemplo
veſtrę ꝑuerſitatis ꝓuocatis[ad ſcelera,]grauius'qꝫ peccatis q̃ pr̃es veſtri.Iſta Moſes non dixit
ſim-

ſimpliciter aſſerẽdo,ſed valde ſuſpicãdo & metuẽdo de peiori.[vt augeretis furorẽ dñi cõtra
Iſrael].i.rigoroſam punitionẽ filijs Iſrael infligẽdã.[Quòd ſi nolueritis ſeq̃ eũ].i.Deo obedi
re intrãdo terrã promiſſiõis,[in ſolitudine populũ derelinquet] p̃ſertim eos q vr̃o exemplo
ſubuerſi extiterint,vel etiã alios,q̃a interdũ vnus ꝓpter peccata alteri⁹ in corporalib⁹ punit̃,
inquãtũ ſunt q̊dãmodo vnũ origine,ſocietate,aut ſimili cõmuniõe aut cõnexiõe:q̃d tñ om̃i-
potẽs atqꝫ iuſtiſſim⁹ De⁹ cõuertit & ordinat in melius his, q talẽ pœnã corporalẽ nõ merue-
rũt,quẽadmodũ alibi frequẽter declaratũ eſt pleni⁹.[Et vos cauſa eritis necis oĩm] filioꝶ Iſ-
rael,q vobis cõſenſerint,aut ꝓpter vos ĩcurrerint plagã,& hoc ſecundũ ordinẽ inferioꝶ cau
ſaꝶ,q̃a æterna p̃ordinatio Dei caſſari nequit.[At illi ꝓpius accedẽtes] ex cõfidẽtia bonæ cõ-
ſciẽtiæ,ſicut & Iudas ꝓpius acceſſit ad Ioſeph,excuſatur⁹ ſe & fratres ſuos de furto, à q̃ erant
immunes.[dixerũt:Nõ reuertemur vſqꝫ dũ poſſideãt filij Iſrael hæreditatẽ ſuã].i.eis ꝓmiſſam
trãs Iordanẽ.[q̃bus Moſes ait:Si facitis q̊d ꝓmittitis,expediti ꝑgite corã dño ad pugnã] Iſta
eñi aſſertio fuit ꝓmiſſio.[Præcepit ergo Moſes Eleazaro & Ioſue] ſup q̊s habuit iuriſdictio Exo. 17.
nẽ,quã Ioſue nõdum accepit, q̃uis fuerat inſtitut⁹ in principẽ,quãtũ ad poteſtatẽ,vt clarius Nũe. 11.
dictũ eſt ante. [Si trãſierint filij Rubẽ & Gad vobiſcũ,date eis terrã Galaad.] nõ tñ illã dũta-
xat,vt infrà exprimit̃. [Si aũt noluerint trãſire Iordanẽ ad pugnãdum] pro alijs, [inter vos
habitãdi accipiãt loca].i. ibi morent̃ vobiſcũ ſi voluerint, nec habeãt terrã iſtã. Tribus iſtæ
in ſua acerrima increpatiõe patiẽtes fuerũt, & ſua molli reſpõſiõe fregerũt Moſis irã.nã ſub-
dit:[Rñderũt filij Gad & Ruben:Sicut locut⁹ eſt dñs noſter] ſ.Moſes,]ſeruis ſuis, ita faciem⁹, Pro. 19.
ipſi armati ꝑgemus, & poſſeſſionẽ iam nos ſuſcepiſſe cõfitemur] in ſpe,& ſub p̃fata cõditiõe.
[Tunc igit̃ Moſes] vidẽs firmum eoꝶ propoſitũ,[dedit eis] per ſeipſum abſolute territoria
illa optata,quoꝶ vrbes q̃s pauloañ deſtruxerãt,reparauerũt.[imponẽtes vocabula vrbibus,
quas extruxerãt] q̃bus ĩpoſuerũt noĩa noua pro memoriali victoriaꝶ ſuaꝶ & ſuiipſoꝶ vel
patrũ ſuoꝶ,quẽadmodũ in lib.Iudic.legunt̃ filij Dan vrbẽ,q̃ ante vocabat̃ Lachis,appellaſſe
noĩe pr̃is ſui, q̃ tñ in Ioſue Leſem Dan,ſecundũ expoſitores,vocat̃.hinc ſubdit:[Iair fili⁹ Ma Iudi. 18.
naſſę occupauit vicos eius]videlicet terrę Galaad,[q̊s appellauit Hauoth Iair].i.villas Iair. Ioſue 19.
[Nobe q̊qꝫ].i.vir ſic noĩatus de tribu Manaſſę.q̃nqꝫ aũt Nobe eſt nomen vrbis, vt in Eſaia:
Adhuc dies eſt vt in Nobe ſtetur. Itaqꝫ Nobe [ꝑrexit] cũ domo & familia ſua,[& app̃hendit
Canath].i.vrbẽ ſic dictã trãs Iordanẽ.Fuit aũt & alia vrbs eiuſdẽ noĩs in terra promiſſionis. Eſa. 10.
[vocauit'qꝫ eã ex noĩe Nobe]Sed q̃ri poteſt,q̃liter veꝶ ſit q̊d in iſto cap.legit̃:Dedit Moſes ter
rã Galaad Machir filio Manaſſę,& q̊d nũc expoſitũ eſt,Iair aũt fili⁹ Manaſſę occupauit vicos
eius. Filij nãqꝫ Manaſſę nõ vident̃ vſqꝫ hãc diſtributionẽ vixiſſe,p̃ſertim cũ ſcriptũ ſit in Ge
neſi,Filij Machir filij Manaſſę,nati ſunt in genibus Ioſeph, q̃ cõſtat, ꝙ Machir multis annis Gen. 50.
vixit cũ Ioſeph in regno Aegypti,& dato ꝙ de Aegypto exiſſet cũ Moſe, numeratus fuiſſet
in prima populi numeratiõe,idcirco mortuus iam fuiſſet. Idẽ de Iair argui poteſt.Ideo re- Nũe. 1.
ſpõdendũ,ꝙ ꝑ noĩa iſta propria deſignant̃ familiæ natæ ex viris illis,vel aliq̃ in familijs illis
p̃cipui ſic vocati. ¶Iteꝶ quęrit̃,quõ terra Galaad dicat̃ iſtis donata, cũ in hoc ipſo cap. ſcri
ptũ ſit:Si trãſierint filij Rubẽ & filij Gad vobiſcũ,date eis terrã Galaad.Et rñdendũ ꝙ filij Ru
bẽ & Gad ſumunt̃ ibi cũ incluſiõe filioꝶ Manaſſę. Similiter terra Galaad capit̃ ibi cũ anno-
tatiõe terraꝶ Seon & Og, quẽadmodũ etiã ꝑ regna Seon & Og, dat̃ intelligi & terra Gala-
ad,cũ dr̃ in cap iſto:Dedit Moſes filijs Ruben & Gad & dimidiæ tribui Manaſſę regnũ Seon
regis Amorrhæoꝶ,& regnũ Og regis Baſan.Hoc q̊qꝫ ſciendũ, ꝙ Galaad interdũ eſt propriũ Nũe. 26.
nomẽ viri.Vñ ſuprà ſcriptũ eſt,ꝙ Galaad fuit fili⁹ Machir,aliq̃ñ vero eſt nomẽ vrbis,ſed nũc
pro regiõe accipit̃.¶Spũaliter ꝑ filios Ruben & Gad atqꝫ Manaſſę,habẽtes in pecorib⁹ ſub-
ſtãtiam infinitã,intelligunt̃ diuites & auari. Specialiter vero ꝑ filios Ruben primogeniti Ia-
cob,deſignant̃ eminẽtiores p̃lati,q à ſanctę dilectiõis feruore alieni,terrenoꝶ amore & ĩmũ- Gen. 29.
daꝶ voluptatũ replent̃ affectu.Per Gad q interpretat̃ accinct⁹, accipi poſſunt principes ſe-
culares,corporalibus armis muniti,ſed à ſpũali armatura immunes. De q̃bus dicit Baruch: Baruc. 3.
Vbi ſunt principes qui argentũ theſaurizãt & aurum,in quo cõfidunt homines,& non eſt fi
nis acquiſitiõis eoꝶ.At vero Manaſſes interpretat̃ obliuio,per cuius filios intelligunt̃ ſacer-
dotes & clerici, potiſſime religioſi, quoꝶ eſt omniũ temporaliũ obliuiſci, & mente tranſ-
formari in Deũ,ſolis intendẽdo cæleſtib⁹,ſpũalibus ac diuinis.Sed heu iſti pro maxima par-
te abierunt retrorſum,abijciẽtes à ſe iugũ Chr̃i,regularia inſtituta,canones & decreta patrũ
ſanctoꝶ,profeſſionẽ monaſticã,ita ꝙ vbi abundarent om̃is deuotio,ſpũalitas maxima, ex-
emplariſſima vita,ecõtrario nunc abundẽt omnis auerſio,carnalitas fœda, ſcãdaloſa'qꝫ vita.
Vnde p̃ſentibus delectati,& paſcuis Amorrhæoꝶ attracti,nõ curãt terrã promiſſiõis,ſuꝑnã
regionẽ lucis altiſſimã ingredi;q ſi propter hoc increpent̃,æquanimiter ferre vident̃ ſeruili
forſan timore,& ne p̃ſenti principatu priuent̃. Nã & alios ſuo modo p̃cedũt, ſuoꝶ officioꝶ
quædã opa exercẽdo. ¶Præterea ex increpatiõe Moſis edocemur,quàm damnabile ſit ocio
& torpori vacare, negligentiæ & carnalitati locũ præſtare, alioꝶ ſubuertere corda ꝑ verba
praua

praua aut opa vetita,pſertim in tẽpore peregrinatiõis pſentis & exilij huius,in q̊ eſt pœnitẽ-
tiæ hora & locꝰ gemituũ,in q̊ tẽpore fratres nr̃i vere Chr̃iani,vere religioſi & clerici,virtuo-
ſis exercent laboribꝰ,pœnitẽtes,gemẽtes,& flẽtes in lachrymaꝝ hac valle,& cõtra ſuę ſalutis
Rom.12. hoſtes indeſinẽter pugnãtes. Erubeſcat ergo piger Chr̃ianus, negligens religioſus, carnalis
clericus aut ſacerdos,q ſciẽtes q̃ virtuoſe & feruide pr̃es eoꝝ olim vixerũt, immo de gr̃a Dei
adhuc aliq cõuerſent,nõ cõfundunt corã oculis maieſtatis diuinæ,angeloꝝ ſanctoꝝ & oĩm
beatoꝝ,tã viliter ſe habere.Veruntñ filij Ruben & Gad ac Manaſſę,accipi poſſunt in bono,
qa bona intẽtiõe vident petiſſe tẽtoria illa,q̃uis verba ſua nõ ſatis circũſpecte ptulerint.Effi
caciter q̊q; ĩpleuerũt,q̊d Moſi pmiſerũt.Sicq; p eos optimi plati ac prĩcipes deſignant,q vi
liori tẽporaliũ parte cõtẽtant,dũmodo ſubditos vbo & exẽplo,orone & oĩ modo ſibi poſ
ſibili,ad terrã cęleſtis paradiſi queãt inducere.Sicq; laudabile valde fuit ĩ iſtis,ꝓ ſine ſuo de-
merito tã acriter à Moſe increpati,patiẽter oĩno tulerũt.In hoc itaq; eos imitari curemus,
intantũ, vt ſi etiã ſine nr̃is demeritis fuerimꝰ acriter rephenſi,cũ oĩ ſuſtineamus trãquilli-
tate,& cũ ingẽti rñdeamus humilitate, immo exẽplo iſtoꝝ propius accedamus ad Moſen,
vtpote ad platũ vel aliũ correptorẽ nõ indignãtes,aut ab illo nos auertentes, ſed feruẽtius q̃
ante,ipſum pro tanto beneficio diligentes.O ſapientem,qui hoc implet.

¶Declaratio literalis cap.XXXIII.Hæ ſunt mãſiones filioꝝ Iſrael. Art.LI.

NVmerus mãſionũ filioꝝ Iſrael,in qbus quieuerũt ab Aegypto vſq; Iordanẽ,hic recita
tur:& ſunt in toto mãſiones quadragintaduæ,videlicet q̃tuor anteq̃ trãſierũt mare ru
brũ,deinde octo à mari rubro vſq; Sinai mõtẽ,& à Sinai vſq; Cadesbarne,vigintivna,
atq; à Cades vſq; Iordanẽ,nouẽ:inter q̃s oẽs fuerũt tres principales,à qbus tanq̃ à terminis p-
cipuis ſe mouerũt,puta Rameſſe,Sinai & Cades.Nec eſt putãdũ,ꝓ oĩa loca,in qbꝰ ad tẽpus
quieuerũt,mãſiones vocent:qa tũc multo plures cõſiſterẽt mãſiones,ſed ea loca,in qbus no-
uum qd & notabile aliqd cõtigit eis,aut vbi mãſerũt diutiꝰ.[Hæ ſunt mãſiones filioꝝ Iſrael,
qui egreſſi ſunt de Aegypto p turmas ſuas:]nõ ꝓ oẽs illi fuerũt in oĩbus mãſionibꝰ iſtis, ĩmo
multi eoꝝ q exierũt Aegyptũ, hincinde in diuerſis eremi locis fuerũt pſtrati, & multi in ſo
litudine nati fuerũt,& pene oẽs q primo fuerãt numerati,obierũt,anteq̃ ad vltimas mãſiones
puentũ eſt. egreſſi ſunt aũt Aegyptũ[in manu].i.cũ ducatu & miniſterio[Moſis & Aaron,q̃s]
Exo. 12. mãſiões[deſcripſit Moſes iuxta caſtroꝝ loca].i.ſecundũ loca tẽtorioꝝ,ſeu filioꝝ Iſrael habi
tantiũ in eis,notabiliora:qa iuxta numeꝝ taliũ locoꝝ,fuit & numerus mãſionũ iſtaꝝ.[quæ]
loca [dñi iuſſiõe mutabant] qm̃ proceſſerũt de loco ad locũ ad motũ nubis,eis viã monſtrã-
tis,quã angelus ſanctꝰ mouit iuxta imperiũ Dei.[Profecti igit de Rameſſe].i. de loco & op-
pido quodã Aegypti ſic noĩato,q̊d ſecundũ Iſidorum fuit in extremis Aegypti partibus,vbi
ppl's cõuenit ad exeundũ,& videt fuiſſe in terra Geſſen,in q̃ habitauerũt filij Iſrael,q̃ fuit pars
q̃dã terræ Aegypti,mẽſe primo,ſ.in Aprili ſecundũ q̊ſdã, vel in Martio ſecundũ alios,vt di-
ctũ eſt ſępe,& vtrũq; aliq̊ modo veꝝ eſt iuxta phabita,q mẽſis eſt primꝰ iuxta Hebræoꝝ cõpu
Exo. 11. tationẽ,qntadecima die mẽſis primi.Nã q̃rtadecima die ad veſperã comederũt agnũ paſcha
Exo. 12. lẽ,& nocte illa pcuſſa fuerunt primogenita Aegyptioꝝ. ꝑpter q̊d territi Aegyptij, cõpule-
runt filios Iſrael altera die valde mane exire,vt in Exodo legit.[Altera die poſt Phaſe.] Aliq
textus habẽt,Altera die fecerũt phaſe:circa q̊d dicit Lyra, ꝓ in Hebræo & libris correctis nõ
habet,fecerũt.vt ſit ſenſus,ꝓ exierũt qntadecima die,q̃ dies fuit altera dies phaſe.i.dies pro-
xime ſequẽs diẽ,in q̊ ad veſperã oblatꝰ atq; comeſtꝰ fuit agnꝰ paſchalis.Gloſſa tñ exponit hũc
paſſum cum incluſione huiꝰ verbi,fecerunt:dicẽdo,ꝓ q̃rtadecima die ad veſperã inceperunt
paſcha,& qa die ſequẽti nõ potuerũt cõtinuare feſtiuitatẽ inceptã,pſecuti ſunt eã in Socoth.
Exo. 12. & 13. Egreſſi ſũt ergo Aegyptũ [in manu excelſa].i.ſublimi adiutorio Dei p pclara pdigia.[vidẽ
tibus cunctis Aegyptijs].i.qbuſdã de oĩ gñe Aegyptioꝝ.Nõ eñ tota Aegyptꝰ cõfluxit ad
* iudicia videndum egrediẽtes.[Nã & in dijs eoꝝ exercuerat *vltionẽ] idola deijciẽdo & cõminuẽdo,
Ioſe.li.2. falſorumq; deoꝝ impotẽtiã demõſtrãdo,vt Ioſephꝰ refert,& ſup Exodũ tactũ eſt.[caſtrame-
An.Iud. tati ſunt in Socoth].i.in loco ſic dicto,& ſito inter Rameſſe & ſolitudinẽ, fuitq; alter à loco
cap.3. quẽ Iacob de Meſopotamia rediens,vocauit Socoth,ſicut in Geneſi ſcriptũ eſt. Fuit q̊q; ci-
Exod.11. uitas in terra filioꝝ Iſrael noĩe Socoth, quã Gedeon deuaſtauit,ſicut in lib. Iudicũ habet,&
Gene.33. dr̃ ꝓ ſit idẽ locus cũ illo,quẽ Iacob ſic nuncupauit. ¶Deniq; aliq dicunt,ꝓ Socoth fuit pri-
Iudic.8. ma filioꝝ Iſrael mãſio:alij,ꝓ Rameſſe. Veꝝq; eſt,ꝓ Socoth fuit prima poſt exitum de Aegy
Gene.33. pto. [de Socoth venerũt in Ethan].i.partẽ extremã eremi,verſus Aegyptum.ideo ſubditur:
Exo. 13. [q̃ eſt in extremis finibꝰ ſolitudinis].i.totalis & magni deſerti,q̊d eſt inter Aegyptum & Cha
naan.Iſtud in Exo.ſcriptũ eſt:[Inde egreſſi,venerũt cõtra Phihahiroth].i.ex oppoſito loci ſic
Hieroñ. dicti & circa eũdẽ.Iſta ſecũdũ Hierony. fuit mãſio q̃rta,q̊d veꝝ eſt,ĩcludẽdo & cõputãdo Ra
Exo. 14. meſſe p pria mãſiõe.Hic in Exo.ſcriptũ eſt:Caſtrametent e regiõe Phihahiroth,q̃ eſt iter Ma
gdalũ & mare. [& caſtrametati ſunt].i.tẽtoria ſua fixerunt añ Magdalum] q̊d fuit ciuitas in
Aegypti cõfinio,ad quam primo cõfugerunt Iudæi tẽpore Hieremiæ Godolia occiſo,vt in
Scho-

Scholaſtica habet hiſtoria.[pfectiq; de Phihahiroth,trãſierũt p mediũ mare].i.p fundũ ma-
ris rubri miraculoſe ſiccatũ,& aqua maris diuiſa ac inſtar muroꝝ ſtãte ex vtroq; trãſeuntiũ Exo. 14.
latere.[in ſolitudinẽ] qa trãſito mari illo,introierũt deſertũ.[& ambulãtes tribus diebus per
deſertũ Ethan] Idẽ eñ totale deſertũ,diuerſa ſortit noĩa atq; agnomina in diuerſis partibus
ſuis,ſicq; deſertũ Ethan,fuit pars totalis deſerti,in quo fuit locus Ethan pfatus.[caſtrameta
ti ſunt in Mara] .i.in loco vbi aquã inuentã ob eius amaritudinẽ potare nequibãt. propter
quod locũ illũ vocabãt [Mara].i.amaritudinẽ,vt in Exodo ſcribit.[profectiq; de Mara,ve- Exod.15.
nerũt in Elim].i. in locũ ſolitudinis ſic vocatũ, [vbi erãt duodecim fontes aquaꝝ.] In qbus Ioſe.lib.
tñ ſecundũ Ioſephũ,modicũ fuit de aqua, & ſeptuaginta palmæ,q̊d & in pallegato Exodi ha 2. an. iu.
bet libro.[Inde egreſſi,fixerũt tẽtoria ſup mare rubrũ] nõ tñ in ea parte, vbi ingreſſi ſunt il- cap.14.
lud,ſed lõge inde & alio latere.Nã & idem mare in diuerſos ſinꝰ declinat,ſup quos hincinde
à viantibus deuenit.[profectiq; de mari rubro].i.de pfata parte & ſinu ipſius,[caſtrametati
ſunt in deſerto Sin.] Secundũ Hieronymũ,tota eremus vſq; Sinai,Sin vocat, & à tota pro- Hieroñ.
uincia locus mãſionis illius nomẽ accepit,quẽadmodũ Moab tam vrbis q̃ prouinciæ nomẽ
eſt.[Vnde egreſſi,venerũt in Depheca,de Depheca in Alus.] Iſtæ mãſiones fuerũt in deſerto
Sin.In mãſiõe aũt Sin primo datũ eſt mãna,vt in Exodo legit.[Egreſſiq; de Alus,in Raphi- Exod.16.
dim fixerunt tẽtoria:] qui locus eſt etiã in deſerto Sin,ſecũdum Gloſſam.[vbi populo aqua
defuit ad bibendũ] & ibi dñs primo eduxit aquã de petra,vt ſcribit in Exodo.[Profectiq; de Exo. 17.
Raphidim,caſtrametati ſunt in deſerto Sinai].i.iuxta Sinai montẽ in deſerto ſitum,vbi ſe- Hieron.
cundũ Hieronymũ duodecima mãſio fuit.[ſed & de ſolitudine Sinai].i.de parte illa ſolitu-
dinis mõti vicina.[egreſſi, venerũt ad ſepulchra cõcupiſcẽtiæ].i. ad locũ ſic dictũ,qm̃ ibi p-
cuſſi ſunt & ſepulti,q eſum carniũ deſiderauerũt,vt dictũ eſt ſuprà.[Profectiq; inde,caſtrame
tati ſunt in Hazeroth] & ibi Maria & Aaron oblocuti ſunt Moſi,vt ſuprà habitũ eſt.Dein-
de in textu multę mãſiones exprimunt,de qbus añ hęc in textu nil legit.[Profecti de Azion-
gaber,venerũt in deſertũ Zin.] Iſte locus eſt alius à phabito loco Sin,qa diuerſa loca frequẽ- Num.11.
ter idem habẽt vocabulũ:tñ vt ait Hieronymus,loca iſta diuerſimode ſcribunt. Vnde ſubiũ- Num.12.
gitur:[hæc eſt Cades] à quo loco miſſi fuerunt exploratores,& ibi mortua eſt Maria, vt di- Hieron.
ctum eſt cap.20. & vocat etiã deſertũ Pharan,propter q̊d ſuprà ſcriptũ eſt:Profectus eſt po- Num.13.
pulus de Hazeroth,fixis tentorijs in deſerto Pharan,vbi locutus eſt dñs: Mitte viros qui con
ſiderẽt terrã.[Inde venerũt in mõtem Hor].i. ad locum ei vicinũ, in quo mõte defunctus eſt Ibidem.
Aaron & ſepultus,ſicut ſuprà ſcriptũ eſt. [Audiuitq; Chananæus &c.] Iſtud ſuprà ſcriptũ eſt Nũe. 20.
atq; expoſitũ. ¶Sed q̃ri poteſt,qualiter Chananæus iſte rex Arad habitaſſe dicat ad meridiẽ Nũe. 21.
in terra Chanaan,cũ terra Chanaan dicat terra pmiſſionis,extra quã iſte moratus eſt,ſ.vltra
Iordanẽ.Ad q̊d dicẽdũ videt,ꝓ terra Chanaan capit hic extẽſe pro tota ſ.terra in qua poſte
ri Chanaan filij Cham habitauerũt.Rex aũt Arad fuit de ſemine Chanaan,vt in Geneſi cõti- Gen. 10.
net.[Profecti de mõte Hor,caſtrametati ſunt in Salmona,inde venerũt in Phunon] Iſtę duæ
mãſiones,ſecundũ Hieronymũ,in ordine hiſtorię nõ habẽtur,ſed ſcriptũ eſt p eis, Egreſſi de
mõte Hor,per viã maris rubri,circuierũt terrã Edom,ex q̊ oſtẽdit, eas in finibus & circuitu
Edom poſitas eſſe. [Profectiq; de Phunon, caſtrametati ſunt in Oboth] vt ſcriptũ eſt ſuprà.
[& de Oboth venerũt in Ieabarim,quæ eſt in finibꝰ Moabitaꝝ.] Hoc eodẽ caplo ſcriptũ ex- Nũe. 21.
poſitumq; eſt.[Inde venerũt in Dibbongad,inde in Almondeblathaiema] Iſta noĩa nõ ſunt
ante deſcripta,ſed vt ait Hieronymus,pro eis legit ſuprà, fixerũt tẽtoria in Ieabarim,& inde Hieroñ.
mouẽtes,venerũt ad torrẽtẽ Zarec,quẽ relinquẽtes,caſtrametati ſunt cõtra Arnon:venerũt Nũe. 21.
ad mõtes Abarim,vbi poſtea defunctꝰ eſt Moſes.[cõtra Nabo].i. ex aduerſo loci ſeu montis
ſic dicti.[Inde trãſierũt ad cãpeſtria Moab ſupra Iordanẽ cõtra Hiericho].i.ex oppoſito vr-
bis illius, inter quã & filios Iſrael fuit Iordanis. [ibiq; caſtrametati de Bethſimon vſq; Belſa
thim].i. p ſpatiũ q̊d fuit inter duo loca ſic nũcupata, nõ tñ oportet putare ꝓ occupauerint
totũ hoc ſpatiũ,& aliq dicũt,ꝓ tria milliaria de ſpatio occupauerũt. Refert tñ Lyra, ꝓ inter
duo hęc loca erãt duodecim milliaria: ſed nõ habet apparẽtiã ꝓ occupauerũt tot milliaria
forſitan valde parua.[Vbi] ſ.in cãpeſtribꝰ Moab.[locutus eſt dñs ad Moſen]dicẽs:[pcipe fi
lijs Iſrael & dic ad eos:Quãdo trãſieritis Iordanẽ,intrãtes terrã Chanaan,diſperdite].i.inter-
ficite [cunctos habitatores terræ illius.] Ab hac tamẽ lege cõmuni,facta eſt poſtea exceptio Ioſue 9.
ex ſpeciali cauſa in caſu,vt patet in Gabaonitis, qui per ſuã humiliationẽ adepti ſunt veniã,
vt patet in Ioſue libro.[Cõfringite titulos].i.ſigna ſolẽnia aut noĩa,q̃ in honore deoꝝ ſuoꝝ
erexerunt.Aliq tñ per titulos intelligũt aras.[ſtatuas].i.idola [cõminuite,atq; oĩa excelſa va
ſtate].i.loca amœna & alta,in qbꝰ ſacrificauerũt idolis ſuis,in qbꝰ etiã locis cõſtruxerũt ędes,
atq; altaria deijcite,[mũdãtes terrã & habitãtes in ea].i. p has pœnas facite ceſſare ſolita ſce-
lera in terra illa,habitatoribꝰ eiꝰ occiſis,q nõ mũdabant abſolute p mala illa pœnalia,ſed co-
hibebant à cõſuetis criminibꝰ,qbus deletis,cõſecrata eſt terra illa cultui veri Dei.[Sinaũt nõ
lueritis] iſta implere,[qui remãſerint,erũt vobis quaſi claui in oculis,& lãceę in lateribus].i.
erunt

erunt vobis incitamentũ atq; occaſio incidẽdi facinora grauia, qa ad idololatriã trahẽt vos
ſeu poſteros veſtros:ſic'q; cõſequẽter incidetis ſeruitutẽ grauiſſimã, & opprimemini ab illis,
& interficiemini ꝑpter ſcelera vr̃a.ideo ſubdit:[qcqd illis facere cogitauerã, vobis faciam,]
Iudic. 1. 3 & 10. infligendo vobis hæc mala pœnalia, ſicut in lib. Iudicum ſatis oſtenditur adimpletum.

¶Expoſitio ſpiritualis cap. huius XXXIII. Art. LII.

NOn ſine myſtica ratiõe Moſes ſpiritu ſancto plenus, tam diſtincte ac diligenter deſcri
pſit manſiones filioꝝ Iſrael, qm̃ Iſraeliticus populus figura fuit populi Chr̃iani. Egreſ
ſus aũt Iſraelitaꝝ ex Aegypto, typus fuit liberationis Chr̃ianoꝝ à ſeruitute diaboli, à
iugo peccati, & eductiõis ex caligine vitioꝝ. Introductio vero Iſraelis in terrã promiſſiõis,
deſignauit introductionem oĩm electoꝝ in patriã regni cæleſtis. Porro ꝓgreſſus Hebræoꝝ
per deſertũ, ſignificauit peregrinationẽ noſtrã in ſeculo iſto, & ſpũalem profectũ, quo itur ad
regnũ cæloꝝ. Manſiones demũ illoꝝ, ꝑſignabãt inhærentiã & quietẽ fideliũ in executioni-
bus quarumcũq; virtutũ, ꝑſertim in cõtemplatiõibus ac dilectiõibus diuinoꝝ, poſt labores
exercitioꝝ bonoꝝ. Itaq; ait: [Hæ ſunt mãſiones filioꝝ Iſrael,] hoc eſt, Chr̃ifideliũ, qui per fi-
dem & gratiã ſunt imitatores ac filij patrarchaꝝ, [qui egreſſi ſunt de Aegypto]. i. de ignorã
tiæ tenebris & ſtatu dãnatiõis. [p turmas ſuas]. i. ſecundũ diuerſos ſtatus, & gradus ac ordines.
Diuerſæ etem̃ turmæ Chr̃ianoꝝ, ſunt ſpũales & ſeculares, ꝑlati & ſubditi, vulgus & clerꝰ, cõiu
gati & cõtinentes, religioſi & viduæ, incipiẽtes, ꝓficiẽtes, ꝑfecti. [In manu Moſis]. i. virtute &
myſterijs Chr̃i. [& Aaron,] hoc eſt, vicarioꝝ ipſius, quoꝝ primus & maximus fuit ſacratiſſi
Pſal. 83. mus Petrus, p quẽ poſt Chr̃i aſſcẽſionẽ Chr̃iana religio potiſſime inualuiſſe cẽſet. [Quas de-
ſcripſit Moſes]. i. Chr̃us p Euãgeliſtas atq; Apl'os fecit deſcribi. [Iuxta caſtroꝝ loca]. i. ſecun-
dum ꝓfectus virtutũ, Chr̃ianorum'q; agminũ. [Quę dñi iuſſiõe mutabãt,] qa ſecũdũ tenorẽ
ꝓceptoꝝ Dei, ſtudẽt ꝑficere, trãſeunt'q; de virtute vna in aliã, ꝓut dñs iuſſit, nunc vni virtuti,
nũc alteri eſſe intentũ. [Profecti igit de Rameſſe,] q̊d interpretat̃ cõmotio, qa ſaluari volẽti
bus, primo neceſſe eſt ſalubriter cõmoueri & cõturbari ex memoria & dolore ꝑcedentiũ vi-
tioꝝ. Caſtrametati ſunt in Socoth.] Socoth interpretat̃ tabernacula, per quod intelligunt̃
particulares eccleſię, cõgregatiões deuotę, clauſtra, collegia, ſacra'q; loca, ad quæ ꝑtingit, qui
Pſal. 37. ꝓpter ſua peccata ſalubri cõpunctiõe cõcutit̃, ſic'q; turbat̃, vt dicat: Afflictus ſum & humilia-
Ioann. 3. tus ſum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. atq; cum S. Iob: Antequam comedã, ſuſpi-
ro, & tanq̃ inundãtis aquæ ſic rugitus mei. Talis dignus eſt incorporari eccleſijs Chr̃i, & in
Ephe. 6. eius tabernaculis cõmorari. [De Socoth venerũt in Ethan,] quod interpretat̃ fortitudo: qa
Pſal. 118. per ſacrã contritionẽ & incorporationẽ myſticã iam ꝑfatã, cõfortat̃ homo in dño & in po-
tentia virtutis eius, particeps'q; efficit̃ oĩm timentiũ dñm, qm̃ merita alioꝝ ſibi per charita-
Hier. 15. tem cõmunicant̃. [Inde egreſſi, venerũt cõtra Phihahiroth:] q̊d interpretat̃ os nobiliũ. Dum
etem̃ qs virtutibus eſt firmatus, & gratioſe cõfirmatus in Deo, diſcernit precioſum à vili, ve
rum à falſo, virtutem à vitio: ſic'q; efficit̃ quaſi os dñi, & p os eius loquit̃ ſpũſanctus & angeli
glorioſi. Ipſe q̊q; vere nobilitat̃ in creatore, cuius intuitu & amore om̃ia vana, praua ac vilia
aſpernat̃. Inde [trãſierunt per mediũ mare,] qm̃ gurgites vitioꝝ, flumina tentationũ, & opa
ſanguinũ cedũt his: fugiũt'q; ab iſtis, q ad ꝑtactas virtutũ celſitudines ſunt ꝑducti, ita ꝙ pede
ſicco, hoc eſt, imaculato affectu tẽtatiões & aduerſitates ꝑtrãſeunt, in qbus ſubmergunt̃ iniq
& ꝑſecutores iuſtoꝝ. Inde venerũt [in Mara,] qm̃ per ꝑmemoratas virtutũ aſſcenſiões, ꝑduci
tur homo ad tantã charitatis & æquitatis dilatationẽ, ꝙ ꝓpter proximoꝝ peccata & totius
mũdi miſerias & errores, ꝑſertim propter innumerabiles & enormes deitatis offenſiones &
1. Eſdr. 9. inhonoratiões, aſſidue ingemiſcit, torquet̃, & lachrymas fundit, dicẽs illud in Eſdra: Deꝰ me
us, cõfundor & erubeſco leuare faciẽ meã ad te, qm̃ iniqtates noſtræ multiplicatæ ſunt ſup ca
Pſal. 68. put noſtrũ, & peccata noſtra creuerũt vſq; ad cælum. Item'q;: Zelus domus tuæ comedit me.
[Profecti'q; de Mara, venerũt in Elim:] q̊d interpretat̃ arietes, per q̊d ſtatus ꝑlatiõis ſignat̃.
Aries em̃ cornutus eſt, & dux ouiũ: in ſtatu aũt ꝑlatiõis, ſunt eminẽtiæ eccleſiaſticæ authori-
tatis ac poteſtatis. Porro q ad ꝑinductã charitatis atq; iuſtitiæ amaritudinẽ, generalẽ'q; Dei
zelũ tam feruidũ attigit, ꝑlatione cõdignus eſt, & idoneus regere alios, vtpote qui cũ glorio
Ioan. 21. ſiſſimo Petro plus alijs diligit Chr̃m corde, ore & opere, & proximos ſuos. In hoc loco ſunt
[duodecim fontes,] p q̊s exprimunt̃ duodecim Apl'i, q fuerũt poſt Chr̃m primi & ſummi ec
Lucę 10. cleſiaꝝ ꝑlati, q̃uis nõ om̃ifarie ęque ſummi, qm̃ Petrꝰ cæteroꝝ fuit ꝑlatus & princeps. Iſti fue
rũt fontes euãgelicæ ꝑdicationis & ſupnaturaliũ doctrinaꝝ. Fuerunt q̊q; ibidẽ [ſeptuaginta
Pſal. 91. palmæ.] p quas ſeptuaginta ſecũdi ordinis diſcipuli Chr̃i ſignificant̃, q floruerũt vt palmæ,
fuerunt'q; arbores decorę ac fulgidæ, & fideliſſime ſanctis apoſtolis cooperati noſcunt̃. [Inde
egreſſi, fixerunt tentoria ſupra mare rubrũ.] per q̊d iuxta ꝑhabita denotat̃ baptiſmatis gr̃a.
Qui aũt in ꝑlatiõe ſunt cõſtituti, habẽt alioꝝ cõuerſioni ac baptizationi intẽdere, ſacramẽ-
Ioan. 19. torum'q; pẽſare virtutes. Poteſt item p mare rubrũ intelligi paſſio ſaluatoris, de cuius latere
profluxerunt aqua & ſanguis. Quantumlibet aũt qs ꝑfectus exiſtat, & alioꝝ ſaluti ſeu cõtem
pla-

plationi inuigilet, certis tñ horis debet quotidie dñicæ paſſiõis meditationibus affectuoſiſ-
ſimis immorari. Inde venerũt in deſertũ [Sin,] q̊d odiũ interpretat̃: qm̃ per inductos aſſcen
ſionũ ſpiritaliũ gradus, ꝑtingit homo ad ſynceriſſimũ odiũ, iniqtatis inquãtum iniqtas & ꝑ-
ſertim inquãtum offenſiua eſt Dei. Rurſus qui tam virtuoſus eſt, ꝑſertim ſi alijs ꝑſit, vt iuſti-
tiæ feruẽs zelo, corripiat ſtrenue delinquẽtes, incurrit frequẽter odiũ alioꝝ. Inde venerunt
[in Depheca,] q̊d interpretat̃ pulſatio. Qui em̃ ſic odit iniqtatẽ & iniq̃s, inquãtum ſunt ta-
les, & ꝓpter virtutes ſuas odit̃, nõ ceſſat Deũ precibus ſuis pulſare, etiã pro inimicis orãdo,
immo & pro cõſeruatiõe ipſius, ne per impatientiã aut alio modo vincat̃ aduerſis. Inde [in
Alus.] q̊d interpretat̃ labores. Qui em̃ Deũ ſic pulſat ꝓ alijs, grãdẽ ſibiipſi indicit laborẽ iter- Pſal. 6.
nũ, ita vt fateat̃: Laboraui in gemitu meo. Nẽpe quãtumlibet oret ꝓ ꝓximis, ſemp videt ſibi
indeſinẽtis luctꝰ abũdare materiã, adeſſe cauſam. Talis q̊q; dire laborat, vt cor ſuũ in Deo ita
recolligat & defigat, ꝙ ſaltẽ tẽpore or̃onis & cultꝰ diuini nõ euaget̃. Inde venerũt [in Raphi-
dim,] q̊d interpretat̃ diſſolutio fortiũ ſeu remiſſio manuũ: qm̃ p ſtudiũ memoratũ, q̊d eſt cõ
tra ꝓprij cordis inſtabilitatẽ, & pro alioꝝ reductiõe ad Deũ, diſſoluit̃ & fugat̃ inuiſibilis ho- Iaco. 4.
ſtis, & vires ipſius debilitant̃, cũ Iacobꝰ cõteſtet̃: Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. imo cũ di Pſal. 90.
cat Pſalmographꝰ: Cadẽt à latere tuo mille, & decẽ millia à dextris tuis. Inde venerũt in de-
ſertũ [Sinai,] q̊d interpretat̃ rubus: q̊ deſignat̃ eccleſia, qa ꝑfatis exercitata profectibꝰ, inſtar Exod. 3.
rubi à Moſe viſi inflãmat̃, & cooperit̃ igne diuini amoris, nec lædit̃ inde, ſed culpę rubigo cõ
ſumit̃: ſic'q; in arce eccleſiæ ponit̃, & in mõte ſublimi, tanq̃ lucerna lucẽs & ardẽs. Inde [ad ſe-
pulchra cõcupiſcẽtiæ.] qa vir talis ꝓgredit̃, vt ꝑdicet his q cõcupiſcẽtijs ſunt depreſſi, & car-
nalitatibꝰ victi, vt pœnitẽdo reuiuiſcãt, & igne charitatis tãgant̃, & ait: Surge q dormis, & ex- Ephe. 5.
urge à mortuis. Inde [in Haſeroth] q̊d interpretat̃ atria. Hæc nãq; agẽdo, meret̃ homo Deita
tis atria ingredi, & in eoꝝ cõtemplatiõe ſuſpẽdi, ita vt ex ſentẽtia pſallat: Quàm dilecta ta- Pſal. 83.
bernacula tua dñe virtutũ: cõcupiſcit & deficit aĩa mea in atria dñi. Atria iſta ſunt mãſiones
cæleſtes. Inde [venerũt in Rethma,] q̊d interpretat̃ viſio cõſummata, qa ingrediẽti cæleſte pa
latiũ, protinꝰ dat̃ pro ꝑmio beatifica viſio, q̃ eſt cõtẽplatio cõſummata. Inde venerũt [in Re-
monphares.] q̊d mali diuiſio interpretat̃. q em̃ Deo beatifice ꝑfruunt̃, pleniſſime cũ ſuauiſſi
mo guſtu diſcernunt, qd inter creatorẽ & creaturã interſit, q̃ incõparabiliter increatũ illud
ſuppuriſſimũ bonũ cæteris vniuerſis emineat in om̃i ſuauitate, amabilitate, felicitate & glo-
ria. Inde [in Lebna,] q̊d dealbatio dr̃, per quã puritas deſignat̃. q em̃ oĩpotẽti beatifice ſunt
vniti, amplius iam peccare nõ valẽt. idcirco eoꝝ mũditia, nulla poteſt culpa aut macula tãgi.
Inde venerũt [in Reſſa,] q̊d interpretat̃ laudabilis. Quãuis etem̃ ſancti in patria culpabiliter
tẽtari nõ queãt, inclinant̃ tñ aĩæ ſanctę ad reſumẽda corpora ſua, nõ talia qualia nũc ſunt, ſed
glorificãda, vt ſimul cũ illis glorificent̃ in ſempiternũ. Inde [venerũt in Cehelata,] q̊d inter-
pretat̃ eccleſia: qm̃ beati ad viatores & ad militantẽ eccleſiã, & ad eos q in purgatorio deti-
nent̃, oculũ pietatis, opẽ or̃onis, affectũ dilectiõis extendũt. Inde venerũt in mõtẽ [Sepher.]
Sepher pulchritudo interpretat̃, ſic'q; mons Sepher eſt ſublimitas pulchritudinis intellectua
lis, imo Deꝰ ſuppulcherrimꝰ, fons vniuerſi decoris, in quẽ beati totaliter trãsformant̃, viato-
res q̊q; aliq̃liter intingũt, pſallẽtes: Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Inde [in Harada] Canti. 1.
q̊d ĩterpretat̃ miracula. Nã & ciues cæleſtes in hoc ſeculo coruſcãt miraculis, deuoti etiã via-
tores inſiſtẽdo ꝑinductis virtutũ ꝓceſſibus, miraculoꝝ efficaciã ſortiunt̃: & q ex ſeipſis non
habẽt niſi deficere & peccare, in Deo eos confortãte ſupnaturalia operant̃. Inde venerũt [in Lucæ 10.
Maceloth,] q̊d principatꝰ interpretat̃, qm̃ aduerſarijs poteſtatibꝰ imperãt ſancti, & dæmones
fugãt, dominãtur'q; vitijs, q̊d eſt ſaluberrimus principatus. Inde [in Thahath] q̊d dr̃ pauor,
qa per hæc fit miles Dei hoſtibus metuẽdus, vt caſtroꝝ acies ordinata. Timor q̊q; reuerẽtia-
lis, quo qs ex cõtemplatiõe immẽſæ excellentiæ Dei in propriã reſilit paruitatẽ, abundat in
ſanctis tã triũphãtis q̃ militãtis eccleſiæ. Inde [in Thare.] q̊d extaſis dicit̃, qa præ admiratiõe
æterni & increati oĩm dñatoris, cuncti electi deficiũt & extra ſe rapiũtur in ipſum. Inde [in
Methca,] q̊d interpretat̃ mors noua. hæc eſt mortificatio ſaluberrima, qua ꝑ abundãtia gr̃æ
Dei, mens omni propriæ volũtati mortua, ſoli viuit creatori, vt ait Apl's: Viuo iam nõ ego. Galat. 2.
Item'q;: Mortui eſtis, & vita vr̃a abſcõdita eſt cum Chr̃o in Deo. Inde venerũt [in Haſmona,] Coloſſ. 3.
quod feſtinatio ſonat, qm̃ taliter mortuus, om̃i abiecto torpore, ardẽtiſſime feſtinat ad patri
am electoꝝ. Inde [venerũt in Moſoroth.] q̊d dictũ eſt diſciplina, qm̃ ſic feſtinantes ad dñm,
inſtruunt̃ ab ipſo, & ſi qd foreſecerint, paternaliter diſciplinãt̃ ab illo, & ſine diſſolutiõe feſti
nãt. Inde [in Beneiahakã,] q̊d reſonat fontes, qa ſic currẽs ad increatũ fontẽ, fontibꝰ ſapiẽtię
ac virtutũ recreat̃ ab ipſo, ſicut ait ſaluator: Aqua quã ego dabo, fiet in eo fons aquæ ſalientis Ioan. 7.
in vitã æternã. Inde [in montẽ Gadgad.] q̊d expeditio interpretat̃, qa ſic recreatus, carnalia
& terrena adſpernãs, cũcta ſpiritalis curſus deponit obſtacula, vt animo expedito, appropiet
Deo. Inde [in Iatebatha,] q̊d dr̃ bonitas, qm̃ ita ſe occupãs, totus in boni honeſti affectũ cõ-
uertit̃, & lædere neſcit, cupit'q; cũctis prodeſſe, pro cõmuni bono ſemp ſolicitus & laborans.

Inde [in Hebrona,] q̊d dicit̃ tranſitus: quia ſic bonus effectus in ſe, iugiter appetit dona gr̃æ
proximis cõmunicare, ſicq; charitatiuo affectu tẽdit in eos. Inde [in Aſiongaber:] q̊d inter-
pretatũ eſt, ligna viri: qm̃ talis, de aridis infructuoſisq; lignis diaboli, orãdo & p̄dicãdo, exem
Zacha. 6. plariterq; viuẽdo, facit fructuoſa atq; virida ligna Chr̃i, de quo loq̃tur Zacharias: Ecce vir
oriẽs nomẽ eius. Inde [in deſertũ Sin, hæc eſt Cades,] q̊d interpretat̃ tẽtatio, qm̃ poſt excellẽ-
tia virtutũ exercitia, cõtingit interdũ tẽtari à gloria vana, imo à ſtimulo q̊dã, dicẽte Ap̃lo:
2. Co. 12. Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſatanæ. Inde in montẽ [Hor,] q̊d lumẽ ſeu mõ-
tanus interpretat̃, qm̃ per tẽtatiõis triumphũ ad lumẽ gloriæ & oĩm verticẽ Deũ aſſcendit̃.
Pſal. 141. Deinde [in Salmona] q̊d portio dr̃, qm̃ ſic aſſcendẽs, veraciter pſallere poteſt: Portio mea in
Thren. 3. terra viuẽtium. Et rurſus: Pars mea dñs, dixit aĩa mea. Inde [in Phunon:] q̊d dr̃ os, per quod
cõfeſſio laudis diuinæ ſignificat̃, qm̃ à laudibus Dei homo huiuſmodi nunq̃ deſiſtit. Deinde
venerunt [in Oboth,] q̊d pythones ſeu magi interpretat̃, qm̃ homo tã virtuoſus iam illudit
dæmonib⁹, eorumq; machinas ꝓ nihilo reputat. Inde [in Ieabarim,] q̊d aceruos trãſeũtium
lapidũ ſignat, per q̊d multitudo ſanctoꝝ inſtar petræ ſolidoꝝ, ad regnũ cæleſte pergẽtium,
denotat̃, ꝗbus Dei laudator ſe iungit. Inde [in Dibongad] q̊d interpretat̃ tẽtatio fortiter in-
tellecta, & cõuenit viro ſancto heroico adeo forti, vt in om̃i tentatiõe maneat corde trãquil
lus & ratiõe illæſus, ita vt ſynceriter queat perpẽdere põdus ſuæ tentatiõis, & intentionẽ ten
tãtis: ſicq; tãto infatigabili⁹ virtuti om̃i inhęreat, quãto ſe acrius atq; acutius ſentit tentari.
Inde venerunt [in Helmondeblathaim,] q̊d interpretat̃ cõtemptus opprobrioꝝ, qm̃ vir p̄fe
ctus ita proficiẽs, opprobria ſpernit, ita ꝙ nec alteri ea infert: & ſi ſibi ingerant̃, nõ conturba
Ibidem. tur, immo gaudet aduerſis, iuxta illud Threnoꝝ: Dabit percutiẽti ſe maxillã, ſaturabit̃ op-
Matth. 5. probrijs, p̄ſertim cum dicat vnigenitus Dei: Beati eſtis cum maledixerint vobis hoĩes. Inde
[ad mõtes Abarim] q̊d interpretat̃ mõtes perrectiõis: q̃a dum per hos virtutũ gradus aſſcen
Deu. 34. derit homo, migrat de carne, euolatq; in cælum, ſicut & Moſes in mõte Abarim eſt defun-
ctus. Hæ ſunt mãſiones & profectiões veri & ſpiritalis Iſraelitę, cui p̄cipit dñs, vt cum terram
promiſſiõis intrauerit, i. eccleſiæ Chr̃i fuerit incorporatus aut religionẽ profeſſus, diſperdat
cunctos habitatores terræ malos, cõuertẽdo pro poſſe, ſaltẽ orãdo & exemplariter conuer-
ſando, ſicq; impleat illud: Verte impios, & nõ erũt. Spũs q̊q; malignos in mẽtibus iniquoꝝ
morãtes pellẽdo, inſinuãdo videlicet proximis, q̃ vile, ſtultũ ac impiũ ſit talibus habitatori-
Pro. 12. bus locũ p̄bere in corde, q̊d cõſecratum eſt ſpirituiſancto, & ꝙ ipſe verus Deus parat⁹ eſt ſibi
in habitaculũ, immo in tẽplũ aſſumere, dedicare & poſſidere. Sic q̊q; diſſipet titulos. i. vanita-
tum erectiões & memorialia inania ac elata, & ſtatuas. i. ſimulacra vitioꝝ & fœda phãtaſma
ta, diſtractiõesq; cordis atq; excelſa. i. oẽm altitudinẽ elatiõis, p̄ſumptiõis & intimoratæ ſecu
ritatis, quatenus homo Dei in valle humilitatis & pauida cõſideratiõe periculoꝝ ſuoꝝ ob-
ſeq̃t & ſacrificet ſoli Deo. Quod ſi q̃s nõ ſtuduerit in his dño obedire, iuſto iudicio relinque-
tur, & incidet mala culpæ & pœnæ, ſicq; tradet̃ in manus ſatanę & dęmonis, ꝗbus inſipiẽtiſſi
me acquieſcit ac ſubdit: paulopoſt erũt ei claui in oculis, & lanceæ in lateribus, & peſſimã ei
remunerationẽ rependent: quia quo amplius eis deſeruit, eo ab ipſis grauius punietur.

¶ Expoſitio literalis cap. XXXIIII. Locutusq; eſt dñs ad Moſen. Art. LIII.

NE filij Iſrael plus ſibi vſurparẽt de terra, q̃ cõceſſum fuit diuinitus, p̄figuntur eis termi-
ni totius terræ eis ꝓmiſſæ. [Locutusq; eſt dñs ad Moſen, dicens: Præcipe filijs Iſrael, &
dices ad eos: Cum ingreſſi fueritis terrã Chanaan, & in poſſeſſionẽ vobis ſorte cecide
Nũe. 33. rit, his finibus terminabitur pars meridiana] terræ promiſſiõis, reſpiciens plagã auſtralem,
[incipiet à ſolitudine Sin,] de qua dictũ eſt p̄cedenti cap. [quæ eſt iuxta Edom]. i. terrã Idu
* habebi eis maeoꝝ, [& * habebis terminos cõtra oriẽtem]. i. verſus plagã oriẽtalem, [mare ſalſiſſimum,]
vtpote mare mortuũ, in cui⁹ loco ſtetit olim Pentapolis pulcherrima atq; vberrima regio,
Gen. 16. quæ ob Sodomæ crimẽ verſa eſt in lacũ ſalſum & ſterilẽ, quæ vocatur mare mortuũ, in quo
nec piſcis, nec auis viuere poteſt, nec nauigabile eſt, & fumigat. Propter q̊d in lib. Sapiẽtiæ,
Sap. 10. fumigabũda terra eſt appellatũ, de quo Geñ. 19. plenius eſt dictũ. [q circuibũt auſtralẽ plagã]
id eſt, ꝑ gyrũ attingẽt meridionalẽ terræ ꝓmiſſæ partẽ, [per aſſcenſum ſcorpionis]. i. ꝑ mon
tem ſic nominatũ, qm̃ ſcorpiones habitabãt in eo. [ita vt tranſeãt in Senna]. i. locũ ſeu vicũ
ſic dictũ, [& ꝑueniant ad meridiẽ vſq; ad Cadesbarne,] de q̊ loco ſeu oppido dictũ eſt, [ibitq;
per gyrũ terminus iſte] auſtralis [ab Aſemona]. i. loco ſic nuncupato, vſq; ad torrentẽ Aegy
pti:] q̊d (vt quidã dixerũt) nõ eſt intelligẽdum de Nilo, ſed de fluuio multũ minori, q Rino-
corula dr̃, & diuidit inter Aegyptũ & Palæſtinã, eſtq; terminus terrę ꝓmiſſiõis à parte auſtra
Auguſt. li, vt 16. de ciui. Dei docuit Auguſtinus. Vnde Gene. 16. dñs ait ad Abrahã: Semini tuo dabo
Gene. 15. terrã hãc à fluuio Aegypti. [& maris magni littore finietur] pars iſta meridionalis. Quẽadmo
dũ aũt in Ioſue, multisq; locis ſcripturæ, ita & hic ꝑ mare magnũ, intelligitur nõ mare ocea-
num, q̊d eſt ſimpliciter magnũ mare, ſed mare mediterraneũ, q̊d reſpectu maris mortui, dr̃
magnum. Seq̃tur de eiuſdẽ terræ ꝓmiſſiõis termino occidẽtali. [Plaga aũt occidẽtalis à mari

magno incipiet, & ipſo fine claudet̃]. i. termino maris eiuſdẽ, ita ꝙ nõ extendet̃ vltra hoc ma
re. Nõ autẽ poteſt ꝑ mare magnũ, mare oceanũ accipi, q̃a ſic filij Iſrael nõdum obtinuiſſent
totã terrã eis ꝓmiſſam. Subdit̃ de terminis plagę aquilonaris: [Porro ad ſeptẽtrionalẽ plagã
à mari magno]. i. mediterraneo, puta ab vna eius parte verſus aquilonẽ reſpiciẽte, [termi-
ni incipiẽt ꝑueniẽtes vſq; ad montẽ altiſſimũ]. i. cæteris altiorẽ in ſitu terræ illius, ꝑ quẽ qui-
dam intelligũt montẽ Libani, q eſſe legit̃ in termino aq̃lonari terræ ꝓmiſſiõis, [à quo veni-
ent in Emath]. i. vſq; ꝓpe Antiochiã, [vſq; ad terminos Sedada, ibũtq; cõfinia vſq; Sephrona
& villã Henan]. i. ꝑtingẽt vſq; ad loca ſic dicta, & iuxta Gloſſam, ꝑ Sephrona intelligit̃ vrbs
Ciliciæ, q̃ vſq; nũc Sephædũ appellat̃. Henan aũt villa, hebraice Aſirã nũcupat̃. Circa hæc fert̃
in Gloſſa: Dicũt Hebræi ſeptẽtrionalẽ plagã incipere à mari magno, q̊d Palæſtinæ, Phœni-
ces & Syriæ p̄tendit̃ littoribus, & per Aegyptũ tendit ad Libyã. Quod aũt dr̃, ꝑueniẽtes vſq;
ad montẽ altiſſimũ, autumãt ſignificari montẽ Amanũ vel Taurũ, q̊d verius videt̃. Subiun-
git̃ de terminis partis oriẽtalis: [Inde] videlicet à termino aquilonari, [metabunt̃]. i. ducent̃,
[fines cõtra orientalẽ plagã de villa Henan] iam dicta, [vſq; Sephama,] quã Hebræi Apha-
miã vocãt, [& de Sephama deſcendũt termini iſti] oriẽtales [in Reblatha]. i. Antiochiã Sy-
riæ ex alia parte [cõtra fontẽ]. i. ex oppoſito fontis noĩe [Daphnim, [de quo Antiochia abũ-
dantiſſimis fruitur aquis, ſecundũ Gloſſam, atq; (vt fertur) in hoc fonte eſt verus ortus Iorda Hieroñ.
nis, qm̃ paleæ ibi ĩpoſitæ, recipiunt̃ ꝑ mediterraneã viã in fonte q dr̃ Dan, à quo & alio fonte
Ior noĩe, nomẽ ſumpſit Iordanis. [Inde ꝑueniẽt] termini oriẽtales [ad mare Cenereth,] q̊d ſe
cundũ Gloſſam eſt ſtagnũ ſeu mare Tiberiadis, eſtq; lacus magnus, in cuius littore ſitæ ſunt
vrbes, noĩe Tiberias, Geneſareth, Bethſaida, q̃ ſunt oppida Galilææ. Vñ in Euãgelio noĩat̃ Ioan. 6.
mare Galilææ, qm̃ trãſit per eã. [& tendẽt vſq; ad Iordanem] qui trãſire fertur per ſtagnũ p̄fa
tum, [& ad vltimũ ſalſiſſimo claudent̃ mari,] quod fuit in angulo terræ Chanaan Iſraelitis
promiſſæ, oriẽtalem partem cum occidentali copulãte. quẽadmodũ em̃ auſtralis plaga in-
choat inde. i. à mari illo ſalſiſſimo, ſic orientalis pars terminat̃ ad ipſum. Deniq; iſta termi-
natio terræ promiſſæ ad hoc quoq; neceſſaria fuit, quoniã extra terrã promiſſiõis non licuit
filijs Iſrael templũ ædificare aut ſacrificare. [Et ait dñs ad Moſen: Hæc ſunt noĩa viroꝝ qui
terrã vobis]. i. populo tibi cõmiſſo [diuident,] vtpote nouem tribubus atq; dimidiæ, [Elea-
zar ſacerdos, & Ioſue filius Nun, & ſinguli principes de ſingulis tribubus]. i. de qualibet tribu
ſuam portionẽ nõdum ſortita, princeps vnus, qui ſimul decem fuerunt, quia dimidiæ tribui
nondum dotatæ aſſignatus fuit vnus princeps, vt patet in textu qui eſt planus.

¶ Declaratio lr̃alis cap. XXXV. Hæc quoq; locutus dñs ad Moſen. Art. LIIII.

QValiter dñs iuſſit ſacerdotibus ac Leuitis dari vrbes ac viculos ad cõmorãdum, & ſub-
urbana earꝝ ad enutriendũ eoꝝ iumenta, qualiter etiã eis aſſignatę ſint vrbes refugij,
modo deſcribit̃. [Hæc q̊q; locutus eſt dñs ad Moſen in cãpeſtribus Moab ſupra Iorda
nẽ cõtra Hiericho: Præcipe filijs Iſrael, vt dent Leuitis de poſſeſſiõibus ſuis]. i. de ciuitatibus
quas poſſidebunt, [vrbes ad habitãdum & ſuburbana earꝝ]. i. ſpatia cõtigua vrbiũ muris &
extra eos, vt ipſi Leuitæ in oppidis maneãt. Erãt aũt ſacerdotes & Leuitæ per omnes tribus
diſperſi ad populũ informãdum. [& ſurburbana ſint pecoribus ac iumẽtis] eoꝝ ad paſtũ, &
ꝓprie dicunt̃ iumẽta, animalia, q̃ hoĩbus adiutoriũ præſtãt in neceſſarijs laboribus exercen-
dis ſeu oneribus deferẽdis: cætera domeſtica animalia, dicta ſunt pecora. [quæ à muris ciui-
tatũ forinſecus ꝑ circuitũ mille paſſuũ ſpatio tendent̃]. i. extẽdent̃ in latũ, in quo ſpatio erũt
paſcua animaliũ prędictoꝝ. Verũtñ iſtud difficultatẽ non haberet, niſi ſubiungeret̃: [Cõtra Nũe. 34.
orientẽ duo millia cubiti erunt, & cõtra meridiem ſimiliter erũt duo millia. Ad mare quoq;
quod reſpicit occidẽtem,] de quo mari dictũ eſt cap. p̄cedenti. [eadẽ mẽſura erit,] videlicet
ſpatiũ duoꝝ milliũ cubitoꝝ. [& ſeptẽtrionalis plaga ęquali termino finiet̃]. i. ſpatiũ ſuburba
noꝝ reſpiciẽs aquilonẽ, erit quãtitatis æqualis: hoc eſt, ſpatiũ illud per totũ vrbium gyrum,
ſeu verſus quatuor partes orbis, erit æquale, ita vt cõtineat duo millia cubitoꝝ. Hæc autẽ ſi-
bi inuicẽ cõtrariari vident̃, qm̃ mille paſſus faciũt plus q̃ duo millia cubiti, cũ paſſus ſit ſpa-
tiũ q̃nq; pedũ, iuxta illud: Quinq; pedes paſſum faciunt &c. Circa hæc ſcribit Lyra: Dicunt
expoſitores cõmuniter, ꝙ idem eſt ſpatiũ mille paſſuũ, & duoꝝ milliũ cubitoꝝ: quia paſſus
cõtinet quatuor pedes, vt dicunt: ſed hoc eſt cõtra illud cõmune dictũ, ꝙ paſſus cõtinet q̃nq;
pedes. Dato etiã ꝙ paſſus cõtineret quatuor pedes tãtum, adhuc dictum eoꝝ non cõſonaret
Hebraicæ veritati. Nam vbi trãſlatio noſtra habet, mille paſſuum, in Hebræo habet̃, mille cu
bitoꝝ: q̊d tamẽ videt̃ repugnare ei q̊d ſubdit̃: Ad oriẽtem duo millia cubiti. Ad hoc Rabbi
Salomon reſpõdet, ꝙ ſecũdum veritatẽ duo millia cubiti erãt extra muros ciuitatum ꝑ cir-
cuitum. Mille tñ cubiti propinquiores ciuitati, ſic erãt diſpoſiti, ꝙ in eis nõ poterãt domus
ædificari, nec poterãt arare, ſeminare, nec plantari poterãt vineę ibi, ſed erãt ad recreationẽ
& paſcua animaliũ. Fiebãt etiã ibi piſcinæ ad veſtiũ lotionẽ, ideo iſti mille cubiti vocant̃ pro
p̄rie ſuburbana, & de eis loquit̃ ſcriptura p̄ciſe, cum dicit̃ in Hebraica veritate, ꝙ à muris ci

uitatum forinſecus per circuitum mille cubitoꝝ ſpatio tenderet. In alijs aũt mille cubitis re-
motioribus à muris, poterãt vineæ plantari. Large tñ loquendo pertinent ad ſuburbana, vt
hoc modo loquaꝝ ſcriptura, cum ſubdit: Ad oriẽtem duo millia cubiti erũt. Hæc Lyra. Iſta
R. Salo. reſpõſio Rabbi Salomonis nõ videꝝ idonea, q̃m ſub eodem contextu, mox cum dictũ eſt, ꝙ
ſuburbana à muris ciuitatũ tenderenꝝ forinſecus per circuitum ſpatio paſſuum mille, im-
mediate ſubiungit: Contra orientẽ duo millia cubiti erunt &c. q̊d non eſt niſi expoſitio &
determinatio quædã præcedentiũ verboꝝ, ſi recte penſeꝝ. Deniqꝫ illa Rabbi Salomonis ſo-
lutio, nõ ſatiſfacit noſtræ tranſlationi, de cuius veritate nõ dubitamus: q̃m iuxta iſtã ſolutio
nem non erãt extra muros, niſi dũtaxat duo millia cubitoꝝ per gyrum: non ergo mille paſ
ſus, etiã ſi cubitus cõtineat duos pedes, cum tamẽ cõmuniter dicaꝝ, non cõtinere niſi pedem
R. Paulꝰ. cum medio, niſi dicaꝝ, ꝙ paſſus cõtineat ſolũ quatuor pedes. ¶Præterea Rabbi Paulus con
R. Salo. tra p̄habita ſcribit, & reprobat ſolutionẽ Rabbi Salomonis, dicens, ꝙ in litera non habeat
fundamẽtum, ideo'qꝫ nullius authoritatis exiſtat. Expoſitio autẽ Rabbi Pauli, quãtum cape-
re queo, nullius videꝝ valoris. Nec eñ ciuitates, de quibus nunc ſermo, iuſſæ ſunt eſſe qua-
dratæ, nec in quadro poſitæ erãt, vt ipſe inſinuat. Itaqꝫ ſaluãdo noſtrã tranſlationẽ, cum ca-
tholicis eſt tenẽdum, ꝙ paſſus hic ſumiꝝ pro ſpatio quatuor pedũ, & cubitus pro ſpatio pe-
dum duoꝝ. Nec obſtat obiectio introducta, quoniã menſuræ apud diuerſos varianꝝ, immo
in eodẽ territorio frequẽter diuerſimode accipiunꝝ. Sũt eñ & cubiti geometrici, quoꝝ vnus
cõtinet ſex cubitos cõmuniter dictos. Itaqꝫ etſi paſſus cõmuniter apud nos accipiaꝝ pro ſpa
tio quinqꝫ pedũ, & cubitus pro menſura vſuali cõtinente cubitũ vnũ cum medio, nunc ali-
Gene. 6. ter accipiunꝝ: nec ſolum nunc, ſed in alijs quoqꝫ locis. Nam q̊d in Geneſi legiꝝ de cubitis ar-
Auguſt. cæ, Auguſtinus, Origenes, multi'qꝫ alij de cubitis geometricis expoſuerũt. Credo etiã in He-
Origen. bræo haberi, ſicut Hieronymus tranſtulit, & ꝙ dictio illa Hebraica, pro qua poſuit paſſum,
Hierõ. ſignificet vere paſſum, quãuis poſſit & cubitũ ac alia ſignificare. ¶Sequitur de ciuitatibus
Deu. 18. refugij, de quibus in Deuteronomio plenius diciꝝ. [De ipſis aũt oppidis quę Leuitis dabitis,
& 19 ſex erunt in fugitiuoꝝ auxilia ſeparata] i. deputata ad hoc, vt in ea confugiãt fugitiui. Hinc
ſubdit: [vt fugiat ad ea qui ſanguinẽ fuderit,] nõ qualitercũqꝫ, ſed nolens, vt infrà exprimiꝝ.
Deut. 4. Haꝝ vrbiũ refugij tres deputauit Moſes adhuc viuẽs trans Iordanẽ, vt legiꝝ in Deuter. alias
Ioſu. 20. tres Ioſue, mortuo Moſe. [Et exceptis his &c.] i. in toto erunt quadragintaocto oppida Le-
uitis p̄ſtanda, nõ in dominiũ, nec in poſſeſſionẽ hæreditariã, ſed in habitationẽ. Quod qua-
Ioſue 21. liter factũ ſit, in Ioſue hiſtoria habeꝝ, ſic & de vrbibus fugitiuoꝝ. [Ait dñs ad Moſen: Loque-
Ioſu. 20. re filijs Iſrael, & dices ad eos: Quãdo trãſgreſſi fueritis Iordanẽ in terrã Chanaan, decernite,]
id eſt, iudicate & inſtituite cõmuni cõſenſu, [quæ vrbes eſſe debeãt in p̄ſidia fugitiuoꝝ, qui
nolentes ſanguinẽ fuderint] i. caſu ſeu ſine lædendi ꝓpoſito. [In quibus] i. in aliquã harum
[ſi fugerit profugus,] ꝗ homicidiũ tale cõmiſit, [cognatus occiſi eum nõ poterit occidere.]
Ex quo eliciunt quidã, ꝙ poterat hoc, ſi appræhẽdebat eum anteq̃ vrbẽ illam ꝓfugus intro-
iuit. ſed melius eſt, vt dicaꝝ ꝙ nõ poterat homicidã talẽ occidere, niſi ſentẽtia cõtra eum or-
dinarie prolata, p̄ſertim cum innocẽs fuerit, nec meruerit pro homicidio tali occidi. Vnde
ſubiungiꝝ: [donec ſtet] profugus [in cõſpectu multitudinis] i. hoĩm cõmorantiũ in loco, in
quo, vel in cuius dominio homicidiũ perpetrauit, [& cauſa illius iudiceꝝ] à iudicibus loci il
lius. Habitatores eñ vrbis cõfugij, tradebãt talem homicidã in manus iudicũ illoꝝ, vt diſcu
terẽt cauſam ipſius: & ſi inueniebaꝝ innocẽs, reſtituebaꝝ ſecure in vrbẽ refugij: ſi reus, dabaꝝ
manibus propinquoꝝ ad occidendũ, ſicut ſuꝑ Exodũ dictũ eſt, & infrà in iſto contineꝝ capi
tulo. [De ipſis aũt vrbibus quæ ad fugitiuoꝝ ſubſidia ſeparanꝝ, tres erunt trans Iordanem, &
tres in terra Chanaan, tam filijs Iſrael q̃ aduenis atqꝫ peregrinis.] Hoc videꝝ incõueniens, q̃m
terra nouẽ & medię tribuũ, erat multo maior q̃ alia. Ad hoc Lyra allegat Rabbi Salomonẽ,
dicẽtem q̃m hoĩes in terra Galaad, quæ erat trãs Iordanẽ, erãt ad effuſionẽ ſanguinis proni,
& itẽ vt effuſores ſanguinis elõgarenꝝ à tẽplo q̊d nõ fuit vltra Iordanẽ, ſed citra. Veꝝ prima
haꝝ rationũ videꝝ inualida, qa hoc fuiſſet homicidas ex ꝓpoſito occidẽtes fouere in crimi-
ne, vtpote qa faciliter poterãt fugere. Secũda q̊qꝫ inepta cenſeꝝ, qa ſecũdum legẽ homicida
fuit tutus in tẽplo, dũmodo nõ per induſtriã occidiſſet, nec pacis pactũ frãgendo. Verior er-
go cauſa apparet, q̃m qui trans Iordanẽ morabanꝝ, erãt nimis remoti à templo, ideo tanto
plus indigebãt alijs cõfugij locis. Deniqꝫ ad tollendã talem imparilitatẽ ciuitatũ refugij, in-
Deu. 19. frà in Deuteronomio præcipiꝝ, vt adhuc alias tres refugij vrbes haberẽt, cum dilatati eſſent
eoꝝ termini in terra promiſſiõis. [Si quis ferro ꝑcuſſerit] i. læſerit aliũ ex ꝓpoſito ſeu ſcien-
ter. [& mortuus fuerit qui ꝑcuſſus eſt] i. læſus, [reus erit homicidij] ꝗ fecit hoc, [& ipſe mo-
rietur] i. occideꝝ. [Si lapidẽ iecerit, & * ictu] lapidis [occubuerit] alius, [ſimiliter punietur]
talis ꝓiector, p̄ſertim ſi proiecit vt tãgeret aliũ, vel ad locũ in quo eſt cõſuetũ & publicũ iter.
[Si ligno ꝑcuſſus interierit, ꝑcuſſoris ſanguine vindicabiꝝ] i. ꝑcutiẽs illũ, iudicabiꝝ & inter-
ficietur, vt homicida: & per hæc tria inſtrumẽta ꝑcutiẽdi, intelligũtur & alia ꝑ quę qs poteſt
occi-

occidi. [propinquus occiſi homicidã] talem ex ꝓpoſito occidentẽ ſiue lædentẽ [interficiet,]
dato iudicio, ꝙ reus ſit ſanguinis. [ſtatim vt app̄henderit eũ, interficiet] i. occidet eũ, quãuis
fuerit in ciuitate refugij, quia in ea nõ fuerat tutus, ſed ab ea fuit expellendus, poſtq̃ iudica-
tus fuit ex propoſito occidiſſe. [Quod ſi fortuitu] i. per ignorãtiam & ſine ꝓpoſito, [& abſqꝫ
odio & inimicitijs quicquã hoꝝ fecerit,] i. occiderit, [& hoc audiente populo fuerit cõpro-
batum] per teſtes ſufficientes atqꝫ idoneos. [liberabiꝝ innocens] i. caſualis occiſor [de manu
vltoris,] cui prohibebiꝝ à iudicibus facere vltionẽ in innocẽtem. [& reduceꝝ per ſententiã]
iudicum [in vrbẽ ad quã confugerat.] Ex quo innoteſcit, ꝙ iudicabaꝝ in loco ſeu dominio
in quo occidit, illuc'qꝫ ducebaꝝ ſecure, vt cauſa ſua ibi ventilareꝝ. Nam & quiſqꝫ ſortiꝝ forum
à loco exceſſus, inuenta'qꝫ & approbata per iudices innocentia eius, reducebaꝝ cũ ſecuritate
ad vrbẽ cõfugij. Exemplũ excuſabilis homicidij poniꝝ in Deuteronomio, vt ſi ferrum exie- Deu. 19.
rit manubriũ abcidẽtis ligna in ſylua, & læſerit aliũ. [Manebit'qꝫ ibi] ſ. in vrbe refugij, [do-
nec ſacerdos magnus] puta epiſcopus, [qui oleo ſancto vnctus eſt] in capite & manibus, q̊d Leuit. 8.
inferioribus ſacerdotibus nõ fiebat, [moriatur,] quo defuncto, poterat ad locũ ſuũ reuerti,
& nõ ante, ne ex eius inſpectione propinqui eius quem interfecit, incitarenꝝ aduerſus eum.
Longitudine autẽ tẽporis poterãt obliuiſci mortẽ ꝓpinqui ſui occiſi, præſertim in tẽpore
mortis pontificis, dum erat dolor cõmunis & occupatio generalis in alijs, vel propter reue-
rentiã noui pontificis, & item ob myſticã ſignificationẽ, quia per Chriſti veri & ſummi an-
tiſtitis occiſionem, inductum eſt genus humanũ ad cæleſtis patriã paradiſi, qua erat priuatũ
demerito protoplaſti. [Si interfector] qui à caſu quenq̃ occidit, [extra fines] i. muros [vrbiũ]
niſi forte & ſuburbana ſacerdotaliũ vrbium infrà eaꝝ fines cõputenꝝ, [quæ exulibus] i. fugi-
tiuis [ſunt deputatæ, fuerit inuentus, & ꝑcuſſus ab eo qui vltor eſt ſanguinis] i. ab occiſi pro-
pinquo, cui iure diuino cõpetit ſecũdum legis tenorẽ vindicare occiſionẽ ſui cognati. [abſqꝫ
noxa erit qui eum occiderit] i. nõ imputabiꝝ ei ad culpã, ſi tamẽ zelo legis & non ex vitioſa
fecerit id radice. Nam etſi caſualis occiſor occidendo nõ meruit trucidari, tamẽ nõ remanẽ-
do in vrbe cõfugij iuxta legis ſtatutũ, mereꝝ occidi. Ideo ſubdit: [debuerat eñ ꝓfugus] vtpo-
te huiuſmodi homicida, [vſqꝫ ad mortẽ põtificis in vrbe] refugij [reſidere. poſtq̃ aũt ille] vi
delicet põtifex [obierit, homicida reuerteꝝ in terrã ſuã.] Iſtud & in euãgelica lege quodãmo
do obſeruaꝝ, quãtum ad hoc, ꝙ rei cũ nouo epiſcopo aut principe redeunt vnde exules erãt.
[Homicida ſub teſtibus punieꝝ] i. nõ niſi ex ſufficienti teſtimonio cõtra eũ adiudicabiꝝ pœ
nę, attamẽ euidẽtia facti pro teſtimonio reputaꝝ. [Ad vnius teſtimoniũ nullus cõdemnabiꝝ.]
quia facile atqꝫ probabile eſt, vnum mentiri aut falli ſiue ſubuerti: ideo ad minus duo teſtes
exigunꝝ, qui vnà cum accuſatore nõ poſſunt tã facile deuiare & cõcordare in malo, quanq̃
& hoc quãdoqꝫ cõtingere poſſit. ſed & lex reſpicit ad id, q̊d vt in pluribus accidere ſolet. Te-
ſtes quoqꝫ diligẽter ſunt examinãdi & ſeorſum interrogãdi de circũſtantijs rei, ꝗbus & gra-
ue incũbit periculũ, ſi in falſitate dep̄hendanꝝ. In oñi aũt materia, certitudo eſt de circũſtan
tijs rei exigenda ſecundũ qualitatẽ materiæ. Idcirco in rebus actibus'qꝫ humanis, in ꝗbus fre
quenter nõ poteſt certitudo abſoluta haberi, ſufficit certitudo ꝓbabilis. Eſt aũt ꝓbabile, ꝙ
aſſertio duoꝝ cum tertio cõcordantiũ, verior ſit q̃ vnius. Nec oñes indifferẽter ad ꝓhiben-
dum teſtimoniũ admittunꝝ, ſed ꝗ ſecũdum iura cenſenꝝ idonei. [Nõ accipietis preciũ ab eo
qui reus eſt ſanguinis:] Hoc in veteri teſtamẽto fuit rationabiliter inſtitutũ, q̃m iudices ipſi
erãt ad auaritiã proni. Iudæi quoqꝫ erãt crudeles & ad homicidiũ inclinati, ideo hoc rigore
oportuit iudicum cupiditatẽ & ſubditoꝝ crudelitatẽ compeſci. vnde ſubiungiꝝ: [ſtatim &
ipſe] qui reus eſt mortis, [morieꝝ,] data cõtra eum ſentẽtia, quæ nõ ſine neceſſitate eſt diffe-
renda, ne interim aliquo modo euadat. [Exules & profugi, ante mortẽ pontificis nullo mo-
do in vrbes ſuas] ſeu alia habitacula ſua [reuerti poterũt.] Hoc diciꝝ ad deſignãdum, ꝙ nec
ab eis fuit preciũ accipiendũ, vt poſſent redire. quãuis eñ fuerãt à crimine homicidij inno-
centes, tamẽ propter multa mala vitãda, & ꝓpter cõmune bonum patriæ, erãt tali exilio pu-
niendi. Eteñ interdũ neceſſe eſt bono ꝑſonæ ſeu particulari cõmodo aliquid tolerare pro-
pter procurãdum vel conſeruãdum bonum cõmune, quemadmodũ nõnunquã propter cura
tionem membri principalioris, totiusve corporis, in membro ſano fit quędã inciſio, & mem
brum ægrum omnino abſcindiꝝ. Nec in tali caſu derogaꝝ perſonæ, quia & ei ſic expedit, &
ipſa eſt pars communitatis, & bonum vniuerſale præferendum eſt bono particulari. [Ne pol
luatis terram habitatiõis veſtræ,] id eſt, opera criminoſa nõ faciatis, nec fieri permittatis in
ea, nec facta dimittatis inulta. Dicitur autem terra pollui, ſicut & conſecrari, non ꝙ ſit vitij
aut virtutis ſubiectum, ſed inſtrumentum aut medium quoddam vel ordinata ad ſacra aut
non ſacra, [quæ inſontium] id eſt, innocentium [cruore maculatur,] non ꝙ ſanguis inno-
cens ſit immundus aut maculans, ſed eius effuſor, & ipſa deteſtanda effuſio maculat terram.
¶Præterea propter innocentium ſanctitatem & paſſionis eorum, mortis'qꝫ meritum, ter-
ra interdum diciꝝ ſanctificari, & ſancta vocaꝝ, ſicut Hieruſalem, in qua paſſus eſt ſanctus ſan-

...rum, vocať ciuitas ſancta: & terra promiſſionis, propter myſteria Chriſti ibi expleta, ſan
...a vocatur. [nec aliter expiari poteſt] .i. purgari, & Deo quodammodo reconciliari, ſuoq́
modo placere, [niſi per eius ſanguinem] .i. iuſtam interfectionem, [qui alterius ſanguinem
fuderit.] vt iniuſtitiæ obliquitas per hanc iuſtitiæ rectitudinem reducať ad medium quod-
dam, & recompenſeť exceſſus culpæ per adimpletionem iuſtitiæ. Sicq́ fiat vni, ſicut fecit alte
ri: & per quæ peccauit, per ea & puniatur. Simili modo erat vitanda & præcauenda fuſio ſan
guinis homicidij caſualis per præfatum exilium. [atq; ita emundabiť veſtra poſſeſſio] id eſt,
terra ſeu regio, [me commorāte vobiſcum] .i. ob hoc ꝙ ego tam gratioſe dignor inter vos
Deu. 23. commorari, quē nō decet in terra polluta morari. Vnde in Deuteronomio legiť Dominus
Deus ambulat in medio caſtroꝝ. ideo caſtra veſtra ſint ſancta. [Ego enim ſum dñs qui habi
to inter filios Iſrael] .i. in tabernaculo ſeu in templo quod erat in medio Iſraeliticæ plebis,
immo potius inter filios Iſrael .i. in cordibus ipſoꝝ per fidem & gratiam, ad quod obtinen-
dum, neceſſe eſt meis obedire præceptis. ¶Præterea ſpiritalis & myſticus huius capituli ſen
ſus, hincinde præhabitus eſt, qui tamen breuiter tangi poteſt. Nempe per hoc quod ſacerdo
1. Tim. 6 tibus & Leuitis datæ ſunt vrbes ad habitandum, non ad hæreditandum aut principandum,
deſignatur in primis, quantum auaritia atq; ambitio vitandæ ſint ſacerdotibus & clericis,
maxime religioſis euangelicæ legis, & vt habentes victum & tegumenta, contenti ſint. De-
inde ꝙ populus libenter debet temporalia miniſtrare his, à quibus ſpiritalia ſuſcipit. Per
ſuburbana vero Leuitarum, quibus pecora ſua alebant, intelliguntur ſpiritalia dona, per
quæ prælati & ſpiritales, animas ſubditoꝝ vulgariumq́ reficiunt, quæ ſuburbana debēt mil
1. Petr. 4. le paſſuum ſpatio tendi: quia grandis ſpiritalium chariſmatū exuberantia ſuperioribus ne-
ceſſaria eſt, vt de plenitudine ſua copioſe communicent ſibi commiſſis. Poſſunt tamen per
ſuburbana extra vrbes ſita, intelligi libri ſacræ ſcripturæ, & ſanctoꝝ patrum volumina, ex
quibus populus ſaluberrime enutritur: quod ſine perſonaꝝ acceptiōe eſt faciendum, quod
ſignificatū videtur per hoc, ꝙ ad quatuor plagas terræ ſuburbana æqualiter tendebanť. Por
ro per vrbes refugij intelliguntur eccleſiaſtica ſacramenta & pœnitentiæ loca, clauſtra, col-
legia, congregationes deuotæ, in quibus protegitur homo ab inuiſibilibus inimicis, & mor
tem euadit perpetuam: quæ ſi ante mortē exierit præſulis, occideť: qm̄ ſi prętacta refugij de-
ſeruerit loca ſiue remedia, antequā finaliter merito dominicæ paſſionis ſalueť, æternaliter
perit. Hæc quoq; refugij loca inter ſacerdotes, ſpiritalesq́ homines maxime reperiunť. Am-
plius, nolens ſanguinem fudit, qui nō ex deliberatiōe, ſed ex infirmitate aut ignorātia peccat
& alios ſcādalizat, & facilius veniā promereť. Qui autem ex propoſito & certa ſcientia facit
hoc, difficulter curať, potiſſimū ſi cōſuetudinis prauæ mole oppreſſus ſit: ſed deſperādum nō
eſt, quoniā om̄ipotenti medico animaꝝ, vniuerſa nō ſolum poſſibilia, ſed & facilima ſunt.
At vero de vrbibus refugij tres ſunt trans Iordanem, & tres ab alia parte, quia tam ſpiritales
quàm ſeculares indigent iſtis remedijs. ¶Si quis ferro percuſſerit. Ferro occidit, qui detra-
hit. Detractio nāq; eſt gladius bis acutus & ferrū duriſſimū, quo detractor ſimul & auditor,
niſi diſſentiāt, perimunť. Lapidem proijcit & occidit, qui cū immoderata aſperitate incre-
pat aut obiurgat, aut pungitiua pronunciat verba. Ligno autē occidit, qui virgā correctio-
nis vltra menſurā extendit, nec iuxta modum culpæ apponit remediū pœnæ. Per hoc demū
ꝙ cognatus occiſi poterat homicidā opprimere, ſignificata videť ſpiritalis cenſura eccleſiæ,
qua per excōmunicationē, ſuſpenſionē, interdictum, degradationem, aut ſimili modo aliqui
puniunť. Per exilium vero fugitiui notať, ꝙ homo tādiu à myſtico corpore eccleſiæ ꝑma-
net ſeparatus, quouſq; per pœnitentiā Deo reconcilieť in morte pōtificis .i. virtute & merito
dñicæ paſſionis. per hæc etiā ꝙ dñs prohibuit preciū accipi ab eo, qui reus eſt ſanguinis, cō-
ſtat q̃ dire peccent, qui in euangelica lege ex cupiditate aut cum remiſſione precium ſumūt
à facinoroſis in derogationē iuſtitię & iacturā Reip. aut crimina fieri ſinūt, quæ poſſent aliq̃
modo impedire, vt ex aliorum ſceleribus atq; iniurijs temporalia commoda ſortiantur: qui
vtiq; ineffabiliter vitioſiſſimi ſunt cenſendi, qui pecunias ſic præferunt Deo, & proximoꝝ
ſaluti atq; virtutibus. ¶Poſtremo, ſi terram illam Iſraelitaꝝ & tabernaculum dñi oportuit
eſſe tam munda, quia ibidem dominus habitauit, quanto magis terram, loca & regna, clau-
ſtra, collegia, eccleſias, immo potiſſimū corda Chriſtianoꝝ, in quibus Deus tam multiplici-
ter, tam miſericordiſſime, tam euidentiſſime cōmorari dignať, vbi & per ſacramentalem ſic
adeſt præſentiam, per eccleſiaſtica ſacramenta, per ſanctorum reliquias.

¶Expoſitio literalis cap. XXXVI. Acceſſerunt autem & principes familiarum.

Articulus LV.

LEx ſpecialis circa matrimonia cōtrahenda, in præſenti recitať capl'o. [Acceſſerunt aūt
& principes familiaꝝ Galaad,] hoc eſt, viri ſic dicti [filij Machir, filij Manaſſæ de ſtirpe
Nūe. 26. filioꝝ Ioſeph.] De quoꝝ genealogijs dictum eſt ſuprà. [Locutiq́ ſunt Moſi: Tibi dño
noſtro] vicariali & ſecundario [præcepit dñs] vniuerſoꝝ, primus ac principalis, vt diuide-

res terram filijs Iſrael ſorte, & vt filiabus Salphaad fratris] .i. cognati [noſtri, dares poſſeſſio-
nem debitam patri] .i. partem hæreditariā, quam pr̄ eaꝝ habiturus erat, niſi peccādo deme
ruiſſet, de q̊ ꝓcepto & cauſa inſtitutiōis ſuæ dictū eſt ſuprà, q͠a videlicet pr̄ eaꝝ nō habuit ali Nūe. 27.
quem filiū. [Quas ſi alterius tribus hoīes] .i. viri, [vxores acceperint, ſequetur poſſeſſio ſua:]
hoc eſt, hæreditas filiaꝝ illarum deuoluetur ad eaꝝ filios, & conſequenter ad tribum illā, de
q̃ eaꝝ filij fuerint nati ex parte patris, q̊niam genealogia filioꝝ ſumitur ex parte patrum ſu
orum, non matrum: immo nec moris eſt ſcripturaꝝ, mulieꝝ genealogiam deſcribere, vt ait
Hieronymus. [atq; ita fiet, vt cum iubileus .i. quinquageſimus annus remiſſionis aduenerit] Hieroñ.
In quo omnis hæreditas ad priſtinam redit tribum atq; hæredem, quia nec poterat vltra tē-
pus illud alienari aut vendi, vt dictum eſt ſæpe. [confundatur ſortium diſtributio:] hoc eſt,
hæreditates ſortibus diſtributæ, miſceantur confuſe adinuicem, deueniendo ad alias tribus,
nec maneant, ſicut à domino erant diſtinctæ. [Reſpondit Moſes, & dño præcipiente, ait: Re
cte tribus filioꝝ Ioſeph locuta eſt:] hoc eſt, viri iſti de tribu Manaſſę filij Ioſeph nati, ſapien-
ter quæſtionem hanc propoſuerunt, ad euitandum inconuenientia iā prætacta. [& hæc lex]
hoc eſt, iuſſio [ſuper filiabus Salphaad .i. à domino ꝓmulgata eſt] hoc eſt, mihi à Deo eſt reue
lata per angelum, vt eam omnibus pandam. [Nubant quibus volunt, tm̄ ſuę tribus hoībus.]
non tñ indifferenter quibuſcunq; viris de tribu ſua, ſed eis, qui ſecundum legem non exclu
debantur ab earum connubio, propter conſanguinitatem vel affinitatem. Deinde occaſio-
ne caſus iſtius datur lex generalis: [Oēs enim viri ducent vxores de tribu & cognatione ſua.]
Non ꝙ omnes mares erant obligati ſimpliciter ad contrahendum coniugium, cum nec He
lias nec Hieremias hoc fecerunt: ſed oēs matrimonium contracturi, contrahant cum mulie
ribus ſuæ tribus. [& cunctæ fœminæ] maritandæ, [maritos de eadem tribu,] de q̃ ipſæ ſunt,
[maritos accipient, vt hæreditas permaneat in familijs:] hoc eſt, quælibet familia teneat, aut
ſaltem in iubileo recipiat hæreditatem patrum ſuoꝝ, quæ ei ſecundum legem debetur. ¶Ex
hoc verbo doctores eliciunt, iſtud non eſſe intelligendum de mulieribus quibuſcūq;, ſed de
his, in q͠bus locum habuit ratio huius inſtitutionis, hoc eſt, de fœminis in hæreditate pater-
na ſuccedentibus, ex quarum connubio cum viris aliaꝝ tribuum inito, ſequi poterat hære
ditatum ad aliam tribum tranſlatio, ſortiumq́ confuſio. ¶Vnde & Thomas ait in 1.2. q̃ſt.
105. Lex non ſtatuit, ꝙ mulieres ſuccederent in bonis paternis, niſi in defectu filioꝝ maſcu
lorum, Tunc nanq; neceſſarium erat in tali caſu, vt ſucceſſio hæreditatis concederetur muli
eribus in conſolationem patris, cui valde graue fuiſſet, ſi eius hæreditas tranſiſſet ad omni-
no extraneos. Adhibuit tamen lex circa hoc debitam cautelam, præcipiens vt mulieres ſuc-
cedentes in hæreditate paterna, nuberēt ſuæ tribus hominibus, ad hoc ꝙ ſortes tribuum nō
confunderentur. Hæc Thomas. ¶Hinc etiam aſſerit Auguſtinus, ꝙ mulieres non ſucceden- Auguſt.
tes in hæreditate, poterāt ſucceſſiue nubere maritis tribuum diuerſaꝝ, cū & in Iudicū libro Iudi. 10.
ſcriptum ſit, ꝙ poſt Abimelech ſurrexit dux in Iſrael Tholaa filius Phua patrui Abimelech, Iudi. 16.
vir de Iſachar. Sicq́ Phua fuit frater Gedeonis, q͠ fuit pater ipſius Abimelech, cū tñ Gedeon
eſſet de tribu Manaſſę, ad q̊d Auguſtinus rñdet, ꝙ Phua & Gedeon fuerunt fratres ex parte Ibidem.
mr̄is, q̃ ſucceſſiue nupſit vni viro de Manaſſę, & alteri viro de Iſachar, q̊d & expoſitores coī-
ter approbāt. Sed obuiare videť authoritas lr̄æ huius. Nā ſeq͠tur: [ne ſibi cōmiſceanť tribus,
ſed ita maneāt, vt à dño ſeparatæ ſunt.] Deniq; maritus & vxor correlatiua ſunt, & rite cōclu
dit: Si fœmina nubat viro alterius tribus, ꝙ etiā vir cōtrahat cū muliere alterius tribus. His
de cauſis q͠dā dixerūt, ꝙ nulla mulier ſecūdū legē poterat nubere viro alterius tribus, nec ecō
uerſo, q̊s ſeq͠tur Lyra hoc loco, q͠uis ſup Iudicū libro aliter dicat. Nēpe hic ſcribit, Nō pote-
rant viri accipere mulieres, etiā hæreditatem non habentes, de alia tribu. Nec per cōſequēs
illæ, videlicet mulieres, poterāt contrahere cum viris alterius tribus, qm̄ ex vtraq; parte ea-
dē ratio aſſignať, vtpote impermixtio tribuum. Diſpenſatum tamē fuit, ꝙ tribus regia & ſa
cerdotalis poterāt matrimonio ſociari, propter vtriuſq; tribus nobilitatē. Et item, vt ex mu
tua familiaritate reges tenerenť facilius in cultu Dei per ſacerdotes. Et rurſus, vt per regis &
ſacerdotum concordiam, communis pax magis conſeruaretur in populo. Hæc Lyra. Sed
R. Paulus his contradicit: In hoc, inquiens, præcepto multum deuiat tranſlatio nr̄a à verita R. Paul.
te Hebraica, quia ſecundum Hebraicam veritatem non prohibetur mulieribus, q͠n nubāt q͠
buſcunq; voluerint de genere Iſraelitico, niſi tm̄ fœminis hæreditatem habentibus. Nā vbi
nr̄a tranſlatio habet, Cunctæ fœminæ maritos de eadē tribu accipiēt: in Hebræo habeť, Oīs
filia q̃ non habet hæreditatē, viri de cognatione pr̄is ſui erit vxor. Similiter non ꝓhibeť, q͠n
viri ducāt vxores de alia tribu. Hoc enim q̊d dr̄ in noſtra tranſlatione, Oēs viri ducent vxo-
res de tribu & cognatione ſua: non eſt in Hebræo, ſed ibi ſic dr̄: Nō reuertať hæreditas filioꝝ
Iſrael de tribu in tribū, ſed vnuſquiſq; in hæreditate patrū ſuoꝝ adhęreat. Sil'r vbi nr̄a trāſla
tio habet, ne ſibi miſceāť tribus &c. in Hebræo habeť, Ne reuertatur vnius tribus* ſors ad ali hæreditas
am tribū. Nec legitur aliquādo facta diſpenſatio, vt tribus regia & ſacerdotalis poſſent ma-

trimonio cōmiſceri. Non eñ neceſſaria fuit in hoc diſpēſatio, q̄a Deus non prohibuit com
mixtionē tribuū,niſi tñ vbi ex tali matrimonio poſſet ſeq̄ cōmixtio hæreditatum,vt patet
ſecundū Hebraicā veritatem. In his R.Pauli verbis male ſonat, ꝙ ait trāſlationē nr̄am mul
tum à veritate Hebraica diſcrepare.Sic eñ videretur ſeq̄,ꝙ vera non eſſet,nec Lyra aliquid
tangit hic inde,q̄ tñ cōmuniter tangit,q̄ñ aliq̄d aliter aut plus habetur in nr̄a trāſlatione q̄
in Hebræo. Nec veriſimile reor,B.Hieronymum tantā hic feciſſe mutationem verboꝝ aut
Hieron. ſenſus,nec ignorabat conſuetudinem Hebræoꝝ in obſeruationibus connubioꝝ:ideo puto
ꝙ ſine diſpēſatione non licuit aliter fieri,q̄ nr̄ continet textus,& ſi abſq; diſpenſatione aliter
fiebat,illicitū fuit. Vnde ꝙ Dauid filiā Saul ſumpſit vxorē,ex diſpenſatione credit factū,ſiue
1.Re.18. Deus p̄ occultā inſpirationē,ſiue p̄ prophetaꝝ reuelationē, aut alio modo diſpēſauerit ita.
[Feceruntq́; filiæ Salphaad,vt ſibi fuerat imperatū.]in q̄ eaꝝ obedientia cōmendat. ¶Poſtre
mo ſubdit epilogus p̄dictoꝝ.[Hæc ſunt mandata atq; iudicia:]Per iudicia intelligunt iudi
cialia Dei p̄cepta. Et q̄a in hoc libro multa ſunt iuſſa,q̄ꝝ aliq̄ ad p̄cepta moralia, aliq̄ vero
ad cæremonialia p̄tinent,poſſunt duplicia iſta prēcepta hoc loco intelligi per id q̄d ait:Hæc
manda ſunt p̄cepta.[q̄ præcepit dñs per manum]hoc eſt,miniſterium[Moſis ad filios Iſrael in cam
uit peſtribus Moab ſupra Iordanē contra Hiericho.]Sp̄ualiter,q̄ illicita,clādeſtina, aut prohi-
bita ineunt coniugia,confundunt eccleſiæ ordinationem, & hæreditate patris cæleſtis pri-
uantur. Omnes quoq; Chriſtifideles contrahere cupientes,non niſi ſuis ſocientur cognatis,
hoc eſt,perſonis eiuſdem,non diſparis,cultus,vt pariter atq; concorditer miniſtrent altiſſi-
mo,& ad eius honorē prolificent, qui eſt ſuper omnia Deus ſublimis & benedictus, Amen.

Numerorum finis.

D. DIONYSII CARTHV-
SIANI IN LIBRVM DEVTERONOMII, HEBRAICE EL-
leh Haddabarim, Enarratio: In quo replicantur quæ in quatuor libris præ- habitis dicta ſunt, atq; de varijs legalibus inſtitutionibus, morte Mo- ſis,& Ioſue agitur ſubſtitutione.

PRAEFATIO.

P1o.7. SERVA mandata & legem quaſi pupillam oculi tui. Liga eam in
digitis tuis, & in tabulis cordis tui ſcribe ea. In his verbis tria tan-
guntur: Primum eſt, q̄ diligenter ſeruanda ſint mādata Dei & lex
eius,per operꝝ executionē, quantū ad ſubſtantiā facti ſeu actus,cū
dr̄:Serua mādata.i.adimple. Secundū eſt, q̄ tenaciter lex diuina ſit
cuſtodienda per verā diſcretionem,vt ſ.ea q̄ legis ſunt,non ſolū fi
ant,quātū ad actum imperatum,ſed etiā vt cum debitis circunſtā
tijs impleātur, vtpote ſuo loco & tempore, & taliter ac recta inten
tione, ſicut oportet, & vt dictat diſcretio, q̄ ſignificat per digitos
quemadmodū opus ſeu vis operatiua p̄ manus. Tertiū, q̄ indelebi
liter lex diuina ſit memoriæ imprimenda dum additur, In tabulis cordis tui ſcribe eā. Nem-
pe hæ tabulæ ſunt intellectus atq; memoria, ſeu intellectus ſpeculatiuus & practicus,vel vo
luntas & intellectus, vt ſicut intellectus exercendus eſt iugiter in conſideratione & comme-
moratione cæleſtium præceptorum ac legis diuinæ,ita voluntas ſemper parata eſt & feruēs
Pſal.1. ad eorundem exequutionem. Vnde de viro fideli cantatur: In lege domini voluntas eius,
& in lege eius meditabitur die ac nocte. Itaq; ad obſeruantiam legis Dei concurrunt hæc
tria,quanuis non eo ordine vt nunc tanguntur, ſed modo retrogrado. Primo nanq; requi-
ritur, vt lex diuina inſit memoriæ. Secundo, vt cum diſcretione ſeruetur. Tertio, vt reali-
ter fiat quod iubet, ſi aſſit facultas. ¶ Porro, ad hoc ꝙ aliquid firmiter imprimatur memo-
riæ, & diligenter actualiterq́; penſetur, confert, quòd ſæpius repetatur,atq; interdum ad tol
lendum faſtidium ſub verbis alijs reſumat,& aliquando cum additamentis,& ita in præſen-
ti libro nunc exponendo peragitur. Dicitur quippe liber iſte Hebraice, Elleh Haddaba-
rim. Græce autem, deuteron,id eſt, iterꝝ, vel deuteronomon, quod Latine interpretatur,
ſecunda lex, hoc eſt, lex ſecundo ſeu altera vice repetita, ideo in hoc libro deſcripta non eſt
alia ab ea quæ in Exodo atq; Leuitico,Nnmerorumq́; libro digeſta eſt. Hinc loquit Gloſſa:
Intentio Moſis in hoc libro eſt,recapitulare prædicta triplici ratione. Primo,vt arctius me-
moriæ commendetur. Secundo,vt per tā frequētem repetitionem inſinuetur,& mētibus in-
culcetur vtilitas eorum quæ continentur in lege iſta. Quod etenim vtile eſt,merito non pi-
gebit ſæpius dicere,nec moleſtū debet eſſe frequēter audire. Tertio,vt Iudæoꝝ duritia con-
demnetur,qui toties dictum nō impleuerunt. Propterea Magiſter in hiſtorijs ait: Deuteron
Græce,

Græce, Latine interpretat, iterꝝ vel ſecūdo:& nomos lex, q̄ſi ſecunda lex. Ex hoc noīe q̄dā er Ex.23.34
rātes,dixerunt duas eſſe leges:vnā q̄ in libris p̄cedentibus continetur,alterā datam à Moſe,q̄ Leu.1.2.
in iſto libro habetur:quod probabant ex hoc,ꝙ de illa legitur lege, Locutus eſt dñs ad Mo &7.9.
ſen:de iſta autē,Locutus eſt Moſes ad oēm Iſrael. Et item per hoc,ꝙ hic multa leguntur, q̄ Nūc.1.3.
ſuprà expreſſa non ſunt. Sed verius dr̄, ꝙ non ſit niſi vna lex vetus, q̄ ab Ap̄lo Paulo ac alijs 8.11.
ſæpiꝰ appellatur lex Moſis,q̄ lex Dei. Hebræi quoq; vocāt hos q̄nq; libros Moſis,Thorath.i. Deut.1.
legem. Iterantur autem tria in libro iſto, tribus de cauſis. Primo enim iterantur præcepta Rom.6.7
& cæremoniæ,vt commendentur memoriæ,& vt repetitio ſit cōfirmatio. Secundo repetun & 13.
tur beneficia Dei, vt per ea accendamur amore ipſius. Tertio,flagella peccantium, vt timor Heb.7.9.
Dei nobis incutiatur. Hæc ibi. ¶ Deniq; ſanctus Moſes in hoc libro ita procedit,ꝙ obſcura & 10.
declarat,præhabita breuiter replicat,ſupplet omiſſa,neceſſaria quoq; addit & applicat.

¶Expoſitio literalis cap.1. Hæc ſunt verba quæ locutus eſt Moſes ad omnem Iſrael. Arti.1.

FActor libri huius, quaſi prologum quendam ac titulum volumini huic præmittit, di-
cendo:[Hæc ſunt verba quæ locutus eſt Moſes ad omnem Iſrael trans Iordanem in ſo-
litudine campeſtri:] Porro quod ait, Trans Iordanem, quidam ſic intellexerunt, quaſi
verba iſta prolata ſint,pertranſito iam Iordane,hoc eſt, poſtq̄ filij Iſrael tranſierunt Iorda-
nem,& quoniam Moſes non tranſiuit Iordanem, ſed obijt antequam Iordanem filij Iſrael Deut.24
tranſierunt,prout infrà ſcriptum eſt:hinc dixerunt ꝙ Moſes non conſcripſit hunc librum,
ſed Ioſue. Verum hoc argumētum perimit ſemetipſum. Nam ſiue Moſes, ſiue alius librum
hunc conſcripſerit, oportet concedere,ꝙ ipſe verba iſta protulerit trans Iordanem,ſicut te-
xtus euidenter affirmat. Cum ergo Moſes non tranſiuit,nec peruenit vltra Iordanem,fate-
ri neceſſe eſt,id quod dicitur trans Iordanem,non poſſe intelligi vltra Iordanē à loco poſſeſ
ſionis duaꝝ tribuum atq; dimidiæ,q̄ coīter habitaſſe dicuntur trans Iordanem, quia in ter
ra poſſeſſionis earum defunctus eſt Moſes, idcirco quod ait, Trans Iordanem, intelligēdum
eſt per reſpectum terræ promiſſionis,præſertim vrbis Hieruſalem,ita ꝙ Moſes dixit hęc ver Deut.34
ba trās Iordanem,hoc eſt, in terra q̄ reſpectu Hieruſalem & terræ p̄miſſionis, eſt vltra,non
citra,Iordanem. Vnde in Scholaſtica fertur hiſtoria: Pro ſitu terrę promiſſionis ſcriptura di
cere ſolet,vltra Iordanem,vel citra Iordanē. Itaq; terra duaꝝ tribuum ante Iordanis tranſi-
tum acquiſita,vocatur trans Iordanem reſpectu terrę promiſſionis. Per ſolitudinem autem
campeſtrem,intelligitur magna illa planities campi, in terra Moab ſupra Iordanem ſiti, in
q̄ filij Iſrael multis q̄euerunt diebus, vt in libro Numeroꝝ legitur, quæ planities ob ſuā ma- Nūe.33.
gnitudinem inſtar ſolitudinis ſe habebat. ¶Præterea quæritur,cur dictum eſt, Hæc ſunt ver
ba quæ locutus eſt Moſes,& non potius quæ ſcripſit. Reſpondetur ꝙ verba ſequentia Mo-
ſes primo pronunciauit ad populum,exhortando ac inſtruendo:deinde conſcripſit,quem-
admodum infrà habetur: Scripſit itaq; Moſes legem hāc. Itemq́;:Poſtq̄ ſcripſit Moſes verba Deut.31.
legis huius atq; compleuit. Nec mirꝝ aut rarꝝ,ꝙ Moſes in tertia perſona loquitur de ſeipſo,
quaſi de alio,quum & alibi frequenter ita locutus ſit, ſicut dum ait: Erat Moſes vir mitiſſi-
mus,ideo ait Gloſſa: Hæc de ſe tanq̄ de alio more ſanctæ ſcripturæ dicit. Sic nanq; vitat, & Nūe.12.
vitandam docet arrogantiam,ſeu propriam laudem. Similiter Iob de ſe dicit: Vir erat in ter
ra Hus. Et Ioannes: Hic eſt diſcipulus qui teſtimonium perhibet de his. Vel per iſtum mo- Iob 1.
dum loquendi,ſpiritus ſanctus perhibet teſtimonium Moſi,vt nemo dubitet eum iſta ſcri- Ioan.21.
pſiſſe. Hæc Gloſſa. Tamen vt dictum eſt, quidā dixerunt Moſen iſta oretenus prædicaſſe ad
populum,& ipſum Ioſue (aut ſecundum quoſdam) Eſdram ea redegiſſe in ſcriptis. Hinc
Petrus Comeſtor: Videtur Hieronymus velle, ꝙ Ioſue magnam huius libri ſcripſerit par- Hierō.
tem. ſed verius eſſe videtur, quòd à Moſe ſcriptus ſit, & iſta in principio appoſuit Eſdras,
quemadmodum & in fine libri de obitu Moſis. Hæc Petrus. Veruntamen probabilius re- Deut.34
or,ꝙ Eſdras non appoſuit aliquid principio huius libri,quum & in textu iſto dicatur quòd
Moſes verba iſta loquutus ſit,nec Hebræi hoc dicant. Vltimum vero huius libri capitulum, Ibidem.
creditur à Ioſue editum:quod & Hebræi fatentur. Moſes igitur volens in exordio huius vo
luminis inſinuare,ꝙ primo dixerit verba iſta ad populum,deinde ea conſcripſerit,ita exor
ſus eſt ſcribere hoc volumen: Hæc ſunt verba quæ loquutus eſt Moſes. Itaque loquutus eſt
iſta in ſolitudine campeſtri.[contra mare rubrū]hoc eſt,ex oppoſito alicuius partis,aut ſinus
maris illius,cuius aliqua pars videtur non multum diſtans fuiſſe à loco illo.[inter Pharan &
Tophel & Laban & Haſeroth] ſecundum Gloſſam, iſta ſunt nomina quatuor montium ac
locorum vicinorum campeſtribus,in quibus iſta loquutus eſt Moſes. Pharan quoq; quan
doq; accipitur pro vrbe,interdum pro prouincia. Laban etiam interdum eſt nomen pro-
prium viri.[vbi auri eſt plurimum].i.multum de auro eſt in illo loco.& quod ait,vbi,poteſt
referri vel ad vltimum horꝝ locoꝝ,vel etiā ad alia,nec certum arbitror, ad quid potius re-
feratur. ¶ At vero ſecundum Thomam ſuper illud Iob, Auro locus eſt in quo conflatur: Iob 28.
Cum aurum ſit puriſſimum,inuenit vt plurimum in ſua puritate generatum, inter fluuio-
rum

rum arenas propter multitudinem euaporationis & caliditatis arenæ, qa ex multis arenulis
colliguntur granula auri, q̃ in vnum liquātur, q̊d fit in locis vbi cōcurrit debita proportio
virtutis actiuæ, ad materiā de q̃ gignitur auꝝ. Generantur qppe metalla ex vaporibus humi-
dis, ex terra reſolutis, per virtutē & calorē ſolis ac ſideꝝ. Propter q̊d metalla liquabilia ſunt
atq; ductilia, quemadmodum lapides & huiuſmodi, q̃ non molliuntur, nec fundūtur ex ſic-
ca exhalatione infra terram retenta. Diuerſificant autem ſpecies metalloꝝ ſecundum maio
rem & minorem puritatem reſoluti vaporis, ſecundum diuerſam q̊q; efficaciam & vim dige
rentis caloris, inter quæ aurum videtur eſſe puriſſimū, & poſt illud argentum. ¶Amplius,
Iob 36. ſuper illud Iob, Ab aquilone aurum venit, ſcribit Albertus: Auꝝ inter metalla eſt melioris
digeſtionis & cōmixtionis: ad q̊d requiritur, vt frigus circunſtans extrinſecum reprimat, &
impellat calorem mineralem ad interiora viſceꝝ terræ, vt calor ille intenſus ſit ad digeren
dum metalli materiam: idcirco in aqlone vbi frigus circunſtat, aurum melius gñatur. Hæc
q̊q; eſt cauſa, ꝙ in fluuioꝝ arenulis frigidorū generatur multoties auꝝ, qa frigiditas aquæ
impellit calorem ad profundum, vt melius digerat materiam, & faciat puriorem. Ex his eli
ci poteſt, cur in loco præfato ſit multum de auro. [Vndecim diebus de Oreb per viam mon
tis Seir vſq; ad Cadesbarne.] Hoc qdam exponunt ſic, ꝙ Moſes per vndecim dies expoſuit
populo legem. Sicq́; q̊d dicitur, vndecim diebus, refertur ad verba illa præhabita: Hæc ſunt
verba q̃ locutus eſt Moſes. Cui expoſitioni non videtur conſonare quod ſubdit, de Oreb per
viam montis Seir vſq; Cadesbarne, niſi dicatur ꝙ per viam illam q̃ fuit à monte Oreb, per
montem Idumæoꝝ, q̃ via decem dietas includit, Moſes loquutus ſit iſta, q̊d etiam Gloſſa tā-
git & ſentire videtur, dicendo: Vndecim diebus anteq̃ veniret ad Cadesbarne, Moſes legem
ſolo verbo recapitulauit, & de Cadesbarne vſq; campeſtria Moab. ¶Veꝝ huic expoſitioni
à quodam obijcitur, quoniam non apparet, ꝙ Moſes ambulando expoſuerit legem, qm̃ ex-
planatio talis, requirit docentis audientiūq́; quietem. Quæ obiectio facilime ſoluit, quum
& Chriſtus in euangelio legatur ambulādo populum docuiſſe. Filij q̊q; Iſrael in itinere cō-
Marc. 2. ſtituti, certis horis pauſabant. Legitur quoq; 1. Machabæorum libro de Iuda Machabæo:
Lucæ 13. Erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur populum per totam noctem, donec veni
1. Mac. 5. rent in terram Iuda. Sed magis me mouet, quod dictum eſt ꝙ Moſes loquutus eſt verba hęc
in ſolitudine campeſtri contra mare rubrum, & paulopoſt in iſto habetur capitulo, ꝙ cœ-
Nūe. 24. pit legem explanare interfectis regibus Amorrhæoꝝ Seon & Og, qui interfecti fuerūt poſt
receſſum de Cadesbarne, vt in Numeris deſcribitur. Hinc qdam exponunt ſic: Vndecim die
bus, ſupple, venerunt de Oreb. i. de monte Sinai, cuius pes dr̃ Oreb, per viam montis Seir, ſeu
Edom vſq; Cadesbarne, quam expoſitionem Gloſſa interliniaris tangit. Sed obijci poteſt,
R. Salo. quia vt Lyra allegat, & approbare videtur R. Salomon, dicēs, ꝙ lege data, filij Iſrael receden
tes de monte Oreb, venerunt illuc, videlicet vſq; Cadesbarne, in tribus diebus. Et reſponden
dum, ꝙ dictum hoc Rabbi Salomonis non videtur ſaluari poſſe, nec textui conſonare. Scri-
Nūe. 10. ptum eſt enim in Numeris, ꝙ profecti ſunt de monte dñi, vtpote de monte Oreb, ſeu Sinai,
viam trium dierum, ſicq́; venerunt ad ſepulchra concupiſcentiæ, in quo integro menſe aut
Num. 11. circiter, carnes ederunt, vt in Numeris ſcribitur. Inde egreſſi, venerunt in Aſaroth, vbi ſeptē
Num. 13. diebus manſerunt, prout in Numeris legitur, atq; poſt hoc venerunt in Cadesbarne, quem-
Nūe. 14. admodum in Numeris rurſum recitatur. Non ergo in tribus diebus venerūt illuc. Veruntñ
R. Salomon proteſtatur, ꝙ ſpatiū inter Oreb & Cadesbarne ſit itineris vndecim dieꝝ. ¶In-
ſuper dici poſſet, ꝙ etiam poſt receſſum à monte Oreb, cœpit Moſes legē aliq̃liter explana-
re, eundo ꝑ viam vſq; ad Cades: ſicq́; per ſolitudinē campeſtrē poſſit intelligi eremus illa in-
ſtar campi plana: ſed poſtea fixus in loco campi Moab ꝓfato, cœpit legē plenius explanare,
ſicut ſubiungitur: [Quadrageſimo anno, vndecimo menſe] q̃drageſimi anni [prima die men
ſis] vndecimi. ¶Quocirca q̃ri poteſt, de q̊ 40. anno iſtud dicatur. Ad q̊d in Scholaſtica rñ-
detur hiſtoria: Quadrageſimo anno ab exitu filioꝝ Iſrael de Aegypto. Iſidorus q̊q;: Quadra
ginta, inqt, annis filij Iſrael ad terrā ꝓmiſſionis venerūt, ſeu trāſierunt. Sed obuiare videt, q̊d
ſecundū Gloſſam, ab exitu Iſrael de Aegypto vſq; q̊ ꝑuenerunt ad cāpeſtria Moab ſupra Ior
Ibidem. danē, fluxerunt q̃dragintaduo anni. Et hoc videt ꝓbabile, qa vt in Nūeris fert: Cū rediſſent
exploratores q̃drageſimo die, & pplm̃ murmurare feciſſent, locutus eſt dominus, ꝙ q̃dragin
ta annis vagi exiſterent in deſerto ſecundum numeꝝ dieꝝ explorationis & reditus. Fuerūt
autem filij Iſrael ante exploratoꝝ miſſionem, integro anno in monte Sinai, immo ſecundū
Hieron. Hieronymum, per annum & q̃tuor mēſes, vt dictum eſt in Numeris. Venerunt vero ad mō-
Nūe. 10. tem Sinai q̃drageſimoſeptimo die poſt exitum de Aegypto. Numerant etiam q̃draginta
dies, à receſſu de Sinai vſq; ad miſſionem exploratoꝝ, vt patet ex dictis in iſto articulo. Et ꝓ-
ter hos dies, fuerunt & alij multi dies poſt ſecundā populi numerationem, anteq̃ filij Iſrael
poſt mortē Moſis trāſierunt Iordanē. Nam & obitum Moſis deplanxerunt triginta diebus.
Sicq́; in toto colliguntur circiter quadraginta duo anni ab exitu de Aegypto, vſq; dum ve-
nerunt

nerunt ad campeſtria Moab. idcirco q̊d dictum eſt 40. anno &c. videtur intelligendum, de
anno 40. à reditu exploratoꝝ ad Moſen. Itaq; 40. anno, vndecimo menſe, prima die mēſis,
[Locutus eſt Moſes]. i. loqui cœpit per modum explanationis [ad filios Iſrael.] Iam dictum
eſt, ꝙ ad oēm Iſrael verba iſta locutus ſit. Quibuſdam tñ apparet non eſſe ꝓbabile, ꝙ vniuer
ſus populus ille potuerit verba Moſis immediate audire. Propterea dicūt, ꝙ loquebatur ma
ioribus populi, & maiores ad tribus ſeu turmas ſibi ſubiectas, ſed qm̃ Deus oīa quaſi miracu
loſe egit per Moſen, facile fuit Deo ſic ordinare, ꝙ verba Moſis audirentur diſtincte ab om̃i
bus tempore opportuno, præſertim quum Moſes eſſet totius plebis illi⁹ legiſlator & doctor
communis. [omnia quæ præceperat illi dominus] per angelum, [vt diceret eis] in quo pat et
obedientia Moſis. Non tamen in iſta explanatione legis repetiuit omnia in ſpeciali, q̃ (Deo
iubente) dixerat ante ad Iſraelem. ſed omnia quę Deus iuſſit reſumi, reſumpſit, & aliqua ad-
didit, vel reſumpſit omnia, hoc eſt, quædam de omnibus, videlicet aliqua de præceptis iudi-
cialibus, & quædam de cæremonialibus, aliqua quoq; de moralibus, vel omnia in generali.
[Poſtq̃ percuſſit Seon regem Amorrhæorum, qui habitauit in Heſebon, & Og regem Ba-
ſan, qui manſit in Haſeroth & Edrai trans Iordanem in terra Moab] hoc eſt, poſtq̃ Moſes cū
populo Iſrael (Deo auxiliante) percuſſit duos reges præfatos, eorumq́; populos. ¶Porro, q̃
in textu iſto dicuntur, expoſita ſunt in Numeris. [Cœpitq́; Moſes explanare legem] obſcu-
ra elucidando, [& dicere.] Porro, ſecundum Ioſephum, Moſes congregauit populum ad Ior Ioſe. li. 4.
danem, vbi tunc erat ciuitas *Abila, & locus palmarum. [Dominus Deus noſter locutus eſt An. Iud.
ad nos in Oreb]. i. in monte Sinai, dicens: Sufficit vobis ꝙ in hoc monte manſiſtis]. i. ſatis cap. 16.
diu fuiſtis in monte iſto. [reuertimini] hoc eſt, mentem veſtram rurſus conuertite ad per-
gendum verſus terram promiſſionis, ob cuius acquiſitionem egreſſi eſtis Aegyptum, iamq́;
per annum ceſſaſtis ab iſto itinere, & circa alia occupati, interrupiſtis propoſitum eundi ad
terram illam. Vel ideo ait, Reuertimini: quoniam q̃uis filij Iſrael, de quibus dominus iſta lo
quutus eſt, non fuerunt ante in terra promiſſionis in proprijs perſonis, tamen patres eorum
demorati erant in illa, atq; ex ea deſcenderunt in Aegyptum: ſicq́; propter vnitatem cōſan-
guinitatis ac parentelæ, filij dicuntur illuc reuerti: qa quod patribus cōuenit, adſcribit filijs,
& econtra. Vnde interdum legit Deus dixiſſe ad Abrahā: Tibi dabo terrā hanc. Hinc in Ge Ge. 12. 13.
neſi legitur Deus dixiſſe ad Iacob exiſtētem in via ad intrandū Aegyptum: Noli timere de- Gen. 46.
ſcendere in Aegyptum, qa ego deſcendam tecum illuc, & inde adducam te reuertentem. Et
tñ conſtat ꝙ Iacob in propria perſona non redijt inde. Dominus quoq; ait ad Abraham de Gen. 49.
poſteris eius: Generatione quarta reuertentur huc. [& venite ad montem Amorrhæorum, Gene. 15.
hoc eſt, accedite terram promiſſionis, in qua ſunt montes qui dicuntur eſſe eorum qui com-
morantur ibidem, & poteſt per montem intelligi aliqs mons eminētior alijs, ſitus circa ter
ram præfatam. [& ad cætera quæ ei proxima ſunt] loca, [campeſtria atq; montana & humi
liora loca cōtra meridiem.] Per verba hæc exprimit magnitudo terræ ꝓmiſſionis, in q̃ erant
magni cāpi, & loca montana ac valles, eratq́; terra illa ſituata contra meridiē reſpectu terræ
Aegypti, q̃ verſus auſtrū vergebat q̊ ad terrā ꝓmiſſionis. [& iuxta littus maris.] Hoc de me-
diterraneo mari exponitur, ſuper q̊d terra ꝓmiſſionis, q̊ ad longitudinē ſuā dr̃ ſituata, & eſt
terminus eius ab occidente. Vnde ſubiungit, [terrā Chananæoꝝ.] Nā terra promiſſionis cō
muniter appellatur terra Chanaan ſeu Chananæoꝝ, q nati fuerūt ex Cham filio Noe, & ha Gen. 10.
bitauerunt in ea. [& Libani] eadē terra vocata eſt terra Libani, qa in termino eius aqlonari
eſt mons Libani ſitus. [& vſq; ad flumē magnū Euphratem] Euphrates eſt vnus de q̃tuor flu
uijs paradiſi, vt in Geneſi habetur, & ꝑ Chaldæā decurrit, & verſus ortū ſolis, dr̃ eſſe termin⁹
terræ ꝓmiſſionis, ſaltē ꝑ aliq̃ ſui parte. Propterea verba iā memorata nō legitur Deus dixiſſe Geneſ. 2.
ad filios Iſrael, cum eſſent iuxta Sinai montē, in aliq̊ q̃tuor ꝓcedentiū libroꝝ, nec apparet ꝙ
immediate dicta ſint ad pplm̃ totum, ſed primo ad Moſen, & ꝑ eum ad plebē. Veruntñ ali-
quid ſimile his in libro Numerorum cōſcriptum eſt, vtpote, Ad imperium domini moue- Nūe. 10.
bant caſtra, ſeu erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant. Cum autem filij Iſ-
rael in mōte Sinai accepiſſent legem, & tabernaculo cum ſuis attinentijs ibi completo, cæte
riſq́; pactis in mōte illo, q̃ in Exodo & in libro Numeroꝝ ibi pacta legunt, tēpus fuit vt inde Gene. 15.
recederent ad terrā promiſſam. [En, inqt, tradidi vobis] hoc eſt, terrā illā dare decreui, & tā 22. 26. 28.
certitudinaliter tradā, niſi obicem ponatis, ac ſi eā iam tradidiſſē. [Ingredimini & poſſidete
eam, ſup quam iurauit dñs patribus veſtris,] id eſt, cum iuramento aſſeruit & promiſit, ꝙ da
ret eam patribus veſtris, [Abraham, Iſaac, & Iacob, vt daret illam eis] ſicut in Geneſi origi-
naliter legitur, [&] pro id eſt, [ſemini eorum poſt eos] Non enim dedit terram illam patriar
chis ꝓfatis in proprijs eorum perſonis, aut per exhibitionem realem, ſed poſteritati eorum.
Propter quod beatiſſimus Stephanus martyr ait: Deus gloriæ tranſtulit Abraham in ter- Acto. 7.
ram iſtā, & non dedit illi hæreditatem in ea, nec paſſum pedis, ſed repromiſit dare illi eā in
poſſeſſionē, & ſemini eius poſt eum. [Dixitq́; vobis illo tempore, hoc eſt, in anno quo circa
mon-

montem Sinai manſimus,vel in Raphidim,& ante ꝓlationem verboꝝ iã dictoꝝ.[Non poſ
ſum ſolus ſuſtinere vos,]hoc eſt,gubernare & iudicare ac expedire vniuerſa negocia veſtra.
[qa dñs Deus vr̃ multiplicauit vos,& eſtis hodie ſicut ſtellæ cæli plurimi]hoc eſt,valde mul-
ti,q̃uis multo pauciores q̃ ſidera,& ita eſt cõparatio hyperbolica. Vnde & in Geneſi dñs di
Gene.15. xerat Abrahæ:Suſpice cælũ,& numera ſtellas,ſi potes:ſic erit ſemẽ tuũ.[dñs Deus patrũ vr̃oꝝ,
addat ad hunc numeꝝ]veſtrum.q determinate habet in Numeroꝝ libro ꝓ tẽpore illo. Nã
Nũe. 26. legitur ibi:Iſta eſt ſumma filioꝝ Iſrael, q recenſiti ſunt, ſexcẽta millia, & mille ſeptingenti
triginta. Tot eq̃dem erant viri.Eſt'ꝗ probabile, ꝙ mulieres & paruuli ac puellæ & iuuenes
infrà viceſimum annum exiſtentes,multo plures fuerunt.Itaq; dñs addat ſucceſſiue,ꝑ gñati
onis ꝓpagationem,[multa millia]vt populus Deum veꝝ colens,numero augeatur ac meri-
to.Propter quod ſubditur:[& benedicat vobis] per infuſionem ſupernorum chariſmatum
& temporalium affluentiã reꝝ,[ſicut locutus eſt]ſe factuꝝ,dummodo peccando obicem nõ
ponatis.Itaq; Moſes non orauit abſolute pro ſola indiuiduoꝝ multiplicatione,ſed & ꝓ eo-
rum ſanctificatiõe,ſeu pro bonoꝝ ſuppoſitorum copioſa propagine. Propter q̊d ſcriptum
Ecci 16. eſt in Eccleſiaſtico:Vtile eſt mori ſine filijs,q̃ relinquere filios nequam.Et rurſus ibidem:Ne
Ibidem. iucunderis in filijs neq̃ ſi multiplicentur.Melior eſt vnus timẽs Deum,q̃ mille filij impij.[Nõ
†valeo †poſſum ſolus negocia veſtra ſuſtinere,]hoc eſt,cauſas vr̃as portare, examinare, & exeq.[&
pondus] .i. curam [ac iurgia]hoc eſt,contentiones & lites.[Date ex vobis viros ſapientes &
gnaros].i.eligite ex tribubus vr̃is viros in diuinis ac temporalibus eruditos p̃ cæteris, vt po
te aptiores ad regimen alioꝝ.[q̊ꝝ cõuerſatio ſit probata in tribubus vr̃is].i.q cõmuni oim
aut plurimoꝝ teſtimonio ſint bonæ vitæ ac famæ honeſtæ,ita ꝙ ſint in virtutibus notabili-
ter exercitati & exemplares.[& ponam eos vobis principes].i.vr̃am electionem approbabo
& authẽticabo, vel electis à vobis dabo authoritatem,& diſponam in q̊ gradu quis eoꝝ de-
beat præſidere. [Tunc rñdiſtis mihi: Bona res quam vis facere. Tuli'ꝗ]hoc eſt,eos q̊s elegi-
ſtis,accepi & acceptaui[de tribubus vr̃is,[qa de q̃libet tribu aliq accipiebantur,ne aliq̃ trib⁹
videret cõtempta,& in vnaq̃q; tribu erant principes nati ex ea. Tribus tñ Leuitica habuit
ſpecialem regiminis diſpoſitionem & modum.[Viros ſapientes]in diuinis,[& nobiles]non
ſolum carnis propagine,ſed & virtutum claritate.[& conſtitui eos principes,]tñ in diuerſo
gradu,& ordine q̊dam.Vnde ſubiungit:[tribunos,] q p̃ſident mille viris. Nã alia translatio
habet,Chiliarchos,hoc eſt,millenarios,[& centuriões]q p̃ſunt centũ,[& qnq̃genarios,& de-
canos,q docerent vos ſingula] quantũ eoꝝ exegit officium, ita ꝙ vnuſquiſq; eoꝝ inſtruere
habuit ſibi ſubiectos,de ꝑtinentibus ad cathedram ſeu præſidentiam ſuam circa ſibi cõmiſ-
ſos.[Præcepi'ꝗ eis,dicens:Audite illos]hoc eſt,patienter & prudenter auſcultate,quid q̃libet
ad vr̃a iudicia aut documenta confugiens,dicat:& ambas partes ante ꝓlationem ſentẽtiæ in
foro cõtentioſo,audite auribus cordis & corporis.Nemo etẽm iudicãdus eſt,niſi prius audi-
tus,niſi forte propter euidentiam facti,enormitatẽve ſceleris manifeſti. [& q̊d iuſtum eſt, iu
dicate.]hoc eſt,ꝑ ſententiam approbate & declarate,ſeu iuſtam ꝓferte ſententiam in omni
negocio ad vr̃m foꝝ ſpectante,[ſiue ciuis ſit ille].i.natione Iudæus, aut eiuſdẽ vrbis habita
tor,[ſiue peregrinus]hoc eſt,ad iudaiſmum conuerſus,vel extraneus,aut aduena.[nulla erit
diſtantia perſonaꝝ].i.quantum ad hoc,vt de vnoq̊q; recte & vere iudicetis,non erit differen
tĩa inter iudicandos,qm̃ quantumcũq; aliunde diſtincti ſint,tñ in hoc cuncti cõueniunt, ꝙ
de vnoq̊q; iudicabitur ſecundum exigentiam iuris, ſic'ꝗ à iudicibus excludenda eſt oĩs pri-
uata & inordinata affectio,q̃ in foro iudicij magis ſolent foueri ciues, q̃ ꝑegrini:& cognati,
q̃ alieni.A iudicibus q̊q; excludendus eſt timor carnalis,humanus & ſecularis,q̊ iudices ma-
gis ſolent palpare potentes & eminentes ꝑſonas,q̃ impotentes.Hinc ſeqtur:[Ita paruũ].i.vi
lem,ignobilem,egenum,[audietis vt magnum.]immo quãtum fieri poteſt, ſaluo ordine iu
ris,miſerabiles perſonæ ſunt in foro iudicij pie tractandæ,p̃ſertim dum agunt contra poten
tiores,ne ex timore à ſua deſiſtant iuſtitia.[nec accipietis cuiuſq̃ perſonam].i.in iudicando
attendite cauſas,nõ hoĩes ſecundum q̊d hoĩes,vel quantũ ad ea q̃ impertinentia ſunt in foro
iudicij.Eſt nãq; perſonaꝝ acceptio,dũ in aliq̃ attẽditur,nõ id ꝓpter q̊d aliqd ei merito dan-
dum aut deputandũ vel adiudicandum eſt,ſed aliud ꝑ q̊d nõ habet proportionẽ aut digni-
tatẽ,ſeu rõnabilem cauſam ad illud:vt ſi alicui det p̃benda, nõ qa propter ſcientiã aut virtu
tes dignus cenſetur,ſed qa cognatus aut charus eſt.Ideo dicit Thomas in ſecunda 2.q̃ſt.63.
Acceptio ꝑſonaꝝ opponit diſtributiuæ iuſtitiæ,q̃ diuerſis ꝑſonis tribuit ſecundũ dignitatẽ
ipſaꝝ ac merita.Ideo cõſiderando ꝑſonæ proprietatẽ,propter quã aliqd ei datur,nõ eſt acce
ptio ꝑſonæ,ſed cauſæ.Hinc iudex diſcernere debet cauſas,nõ ꝑſonas.ſi aũt in iudicio aliqs iu
ſtificet aut foueat,qa propinquus,diues vel potens,nõ qa cauſam habet iuſtam,ꝑſonæ acce-
ptio eſt,& cõtra iuſtitiã,atq; ex ſuo gñe eſt mortale.[quia Dei iudiciũ eſt].i.in iudicando ge
Acto.10. ritis vicẽ Dei,& eſtis vicarij eius,cui ex ſeipſo competit eſſe vniuerſoꝝ iudicem iuſtum,qui
oẽm iniuſtitiam deteſtatur.Ideo iudices conſtituti ſub eo, debent ſecundũ tenorem & regu
las

las iuris ꝓcedere,& Deũ ſequi apud quẽ non eſt ꝑſonaꝝ acceptio. Quòd ſi à veritate & æqui
tate declinẽt,non ſe habent vt vicarij,ſed vt aduerſarij Dei. Hinc ſecũdo libro Paralip. Ioſa- 2.Par. 19
phat rex ait iudicibus ſuis:Videte qd faciatis.Non eñ hoĩm exercetis iudicium,ſed domini:
& q̊dcunq; iudicaueritis,in vos redundabit. ſit timor dñi vobiſcum,& cũ diligentia cũcta fa
cite. Non eñ eſt apud dominũ Deum noſtrum iniqtas, nec ꝑſonaꝝ acceptio, nec acceptio
muneꝝ.Hinc & Ariſtoteles naturali ratione inductus,ſubtiliter eſt loquut⁹:Iudex debet eſſe
tanq̃ viua lex,& ſicut animata iuſtitia.[Quod ſi difficile aliqd vobis viſum fuerit].i.cauſa ar
dua,intricata, veſtrũ foꝝ aut intellectũ excedens, occurrerit vobis. [referte] illã [ad me] .i.
ad me habete refugium,qui authoritate & ſapiẽtia vos excedo.Nõ arrogãter dixit hoc Mo
ſes,ſed iuſte & charitatiue ꝓpter bonũ cõmune,& qa euidenter ſic fuit, & qm̃ inter iudices
neceſſe eſt ordinẽ eſſe,vt in certis caſibus inferiores iudices ad ſupiores recurrãt.[& ego audi
am].i. determinabo & expediã huiuſmodi cauſas, q̊d Moſes fidutialiter dicere potuit,qa ſi
neſciuit qd iudicaret, habebat ad libitũ recurſum ad dñm, & mox informabat ab eo,vt pa-
tuit de his q non poterãt ſuo tẽpore facere phaſe, & de eo q ligna collegit in ſabbato,& de Num.15
cauſis cõcernentibus filias Salphaad.[Præcepit'ꝗ oĩa q̃ facere debetis].i.oĩa vobis neceſſaria Num.36
ad ſalutẽ,& quicqd Deus requirit à vobis,ex parte Dei vobis mãdaui. Præterea aduertendũ Exo. 18.
ꝙ in Exodo non legit Moſes protuliſſe verba q̃ hic recitat ſe dixiſſe, videlicet, Non poſſum
ſolus ſuſtinere vos,&c.imo potius in lib.Num̃. legit iſta dixiſſe. ibi quippe loqtur Deo: Cur Num. 12
impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſup me? non poſſum ſolus ſuſtinere oẽm hunc po-
pulũ,qa grauis eſt mihi.Sed hoc fuit poſt receſſum de Oreb,nec de illa loquutione nũc agit,
quia poſt illã Moſes non dixit, Date ex vobis viros ſapiẽtes & gnaros, & cætera nũc p̃tacta,
immo diu ante illã loquutionẽ cõſtituerat principes & iudices ſub ſe,ſecundũ modũ nũc re- Exo. 18.
citatum.Sed merito q̃ritur,q̃liter iſta Moſis recitatio conſonet rationi quã in Exodo Moſes
ipſe deſcribit,ſiquidẽ ibi narrat ſe iudices conſtituiſſe ex cõſilio Iethro ſoceri ſui,hic aũt re-
fert quaſi ex propria conſideratiõe id fecerit:ibi quoq; conſulit Iethro,vt Moſes prouideat
viros aptos ad iudicandũ:hic aũt fert,ꝙ Moſes cõmiſit populo taliũ viroꝝ electionẽ. Et re-
ſpondendũ ꝙ vtrunq; hoꝝ tunc factum eſt. nam Iethro primo admonuit Moſen ſeorſum Ibidem.
de iſtis,& inter cætera dixit ad eum ex familiaritate:Stulto labore cõſumeris. vltra vires tuas
eſt hoc negocium,ſolus illud non poteris ſuſtinere.quibus auditis,Moſes acquieuit & loquu
tus eſt eadem aut cõſimilia verba populo quaſi ex ſeipſo,ſicut nunc recitat. Veruntñ electio-
nem iudicũ plebi commiſit. Porro ſecundũ Ioſephum, Iethro venit ad Moſen circa montẽ Ioſe.li.3.
Sinai vbi in rubo multas viderat Moſes viſiones.[Profecti autem de Oreb].i. à monte Sinai ant.iud.
recedentes, [tranſiuimus ꝑ eremũ terribilẽ & maximã ſolitudinẽ].i. valde magnã. Legitur cap.3.4
tamẽ in India maior ac terribilior eremus eſſe. [quã vidiſtis,] in q̃ erãt feræ & aĩalia venena- Hiere.2.
ta,vt infrà habebit,de qua eremo ſcriptũ eſt in Hierem̃. Dñs tranſduxit nos ꝑ deſertũ,ꝑ terrã
inhabitabilẽ & inuiã, per terrã ſitis & imaginẽ mortis, per terram in q̃ nõ habitauit vir nec
ambulauit homo.Quo cõſtat ꝙ ſolitudo illa erat ſolo adſpectu valde terribilis.[ꝑ viã mon-
tis Amorrhæi].i.ꝑ iter q̊d ducit ad mõtem Amorrhæoꝝ,[ſicut p̃ceperat dñs Deus noſter no
bis.]p̃cepit eñ vt ſequerent motũ,ducatum'ꝗ nubis, vel forte etiã ꝑ Moſen iſtud p̃cepit ver
bo.[Cũ'ꝗ * veniſſetis in Cadesbarne] .i. ad locũ eremi ſic vocatum. In Num̃. aũt legunt ve- veniſſem*
niſſe in Cades,vbi & Maria ſoror Moſis eſt defuncta.An tñ ſit idem loc⁹ ille & iſte q nũc Ca Num.20
desbarne vocat, diuerſi diuerſimode opinant, vt ſup librum Num̃.eſt inductũ.[Dixi vobis: Nu. 13.
Veniſtis ad mõtem Amorrhæi,]q vicinus eſt p̃fato loco,q Cades noĩatur.[quẽ dñs Deus no- & 20.
ſter daturus eſt vobis.] Dedit etẽm dñs filijs Iſrael regnum Seon regis Amorrhæoꝝ, in q̊ re-
gno fuit mõs ille,ſic'ꝗ ꝑ partẽ totũ ſignificat. Veruntamẽ regna Seon & Og nõ ꝑtinebãt ad
terram ꝓmiſſiõis, quam cõſtat Moſen non intraſſe. Nouerat tamen in ſpiritu Moſes,ꝙ re-
gna illa filij Iſrael eſſent adepturi.[Vide]tu popule Iſrael[terram quam dominus Deus tuus
dabit tibi.]ſi hoc de terra promiſſiõis vltra Iordanem ſita intelligat,non apparet ꝙ filij Iſra
el potuerint illam videre corporali intuitu,exiſtendo in Cades aut in mõte p̃dicto,quæ loca
multis diſtabant diætis à terra promiſſa,idcirco de interiori intuitu poteſt exponi. [Aſſcen-
de & poſſide eam,ſicut loquutus eſt dominus Deus noſter patribus tuis,[certus de ꝓmiſſio-
ne Dei,dummodo nõ diffidas,nec obicem ponas ꝑ alias culpas.[Noli timere]reſiſtentiã Cha
nanæoꝝ,[nec quenquam paueas]carnali & inordinato timore. [Et acceſſiſtis ad me oẽs]
i.aliqui ex parte omnium veſtrum, [atq; dixiſtis: Mittamus viros qui cõſiderent terram] ꝓ-
miſſionis,[& renuncient]nobis, [ꝑ q̊d iter debeamus aſſcendere, & ad quas pergere ciuita- Num. 13
tes.]Iſtud in Numeris plenius ſcriptum eſt atq; expoſitum, tamen ibidem habet ꝙ Deo cõ-
mittente miſſi ſunt exporatores. Populus quippe aliqualiter metuens & diffidens,incitauit
Moſen vt mitteret viros: ſuper qua re Moſes conſuluit dominum, qui vel iuſſit vel permi-
ſit ſic fieri, & hoc iuſto iudicio, in pœnam populi male timentis, vt in Numeris dictum eſt Ibidem.
plenius. Verum vt ait Gilbertus, expoſita reexponere, ocioſi eſt,non ſtudioſi. non ergo im-

morandum eſt ſemel expoſitis.[Cum'q; mihi ſermo placuiſſet] Poſtquam enim dominus di
xit vt nuncij mitterent,tunc placuit Moſi. [miſi ex vobis duodecim viros qui dixerũt]poſt
Nũe. 13. reditum ſuum,[Bona eſt terra].i.fœcunda & pulchra,[quam dominus Deus noſter daturus
eſt nobis.] Hoc Ioſue & Caleph dixerunt ex animo, alij decem exploratores etiam ex animo
commẽdabant terræ fertilitatem.ſed videbatur eis impoſſibile,ꝙ filij Iſrael acquirerẽt eam,
propter multitudinem & fortitudinem habitatoꝝ ipſius, vrbium'q; munimen. idcirco q̃d
dictum eſt,Quam dominus Deus noſter daturus eſt nobis, vel non, vel ironice ſolum dixe-
runt. ¶Præterea quærit,quomodo nũc dicatur, ꝙ in Cadesbarne facta ſit diſpoſitio iſta de
Num. 13 exploratoribus deſtinãdis, quum in Numeris ſcriptũ ſit: Profectus eſt populus de Aſeroth,
fixis tentorijs in deſerto Pharan,ibi'q; loquutus eſt dñs ad Moſen: Mitte viros qui cõſiderẽt
terram Chanaan. Ad hoc præallegato Numeroꝝ libro eſt data reſponſio.Gloſſa q̃q; hoc lo
Ibidem. co ex verbis Auguſtini declarat, ꝙ filij Iſrael bis venerunt in Cades. Primo ante miſſionem
Auguſt. exploratoꝝ. Secundo autem diu poſt hoc,ſ. quadrageſimo anno poſt exitum de Aegypto,
Nũe. 20. q̃ ibidem Maria defuncta eſt, vt in Numeris ſcriptum eſt.[Et noluiſtis aſſcendere] ad ter-
ram promiſſiõis,quæ ſitu altior eſt Aegypto,ac interpoſita eremo.[ſed increduli ad ſermo-
nem domini Dei noſtri,] qui per me vobis ꝓmiſit terram illam atq; victoriã, [murmuraſtis
in tabernaculis veſtris,atq; dixiſtis: Odit nos dñs,& idcirco eduxit nos de terra Aegypti, vt
traderet in manũ Amorrhæi].i.Chananæoꝝ,q̃ꝝ vna gẽs ſeu natio dicebaẽ populus Amor-
Gen. 10. rhæoꝝ.i.nat⁹ de Amorrhęo filio Chanaan filij Cham, qui fuit filius Noe,vt in Geneſi legiẽ.
[atq; deleret. Quo aſſcendemus?]q̃ſi dicant,fruſtra aſſcẽderemus ad terram illam,[nũcij ter
Num. 13 ruerunt cor noſtrum,dicentes:Maxima multitudo eſt] habitatoꝝ terræ ꝓmiſſæ. [& nobis
ſtatura ꝓcerior.]Vnde in Numeris dixiſſe ſcribuntur:Ibi vidimus mõſtra quædam filiorum
Enach de genere giganteo,quibus cõparati,quaſi locuſtæ videbamur. [vrbes magnæ] ſunt
in terra illa,[& ad cælũ vſq; muratæ].i.valde altos muros habẽtes,erectos in cælo aereo.Iſtud
tamen eſt verbum hyperbolicum,ad inſinuandum magnitudinem rei,ſicut illud in pſalmo:
Pſal. 106 Aſſcendunt vſq; ad cælos,& deſcendunt vſq; ad abyſſos. Veruntamen in libro Numerorum
Num. 13 exploratores dixiſſe narranẽ:Vrbes grãdes atq; muratas.Sed iſti peruerſi verba illa exagge
rauerunt ad colorandã ſuã peruerſitatem.Ecce in verbis oſtendiẽ magna vitioſitas plebis il-
lius.Primo enim peccauerunt per inobedientiam,q̃d notaẽ quum dicitur:Noluiſtis aſſcen-
dere.Secundo,per incredulitatem.ꝓpter q̃d dictum eſt,Sed increduli ad ſermonem dñi. Ter
Num. 14 tio,per murmuratiõem,de qua in Numeris plenius legiẽ.Nam ex nimia malitia plorauerũt,
& murmurãdo dixerunt:Vtinã peream⁹.Quarto,per ingratitudinem quum dixerũt:Odit
nos dominus,cũ tamen tot ſigna dilectiõis eis mõſtraſſet, Quinto, per mendacium ꝑnicio-
ſum,detractiõem atq; blaſphemiã,quũ dixerũt: Idcirco eduxit nos vt traderet. Hinc in Nu-
Ibidem. merorum libro dñs ait: Vſquequo detrahet mihi populus iſte? Sexto,per inordinatã & car
nalem formidinem, quia dicebant: Nuncij terruerunt nos. Septimo,per indurationem &
pertinaciam ꝓprij ſenſus,vt ſtatim ſubiungitur.Octauo,per ſtultam audaciam,quia cõtra
p̃ceptum Moſis cœperunt ꝓcedere,vt infra in iſto habetur capitulo. [Filios Enachim vidi-
mus ibi.Et dixi vobis: Nolite metuere, nec timeatis eos,dñs pro vobis pugnabit,ſicut fecit
in Aegypto & in ſolitudine]quando Amalech vos inuaſit, & quãdo Pharao cũ ſuo exerci-
tu vos inſequebaẽ in ſolitudine,vbi angelus interpoſuit nubem inter vos atq; Aegyptios,vt
Exo. 14. in Exodo ſcriptum eſt.[Portauit te dñs Deus tuus].i.pie tolerauit,& prouidit tibi de neceſſa
rijs,ac ꝓtexit.[vt ſolet homo geſtare paruulũ filiũ ſuũ in oĩ via,ꝑ quam ambulaſti donec ve
niretis ad locũ iſtũ]ſ. Cadesbarne, vbi Moſes primo ꝓtulit verba iſta, quæ poſtea in campe
ſtribus Moab repetiuit.Veruntamen ſicut homo paruulum filium quẽ amoroſe portat,ali-
quãdo corrigit dum mereẽ,ſic dominus ante miſſiõem exploratoꝝ,interdũ correxit popu-
Exo. 32. lum illum ob ſuos exceſſus, videlicet iuxta mõtem Sinai vbi vitulũ adorauerunt, & poſtea in
Num. 11 ſepulchris cõcupiſcentiæ, & quando ꝑ labore itineris murmurauerũt.[& nec ſic quidẽ cre-
Nũe. 21. didiſtis domino Deo veſtro].i.nec ꝑ tanta beneficia, nec per cõmemoratiõem eorum nunc
factam à me,nec ꝑ verba q̃ ex parte Dei retuli vobis,domino credidiſtis.Verũtamẽ agnoſcẽ-
dum,ꝙ Moſes in toto hoc paſſu loq̃tur de toto populo illo, q̃ſi de vna turba, in qua diuerſi
homines cõtinentur,ſcilicet boni & mali, quibus & diuerſa aſſcribuntur ac competunt, Sic
oĩa iam inducta intelligenda ſunt, non de his quibus in campeſtribus Moab Moſes iſta lo-
quutus eſt,ſed de patrib⁹ eoꝝ,qui ꝓpter prætacta ſcelera iam in ſolitudine erãt defuncti.Hi
aũt quibus Moſes iſta repetijt,nõ fuerunt tũc numerati, ſed poſtea illis ꝓſtratis.[qui pręceſſit
vos in via].i. per motũ nubis moræ ab angelo viam mõſtrauit, [& metatus eſt locum in quo
tentoria figere deberetis].i. ꝑ quietem nubis oſtẽdit & determinauit loca & manſiones,in q-
bus,fixis tentorijs,quieuiſtis.[nocte oſtendẽs vobis iter ꝑ ignẽ.] Interdũ eñ ambulauerunt
de nocte,& tũc columna ignis aerẽ illuſtrauit,& viam oſtẽdit.[& die ꝑ columnã nubis].i. ꝑ
nubẽ,cuius vna atq; anterior pars plebẽ p̃ceſſit,alia pars eam obumbrauit contra ſolis ardo
rem.

rem. Porro an fuerit eadẽ columna ignis & nubis,ita ꝙ nubes ꝑ parte fuit ſubtilis,clara,&
ignea,& ꝑ alia parte ſpiſſa, ſup Exodum eſt diſcuſſum: nec eſt certũ, q̃a de hoc ſunt duæ ꝓ-
babiles opiniones. Hebræi vero potius tenent, ꝙ erant duæ columbæ: vna nubis, apparens Exo. 13.
in die,& diſparens de veſpere:alia ignis,de veſpere ſubintrans,ac mane recedens. Alij dicũt
ꝙ vna fuit in ſubſtantia,ſed duplex officio, vtpote ex vna parte lucens vt ignis, ex alia par-
te obumbrans vt nubes. [Cum'q; audiſſet dominus vocem ſermonum veſtroꝝ].i. p̃inducta
prauiſſima verba veſtra,quæ non audiuit auditu corporeo, nec per alterationem aut cogni
tionem recentem,ſed æternaliter p̃cognouit.[& quando proferebat,] oſtendit ſe ea cogno-
ſcere ꝑ vindictam, [iratus] non per conturbationem affectus, ſed ꝑ rigorem effectus, [iura-
uit,& ait: Non videbit quiſpiam de hominibus generationis huius peſſimæ terrã bonã]ſ.re-
promiſſam,[p̃ter Caleph filiũ Iephone]& etiam p̃ter Ioſue,qui alibi exprimiẽ. & iſtud intel
ligẽdum fuit de his,q in prima numeratiõe fuerãt numerati,ideo & Leuitæ excipiunẽ. [Nec
miranda indignatio Dei in populũ].i. cõtra vulgares numeratos, [cum mihi q̃q; iratus dñs
ꝓpter vos,]quaſi dicat,nõ miꝝ ꝙ vobis,hoc eſt, p̃dictis patribus veſtris indignatus eſt do-
minus ꝓpter tot ſcelera eorũdem, quũ & mihi ſibi tã familiari & electo indignatus ſit ꝓpter
vos.Hoc nõ eſt intelligendum,ꝙ ꝓpter crimina populi Deus iratus fuerit Moſi,& eum pro-
hibuerit terram Chanaan ingredi,quoniam in libro Numeroꝝ & alibi manifeſte habetur,
ꝙ Moſes & Aaron peccauerunt ad aquas contradictionis vitio incredulitatis, domino ad
eos loquente: Pro eo ꝙ non credidiſtis mihi. Idcirco quod ait:Propter vos, exponendũ eſt,
propter peccatũ q̃d occaſione veſtri incidi.Ex importuna quippe plebis inſtantia, ſeditio-
ne ac iurgio,Moſes & Aaron cõturbati fuerunt & mente impediti à cõſideratione omnipo-
tentiæ Dei,ſic'q; videbatur eis quaſi impoſſibile aliq̃d,aquã de petra eijcere,vt in Numeris di Num. 20
ctum eſt plenius.[Vos aũt reuertimini & abite in ſolitudinẽ ꝑ viam maris rubri.]Oĩa hęc Exo. 32.
in libro Numeroꝝ ſcripta ſunt atq; expoſita,ſiquidẽ propter ſcelera ſua iuſſit dñs vt redirẽt Ibidem.
in eremum,ꝑ viã ducentem ad mare rubrum.[Et reſpondiſtis mihi:Peccauimus dño.]Hoc
dixerunt, viſa ſubitanea morte decem exploratoꝝ,ex q̃ꝝ verbis moti fuerũt ad murmuran Nũe. 14.
dum.[aſſcendemus & pugnabimus,ſicut p̃cepit nobis dominus.Cum'q; inſtructi armis].i.
armis muniti.Vnde & in Exodo legitur, ꝙ filij Iſrael armati aſſcenderunt de Aegypto. Cir Exo. 13.
ca quod aliqui dicunt, ꝙ aliqui arma ſecum tulerunt, & ꝙ Aegyptij conceſſerunt eis arma,
ſicut & vaſa aurea atq; argentea. Vel ꝑ arma, intelliguntur fuſtes & baculi aut etiam gladij.
[pergeretis in montem,] ad eundum verſus terram promiſſionis, ad pugnandum q̃q; con-
tra aduerſarios veſtros,[ait mihi dominus: Dic ad eos:Nolite aſſcendere,neq; pugnetis. nõ
eñ ſum vobiſcum,ne cadatis coram inimicis veſtris. Loquutus ſum vobis] verbum Dei id
prohibentis,[& nõ audiſtis]auribus cordis,id eſt,non obtemperaſtis, [ſed aduerſantes impe
rio domini, & tumentes ſupbia,] quia præſumpſiſtis de veſtris viribus, & vane gloriabami-
ni de hoc ꝙ eſſetis populus Dei, & adiuuandi ab eo,cui nõ obediſtis. [aſſcẽdiſtis in mõtem,]
id eſt,in loca Amorrhæoꝝ montoſa.[Itaq; egreſſus Amorrhæus,qui habitabat in montib⁹,
& obuiã veniens,ꝑſequutus eſt vos ſicut ſolent apes ꝑſequi].i. faciliter fugauit vos, ſicut fu-
ganẽ aues. Vel,ꝑſequutus eſt vos, acriter vos lædendo ſicut apes ꝑſequuntur eos quos acutis
aculeis pungunt. [& * cõcidit]id eſt,gladio ꝑcuſſit,[de Seir].i.à loco vel confinio Idumæo- *cecidit
rum. [vſq; Horma].i. vſq; ad locum ſic dictum, propter cauſam in Numeris poſitam. Et vt
in Numeris habetur,Horma interpretatur anathema. Porro vt in eodem libro legiẽ, Deſcẽ- Nũe. 14.
dit Amalechites & Chananæus, & perſequutus eſt eos vſq; Horma. Vnde elicitur ꝙ Ama- Nũe. 21.
lechitę iuuabant Amorrhæos,qui ibi deſignantur ꝑ Chananæos.[Cum'q; reuerſi,]non illi q Nũe. 14.
gladio corruerunt,ſed qui ꝑ fugam euaſerunt, [ploraretis coram dño,] potius propter ad-
uerſa ſeu mala pœnę q̃ incurriſtis,q̃ propter mala culpę quæ cõmiſiſtis. [non audiuit vos,]id
eſt,veſtrum fletũ non acceptauit,quia nõ venit ex vera contritione,[nec voci]hoc eſt,oratio
ni[veſtræ voluit acquieſcere:]quia non relaxauit pœnam, quam vobis infligendam p̃dixit
propter ſcelera veſtra, nec ſuam retractauit ſententiam, etiã dato ꝙ quidam illoꝝ vere pœ-
nituiſſent, nõ tamen retractauit Deus ſententiam prolatã de eoꝝ iuſta punitione,quam nec
Moſi nec Aaron relaxauit pro peccato eoꝝ ad aquas cõtradictionis. Interdũ etenĩ,imo fre-
quenter Deus dimittit culpã,nõ pœnã.[Sediſtis ergo].i.manſiſtis & habitaſtis,[in Cadesbar
ne multo tẽpore.] Cum eñ vidiſſent ſe nõ poſſe ad terrã ꝓmiſſiõis ꝓcedere, mãſerũt diu in
loco p̃fato & in circumiacentibus locis.Redierunt tamen in eremum ad nubis motum.

¶De ſpirituali huius capituli primi intellectu. Art. II.

MOſes nõ Chriſtum duntaxat,ſed & quemlibet deſignauit fidelem prælatum.Quẽad-
modum ergo Moſes, obitu ſuo inſtante, populum ſibi commiſſum præ ſolito dili-
genter ac feruide admonuit & inſtruxit, de peruigili diuinæ legis cuſtodia, ad bene-
ficijs & mirabilibus Dei factis atque fiendis,de iniquitatibus & ingratitudinibus populi, &
de iuſtis iudicijs omnipotentis ſuper iuſtos ac reprobos in futurum: ſic domin⁹ & ſaluator

 ante di-

ante diem feſtum paſchæ,ſciens quia venit hora eius qua tranſiret ad patrem, conuocatis &
Ioan. 13. ſecum cœnantibus apoſtolis, atq; in eorum perſona vniuerſis fidelibus, poſt cœnam fecit
14.15.16. prolixum pulcherrimumq́; ſermonem, in quo legem euãgelicam, quam iam ante in mon-
te tradiderat,explanauit,& plurima addidit,Chriſtianæq́; fidei docuit fundamēta, & eius p̄
mundum diuulgationem,miraculis roborãdam.In quo item ſermone Iudæorum ſcelera ac
diſperſionem prædixit,beneficia ſpiritusſancti promiſit,& de futuro ſtatu eccleſiæ euidentiſ
ſime ac copioſiſſime eſt loquutusq́;. ¶Moraliter horũ exēplo docentur animarum curã ha-
bentes,vt tota ſolicitudine ſibi commiſſos hortentur, informent, corripiant, & p̄cepta Dei
eis proponant frequenter, quouſq; eorum cordibus efficaciter imprimantur. Diſtrictionem
quoq; diuini iudicij, & tormēta inferni, cum omni feruore ſermocinentur, vt ſaltem timo-
re retrahantur à vitijs,qui boni honeſti amore non afficiuntur virtutibus. ¶Inſuper benefi-
cia per Chriſtum exhibita populo Chriſtiano ab eccleſiæ primitiuæ exordio, diſtincte re-
plicent ac feruenter, & peccata eorum improperent eis cum diſcretione, exhortando ſem-
per eos ad pœnitentiam & emendam. Deniq;,ſicut Moſes loquutus eſt populo cuncta quæ
dominus iuſſit,ſic prælatus & prædicator,omni carnali & mundano timore poſtpoſito,inſi
nuare debet gregi dominico vniuerſa Dei atq; eccleſię ſanctę præcepta,& quicquid audien
tium neceſſarium eſt ſaluti.Veruntamen qui præeſt & docet, ſatagere debet, vt in primis &
antequam inſtruat alios,interficiat reges Amorrhæorum,id eſt,vitia mundi,omnem ambi
tionem & faſtum atq; carnalitatem in ſemetipſo,tenebrarumq́; principes ſub ſuis conterat
pedibus. ¶Inſuper ſicut filijs Iſrael,mox vt legem in Sinai ſuſceperunt,dominus iuſſit ire ad
Matt. 5. terram promiſſiõis, ſic Chriſtus quum in monte Thabor legem euangelicã dediſſet,ſtatim
Lucæ 6. auditoribus ſuis præcepit,vt per diuinoꝝ exequutionem præceptorum, ad cæleſtem prope
rarent hæreditatem,huiusq́; ſeculi pertranſirent deſertũ,nil in hoc mundo inordinate amã-
do, delectationesq́; ſeculi aſpernando. ¶Amplius, ſicut Moſes deprecatus eſt, Iſraeliticum
populũ merito numeroq́; augeri,ſic vnuſquiſq; fidelis, p̄ſertim prælatus & doctor, toto de-
bet affectu dominum iugiter exorare,vt plebs Chriſtiana in omni ſanctitate & iuſtitia,in po
teſtate & multitudine copioſa excreſcat aſſidue, & inuiſibilibus ac viſibilibꝰ ſuæ ſalutis p̄ua
leat inimicis. Debent q̊q; prælati ſibi aſſumere adiutores idoneos ad informandum ac diri-
gendum ſubiectos, nec ſe in exterioribus ſuperflue occupare, ne à ſpiritualibus exercitijs im
pediantur: ſed circa gregem commiſſum, intus purgandum ac ſeruandum, ſemper intenti
ſint:ſicq́; exterioꝝ diſpoſitionem,quantum congrue fieri poteſt,ſuis committant officiatis.
¶Præterea ex hoc textu docemur, quales ſint ad prælaturas atq; officia eligendi ac promo-
uendi,videlicet qui vita,ſcientia,ætate & fama reputãtur magis idonei, qui & in omni ſuo
officio debent ſe iuſte habere, & ſine perſonarum acceptiõe vnumquenq; iudicare,corripe-
re,caſtigare,neminem ſpernere, vniuerſos in Deo diligere, omniq́; paſſione excluſa,ſecũdũ
veꝝ iuſtitiæ callem procedere.In difficilioribus vero ac periculoſioribꝰ cauſis ac caſibus,ad
ſuũ debent ſuperiorem cũ humilitate habere recurſum,nec tranſgredi terminos ſibi p̄fixos.
Principes demum & prælati ſuperiores ſingulariter debent eſſe ſoliciti & intenti circa vi-
carios,officiatosq́; ſuos,inſtruẽdo ipſos q̃liter habere ſe debent,& inquirendo an ſicut tenen
tur,ita ſe habeant.Qui niſi iuſte habuerint ſe,admoneant vt corrigãt ſe:q̊d niſi fecerint,à ſu-
is ſtatiõibus expellant, & eoꝝ officia melioribus committantur. Sic etenim multi virtuoſi
& ſancti reges,principes & prælati,legunt feciſſe. Quid autem per exploratores & facta eo-
rum myſtice deſignetur,in libro Numeroꝝ eſt expreſſum.¶Poſtremo,erudiamur ex iſto ca
Num. 13 pitulo,omnem inobedientiam euitare, diffidētiam fugere, nec contra Deum nec cõtra eius
vicarios murmuremus.Abſit vero vt aliquis ſic paſſiõibus inflammetur,vt ꝓrumpat in ver-
ba malitiæ & nequitiæ cõtra Deum,ne inter eos numeretur,de quibus per ꝓphetam domi-
Pſal. 54. nus conqueritur,dicens:Quoniam declinauerunt in me iniquitates.nec quiſpiã dicat, Odit
me dominus.i,reprobus ſum & præſcitus,& ſaluari nõ valeo. Acquieſcat quoq; vnuſquiſq;
ſuperioribus & correptoribus ſuis in omni ſalubri materia,nec in mõtem ſuperbiæ aſſcenda
mus, neq; ad mõtem p̄ſidentiæ quis adſpiret, ne dæmonum incidat manus. Veruntamen ad
mõtem perfectionis pertingere enitamur,& veſtigia Chriſti,qui eſt mons montium,imite-
mur,atq; ad montem triumphantis eccleſiæ adſpiremus. Rogemusq́; dñm,vt in nocte vi-
tæ p̄ſentis.i.in omni aduerſitate & tentatiõe, in om̃i ignorantia & errore dignet nobis iter
ſalutis, lumen veritatis, ſplendorē iuſtitiæ demõſtrare per ignis columnã,hoc eſt,p̄ ſpiritus
ſancti gratiam ac virtutē. Ipſe quippe eſt ignis innocue ardēs, peccata cõſumens, corda in-
flammans,& ſupereſſentialis dilectio.In die vero.i.in om̃i proſperitate & ꝓfectu, per colu-
mnam nubis,hoc eſt,p̄ verã diſcretiõem, quæ dulciter mentē refrigerat & obumbrat cõtra
indiſcretũ feruorē,cõtra paſſionũ vitiorumq́; æſtũ: ſicq́; Deo ductore via regia gradiamur,
nec in ꝓſperis inaniter gloriemur,aut in tumore alicuius arrogantiæ ſeducamur, aut p̄ in-
diſcretionē cadamus,nec in aduerſis dejciamur p̄ impatientiam aut errorē.Poſtremo vitã-

dum, ne quis contra doctrinam ſcripturæ, aut contra ſuoꝝ monita prælatorum, ſponte ſe
ingerat ad prælia tentationum,inſtructus armis propriæ præſumptionis,& confidens viri-
bus ſuis:quia ſi fecerit,ab immundis ſpiritibus facilime elidetur,ſicut ſolent apes proſterni,
propter quod imperfectis non expedit tentationes optare.Qui autem in omni humilitate,
charitate,diſcretione bene fundati ſunt & armati in domino,ita vt dicere queant,Perſequar Pſal. 17.
inimicos meos &c. poſſunt eos ſine periculo affectare.

¶Expoſitio cap.II. Profectiq́; inde venimus in ſolitudinē. Art. III.

PRoſequitur Moſes inchoatam hiſtoriã,ſpecialiter nunc deſcribens,à quarum gentium
impugnatione prohibuerit dominus filios Iſrael.[Profectiq́; inde,]puta de Cadesbar-
ne,ſecundo,videlicet poſt determinationem diuinæ ſentētię,ꝙ p̄ quadraginta annos in
ſolitudine maneremus,[venimus in ſolitudinem].i. in partē quandam totius deſerti illius,
quod à diuerſis partibus ſuis,& à circuniacentibus locis,atq; à quibuſdam euentibus diuer-
ſa noĩa habet.[quæ ducit ad mare rubrum].i.ad aliquē eius ſinum. redierunt em̃ ad q̃dã lo-
ca in quibus ante fuerunt.[ſicut dixerat dominus. Et circuiuimus mõtem Seir longo tēpo-
re.]Per montē Seir intelligitur territoriũ Idumææ, vel aliquis eminens mons in ea. [Dixitq́;
dominus ad me:Sufficit vobis circuiſſe montem iſtum,]id eſt,ſatis diu in gyro montis iſti-
us deambulaſtis. Alloquitur autem dominus Moſen in perſona totius populi ſibi cõmiſſi,
& ſic Moſes verba Dei retulit plebi.[Ite contra aquilonem].i. verſus plagã ſeptentrionalē.
In Idumæa autem eſt valde intenſus calor ſolis tēpore æſtiuali,ita ꝙ habitatores terræ illius
de die latere cõſueuerunt in ſubterraneis ædibus, ſecundũ Hieronymũ.[& populo præcipe,
dicens:Tranſibitis per terminos fratrum veſtroꝝ filioꝝ Eſau, qui habitant in Seir]qui vo-
cant fratres filioꝝ Iſrael, qm̃ Iacob & Eſau fuerũt fratres gemelli vterini. [& timebũt vos.] Hieron.
Audierant em̃ Idumæi,qualiter Aegyptij erant propter filios Iſrael deſtructi,ſubmerſi,occi Gen. 25.
ſi,ideo timebãt ſibi imminere periculũ, vel ſuſpicabantur ꝙ filij Iſrael intenderent terrã eoꝝ
vaſtare aut poſſidere,vel bona eoꝝ diripere.Forſitan etiam timuerunt eos,qm̃ perceperũt ꝙ
Deus eoꝝ pugnaret ꝓ ipſis,cui nullus reſiſtere poſſet.Sed cõtra hęc duplex poteſt fieri obie-
ctio. Prima,qm̃ in Numeris ſcriptum eſt, ꝙ rex Edom negauit filijs Iſrael tranſitum p̄ terrã Nũe. 20.
ſuam,ꝓpter quod declinauerunt ab eo.Quomodo ergo nunc dicitur,Tranſibitis per termi
nos fratrũ veſtroꝝ? Secunda,quia in eiſdē Numeris legitur, ꝙ rex Edom mandauit populo Ibidem.
Iſrael,Non tranſibitis per me, alioquin armatus occurrã tibi. Statimq́; egreſſus eſt obuiam
cum infinita multitudine,ergo apparet ꝙ Idumæi nõ timuerunt filios Iſrael.Veꝝ ad hæc pa
tet ſolutio ex dictis Numeroꝝ.Certũ eſt quoq;,ꝙ multi vadunt ad prælium cõtra eos quos Num. 20
aliqualiter timent, quũ & in Iob ſcriptũ ſit: Anguſtia vallabit impiũ, ſicut regē qui paratur Iob 15.
ad p̄lium.In expoſitione aũt huius voluminis eſt obſeruandũ, q̊d ait Gilbertus: In alijs libris
expoſita tranſcurrimus,vt his quæ nõ ſunt expoſita,immoremur.[Videte ergo diligēter ne
moueamini contra eos].i.nec affectu,nec ope ineatis pugnã contra Idumęos. [Neq; em̃ da-
bo vobis de terra eoꝝ q̃tũ poteſt vnius pedis calcare veſtigiũ, q̃a in poſſeſſionem Eſau dedi
montē Seir].i. terram Idumææ montoſam dedi hæreditarie ipſi Eſau ac poſteris eius, ꝓpter
merita patriarchaꝝ Abrahæ aui Eſau,& Iſaac patris eius. [Cibos emetis ab eis pecunia, &
comedetis.]Ibant em̃ filij Iſrael vel iuxta vel p̄ Idumæã. ſicq́; vendiderunt Idumæi eis ciba-
ria cupiditate lucri magis quàm ex charitate fraterna.[Aquam emptã haurietis,]id eſt,an-
tequam haurietis aquam ex puteis ipſorum,emetis eandem.Aqua enim rara & cara eſt ibi.
Ex hoc videtur ꝙ tranſierunt per terram ipſoꝝ, ſaltem circa extrema terræ illius. [& bibe-
tis.]Sed cur dominus dixit iſtud,quum filij Iſrael haberent quotidie manna? Reſpondetur,
ꝙ quando filij Iſrael potuerunt ſibi de neceſſarijs vitæ prouidere modo humano, hoc do-
minus permiſit, atq; in iſto indulſit imperfectioni ipſorum. [Dominus Deus tuus benedixit
tibi in]omni[opere manuum tuarum,]id eſt,gratioſe affuit tibi in cunctis.Pręſertim autem
ſic affuit iuſtis, & gratioſius affuit his, quibus Moſes iſta loquutus eſt, quàm patribus eorũ
qui iam occubuerũt in eremo.[& nouit iter tuum,]id eſt, proceſſum tuum approbauit, &
te in tuo cuſtodiuit itinere,cõſiderauitq́; pie tuũ ꝓgreſſum. [quomodo tranſieris ſolitudinē
hanc magnam p̄ quadraginta annos] Non ꝙ aſſidue aut q̊tidie ambulauerunt in ea tot an-
nis,immo frequenter quieuerunt multis diebus in certis locis.[habitans tecum]id eſt,in ta- Num. 20
bernaculo quod fuit in medio populi,in cordibus quoq; bonorum, [dñs Deus tuus,& nihil Exo. 17.
tibi defuit.] In libro Numerorũ & Exodo legunt interdum aqua indiguiſſe, ſed & infrà ha Deut. 8.
betur, Afflixit te penuria: quomodo ergo nihil defuit eis? Et reſpondendum,ꝙ ſic nihil de-
fuit eis finaliter,quia neceſſitatibus eorum Deus pie ſubuenit. Iuſtis etiã manna ſapuit vt vo
lebant.[Cumq́; tranſiſſemus fratres noſtros filios Eſau, per viam campeſtrē venimus ad iter
q̊d ducit in deſertũ Moab.] q̊d totius deſerti illius pars perhibet, & à regno Moabitaꝝ ſibi
vicino, deſertum Moab vocatur. [Dixitq́; dominus ad me: Non pugnes contra Moabi-
tas.Non enim dabo tibi quicquam de terra eoꝝ,quia filijs Loth tradidi Ar in poſſeſſiõem.]

Ar fuit ciuitas metropolis in regione illa: idcirco per Ar, tota illa regio ſignificatur, quam
dominus cõtulit filijs Loth, id eſt, poſteritati natæ ex Loth, per filium eius primogenitum
nomine Moab, deditq; terram hanc Moabitis meritis Loth patris eorum, vel etiam meritis
Abrahæ, cũ quo Loth propriam terram reliquit. [Emim] id eſt, homines ſic vocati, quia ter
ribiles erant adſpectu. Emim quippe, ſecundum Gloſſam, interpretatur terribilis. [primi fue
runt habitatores eius] hoc eſt, ante Moabitas habitabant in terra illa, [populus magnus] nu
mero, [& validus] robore corporali, [& tam excelſus] ſtatura, [vt de Enachim ſtirpe quaſi gi
gantes crederentur,] id eſt, quantitate & robore ſimiles erant filijs Enach ſeu Enachim gigã-
tis, ita ꝙ putabantur à multis nati ex illo gigante, de quo in Numeroꝝ libro facta eſt men-
tio. [Deniq; Moabitæ appellant eos Emim,] id eſt, terribiles, quoniam vultu, ſtatura & robo
Num. 13 re erant terribiles. [In Seir autem] hoc eſt, in Idumæa, [prius habitauerunt Horræi] qui ſe-
cundum q̃d legit̃, ita vocati ſunt, qa & ipſi enormitate corporis erant horribiles. [qbus expul
ſis atq; deletis, habitauerunt filij Eſau]. i. poſteritas Eſau, auxiliante Deo, Horræos illos expu
gnauit, & terram eoꝝ poſſedit. [Sicut fecit Iſrael in terra poſſeſſionis ſuę.] Si hoc exponitur
de filijs Iſrael qui terram ꝓmiſſionis hæreditauerũt, interfectis in ea Chananæis, ſicut in li-
Ioſue 16. bro Ioſue recitatur: dicendum ꝙ Moſes dixit hoc more prophetico, de futuro loquens per
modum præteriti. Nam ipſo viuente, filij Iſrael terram promiſſionis ingreſſi nõ ſunt. Si vero
intelligatur de tribubꝰ Ruben & Gad atq; dimidia tribu Manaſſę, q ante huius libri cõſcri
ptionem obtinuerunt regna Seon & Og, ſic eſt hiſtorialis narratio. Porro, ſecũdũ Gloſſam,
Seir eſt mons in terra Edom, in quo habitauit Eſau in regiõe Gebalena, vbi ante habitauit
Gen. 14. Chorræus, quem interfecit Godorlaomor rex Elamitarum, vt in Geneſi legitur, qui mõs ab
Eſau piloſo & hiſpido, nomen Seir. i. philoſi, accepit. [Surgentes ergo] de ſolitudine Moab,
Num. 21 [vt tranſiremus torrentẽ Zareth, venimus ad eum] De q̃ torrente dictum eſt ſuper illud Nu
meroꝝ: Filij Iſrael fixerunt tentoria in ſolitudine q̃ reſpicit Moab, inde venerunt ad torren
tẽ Zareth. [Tempus aũt quo ambulauimus de Cadesbarne vſq; ad tranſitum] torrentis [Za-
reth, triginta octo annoꝝ fuit.] Non ꝙ tot annis fuerint in continuo motu aut directo pro-
greſſu de vno illoꝝ locorum ad alium locum, ſed ſæpe & diu quieuerunt hinc inde, & ter-
ram Edom circuierunt, [donec conſumeretur oĩs congregatio hominum bellatoꝝ de ca-
ſtris, ſicut iurauerat dominus. [Poſtquam autem vniuerſi ceciderunt pugnatores] in prima
numeratione numerati, [loquutus eſt dominus ad me, dicens: Tu] cũ populo tuo [tranſibis]
id eſt, tranſire incipies [hodie] vel tranſibis hodie. i. in breui ſeu tempore iſto, [terminos Mo
ab, vrbem nomine Ar] de qua iam dictum eſt, & circa illam pertranſierunt Iſraelitæ, nõ per
vrbem illam. [& accedens in vicina filiorum Ammon, caue ne pugnes contra eos, nec mo-
tauerũt me iam ꝑ 10. vices. Porro tentare, eſt verbis aut factis experimentũ ſumere de tẽta-
to,ſiue hoc fiat euidẽter,vt cũ aliquis ſe tentatorẽ fatet̃: ſiue occulte & inſidioſe,ſeu interpre-
tatiue,vt dũ quis nõ intendit ſumere experimẽtũ de alio, aliquid tñ facit,q̊d nõ eſt ad aliud
ordinabile,niſi ad ſumendũ experimentum de aliquo. Itaq; homo dicit̃ Deũ tentare verbis,
dum aliq̃d poſtulat in oratione à Deo,quatenus exploret ſeu experiat̃ an Deus oĩa ſciat, aut
poſſit,ſeu hoc aut illud velit. Similiter factis tentat Deũ,qui ꝑ ea quæ facit, intendit diuinæ
ſcientiæ aut poteſtatis vel voluntatis ſumere experimentũ. Interpretatiue aũt, qui & ſi hoc
non intẽdat,aliq̃d tñ agit,ad aliud nihil referibile aut vtile,niſi ad experiendũ ſcientiã, po-
teſtatẽ,voluntatẽve Dei,vt ſi quis ſe cõmittat diuino auxilio ſine neceſſitate aut vtilitate, dũ
ſ.habet vnde ſe poſſit iuuare, & illud omittẽs, periculo ſe cõmittit. Hic, ſecũdũ Auguſtinũ, Auguſt.
Deũ tentat, qui ꝓtermittit facere q̊d in ſe eſt ad euadendũ periculũ. ideo ait Gloſſa: Deũ ten-
tat, qui habẽs q̊d faciat, ſe abſq; ratione cõmittit periculo,experiẽs an poſſit liberari à peri-
culo. Hinc ſaluator diabolo ꝓcipitationẽ ſuggerẽti obiecit hãc authoritatem: Non tentabis Matt. 4.
dñm. Fuit eñ deſcẽſus de pinnaculo tẽpli paratus. Inſuꝑ cũ experimentũ ſumere de bonita- Lucæ 4.
te, ſapiẽtia aut potẽtia Dei, ꝓcedat ex dubitatione aut ignorãtia tẽtantis,vel eorum quibus
vult manifeſtare, ꝙ Deus oĩa ſciat & poſſit: idcirco Deũ tentare ad hoc,ꝙ ipſe qui tẽtat,ex-
periat̃ an Deus ſciat, poſſitq́; oĩa, eſt peccatũ quia de hoc certi eſſe debemus, & eſt mortale
peccatũ ex genere, contrariũ religioni ſeu latriæ, cuius eſt Deo reuerentiã exhibere. De hac
materia plenius ſcribit Thomas in ſecũda ſecũdæ, quæſt.97. [Cũ interrogauerit tẽ cras].i.in
futuro[filius tuus].i. proles ſeu quæcũq; perſona tibi cõmiſſa,aut pro informatione confu-
giens ad te,[dicẽs:Quid ſibi volũt teſtimonia hæc & cæremonię atq; iudicia hæc?].i.cur iſta
ſunt nobis præcepta? [Dices ei: Serui eramus Pharaonis] .i.de Aegyptia ſeruitute nos libe-
rauit,q̃ facto,ꝓcepit nobis iſta in Sinai, vt obediẽdo ei in iſtis,poſſideamus terrã promiſſam
diu atq; pacifice.[Fecitq́; ꝓdigia & ſigna magna & peſſima].i.valde pœnalia ſeu valde ma-
la,malitia pœnæ,nõ culpæ,q̃ & iudicio Aegyptiorũ patientiũ plagas Dei,peſſima erant. De
tali malitia ſcriptũ eſt: Vidit Deus q̃a cõuerſi ſunt Niniuitæ,& miſertꝰ eſt ſuꝑ malitiã quam
locutus fuerat,vt faceret eis,& nõ fecit. Et Amos ait: Si erit malũ in ciuitate,q̊d dñs nõ fecit? Ionæ 3.
In Eſaia q̊q; dñs ꝓteſtatur: Ego dñs faciẽs pacẽ, & creans malũ.[Eritq́; nr̃i miſericors,ſi cu- Amos 3.
ſtodierimꝰ & fecerimus oĩa præcepta eius corã dño Deo noſtro,ſicut mãdauit nobis.] Ecce
ꝙ iuſtorũ ſaluatio eſt miſeratio Dei. Nã & merita noſtra,ſunt Dei dona: & quicq̃d obſequij Eſaię 45.
impẽdimus ei,tenemur. Eſtq́; pia dignatio Dei, ꝙ obſequia nr̃a tã defectuoſa,quæ & panno

mēſtruatæ aſſimilanť, acceptat, ꝓpter q̊d ait Saluator: Cū feceritis oīa q̄ p̄cepta ſunt vobis,
Lucæ 17. dicite: Serui inutiles ſumus. q̊d debuimus facere, fecimus. Ex his cōpellimur noſipſos in oī-
bus profunde ac om̄ifarie humiliare, nec vnq̄ inaniter gloriari, quaſi magni aliq̊d operati,
immo dn̄m cū om̄i humilitate & feruore iugiter exorare debemus, vt noſtrā qualēcunq; ſer
uitutē pie acceptare dignetur, noſq; miſericorditer ſaluet, tueatur, & indeſinēter gubernet.

¶Elucidatio literalis cap. VII. Cū vero introduxerit te dn̄s in terrā &c. Art. VIII.

DEus oīpotēs ſpōſus extitit ſynagogæ: ideo more ſpōſi zelotypi noluit illā in aliq̊ com-
municare adulteris gētibus, puta idololatris, quaꝝ animæ erāt dæmoniorū adulteræ,
immo p̄cepit ſpōſæ ſuæ demoliri huiuſmodi gētes, & ritū eaꝝ extirpare, oēm quoq;
turpē & vitioſum eradicare affectū ex ꝓprio corde, nec ſolū mala, ſed & occaſiones maloꝝ
ſeu ſpūaliū fornicationū, vtpote pactū & amicitiā atq; cōnubia idololatraꝝ abijcere. Hinc
Moſes ex ore Dei p̄cepit: [Cū vero introduxerit te dn̄s in terrā] ꝓmiſſionis, [quā poſſeſſu-
rus ingredieris, & deleuerit]. i. ad occidendū tibi ſubiecerit [gentes multas coram te] in terra
Chanaan habitantes, videlicet [Ethæū, & Gergeſæū, & Amorrhæū, & Chananæū, & Phere-
Deut. 7. zæū, & Heuęū, & Iebuſæū, 7. gentes multo maioris numeri q̄ tu es, & robuſtiores te.] Hoc du
pliciter poteſt intelligi: Primo, ꝙ 7. gentes iſtæ ſimul ſumptæ, excedebāt filios Iſrael multum
in multitudine ſuppoſitoꝝ ac robore corporali. Secūdo, ꝙ vnaquæq; eaꝝ ita exceſſit Iſrae
Gene. 10 litas: & hoc ſecundo modo videť intelligendū, cū infrà dicať ad filios Iſrael: Cū ſitis om̄ibus
populis pauciores. Præterea in Geneſi legiť: Chanaā genuit Ethæū & Iebuſæū & Amorrhę
um &c. Sicq; p hæc noīa ꝓpria deſignanť nunc populi nati ex filijs Chanaan prænoīatis.
Gloſſa q̊q; teſtať, Abrahæ promiſſum eſt ꝙ 10. gētes delerenť, tunc etem̄ 10. erant: ſed dū filij
Iſrael trāſierunt Iordanē, iam 5. gentes erāt deletæ. Filij nanq; Loth deleuerūt gigantes, filij
Eſau Horræos, Cappadoces vero Heuæos pro parte. [Percuties eas vſq; ad internecionē.] Ne
tecū manēdo, alliciāt te ad ſuos errores. Iā q̊q; iniquitates gentiū haꝝ erāt impletæ, & diui-
no iudicio meruerūt occidi, voluitq; Deꝰ p filios Iſrael executionē hāc ſui iudicij fieri. [Nō
inibis cū eis fœdus] amicitiæ, niſi ſpōte vellēt ad Iudaiſmū conuerti. [nec miſereberis eaꝝ,]
quia hoc nō fuiſſet vera miſericordia, ſed praua mollities & vitioſa remiſſio cōtraria Dei p̄-
cepto, velut ſi qs latronē morti adiudicatū, velit eripere. [Nec ſociabis cū eis cōiugia,] qa per
hoc ſoboles tua ad idololatriā traheret, quēadmodū in libro Iudicū doceť poſtea ſæpe im-
pletū. [Aras eoꝝ ſubuertite & cōfringite ſtatuas, lucoſq; ſuccidite, & ſculptilia cōburite]. i.
altaria, phana, & cōſimilia loca, in qbus idololatrias ſuas exercuerunt, [qa populus ſanctus
es dn̄o Deo tuo]. i. cōſecratus cultui veri Dei ad ipſius honorē, ideo debes cultus ſacrilegos
demoliri. [Te elegit dn̄s Deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis q ſunt ſup
terrā]. i. ſpecialis & hæreditarius ac deuotus. [Nō quia cunctas gētes numero vincebatis, vo
bis iunctꝰ eſt dn̄s]. i. Deus gratioſe applicuit ſe vobis nō ob multitudinē veſtrā, [& elegit vos,
cū oībus ſitis populis pauciores.] Quo cōſtat, q̄ innumerabiles hoīes tunc fuerūt in mundo,
quia & in populo Iſrael erāt tot millia viroꝝ, p̄ter mulieres, pueros & puellas, immo & p̄ter
Num. 1. ſenes q nō cōputabanť inter bellatores, qui ſoli ab anno viceſimo vſq; ad ſexageſimū nume-
Ioſ. li. 4. rabanť, ſecundū Ioſephū. Ex qua etiā cōſideratione ppendiť, q̄ innumerabilia ſint millia an-
ant. Iud. gelicoꝝ ſpirituū, immo & angeloꝝ infimi chori, quū quilibet homo ſpecialē habeat ange-
cap. 6. lum ſui cuſtodē: atq; ſecundū diuinū Dionyſiū, Vnuſquiſq; ordo ſeu chorus angelicoꝝ ſpi
rituū, tāto plures in ſe habet angelos ſanctos, quanto ſuperior eſt. [Sed qa dilexit vos dn̄s]. i.
Dionyſ. ſua p̄ueniēs æterna ac gratuita dilectio ad vos, ratio eſt ꝙ vos elegit. [& cuſtodiuit iuramen-
tū q̊d iurauit patribus veſtris]. i. promiſſionē patriarchis factā de introductione poſteroꝝ
coꝝ in terrā promiſſionis impleuit, implereq; voluit. [Eduxitq; vos in manu forti, & rede-
mit de domo ſeruitutis & de manu Pharaonis.] Hoc, inquā, eſt cauſa ſeu ratio nō æternę ele
ctionis in Deo, ſed tēporalis gratioſæ ſeparationis, qua filios Iſrael à cæteris gētibꝰ ſegrega-
uit, ſuoq; cultui mācipauit. Præterea q̄uis Deus dicať hos filios Iſrael elegiſſe, non tn̄ om̄es
erāt p̄deſtinati: immo multi eoꝝ poſtea in terra promiſſionis grauiter peccauerūt & perie-
runt, ſicut ex libro Iudicū cōprobať, ſed totū frequēter denoīationes ſortiť à parte. In ſcri-
pturis q̊q; interdū aliq appellanť electi, qa ad tēporalia bona ac priuilegia quædā erant aſ-
1. Reg. 9. ſumpti p̄ cæteris, quēadmodum Saul in libro Regū ſæpe vocať electus à dn̄o, vel Dei electꝰ.
Pſal. 77. Et in Pſalmo habeť, Electos Iſrael impediuit. Deniq; ſicut Thomas ſcribit in 1. parte ſum-
mæ ſuæ, quæſt. 23. Prædeſtinatio eſt pars prouidētiæ, prouidentia vero eſt pars prudentiæ,
prudētia autē eſt ratio intellectus, p̄ceptiua ordinationis aliquoꝝ in finē. Nullus demum or-
dinat aliq̊d in finē, niſi pręexiſtēte voluntate finis. i. niſi velit rem illā acquirere finē huiuſmo
di. Prædeſtinatio ergo aliquoꝝ in vitā æternā, p̄ſupponit & includit ꝙ Deus velit eos adi-
piſci ſalutē ęternā, ad q̊d pertinent & concurrunt electio atq; dilectio. Nā ꝙ vult eis hoc bo
num, procedit ex charitate: ꝙ autē quibuſdā hoc vult, & non om̄ibus, loquēdo de volunta-
te cōſequente & abſoluta, ad electionē eſt pertinens. Hinc prædeſtinati eligūtur. Hoc quoq;
penſan-

penſandū, ꝙ in nobis electio præcedit dilectionē. Eligimus em̄ quē diligamꝰ. ſed in Deo eſt
ecōuerſo, quia voluntas noſtra diligēdo non cauſat bonū q̊d amat in alio, ſed ex præexiſten-
ti bono moueť vt diligat, ſed Dei volūtas diligendo eſt cauſa bonitatis eorū quæ amat: ſicq;
ſecundū ordinē rationis, electio p̄ſupponit dilectionē in Deo. [& ſcies] per fidē, immo & p
rationē naturalē, & p experientiā diuinoꝝ effectuū: [quia dn̄s Deus tuus ipſe eſt Deus for-
tis]. i. om̄ipotens, [& fidelis] in promiſſis, & neminē in ſe ſperantē decipiens. [cuſtodiēs pa
ctum & miſericordiā diligētibus ſe, & his qui cuſtodiūt præcepta eius in mille generatiōes,
& reddens odientibus ſe] debitā pœnam, [ita vt diſperdat eos]. i. diuerſimode perdat ac da-
mnet. [& vltrà nō differat, protinus eis reſtituens quod merenť.] Hoc quidā dicunt intelli-
gendum de Iſraelitis odientibus Deū, eo ꝙ ſcriptū eſt 2. Machabæorū libro: Etem̄ multo tem 2. Ma. 6.
pore nō ſinere peccatoribus ex ſentētia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij
eſt indicium. Non em̄ ſicut in alijs nationibus dn̄s patienter expectat, vt eas cum iudicij dies
aduenerit, in plenitudine peccatoꝝ puniat, ita & in nobis ſtatuit &c. Verum expoſitio iſta
non cenſetur idonea. Moſes em̄ hic loquitur de reprobis & æterna damnatione eorū. Præ-
fata vero authoritas libri Machabæorum, loquitur de electis quos Deus paternaliter in hac
vita caſtigat. Nec abſolute in om̄ibus verificatur, ꝙ filij Iſrael tranſgreſſores ac vitioſi, fue-
runt ſtatim à Deo puniti, vt maxime patet de rege Manaſſe, & alijs qui multis annis fuerūt
idololatræ. Frequēter etiā cōtigit ꝙ aliqui gentiles fuerunt propter ſua facinora ſtatim pla
gati, vt de multis martyrū perſecutoribus patuit. Attamē tēpore veteris teſtamenti, vt patet
ex libro Iudicū, alijſq; ſcripturis, cōmuniter ita fuit, ꝙ filij Iſrael ad idololatriā corruentes,
fuerūt cito à Deo correpti & flagellati. Itaq; locus iſte de odiētibus Deū poteſt exponi, ſiue
fuerāt Hebræi, ſiue gētiles, ita ꝙ aliqui tales in vtroq; populo fuerūt cito ac rigoroſe à Deo
puniti ac condēnati, aliqui vero diutius tolerati, quorū aliqui tandē pœnituerūt, alij perſe- 4. Re. 21.
uerauerūt in vitijs. Poteſt etiā dici, ꝙ oēs odientes Deū ac reprobi protinus punianť à Deo,
qm̄ reſpectu æternitatis om̄e tēpus eſt tanq̄ momentum. Vnde de impijs ſcriptū eſt: Subito Pſal. 72.
defecerūt, & gaudiū hypocritæ ad inſtar puncti. Propter q̊d in libro Sapiētiæ fatenť: Trāſie Sapiē. 5.
runt om̄ia illa tanq̄ vmbra. [Cuſtodi ergo p̄cepta atq; iudicia quę ego mando tibi hodie, vt
facias ea. Si cuſtodieris ea] videlicet Dei præcepta, [nō erit apud te ſterilis vtriuſq; ſexus, tam
in hominibus q̄ in gregibꝰ tuis]. i. prolis fœcunditatem tribuet tibi ac tuis pecoribus. Iſtud
tn̄ non fuit præmiū principale, idcirco nec om̄ibus iuſtis in veteri teſtamēto dabať: immo
quidā ſanctiſſimi tunc in virginitate manſerunt, vt Helias & Hieremias. Quidam etiā iuſti
coniugati, ſteriles permanſerūt. tn̄ vt habetur in Gloſſa, illi tam pauci fuerunt, ꝙ cōparatio-
ne aliorū quaſi nulli fuiſſe videntur: quod aūt modicum eſt, pro nihilo reputatur. Omnibus
aūt obedientibus Deo, dabať ſpūalis fœcunditatis profectus. [Auferet dn̄s à te oēm languo
rem, & infirmitates Aegypti peſſimas, quas nouiſti.] Tunc em̄ cōmuniter dabatur obedien-
tibus Deo tēporalis proſperitas & ſanitas corporis, non tn̄ ſemp nec omnibus: qm̄ Deus iu-
xta ſecreta ſapiētiæ ſuæ iudicia, diuerſimode in ſuis egit electis, quoꝝ nonnulli tunc erāt le-
proſi, ſicut in Euangelio ait ſaluator, ꝙ multi leproſi erāt in Iſrael ſub Heliſeo, & nullus eo- Lucæ 4.
rum curatus eſt. [Inſup & crabrones mittet dn̄s in eos]. i. in aduerſarios tuos, [vt deleat eos
atq; diſperdat, qui te fugerint.] Crabrones ſunt vermes nociui & aculeatæ beſtiolæ, p quos
quidam intelligūt punctiones anguſtiæ ac timoris, quas Deus inimicis populi ſui inflixit,
quēadmodū in Ioſue libro Raab fateť: Pertimuimꝰ valde, & elanguit cor noſtrū, nec reman Ioſue 2.
ſit in nobis ſpūs ad introitum veſtrū. [Dabitq; eos dn̄s in cōſpectu tuo, donec deleat om̄es.]
Verūtamen non fuerūt oēs Chananæi à filijs Iſrael interfecti, & hoc contigit ex defectu fi-
dei ac virtutis Iſraelitarū. [Non timebis eos, quia dn̄s in medio tui eſt, Deus magnus,] quia
immenſus, [& terribilis. Ipſe conſumet nationes has paulatim atq; per partes. Non poteris
eas delere pariter.] Deus em̄ non dedit filijs Iſrael poteſtatem delendi oēs aduerſarios ſuos
in terra promiſſionis ſimul ac ſubito, quia non erant tantæ multitudinis, ꝙ poterant totam
terram illam ſufficienter implere populo, ſicq; terra pro magna parte in ſolitudinem fuiſſet
redacta, & beſtiæ feroces multiplicatæ fuiſſent ibidē. [Sculptilia eorum combures. Nō con-
cupiſces argentum & aurum de quibus facta ſunt]. i. materias precioſas idolorū nō cupies,
nec arripies neq; cōuertes in vſus tuos, ſed in deteſtationē idololatrię, eas deſpicies tanq̄ ſpur
citias. ¶Poſtremo, qualiter per ſeptem gentes Chananæorum, deſignentur ſeptem pecca-
ta mortalia, quæ in primis expugnare iubemur, præhabitum eſt. Qualiter etiam ex iſto capi
tulo doceamur praua vitare cōſortia & familiaritates iniquoꝝ, ſcandalizationeſq;, & qua-
liter præconia iſta Iſraeliticæ plebis queant excellenter applicari populo Chriſtiano, in prę-
cedentium librorum expoſitionibus eſt expreſſum.

¶Explanatio literalis cap. VIII. Om̄e mandatū quod ego præcipio. Art. IX.

HOrtatur Moſes populū ſibi cōmiſſum ad diuinorum obſeruantiam mandatorum ex
conſideratione multiplicium beneficiorum populo pręſtitorum. [Omne mandatum

quod ego præcipio tibi hodie].i.in tẽpore iſto,[caue].i.caute aduerte,vel caue,hoc eſt,cuſto
di,& preſerua te à trãſgreſſione,[diligẽter,vt facias]illud implẽdo,[vt poſſitis viuere.Et re-
cordaberis].i.reminiſci debes,[cuncti itineris,per quod adduxit te dñs per deſertum 40.an-
nis,vt affligeret te] ſalubri afflictione,per cibi & potus ſimplicitatẽ ac parcitatẽ,& per labo
res viarũ. [atq; tentaret] .i.per aduerſa illa ſaluberrima examinaret ac probaret, an vere fi-
delis & obediens eſſes Deo.Vnde in Sapiẽtiæ volumine ſcriptũ eſt:Deus tẽtauit illos, & in-
Sapiẽ. 3. uenit illos dignos ſe,tanq̃ aurũ in fornace ꝓbauit illos. [& nota fierẽt quæ in tuo animo ver
ſabant].i.ideo te afflixit & tentauit,vt interiora aĩæ tuæ innoteſcerẽt,nõ Deo,ſed tibi ac alijs
in exemplũ vel in cautelã. [vtrũ cuſtodires mãdata eius,an non.]In aduerſis em̃ oſtenditur,
an homo ſit vere virtuoſus,conſtãs,timoratus,patiẽs,& Deo ſubiectus, quia in proſperis fa
Pſal. 48. cile eſt Deo regratiari,propter quod de iniquo,dicitur Deo:Confitebitur tibi cum benefe-
Ecci 27. ceris ei.Hinc legit in Eccleſiaſtico: Vaſa figuli probat fornax,& hoĩes iuſtos tentatio tribu-
Lucæ 8. lationis.ideo de inconſtantibus ait Saluator:Ad tẽpus credũt, & in tẽpore tentationis rece-
Tobi. 12. dũt.Hinc quoq; angelus dixit Tobiæ: Quia acceptus eras Deo,neceſſe fuit vt tentatio pro-
baret te. ¶Deniq; eſt quædã tentatio quæ procedit ex ignorantia, & quædam quæ ad dece-
Iacobi 1. ptionem tentati ordinatur, & nulla harum tentationũ dñs tentat, cum dicit Apoſtolus Ia-
cobus:Deus neminem tentat. Tentat vero Deus homines ex charitate & pia diſpenſatione,
vt homo per tentationes ſeipſum agnoſcat,humiliet, mereatur,coronetur, & alijs in exem-
plum proponatur, atq; ad Deũ confugere aſſueſcat. Ideo quoq;, vt per tentationes fiat in
Ecci 34. ſpiritali exercitio & conflictu expertus, ꝓbatus, & item idoneus conſulere alijs. Propterea
Eccleſiaſticus aſſerit:Qui nõ eſt tẽtatus,q̃d ſcit? vir in multis expertus,cogitabit multa.[Af-
flixit te penuria:]quod valet ad delendũ peccata præterita,& ad proficiendũ in gratia. Nec
Deut. 1. huic cõtrariũ eſt, quod dictũ eſt ſuprà, portauit te dñs Deus tuus,& nihil tibi defuit. [& de-
dit tibi cibum manna,quod ignorabas tu & patres tui:]hoc eſt,ante ingreſſum eremi huius
nunq̃ viſus eſt talis cibus, nec alicui hominũ datus. [vt oſtenderet tibi ꝙ non in ſolo pane
viuit homo].i.ꝙ vita humana non ſolũ ſuſtentatur cibarijs per hoĩes coctis aut procuratis,
[ſed in omni verbo quod egreditur ex ore Dei.] hoc eſt,quacunq; refectione quã Deus iuſ
ſerit hominibus prouenire aut dari,c̃m ipſe ſolo verbo poteſt creare ac formare materiam
refectionis. Vel in verbis his inſinuatur, ꝙ ſicut homo ex viſibili & inuiſibili,hoc eſt,ex cor-
pore & anima cõſtat,ſic duplici refectione eget, videlicet corporali & ſpirituali:& ſpiritalis
cibus eſt verbũ Dei,ſacra ſcriptura, ſalubris doctrina, & quicq̃d Deus verbo ſuo infuderit
Matt. 4. animæ, ad eius profectum & confortationẽ in dño: immo iuxta hunc ſenſum obiecit ſalua-
tor authoritatẽ hanc tẽtatori. [Veſtimentũ tuũ quo operiebaris,nequaq̃ vetuſtate defecit]
Hoc fuit grãde miraculũ, ꝙ infra 40. annos veſtimẽta illoꝝ nõ fuerunt conſumpta, & hoc
miſericors dñs fecit, quia in ſolitudine non poterãt veſtimẽta noua conuenienter acquire-
re. Dicũt q̊q; quidã catholici & Hebræi, ꝙ veſtimẽta paruuloꝝ creuerunt,iuxta incrementa
ipſorũ.[& pes tuus nõ eſt ſubtritus]hoc eſt,pedes veſtri non ſunt ſubtus ex terrę duræ calca-
tione triti aut læſi.Alia translatio habet,nec calceamẽta pedũ veſtroꝝ vetuſtate conſumpta
ſunt,ſicq; pedes ſotularibus manſerũt muniti.Vnde nõ videtur verũ quod quidam dicit,be
neficium iſtud non fuiſſe conceſſum,niſi bonis: immo ſicut maloꝝ veſtimẽta, ita & eorum
calceamenta mãſerunt illæſa.[En quadrageſimus annus] eſt ab exitu de Aegypto,vel à tem
pore reditus exploratorum in Cades, vt dictum eſt plenius in expoſitione primi capituli.
[vt recogites in corde tuo, quia ſicut erudit homo filium ſuum, ſic dñs Deus erudiuit te]
per proſpera & aduerſa, & per aliorum flagella,& per legis dationem,& per tuos doctores.
[vt cuſtodias mandata dñi Dei tui.Dominus enim Deus tuus,introducet te in terrã bonam,
terram riuorum,aquarum,& fontium:]quia in terra promiſſionis ſcaturiũt fontes, ex qui-
bus ꝓfluunt riui.[in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyſſi.]Scriptum eſt in
Gene. 7. Geneſi:Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnę.Itaq; in viſceribus terræ ſunt diuerſi ventri-
culi ſeu receptacula,in quibus continetur aqua abundans, habens ortum primum ex Ocea
no ꝑ venas terræ ſe diffundente: & aquæ ita incluſæ,hic appellantur abyſſi,ex quibus flumi-
na manant. [terrã frumẽti, hordei ac vinearum, in qua ficus & malogranata & olíueta na-
ſcuntur,terram olei ac mellis.] Per hæc vbertas terræ promiſſionis ſignificatur, in qua apes
mellificant, & oliueta ex quibus oleum generatur,abundant. [vbi abſq; vlla penuria come-
des panem tuum,& rerum omnium]victui neceſſariarum[abundantia perfrueris].i.vteris.
Phile. 1. Nam ſolo Deo fruendum eſt. Frui aũt frequenter pro vti accipitur, vt dum ait Apoſtolus:
Ita frater ego te fruar in domino.[Cuius lapides ferrũ ſunt]id eſt,ferro in ſoliditate aut va-
Iob 28. lore æquiparãtur,vel hoc ideo dicitur,q̃a in terris ſaxoſis ſunt ibi mineræ ferri.[& de mon-
tibus eius ęris metalla fodiuntur.]Super illud Iob,Ferrum de terra tollitur, & lapis calore ſo
lutus,in æs vertitur, dicit Albertus:Ferrum iuxta argentum proportionabiliter ſumit,& æs
iuxta aurum, Ferrum em̃ naſcitur de argento fæculẽto & viuo, ſcabroſoq; ſulfure, à quibus
ſi fæculentia

ſi fæculentia & ſcabroſitas auferant,& maneat vis mineralis, frigiditate congelans humidũ,
valde depuratum efficit argentum,& lapis calore ſolutus,in æs vertit. Lapis,vt ait Hermes,
dicit omne q̊d non euaporat in igne,eo ꝙ ſola coagulatione (quæ generatio lapidis eſt) gene
rat.Eſtq; regulariter veꝝ,vt in lib. Meteoroꝝ habet,ꝙ omne q̊d coagulat ex humido frigi
do,ſoluit calido ſicco,ſicut auꝝ,argentũ,ferrũ,æs, metallaq; alia q̃ in ꝓfundo terræ gignun
tur.In prima em̃ gñatione in lapide mixtũ eſt æs,q̊d igne ſoluente liqueſcit ac depurat.[Ca-
ue ne poſtq̃ ſatiatus fueris,habuerisq; cunctaꝝ reꝝ copiã, eleuet cor tuũ].i.vide ne opulẽtia
reꝝ tibi dãdaꝝ,& copioſia refectio fiat tibi cauſa elatiõis.[& nõ reminiſcaris].i.ita vt obliui
ſcaris[dñi Dei tui,q̃ ductor tuus fuit in ſolitudine magna atq; terribili,in qua erat ſerpẽs fla-
tu adurẽs].i.igniti ſerpentes,q̊ꝝ flatus incendit q̊s tetigit.[Et ſcorpio ac dipſas] Per ſcorpio
nẽ & dipſadem intelligit multitudo & copia talium beſtiaꝝ,q̃ hoĩbus ſunt nociuæ, & tamẽ
ab illaꝝ læſionibus Deus populũ ſuum miraculoſe ꝓtexit.Scorpio aũt beſtiola eſt vultu blã-
diens,& cauda pungẽs. ¶Porro ſecundum Gloſſam, dipſas eſt ſemis aſpis ſeu paruulus ſer-
pens,qui dicitur ſitula,quoniam perimit hominem ſiti quemcunq; momorderit: eſtq; tam
paruus,vt dum calcatur,vix poſſit videri,cuius venenum occidit antequam ſentiat, nec tri-
ſtitiã ſentit moriturus,& dicitur ſitula per contrarium. Vas nãq; q̊d dicit ſitula,aufert ſitim:
& beſtiola illa mortiferam ſitim infligit.[Et poſtq̃ afflixit ac probauit te,ad extremum mi
ſertus eſt tui,ne diceres in corde tuo:Fortitudo mea & robur manus meæ hæc oĩa mihi p̃ſti-
terunt.] hoc eſt,triumphum tuum & bona adepta nequaq̃ aſſcribas viribus tuis,ſed auxilio
Dei. ¶Moraliter recordari debemus aſſidue, q̃liter Deus vſq; in horam hãc deduxit nos per
deſertum.i. per hoc ſeculum nequam, donis gratiæ deſtitutum,vt affligeret nos,quia in ſe-
culo iſto quaſi in valle lachrymaꝝ,atq; exilio poſiti ſumus:& homo natus de muliere,breui Iob 13.
viuens tempore,replet multis miſerijs.Specialiter vero ꝑ deſertum deſignatur cœnobiũ ſiue
religio,quæ ea quæ mundi ſunt, deſerit, & ab amatoribus mundi deſeritur,in qua veri reli-
gioſi ſunt poſiti,vt affligantur ꝑ opera pœnitẽtiæ & exercitia diſciplinæ,per exercitationes
q̊q; monaſticas,ita vt dicere queant Deo: Quoniã propter te mortificamur tota die.& ten- Pſal. 43.
taret.Militia nanq; eſt vita hominis ſup terram,immo tentatio,vt alia habet translatio.Af- Iob. 7.
fligit nos q̊q; penuria,dum ſponte caſtigamus corpora noſtra per abſtinentias atq; ieiunia.
Dat etiam nobis manna cæleſte, videlicet Euchariſtiæ ſacramentum. Veſtimẽta etiã noſtra
non deficiũt vetuſtate, dum ex temporis diuturnitate nõ tepeſcimus à ſpirituali feruore,nec
virtutes & actus eoꝝ,quibus animæ veſtiuntur,amittimus:nec pes noſter atteritur,dum ſpi
ritualium ꝓfectuum ꝓgreſſus nõ decreſcit,ſed conualeſcit in nobis.Itaq; recordemur & ꝑ-
pendamus,q̃liter dominus hucuſq; pie nos cõſeruauit, & tolerauit in vitijs noſtris,atq; à di-
uerſis liberauit periculis, cũ tamen iam multi perierint, qui peccauerũt multo minus q̃ nos.
¶Inſuper introduxit nos in terram riuoꝝ,aquarum, & fontium, hoc eſt,in militantem Ec
cleſiam,in ſanctam religionẽ,in tranquillitatẽ internam,vbi ſunt riuuli ſalubrium doctrina
rum,fontes ſapientiæ,vtpote libri ſcripturæ,& doctores catholici,gratiarumq; aquæ.In cã-
pis autem Eccleſiæ,hoc eſt,ſimplicibus ſynceriſq; cordibus,& in montibus.i. contemplati-
uis erumpunt fluuioꝝ abyſſi,hoc eſt, abundantiæ illuminatiõum cęleſtium,quia cũ ſimpli-
cibus ſermocinatio Dei.Eſt item Eccleſia terra frumenti,hordei,ac vinearum:quia Euãgeli- Pro. 3.
cæ legis doctrina & veteris teſtamenti ſcriptura,ac ſpũalis iucunditas in ipſa abundant,in q̃
ſunt ficus, malogranata ac olíueta,hoc eſt, refectiones virtutum, & delectationes opationũ
bonaꝝ,oleum & mel.i.pietas & dulcor pacis internæ. Cuius lapides ferrum ſunt, hoc eſt,fi-
deles pſonæ,ex quibus conſtructa eſt Eccleſia,in ſoliditate fundati ſunt, & ꝑ patientiam oĩa
æquanimiter ſuſtinent. Vnde ad Ezechielẽ dominus ait: Vt adamantẽ & ſilicẽ poſui te,& in
montibus eius æris metalla fodiuntur. Qui em̃ ſanctorum patrum ſapientiam & perfectio Ezec. 3.
nem conſiderat,exempla conſtantiæ,efficaciamq; ſermonis elicit inde. Monet demum nos
iſtud capitulum,ne ex beneficijs Dei corporalibus aut ſpiritualib⁹ extollamur,nec ita replea
mur cibis aut potibus, vt à rigore interioris cuſtodiæ relaxemur, nec obliuiſcamur Dei &
metuendi eius iudicij. ¶Amplius,Deus per tentationes & aduerſitates,ſubtractioneſq; con-
ſolationis internæ,ſuos affligit electos, & ad extremum miſeretur eiſdem, releuando eos à
talibus,Sicq; per experientiam diſcant,q̃ fragiles,defectuoſi,& infirmiſſimi ſint ex ſeipſis,&
idcirco non dicant in corde ſuo:Fortitudo mea & robur manus meæ præſtiterunt mihi bo
na quæ habeo. ſed recolant auxilia Dei eis exhibita, & fateantur nihil virium in ſe eſſe,niſi
ex Deo,qui ait per Oſeam: Perditio tua ex te: in me tantummodo auxilium tuum.¶Poſtre Oſeæ 13.
mo,in ſeculo iſto ſunt vrentes ſerpentes, hoc eſt, dæmones & libidinoſi homines, qui flatu
ſuo adurunt,quia in ſeipſis ſunt pleni ardore impietatis atq; libidinis,& allocutionibus ſuis
ſuggeſtionibuſq; laſciuis alios vitioſe inflammant.Sunt etiam in ſeculo iſto ſcorpiones,hoc
eſt, ſimulatores & callidi adulatores;& duplices corde,qui facie blandiuntur,& verbis prę-
tendunt fauorẽ,ſed cauda pungũt,q̃a nocent occulte & fallũt,iuxta illud Hiere. Sagitta vul- Hier. 9.

nerãs,lingua eorum.In ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur,& occulte ponit ei inſidias.
Dipſades vero ſunt ſpiritus auaritiæ,& dæmon ambitionis,ac vanæ glorię inſtigator,qui oc
cultiſſime mentes inficiunt ſiti, hoc eſt, deſiderio peſſimo terrenorum, appetitu honoris,&
motu gloriationis inanis,ita vt vix depræhendãt, ꝗ dire ac penetratiue lædantur,nec ſenti-
ant ſuum interitum:idcirco maxime indigemus auxilio ſpiritusſancti ꝑſeruari,curari, de-
fendi à vulneribus ac vitijs iſtis,iugiterq́ꝫ orare debemus,vt ſic eripiamur ab eis.

¶Elucidatio literalis capituli IX. Audi Iſrael: Tu tranſgredieris hodie Ior-
danem vt poſſideas. Art. X.

ADHVC legislator volens populum ſibi cõmiſſum, Deo efficere gratum, deuotum,
& iugiter obedientẽ efficere,ac cõtra futura tentamẽta ac peccata armare,recolit be-
neficia Dei exhibenda atqꝫ exhibita,& maleficia ſeu vitia plebis. [Audi Iſrael,tu trãſ-
gredieris hodie]hoc eſt,in breui,ſeu tẽpore iſto[Iordanẽ,vt poſſideas].i.voluntati tuæ tradi
tas habeas,ad occidendũ[nationes maximas,]ſ. ſeptẽ gẽtes præfatas, [populum magnũ atqꝫ
ſublimẽ,filios Enachim]puta gigãtes[ꝗs ipſe vidiſti]Aliqui eñ ex filijs Iſrael, ſ. Ioſue & Ca
leph, eos viderunt, & ab illis duobus alij Iſraelitæ audierunt famam illoꝝ. [Scies ergo ho-
die, ꝙ dñs Deus tuus ipſe trãſibit ante te] per angelum ſuũ, & ꝑ poteſtatis ſuæ effectum atqꝫ
ſubſidiũ.[Ne dicas in corde tuo,cũ deleuerit eos dñs Deꝰ tuus in cõſpectu tuo:Propter iuſti-
impie- tiam meam introduxit me dñs,vt terram hanc poſſiderem,cum ꝓpter iniquitates ſuas iſtæ
tates deletæ ſint nationes]hoc eſt,in ꝓximo occidendę.[& vt cõpleret dominus verbum ſuum].i.
ea quæ patriarchis ꝓmiſit de danda hac terra poſteritati ipſoꝝ.Iſtæ ſunt duæ cauſę,ob quas
nationes illæ vitioſiſſimę fuerunt deletæ,videlicet ꝓpter eorum facinora,& propter diuinę
promiſſionis impletionem.Cur aũt promiſit Deus filijs Iſrael dare terram illam egregiam,
niſi qa de populo Iſrael incarnari, atqꝫ in terra illa humanæ redẽptionis myſteria exercere
elegit ac ſtatuit?[Scito ergo ꝙ non propter iuſtitias tuas dominus dederit]hoc eſt,dare de-
creuerit,[terram hanc optimam,cum duriſſimæ ceruicis ſis populus].i. ad inobedientiã &
Eſai. 45. ſupbiã pronus,& difficulter ad virtutes flexibilis.Propter ꝗd ait dominus per Eſaiam: Scio
quia durus es tu,& neruus ferreus ceruix tua,& frons tua ænea. Itaqꝫ ꝑ ceruicem intelligitur
mens,ad quã pertinet Deo humiliter inclinari ac ſubdi,& ꝗ inſtar ceruicis nũc inclinat,nũc
erigit ſe.[Memẽto,& ne obliuiſcaris,ꝗmodo ad iracundiã ꝓuocaueris dominum in ſolitu-
dine.]Frequenter eñ peccauerunt in eremo,etiam antequam venerunt ad Sinai.Dicitur aũt
ĩnuariabilis & ſuptranquilliſſimus Deus ad iracundiam prouocari,non ꝑ paſſionis commo
tionem,ſed quantum ad affectus ſimilitudinẽ, dum ꝓpter vitia hoĩm exercet rigorem iuſti
tiæ intantum, ꝙ furor ei attribuatur. Veruntamen iſta & ſubſequentia dicuntur ad populũ
iſtum,nõ ꝙ iſti perſonaliter hæc egerunt, ſed patres eorum, qui ob ſuos exceſſus ita fuerũt
proſtrati.Eſt autem conſuetudo, loqui de populo aliquo, quaſi de vno aggregatiue, cui ſe-
cundum diuerſas partes ſuas diuerſa conueniũt.[& ex eo die ꝗ egreſſus es de Aegypto, vſqꝫ
ad locum iſtum,ſemꝑ aduerſus dominum cõtendiſti.]Non eſt hoc intelligendum, ꝙ indeſi
nenter omni die & hora tot annorum, cõtra Deum cõtẽtioſe loquuti ſint, immo interdum
Exo. 19. bene ſe habuerunt.Siquidem in Exodo reſpondiſſe leguntur: Cuncta quæ loquutus eſt do-
Exo. 35. minus,faciemus.Et libro eodem habet, ꝙ obtulerunt munera domino mente deuota.Itaqꝫ
ꝙ dicuntur cõtendiſſe contra dominum ſemꝑ,intelligendum eſt,ꝙ omni tempore orta oc-
caſione alicuius notabilis aduerſitatis, cõtra Deum & Moſen irreuerenter loquuti ſunt. Nã
& anteꝗ tranſierunt ꝑ fundum maris rubri,viſis Aegyptijs, cõtumaciter & irriſorie dixerũt
ad Moſen: Forſitan nõ erant ſepulchra in Aegypto.ideo tuliſti nos, vt moreremur in ſoli-
Exo. 14. tudine,prout in Exodo ſcriptum eſt. [Nam & in Oreb prouocaſti eum].i.circa pedẽ mõtis
Sinai vitulum aureũ adorando.[& iratus,delere te voluit]dicẽs:Dimitte me, vt iraſcatur fu-
ror meus,& deleam eos. [quãdo aſcẽdi in montẽ]immo ante formationẽ vituli illius aſcẽ-
derat Moſes illuc,eoq́ꝫ exiſtente in vertice mõtis,populus idololatrauit,vt in Exodo deſcri-
bit. ¶Porro recitatio iſta hic iterata de Moſis ieiunio, & tabulaꝝ inſcriptiõe, ac cõſimilibꝰ,
Exo. 32. diffuſius in Exodo eſt cõſcripta atqꝫ expoſita. [deditq́ꝫ mihi duas tabulas. Cumq́ꝫ vidiſſem
vos peccaſſe dño Deo veſtro,de mõte deſcendi,& proieci tabulas de manibꝰ meis,cõfregiq́ꝫ
eas.Et procidi ante dñm quadraginta diebus & noctibus. In incendio ꝗqꝫ & in tentatiõe &
in ſepulchris cõcupiſcentiæ prouocaſtis dominum]Hic tanguntur tria loca, in quibus pec-
cauerunt. Primus fuit qñ egreſſi de Sinai, murmurauerunt ꝓpter laborem itineris. Propter
Nũe. 11. ꝗd ignis dñi deuorauit extremam partem caſtroꝝ,vt in Numeris recitat.Secũdus locus fuit
Num. 20 ad aquas cõtradictiõis,vbi tentauerunt Deum,dicentes:Eſt ne dñs in nobis an non? Tertius
fuit in ſepulchris concupiſcentiæ, vbi ꝓpter vitioſum affectum edendi carnes, plagati & ſe-
Num. 1. pulti ſunt multi,ſicut in libro Numeroꝝ exprimitur.Attamen locus ille parum aut nihil diſ
fert à primo loco præfato. [Et quando miſit vos de Cadesbarne,] id eſt,tunc quoqꝫ graui-
ter dominum offendiſtis,qñ exiſtentibus vobis in Cades, miſit,i,ire vos iuſſit ad ingredien-
dum ter-

dum terram promiſſionis. [dicens] ꝑ me & Caleph ac Ioſue: [aſſcendite & poſſidete terrã,
quã dedi vobis] tuncq́ꝫ territi ex verbis decem exploratoꝝ,dixiſtis: Vtinã pereamus. Et rur
ſus:Conſtituamus nobis ducẽ,& reuertamur in Aegyptum, vt in Nũ. ſcribitur. [& con- Exo. 16.
tempſiſtis imperiũ dñi Dei veſtri,nec crediſtis ei,ſed ſemꝑ fuiſtis rebelles].i.ad inobedien Num. 13
tiam proni,quãdo aliqd veſtræ voluntati contrariũ vobis ꝑcepi. [Et iacui corã dño quadra
ginta diebꝰ ac]ꝗdragita[noctibꝰ.] Hic nõ ſeruat hiſtoriæ ordo.Iſta eñ ꝓſtratio nõ fuit poſt
peccata ppl'i,ꝗ cõtigerũt in locis nũc dictis,nec poſt receſſum à mõte.Nec facta eſt ꝓ impe-
tranda remiſſione peccatoꝝ iſtoꝝ, quæ poſt receſſum à Sinai cõtigerunt, ſed fuit in monte
illo ante receſſum filioꝝ Iſrael ab eodẽ:idcirco Moſes nunc redit ad deſcribendũ plenius,ꝗd
ante explicationẽ peccatoꝝ iſtoꝝ poſt receſſum à mõte factoꝝ,cœpit deſcribere,vt patet in
textu huius capituli, quem ꝓpter facilitatem ſuæ intelligentię tranſiliui. Nempe iam dixit:
Proieci tabulas de manibus meis,& procidi ante dominũ quadraginta diebꝰ & quadragin-
ta noctibus.ſed formam orationis tunc fuſæ nõ repetiuit.idcirco hic eam repetit,dicens:Ia-
cui corã domino.[& orans, dixit:Domine Deus, ne diſperdas populum tuũ,& hæreditatem
tuã quam redemiſti in magnitudine tua, ꝗs eduxiſti de Aegypto in manu forti. Recordare
ſeruoꝝ tuoꝝ,Abraham, Iſaac,& Iacob. Ne adſpicias duritiã populi huius,& impietatem
atqꝫ peccatũ &c.] ſicut habet in textu q planus eſt. ¶Deniqꝫ ꝙ iſta ſit illa oratio, quã obtulit
Deo ꝓ remiſſione idololatriæ, quã filij Iſrael cõmiſerunt circa vitulum aureum, certũ eſt in-
tuenti diligenter oĩa verba orationis iſtius cũ circunſtãtijs ſuis, & etiã verba oratiõis quã ꝓ Exo. 22.
eadẽ remiſſione legit Deo fudiſſe. Cum eñ in mõte audiſſet à domino idololatriam plebis
iam factam,mox iſtam fudit orationẽ ante deſcẽſum ſuũ de mõte. Veruntamẽ aduertendũ,
quia(vt refert Lyra)Hebręi dicunt Moſen in monte Sinai feciſſe tres quadrageſimas.i.ter ie Exo. 31.
iunaſſe quadraginta diebus,ita ꝙ nihil refectionis ſumpſit in eis.Prima fuit,quãdo aſſcendit 32. 34.
in montẽ vt acciperet primas tabulas, quas cõfregit. Secũda,quãdo poſt fabricationẽ vituli Nũe. 24.
aſſcẽdit in montẽ ad ĩpetrandũ remiſſionẽ illiꝰ peccati. Tertia,quãdo dñs placatꝰ oratiõibus Num. 32
Moſis,dixit ei:Pręcide duas tabulas lapideas inſtar prioꝝ,quẽadmodũ in Exodo narrat.vbi Ex. 30. 31
& dicit:Fuit ibi cũ domino ꝗdraginta dies & ꝗdraginta noctes:panẽ nõ comedit,& aquã nõ
bibit.Sed dictũ hoc Hebræoꝝ nõ videtur veꝝ, qm̃(ſicut ꝓbatum eſt)iſta proſtratio & ora-
tio Moſis,quæ in iſto capitulo ponit vltima, quam Hebræi dicunt fuiſſe tertiã quadrageſi-
mã eius,fuit pro impetratiõe remiſſiõis idololatrię ppl'i & illa fuit ꝗdrageſima Moſis ſecũ-
da,ſicut dictum eſt. Sicq́ꝫ videt fuiſſe eadẽ quadragena dierum, in qua Moſes deprecatus eſt
dominum pro remiſſione illius facinoris,& pro exaratione ſeu inſcriptione ſecundaꝝ tabu
larum:& iſtud tenent cõmuniter doctores catholici,quanquã Andreas ſuꝑ Leuiticũ,ſequa
tur prætactam Hebræoꝝ opinionẽ. ¶Deniqꝫ in Exodo non fit mentio niſi de duabus Mo-
ſis quadragenis,& ꝗuis in Exodo legat Moſes aſſcendiſſe in montẽ pro impetranda prædi- Exo. 32.
cti ſceleris venia,nõ tamen legit ibi,ꝙ tunc manſit in monte quadraginta diebꝰ,ſicut in Exo
do fertur ibi tam diu manſiſſe, quando primas erat tabulas accepturus. Et ſimiliter in eodẽ Exo. 24.
quando tabulas ſecundas accepit. Quanuis aũt Lyra nõ multum approbet vnam haꝝ opi-
nionũ prę alia,nihilominus dicit,ꝙ motiuũ catholicoꝝ aſſumit falſum,quãdo dicũt ꝙ à pri Exo. 34.
mo aſſcẽſu Moſis ad accipiẽdũ tabulas primas, à ꝗ incipit prima ꝗdragena, vſqꝫ ad diẽ ex-
piatiõis,in ꝗ deſcẽdit Moſes ſecũdas tabulas portãs,nõ inueniunt tres ꝗdragenæ. Et hoc re-
probat Lyra. Quocirca ſciendũ,ꝙ reprobatio ſua ꝓcedit ſecũdũ opinionẽ ſuã, qua tenet ꝙ
ꝑ primũ mẽſem,cuius 15.die filij Iſrael exierunt Aegyptũ,intelligendus ſit Martius. Docto- Exo. 12.
res aũt catholici, eo magis authentici, ꝑ mẽſem illũ intelligunt Aprilẽ:ideo illa reprobatio
nõ eſt fortis.Sup Exodũ ꝗqꝫ declaraui,ꝙ magiſter in hiſtorijs de hac re doctius ac reſolutius
ſcribit ꝗ Lyra,atqꝫ ex verbis magiſtri & dictis R.Pauli ibi inductis euidẽs eſt,ꝙ Hebræi raro
incipiũt primum menſem ſuũ,quẽ noĩant Niſan,computare à primo die Martij noſtri,qm̃
ipſi cõputant menſes ſecundũ lunationes:& tamẽ Lyra,reprobãdo ꝑfatũ catholicoꝝ moti-
uũ,ſic cõputat primũ mẽſem Hebræoꝝ ꝗſi integer fuerit ante inceptionẽ nr̃i Aprilis:ꝗd cũ
raro cõtingat, probabilius reputat nec ſic fuiſſe quãdo egreſſi ſunt filij Iſrael de Aegypto.

¶Explanatio literalis capituli X. In illo tempore dixit dominus ad me:Dola
tibi duas tabulas lapideas. Arti. XI.

CHaritas,miſericordia,& beneficia Dei ad populũ Iſrael, adhuc declarant in iſto capitu
lo.[In tẽpore illo] cum videlicet impetraſſem à domino remiſſionẽ adorationis aurei
vituli,[dixit dominꝰ ad me:Dola tibi duas tabulas lapideas ſicut priores fuerũt,& aſſcẽ- Exo. 34.
de ad me in mõtẽ.] Quas ꝓijciẽdo fregiſti.Iſtud in Exodo expoſitũ eſt.Porro,primæ duæ ta
bulę fuerũt angelico obſeqo ꝑparatæ,ſecũdas vero Moſes ꝑparauit,vel ſuis,vel artificũ mani
bus,[faciesq́ꝫ arcam ligneam] ꝓut in Exodo habetur, quam Moſe iubente fecit Beſeleel.[& Exod. 25
ſcribã in tabulis verba quæ fuerunt in his, quas ante confregiſti,] vtpote decem præcepta.
¶Circa hoc oritur quæſtio, quia ſecundum Auguſtinũ & Gloſſam, Moſes dictante domi- Auguſt.
no,ſcri-

no,ſcripſit proprijs manibus decem præcepta in tabulis iſtis ſecundis, quæ in primis tabulis
ſcripta fuerunt à Deo ꝑ angelum. Vnde in Numeris habet: Dixit dñs ad Moſen: Scribe tibi
Num.34 verba hæc.& ſubdit ibi: Et ſcripſit Moſes in tabulis verba fœderis decẽ. Quomodo dñs ais
nunc, Scribã in tabulis? Ad hoc Auguſtinus reſpondit, ꝙ dñs ſcripſit ea authoritatiue, quia
ea p̃cepit ſcribi, Moſes vero executiue. ¶Porro, cur primæ duę tabulę, quas dñs nouerat cõ-
Auguſt. fringendas, fuerunt diuinitus p̃paratæ atq; inſcriptæ: ſecundæ aũt quæ erant manſuræ, erant
ab hoĩe præparatæ & ſcriptæ, ſup Exodum dictum eſt. [Ponesq́; eas] vtpote tabulas decalo-
Exo.12. gum cõtinentes [in arca,] in qua etiam fuit manna, & virga Aaron, quæ floruit, vt ad Hebræ
Heb.9. os aſſerit, & dictum eſt ſup Exodum. [Filij aũt Iſrael mouerunt caſtra ex Beroth filioꝝ Iaa
Ex.24.34 can,] Iſtud nõ fuit factum immediate poſt prædicta de arca & tabulis, immo nec immedia-
te poſt receſſum à Sinai, ſed poſtea diu. Nã ſubdit: [In Moſera, vbi Aaron mortuus eſt ac ſe-
pultus, Inde venerũt in Gadgad.] ¶Præterea difficilis q̃ſtio naſcit: Quomodo nũc dicatur
Aaron mortuꝰ ac ſepultus in Moſera, cum in Numeris legatur mortuus ac ſepultus in mon
te Hor. ſed ad hoc diligenter reſponſum eſt in expoſitione præallegati Numer. cap. [Eo tẽ-
Num.20 pore ſeparaui tribum Leui, vt portaret arcam fœderis domini, & ſtaret coram eo in mini-
ſterio, ac benediceret in nomine illius vſq; in p̃ſentem diem.] Quidam expoſitores referunt
iſtud ad tempus poſt mortẽ Aaron, & poſt egreſſum de manſionibus iam prætactis, ita ꝙ fa-
ctũ ſit quadrageſimo anno poſt exitũ de Aegypto. Propter q̃d quærunt, q̃modo ſeparatio
iſta Leuitaꝝ dicatur tunc facta, cum iam ante fuerit facta ante receſſum à Sinai. Vnde Ly-
ra hic ſcribit, ꝙ expoſitores noſtri dubitationes has parum aut nihil tangũt, ideo recitat ac
ſequit reſponſionẽ Rabbi Salomonis, dicẽtis ꝙ dum filij Iſrael in primo congreſſu victi fu-
Nũe. 21. iſſent à rege Arad, vt in Numeris deſcribitur, territi cœperunt in Aegyptum reuerti. Pro-
pter q̃d Leuitæ inſecuti ſunt eos, & quibuſdam illoꝝ occiſis, cæteros reduxerunt. Sicq́; me-
ruerunt ſecũdo ſeparari ab alijs, & dño applicari. Sed iſtud videt eſſe cõfictio quędam, nec in
ſcripturis authoritatem ſortit, nec apparentiã habet, immo ſcripturæ ſacræ non conſonat.
Cur eñ fuiſſent Leuitæ ſecundo ſeparati ab alijs, & deputati cultui Dei, cum hactenus man-
ſiſſent ſic ſeparati, conſecratiq́; domino à tẽpore primæ ſeparationis ac conſeruatiõis eoꝝ
Num.21 factæ in Sinai, nec aliquid noui in hac eoꝝ ſeparatione factum legatur? Deniq; alio Nume-
roꝝ loco ſic legit: Cum audiſſet rex Arad veniſſe Iſrael, pugnauit cõtra eũ, & victor exiſtens,
duxit ex eo prædam. At Iſrael voto ſe domino obligans, ait: Si tradideris populum iſtum in
manu mea, delebo vrbes eius. Exaudiuit dominus preces Iſrael. Ecce ibi nil dicitur de redi-
tiõe eorum in Aegyptum, ſed euidenter innuitur, ꝙ ſemel victi, ſtatim cõfugerunt ad do-
minum, & petierunt eius auxilium. Refert etiam Lyra ſup præallegata verba Numeroꝝ, ꝙ
p̃da quam duxit rex Arad ex populo Iſrael, nõ fuit niſi vna ancilla: q̃d q̃uis ſit incertũ aut fal-
ſum, tñ inde fit conſequens, ꝙ pro tam modica re, filij Iſrael non cœperunt ex timore regre-
di ad Aegyptum. Melius ergo dicẽdum, ꝙ locus iſte intelligẽdus ſit de prima Leuitaꝝ ſepa-
ratione facta in Sinai, & ꝙ Moſes in recitatione hoꝝ non ſeruat hiſtoriæ ordinem, ſicut nec
in prætactæ motiõis caſtrorum deſcriptione, nec prę̃cedẽti capl'o in quibuſdam, vt patuit.
Vnde quod ait, Eo tẽpore ſeparaui tribuũ Leui: referendum eſt ad id, q̃d ante p̃miſit de arca
& tabulis, q̃d etiã conſtat ex eo ꝙ ſubdit, [Ego aũt ſteti in mõte ſicut prius, quadraginta die
bus ac noctibus, exaudiuitq́; me dñs etiam hac vice:] q̃d certum eſt cõtigiſſe ante receſſum à
Exo. 32. Sinai, quando ieiunauit ſecundo pro remiſſione idololatriæ populi, & pro recuperatiõe de-
Exo.34. calogi, vt videre eſt in Exodo [Et nunc Iſrael quid dñs Deus petit à te, niſi vt timeas dñm De
um tuũ] filiali timore, [& ambules in vijs] hoc eſt, p̃ceptis [eius] quæ ducunt ad verã ſalutem.
[& diligas eũ, ac ſeruias dño Deo tuo in toto corde tuo, cuſtodiasq́; mãdata dñi ac cæremo
nias eius.] Quaſi dicat, ꝑ tantis beneficijs ſuis dñs nõ quærit cõmodũ ſuum, ſed tuã ſalutẽ quę
in eius cultu cõſiſtit. [En dñi Dei tui cælũ eſt, & cælũ cæli]. i. vniuerſi orbes cæleſtes. & poteſt
ꝑ cælũ, intelligi firmamentum: ꝑ cælũ cæli, thronus maieſtatis æternæ, & manſio ciuium ſu-
pernoꝝ, videlicet cælum empyreum, cuius cognitio ſola fide habetur, & ꝑ excellentiã cælũ
Damaſ. vocat, q̃d iuxta Damaſcenũ eſt cõtinẽtia viſibilium & inuiſibiliũ creaturaꝝ, q̃m claudit, am-
bit, & cõtinet vniuerſa. Appellat quoq; empyreum. i. igneũ, non ab ardore, ſed à ſplendore.
Hæc oĩa Dei ſunt iure creationis & gubernationis, ac ſummi dñij. [terra & omnia quæ in eis
ſunt, & tamẽ patribus tuis cõglutinatus]. i. amoroſe ac tenaciter vnitus [eſt dñs] videlicet pa
triarchis, [& amauit eos] ꝑ p̃deſtinationẽ ęternã, [elegitq́; ſemẽ eoꝝ poſt eos]. i. vos de cũctis
gentibus, ſicut hodie cõprobatur.] Electio Dei æterna eſt, ſed ratiõe ſui effectus, quãdoq; ex
tempore facta aſſeritur. Ex his cõmendatur ineffabilis dignatio ac miſeratio Dei ad hoĩes il
Pſal.15. los, ac munificentia eius, qui cum noſtroꝝ nequaquam bonoꝝ indigeat, tã gratuite, amo-
Diony. roſe ac liberaliter pręuenit, viſitat, & applicat hoĩes ſibi. Propter quod diuinus Dionyſius di
xit, ꝙ amor Dei nõ reliquit eum ſine germine eſſe. Nam & bonum ex ſua natura diffuſiuum
eſt ſui. [Circuncidite igitur p̃putium cordis veſtri.] hoc eſt, quicquid culpabiliter ſuperflu-
um eſt

um eſt in mentibus veſtris, videlicet intellectum & voluntatem abijcite, hoc eſt, omnes co-
gitationes illicitas, & affectiones iniquas, immo & negligentias & errores. [& ceruicem ve-
ſtram ne induretis amplius] hoc eſt, oẽm elationis tumorem & rebellionem, atq; incorrigi-
bilitatem vitate. [quia dñs Deus veſter, ipſe eſt Deus deoꝝ] id eſt, ſanctoꝝ & eorum qui alijs
præſunt, qui aliquid diuinarum ꝓprietatum ac ꝑfectionum participant. [& dominus domi
nantium, Deus magnus, potens & terribilis,] quem polus, tellus, pontusq́; cõtremiſcũt, & ipſa
numina perhorreſcunt. ideo ſeruiendũ ac obediendũ eſt ei cum omni puritate, reuerentia, ac
tremore, qui perſonam non accipit, quia vnicuiq; reddit iuxta merita ſua, ſicut & princeps
Apoſtoloꝝ teſtat: In veritate cõperi, q̃m non eſt perſonaꝝ acceptor Deus, ſed in oĩ gente Acto.10.
qui timet Deũ, & operat iuſtitiã, acceptus eſt illi. [nec munera,] q̃a oĩa ſunt ipſius, qui in ſe-
ipſo diues eſt, & plenus diuitijs proprijs & immẽſis, quia in ipſo eſt oĩm bonoꝝ & pulchro-
rum ac deſiderabiliũ ꝑfecta & infinita poſſeſſio. [Facit iudicium pupillo & viduæ, amat pe
regrinum, & dat ei victũ & veſtitum.] Quanuis enim cunctis hominibus faciat iuſtum iudi-
cium, & iniuriatorum iniurias vlciſcatur, ſpecialiter tamen pronus eſt miſerabilibus ac de-
ſolatis ꝑſonis ſuccurrere, & iudicare pro eis, atq; iniurias eis illatas acrius vindicat. [Et vos
ergo amate peregrinos] ipſis ſpecialiter pios & charitatiuos vos exhibendo, atq; in hoc pa-
trem miſericordiaꝝ ſequẽdo. [quia & ipſi fuiſtis aduenæ in terra Aegypti.] ideo melius ſci
tis, qualiter diſpoſita ſint corda peregrinoꝝ, & ꝙ faciliter cõtriſtant deſolataq́; fiant, ſi ab in-
digenis dure tractentur, & ꝓpria infirmitas ac paſſio debent hoĩem prouocare ad condolen
dum, ſubueniendũq́; indigentibꝰ ac infirmis. [Ipſe dñs eſt laus tua] hoc eſt, obiectum laudis
tuæ, q̃m Deum iugiter debes laudare. Eſt etiam Deus cauſa laudis tuæ, quia ſi quid virtuoſi-
tatis ac laudabilitatis in te eſt, ab ipſo donatum eſt. [In animabus ſeptuaginta deſcenderunt
patres tui] videlicet Iacob & filij eius, [in Aegyptum.] quod qualiter intelligẽdum ſit, dictũ Gene.46
eſt in Geneſi & Exodo. ¶Poſtremo, moralia huius capituli documenta, exhortationesq́; fer Exod.1.
uidas ac deuotas vnuſquiſq; noſtrum debet ſibimet applicare, & intra ſe dicere: Quid domi
nus Deus petit à te, niſi vt timeas eũ, & ambules in vijs eius? Vię eteñ dñi viæ pulchrę, & oẽs Deut.6.
ſemitę eiꝰ pacificę. [& diligas eũ, ac ſeruias ei in toto corde tuo,] id eſt, cũ oĩ diligẽtia intelle
ctualis cõſideratiõis atq; ſpõtaneæ affectionis. [& in tota aĩa tua,] hoc eſt, cum cæteraꝝ viri- Pro.3.
um tuarum vſu, cuſtodia, reformatione. Conſideremus quoq;, qualiter patribus noſtris ſan
ctis Apoſtolis conglutinatus eſt dominꝰ, etiam excellentius quàm prophetis ac patriarchis,
& ſemen eorum, videlicet populum Chriſtianum elegit. ideo circuncidere debemus præpu
tia cordis noſtri, immo omnes vires animę membraq́; corporis, quatenus ſicut ait Saluator, Matt.5.
membra ſcandalizantia abſcindamus, hoc eſt, omnem abuſum & omnem actum illicitum
tollamus à membris & ſenſibus, cæteriſq́; potentijs, & exhibeamus ea arma iuſtitiæ Deo. Mo
net demum nos paſſus iſte, vt Deum, cui proprium eſt miſereri ac parcere, in operibus mi-
ſericordiæ ſpiritualibus ac corporalibus imitemur, omni quo poſſumus modo, præſertim
circa infirmas, deſolatas, afflictas, miſerabilesq́; perſonas.

¶Elucidatio literalis cap. XI. Ama itaq; dominum Deum tuum. Art. XII.

SIcut ait Saluator, Ex abundantia cordis os loquitur. ideo ſanctus Moſes diuini honoris Matt.12
zelo accenſus, atq; fraternæ dilectionis crediti ſibi gregis affectu mirabiliter inflamma- Lucæ 6.
tus, non ceſſat populum ſuum hortari, ac varijs modis ad diuinæ obſeruantiam legis in-
ducere. Præterea, Dei beneficia recolendo, diuina promiſſa replicando, nunc proſpera polli
cendo, nunc aduerſa minando, iam Dei omnipotentiam, iuſtitiã, maieſtatem, pietatẽ, amabi
litatẽ feruide declarãdo: idcirco eandẽ ſentẽtiã frequẽter reſumit, nũc ſub eiſdẽ, nũc ſub alijs
verbis, vt tandẽ cordibus duris indelebiliter imprimat. vnde q̃ſi cõcludens ex p̃inductis, effa
tur: [Ama itaq; dominum Deum tuum] puro & irreflexo amore, ad quem oĩa alia ordinant
præcepta, propter quod dicit Gloſſa: Omnia mandata legis, in dilectione Dei conſumman-
tur. [& obſerua præcepta eius, & cæremonias, & iudicia] iuxta ſenſum frequenter præhabi-
tum, [atq; mandata.] quanuis præcepta & mandata communiter ꝓ eodem ſumantur, hic
tñ inſinuatur diſtinctio aliqua inter ea. Hieronymus quoq; inter ea diſtinguit, dicendo ꝙ Hieron.
præcepta dicuntur, quæ obligant abſolute: mandata vero non ita ſimpliciter, ſed quaſi me-
dio modo ſe habent, inter cõſilia & p̃cepta. Nihilominus in hoc loco poſſunt per præcepta
intelligi, iuſſa legis naturalis: per mandata, ipſe decalogus. Hæc ergo obſerua [omni tempo-
re] quo vixeris in hoc mundo, perſeuerando in bonis vſq; ad finem. ¶Porro præcepta nega
tiua obligant ſemper, & ad ſemper: ideo indeſinenter obſeruanda ſunt omni hora, quoni-
am prohibent vitia quæ inceſſabiliter ſunt vitanda: ſed affirmatiua præcepta obligant ſem-
per, ſed non ad ſemper. obligant enim pro loco & tempore opportuno, quia præcipiunt
fieri bona, quæ congruo loco aptoq́; tempore cum cæteris circunſtantijs ſunt agenda, Nec
poſſumus actualiter ſine interpolatione virtuoſis actibus eſſe intenti. [Cognoſcite hodie,]
id eſt, ſapienter penſate, [quæ ignorant filij veſtri,] qui tempore exitus ab Aegypto,
nondum

nondũ fuerunt nati ſeu adultæ ætatis,vel qui necdum vſum rationis ſortiti ſunt, [q̃ nõ viderunt]corporalibus oculis[diſciplinã dñi Dei veſtri,magnalia eius & robuſtã manum,extentum'q; brachiũ].i.rigoroſas punitiones q̃s inflixit Aegyptijs, quas pueri iſti necdum nouerunt,vel nõ ita diſtincte ac pfecte,vt hi qui corporaliter ea viderunt. Quãuis etẽ auditꝰ ſit ſenſus diſciplinæ ſeu eruditiõis,cognitio tamẽ viſus,eſt certior cognitione auditus, ac pluri um reꝝ ,pprietates ac differẽtias nobis oſtendit. Viderunt item oculi veſtri, [quæ Pharaoni regi & vniuerſæ terræ eius,vobis'q; quę fecerit].i.ea quæ dñs fecit vobis in ſolitudine,in qua multa beneficia cõtulit vobis,& patres veſtros ,ppter peccata eoꝝ proſtrauit, [donec veniretis ad hũc locum, & q̃ fecit Dathan atq; Abiron filijs Eliab; q̃s terra abſorbuit cũ domibus
Num.16 & tabernaculis].i.tẽtorijs & papiliõibus,prout in Num̃.expoſitũ eſt.[Oculi veſtri viderunt oĩa opera domini magna quæ fecit.]Non ſimpliciter omnia,ſed omnia illa magnifica,quæ
Deut.29 vobis & inter vos fecit,quæ tamen intellectualibus oculis nõ ſatis intuebantur,vt infrà habetur:Vos vidiſtis vniuerſa magnalia quæ corã vobis dominus fecit,& nõ dedit vobis dñs cor intelligẽs & oculos videntes vſq; in pſentem diem.[Terra eñ ad quam ingredieris poſſidendã,nõ eſt ſicut terra Aegypti de qua exiſti.] Iſtud ſecundũ q̊ſdam inducitur, ad inſinuãdũ ꝙ terra Chanaan non fuit tam bona & fructifera ac abundans vt terra Aegypti. Vnde q̊d ſubditur, [vbi iacto ſemine in hortoꝝ morem, aquæ ducuntur irriguæ:] ſic exponunt,ꝙ terra Aegypti facili labore fœcundatur atq; fructificat,qm̃ ex diuerſis meatibus ac fluuijs Nili rigatur, Leuiter quoq; paratur ad ſeminandũ,quẽadmodũ fit in hortis. [ſed montoſa eſt] .i. mõtibus plena,[& campeſtris,]videlicet arabilibus vallibus. [de cælo]aereo [expectans pluuias,]quia ex imbrium irrigatione fit fertilis,ſic'q; ex pluuiarum defectu aut importunitate poteſt eius fructificatio impediri. [quam dominus Deus tuus ſemper inuiſit] .i. per pluuiaꝝ irrigua viſitat,[& oculi illius in ea ſunt à principio anni vſq; ad finem eius].i.oĩ tẽpore opportuno Deus inſpicit eam ad fœcundãdã cõgruis pluuijs, niſi propter crimina inhabitantium eã aliter accidat. Hanc expoſitionem reprobat Lyra hic,dicẽs ꝙ expoſitio iſta nõ videtur conſonare ſcripturæ in multis locis, quæ deſcribit terrã promiſſionis fluentem lacte & melle,bonis'q; oĩbus abũdantem. Ideo aliter exponunt Hebręi,ſic:Nõ eſt ſicut terra Aegypti: quaſi dicerent, multo melior eſt quàm illa: & ſubditur ratio, Vbi, videlicet in terra Aegypti,iacto ſemine in hortoꝝ morem,aquæ ducuntur irriguæ:quia ad fœcundandũ eam non ſufficit pluuia & ros,ſed requirit vt aquæ cũ magno labore deducantur de fluuio Nili p alueos,vt fieri ſolet in hortis,in quoꝝ cultura maior labor reqritur q̃ in terra campeſtri.Hęc Ly
R. Paul. ra. Porro Rabbi Paulus contra hæc ſcribit, affirmans ꝙ terra Aegypti ſit fertilior ac melior quàm terra ,pmiſſionis.quod probat ex hoc, ꝙ tempore Abrahę fuit in terra ,pmiſſa fames, ſimiliter tẽpore Iſaac,propter q̊d Abrahã intrauit Aegyptũ, & Iſaac Palęſtinã. Dicit q̊q; ꝙ expoſitio quã Lyra aſcribit Hebræis,ſit Rabbi Salomonis ſolius:addit etiã,ꝙ terra Aegypti cõparat paradiſo in ſcripturis. Quid hoꝝ verius ſit, certũ nõ habeo,immo recordor ꝙ Lyra alibi ſcribit,Aegyptũ eſſe & fuiſſe fertiliorẽ terra ,pmiſſiõis,aſſerit quoq; ſe hoc audiſſe ab eis qui vtrãq; viderunt. Argumentum aũt Rabbi Pauli paꝝ concludit. Nam q̃uis certis tẽporibus fuerit cariſtia in terra promiſſionis,ex hoc tamen nõ ſequitur,quin terra illa cõmuniter & ex ſua natura extat fertilis valde. Veruntamẽ ſcripturis cõſonum magis eſſe apparet,
Ezec.20. ꝙ terra ,pmiſſa fuit fertilior. Nam & in Ezechiele vocat omnium terraꝝ præcipua, & inter omnes terras egregia, de qua iam ſuprà dictum eſt:Dominus introducet te in terram bonã,
Deut. 8. terram riuorum, aquaꝝ & fontium, in cuius campis & mõtibus erumpunt fluuioꝝ abyſſi, terra frumenti,hordei,& vinearum, in qua ficus & malogranata & oliueta naſcuntur, terrã olei ac mellis, in qua abſq; penuria comedes panem tuum,& reꝝ omnium abundantia perfrueris. Amplius, Moſes(vt apparet) ad hoc introducit hæc verba de terra promiſſiõis,vt populum ſaltem timore inopiæ inducat ad obedientiam Dei,eo ꝙ vbertas terræ illius dependeat ex pluuiaꝝ deſcenſu, quem ,ppter peccata hominũ dominus retrahit terræ illi. Vnde ſubiungitur:[Si ergo obedieritis mandatis,quæ ego hodie præcipio vobis,vt diligatis dominũ Deum veſtrum,dabit pluuiam terræ veſtræ temporaneã:]puta in vere,ad nutriendum ſemina iacta,[& ſerotinam]in æſtate,vt grana ingroſſentur.[vt colligatis frumentum & vinum & oleum,vt ipſi comedatis & ſatureminit]id eſt,ſufficienter,non guloſe reficiamini.[Caueте,ne forte decipiatur cor veſtrum,recedatis'q; à domino,ac ſeruiatis dijs alienis,iratus'q; dominus claudat cælum].i.influxum cæli ac aeris ſuſpendat à vobis, ex quo influxu imbres deſcendunt.[Ponite hæc verba mea in cordibus veſtris &c.]Senſus iſtius paſſus patet ex dictis
Deut. 6. in expoſitione ſuperiorum,vbi & quodam loco verba iſta habentur.[vt multiplicentur dies tui in terra,quam iurauit dominꝰ patribus tuis vt daret eis,]id eſt,earum poſteritati, [quãdiu imminet cælum terræ,] id eſt, vſq; ad finem mundi,in quo cælum ceſſabit terræ imminere per influentiam virtutis ac luminis, ſicut nunc imminet ei. Itaq; iſtud non eſt intelligendum,quaſi nunquam ceſſatura ſit habitatio aut generatio hominum in orbe terrarũ,

cum

cum vtriuſq; teſtamenti ſcripturæ euidenter dicant cõtrarium. Vel ꝙ ait, Quandiu cælum imminet terræ,eſt per hyperbolen dictum. Eſt'q; intelligendũ ſub cõditione,videlicet niſi filij Iſrael peccando ponerent obicem. Nã Deus quantùm in ſe erat,ad hoc contulit Iſraelitis hanc terram,vt eam iugiter poſſiderẽt. & ſi Chrm̃ ſuſcepiſſent ac debite coluiſſent, eam nõ perdidiſſent.[Omnis locus quẽ calcauerit pes vr̃, veſter erit:à deſerto] q̊d eſt inter Aegyptũ & Chanaan. Eſt'q; deſertum illud terminus terræ promiſſionis verſus meridiem.[& à Libano].i.monte ſic dicto,q terminat terrã promiſſam verſus Aquilonem, & à flumine magno Euphrate]q̊d eſt eiuſdẽ terræ terminus ad Orientem,[vſq; ad mare Occidentale]q̊d Tyrrhenum ac Mediterraneum nuncupatur,& eſt terminus terræ huius ad Occidentem. Veruntñ
vniuerſam hanc terram non obtinuerunt,niſi tempore Dauid ac Salomonis. [En propono 2.Reg.8.
in conſpectu veſtro hodie bñdictionem & maledictionem].i.bñdictionem promittendo,al 3.Reg. 4. & 10.
licere volo vos ad bene viuendum, & maledictionem comminando ac prænunciando, cupio vos terrere ne male agatis. Iſti nanq; ſunt duo modi trahendi hoĩes ad virtutes, & retrahendi à vitijs,vtpote bona ac proſpera ,pmittendo obedientibus, aduerſa vero & afflictiones rebellibus. [Cum vero introduxerit te dñs in terrã]promiſſam, [ad quã pergis habitandã,pones benedictionẽ ſup montem Garizim].i.ſex tribus ſtabunt ſup mõtem illum ad imprecandũ bona obedientibus Deo,[maledictionem ſuper montem Ebal].i.ſup montem ſic dictũ,aliæ ſex tribus ſtabunt ad imprecandũ mala tranſgreſſoribus legis. Sacerdotes vero &
Leuitæ iuncti erãt vtriq; ſenario tribuũ. Qualiter aũt factũ ſit iſtud, infrà plene deſcribitur. Deu. 27.
Iuxta ſpũalitatem patres & ſeniores plura cognoſcere debent, q̃ filij eoꝝ ac ſubditi,q̃liter ſ. Deus omnipotens per glorioſos apoſtolos gentilitatẽ expugnauit, & perſecutores eccleſiæ fecit deficere, per magnalia & manum robuſtã, brachium'q; extentum. ¶Deniq; terra quam ſumus ingreſſi,videlicet eccleſia, non eſt ſicut terra Aegypti.i.eccleſiæ malignantium, conuenticulis hæreticorum, huic'q; ſeculo nequam non aſſimilatur:qa non iacet in infimis,nec mundi huius voluptatibus irrigatur, nec temporalibus inhiat cõgregandis:ſed mõtoſa eſt, per contemplationẽ diuinoꝝ & ſublimitatem virtutum,per eccleſiaſticas poteſtates, & religioſoꝝ ſacra cœnobia:& campeſtris,per vitã actiuam & verã ſynceritatẽ, de cælo expectãs pluuiam,q̃ à fonte totius gratiæ ac virtutum iugiter petit fœcundari,atq; ſupnis chariſmatibus inundari,quam Deus nunq̃ relinquit, ſed ſemper miſericorditer intuetur. Obedientibus q̊q; ſibi dat temporaneam pluuiam.i.ſubuentionem & illuminatiõem gratioſam in tẽpore tentationis,& in exordio conuerſionis,atq; ſerotinã.i.,pficiendi efficaciã ac finem ſalubrem ſeu gloriã in futuro. Hinc ad Hebræos monet Apoſtolus:Adeamus cũ fidutia ad thronum gratiæ eius,vt miſericordiam conſequamur & gratiam inueniamus in auxilio oppor
tuno. De huius pluuiæ conceſſione ait Pſalmiſta:Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæ Heb. 4.
reditati tuæ. Oſee quoq;:Veniet,inquit, quaſi imber nobis temporaneus & ſerotinus terræ. Pſal. 67.
Omnis locus quem calcauerit pes veſter, veſter erit. Pes animæ, eſt eius affectio,quæ ſi fuerit Oſeæ 6.
ſpiritualis & ſolida, omne terrenum & proprium corpus habebit ſibi ſubiecta.

¶Expoſitio literalis cap.12. Hæc ſunt præcepta atq; iudicia quæ facere debetis. Arti.15.

MOſes eadem repetendo, inſerit aliqua nondum præhabita, ſicut & in iſto patebit capitulo.[Hæc ſunt præcepta atq; iudicia quæ facere debetis. Subuertite oĩa loca].i. phana & aras Chananæorum.[Non facietis ita domino Deo veſtro].i.non immolabitis ei ſacrificia veſtra in locis diuerſis atq; excelſis, ſicut idololatræ immolant dijs ſuis.[ſed ad locum quem elegerit dominus,]id eſt, ad vrbem in qua Deus voluerit tabernaculum ſuum locari, aut templum ædificari, [venietis,& offeretis] ibi in domo ſeu atrio Dei per manus ſacerdotum,[holocauſta:]quæ ad diuinæ maieſtatis honorem totaliter comburebant, ſic tamen,ꝙ pellis fuerat ſacerdotis,quam non habebat,ſed comburebatur quando pro tota communitate holocauſtum offerebatur.[& victimas veſtras] ſcilicet hoſtias pro peccato ſeu pacificas victimas,[decimas & primitias manuum veſtrarum,]quæ erãt præcipua quędam pecorum aut fructuum Deo offerenda. [& vota] hoc eſt, ea ex promiſſione offerre tenemini,[atq; donaria]quæ ſponte & ex ſupererogatione deuota offeretis,[primogenita boum & ouiũ,& comedetis ibi in conſpectu domini Dei veſtri].i.in vrbe huiuſmodi vel iuxta atrium templi. Aliquorum enim ſacrificioꝝ quædam partes ceſſerunt in offerentium eſum, quas in tali oppido comederunt cum gratiaꝝ actione, penſantes Deum iudicem oĩa intueri.[& lætabimini in cunctis ad q̃ miſeritis manum. Non facietis ibi] videlicet in terra ,pmiſſionis,[quę nos hic]ſ.in campeſtribus Moab vel eremo,[facimus,ſinguli quod ſibi rectũ videtur.]Hoc non eſt intelligendum,ꝙ pro libito ſuo ibi viuebant vt exleges,ſed ꝙ non erãt adhuc ita adſtricti ad obſeruantiam legis in omnibus,ſicut poſt in terra promiſſionis,qa nec circuncidebantur ibi,nec paſcha celebrabant quolibet anno. In diuerſis quoq; locis(vt fert) poterant ibi ſacrificia ſua offerre. [Neq; enim vſq; in præſens tempus veniſtis ad requiem & poſſeſſionem].i.ſtabilem & hæreditariam commorationem in terra promiſſionis:ideo

ex

ex diuina diſpenſatione non erant adhuc ita obligati ad ſingula quæq; legalia,vt poſtea ge-
te adepta.[Trāſibitis Iordanē,& habitabitis in terra quam dn̄s daturus eſt tibi.Illuc omnia
q̄ p̄cipio cōferetis].i.ad locū cultus diuini comportabitis ſacrificia veſtra, decimas atq; pri
mitias,puta ad vrbē in q̄ fuerit tabernaculum Dei in terra promiſſionis, quod primo fuit
Ioſue 7. ſituatum in Silo à tēpore Ioſue vſq; ad Heli,deinde in Cariathiarim.cōſtructo autem tēplo
1.Re.1.4. à Salomone,tenebant venire Hieruſalē ad offerendum. De iſta materia, & cur dn̄s iuſſit ſibi
1.Reg.7. ſacrificari ſolum in vno loco ſeu tabernaculo aut tēplo,dictum eſt diffuſe ſuper Exodū atq;
3.Reg. 8. Ex.37. 38 Leuiticum.[Sin aūt comedere volueris].i.ſi optas carnibus veſci,[& te vſus carniū delecta-
Leuit. 6. uerit]delectatione ordinata,q̄ ad debitū finē refertur, & p temperātiam regulatur, [occide]
10. & 11. per te aut per manum carnificis animal eſui aptum,[& comede iuxta benedictionem domi
ni Dei tui].i.ſecundum q̊d Deus contulit tibi neceſſaria victui,[quam dedit tibi in vrbibus
tuis].i.in q̄cunq; vrbe fueris commoratus, q̄a nō ſolum potes carnibus veſci in vrbe,vbi ta
bernaculum dn̄i eſt aut templum,ſed vbicunq; habitaueris.[ſiue immūdum fuerit]animal,
[hoc eſt,maculatum ac debile,]ita ꝙ nō ſit aptū offerri Deo,q̄uis comedi poſſit.Aliq̄ nanq;
aīalia erant immunda,quantum ad ſacrificandū,non tamen quātum ad manducandū.De-
niq; q̊ ad ſacrificandum ſeu immolandum,aliq̄d fuit immundum dupliciter: Primo ex ſua
ſpecie,vt equus,leo,canis,quæ nullo modo erant immolatitia. Nam immolatitia nō erāt de
aīalibus greſſibilibus,niſi tres ſpecies,vtpote bos,ouis & capra,intelligēdo tamen p bouem,
etiam vaccam & vitulum: & per ouem,etiam agnum atq; arietem:per capram vero,etiā hir
cum.Secundo aliquid fuit immundum quo ad ſacrificandum,non ex ſua ſpecie,ſed ex acci-
dentali defectu,q macula nuncupat,non macula velleris,ſed macula deformitatis aut mon-
ſtroſitatis vel infirmitatis.Talia tn̄ poterant manducari,immo & alia quædam pecora, nul-
lo modo immolatitia.[ſiue mundum]fuerit aīal,[hoc eſt integrum].i. non defectuoſum in
†capreā membro aliq̄, & ſine macula]monſtroſitatis aut deformitatis,[quod offerri licet,ſicut †ca-
pram & ceruū comedes].i.aīalia etiam immolatitia potes licite māducare abſq; hoc ꝙ im-
molentur,ſecūdum q̊d capra quæ eſt aīal immolatitium, & ceruus qui nō eſt immolatitius,
licite mactantur,coquuntur,eduntur,ita ꝙ nihil de eis offertur.[abſq; eſu duntaxat ſangui-
nis,quem ſuper terram quaſi aquam effundes.]Cur eſum ſanguinis.i.cibū ex ſanguine con
Leuit.7. fectum dn̄s prohibuerit Iſraelitis,ſuper Leuiticum dictum eſt.[Nō poteris comedere in op
pidis tuis decimā frumenti & vini & olei tui:]non ꝙ vinū ꝓprie manducetur, niſi forte cibo
admiſceat:ſed cōedere ſumitur,prout includit potare. [primogenita armentoꝝ].i. boum,
[& pecoꝝ]tuoꝝ,[& oīa q̄ voueris & ſponte offerre volueris,& primitias manuum tuaꝝ].i.
laboꝝ ſeu fructuum,[ſed coram dn̄o Deo tuo comedes ea in loco quem elegerit dn̄s].i.in vr
be cultus diuini & tabernaculi Dei,[& lætaberis & reficieris]non diſſolute & petulanter, ſed
ſpiritaliter corā Deo. ¶Circa hæc Gloſſa mouet q̄ſtionem,quā non ſoluit: Quærendū,inqui
ens,quō iubeat decimationes oīm fructuū,& primogenita oīm pecoꝝ non manducari,niſi
in ciuitate vbi tēplum eſſet,cū eas Leuitis dari p̄cepit.Hæc Gloſſa.Itaq; q̄ſtio eſt,q̄liter iſtud
intelligi debeat.ſi em̄ ſoluētes,poterāt cū ſua ſobole atq; familia māducare decimas & primi
tiua,q̄ Leuitis ac ſacerdotibꝰ debebāt,hoc ī dānū ſacerdotū ac Leuitaꝝ vergebat.Ad hæc ali
q rn̄derunt, textū hunc loq de primogenitis aīaliū,q̄ ꝓpter maculā nō fuerūt apta offerri:p
pter q̊d redimebant,atq; in vrbibus edebāt,& de eoꝝ precio emebant aīalia immolatitia in
vrbe tabernaculi ſeu tēpli,ex q̄bus tales cōeſtiones fiebant ibidē.ſed huic ſolutioni obijcit,
ꝙ iſtud q̊q; fuiſſet ſacerdotibus & Leuitis derogatiuū & nociuū,eo ꝙ preciū talis redēptio
nis ptineret ad eos de iure.Aliq vero dicūt,textū hūc loq de hoſtijs pacificis q̄ ſpōtanea deuo
tiōe offerebāt,q̄ꝝ carnes ceſſerūt in offerētiū vſus, p̄ter armū dextrū atq; pectuſculū,q̄ ſacer-
doti offerēti deputabāt.Sed huic rn̄ſioni obſiſtit,ꝙ textus iſte euidēter loq̄t de decimis & pri
mitiuis,& de his q̄ ex voto ſoluūt &c.De q̄bꝰ oībus gn̄aliter ait,Cōedes ea tu & filius tuus &
filia &c.Hinc alij dicūt,ꝙ filij Iſrael ſingulis annis de oībus bonis ſuis ſeparabant decimas ad
opus Leuitaꝝ,primitias vero & primogenita ad opus ſacerdotum. Poſtea iteꝝ decimabāt
nouem partes reſiduas,& hæc erat ſecunda decima,de qua hic agitur.Conueniebant em̄ de
ſingulis ciuitatibus in Hieruſalem ter in anno,videlicet in Paſcha,pētecoſte & ſcenopegia,
ſecum portantes ſecundas decimas & ſecūda primogenita, & ſecūdas primitias & inde epu-
labant in vrbe diuini cultus.Hāc expoſitionē Magiſter in hiſtorijs approbat,dicēs eā eſſe He
bræoꝝ traditionē.Verunt̄ Lyra reprobare eā videt,q̄a vt ait,ex ſcriptura nō habet. Ad q̊d
dicendū,ꝙ multa vere dicuntur q̄ in ſcriptura canonica non habentur. [Caue ne derelinq̄s
Leuiten in omni tempore quo verſaris in terra].i.ad p̄fatas epulationes inuitabis Leuitā,
q conciuis eſt tuus,& q tecum aſſcendit ad locum p̄dictum,Hoc in terra promiſſionis fuerat
obſeruandū. Leuitæ eq̄dem non habebāt hæreditatē: tn̄ vt fert,nō tenebātur ad hoc in ter-
ra aliena,in q̄ bona hæreditaria nō habebāt.[Qn̄ dilatauerit dn̄s terminos tuos]ita ꝙ longe
ac late poſſederis terrā tibi ꝓmiſſam, [& volueris veſci carnibus q̄s deſiderat aīa tua: locus
autem

autem quē elegerit dn̄s Deus tuus,vt ſit nomen eius ibi,ſi procul fuerit].i.ſi vrbs diuini cul-
tus fuerit multū diſtās à tua habitatione,[occides de armētis & pecoribus q̄ habueris].i. oc
cidere potes aīalia eſui apta ſecundū legē,& edere ea in vrbibus tuis,etiā q̄uis ſint primitiua
& ſacerdotibꝰ deputata,q̄a laborioſum fuiſſet à loco ita remoto ea p̄ducere vſq; ad locū cul
tus diuini.ſed in tali caſu tenebant in vrbe diuini cultus aīalia eiuſdē valoris emere, ſacer-
dotibuſq; offerre.[Mūdus & immūdus in cōmune veſcent]hoc eſt,tā mundi q̄ immūdi ſecū-
dum legē,q ex tactu rei immūdæ aut mortuę,erāt immūdi, licite veſcebant carnibꝰ illis: im
mundi tn̄,ab ingreſſu ſacri loci ꝓhibebant.[Hoc ſolum caue, ne ſanguinē comedas. Sāguis
em̄ eoꝝ]ſ.aīalium,[pro anima eſt].i.ſimile aliquid habet cum anima,q̄m ſicut vita anima-
lis dependet ex præſentia aīæ,ita & ex inexiſtentia ſanguinis.[& idcirco nō debes animam]
id eſt,rem prætacto modo ſimilem animæ,[comedere cum carnibus, ſed ſuper terra fundes
quaſi aquam.Quæ autem ſanctificaueris & voueris domino].i.animalia q̄ promiſeris Deo
offerri,[tolles].i.tecum adduces,[& venies ad locum quem elegerit dominus.] Talia nanq;
animalia Deo ſic deputata & obligata,nec in melius,nec in deterius poterant commutari,
ſicut in Leuitico expoſitum eſt.[& offeres oblationes tuas] .i. animalia Deo ſic conſecrata, Leui.27.
carnem & ſanguinem ſuper altare domini Dei tui] .i. carnes animalium talium occiſorū,
& aliquid de ſanguine eorundem facies per manus ſacerdotis ſuper altare offerri, & de ſan-
guine certas partes altaris liniri,prout ſuper Leuiticum frequenter & determinate expreſ-
ſum eſt.[Sanguinē hoſtiaꝝ fundes in altari,carnibus aūt ipſe veſceris.]Non ꝙ offerens pote
rat totas carnes ſic immolatas,in ſuum redigere vſum,q̄a ſic nihil videretur obtuliſſe domi-
no,ſed aliquam carnium partem,ꝓut ſup̄ Leuiticum dictum eſt,& reliquæ partes fuerant ſa
cerdotis obſeq̄um exhibentis.Conſequenter in textu prohibetur Iſraelitis idololatria gen
tium,quaꝝ terra fuit eis promiſſa,& ſpecialiter ne inſtar idololatraꝝ illoꝝ offerrēt filios ſu
os aut filias dijs aut idolis, ad comburendum per ignem in idolorum honorem.[Quod prę-
cipio tibi,hoc tm̄ facito domino].i. ad gloriā Dei. Per hoc non prohibetur aliquid fieri ad
cultum ac reuerentiam Dei vltra debitum ſeu p̄ceptum,ſed vt nihil fiat contrarium diuinis
præceptis,iuxta quē modū ſubiūgitur:[Nec addas quicq̄ nec minuas.] quia nihil corrupti-
uum eſt ſacræ ſcripturæ addendum, nec diuinis mandatis vere & ſapienter intellectis, q̄cq̄
addendum eſt aut ſubtrahendum q̊d eis contrarietur: attamē addi poſſunt rationabilia in-
ſtituta atq; conſilia,& declarationes catholicæ,exhortationeſq; charitatiuæ.

¶Explanatio literalis cap.13.Si ſurrexerit in medio tui prophetes. Arti.14.

QVantum præponenda ſit vita gratiæ ac honorificentia veri Dei, vitæ naturæ & omni
ſocietati ac cognationi humanæ, atq; proſperitati terrenæ, nunc declaratur. [Si ſur-
rexerit].i.in publicū ꝓdierit,vel in actū ꝓceſſerit, [in medio tui] hoc eſt,in ppl̄o tuo ò
Iſrael,[ꝓphetes,]ſiue ſit vere propheta p reuelatiōem futuroꝝ pure contingentiū,ſibi factā à
ſpū ſancto:ſiue ſit pſeudo,& aliq̄ futura hoībus incognita p̄dicens ex reuelationibus dęmo
nū,q multa ventura hoībus ignota prænoſcūt,& vatibus ſuis reuelant, [aut qui ſomniū vi-
diſſe ſe dicat].i.oraculū aut viſionē habuiſſe in ſomno,[& p̄dixerit ſignum atq; portentū,]
hoc eſt,aliquod magnū vel mirabile eſſe futuꝝ de proximo, vel in longinquo. [& euenerit
quod loquutus eſt]Aliquando enim vera pręedicunt,immo iniquiſſimi ac falſiſſimi ſpūs in-
terdum hoībus dicunt aliqua bona & honeſta atq; ſalubria, quatenus homines aſſueſcāt ad
ſibi credendum,ſicq; deinceps grauius eos fallant,inſinuando aut perſuadendo eis praua ac
falſa.[& dixerit tibi,Eamus & ſequamur deos alienos quos ignoras.] Circa hoc ſcribit q̄dā:
Ex hoc patet,ꝙ reuelatio ſibi facta fuit per dæmones,ſed aduertendum ꝙ etiam falſis ꝓphe
tis atq; idololatris,q̄nq; aliqua vera & vere futura reuelantur à Deo per angelos propter cō
mune bonum,vt conſtat de Balaam,vt in Numeris probatum eſt. Prophetia nanq; inter do Nūe.22.
na gratiæ gratis datæ computatur,quæ cōmunia ſunt bonis ac malis. ideo ſi talis propheta
perſuadeat veris Dei cultoribus idololatriam,ex hoc non ſequitur ꝙ quæcūq; reuelatio ſi-
bi facta,ſit ei per dæmonem miniſtrata: immo Balaam conſuluit Madianitis,vt filios Iſrael
per mulieres ad idololatriam concitarent,& tamen pauloante habuit multas reuelationes à
Deo.[non audies]per conſenſum[verba prophetæ illius aut ſomniatoris]quibus idololatri
am conſulit.ſi autem diceret aliqua vere ſalubria,ſicut & Balaam,in illis eſſet audiendus.[q̄a
tentat vos dominus].i.ad probationem & examinatiōem veſtram ſinit vobis talem peſtife-
ram fieri ſuggeſtionem,[vt palàm †ſciat vtrum diligatis eum, an non,in toto corde & in to †fiat
ta anima veſtra.]Certum omnino eſt,inuariabilem Deum omnia præcognoſcentem,nil de
nouo agnoſcere, nec ex humano euentu quicq̄ addiſcere. idcirco ꝙ ait,Vt palàm ſciat, ex-
ponendum eſt, vt ab alijs euidenter faciat ſciri ad ipſorum ædificationem aut cautelam.His
verbis ſimile eſt quod ad Galatas ſcribit Apoſtolus: Licet nos aut angelus de cęlo euāgelizet Galat.3.
vobis p̄terq̄ q̊d euangelizauimus vobis,anathema ſit.Nēpe q̄cquid diuinæ infallibili veritati
contrariat, reſpuendū eſt ꝓrſus ac protinus.[Dn̄m Deum veſtrum ſeq̄mini,& ipſum timete:

mandata eius cuſtodite. Ipſi ſeruietis, & ipſi adhærebitis. Propheta aũt ille aut fictor ſomnio
rum interficietur:] quia vt infrà habetur, fuerat lapidandus, & hoc lata contra eũ ſententia ſe
cundum iuris proceſſum. [Si tibi voluerit perſuadere frater tuus, dicens: Eamus & ſeruiamus
dijs alienis quos ignoras tu]. i. aliquis quantumcũq; propinquus, familiaris aut charus attẽ
tauerit te ad idololatriã inclinare, [nõ acquieſcas ei, ſed ſtatim interficies.] Primo tñ fuerat
accuſandus iudicibus, & dijudicatus ab illis, erat necandus. oportebat quoq; crimẽ proba-
re, niſi reus id fateretur, aut euidentia facti eſſet pro teſtimonio: qbus completis, agendum
erat q̃d ſubditur: [Sit primum man⁹ tua ſuper eũ.]. i. primo incipias illum lapidare. [& poſt
te oĩs populus mittat manum]. i. vniuerſi adſtantes quibus hoc congruit, cooperentur tibi
ad interfectionem illius. [lapidibus obrutus necabitur. Non parcat ei oculus tuus, vt miſere
aris & occultes eum:] qa bonum commune præferendum eſt bono perſonæ, præſertim vitæ
iniquæ. Deus q̃q; incomparabiliter plus amandus eſt, q̃ quicunq; propinquus. Ideo ſpirita-
Chryſo. lis dilectio, omni carnali ac naturali debet præualere dilectioni: atq; vt ait ſanctus Chryſo-
ſtomus, q̃uis pium ſit, propriam diſſimulare ac tolerare iniuriã, impium tñ eſt Dei iniuriã
diſſimulare, quã neq; vſq; ad auditum ſufferre debemus. Talis quoq; rigor iuſtitiæ expedie-
bat alioꝝ ſaluti. propter quod ſubditur: [vt oĩs Iſrael audiens] talem impij lapidationem,
[timeat, & nequaq̃ vltrà faciat quippiam huius rei ſimile.] Conſequenter idem præcipitur
de politia ſeu communitate cuiuſcũq; oppidi. [Si audieris in vna vrbiũ tuaꝝ aliquos dicen
tes, Egreſſi ſunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis tuę, atq; dixerũt: Ea-
mus & ſeruiamus dijs alienis, q̃s ignoratis: quære ſolicite, & diligẽter rei veritate perſpecta,
ſi inueneris certum eſſe q̃d dr̃, & abominationem hanc opere perpetratam, ſtatim percuties
habitatores illius in ore gladij, & delebis eam, & oĩa quæ in illa ſunt, vſq; ad pecora.] Litera
eſt prolixa ac plana. Siquidem ſenſus eſt, ꝙ ſi communitas alicuius vrbis ad idololatriam fu
erit lapſa, mox alij Iſraelitę vrbem illam inuadant, & habitatores eius idololatras perimant
vſq; ad pecora incluſiue, ad maiorem idololatriæ deteſtationem, quemadmodum pecus iu-
betur occidi cum ſuo concubitore, immo & tota ſupellex atq; ſubſtantia talis oppidi com
burãtur, nec qſquam aliqd ſibi de anathemate tali vſurpet, ipſaq; vrbs funditus deſtruatur,
nec poſtea reædificetur. [vt auertatur dñs ab ira furoris ſui]. i. rigorem ſuæ iuſtitiæ non exer-
ceat in populo Iſrael, quem rigorem exerceret in populo, ſi negligens eſſet, non implendo
Iudic.20 iſtud præceptũ. Vnde & filij Iſrael in pugna contra tribũ Beniamin, bis ſunt victi iſta ex cau
ſa, qa videlicet non expugnauerũt vrbẽ Lais, in q̃ filij Dan idolum Michæ colebant, vt in Iu
Iudic.18. dicum libro habetur. Vel, vt auertaſ dñs ab ira furoris ſui. i. ab inflictiõe pœnæ quam inter-
dum conſueuit infligere toti communitati pro crimine alicuius vrbis ſeu partis commu-
nitatis, inquantum oẽs ſunt vnum corpus ciuile, prout alibi iam ſæpe expoſitum eſt. Sic Phi
Nũe.25. nees ceſſare fecit iram Dei à populo, cum coeuntes perfodiſſet: per temporalem etiã hoĩm
Pſal.105. occiſionem, eis propter ipſoꝝ peccata inflictam, Deus eſt eis in poſteꝝ magis miſericors.
[& miſereatur tui, multiplicetq; te] numero ac virtute. q. d. Noli timere ꝙ ex interfectione
idololatrantium Iſraelitaꝝ minuetur ac debilitabitur populus tuus, quia dominus merito
obedientiæ tuæ in illa occiſione augebit te numero perſonarum, doniſq; gratiaꝝ, [ſicut iu-
rauit patribus tuis, quando audieris vocẽ dñi Dei tui, cuſtodiens omnia pręcepta eius, q̃ ego
præcipio tibi hodie, vt facias quod placitum eſt in conſpectu domini Dei tui.

¶ Expoſitio literalis cap.14. Filij eſtote domini Dei veſtri, Et de multitudine præcepto
rum veteris legis. Atq; de cauſa multitudinis huius. Arti. 15.

DE numero ac multitudine præceptorum Moſaicæ legis, ſanctus Thomas allegat Rab
bi Moſen, proteſtantem ꝙ tot erant præcepta in lege, quot ſunt dies in anno, vel quot
ſunt oſſa in homine. Veruntamen Guilhelmus Parrhiſienſis libro de fide & legibus vi
detur ſentire, ꝙ erant multo plura. ſic etenim ait: Si quæratur ad quid tãta numeroſitas man
datorum data ſit populo Hebræorum, videlicet ſexcenta & tredecim, cum cõſtet numerum
virtutum longe minorem eſſe. Certum eſt enim declaratiõe veriſſima, numerum virtutum
quadragenarium non poſſe excedere. Ad quod reſpondemus, tres cauſas fuiſſe multitudinis
mandatorum. Prima fuit ruditas & imperitia populi, qui generalibus præceptis ſatis erudi
ri non potuit. Ideo ſicut paruulum filium nutrit pater fractionibus & minutijs panum, ſic
dominus populum illum multis particularibus erudiuit præceptis. Secunda cauſa fuit, vt ꝑ
tam multa præcepta Deus faceret populum ſuum ab idololatris omnino differre. lex Chri-
ſti pro magna parte intendit ad eliminandam omnem idololatriæ ritum ac ſpeciem, præſer
tim in vniuerſis mandatis, quæ prima facie videntur inutilia & abſurda. Tertia, vt Iudæi ha
berent ſufficientem materiam ſe occupandi in lege ſua, & non haberent occaſionem occu-
pandi ſe in libris gentium aliarum, ne in errores & ſuperſtitiones legi contrariantes dilabe-
rentur, quod multa diligentia ac diſcretione obſeruatum eſt apud Hebræos multis tempo-
ribus, ita ꝙ ſapientia legis contenti, libros aliarum gentium declinarent. Vnde nec philo-
ſophiæ

ſophiæ operam dare illis tẽporibus auſi ſunt, donec cõmixti ſunt inter gentes, videlicet inter
Babylonios ſeu Chaldæos & Arabes, q̃ duę gentes philoſophię diſciplinas ac ſtudia maxime
prouexerunt, & adhuc ampliare atq; ꝓuehere nõ deſiſtunt, quanq̃ ea Aegyptij inceperint,
& Græci ſtudioſiſſime ac magnifice proſequuti ſint. Poſtq̃ vero Iudæi Babylonijs gẽtiq; Ara
bum ſunt admixti, immiſcuerunt ſe philoſophiæ ſtudijſq; illoꝝ, & inciderũt errores ipſoꝝ
neſcientes ea q̃ in lege ſua ſcripta ſunt, defendere cõtra diſputationes illoꝝ, maxime poſtq̃⁹
regnum Saracenoꝝ diffuſum eſt ſuꝑ ipſoꝝ Hebræoꝝ habitationes. Exinde enim æternita-
tem mundi & alioꝝ philoſophoꝝ errores ſequuti ſunt, ita ꝙ pauci manſerunt veri Iudęi, vi
delicet qui non in aliq̃ parte Saracenoꝝ & philoſophoꝝ erroribus conſenſerunt. Hæc Guil
helmus. ¶ Quocirca quæri poteſt, q̃liter cõputatio mandatoꝝ ſecundum Guilhelmũ, com-
putationi eoꝝ ſecundum R. Moſen valeat concordari. Ad quod reſponſionem certã in ꝓm
ptu non video, niſi forte diuerſimode accipiantur nomina mandati atq; præcepti. ſicut eñ
prætactum eſt, quidam inter mandata & præcepta diſtinguunt, ita ꝙ mandata non obligãt
nec obligabant Iudæos tam abſolute ſicut præcepta: ſed inter præcepta & conſilia ſeu docu
menta, medio modo habebant ſe. Potuit ergo eſſe, ꝙ Guilhelmus hæc duo pro eodem acci
piat, ſicq; multa plura dicat eſſe præcepta ſeu mandata legis, q̃ Rabbi Moſes. Cum ergo ſint
tot & tanta legis præcepta, merito dixit glorioſiſſimus princeps apoſtolorum: Cur tentatis Acto. 15.
imponere onus ſuper ceruicem diſcipuloꝝ, quod neq; nos, neq; patres noſtri portare potui
mus? Hæc præmiſi, quia ex hoc loco incipit Moſes præcepta legis cæremonialia & iudicia-
lia magis particulariter proſequi. [Filij eſtote dñi Dei veſtri]. i. non ſolum ſerui, ſed etiam
filij adoptiui eſſe ſatagite veri Dei, per filialẽ ad ipſum charitatem ſynceram, & per diuinæ
perfectionis imitationem, quemadmodum in euangelio ait ſaluator: Diligite inimicos Lucæ 6.
vr̃os, & mutuũ date nihil inde ſperantes, & eritis filij altiſſimi, qa ipſe benignus eſt ſuꝑ ingra
tos & malos. [Non vos incidetis.] hoc eſt, non vulnerabitis voſmetipſos, vt per hoc exaudi-
amini à me, prout 3. Regum de ſacerdotibus Baal habetur: Clamabant voce magna, & inci- 3. Reg.18
debant ſe iuxta ritum ſuum cultris & lanceolis donec perfunderentur ſanguine. Vel q̃d ait,
Non vos incidetis, refertur ad ſequentia. [nec facietis caluitiũ ſuper mortuo.] hoc eſt, ex im-
moderato mœrore de morte charoꝝ, non lædetis vos aliqua vulneratione, nec extrahetis ca
pillos: qa cultores veri Dei, q fidem habent & ſpem vitæ melioris, beatę ac æternalis, non de-
cet ſic flere propter temporalem ſuoꝝ obitum propinquoꝝ. Propter quod ait Apoſtolus:
Nolumus vos contriſtari de dormientibus, ſicut & cæteri q ſpem non habent. Taliter autẽ 1. Theſ.4
lugere, eoꝝ eſt, q de reſurrectione vitaq; meliore deſpant. Hinc ait Gloſſa: Vſq; hodiẽ mul-
tæ gẽtes incidunt ſe in funeribus mortuoꝝ. Hæretici q̃q; capillos tondent, & mortuis conſe
crant. Iſtud ergo dñs iuſſit, ne populus ſuus aſſimilaretur idololatris. De iſto dictũ eſt pleni⁹
ſuꝑ Leuiticũ. ¶ Seqtur de diſtinctiõe & mũditia ciboꝝ ſecundũ legẽ, qbus videlicet aĩalibus Leui.19.
greſſibilibus, qbus etiã auibus, & qbus piſcibus veſci licuerit ipſis Iudæis, & qbus nõ. de qua
materia & rõnibus hoꝝ literalib⁹ ac ſpũalibus, diffuſe tractatũ eſt in Leuitico, vbi de his ex Leuit.11.
ſcriptis Alexandri de Halis, ſancti Thomæ, & Guilhelmi Parrhiſienſis, ac alioꝝ, multa ſunt
introducta. ideo non ſunt repetẽda, ſed noĩa quædã ſunt hic exponenda, q̃ non ſunt expreſſa
ibidẽ. [Hoc eſt aĩal q̃d cõedere debetis.] Hic poniꝑ ſingulare ꝑ plurali, vt ſit ſenſus: Hæc ſunt
aĩalia, q̃ꝝ carnibus veſci vobis eſt licitũ. [bouem & ouem & capram, & ceruum.] de ꝓprie-
tatibus bouis & ouis & capræ, ſuꝑ Leuiticũ dictũ eſt. Ceruus eſt animal velox, cornibus ar- Ibidem.
matum, lutum & ſpineta tranſiliẽs ſaltu, & à læſione cornibus ſe defendit. Cum ſenuerit, vi
narium ſerpentem extrahit de cauerna, quẽ viuum deglutit, cuius veneno æſtuans, ad fontẽ
accelerat: q̃ hauſto, venenum eijcit, & pilis vetuſtatis abiectis, reiuueneſcit, per quẽ bene ho
mo ſpũalis & contemplatiuus ſignatur, qui feruore affectuum feſtinat ad patriã, cornibuſq;
armatur, qbus læſionibus tentatoris reſiſtit, de qbus cantatur: Exaltabuntur cornua iuſti, q̃
ſunt virtutes eoꝝ. Præſertim diſcretio atq; conſtantia tranſcẽdit quæq; terrena. Cumq; ſe-
nuerit corpore, renouatur in aĩa, extrahitq; aſpidem de cauerna, dum peccatorem ad confi-
tendum inducit, cuius cum peccata audierit, ad fontẽ miſericordiæ properat, & veniam im
petrat pœnitenti. [& capream, bubalum.] Bubalus eſt animal ferox & valde robuſtum, quod
domari non poteſt, niſi ferreo aculeo naribus eius infixo, q̃ circunfertur: habetq; frontem va
lidiſſimis cornibus circunſeptam. nigri aut fului coloris eſt, & paucos ac raros habet pilos. ꝑ
quem ſpũalis pugnator accipitur, qui animatus in domino, proteſtatur: Perſequar inimicos Pſal.17.
meos & compræhendam illos, & non conuertar donec deficiant. [tragelaphum.] Tragela-
phus alio nomine dicitur hircoceruus, qa partim eſt ſimilis hirco, partimq; ceruo: per quẽ
homo ꝓficiens deſignatur, q adhuc paſſionibus impugnatur, & tamen vt ceruus ad altiora
virtutum ac ſapientiæ fluenta accelerat. [pygargum.] Pygargus ſecũdum quoſdam eſt auis
quædam, à pyge, q̃d interpretatur depreſſum, vel à pyge. i. nates, & argos, quod eſt onus, qa
fortaſſis paruæ eſt quantitatis. Videſ tñ nunc potius ſumi pro animali greſſibili, qm̃ infrà

ſit de auibus mẽtio,& aĩalia greſſibilia,nõ volatilia,pariter exprimunt.[orygem.]Oryx ſu
mit nunc pro aĩali q̃dam,q̃d etſi immũdũ ſit ad ſacrificandũ, nõ tñ ad comedendũ. Per quod
poſſunt intelligi boni fideles,q licet ad vitã religioſam inepti ſint,attñ in via mãdatoꝝ ſalu
briter ambulãt.[*camelopardalim.]Camelopardalis, q̃uis ſit pardus maculis albis adſpſus,
* camelopardulus,vel camelo pardus — collo tñ ſimilis eſt equo,pedibus aũt bubalis,capite vero camelo,& in Aethiopia naſcit.Per
quẽ deſignãt qdã electi, q ex gr̃a ſpeciali diuerſoꝝ ſtatuũ perfectiones ſortiti ſunt, cũ tñ vni
us ſint ſtatus atq; vocationis.Deinde inter aues immũdas ponitur * ipon vel icon, & eſt auis
de gn̄e vulturis,parua, & albi coloris. [Peregrino q intra portas tuas eſt, da vt comedat, &
vende ei.]Per peregrinum intelligitur quæcunq; perſona Gentilis, non conuerſa ad Iudai-
ſmum, cui licebat cõedere aues ſecudũ legẽ immũdas,qa ad cæremonialia legis nõ tenebat.
[quia tu populus ſanctus dñi Dei tui es:] hoc eſt,diuino cultui ſpecialiter mãcipatus,ꝓpter
quod obligaris ad multa,ad quæ alij non tenentur.[Non coques hœdũ in lacte matris ſuę.]
De expoſitione huius præcepti,multa ſunt introducta in Exodo,ſecundum Auguſtinum &
Exo. 23. Thomam ac alios,quibus nũc addo, q̃d libro de fide & legib⁹ ſcribit Guilhelmus Parrhiſien
Auguſt. ſis: Ad diſtinguendum populum ſuum à conſuetudine idololatrarum,dominus ei pręcepit:
Non coques hœdum in lacte matris ſuæ. In natura enim ſua nihil habet immunditiæ hœ-
dus, nec lac caprinum.Nec contrariatur corporis ſanitati.Cur ergo vtriuſq; comeſtio pro-
hibet? Hœdus nanq; & lac,ſunt cibi mũdi ac liciti iuxta legẽ.Præterea huiuſmodi cibus nõ
eſt adeo delicatus.vt igitur prohiberetur? Amplius, cur magis prohibuit hoc de hœdo, q̃
de agno aut vitulo? Ideo conſtat ex omnibus his, Deum voluiſſe aliquam conſuetudinem
idololatriæ per hæc à ſuo populo remouere, cuius validum ſignum eſt, ꝙ prohibitio iſta tã
frequenter exprimitur, quia habetur vulgo in Exodo atq; in Deuteronomio. Hæc Guilhel
Ex. 23. 30 mus Parrhiſienſis.Circa cuius verba ſciendum,quòd quanuis ſcriptura nõ exprimat iſtud,
Deu. 14. niſi de hœdo,tamen ſecundum aliquos magnos intelligitur etiam de carnibus aliorum ani
malium quæ lacte aluntur, non autem de auibus,quia non lacte,ſed de oui materia nutriun
tur. Iſtud,ſicut ſupra Exodum ſcripſi, dicunt Magiſter in hiſtorijs & Andreas. [Decimam
partem ſeparabis de cunctis fructibus tuis.]Iſtud totum vſq; ibi, Anno tertio ſeparabis ali-
am decimã &c.ſcriptum atq; expoſitum eſt ſuprà.[Anno tertio ſeparabis aliam decimã].i.
Deut. 12. à cæteris tuis bonis abſtrahes decimam diſtinctam ab illa quæ debetur Leuitis,atq; ab illa,
de qua fiebat epulatio in oppido cultus diuini. & ideo ait,tertio anno, quoniam vnus annus
interpoſitus fuit, in quo non fiebat decimatio iſta. [& repones]eam [intra ianuas tuas,] hoc
eſt,in aliqua domo tua.[venietq́; Leuites, qui aliam partem non habet] niſi decimam iſtã,
& etiam aliam quæ omni anno fiebat. [nec poſſeſſionem tecum] hæreditariam, niſi ad ha-
bitandũ atq; ad pecora nutrienda.[& peregrinus]præſertim ad Iudaiſmum conuerſus,[atq;
pupillus & vidua,q intra portas tuas ſunt] .i.quæcunq; pauperes miſerabilesq́; perſonæ,[&
comedent]in domo tua,vel ſecum portabunt aliquam partem,quam eis cõtuleris. [Et ſatu
rabuntur].i.ad ſufficientiam, non ad gulam,reficientur. Hæc vocabatur decima pauperũ,
quam Deus ſic iuſſit reponi & comm unicari,ne inopes Hebræi aut Leuitæ compellerẽtur
mendicare,q̃d infrà vetatur: aut miniſtrare Gentilibus ſiue idololatris, ſicq́; cum illis come
dere,& idolothyta ſumere,atq; ex conſequenti in idololatriam labi,quemadmodũ in Iudi-
cũ volumine legit cõtigiſſe Leuitæ,vtpote Ionathę filio Gerſon filij Moſis. Hãc igitur pieta
Iudi. 17. tis legem adimple,[vt bn̄dicat tibi dñs Deus tuus in cunctis operibus manuum tuaꝝ.] hoc
eſt,virium operatiuaꝝ.i.in ſpiritualibus ac temporalibus rebus det tibi gratioſam multi-
plicationem.Siqdem opa miſericordiæ non ſolum in futuro,ſed etiam in præſenti remune
rantur à domino remuneratione multiplici:& qui operibus pietatis liberaliter ſunt intenti,
tam in ſp̃ualibus q̃ in temporalibus benedicuntur à domino:quibus fiet à Deo, ſicut faciunt
Matt. 5. proximis ſuis,ſicut ait ſaluator:Beati miſericordes,quoniam ipſi miſericordiam conſequẽ-
Lucæ 6. tur. Itemq́;: Menſuram bonam & confertam & coagitatam & ſupereffluentem dabũt in ſi-
num veſtrum. ¶Poſtremo,ſecundum Gloſſam,hiſtoriamq́; Scholaſticam,non licuit Iudæis
de hac pauperum decima aliquid in proprios conuertere vſus.

¶Elucidatio literalis cap. 15. Septimo anno facies remiſſionem quæ hoc ordine celebrabit.

Articulus decimusſextus.

NVnc ſpecialiter inducuntur iudicialia quædam præcepta, inter proximos obſeruãda,
ad conuiuendum charitatiue atq; pacifice. Vt autem aſſerit Gloſſa, in hoc capitulo di
lectio & pietas commendantur, vt proximis miſereamur, & præmium præſtolemur
Galat. 6. à domino: tempore enim ſuo metemus,non deficientes,ſi dum tempus habemus,operemur
bonum ad omnes,maxime autem ad domeſticos fidei.[Septimo anno facies remiſſionem]
iuxta ſenſum qui ſubditur:[quæ]remiſſio[hoc ordine celebrabitur: Cui debetur aliquid ab
amico,vel ꝓximo,ac fratre ſuo]hoc eſt, ꝓpinq̃ aut alio natiõe Iudæo[repetere nõ poterit,qa
annus remiſſiõis eſt dñi.] Quia in hoc ſeptimo anno dñs iuſſit creditorib⁹, debita Hebræis
remitte-

remittere.[A peregrino & aduena exiges].i. ab extraneis qui nõ ſunt natu Iudæi,potes in il
lo anno,ſicut & ante,exigere debita.[Ciuẽ & ꝓpinquũ repetẽdi nõ habes poteſtatẽ.]Per q̃d
quidã dicunt inſinuari,ꝙ à cõuerſis ad iudaiſmũ,nõ licuit debita exigi. Huius p̃cepti cauſa
aſſignat,ne Iudæi pauperes, ex impotẽtia pſoluẽdi & exactiõe atq; coarctatiõe ad pſoluen-
dũ,de terra ſua,in qua ſola cultus Dei generaliter viguit,ad terras gentiliũ idololatraꝝ con
fugerẽt,& tali occaſiõe ad idololatriã laberent, ſecundũ illud:Cũ puerſo puerteris. Propter Pſal. 17.
quod Dauid 1.Regũ clamauit ad Saul: Si dñs incitat te aduerſum me, odoret ſacrificium: 1.Re. 26.
ſi aũt filij hoĩm,maledicti ſunt in cõſpectu dñi,qui eiecerũt me hodie,vt nõ habitẽ in hæredi
tate dñi,dicẽtes: Vade,ſerui dijs alienis. ¶Deniq; Thomas in prima ſecũdæ,quæſt. 105. circa
præceptũ hoc ſcribit: Intẽtio legis erat aſſuefacere hoĩes ſuis p̃ceptis ad hoc,ꝙ ſibi inuicẽ de
facili in neceſſitatibus ſubuenirẽt,qa hoc maximũ eſt amicitiæ fomentũ: & hãc ſubueniẽdi
facilitatẽ nõ ſolũ ſtatuit in his,quæ gratis & abſolute donant,ſed in his q̃q; quæ mutuo con
cedunt,qm̃ talis ſubuentio frequẽtior eſt, & pluribus neceſſaria. Huiuſmodi aũt ſubuentiõis
facilitatẽ multipliciter inſtituit,quatenus faciles ſe p̃berent ad mutuũ cõcedendũ, ne ab hoc
retraherent anno remiſſiõis appropinquãte. Deinde inſtituit, ꝙ anno ſeptimo debita peni-
tus remitterent. Probabile etenĩ erat,ꝙ hi qui cõmode reddere poſſent, ante annũ ſeptimũ
ſoluerẽt,nec gratis mutuantẽ fraudarẽt. Si aũt om̃ino impotentes eſſent ad reddendũ, eadẽ
ratione erat eis debitũ remittendũ ea dilectiõe, qua etiã erat eis de nouo dandũ,propter ipſo
rum indigentiã. Hæc Thomas. ¶Veruntñ quidã, quos magiſter in hiſtorijs ſequit, dicunt,
ꝙ anno ſeptimo nõ fiebat debitoꝝ remiſſio,ſed repetitiõis dilatio,& in iubileo ipſa remiſ-
ſio. Cui dicto cõſonare videt quod ſcribit hic Rabbi Paulus, dicens: Licet Hebræi cõmu- R. Paul⁹
niter dicant,ꝙ anno ſeptimo debita totaliter remittebant, ita ꝙ nec poſtea exigi poterant,
hoc tamẽ non videt conſonũ rationi. Sic eñ ſi mutuaſſet aliquis alteri anno ſexto,vel in ter
mino eius, non potuiſſet illud poſtea exigere,quod videt contra iuſtitiæ æquitatẽ. Nec dici
poteſt,ꝙ remiſſio iſta intelligat quãtum ad impotentes ſoluere,vt poſtillator(videlicet Ly
ra)videt dicere,tum quia ſcriptura hæc loquit indifferenter, tum quia ab impotẽte ſoluere
nõ ſolũ anno ſeptimo,ſed etiã alijs annis nõ fuit repetendũ. ideo aliter videt eſſe dicẽdum,vi
delicet ꝙ anno ſeptimo nõ licebat repetere debita,qm̃ ſeptimus annus,fuit annus remiſſiõis
terræ,in quo nõ licuit ſeminare,vindemiare, nec fructus terræ colligere, ſed oĩa quæ ſponte
naſcebant,erãt cõmunia,vt habet in Leuitico. Idcirco tunc debuit ceſſare exactio debitoꝝ,
ceſſante collectiõe fructuũ atq; redditũ: ſed ſabbato terræ.i. ſeptimo anno trãſacto,cũ iam Leui. 25.
poterãt terras colere,& fructus ſuos vnuſq́ſq; colligere,licuit repetere debita,& debitor red
dere tenebat,cũ reſtitutio ptineat ad verã iuſtitiã. Hæc R. Paulus. Et q̃uis hoc dictũ videat
ſatis conſonũ rationi,non tñ textui neq; doctoribus allegatis. Nec obiectio Pauli tenet,qm̃
dñs promittit mutuanti,& ſeptimo anno debitũ remittẽti,benedictionẽ ac præmiũ. Poſtre
mo ꝙ locus iſte intelligẽdus eſt quãtum ad pauperes,prout Lyra inſinuat,ſatis(vt apparet)
in textu innuit,quia ſic cõtinet: Si vnus de fratribus tuis ad paupertatẽ venerit, dabis ei mu-
tuum,quo eum indigere pſpexeris. deinde ſubiungit: Caue ne forte ſubrepat tibi impia co-
gitatio,& dicas: Appropinquat annus remiſſiõis,& auertas oculos à paupere fratre tuo,no
lens ei mutuũ cõmodare. Quãuis aũt ab impotente ad ſoluendũ,nõ erat importune repeten-
dum, non tñ oportuit ei remitti oĩno ante ſeptimũ annũ, ſed poterat interim expectari an
fieret potens ſoluere: quo facto,debitũ exigi poterat. Sequit: [Et oĩno indigens & mendicus
non erit inter vos].i. hoc iubeo,vt ita inuicẽ ſuccurratis,& veſtra cõmunicetis his,qui ꝓpria
bona nõ habent, vt nemo de ſemine veſtro opprimat inopia, aut mendicare cogat, ne ſ. tali
occaſione ad gentiles declinet vel idololatris obſequat, aut furtum ſeu ſimile vitiũ incidat.
Iſtud quoq; tunc congrue iubebat, qñ cultoribus Dei temporaliũ abundãtia ꝓmittebatur.
Hinc etiã innoteſcit, ꝙ temporalis proſperitas nõ fuit principale præmiũ obſeruãtiæ legis:
alioquin Deus per ſeipſum cũctis obſeruatoribus legis,temporalẽ contuliſſet proſperitatẽ,
cum ipſe ſit iuſtus iudex & liberaliſſimus p̃miator. Hinc in Prouerbijs Sapiẽs orat: Mendici Pro. 30.
tatem & diuitias ne dederis mihi,ne forte ſatiatus illiciar ad peccãdum, aut egeſtate cõpul-
ſus furer, & periurẽ nomẽ Dei.[Fœnerabis gẽtibus multis,& ipſe à nullo* fœnus accipies].i. *mutuũ
ſi legẽ plene ſeruaueris,cunctis gẽtibus opulentior eris. ſic Gloſſa expoſuit, vel tantis eris di
uitijs decoratus,ꝙ poteris mutuãdo ſuccurrere,nõ ſolum natione Hebræis,ſed item gentili
bus. Porro fœnerare ſeu fœnerari,eſt idem quod mutuare vel mutuari, aut ad vſuram conce
dere ſiue accipere. Dicuntq́; aliqui probabiliter ſatis,ꝙ fœnerare nõ ſumit hic pro cõceſſio-
ne ad vſuram,quæ licet erat Iudæis pmiſſa circa extraneos, non tamen licita fuit in ſe,ſicut
nec libellus repudij,vt infrà magis dicetur: idcirco non poterat eis promitti pro mercede
virtutis ſeu obſeruantiæ legis,ideo fœnerare nunc ſumitur pro accõmodare. Vnde ſecũdum
Lyram in Hebræo habet, Vadiabis gentes multas.i. vadia ab eis accipies,quia non teneban- Lyra.
tur abſque vadio accommodare. Veruntamen ſicut iam tactum eſt, dici poteſt, quòd non

vſura,ſed opulentia eis promittiť. Qualiter aũt pmiſſum ſit eis ad vſurã accõmodare extra-
Deu.23. neis,infrà exponeťt & quia nõ ſolum promittebať eis excellentia diuitiaꝝ ſeu copia reꝝ,ſed
etiã principatus dominij,quod ad temporalẽ pertinet pſperitatẽ,ſubiungit: [Dominaberis
natiõibus plurimis,& tui nemo dominabiť.] hoc eſt,nullus gentilis,infideliſq; princeps aut
populus,ꝗd tẽpore Dauid & Salomonis præſertim impletũ eſt.[Si vnus de fratribus tuis].i.
quæcũq; perſona natiõe Hebræa, aut etiã ſecũdum quoſdã ad Iudaiſmũ conuerſa, [ad pau-
pertatem deuenerit,nõ obdurabis cor tuũ] per crudelitatẽ & immiſericordiã, [nec contra-
hes manũ] per auaritiã, [ſed aperies eã pauperi,& dabis mutuũ quo eũ indigere pſpexeris.]
nec hoc dimittes propter anni ſeptimi appropinquationẽ,ſicut in textu qui eſt planus,ſub-
iungiť:[Non deerũt pauperes in terra habitatiõis tuæ.] pauloañ iam dixit: Oĩno indigẽs &
mendicus nõ erit inter vos,quõ ergo nunc ait,Non deerunť? ſed illud dictũ eſt,vt in ſua pau
pertate non relinquanť: iſtud vero,ꝙ ex ſe inopes erunt & ſubſidijs indigentes, quoꝝ vnum
alteri non contrariať. [Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus.] Locus iſte vſque ad
Exod.21. id,De primogenitis tuis,in Exodo literaliter ſpũaliterq; expoſitus eſt. [De primogenitis tu
is quæ naſcunť in armentis & ouibus tuis,quicqd eſt ſexus maſculini, ſanctificabis dño Deo
tuo.] Iſtud frequenter præhabitum eſt. Primogenita nãq; animalium immolatitioꝝ erant
Exo.12. dño offerenda,qui ea ſibi ſanctificauit,hoc eſt,immolanda dictauit,ab eo tempore,quo per-
cuſſit omne primogenitum in Aegypto. Primogenita aũt animalium non immolatitioꝝ
redimebanť aut occidebanť, quia pro primogenito aſini, ouis dabať. Primogenita canum
interficiebanť.[Non operaberis in primogenito bouis].i.primogenita boum non applica-
bis vſibus aut vtilitatibus tuis ad tempus,antequã immolenť.[& non tondebis primogeni-
ta ouium,]ſed cum lana ſua offeres ea Deo.Similiter oues quę pro primogenitis aſinoꝝ offe
rebanť,erant offerendæ cum lana:quia in Dei obſequio & in ſacrificijs eius nequaquã tena-
cia eſt monſtranda,ſed liberalitas exhibenda, ipſiq; ſacerdotes, ad quos oblationes Dei per-
tinuerunt, ſic indigebant lana pro veſtitu,vt carne pro victu. [In conſpectu dñi Dei tui co-
Deu.12. medes ea] iuxta expoſitionem ſuperius introductã. [Sin aũt habuerit maculam, &c.] Iſtud
Ibidem. totum ſuprà contineť,& ibi expoſitum eſt. ¶Myſtice,ſeptimus annus remiſſionis,eſt oẽ
tempus euãgelicæ legis, in quo ſeptem donis Spũſſancti replemur. Vnde in Eſaia loquitur
Eſaię 61. Chriſtus:Spiritus dñi ſuper me,vt prædicarem annum placabilẽ dño.In omni igiť tẽpore vi
tæ præſentis debemus remittere,quicquid iniuriæ nobis fuerit irrogatum,non ſolum vſq; ſe
Matt.18. pties,ſed vſq; ſeptuagies ſepties,ſumendo numeꝝ finitũ & determinatũ pro indeterminato,
& hoc maxime amicis,proximis,& fratribus noſtris,videlicet Chrifidelibus,qui de ſuo do-
lent exceſſu,& veniam deprecanť, atq; ad emendandũ & ſatiſfaciendum exponunt ſe iuxta
Matt.5. Chriſti doctrinã,dicentis:Si offers munus tuũ ad altare,vade prius recõciliari fratri tuo &c.
Quibus dimittere debemus,quãtum in nobis eſt non ſolum culpam,ſed & ſatisfactionem,
Marc.11. ſeu pœnam exceſſus eoꝝ in nos,quia annus remiſſionis eſt dñi,hoc eſt,tempus legis euange
licæ,quã docuit Chřs,q iuſſit inimicos amari,taliõiſq; legẽ euacuauit,& dixit:Si nõ remiſe
Matt.6. ritis fratribus veſtris, nec pater veſter cæleſtis dimittet vobis peccata veſtra. A peregrino &
aduena exiges,i.ab his qui ab obſeruantia præceptoꝝ Chriſti extranei ſunt,qui nec veniam
petunt,nec emendationi exponunt ſe,debitam ſatisfactionem pro iniuria tibi illata ſecun-
dum ordinem iuris exigere potes,immo & debes,dum charitas & bonum commune requi-
runt hoc,quod ex dilectione & zelo iuſtitiæ,nõ ex rancore,paſſione, aut vitio eſt agendum,
quatenus impius in ſeculo hoc purgetur & reprimať à vitijs, & decor ſeruetur iuſtitiæ,nec
pax communis turbeť. Omnino indigens & mendicus non erit inter vos, hoc eſt,ſi euange-
licæ legi perfecte obedientes fueritis,ſpirituali opulentia veſtræ animæ replebunť,ita vt ni
1.Cor.1. hil vobis deſit in vlla gratia. Sicq; fœnerabit qui talis eſt, Gentibus multis: quoniam cha-
Deut.15. riſmata gratiæ ac doctrinæ ſibi collata,alijs communicabit,à quibus tali communicatione
iuuari non indigebit.Hinc pſtãtiſſimus archiapoſtolus exhortať: Vnuſquiſq; ſicut accepit
1.Pet.4. gratiam,in alterutrum illam adminiſtrãtes,ſicut boni diſpẽſatores multiformis gratiæ Dei.
¶Inſuper, tam virtuoſus dominabitur nationibus plurimis, hoc eſt, vitijs mortalibus,eo-
rumq; filiabus atque effectibus, & omni carnali homine dignior erit, atque idoneus pluri-
Prou.4. mos gubernare,iuxta quod Salomon teſtatur:Intelligens,gubernacula poſſidebit. ¶Deniq;
ſi eccleſia Chriſto digne ſeruiret,perfidis vtiq; nationibus præualeret. Amplius,ex iſto capi
tulo edocemur,ꝗ proni & charitatiui debeant eſſe Chriſtiani ad mutuam ſubuẽtionem in
dando ac mutuando,cum lex Chriſti ſit multo perfectior lege Moſis.Propter quod ait ſan-
1.Ioã.3. ctus Euangeliſta Ioannes: Si quis viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera
Lucæ 6. ſua ab eo,quomodo charitas Dei manet in illo? Hinc ait Saluator: Omni petẽti te tribue,&
mutuum date,nil inde ſperantes:quod nihilominus cum diſcretione agẽdum eſt, opportu-
noq; loco & tempore, dum rationabilis dictat cauſa, cum in Eccleſiaſtico ſcriptũ ſit: Multi
Ecci 29. nõ cauſa nequitiæ nõ fœnerati ſunt,ſed qa fraudari gratis timuerunt. Salomon ꝗq; fatetur:
Ho-

Homo ſtultus plaudit manibus,cum ſpopõderit pro amico.Et rurſus: Si ſpopõderis ꝓ ami Pro. 17.
co,curre,feſtina,ſuſcita amicũ tuũ. ¶Poſtremo,oẽ primogenitũ cõſecrandũ eſt dño.i.qc- Pro. 6.
quid in oĩ cõuerſatiõe noſtra virtuoſius laudabiliuſq; cõſiſtit, aſſcribendũ eſt pietati diui-
næ.In primogenito ꝗq; bouis nõ eſt operandũ,nec primogenita ouiũ ſunt tondẽda.Per bo-
ues quippe ꝑlati,necnõ prædicatores intelligunť,qui verbo Dei & authoritate cõceſſa,audi
entiũ corda aperiunt grę Dei,& ea fœcundãt:quoꝝ primogenita ſunt,qui ſtatim ſeu primo
ab ipſis cõuerſi ſunt,qbus nõ eſt ſtatim vtendũ ad informationẽ aut ꝑſidentiã alioꝝ,ſed prę-
ſtolandũ quouſq; fuerint rite in oĩ virtute exercitati,ac deſup illuſtrati,vt vita,ſcientia,ac
ætate idonei ſint.Propter ꝗd de eligẽdo in ꝑſulem ait Aplus: Non neophytũ,ne in ſupbiam
elatus,in iudiciũ incidat diaboli.Primogenita ouiũ ſunt, q inter ſubditos ꝑfulgent virtuti- 1.Tim.3.
bus,vel qui exemplis,verbis,aut precibus ſubditoꝝ bonoꝝ cõuerſi ſunt,qui nõ ſunt tõden-
di,hoc eſt,fructu ſuæ laudabilis vitæ priuãdi,& ꝑ ſcãdala aut ꝑ incauta ꝑconia,vel ꝑ debitę
correptiõis ac correctiõis ſubtractionẽ. Tales nãq; nouellæ plãtæ faciliter ſcãdalizanť,incau-
tiſq; laudibꝰ extollunť,& niſi diligẽter atq; aſſidue informenť,caſtigenť ac dirigant,cito ex-
orbitant atq; deficiunt.Cæteroꝝ ſpiritualitates præallegatis capitulis ſunt conſcriptæ.

¶Declaratio lřalis cap.XVI.Obſerua menſem nouaꝝ frugum. Art. XVII.

CAeremonia lia quędã præcepta nũc repetunť,puta de obſeruãdis feſtis legalibus,alijſq;
nõnullis:& primo fit mẽtio de ſolẽnitate paſchali.[Obſerua mẽſem nouaꝝ frugũ].i.
aduentũ primi menſis anni conſidera,qui apud Hebręos diciť Niſan,& apud Latinos
Martius ſeu Aprilis,ſecundũ modum & ſenſum frequenter ꝓhabitũ.Ab illo etenĩ menſe in-
choant annũ Iudæi, in quo menſe ſecũdum ꝑinductas allegatiões in terra ꝓmiſſiõis fuit tũc
inceptio meſſis, quãuis aliqui dicãt, ꝙ tũc nondũ fuit ibi meſſiũ tẽpus,ſed appropinquatio
ad maturitatem,ita ꝙ in quadã parte terræ illius aliquæ ſpicæ erant maturæ: ꝗd nec textui,
nec Gloſſæ,nec authoritati Hieronymi,nec magiſtri in hiſtorijs conſonat,qa non ſolũ hic, Hieroñ.
ſed & alibi ſæpe ſcriptura vocat menſem illum, menſem nouaꝝ frugum ſeu meſſium,ſiqui
dem in Leuitico ſcriptũ eſt: Cum ingreſſi fueritis terrã quã ego dabo vobis, & meſſueritis Leui.23.
ſegetẽ,feretis manipulos ſpicaꝝ primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotẽ:certumq; eſt,ꝙ illa ob-
latio fiebat in craſtino paſchæ,ſecundũ expoſitores cõcorditer.[& verni primũ temporis].i.
menſem præfatum, qui eſt primus menſis in vere,quod ver eſt prima pars anni iuxta He-
bræos,[vt facias phaſe dño].i.ad Dei honorem celebres paſcha.[immolabiſq; phaſe domi-
no Deo tuo.]Per immolationem phaſe,intelligiť hic non ipſa paſchalis agni oblatio,ſed ſa
crificium quod ex alio Dei præcepto offerebať azymoꝝ diebus ꝑ totã paſchæ hebdomadã.
Attamen quidã hic ſcribit,ꝙ iſtud intelligať de alijs ſacrificijs,quæ offerebanť à perſonis ſin
gularibus ex deuotione,quæ non cadebãt ſub determinato numero, qa in talibus cuilibet
permittebať ſuam facere voluntatem. Veruntñ iſtud non videť idonee dictũ, cum dñs præce
ptiue hic dicat:Immolabiſq; phaſe.Atq; in codice Numeroꝝ iſtud ſacrificium paſchale iu- Num.28.
betur,& quãtum ad numeꝝ reꝝ immolandaꝝ determinať,cũ diciť:Offeretis incenſum ho-
locauſtum dño,vitulos de armento duos,arietẽ vnum,agnos anniculos ſeptẽ,& hircum pro
peccato,&c.& ſubdiť ibi: Ita facietis per ſingulos dies ſeptem dieꝝ. ſic itaq; immolabis [de
ouibus & de bobus, in loco quẽ elegerit dñs].i. in vrbe cultus diuini & in atrio tẽpli. [Non
comedes panẽ fermẽtatum.Septẽ diebus comedes abſq; fermẽto panes afflictionis].i.azy-
mos panes,qui vocanť panes afflictionis,quia commemorabant & repræſentabãt afflictio-
nem filioꝝ Iſrael in Aegypto.Propter quod ſubdiť:[quoniã in pauore egreſſus es de Aegy-
pto.] quia & ipſi filij Iſrael nondum pfecti in fide, cum timore exierunt Aegyptum,cogen-
tibus eos Aegyptijs ad exeundum velociter. Aegyptij quoq; timebant plagari à Deo,dicen
tes:Omnes moriemur.Porro ſecũdum Lyrã,in Hebræo habeť, ꝙ ſubito vel feſtinãter egreſ Lyra.
ſus es,ſed potius puto,verbum iſtud Hebraicũ ad pauorẽ & feſtinationẽ eſſe æquiuocum: &
beatum Hieronymũ aptius tranſtuliſſe,in pauore:quàm ſi tranſtuliſſet,in feſtinatione:quia Hieron.
quod ait,in pauore, magis exprimit cauſam dicti pręmiſſi quod dixit,comedes afflictionis
panem.[Non poteris immolare phaſe in qualibet vrbium tuaꝝ.] Hic per immolationem
phaſe deſignať oblatio agni paſchalis, qui offerebať in vrbe diuini cultus, vbi tabernaculũ
Dei fuit,aut templũ in quo nomẽ dñi.i.ipſe dñs habitabat, nõ per circũſcriptionẽ localem,
ſed per gratioſum ac ſpecialem effectũ,& q colebať ibidẽ per ſacrificia & oratiões,& poterat
in qualibet domo vrbis illius offerri, in qua erant pſonæ ad eſum agni ſufficientes. Expoſi-
tioni huius textus non immoror,quoniam ſup Exodum,Leuiticũ,Numerorumq; librũ,in
diuerſis capitulis ſcripta ſunt multa de iſta materia & feſtiuitatibꝰ iſtis.[Immolabiſq; pha-
ſe veſpere ad ſolis occaſum,quãdo egreſſus es de Aegypto.] Non ꝙ de veſpere exierũt Aegy
ptum, idcirco quod ait, quando, intelligendum eſt.i. quo tempore,vtpote mane ſequente.
[Maneq; conſurgens,vades in tabernacula tua.] Hoc dicitur de his,qui ex alijs vrbibus vene
runt ad ciuitatẽ diuini cultus, in qua remanere tenebanť tota qntadecima die mẽſis primi,
quæ

quæ dies fuit prima & celeberrima dies feſti paſchalis,& die ſequẽte poterãt redire ad pro-
pria. qui tñ volebãt,poterãt ex deuotiõe per totã hebdomadã feſti manere ibidẽ. idcirco q̊d
ait,Mane cõſurgẽs &c. ꝑmiſſio & licẽtia eſt,nõ ꝓceptũ. [Sex diebus comedes azyma.] in Exo
do legit: Septẽ diebus azyma comedetis. Quicũq; comederit fermẽtatũ, peribit anima illa
Exo. 12. de Iſrael à primo die vſq; ſeptimũ: quo cõſtat ꝙ ſeptẽ diebus azymos panes edere tenebant.
Cur ergo nũc dr̃,Sex diebus comedes azyma? Reſpõdet ꝙ numerus minor maiorẽ non ex-
cludit,imo in maiori includit,& q̃a de ſeptimo die Paſchæ ſubiungit, [& in die ſeptima (q̃a
collecta eſt dñi Dei tui) non facies opus] ſeruile. Septima nãq; dies,ſicut & prima,celeberri-
ma fuit, propter q̊d & in azymis panibus expendẽda. dicebaturq́; collecta dñi,vel quia in ea
pariter reponebant in receptaculis templi ea,quæ erant per dies illos feſtiuos oblata in ſa-
cro loco,puta pecuniæ: vel quia tunc colligebant eleemoſynæ aliquę in pauperum vſus aut
ſimili ratione. Sequit de ſolennitate Pentecoſtes: [Septẽ hebdomadas numerabis tibi ab ea
die,qua falcem in ſegetẽ miſeris]. i. à tẽpore quo cõmuniter cœperat meſſis in terra ꝓmiſſio
nis,quæ calida eſt,& terrænaſcentia cito maturat,nõ tamen in ipſo die Paſchæ opus meten-
di cœperunt. [& celebrabis diem feſtum hebdomadaꝝ] ſcilicet Pentecoſten, q̃ ſeptẽ hebdo
madib⁹ poſt primũ Paſchæ diẽ euolutis celebrat, de qua ſolennitate & hebdomadaꝝ iſtaꝝ
Leui. 23. numeratione,dictum eſt plenius in Leuitico & in Numeris, vbi & de ſacrificijs eiuſdẽ ſolen
Nũe. 28. nitatis tractatum eſt. [oblationem ſpontaneam manus tuæ quam offeres]. i. tale voluntariũ
& ſupererogationis ſacrificiũ celebriter obſeruabis,quod tunc fieri conſueuit: Vel qm̃ nul-
lum ſacrificium complacet Deo,niſi voluntariũ & deuotionale cõſiſtat,vnumquodq; ſacrifi
cium ſpõtanea poteſt oblatio nuncupari. [& epulaberis coram dño Deo tuo]. i. cũ ſpũali iu
cunditate reficieris cũ ſobole atq; familia tua,alijſq́; ꝑſonis quæ exprimunt in litera in ciui-
tate cultus diuini,in qua hac ſolennitate oẽs cõueniebãt, niſi diſpenſatiue ſupportarent, vt
infrà habet. ¶Præterea,ſi quod dictum eſt,Septẽ hebdomadas numerabis à die qua falcem
in ſegetẽ miſeris,intelligat de certa determinataq́; die,obſeruari nõ potuiſſet ad literam. Nõ
eñ vniuerſi in Iſrael cœperunt eodẽ die hoc agere. De ſpũali autẽ intellectu nõ curant He-
bræi, ideo ait Hieronymus ꝙ neq; ad literam, neq; ſecundum ſpiritum Iudæi cuſtodiunt
Hieron. hoc præceptum. Tunc eñ,videlicet ſi ad literã id ſeruarent,non eodem tẽpore fieret Pente-
coſte,quoniam alijs citius,alius tardius metuunt,ſecundũ ſitum regionum ſuarũ. Hinc vt in
Scholaſtica fertur hiſtoria,quidã dixerunt,vnumquẽq; agricolam à prima die meſſiõis ſuæ
quinquaginta dies cõputaſſe,atq; in ea ſibi ac ſuis epulũ exhibuiſſe,ac diem egiſſe feſtiuum,
nõ Pentecoſtẽ legalẽ,ſed celebritatẽ pro oĩbus ſuis iam cõgregatis. Hæc quoq; tãgit Augu-
ſtinus: Si ab vniuerſo,inquiẽs,populo hæc Pentecoſte iuſſa eſt obſeruari,nunq̃d credendum
eſt, dñm ꝓcepiſſe vt oẽs vna die mitterẽt falcẽ in meſſem? Si aũt ſibi quiſq; obſeruat q̃nqua-
geſimã iſtã,nõ eſt vna populo vniuerſo feſtiuitas iſta. Illa vero eſt vna,quę cõputat ab immo-
Auguſt. latione Paſchæ vſq; ad diem datæ legis in Sina. Hæc Auguſtinus. [Solẽnitatẽ quoq; taberna-
culoꝝ celebrabitis ꝑ ſeptẽ dies] Locus iſte in Leuitico expoſitus eſt. [Tribus vicibus ꝑ annũ
apparebit omne maſculinũ corã dño:] hoc eſt,tu ipſe cũ ſobole tua ſexus maſculini ter quo-
libet anno venies ad vrbẽ,in qua tabernaculum Dei eſt,vtpote in tribus ſolennitatibus me-
moratis. Veruntñ cum habitãtibus multũ remote ab vrbe illa,diſpenſabat,ita ꝙ non niſi in
Leui. 23. Paſcha,ibi apparere obligabant: immo aliq̃ dicunt,ꝙ indulgebat eis,vt nõ niſi ſemel in tri
Nũe. 29. ennio venirẽt in paſcha. [Non apparebit ante dominũ vacuus,ſed offeret vnuſquiſq; ſecun-
dum quod habuerit,iuxta benedictionẽ dñi Dei ſui quam dederit ei:] hoc eſt,in præfatis tri
bus feſtiuitatibus vnuſquiſque iuxta ſuam facultatẽ aliquid offerat Deo in loco ſacro, etiã
vltra præcepta in lege ex ſpeciali deuotione ad reuerẽtiam feſti, immo Dei in feſto. Sequit
de q̃buſdã præceptis iudicialibus,quæ ſecundum Alexãdrum & alios, ſunt determinationes
præceptoꝝ moraliũ ſecundæ tabulæ,exprimẽtes modum ſeruãdi iuſtitiã inter proximos in
conuictu ciuili. [Iudices & magiſtros cõſtitues in oĩbus portis tuis]. i. tu popule Iſrael proui-
de,vt in porta cuiuſlibet vrbis tuę ſedeant quotidie iudices & magiſtri,ita vt ipſi iudices ſint
etiam magiſtri. i. periti in lege,ſciantq́; iura patriæ inſtituta, atque idonei ſint inſtruere ac-
cedẽtes,qui ſedebant in porta,vt omnibus pateret ad eos liber acceſſus, & cito expedirẽtur,
quod eſt cõtra iudices,q̃ faciliter ſe abſentãt,nimiumq́; ꝓtrahũt iuris ſentẽtiã, ſicq́; labore,
ſumptu ac tædio proximos grauãt,quod eſt cõtra ius naturæ atque diuinũ. [vt iudicẽt popu
lum iuſto iudicio] tanq̃ miniſtri ac vicarij æternæ & increatæ iuſtitiæ. [nec in alterã partem
declinẽt,] hoc eſt,nullo modo à rectitudine æquitatis ac veritatis recedãt,nec vnã partẽ præ
alia palpẽt,nec nimis rigoroſi,nec nimis remiſſi exiſtant,ſed ꝑ diſcretionẽ contẽperẽt miſe-
ricordiã atque iuſtitiã. [Nõ accipias ꝑſonã] vt priuato amore aut odio mouearis ad aliquẽ,
ſed cauſam ſynceriter inſpice. [nec munera:] Hoc iudicibus iubet, ne imminẽte iudicio, à
partibus accipiant dona ſeorſum: per quod inter cætera mala inde ſequentia, præſtat mala
audacia ei qui cõtulit munus,& res illa ſpeciẽ habet mali, mẽtemq́; iudicis inficit,corrũpit,
&

& inordinato flectit amore ad dantẽ. Cupiditas quoq; per munera generat aut fouet,quæ fa
cit rationẽ à medio virtutis recedere. ideo ſubdit: [quia munera excæcãt oculos ſapientum]
qui ſ. ante muneꝝ acceptionẽ fuerãt ſapientes,ſed per munera ſeducunt, & fiunt inſipiẽtes.
[& mutãt verba iuſtoꝝ] ita ꝙ qui ante proferebant verba iuſtitiæ, incipiunt loqui iniuſte,
& falſa proferre iudicia. Lingua eñ eſt inſtrumentum intellectus ſpeculatiui, ſicut manus
practici: & qualis vir,talis & ſermo: atq; vt Chriſtus diſſeruit,Ex abundãtia cordis os loqui- Mar. 12.
tur. De hac materia dictum eſt plenius in lib. Leuitici & Exodi,& ſuprà caplo primo. Vnde Leui. 19.
Eccleſiaſticus loquit: *Xenia & dona excęcãt oculos iudicum,& quaſi mutus in ore auertit Exo. 23.
correptiões eoꝝ. [Iuſte q̊d iuſtũ eſt,ꝑſequeris:]. i. modus & mediũ proſequendi ac exequendi Ecci 20.
iuſtũ negociũ,bonũ actũ,iuſtamq́; cauſam,debent eſſe ordinata atq; legitima,vt ſecundũ iu
ris ordinẽ procedat,& cauſa primo ponat,ac vtraq; pars audiat, examinẽturq́; teſtes,ac ve-
ritas debite inquirat, ſicq́; tam iudices q̃ partes iuſte ſe habeant in faciendo quod ad eorum
pertinet vnumquẽq;. Ex qua authoritate Thomas ſuper 4. Sententiaꝝ declarat, ꝙ in ſacris
ordinibus cõſtituti,peccẽt mortaliter exequẽdo officia ſua indigne,hoc eſt,exiſtẽdo in mor
tali peccato. Gregorius quoq;: Iniuſte,inquit,q̊d iuſtũ eſt exequit,qui ad defenſionẽ iuſtitiæ Gregor.
nõ virtutis amore,ſed affectu tẽporalis ꝓmij excitat,& iuſtitiã quã ꝓtendit,vendere nõ veret.
¶Deniq; quicũq; propria authoritate iniuriã ſuã aut ſuoꝝ vlciſcit, aut paſſionate & impe-
tuoſe procedit aut rectã intentionẽ nõ habet,etiã ſi iuſtam habeat cauſam,tñ quod iuſtũ eſt
iniuſte exequit. Iuſte ergo,charitatiue,prudẽter,q̊d iuſtũ eſt ꝓſequeris. [vt viuas per gratiã
in tẽpore,& per gloriã in æternitate:] q̃a vt Salomon loquit, Eſt via quæ videt homini bona,
ſed nouiſſima eius ducũt ad mortẽ. [Nõ plãtabis lucũ & oẽm arborẽ iuxta altare dñi Dei tui] Pro. 14.
Idololatræ quippe,qui idola ſua in locis coluerunt amœnis & in locis excelſis,vbi & venerea
exercebãt, cõſueuerunt in talibus locis lucos arboreſq́; plantare, quatenus in ſupſtitionibus
atq; ſpurcitijs ſuis amplius delectarent. Ideo iuſſit dñs talia à locis ſibi cõſecratis & à ſuis cul
toribus remoueri. Quæ eñ participatio luci ad tenebras? aut quæ cõuẽtio fideli cũ infideli?
aut quis cõſenſus templo Dei cũ idolis eſt? [Nec facies tibi atq; cõſtitues ſtatuã,quæ odit dñs
Deus tuus]. i. imaginẽ ſeu idolũ tibi nõ formes nec erigas ad colendũ,immo nec habeas, q̃a 1. Theſ. 5.
ab omni ſpecie mali eſt abſtinẽdum. Per hoc tñ imagines eccleſiæ ac ſanctoꝝ nõ reprobant.
¶Præterea circa ꝓhabita aduertẽdum, q̊d Ioſephus ait: Septẽ iudices eligebant in ciuitati- Ioſe. lib.
bus ſingulis, virtute ac ſtudijs iuſtitiæ exercitati, & vnicuiq; eoꝝ dabant duo miniſtri de ge 4. an. iu.
nere Leuitarum,teſtimonium mulieꝝ non admittebãt propter leuitatem earum,neque ſer cap. 6.
uorum propter animi ignobilitatem, ex qua faciliter quibant corrumpi timore aut lucro.
¶De ſpiritali hui⁹ cap. ĩtelligẽtia tot dicta ſunt ſup tres libros ꝓcedẽtes,vt nil videat addẽdũ,
ſed caueamus ne in cõſpectu dñi Dei noſtri vacui appareamus. i. ne vnq̃ ocio locum demus,
aut negligẽtiæ vel torpori,ſed fructuoſe om̃e tempus expendere enitamur,nec diſtracta va-
naq́; mente corã Deo aliq̃n ſtemus,immo vnuſquiſq; iuxta dona ſibi cõceſſa, & iuxta quod
Deus paratus eſt eum iuuare,ſtudeat Deo offerre obſequium vitæ deuotæ, ſacrificiũ laudis,
orationes, meditationeſq́; ſanctas,& omnium obſeruantiam præceptorum.

¶Explanatio literalis cap. XVII. Non immolabis dño Deo tuo bouem & ouem in quo eſt macula. Et de diuiſione iudicialiũ præceptoꝝ. Art. XVIII.

AD intelligẽdum ꝑfectius dicta atq; dicenda,pẽſandum, q̊d in prima ſecũdæ, quęſt. 105.
aſſerit S. Thomas: Cũ lex ſit quædã ars vitæ humanæ inſtituẽdæ ac ordinãdæ, ſicut in
vnaquaq; arte eſt certa diſtinctio regulaꝝ artis, ita oportet in vnaquaq; lege eſſe cer-
tam ꝓceptoꝝ diſtinctionẽ: aliter eñ ipſa cõfuſio vtilitatẽ legis auferret. Hinc præcepta iudi
cialia veteris legis, per quæ homines ad inuicẽ ordinant, diſtinctionem habent,ſecũdum di
ſtinctionẽ ordinationis humanæ. Quadruplex aũt ordo inueniri poteſt in populo. Vnus ſu-
perioꝝ ad ſubditos,alius ſubditoꝝ ad inuicem,tertius populi ad extraneos,quartus ad do-
meſticos,ſicut patris ad filiũ,mariti ad coniugem,& dñi ad miniſtros. Et ſecũdum hos qua-
tuor ordines diſtinguunt iudicialia veteris legis ꝓcepta. Dantur eñ quædã præcepta de inſti
tutione principum ac iudicum & officio eorundẽ, & de reuerẽtia eis exhibenda, & hæc eſt
vna pars iudicialium ꝓceptoꝝ. Dantur etiã ibi quædã præcepta ꝑtinentia ad cõciues ad in-
uicem,videlicet circa emptiones,venditiones,pœnas atq; iudicia,& hæc eſt ſecunda pars iu
dicialium ꝓceptoꝝ. Dantur quoq; ibi ꝓcepta pertinentia ad extraneos, puta de bellis & de
ſuſceptione peregrinoꝝ ac aduenaꝝ,& hæc eſt tertia pars ꝓceptoꝝ illoꝝ. Dãtur item ibi ꝓ-
cepta ad domeſticã conuerſationẽ ſpectãtia, ſicut de ſeruis & filijs atq; vxoribus,& iſta eſt q̃r
ta pars iudicialium ꝓceptoꝝ. Hæc Thomas. Itaq; in principio hui⁹ cap. ponit cęremoniale
præceptũ frequenter præhabitũ,quod aliqui dicunt ad ꝓcedens ꝑtinere cap. [Non immola-
bis dño bouem & ouem,in quo eſt macula aut quippiã vitij]. i. nullum animal monſtroſum,
deforme ac languidũ. [q̃a abominatio eſt dño Deo tuo.] Animal tale ſecundũ ſe nõ eſt abo-
minabile Deo,q̃ nihil odit eoꝝ quę fecit,nec aliquid in ſuis creaturis ꝓprie deteſtat,niſi pec
catũ:

catum: ſed abominabile eſt Deo, ꝙ talia viliora ſibi offerant cõtra eius pceptũ, cum ei tanq̃
ſupdigniſſimo creatori, ac munificẽtiſſimo dño, meliora ſint immolãda, in ſignũ & pteſtatio
nẽ ac reuerẽtiã excellẽtiæ ac munificẽtiæ ſuæ: ppter q̃d myſtice rephendunt aliq Chriani, q
ſi habuerint aliquã prolẽ monſtroſam, deformẽ, atq; ad mundũ prorſus inutilẽ, hãc offerũt
vel potius exponũt Deo in clauſtro, non tñ ex vera deuotiõe, ſed magis ex cupiditate vel ela
tione. Sobolẽ vero ſeculo aptã, nõ ſolũ nõ offerũt Deo, immo potius à religiõis ingreſſu im-
pediunt, aut ingreſſam p viribus retrahũt: idcirco ingrati ſunt Deo ac impij. [Cum'q; reper
ti fuerint vir aut mulier q faciãt malũ in cõſpectu dñi, vt vadãt & ſeruiãt dijs alienis, & ado-
rent eos, ſolem & lunã & oẽm militiã cæli &c.] Textus planus eſt & plixus, ſentẽtialiter'q; p-
habitus: qm̃ ſenſus eſt, ꝙ quæcunq; pſona ex Iſrael idololatriã fecerit aut alteri ſuggeſſerit,
poſt inquiſitionẽ ſeu cognitionẽ de hoc, ducenda ſit ad portã ciuitatis in qua morat, vel ad
cuius forum ac fines ptinet, vt ibi per iudices cõdemnet. [In ore]. i. p atteſtationẽ [duorũ aut
triũ teſtiũ peribit]. i. iudicabit morti, [qui interficiet.] qa vt dictũ eſt, in ore duorũ vel trium
Nũe. 35. teſtiũ ſtabit om̃e verbũ. De cuius rei intellectu ac rõne, dictũ eſt plenius in Numerorũ libro.
Nempe nõ quicũq; ſunt ad perhibendũ teſtimoniũ admittẽdi. Teſtes q̃q; ſunt diligẽter ex-
aminandi. ¶Circa hæc ait Gloſſa: Lex idololatriã maxime deteſtat. Maximũ enĩ ſcelus eſt,
honorẽ creatoris impendere creaturis: q̃d faciunt idololatræ & mali Chriani, qui licet per fi
dem in eccleſia maneãt, magis tñ inueniunt per diuerſa vitia ſeruire diabolo, q̃ per opa bo-
na militare Deo. Præterea aduertendũ ꝙ in textu hoc dictũ eſt, Vt vadant & ſeruiãt dijs alie-
nis, & adorẽt eos, ſolem & lunã, & oẽm militiã cæli. ¶Circa q̃d quęri poteſt, qd per militiam
cæli intelligat. De hoc Guilhelmus Parrhiſiẽſis ſcribit libro de fide & legibus: Neceſſe habe
mus declarare quæ ſit militia cæli, quã decepta coluit quondã antiqtas, & adhuc multæ na-
tiones aquilonaris Barbariæ colunt. Quia igit nomẽ militiæ, de cælis vel ſtellis aut luminari
bus valde improprie atq; extranee acciperet, cõſequẽs eſt vt accipiat de ſubſtãtijs ſpũalibus.
Non enĩ veriſimile eſt, ꝙ diuinũ cultũ impenderint ſubſtãtijs, quas pura ac mortua corpora
crediderunt, & in quibus nil ſpũalis virtutis eſſe opinarent. Hæc ergo militia ſecũdum illorũ
opinionẽ eſt, queãdmodũ ex libris magicis ac maleficis euidenter apparet multitudo ſpiri-
tuum. Poſuerunt nãq; vnicuiq; cælorũ ſpũs proprios pſidentes, aut ſeruiẽtes, & inibi habitan
tes. Eodẽ modo poſuerunt ſpũs pſidentes circulis planetarũ. ¶De hac materia proſequit ibi
Guilhelmus prolixe, & reprobat oẽm idololatriã talem. Veruntñ aduertendũ, ꝙ per militi-
am cæli, multi idololatræ atq; philoſophi intellexerũt planetas & orbes ac ſtellas, duodecim
quoq; ſigna zodiaci. Nam & corpora cæleſtia poſuerunt animata, & intellectualis eſſe natu-
ræ magis pfectæ q̃ hoĩes, cuius opinionis fuerunt Plato & Ariſtoteles cũ ſuis ſequacibus. Vn
Plato. de & tertio de anima Ariſtoteles ſolẽ vocat patrẽ deorũ ac virorũ. Plato q̃q; in primo Timæi
Ariſtote inducit ſummũ Deũ ad orbes, planetas ac ſtellas loquentẽ: O dij deorũ, quorũ pater & opifex.
les. ego. Nam oĩa illa dixerunt militare ac deſeruire primæ cauſæ, ſummo'q; enti, à quo dixerũt
vniuerſum eſſe ac viuere deriuari, ipſum'q; eſſe primũ motorẽ in genere cauſæ finalis, ita ꝙ
oẽs inferiores cauſæ cæleſtes mouerẽt & agerent propter ipſum finaliter, & mouerent ab eo,
ſicut amãs & appetens mouet ab appetibili & amato. Porro Thomas in Sũma cõtra gentiles
affirmat, ad catholicæ fidei veritatem nõ attinere, ſiue corpora cæleſtia dicant animata, ſiue
non. Nam & Auguſtinus hocipſum ſup Geneſim ad literã & in ſuo Enchiridio relinquit ſub
dubio. Rabbi Moſes quoq;, & author libri de Cauſis, qui ſecũdum Albertũ fuit Iudęus, & Iu
dæi cõmuniter dicunt corpora cæleſtia eſſe aĩata. Quicquid aũt ſentiat de his, tñ ſacræ repu
gnat ſcripturæ, ꝙ colant & adorent vt dij, cum & ſuo motu pandãt ſe eſſe ſummi Dei mini-
ſtros. Deinceps docet, quando & qualiter appellãdum ſeu recurrendũ fuit ad principẽ ſacer-
dotum, ſeu ſupremũ populi iudicẽ. [Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe pſpexe
ris]. i. ſi videris ꝙ iudices cauſæ tuæ inter ſe nõ concordent, vel de veritate & æquitate dan-
di iudicij exiſtant ambigui, [inter ſanguinẽ & ſanguinẽ]. i. in iudicãdo an effuſio ſanguinis,
de qua habent iudicare, ſit punienda per mortem eius qui ſanguinẽ fudit, an non, eo ꝙ vna
pars iudicũ ſentit, ꝙ effuſio illa fuit homicidiũ voluntariũ, alia, ꝙ extitit caſuale, vel qm̃ du-
bitãt inde, eo ꝙ ex ppoſitis & pbatis nõ queãt ſufficiẽter diſcernere qd ſit verũ, vel [inter cau
ſam & cauſam]. i. inter cauſam actoris & inter cauſam rei, ita ꝙ vna pars iudicum iuſtificat
cauſam actoris, alia cauſam rei, ambigunt inde. [leprã & nõ lepram:] ita ꝙ vna pars iudicũ
iudicat infirmũ eſſe leproſum, alia ſentit oppoſitũ. Hinc ſubdit: [& iudicum intra portas tu-
as videris verba variari]. i. ipſos iudices qui ſunt in porta vrbis in qua habitas, vel ad cuius
pertines tribunal, videris diſcorditer aut dubie loqui. Iudices enĩ vrbiũ iudicabãt tam intra-
neos q̃ extraneos ptinentes ad ſuos fines. [Surge & aſſcende ad locum quẽ elegerit dñs]. i. ad
vrbem in qua templum eſt dñi. [Venies'q; ad ſacerdotes Leuitici generis] ſ. ad viros & legi-
timos ſacerdotes, & ad iudicem qui fuerit in illo tẽpore:] Per iudicẽ quidã intelligunt pon-
tificem, alij iudicem Iſraelitici populi ſecularem, ſicut poſt Ioſue leguntur iudices præfuiſſe
præ-

præter pontifices. [quæres'q; ab eis] diffinitiuam de tua cauſa ſententiã, aduerſario tuo con
tra te apparente, [qui indicabunt tibi] ſententialiter [iudicij veritatẽ, & facies quodcũq; di
xerint qui præſunt loco quem elegerit dñs] . i. eorũ ſententiæ acquieſces, [& docuerint te iu-
xta legem eius, ſequeris'q; ſententiã eorũ.] Circa q̃d ait Gloſſa: Non dicit tibi vt obedias, ni-
ſi docuerint te iuxta legẽ, ſequeris'q; eorũ ſententiã, quia non potes ab illis appellare, cũ ne-
mo in populo tuo ſit illis ſuperior. [Non declinabis ad dexterã vel ſiniſtrã]. i. ad nullũ extre-
morũ cõtrariantiũ veræ ſentẽtię iudicũ. Circa q̃d (vt refert Lyra) dicit Gloſſa Hebraica: Etiã
ſi dixerint tibi, ꝙ dextera tua ſit ſiniſtra, vel ecõuerſo, talis ſententia eſt tenenda: q̃d repro-
bat Lyra, qa ſentẽtia nulli⁹ hoĩs cuiuſcũq; ſit authoritatis, ſi cõtineat manifeſte falſitatẽ ſiue
errorẽ, ſeruãda eſt. Quæ reprobatio vera eſt, ſi Gloſſa illa Hebraica dicere velit, ꝙ talis ſentẽ
tia ſit tenẽda, ita vt ei mẽte conſentiat tanq̃ veræ & iuſtæ. Si autẽ vult dicere, ꝙ eſt tenẽda, ita
ꝙ pœna aut dãnũ ſentẽtiæ debeat patiẽter tolerari ab innocente, q nõ poteſt ad altiorẽ iudi
cẽ in hoc mũdo habere recurſum, poteſt ſaluari. Nã & Gregori⁹ ait, ꝙ ſiue iuſte ſiue iniuſte li Grego.
get paſtor, ſentẽtia eius timẽda eſt gregi. [Qui aũt ſupbierit, nolẽs obedire ſacerdotis impe
rio]. i. põtificis iudicio diffinitiuo aut iuſſioni, [ex decreto iudicis moriet homo ille:] nam
ppria inobedientia ſeu rebellione ſeipſum ſpiritaliter perimit, & morte infernalis miſeriæ
perire meret, atq; ſecũdũ legẽ fuerat occidẽdus. [& auferes malũ de Iſrael]. i. talia peccata nõ
dimittas inulta. [& tm̃ tranſgreſſorẽ] tolles ab alijs, ne viuẽdo diutius, inficiat alios. [cũctus'q;
populus] Iſrael [audiens] talem iniqui punitionẽ, [timebit, vt nullus deinceps intumeſcat
ſupbia.] Circa hæc cõſiderandũ, ꝙ in veteri teſtamento ante tẽpora regũ, & item poſt tem- 1. Reg. 1.
pora regũ, qñq; idem vir fuit iudex ſeu princeps & põtifex, ſicut Heli & poſtea Machabæi. 1. Mac. 4.
ſed tẽpore regũ erant diſtinctæ pſonæ, & etiã tẽpore Iudicũ vſq; ad Heli. Dum itaq; idem fuit
ſummus ſacerdos & iudex, fiebat ad eundẽ appellatio ſeu recurſus in quacũq; ardua cauſa in
caſibus præinductis. Cum autẽ officia illa erãt per pſonas diſtincta, erat refugiũ ad pontificẽ
in ſpũalibus cauſis, ad iudicem in tẽporalibus: in aliquibus vero pariter ad vtroſq;, qñ vide-
licet cauſa determinari nõ quiuit ſine amborũ cõſenſu, vt in ædificatione, reparatiõe'q; tem-
pli. Iſtud ius in eccleſia eſt ſeruãdum, ſecũdum Gloſſam. Hinc'q; cõſuetudo exorta eſt, ꝙ eccle
ſiaſtici iudices ac prælati appellãt ad dñm papã, à quo ſecũdum iura nõ appellat, immo nec
ſecundũ ſanctũ Bernardũ libro de cõſideratiõe, vbi etiã ait, ꝙ q̃ neceſſaria eſt hominibus illu Bernar.
ſtratio ſolis, tam opportuna eſt Chrianis appellatio talis. Hoc tñ vehementer redarguit, ꝙ
in curia magis fouent appellantes, q̃ pars aduerſa. Deniq; in eccleſia licita eſt appellatio, nõ
ſolũ dum iudices inter ſe diſcordãt aut dubitãt, etiã ſi cõcordẽt. An vero ſic fuit in veteri te
ſtamento, nõ videt ex textu euidẽter elici poſſe. Ioſephus q̃q; ait: In appellatiõibus nõ licebat Ioſe. li. 4
pontifici iudicare ſine ppheta & ſenioribus loci quẽ elegerat dñs. Gloſſa etiã loquit: Sacer- An. Iud.
dotes eccleſiæ inſtruunt, vt eccleſiaſtica iudicia ſecũdum poteſtatẽ ſibi à Deo datã reueren- cap. 6.
ter agãt, & iuſte diſcernãt, nõ ad libitũ ſuum, ſed ſecũdum legis decretũ, & ne ſuſcipiendo p-
ſonam, mutent ſententiã. Conſequẽter Deus vniuerſa pręnoſcẽs, ac ſciens filios Iſrael regem
poſtulaturos, circa hoc inſtruit eos: [Cum ingreſſus fueris] tu populle Iſrael [terram] pmiſ-
ſionis, [& poſſederis eã, & dixeris, Conſtituã ſuper me regem] per electionẽ ſeu alio modo.
[ſicut habent om̃es per circuitũ natiões, eum cõſtitues quẽ dñs Deus tuus elegerit]. i. regẽ eſſe
voluerit, ſiue oſtẽdat hoc per reuelationẽ, aut p ſignũ ſenſibile ſiue miraculũ, [de *medio fra * nũero
trum tuorũ]. i. qui ſit de ſemine Iſrael & natiõe Iudæus. [Non poteris] licite. i. nõ debes [alte
rius gentis hominẽ regẽ facere] ſuper te, [qui non ſit frater tuus] cognatione ac religione.
Non enĩ debebãt aliquẽ infidelẽ atq; idololatrã, quãuis natiõe Hebræum, in regem eligere. Auguſt.
¶Circa hæc quærit Auguſtinus: Cur populus Iſrael Deo diſplicuit regẽ petendo, cũ hic in-
ueniat eſſe pmiſſum: ſed intelligẽdum eſt, nõ fuiſſe ſecũdum voluntatẽ Dei, qui hoc fieri nõ
præcepit, ſed deſiderãtibus pmiſit. Veruntñ præcepit vt nõ fiet alienus. Lyra etiã ſcribit hic:
Quod dicit, eum cõſtitues in regẽ, nõ eſt præceptũ, nec ſimplex conceſſio: quia ſic populus
Iſrael nõ peccaſſet regẽ petẽdo, cuius cõtrariũ habet primo Regum, ſed eſt pmiſſio, quæ eſt 1. Re. 12.
de malo minori. Bonũ enĩ Iſraelitici populi cõſiſtebat in hoc, ꝙ ſolus De⁹ regnaret ſup eos,
qm̃ erãt peculiaris populus Dei. Veruntñ ſi importune regem habere vellẽt, pmittebat eis
ſub conditionibus: quarum prima eſt, ꝙ eſſet de filijs Iſrael. Secunda, ꝙ non fieret ſimplici-
ter ſecundũ voluntatẽ populi, ſed p electionẽ Dei, queãdmodũ factũ eſt de Saule primo rege, 1. Re. 10.
deinde de Dauid. Gloſſa etiã ſup illud, Cõſtitues, ait: Permittit, nõ cõmittit. Sed cõtra hæc ar
gui poteſt, qm̃ cum cõſtituere ſup ſe regẽ, quẽ ad hoc Deus elegit, eſt ſimpliciter bonũ: immo 2. Reg. 2.
illud omittere, eſſet malum: ergo hoc fuit præceptũ vel ſaltẽ conceſſio, & nõ malum. Inſuper
Deus præordinauit, ꝙ de tribu Iuda promouerent in reges, q̃d & per Iacob patriarchã præ- Gene. 2.
dixit: Non auferet ſceptrũ de Iuda &c. Ad hæc dicendũ videt, ꝙ regẽ petere non fuit eis præ-
ceptum neq; cõceſſum, ſed pmiſſum: ſed illum cõſtituere regẽ, quẽ nouerant ad hoc à Deo
electũ, fuit cõceſſum eis, immo & iuſſum, quia hoc fuit diuinæ voluntati ac pordinationi ſe

conformare ac ſubijci. Itaq; peccauerũt, dicendo ad Samuelem: Da nobis regẽ: ſed bene fe-
cerunt, ſuſcipiendo Saulem in regẽ, poſtq̃ Samuel loquutus eſt eis: Certe videtis quẽ elegit
1.Reg.8. dñs. Vnde & primo Regũ conſcriptũ eſt, ꝙ filij Belial deſpexerũt eũ, puta Saulẽ, & viri quoꝝ
1.Reg.2. Deus tetigerat corda, iuerũt cũ eo. Ad ſecundũ dicẽdum, ꝙ oĩa cadunt ſub ꝓuidentia Dei, q̃
de malis hoĩm elicit multa bona. Vnde qm̃ nouerat eos regẽ petituros, voluit potius de tri-
bu Iuda natos regnare, honorificãs tribũ illã regia dignitate, q̃a ex ea Chr̃us fuerat naſcitu-
rus, ſicq; Deus p̃ordinauit redimere genus humanũ per Chr̃i paſſionẽ, qm̃ nouerat primũ
hominẽ peccatuꝝ. Qualiter aũt habere debeat rex inſtitut⁹, ad ſe & ad alios atq; ad Deum,
1.Re.10. ſubiungit: [Cumq; fuerit cõſtitutus,] Cõſtituebaƭ vero per vnctionem. Nam Samuel vnxit
1.Reg.6. Saulẽ & Dauid, Sadoch & Nathan Salomonẽ, diſcipulus Heliſei Iehu filiũ Namſi. [nõ mul-
3.Reg.1. tiplicabit ſibi equos] vltra neceſſitatẽ, cõdecentiã, occurrẽtemve caſum, q̃a ſi ingruebat ne-
4.Reg.9. ceſſitas ob patriæ defenſionẽ, poterat ſibi de auxilijs ꝓuidere. [nec reducet populũ] Iſrael [in
Aegyptum,] ad habitãdum ibidem, vel ad impugnãdum & acquirẽdum territoriũ illud, q̃d
ad terrã ꝓmiſſiõis nõ pertinebat. [equitatus numero ſubleuatus] .i. extollẽs ſe, & cõfidens de
multitudine equitũ ſuoꝝ, [p̃ſertim cum dñs p̃ceperit vobis, vt nequaq̃ amplius per eandem
viam reuertamini] per quam ſ. egreſſi eſtis [Aegyptum] .i. vt nõ redeatis in Aegyptũ modis
præfatis, non tñ prohibitũ fuit poſteris ex rationabili aut neceſſaria cauſa ingredi terrã illã.
Loquiƭ aũt Moſes filijs Iſrael, non ſolum his quos in pręſentia habuit, ſed ſub eoꝝ perſona
etiã poſteritati ipſoꝝ. [Non habebit] licite [vxores plurimas] .i. nimiũ multas, vt habuit Sa-
lomon, [quæ alliciant animã eius] .i. appetitũ eius ad carnalitatẽ immoderatũ & ad fœmine-
3.Reg.11. as illas blanditias, quæ cor virile animumq; cõſtantẽ (quæ maxime requiruntƭ ad regẽ) ener-
uant. Et quia hic additur, quæ alliciãt, p̃ſertim prohibeƭ pluralitas alienigenaꝝ vxorũ, quæ
animã regis fidelis poterant ad idololatriã trahere, ſecũdum q̃d cor Salomonis in ſenio ſuo
deprauatũ eſt multitudine taliũ mulieꝝ, in tãtum, ꝙ coluit deos eaꝝ. Non autẽ prohibebaƭ
regibus Iſrael quæcũq; vxoꝝ pluralitas, dummodo amore prolis, non deſiderio voluptatis,
acciperenƭ. [Neq; argẽti & auri immẽſa] .i. ſuperflua [pondera,] ne cupiditate & elatiõe in-
fectus, relinquat iuſtitiã. Poterãt tñ reges Iſrael habere diuitias multas, dummodo eas refer
rent ad debitũ finẽ, & bene vterenƭ eiſdẽ, nec eas tenaciter reſeruarẽt. Nam de Ioſaphat rege
2.Par.18 virtuoſo habeƭ 2. Paralip. ꝙ factæ ſunt ei diuitiæ infinitæ. Dauid q̃q; & Ezechias erãt diuites
2.Par.32. valde. [Poſtquã autem ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomiũ legis huius.]
Deuteronomion interpretaƭ ſecunda lex, ſicut p̃habitũ eſt .i. repetitio legis ſemel deſcriptæ
ſeu datæ. Quid ergo eſt Deuteronomiũ huius legis, niſi liber iſte, q̃ Deuteronomiũ nuncupa
tur, in quo tota lex ſummatim & breuiter quodãmodo cõtineƭ? Mox ergo vt fuerit in regẽ
ꝓmotus, faciet ſibi deſcribi Deuteronomiũ iſtud [in volumine, accipiẽs exẽplar] .i. librum
* tribus & textũ correctũ, ex quo faciat ſibi librum ſuũ deſcribi, [à ſacerdotibus Leuiticę * ſtirpis,]
ad quoꝝ officiũ ſpectat, ſcripturã legis diuinę ab oĩ * inficiatione & corruptiõe inuiolabi
liter cuſtodire. [& habebit ſecũ.] Vt ferƭ, Hebræi dicunt, ꝙ debuit habere Deuteronomiũ in
duob⁹ libris cõſcriptũ, quoꝝ vnũ ſemp̃ haberet ſecũ, & aliũ in repoſitorio theſauroꝝ ſuoꝝ
Sapiẽ. 6. tanq̃ precioſiſſimũ clinodiũ cõſeruaret. [legetq; illud oĩbus diebus vitę ſuę] .i. q̃tidie aliquã
partẽ libri, dum cõgrue poteſt vacare, & quãtũ diſcretio dictat. [vt diſcat timere dñm ſuũ]
caſto & ſancto timore, vel ſi timet Deũ, ſtudeat in eius timore, omniq; virtute ꝓficere. In Deu
teronomio quippe ſiunt feruentiſſimæ ac frequẽtiſſimæ exhortationes ad timorẽ Dei, reli-
Eccẽs 6. quaſq; virtutes. Timor etiã Dei eſt ſpecialiter neceſſarius regibus atq; potẽtibus, qm̃ magnã
habẽt libertatẽ, facultatẽ & opportunitatẽ peccãdi, à quaꝝ abuſione indigẽt p̃ timorẽ Dei
cõpeſci ac refrenari, qm̃ timor retrahit à peccato. Indigẽt etiã valde eſſe diligẽtes ac ſoliciti
corã Deo, q̃a grauiſſimũ iudiciũ imminet eis, & pro multis daturi ſunt rationẽ. Timor autẽ
diligẽtiam ac ſolicitudinẽ parit, iuxta q̃d ſcriptũ eſt: Qui timet dñm, nihil negligit. [& cu-
ſtodire verba & cæremonias eius] .i. diuina p̃cepta, moralia, iudicialia, ac cæremonialia ad-
implere, & gubernare ſeipſum ac ſubditos ſecũdum diuina mãdata. [Non eleueƭ cor eius in
ſupbiam ſup fratres ſuos] .i. de accepta poteſtate & præſidẽtia nõ infletur, neq; inaniter glo-
rieƭ, nec ſubditos aſperneƭ, ſed tanq̃ cõfratres eos adſpiciat, ſic tñ, vt authoritate ſua, dum ra-
tio exigit, ſtrenue vtaƭ, & iura exerceat diſciplinæ, vt tãto timoratior, humiliorq; cõſiſtat, q̃
grauius onus ſibi impoſitũ eſt, & quo in maiori verſaƭ periculo, ampliorique grã eget, atq; ad
tãtoꝝ hoĩm gubernationẽ condignã, ſe dep̃hẽdit magis inſufficiẽtẽ, niſi gratioſiſſime & in-
deſinẽter adiuueƭ ac dirigaƭ à Deo: propter q̃d debet ſe Deo cum omni timore & humilitate
Ecci.32. ſubijcere. Hinc in Eccleſiaſtico ſcriptũ eſt: Rectorẽ te poſuerunt? noli extolli. eſto in illis q̃ſi
vnus ex ipſis. curã illoꝝ habe, & ita cõſidera. Deniq; dignitates & officia p̃ſidentiũ ſunt ſerui
tutes, q̃a ad ſubditoꝝ ordinanƭ cõmoda ac ꝓfectũ. Sunt etiã dona grãæ gratis datæ, bonis &
malis cõmunia, q̃ incõparabiliter minoris ſunt bonitatis, q̃ dona grãę gratũ faciẽtis. [neq; de-
clinet in partẽ dexterã vel ſiniſtram] .i. nec amore, nec odio, nec aliquo modo à rectitudine
æqui-

æquitatis aut medio rationis recedat, ſed tanq̃ lex viua & animata iuſtitia, immobili firmi-
tate ſapiẽtiæ atq; virtutibus, pręſertim iuſtitiæ, pietati atq; prudentiæ, ſemper inhæreat. Rex
nãq; eſt imago Dei in terra, & ſicut ſol ſtellis p̃fulget, ſic rex p̃ ſubditis debet in omni virtute
ac ſapientia emicare, & verbo, inceſſu, fama, & ope cũctos ædificare. Propterea debet eſſe vir
prorſus heroicus ac p̃fectus, prout de hoc in libro de regimine principũ plenius ſcribit Aegi
dius. [vt lõgo tẽpore regnet ipſe & filius eius ſup Iſrael] .i. quatenus diu ſalubriter præſit po
pulo Dei, & ꝓprium filium ita in omni virtute inſtituat, ꝙ & ipſe filius poſtea pręſideat fru-
ctuoſe ad Dei honorẽ, atq; cõmunẽ ſubditoꝝ ſalutẽ. ſic p̃eſſe, eſt benedictio donumq; crea-
toris, & merces quædã virtuoſæ cõuerſatiõis: immo ob magnã regis p̃fectionẽ, ſæpe cõcediƭ
2.Re.15. poſteris eius p̃ multas generatiões in principatu ſuccedere, ſicut de Dauid in lib. Regũ fre-
Pro.20. quẽter habeƭ, ꝙ dñs cõſeruauit regnũ filijs eius, vt daret ei lucernã in Hieruſalẽ. Hinc in libro
Ecci.10. Prouerbioꝝ ſcriptũ eſt: Rex q̃ iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternũ firmabiƭ.
Et in Eccleſiaſtico: Principatus ſenſati ſtabilis erit. Ecce ſanct⁹ Moſes ſapiẽtiſſime & cõpen
dioſiſſime hic deſcribit, qualis debeat eſſe rex & quicũq; princeps aut p̃ſidẽs, vt ſ. pompã eq-
taturæ & aliaꝝ vanitatũ deuitet, nec alienas inuadat ꝓuincias, nec quærat diuitijs ac mini-
ſtris corroborari ad ſæuiẽdum in ſubditos, nec reducat populũ in Aegyptũ. .i. nec verbo, nec
exemplo, nec cõpulſione aut poteſtate retrahat ſubditos ſuos ad ſeculi vanitatẽ, ad caliginẽ
vitioꝝ, ad bella iniuſta, carnalitatẽ & oẽm torum illegitimũ vitet, auaritiã deteſteƭ, nec am-
plius theſaurizet q̃ expedit ꝓ defenſiõe Reip. ꝓ ampliatiõe diuini cultus, ꝓ nuptijs ſuæ pro-
lis, ꝓ ſubſidio paupeꝝ, pro ſuſtentatiõe decẽti ſuoꝝ. Sit inſup ſtudioſus, & oẽm ocioſitatem
3.Re.11. abomineƭ ac ludos ſupfluos. Cõtra hęc Salomon grauiter peccaſſe cenſeƭ, q̃ femora mulieri-
bus inclinauit, q̃s ardẽtiſſimo ac vitioſiſſimo dilexit amore, gloriatuſq; eſt, ꝙ in Hieruſalẽ
reliq̃t tm̃ de argẽto & auro, quantũ reperit ibi de ære & ferro. ¶ Pręterea, vt inducta clarius
pateãt, aduertendũ, q̃d in prima ſecũdæ, quæſt. 105. Thomas diſſeruit: Populus, inquiens, ille
ſub ſpeciali Dei cura regebaƭ. ideo reſtitutionẽ ſummi principis ſibi dñs reſeruauit, propter
Num.27 quod Moſes exorauit: Prouideat dñs hominẽ q̃ ſit ſup hãc multitudinẽ. ſicq; ex Dei ordina-
tione inſtitut⁹ eſt Ioſue poſt Moſen. De iudicibus q̃q; poſt Ioſue legiƭ, ꝙ dñs ſuſcitauit pp̃lo
ſaluatorẽ, ideo electionẽ regis pp̃lo nõ cõmiſit. Deniq; q̃uis monarchia ſeu regia p̃ſidẽtia ſit
optimũ regimẽ populi, ſi nõ corrũpaƭ, tñ ꝓpter magnã poteſtatẽ q̃ regi cõcediƭ, faciliter de-
generat in tyrãnidẽ, niſi p̃fecta virt⁹ inſit ei, cui talis poteſtas cõceditƭ: q̃a nõ niſi virtuoſi eſt,
Ariſto. bene ferre bonas fortunas, vt dr̃ 10. Ethicoꝝ. Perfecta aũt virtus inueniƭ in paucis. Iudęi q̃q;
crudeles erãt & ad auaritiã proni, p̃ q̃ vitia hoĩes maxime in tyrãnidẽ ruũt: ideo dñs nõ inſti
tuit eis à principio regẽ cum plena poteſtate, ſed iudicẽ & gubernatorẽ ad ipſoꝝ cuſtodiã:
2.Reg.8. poſtea vero ad populi petitionẽ, quaſi indignatus, eis regẽ cõceſſit. Vñ dixit ad Samuelẽ: Non
te abiecerũt, ſed me, ne regnem ſup eos. Inſtituit tñ à principio circa regẽ inſtituendũ, pri-
mo eligẽdi modũ, in quo duo determinauit. Primũ eſt, vt in eius electiõe expectarẽt iudici-
um Dei. Secundũ, vt nõ facerẽt regẽ virũ alterius gẽtis, qm̃ reges tales parũ affici ſolẽt ad po
pulũ, cui p̃ficiunƭ: propter q̃d parũ curãt de pp̃lo. Secũdo inſtituit circa reges inſtitutos, qua-
liter ſe habere deberẽt quantũ ad ſeipſos, videlicet vt nõ multiplicarẽt ſibi currus & equos,
neq; vxores, nec immẽſas diuitias, q̃a ex hoꝝ cupiditate principes ad tyrãnidẽ declinãt, iu-
ſtitiãq; relinquũt. Ordinauit etiã q̃liter ſe haberẽt ad Deũ, vt ſ. ſemp legerẽt & cogitarẽt de
lege diuina, atq; vt ſemp eſſent in Dei timore ac obediẽtia. Inſtituit q̃q; q̃liter ſe haberẽt ad
ſubditos, vt ſ. ad illos hũiliter ſe haberẽt, nec ipſos ſupbe cõtemnerẽt, neq; opprimerẽt, nec à
iuſtitia declinarẽt. Hęc Thomas. Poſtremo circa id q̃d dictũ eſt, Eũ cõſtitues regẽ, ſcribit R.
Paul⁹: Præceptũ iſtud de inſtitutiõe regis, nõ eſt ꝑmiſſiue intelligẽdũ, ſed eſt ſimplex cõceſſio
cũ cõditiõib⁹ in litera ſcriptis: nec ſequiƭ, ſi ſit cõceſſio, ergo filij Iſrael nõ peccaſſent regẽ pe
tendo. Nã petierũt regẽ aliter q̃ fuit cõceſſum. Nec ex hoc ꝙ ille pp̃lus fuit peculiaris Deo,
ſequiƭ ꝙ deberet ſup ſe regem habere. Hæc Paulus. ¶ Sed vt patet ex dictis, prima pars huius
Auguſt. dicti eſt cõtra Auguſtinũ & Gloſſam, & cõtra expoſitores cõmuniter. Porro ꝙ ait, nõ ſequi,
populũ Iſrael nõ debuiſſe ſup ſe regẽ habere, q̃a erat Dei populus peculiaris, nõ ſolũ eſt cõtra
Lyrã, ſed etiã cõtra Thomã, ſicut iam patuit, immo cõtra doctores catholicos generaliter,
& cõtra ea q̃ in lib. Iudicũ recitanƭ, aliàs à principio dñs eis regem dediſſet. Aduertendũ tñ, ꝙ
Regũ primo R. Paulus affirmat, ꝙ filij Iſrael peccauerũt, nõ regẽ petendo, ſed q̃a petierũt re
gem q̃ eis p̃eſſet cũ plenaria poteſtate, in tm̃ ꝙ eſſet abſolutus à legibus. Hoc aũt nullã appa-
rentiã habet, ꝙ filij Iſrael talem ſibi regem p̃fici poſtularint, immo nulla gens tam fatua eſt
quæ talem regem cupiat, cũ hoc nõ ſit niſi velle habere tyrannũ. Nam dato ꝙ à legibus pure
poſitiuis, imperator aut rex dicatur aliquo modo abſolutus, non tamen à legibus natura-
1.Reg.8. libus ac diuinis, à quibus filij Iſrael non voluerunt ſuum regem eſſe abſolutum. De hac re,
domino concedente, in Regum volumine plenius dicam.

¶ Explanatio lr̃alis cap. XVIII. Nõ habebũt ſacerdotes & Leuitæ &c. Art. XIX.

IN exordio huius cap.q̃dã cęremonialia ad religionẽ ſpectãtia recolunt,deinde diuerſę ſu
ꝑſtitiones ꝓhibent,& oĩa iſta p̃habita ſunt,idcirco ꝑtranſeũdum.[Non habebũt ſacer
dotes & Leuitæ,& oẽs qui de eadẽ tribu ſunt].i.de ſtirpe Leuitica,[partem & hæredita
tem].i.hæreditariã portionẽ,[cum reliquo populo Iſrael, Dñs eñ ipſe eſt hæreditas eoꝝ].i.
ea quæ Deo immolant,ipſis ſunt deputata pro ſuſtentatiõe & hæreditaria parte. [Hoc erit
judiciũ ſacerdotũ].i. p̃ceptũ ſacerdotes concernẽs. [à populo, & ab his qui offerũt victimas,
&c. dabũt ſacerdoti armũ & ventriculũ].i. ſi offerẽtur animalia,ſacerdotes qui immolãt ea,
habebũt has partes animalis oblati,videlicet armũ.i.humeꝝ ſeu ſcapulã,ac ventriculum.i.
pectuſculũ,vt quidã exponunt.Vel ſi per ventriculũ intelligẽdum eſt aliud, ſic hic addit ali-
quid ſacerdotibus dandũ,antea nõ expreſſum.Veruntñ iſtud nõ eſt accipiẽdum de quocũq;
animali oblato,qa de holocauſtis nõ habuit ſacerdos niſi pellẽ:de animali vero q̃d pro pec-
Exo.29. cato cõmunitatis cõburebat, nihil ceſſit in vſum ſacerdotis. Intellectus huius loci, in Exo-
do & ſup Leuiticũ in pluribus patet locis. Gloſſa aũt hic ait:In veteri ac nouo teſtamẽto mi
niſtris altaris p̃ceptũ eſt de oblatiõibus viuere,nec terrenis poſſeſſiõibus acquirẽdis conceſ-
ſum eſt eis inhiare. Non eñ oportet vt qui ſemp adſtare debet diuino officio, inhiet lucro
terreno, cui Deus hæreditas eſt. Quid ergo illi deeſſe poteſt,qui cuncta habentẽ habet?[Pri
mitias frumẽti, vini & olei, & lanaꝝ partẽ ex ouiũ tonſione,] dabunt filij Iſrael ſacerdoti.
Non ꝙ oẽs dederũt eidẽ ſacerdoti, ſed ſacerdotibus in Hieruſalẽ habitãtibus apportabat, &
dabat pars eis deputata.Sacerdotibus vero per tribus Iſrael hincinde diſperſis dabãt ipſę tri
bus,& vnaquæq; tribus ſacerdotibus in ſua ſorte manẽtibus.Nec ſolũ de rebus his expreſſis,
ſed & de alijs rebus,cibis,fructibus &aĩalibus dabant primitiæ, ꝑut in diuerſis locis expoſitũ
eſt.[Ipſum eñ elegit dñs de cunctis tribubus tuis,vt miniſtret nomini dñi ipſe & filij eius in
ſempiternũ.] Iſtud nõ ponit hic ſpecialiter de ſummo ſacerdote, ſed ponit hic ſingulare pro
Nũe.35. plurali,vt ſit ſenſus,ꝙ Deus elegit ſacerdotes,eorumq́; poſteros ex ſtirpe Leui præ cęteris tri
Ioſue 21. bubus,vt ſibi in tẽplo miniſtrarent per oẽ tempus veteris teſtamenti. [Si exierit Leuites
ex vna vrbiũ tuaꝝ &c.] Leuitis aſſignatæ erãt vrbes diuerſæ ad habitãdum ꝑ totum Iſraeli-
ticũ populũ,ſicut ſuprà inductũ eſt,& in Numeroꝝ lib.in Ioſue q̃q; habet, tñ vt dr̃ hic, dum
aliquis Leuitaꝝ extra vrbẽ diuini cultus cõmorantiũ ex deuotiõe optauit manere in vrbe il
la,fuerat admittẽdus ad habitãdum ac miniſtrãdũ ibidẽ. Vnde ſubiungit,[deſiderans videre
locũ quẽ elegerit dñs,miniſtrabit in nomine dñi Dei ſui].i.officiũ Leuiticale exercebit ibi,
[ſicut oẽs fratres eius Leuitæ].i.ſicut cæteri Leuitæ in eadẽ vrbe manẽtes.[partẽ ciboꝝ ean
dem accipiet quã & cæteri].i. pro ſuo miniſterio habebit ſimilẽ portionẽ de oblatiõibus ac
decimis cũ cæteris Leuitis miniſtrãtibus ibi,[excepto eo].i.vltrà & præter hoc,[q̃d in vrbe
ſua] in qua antea mãſit, [ex paterna ei ſucceſſiõe debet.] Sacerdotes eteñ ac Leuitæ in pro-
prijs vrbibus & circà habebãt domos & pecora ac paſcua ꝑ eiſdẽ q̃ relinquebãt poſteris ſuis.
Talia aũt cõſueuerũt Leuitę vẽdere,q ſic in Hieruſalẽ habitare optabãt.Vnde(vt fert)in He
bræo habet,Exceptis vẽditiõibus ſuis.Deinde diuerſæ ſupſtitiones prohibent cultoribus ve
ri Dei Iſraelitis,quæ & nũc cunctis Chrianis vetant diſtricte. [Quãdo ingreſſus fueris terrã]
ꝓmiſſionis,[caue ne imitari velis abominationes illaꝝ gentium, nec inueniat in te qui lu
4.Re.16. ſtret filiũ ſuũ aut filiã ducẽs per ignẽ.] Aliqui idololatræ prolẽ ſuã trahebãt per ignẽ,putãtes
eam per hoc purgari,piari & cõſecrari dijs q̃s coluerũt,q̃d & Achaz feciſſe legit ſuo filio q̃r-
to Regũ,& hoc prohibet hic populo Iſrael.[aut q hariolos ſciſcitet,& obſeruet ſomnia atq;
auguria.Nec ſit malefic⁹, neq; icãtator,nec q pythones cõſulat,neq; diuinos,& quęrat à mor
Leui.19. tuis veritatẽ.] De vitijs & ſupſtitiõibus iſtis dictũ eſt diffuſe ſup Leuiticũ & alibi. Maleficus
Exod.7. aũt intelligi poteſt,q ſobolẽ offert dæmonibus,aut ꝑ inuocatiões facit dæmones in aliqua
8.& 10. viſibili apparere effigie.Incãtator vero,q præſtigioſis apparitiõibus decipit hoĩes, faciens
apparere q̃d nõ eſt.Pythones aut pythoniſſæ dicunt,per quoꝝ os dæmones in eoꝝ vẽtribus
ſeu cordibus habitãtes,loquunt,propter q̃d vẽtriloqui nuncupant,vel q mortuũ faciũt appa
1.Re.28. rere,vt legit 1.Regũ de pythoniſſa, q̃ Samuelẽ dicit ſuſcitaſſe, & ita vocati ſunt à *Pytho.i.
Apolline,quẽ deũ diuinatiõis eſſe credebãt.Diuini q̃q; dicunt,qui ſibi vſurpant q̃d Dei eſt,
videlicet futuroꝝ cõtingentiũ p̃cognitionẽ ac denunciationẽ,aut talia ſe p̃ſcire aſſerunt ex
reuelatiõe diuina,cũ tñ ex dæmonũ reuelatiõe loquant. Porro à mortuis quęrere veritatẽ,eſt
carminibus aut ſacrificijs mortuũ euocare ad inquirendũ incognita, cum tñ in talibus non
mortuus,ſed potius dęmon in ſpecie mortui videat atq; rñdeat.Qualiter iſta ſupſtitioſa poſ-
ſint cõtingere,& qualiter obſeruãda vel non obſeruãda ſint ſomnia,iam ante in diuerſis tra
Gen.41. ctatũ eſt locis,videlicet ſup Geneſim,vbi tractat de ſomnijs Pharaonis, eunuchorumq́; eius,
& ſuper Exodũ, vbi de maleficis agit Pharaonis & ſignis ipſoꝝ,& ſup Leuiticũ, Deinde dñs
Exod.7. oñdit,cur nõ fuerit ppl̃o ſuo neceſſariũ p̃fatis ſuperſtitiõibus vti,ad cognoſcendũ futura ſeu
8.& 10. abdita aut ſupnaturalia,de q̃bus fideles indigẽt informari,q ad ſupernaturalẽ beatitudinem
Leui.19. ſunt creati,& cõtra inuiſibiles hoſtes confligũt.[Oĩa hæc abominat dñs,& ꝓpter iſtiuſmo
di

di ſcelera delebit eos.Perfectus & abſq; macula eris cum dño Deo tuo.Prophetam de gente
tua].i.de Iſraelitica ſtirpe, [& de fratribus tuis, ſicut me].i.ſimilem mei in natura,immo &
in gratia ꝓphetali,ita ꝙ vere erit inſpiratus à Deo,quãuis nõ in tãta excellentia.[ſuſcitabit
tibi dñs,quem audies].i.ab ipſo inquires atq; percipies,quid agere,ſcire,aut credere debeas,
[vt petiſti à dño Deo tuo in Oreb] quia dum Deus dedit filijs Iſrael decẽ præcepta,loquẽdo
per angelũ,& apparẽdo per ignẽ,filij Iſrael territi dixerũt ad Moſen:Non loquat nobis dñs, Exo. 20.
ne moriamur:ſed loquere tu nobis,& audiemus.Per hunc prophetã quidã intelligũt Ioſue,
qui Moſe defuncto,prophetico ſpũ floruit,angelũ vidit, & per ſe atq; per Eleazaꝝ ſacerdo
tem à dño ſupnaturaliter eſt inſtructus, populumq́; direxit. Alij per ꝓphetã iſtum indeter
minate intelligũt quẽcunq; prophetã ſanctũ,quẽ Deus poſt Moſen opportuno tẽpore ſuſci Iudic. 3.
tauit ad populum inſtruẽdum:ſicq́; ponit ſingulare pro plurali,quoniã ſucceſſiue vel etiam 1.Re. 23.
quãdoq; ſimul ſuſcitauit dñs poſt Moſen multos prophetas, vt partim patet in libro Iudi-
cum,deinde magis in libro Regum.Hinc loquit Eſaias:Nonne à Deo ſuo populus veritatẽ
inquiret? q̃ſi dicat,immo.ideo addit, Ad legem magis & ad prophetas:ſupple,eſt recurren-
dum.[Et ait dñs mihi:Bene oĩa] nunc p̃tacta, [ſunt loquuti] in Oreb. [Prophetã ſuſcita-
bo eis de medio fratrũ ſuoꝝ ſimilẽ tui.]Iſtud multi exponũt de eodẽ ꝓpheta, ſeu eiſdẽ,de q
bus nunc facta eſt mentio.Vnde & Gloſſa ait:Licet hiſtorialiter de ꝓphetis accipi poſſit,qui
poſt Moſen in populo Iſrael repleti ſunt ſpiritu Dei: melius tñ de dño prophetaꝝ accipit, Ioan. 6.
de q̊ turbæ:Hic eſt,inquiũt,vere propheta qui venturus eſt in mundũ. Gloſſa quoq; interli-
nearis exponit ſic: Prophetã, videlicet Chr̃m,ſuſcitabo eis de medio fratrũ ſuoꝝ.i.de ſemi
ne Dauid,ſimilẽ tui,qa nõ venit legẽ ſoluere,ſed adimplere.[Ponãq; verba mea in ore eius]
Ideo Chriſtus ꝓfeſſus eſt:Mea doctrina non mea,ſed eius qui miſit me patris.Itemq́;:A me- Ioan. 8.
ipſo facio nihil,ſed ſicut me docuit pater,ſic loquor. [loqueturq́; ad eos oĩa quæ præcepe
ro illi.Qui autem verba illius audire noluerit,ego vltor exiſtam.] Nam ideo vſq; in præſens
peruenit in illos ira Dei,quoniã Chriſtũ ſuſcipere cõtempſerunt.Vnde prædixit Pſalmiſta:
Effunde ſup eos iram tuã,& furor iræ tuæ cõpræhendat eos. Hæc aũt dicunt de Chriſto ſe- Pſal. 80.
cundũ naturã eius humanã ſeruilem aſſumptã,ſecũdum quã minor eſt patre, ſecũdum quã
dixit:Pater maior me eſt, & ſicut mandatũ dedit mihi pater,ſic facio. Itaq; ex iſto tam ſin- Ioan. 14.
gulari adiuncto ſatis inſinuat,ꝙ de Chriſto prædicta ſunt hæc,& hoc fateri oportet, qm̃ ſa-
cratiſſimus princeps Apoſtoloꝝ hãc authoritatem allegat de Chriſto prædictã,in Actis lo-
quens:Moſes dixit:Prophetã ſuſcitabit vobis dñs &c.Similiter alio Actuum capite ſanctus Acto. 3.
Stephanus ait:Hic eſt Moſes qui dixit filijs Iſrael: Prophetã vobis Deus ſuſcitabit. Chriſtus Acto. 7.
quoq; in Euãgelio incredulis loquens Iudæis: Si crederetis,inquit,Moſi,crederetis forſitan Ioan. 5.
& mihi:de me eñ ille ſcripſit. ¶Deniq; circa hæc ſcribit R.Paulus ſatis catholice, dicens: R. Pau.
Aliter intelligẽdum eſt,q̃d primo hic dicit,Prophetã de gente tua & de fratribus tuis, ſicut
me,ſuſcitabit tibi dñs:& q̃d ſecundo dicit,Prophetã ſuſcitabo eis &c.Primũ eñ intelligitur
de Ioſue,alijsq́; ꝓphetis ſequentibus: ſecũdum vero, tm̃ de Chriſto: cuius diuerſitatis ratio
ſumit ex cõtinuatione vtriuſq; verbi prædicti,ad ea quæ ſtatim ante dicunt.Intelligẽtia nã-
que dictoꝝ,ex cauſis dicẽdi ſumenda eſt,ſecũdum Auguſtinum. In primo eñ loco intendit Auguſt.
Moſes inducere populũ,vt futura contingentia & cõſimilia nõ quærerẽt ab hariolis & diui
nis,promittẽs ꝙ à Deo poſſent cognoſcere talia per prophetã ſeu reuelationẽ diuinã:& cõ-
ſequẽter addit aliud quodãmodo ſimile,dicẽs:Vt petiſti à dño Deo tuo in Oreb.i.nõ ſolum
prouidebit tibi dñs de propheta reuelãte tibi futura cõtingentia & occulta,ſed & quod am
plius eſt,prouidebit tibi de ꝓpheta,qui abſq; terrore conturbãte docebit te legẽ diuinã, q̃d
de ſolo Chriſto verificat qui aliam dedit legem q̃ Moſes.De iſto Rabbi Paulus ſcribit pro- R. Paul.
lixe,atq;(vt tactũ eſt)ſatis catholice,tamẽ ſi bene penſet,verbis his Moſis primo loco prola Acto. 3.
tis beatiſſimus Petr⁹ adiungit in Actis verba,quæ hic annectunt verbis iſtis ſecũdo loco pro-
nunciatis:q̊ argui poteſt,ꝙ vtrũq; ad eundẽ pertineat. ¶Cõſequẽter reprobant pſeudopro
phetæ.[Propheta aũt q arrogãtia deprauatus] q̃d poteſt intelligi,tã de eo qui aliq̃n fuit ve
rus ꝓpheta & bonus,ſed tẽpore ꝓcedente ſubuerſus eſt,& priori gr̃a ſpoliatus,fingit ſibi ad-
huc adeſſe gratiã prophetalẽ deſiderio vanæ glorię aut honoris.ideo ſubdit:[voluerit loqui
in nomine meo,quæ ego non præcepi illi, vt diceret].i.p̃ſumpſerit loqui quaſi inſpiratus &
iuſſus à me.Poteſt q̃q; intelligi de alio ꝓpheta,qui nunq̃ fuit verus propheta,& tñ arroganter
ſibi aſſumit nomen officiumq́; ꝓphetæ, qualis fuit Ananias propheta de Gabaon,de quo le Hier. 28.
gitur in Hieremia:Achab q̃q; & Sedechias,de q̃bus idem cõmemorat:[Aut ex nomine alie- Hier. 29.
noꝝ deoꝝ.] hoc eſt,ſi qs attentauerit vaticinari in noĩe idoloꝝ aut falſoꝝ deoꝝ,tanquã cul-
dũ,quia & Thomas & Lyra,multiq; alij hoc loco vident ſentire: quoꝝ oĩm reuerẽtia ſalua,
dicendũ ꝙ in lege & prophetis repudiatio iſta docet eſſe illicita, qm̃ Malachias dicit popu- Mala. 2.
lo Iudæoꝝ de Babylonica captiuitate reuerſo: Operiebatis lachrymis altare dñi fletu & ge-
mitu: q̃d S. Hieronymus,Gloſſa, Beda, alijq; eũ ſequẽtes ita exponunt,ꝙ reuerſi de Babylo-
ne,induxerunt priores ſuas vxores ad lamentãdum atq; gemendũ corã Deo, eo ꝙ propter
ſuã ſenectutẽ aut deformitatẽ abijcerent à viris ſuis,& aliæ, immo & alienigenæ,acciperent
à viris illis. Quibus verbis dñs addit ibidem, ita vt vltrà non reſpiciã ad ſacrificiũ, & dixiſtis:
Quam ob cauſam? ad q̃d ilico reſpõdet,Quia dñs teſtificatus eſt inter te & vxorẽ pubertatis
tuæ quã tu deſpexiſti. i. Deus in Geneſi dixit,ꝙ tu & vxor tua legitima pariter maneretis,ac Gene. 2.
inuicẽ diligeretis: Relinquet,inquiẽs,homo patrẽ ſuũ & matrẽ ſuã, & adhærebit vxori ſuæ:
quã tu ſpreuiſti, abijciẽdo,aliãq; ducẽdo. & hæc particeps tua. i. vxor tua, debet eſſe ſocia tua
& conſors, non famula: & vxor fœderis tui, cũ qua fœdus amicitiæ,animiq; cõſenſum de-
bes tenere. Nõne vnꝰ fecit. i. idem creator, vnuſq; Deus plaſmauit Adã & Euã, & reſiduum
ſpũs eius eſt. i. ꝙ cõiugati ſibi cohæreãt ꝑ amorẽ & cohabitationẽ, hoc diuinæ eſt volũtatis,
non ꝙ ab inuicẽ ſeparent. & q̃d vnus quærit. i. q̃d Deus vnus intendit & requirit per hoc, ꝙ
vult priores vxores nõ deſeri, niſi ſemẽ Dei. i. filios q diuino obſequio debite educent à ſuis
parentibus, ad q̃d exigit vt nõ ſeparent. Cuſtodite ergo ſpm̃ veſtrũ, & vxorẽ adoleſcentiæ
tuę. i. quã in adoleſcẽtia accepiſti, noli deſpicere, vt quę tibi primũ cõiuncta eſt matrimonio
virginali, tecũ ꝑſeueret in finẽ. Cum odio habueris, dimitte. Iſtud videt ꝑdictis cõtrarium,
ſed q̃ ſenſu iſtud dicat,cõſtat ex eo q̃d ſubdit: Operiet aũt iniquitas veſtimentũ eius. q.d. q̃uis
dixerim ꝑmiſſiue ad vitandũ grauius malũ, Dimitte vxorẽ cum oderis eam, attñ iniquitas
viri vxorẽ ſuã repudiantis operiet corpus ipſius viri, quia peccat repudiando,nec in futuro
euadet tormenta. Iſta ſecundũ expoſitionẽ Hieronymi,Bedæ,& alioꝝ catholicoꝝ patrum
ſunt dicta. Quod ſi quis dixerit iſta dici cõtra Iudæos,q alienigenas duxerũt vxores,reſpon
dendũ, ꝙ rationes iſtæ à Malachia ꝓpheta cõtra repudiationẽ inductæ,generaliter valẽt ad
reprobationẽ cuiuſcunq; repudiationis. Prętерea in lege reprobat repudiũ iſtud,per legem, Ibidem.
quæ Pentateuchus Moſis deſignat,& ſcriptũ eſt in Geneſi: Relinquet homo patrẽ ſuũ & ma
trem,& adhærebit vxori ſuæ, & erũt duo in carne vna: quoꝝ verboꝝ verũ intellectũ Chri-
ſtus expreſſit, cõcludẽdo ex eis: Itaq; iã non ſunt duo,ſed vna caro. Quos ergo Deus cõiun- Mat. 19.
xit,homo nõ ſeparet. ex qua legis interpretatione ac iuſſione ſeu Chriſti concluſione cõuin-
cit,ꝙ cõiugati non ſint aliqua humana authoritate ſeparãdi, quantũ ad vinculũ, & ꝙ Deus
non iuſſit neq; conceſſit repudiũ fieri,nec à tẽpore Adæ vſq; ad Moſen licitũ fuit. Hinc cum
huic reſpõſioni Chriſti obieciſſent phariſæi,dicentes: Quid ergo Moſes mãdauit dari libel-
lũ repudij & dimittere,ait illis: Qm̃ Moſes ad duritiã cordis veſtri permiſit vobis dimittere
vxores veſtras. Ab initio aũt non fuit ſic. Ex qbus cõcluſit,nõ licere repudiare vxorẽ,niſi ob
fornicationẽ,& ꝙ Deus ꝑ Moſen non licẽtiauit,nec iuſſit,neq; conceſſit hoc, ſed ſolũ ꝑmiſ-
ſum ſit propter Iudæoꝝ duritiã ſiue malitiã. Non itaq; licet viro ſuã à ſe ſeparare vxorẽ &
ducere aliam. Hinc ſup Matthæũ ſcribit Hieronymus: Chrs ſcripturã ſanctam adducens in Hieron.
teſtimoniũ,& naturalẽ legem,primamq; Dei ſententiã ſecundæ opponens,quę non volun
tate Dei,ſed peccantiũ neceſſitate conceſſa eſt. i. data ſeu ꝑmiſſa,reſpondens ait: Non legiſtis
quia qui fecit ab initio,maſculũ & fœminã fecit eos. Dicẽdo aũt maſculum & fœminã, do-
cet ſecunda vitanda coniugia. Non eñ maſculũ & fœminas,quod ex priorũ repudio quæ-
rebatur,ſed maſculum & fœminam,vt vnius coniugis conſortio necterentur. Nunquid po-
teſt Deus ſibi eſſe contrarius, vt aliud ante iuſſerit,& ſententiam ſuã nouo frangat imperio?
non ita ſentiendũ eſt,ſed Moſes cum videret propter deſideriũ ſecundaꝝ coniugũ,quę vel
ditiores,vel iuniores,vel pulchriores eſſent, primas vxores interfici, aut malam ducere vi-
tam,maluit indulgere diſſidium,q̃ odium & homicidia perſeuerare. ſimiliterq; conſidera ꝙ
non dixit,Ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis Deus,ſed Moſes,vt iuxta Apoſtolũ,con-
ſilium

filiũ ſit hoĩs,nõ imperiũ Dei. Hæc Hieronymus. Itaq; iuxta doctrinas,expoſitiões'q; iſtas,ſe-
cũda opinio ſtare nõ poſſet, aut tanq̃ ꝓbabilis defenſari, videlicet libellũ repudij ex diuina
diſpẽſatione licuiſſe in veteri lege. Sequit: [Cum acceperit homo nuper vxorem,]videlicet
infra annũ,[nõ ꝓcedet ad bellũ.nec ei quippiã neceſſitatis iniunget].i.nullum oneroſum aut
periculoſum negociũ neceſſario faciendũ, & alioꝝ ſeu cõmunẽ vtilitatẽ concernẽs. Aliqui
tñ exponũt iſtã neceſſitatẽ de obſequijs ad bella ſpectãtibus, ita ꝙ ſicut nõ debuit pręliari,ſic
nec victualia exercitui cõportare, aut viã exercitibus præparare,aut cõſimilia agere:quæ tñ
iniũgi poterãt his q vineas plãtauerũt,aut domũ nouã ædificauerũt,q tñ ad bella nõ proceſ-
ſerũt ante ꝑfixum tẽpus.[ſed vacabit abſq; culpa domui ſuę].i.rebus domeſticis & cõmodis
ꝓprijs,[vt vno anno lætet cũ vxore ſua].i.primũ annũ cõnubij cũ ea iucunde expendat,refe
rendo tñ lætitiã illã ad ſpiritalẽ ac debitũ finẽ,eam'q; ꝑ charitatẽ & grãm Dei rationabiliter
Tobię 9. moderãdo, ſicut habet in Tobia,ꝙ cũ timore Dei nuptiaꝝ conuiuiũ exercebãt. Cauſa iſtius
præcepti eſt,quia magna & multa ſunt matrimonij onera,& inter cõiugatos frequẽter ori-
untur tẽpore procedẽte contẽtiones,diſplicẽtiæ & rancores:ideo eſt ſtatutũ,vt in nuptiaꝝ
celebratione fiãt iucũditates, & toto anno primo delectabiliter ſimul viuãt,quatenus mu-
tuus amor firmet in eis, & poſtea recolãt q̃ amicabiliter atq; hilariter cõuenerũt. Circa hoc
in Scholaſt. fertur hiſtoria: Poteſt annus iſte intelligi nuptialis,non vſualis,10.ſ.menſiũ tan
tum,iuxta quẽ numerum dicitur annus luctus: qm̃ mortuo viro,nõ licet mulieri aliũ ducere
ante 10.mẽſes. Nam forte cõcepit de primo,poſſet'q; dubitari,cui virorũ partus eſſet aſſcri-
bendus. Circa q̃d alij dicũt,ſecundũ leges mulier quæ viro defuncto cũ alio contrahit ante
annũ, infamis efficitur, nõ aũt ſecundũ canones neq; ſecundũ Apoſtolũ,ſed cui vult nubit,
1.Cor.7. tantũ in dño. Verũtamen iuſtũ & rationabile eſt, vt nõ nubat alteri quouſq; certũ reddatur,
an de primo cõceperit.[Nõ accipies loco pignoris] à proximo [inferiorẽ & ſuperiorẽ mo-
lam].i.nullã eaꝝ,cũ vtraq; neceſſaria ſit ad blada cõminuenda, & idẽ datur intelligi de alijs
vtenſilibus aſſidue neceſſarijs.[quia animã ſuã appoſuit tibi].i. proximus tuus ſeu debitor
in tua pietate cõfiſus eſt,vel ea quibus ſalua vita poteſt carere, prębuit tibi pro pignore,ideo
non eſt amplius coarctãdus. Voluit quippe lex, vt Iudæi eſſent mutuo charitatiui, beneuoli
& cõmunicatiui,nõ graues & aſperi.[Si depræhẽſus fuerit homo ſolicitãs fratrẽ ſuũ de filijs
Iſrael].i.proximũ ſuũ Hebræũ importune aut callide circũueniẽs,aut abducẽs, ita ꝙ illo in-
uito tradat ipſum alieno alicui ꝓ pecunia,ſecundũ q̃d aliqui ꝓ pecunia ſolẽt vẽdi in ſeruos.
[& vẽdito eo,acceperit preciũ,]puta pecuniã ꝓ ꝓximo ſuo,[interficiet,]cũ iudicialiter fue-
rit cõuictus & dijudicatus. Quãuis eñ furtũ aliaꝝ rerũ non puniebat morte, tñ furtũ hoĩs ſic
puniebat propter hoĩs dignitatẽ,& quia enormius eſt rationalẽ creaturã ita tractare,q̃ irra-
tionalẽ. Nã & peccatũ tanto eſt grauius,quãto dignior eſt is in quẽ peccat. Porro ſi fur de-
præhendebat anteq̃ furatũ vẽdiderat hoĩem, nõ morte, ſed pœna puniebat minori. De iſto
Exo. 21. dictũ eſt ſup illud Exodi,Qui furatus fuerit hoĩem,& vẽdiderit eum, cõuictus noxæ, morte
moriat. [& auferes malũ de medio tui].i.tã impiũ furẽ de politia tua tolles per occiſionem
ipſius,vel auferes malũ culpæ,illud iuſte vindicãdo,vt ſic alij timeãt cõſimilia agere: per de-
corẽ quoq; iuſtitiæ,recuperandũ eſt dedecus culpæ. [Obſerua diligẽter].i.teipſum à pecca-
tis cuſtodi, [ne incurras in plagã lepræ] ꝑ inobedientiã tuã. q̃ cõſtat,leprã frequenter infligi
hoĩbus propter eoꝝ exceſſus.[ſed facies quæcũq; docuerint te ſacerdotes Leuitici generis,]
dũ tñ nihil cõtra legẽ edoceant, nec vltrà q̃ eorũ authoritas ſe extẽdit. ideo ſubdit:[iuxta q̃d
ꝑcepi eis,]videlicet iuxta legis tenorẽ.[& imple ſolicite.]Hoc ſpecialiter modo exprimitur
Leui. 13. cũ cõmemoratione lepræ,quia vt ſcriptũ eſt in Leuitico,ad ſacerdotes ꝑtinuit, iudicare qs
eſſet vere leproſus,& ſuſpectos de lepra recludere,in quibus graue fuit obedire,& tñ obedi-
re oportuit,quia & ſi quis nõ fuiſſet leproſus, tñ inobediẽdo meruiſſet incurrere lepram. &
quia exẽpla plus mouẽt, ſubiungitur:[Memẽtote quæ fecerit dñs Mariæ in via cũ egrede-
remini de Aegypto].i.qualiter eã ꝑfudit lepra,dũ cõtra Moſen murmurauit ac ſuperbiuit,
cum tñ aliunde eſſet mulier ſancta ac prophetiſſa. Iſtud contigit in deſerto,in mãſione quę
Nũe. 12. dicta eſt Aſeroth,poſt receſſum à monte Sinai,anno 2. egreſſiõis ex Aegypto, vt ex Nume.
12. & ex præcedentibus ibi capitulis innoteſcit. Idcirco quod ait,cũ egrederemini de Aegy-
pto,intelligendũ eſt,cũ eſſetis in itinere quod inchoaſtis,exeundo Aegyptum. Sic & Ozias
2. Par. 26 rex Iudæ percuſſus eſt lepra,quia nõ acquieuit pontifici ſibi prohibenti thurificare, vt 2. Pa
ralip. legitur.[Cum repetes à proximo tuo rẽ aliquã quam tibi debet:] & quã tibi ſtatim ſol-
uere nequit, propter quod vis pignus ab eo exigere,[non ingredieris domũ eius vt pignus
auferas,]ne proximus tuus inde turbetur,& de ſua paupertate cõſpecta verecundetur.[ſed
ſtabis foris,& ille tibi proferet quod habuerit].i.pignus quo melius poteſt carere,ſic'q; debi
tori cõpetebat electio, vt daret pro pignore quod volebat,dummodo eſſet ſufficiens iuxta
vires debẽtis, nec concedebatur creditori, vt quod vellet pro pignore tolleret: ideo nõ in-
trauit domũ,præſertim cum domus vniuſcuiuſq; ſit tutiſſimum receptaculum eius, propter
quod

quod moleſtius ei eſt vt in ea grauet.[Si n aũt paup eſt,nõ pernoctabit apud te pignus,ſed ſta
tim reddes ei ante ſolis occaſum.]Cur ergo accipiebat,ſi eodẽ die erat reddendũ? Reſpon- August.
det Auguſtin⁹,forte vt debitor ſic admoneret de ꝑſoluẽdo. Iſtud tñ Exodi liber plenius dilu Exo. 22.
cidat. [Nõ negabis mercedẽ indigẽtis & pauperis fratris tui] .i.operarijs & mercenarijs tuis
ſtatim cũ petierint, da dignũ præmiũ ſuoꝝ laboꝝ. Hoc eſt q̃d in Leuitici libro ſcriptũ eſt, Leui. 19.
Non morabit op⁹ mercenarij apud te vſq; mane.[nec clamet cõtra te ad dñm.] Eſt eñ vnũ
de 4. peccatis clamãtibus ante Deũ,detinere,differre,fraudare mercedẽ operarioꝝ. Hinc di
cit Iacobus: Ecce merces operarioꝝ veſtrorum, quæ fraudata eſt à vobis,clamat,& clamor Iacobi 5.
eoꝝ in aures dñi introijt. Quod q̃ enorme ſit,patet ex eo q̃d per Eccleſiaſticũ dictũ eſt: Qui Ecci 34.
effundit ſanguinẽ,& qui fraudẽ facit mercenario,fratres ſunt. Quẽadmodũ aũt debitor ſo-
lutionẽ differẽs,vltra voluntatẽ creditoris tenet illi ſatisfacere pro damno q̃d ex dilatiõe ſo
lutionis incurrit, ſic qui mercenario ſeu operario pauperi ſoluere differt ſui laboris merce-
dem,vltra ipſius petitionẽ obligat ſatisfacere illi ꝓ afflictione & damno, quæ ex irrationabi
li illa dilatione incurrit. [Nõ occident patres ꝓ filijs] .i. iudices nõ adiudicabũt ipſos patres
ad mortis ſuppliciũ pro filioꝝ ſuoꝝ exceſſu, in quo ſuis filijs nõ cõmunicauerunt conſilio,
auxilio,iuſſu,aut alio modo.[nec filij occidẽt pro patribus ſuis,]ſecundũ eundẽ ſenſum. [ſed
vnuſquiſq; pro peccato ſuo moriet] .i. quicunq; egerit aliquid morte plectendũ iuxta legis
cenſurã, pro proprio occidendus eſt ſcelere: & niſi in præſenti pœnituerit vita,occidet mor
te æternalis ac infernalis miſeriæ, quæ eſt mors ſecunda, iuxta illud Apocalypſis: Execratis Apo. 21.
& omibus mẽdacibus,pars illoꝝ erit in ſtagno ardẽti igne & ſulfure,q̃d eſt mors ſecũda. De Exo. 23.
intelligẽtia huius ꝑcepti, dicta ſunt multa ſup illud Exodi: Inſontẽ & iuſtũ nõ occides. Vn-
de & ſuprà iã ſcriptũ eſt: Iuſtũ & innocentẽ nõ interficies. Cõſonat q̃q; huic verbo illud Eze Ezec. 18.
chielis: Filius nõ portabit iniquitatẽ patris, & pater nõ portabit iniquitatẽ filij. Vnde rur- Ibidem.
ſus ad Ezechielẽ dñs dixit: Quid eſt ꝙ in terra Iſrael vertitis parabolã iſtã, dicẽtes: Patres co
mederũt vuã acerbã,& dẽtes filioꝝ obſtupuerũt? Quod & in Hieremia habet. Sed obuiare Hier. 31.
videt q̃d in Threnis loquit Hieremias: Patres noſtri peccauerũt,& nõ ſunt: & nos iniquita- Thren. 5
tes eoꝝ portauimus. Deniq; ꝓ crimine Achã,non ipſe dũtaxat, ſed & filij eius ac filiæ occiſi
legunt,Ioſue ſancto viro iubẽte,vt Ioſue inſinuare videt. Similiter Iudicũ vltimo recitatur, Ioſue 7.
ꝙ ꝓ peccato quorundã ex Gabaa, filij Iſrael interfecerũt nõ ſolũ viros & fœminas, ſed cun- Iudi. 21.
ctam q̃q; ſobolẽ tribus Beniamin. Pręterea diuina iuſtitia eſt lex,cauſa & regula oĩs iuſtitię,
ita ꝙ vnũquodq; tãto iuſtius extat, quãto plus cõformat diuinæ iuſtitiæ: immo & perfectio
rationalis creaturæ, eſt diuinæ iuſtitiæ aſſimilari. Deus aũt legit frequẽter occidiſſe ſobolem
innocentẽ ꝓpter iniquitatẽ parentũ,vt in diluuio & in ſubuerſione Pentapolis,in percuſſio- Gene. 7.
ne etiã primogenitoꝝ Aegypti, quoꝝ multi erãt infantuli. Sic & infantes Chananæorum à 19.11.12.
filijs Iſrael Deo præcipiẽte occiſi ſunt. Inſup iuxta ꝑhabita Deus frequẽter teſtatus eſt in ſcri Eſ. 27. 24
pturis,ꝙ viſitet iniquitatẽ patrũ in filios in tertiã & quartã gñationẽ. Iteꝝ pro peccato Da- Hier. 14.
uid occidit primũ filiũ quẽ ex Bethſabee genuerat: pro alio q̃q; eius exceſſu,ꝑcuſſit 70. mil- & 36.
lia ſubditoꝝ. Poſtremo,ſecundũ leges humanas licite puniunt, exulant aut etiã occidunt fi- Exo. 20.
lij ꝓ exceſſu parentũ, & ſubditi pro crimine principũ. Verũ ad hæc in præcedentiũ expoſi- Soph. 1.
tione librorũ reſponſio data eſt, ſaltẽ pro parte maiori: & breuiter dici poteſt, ꝙ iudices in Nũe. 14.
populo nõ debent innocentẽ occidere,nec patrẽ innocentẽ pro filio ſcelerato,neq; econtra, 2. Re. 11.
regulariter,gñaliter q̃q; loquẽdo: tñ ex diuino imperio & inſtinctu aliter fieri poteſt, qa q̃d 2. Re. 24.
Deus gratis ac libere dedit hoĩbus, vtpote eſſe ac viuere,poteſt eis irrepræhẽſibiliter ad libi-
tũ ſuũ auferre. Oẽs q̃q; ꝓ originali peccato naſcunt filij iræ,& debitores ſunt mortis: immo
ex debito naturæ, naturali'q; diſpoſitiõe adſtricti ſunt morti: & qcquid pœnæ infligit Deus
quibuſdã hoĩbus de merito vel occaſione hoĩm aliorũ, cõuertit illis in melius, magis'q; ha-
bet rationẽ remedij ac medelæ,q̃ pœnæ. Idcirco ꝙ filij Iſrael quoſdã infantulos propter pa
rentũ facinora occiderũt,ex diuina iuſſione aut inſpiratione credit factũ: & ſi quidã eorum
aliter id egerũt,nõ excuſarẽtur. At vero leges humanæ ſunt multipliciter imꝑfectę, & q̃dam
inſtituũt,ꝑmittunt ac iubẽt,quæ diuino corrigũtur iudicio: & forſan imperatores ac reges
in proprijs cauſis vltra mediũ fauorabiliter ſunt locuti atq; iuſſerunt. Vel ſi ꝑtactæ eoꝝ le-
ges iuſtæ cẽſendæ ſunt,dici poteſt iuxta Apoſtolũ,ꝙ miniſtri ſunt Dei & oĩpotẽtis regis vi- 1. Cor. 4.
carij,& participãtes aliqd authoritatis ac poteſtatis diuinæ,propter q̃d in ſcripturis dij vo- 2. Cor. 6.
cãtur. Sic'q; huiuſmodi leges eoꝝ ex diuina quodãmodo authoritate inſtitutæ putãtur,ita ꝙ
in caſibus certis innocẽtes pro parentũ aut principũ ſceleribus puniũtur,ſecundũ q̃d pœna
habet rationẽ medicinæ,& ordinatur ad bonũ cõmune, atq; ad animarũ ſalutẽ & Dei hono
rem. Poſtremo circa hoc ſcribit Auguſtinus, & habetur in Gloſſa: Lex dicit,vnumquenq; August.
pro ſua culpa interimendũ: quid ergo eſt,q̃d alibi dicitur Deus reddere peccata parentũ in fi
lios in tertiã & quartã generationẽ? An de filijs nondũ natis intelligẽdũ eſt hoc propter ori-
ginale peccatũ,hic vero de filijs iam natis iubetur,vt vnuſquiſq; pro ſuo moriatur peccato?

Nihil em̃ trahit ex patre peccãte q iam natus eſt. ſed qm̃ alibi addit, His qui oderunt me, ma
nifeſtũ eſt illã ſanctionẽ poſſe mutari, ſi filij peccata parentũ non imitent. Sed merito quæ-
ritur, ſi reddũtur peccata parentũ in filios his qui oderũt Deum, cur hoc fieri dicitur in ter-
tiam & quartã generationẽ, non expreſſa prima & ſecunda, & non etiã in cæteras, perma-
nente impietate filioꝝ, & imitatione ſuoꝝ parentũ maloꝝ. An p ſeptenariũ, vniuerſitatem
intelligi voluit, nec poſuit ipſum ſeptenariũ, dicendo, in ſeptima generationem, ſed cauſam
pfectionis eius? Ideo em̃ ſeptenarius pfectus aſſeritur, qm̃ conſtat ex ternario, vtpote primo
impari toto, & quaternario primo pari toto. [Nõ puertes iudiciũ aduenæ & pupilli.] De ne-
Exo. 22. mine eſt iudicãdum peruerſe, ſed miſerabiliũ perſonaꝝ iniuriatio & iniuſta dijudicatio, tan
to amplius ſunt vitãdæ, quãto minus reſiſtere queũt, & quãto plus hoc cõtrariaret om̃i pie-
tati ac miſericordiæ, naturaliq́ꝫ legi. De hoc dictũ eſt plenius in Exodo. [Nec auferes loco pi
gnoris viduæ veſtimentũ.] Hoc intelligendũ eſt de pauperibus viduis, q̃ vere ſunt viduæ, ac
humano ſolatio deſtitutæ, qbus nequaq̃ auferendũ eſt pro pignore indumentũ q̊ indigẽt,
immo nec aliud q̃ cõmode nõ poſſunt carere, ſed ſpũalis pietas impẽdenda eſt ei. Quę aũt ſe
quunt in textu, ſunt plana, & in Leuit. aliàſq́ꝫ frequẽter expoſita. ¶Præterea myſticus huius
Leui. 19. capituli intellectus, pro maiori parte phabitus eſt. Etem̃ filius Dei propter nos incarnatus,
primo accepit cõiugem ſynagogã, quam poſtea propter ipſi⁹ fœditatẽ, incredulitatem, in-
gratitudinemq́ꝫ reliquit, & ſcripſit ei libellũ repudij, quia p ſuos diſcipulos cõſcripſit euan-
geliũ, in quo cauſam repudiationis illius expreſſit. Moraliter, ſi quis pro ſponſa ſibi accipiat
ſapientiam philoſophoꝝ, aut hoim̃ mundanoꝝ, & propter vanitates ac falſitates admixtas
voluerit eas deſerere, habet in promptu tradere cauſam, & debet aliã ſibi aſſumere ſpõſam,
videlicet euangelicã theoriã. Nõ accipies loco pignoris inferiorẽ & ſuperiorẽ molã. Debe-
mus in vita præſenti ſemper eſſe ſoliciti, & inter ſpem atq; timorẽ ſpũaliter moli, ita vt oĩs
duritia, impietas, culpa prorſus cõterant ac deſtruantur in nobis. Debemus nanq; aſſidue ex
conſideratione diuinæ pietatis confidere, & hæc ſpes eſt mola ſuperior: atq; ex propriæ fra-
gilitatis ac culpę intuitu formidare, qui timor eſt mola inferior. Nullũ itaq; ſic moleſtemus,
neq; ab aliq̊ ita qd extorqueamus, vt auferamus ei has molas, impediẽdo eũ à ſaluberrimis
cõſiderationibus, cõfidentijs ac formidinibus iſtis, aut pertrahẽdo eum ad vitia, pſertim ad
deſperationẽ, quę ſuperiori molę opponit, vel ad periculoſam ſecuritatẽ ſeu pſumptionem,
quæ molę inferiori cõtrariat. Si deprẽhẽſus fuerit homo, &c. i. q inuentus fuerit proximum
ſuũ eſſe furatus, eũ occulte ſcãdalizando, inficiẽdo, fallẽdo, ſicq́ꝫ abſtrahẽdo eũ dño ſuo Ieſu
Chriſto & matri ſuæ ſanctæ eccleſiæ, atq; vendiderit eũ. i. pro tẽporali cõmodo, aut propria
oblectatione ſubiecerit illũ ſeruituti peccati ac iugo diaboli, morietur morte damnationis
Eſai. 28. perpetuæ. Talis quippe eſt peſſimus hoſtis Dei, & fructificationi mortis ac ſanguinis Chri-
ſti renititur, pcuſſitq́ꝫ fœd⁹ cũ morte, & cũ inferno pepigit pactũ, eſtq́ꝫ ſatelles principis te-
nebraꝝ, & ei cooperatur ac ſeruit ad alioꝝ perditionẽ. Obſerua diligenter ne incurras pla
gam lepræ. Iubemur his verbis ſuperioꝝ noſtroꝝ doctrinis ac iuſſionibus diligẽter obtem
perare, nec falſæ doctrinæ aut inobedientię leprã aliquãdo incidamus: nec aliquis, quãtumli
bet virtuoſus, incaute aut negligenter ſe habeat, ſeu periculoſa reſoluatur ſecuritate, ſed re-
cordetur Mariæ prophetiſſæ ſororis Moſis, quæ poſt tanta gratiarum chariſmata, in ſpiri-
talem ac corporalẽ dilapſa eſt lepram. Cũ repetes à proximo tuo rem aliquam quam debet
tibi. i. dum à tuo diſcipulo aut ſubdito, vel ab eo cui fuiſti beneficus, exegeris ſpiritalẽ pro-
fectũ aut vicem pro informatione & cõmunicatione gratiæ quas ei exhibuiſti, non facias
hoc cũ indiſcreta importunitate, aut rigore ſuperfluo, nec vltra vires & capacitatẽ illius, ne
ipſum perturbes aut perdas. Non negabis mercedẽ indigentis. Ad literã inſtruimur in iſto
cap. ad magnam circa proximos charitatem ac pietatem, potiſſimum circa egenos, ne debi-
tores inopes moleſtemus, pignora immiſericorditer exigendo aut detinẽdo, aut operarios
ac mercenarios defraudando, tardeve remunerando, immo vnicuiq; nobis quodcũq; obſe-
quiũ aut beneficium impendenti conemur mox eſſe grati, vicemq́ꝫ repẽdere ſuo tẽpore po-
ſtulanti. Non occident patres pro filijs, nec econtra. Contra hoc enormiter & prorſus gra-
uiſſime peccant, qui pro iniuria ſibi aut ſuis irrogata, p ſe & ſuos non ſolũ quærunt ad occi-
dendũ aut vulnerandũ principalem actorem iniurię, ſed & cognatos ipſius etiã vſq; ad ter-
tiam & quartã generationẽ. Sic etiam peccant, qui offenſi ab aliquo, non ſolũ ſtomachantur
aut auerſiue ſe habent contra illum, ſed item contra amicos, propinquos aut ſocios eius.

¶Explanatio literalis cap. XXV. Si fuerit cauſa inter aliquos. Artic. XXVIII.

QVemadmodũ in lib. de Ciuit. Dei loquitur Auguſtinus, Nullũ animal eſt natura tam
ſociale, & voluntate tam concors, vt homo: ideo ad reſtringendum diſcordias liteſq́ꝫ
hoim̃, diuerſa tradita ſunt præcepta, quoꝝ vnum in huius capituli collocatur exor-
dio. [Si fuerit cauſa inter aliquos, & interpellauerint iudices,] ad iudicẽ nanq;, tanq̃ ad ani-
matam iuſtitiã, confugiunt partes. [quem iuſtum eſſe perſpexerint, illi iuſtitiæ palmam]. i.
trium-

triumphũ aut etiã ſenſibile ſignũ victoriæ [dabunt] ſecundum q̊d antiquitus extitit moris, ꝙ
victorioſi in bellis, in ſignũ triumphi decorabãtur ramis palmę in capite & manibus. [quem
impiũ]. i. iniuſtam habere cauſam cenſuerint, ſicq́ꝫ impietas ſumitur hic pro quacunq; ini-
quitate, non ſolum in Deũ, ſed item in proximum, cum tñ proprie noĩetur culpa in Deum.
[condemnabũt impietatis:] non ſolum contra eum ſententiando, ꝙ cauſa ſua iniuſta ſit, ſed
etiam ꝙ conſuetis ac debitis pœnis ſubdatur, vt pecuniariæ aut ſimili pœnæ ſeu perſolutio-
ni aut ſatisfactioni. [Sin autem eum qui peccauit, dignum viderint plagis,] ita ꝙ nõ ſolum
meruit pecuniariã pœnam, ſed etiã confuſibilem verberationẽ, [proſternent & coram ſe fa
cient verberari:] ne in eorum abſentia correctio illa fiat exceſſiue aut defectiue, ſicq́ꝫ iacen-
do flagellabatur, iuxta quẽ modũ aliqui putauerunt & dñm Ieſum Chriſtum fuiſſe flagella-
tum, quem magis credendũ eſt alligatum columnæ cæſum fuiſſe. [Pro menſura peccati, erit
& plagarum modus]. i. numerus ictuũ, vt culpæ proportionata ſit pœna, ita ꝙ quis quanto
grauius cõmiſit flagitium, tanto maiorẽ recipiat numerũ verberum. [ita duntaxat, vt qua-
dragenariũ numerũ non excedat] inflictio ictuum. Hęc nanq; flagellatio fuit quaſi pœniten
tialis quædã caſtigatio rei. Numerus aũt quadragenarius pœnitentiæ cõgruit. Et item, ne in
tali punitione videretur crudelitas exerceri, cum tñ actui iuſtitiæ admiſcenda ſit actio pie-
tatis. ideo ſubdit: [ne fœde]. i. turpiter [laceratus * iaceat ante oculos tuos frater]. i. pximus * abeat
[tuus.] Circa hoc magiſter in hiſtorijs: Sic, inquit, pœnitentes excõmunicatos plagis cædi- vl' obeat
mus, ſecundũ numerum verſuũ alicuius pſalmi, quem cædendo cantamus. Porro Ioſephus Ioſ. li. 4.
ſcribit reum fuiſſe percutiendum 40. plagis, vna minus, habena publica. Vnde & Apoſtolus ant. iud.
proteſtatur: A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi. Iudæi quippe ne videren cap. 6.
tur crudeles, vnum ictum ſubtraxerunt ex traditione cõmuni Maiorum. tamen vt text⁹ prę- 2. Co. 11.
tendit, ſi culpa erat minor, erat & minor ictuum numerus infligendus. atq; vt Ioſephus ſcri- Ioſ. li. 4.
bit, turpiſſimum erat hoĩem liberum ſuſtinere hanc pœnam. ¶Circa hæc intuendum, q̊d in ant. iud.
prima ſecundæ, quæſt. 105. ſcribit Thomas: Secũdum Auguſtinum 21. de Ciui. Dei, Tullius cap. 6.
fuiſſe refert 8. genera pœnarum in legibus, vtpote damnum, vincula, verbera, talionẽ, igno- Aug. 21.
miniam, exilium, mortem & ſeruitutem: ex quibus aliqua, immo pene oĩa iſta, fuerunt in le de Ciui.
ge ſtatuta, videlicet Damnum, dum fur condemnabatur ad quadruplũ vel quintuplũ: Vin- Dei.
cula, ſicuti in Numeris legitur, blaſphemus fuiſſe recluſus in carcere: Verbera, in iſto capitu Nũe. 15.
lo: Ignominiã, ſicut in iſto habetur capitulo, de nolẽte ſuſcitare ſemen fratri ſuo defuncto,
in cuius faciẽ ſpuebatur: Mortẽ, vt patet in Leuitico: Qui maledixerit patri aut matri, mor- Leui. 20.
te moriatur. Talionem, iuxta illud: Oculum pro oculo, dentem pro dente. Seruitutẽ quoq; Exo. 21.
in duobus caſibus: Primo, dum ſeruus ſeptimo anno noluit liber egredi, & legis beneficio
vti, propter q̊d deinceps perpetuæ ſeruituti fuit addictus. Secundo, dum fur non habuit q̊d
pro furto reſtitueret. Exiliũ vero nõ inſtituit lex vniuerſaliter, quia in ſolo populo illo vi-
guit cultus Dei, propter q̊d expulſio extra patriã illã, fuit idololatrãdi occaſio. Hinc 1. Regũ 1. Re. 26.
locutus eſt Dauid: Maledicti ſunt qui eiecerũt me, vt nõ habitẽ in hæreditate dñi, dicentes:
Vade, ſerui dijs alienis. Fuit tñ in lege particulare quoddã exiliũ, quo homicida excuſabilis
manſit in aliqua vrbe refugij vſq; ad pontificis obitũ. Itaq; in grauioribus criminibus con-
tra Deum aut proximũ factis, puta in blaſphemia, idololatria, homicidio, furtoq́ꝫ hoim̃, in
irreuerentia, maledictione & cõtumacia circa parẽtes, in adulterio atq; inceſtibus, lex mor
tem inflixit: In furto aliaꝝ rerum, adhibuit pœnã damni: In percuſſuris & mutilationibus
pœnam talionis, ſimiliter in falſo teſtimonio: In minoribus aũt culpis, pœnam flagellatio-
nis aut ignominiæ. Hæc Thomas. ¶Præterea contra id q̊d dictum eſt, Pro menſura peccati
erit & plagarũ modus, obijci poteſt, qm̃ quibuſdã æqualibus culpis inæquales pœnas infli-
xit, quia pro vno boue furato iuſſit 5. boues reſtitui, & pro vna oue furata 4. oues. Eum q̊q;
qui ſabbato ligna collegerat, lapidari præcepit, cum tñ grauiora minus punierit. Ad hęc in-
troducta eſt reſpõſio Thomæ ſup Exodum. ¶Deniq; ſecundum eundẽ S. doctorem, circa Exo. 22.
quantitatẽ peccati, quadruplex gradus eſt attẽdendus, etiam circa vnum & idem factũ. Pri
mus eſt, dũ inuolũtarie cõmittitur: tunc em̃ ſi om̃ino inuoluntarie agitur, homo totaliter
excuſatur à pœna, vt ſupra dictum eſt de puella, quæ in agro clamans opprimitur. Si autem Deu. 22.
homo fuit in facto tali aliquo modo volũtarius, tñ ex infirmitate peccauit, vt dum quis pec-
cat ex vehemẽtia paſſionis: tunc em̃ peccatum minuitur, & pœna eſt minuenda ſecundũ ve
ritatẽ iudicij, niſi forte propter cõmunem vtilitatẽ grauiter ad abſtrahendũ hoĩes à peccato
huiuſmodi, ad quod multũ ſunt inclinati. Secundus gradus eſt, quando per ignorantiam
quis peccauit, & tñ aliquo modo reus reputat̃ propter negligentiã addiſcẽdi: & tunc ſecun
dum legẽ non puniebatur per iudices, ſed peccatũ ſuũ per ſacrificia expiauit, iuxta illud Le- Leuit. 4.
uitici: Anima cum per ignorantiã peccauerit, quod intelligendũ eſt de ignorãtia facti, non
diuini præcepti, q̊d oẽs ſcire tenebantur. Tertius gradus eſt, quando per ſuperbiam quis ex-
ceſſit. i. ex certa electione atq; malitia, & tunc puniebatur ſecundum grauitatẽ delicti. Quar

tus gradus,qñ p proteruiã pertinaciamq́; peccauit, & tunc tanq̃ rebellis & deſtructor legis
fuerat occidendus. Hæc Thomas. ¶De his eleganter ſcribit Alexander de Hales ſup 5. Sen-
tentiarũ,ſed & Parrhiſienſis libro de fide & legibus ſcribit. Quod aũt quædam mala,q̃uis mi
nora,quibuſdã maioribus malis lex iuſſit puniri,illa ꝓculdubio cauſa fuit,quia frequentius
contingebant in populo illo:ꝓpter q̃d plus nocuerũt paci cõmuni ſua frequentia,q̃ maiora
magnitudine ſua. Propter hoc etiã, qm̃ multitudinẽ inuoluebant, & difficilior erat eorum
curatio. Ampli⁹,facilior erat eorũ cõmiſſio ꝓpter opportunitates, queadmodũ eſt facilior
furatio ferri,q̃ auri æquiualẽtis:quia æs facilius inueniť,& aurũ arctius cuſtodiť.[Non liga-
bis os bouis triturãtis in area].i.in horreo[fruges tuas].i.de bladis quę triturat, refici eũ per-
mittas. Hoc dñs iuſſit ad literã, vt Iudæi circa bruta pietatẽ quandam addiſcerent,& ſuã cru
delitatẽ auaritiamq́; compeſcerẽt, quatenus circa hoĩes benigniores aſſueſcerent eſſe. Porro
q̃d de boue triturante nũc dicitur, de om̃i iumento in ſimili conſtituto labore accipiť. ¶Cir
ca hoc ſcribit Guilielmus: Licet videri poſſit,ꝙ iſtud ſit dictũ contra auaritiã Iudæorũ,qui
eo vſq; frugibus ſuis parcebant,vt nec boues triturantes inde manducare permitterent, &
ne auaritiã hanc in vindemiatores & calcatores vuarũ extenderent,non permittẽdo eos de
vuis frugaliter edere,neq; de muſto potare,q̃d erat Iudæis innatæ auaritię intoleranda cru-
delitas. Tñ per iſtud mandatũ percuſſa eſt & reprobata conſuetudo eorũ,qui boues in tan-
tũ abominabanť, ꝙ de frugibus ſuis eos comedere non ſinebant,& oſtenſa eſt æquitas, qua
iuſtiſſimũ eſt,vt qui participat in labore,participet in comeſtione. Hæc Guilielmus. Verunta
1. Co. 9. men Paulus apoſtolus ſpiritu ſancto repletus,teſtimoniũ iſtud allegans, adiecit:Nũquid de
bobus cura eſt Deo? Propter quod ſatis inſinuauit, Deũ iſtud per myſticũ ſenſum iuſſiſſe,
puta ad innuendũ,ꝙ prædicatoribus & prælatis qui deſignanť per boues,nõ ſint vitæ ſtipen
dia ſubtrahenda,qm̃ ipſi in area,i.in eccleſia triturant fruges noſtras.i. ſpũalia alimẽta præ-
parant nobis,& ſcripturarũ ſenſus emolliunt ac maſticant auditoribus ſuis. ¶Sequiť lex de
ſuſcitando ſemine,proximo abſq; liberis mortuo, quæ lex etiã in lege naturæ diu ante Mo
Gen. 38. ſis tẽpora ſeruabať,vt in Geneſi patet de filijs Iudæ. [qñ habitauerint fratres ſimul].i.in eadẽ
prouincia,vrbe, villa, aut domo,& noĩe fratris intelliguntur cognati. [& vnus ex eis abſq; li-
beris mortuus fuerit.]Ex q̃ elicitur,ꝙ præceptũ iſtud loquatur de coniugatis, nõ de his qui
nondũ cõnubium inierunt. nam & ſubditur: [Vxor defuncti non nubet alteri].i. extraneo
ſeu non cognato,[ſed accipiet eã frater eius].i.propinquus defuncti.[& ſuſcitabit ſemẽ fra-
tris ſui].i.ex fœmina illa procreabit, Deo præſtãte,prolem ſeu filium. [& primogenitum ex
ea filiũ,nomine illius appellabit].i.fratri defuncto aſſcribet,quaſi illi⁹ ſit filius.[*Quod ſi no
*Sin autem luerit accipere coniugẽ fratris ſui] defuncti[quæ ei lege debetur,perget mulier ad portã ci-
uitatis,& interpellabit maiores natu, dicetq́;:Non vult frater viri mei ſuſcitare ſemen fra-
tris ſui, nec me in coniugẽ ſumere. ſtatimq́; accerſiri eũ facient,& interrogabũt. Si reſpõde-
rit, Nolo eã vxorẽ accipere: accedet mulier ad eũ corã ſenioribus, & tollet calceamentũ de
pede eius,] atq; in faciẽ eius ſpuet,vel corã eo in terrã, ipſo cernente,& hoc in confuſionem
ipſius,quia ſecundũ legẽ noluit facere,nec fratri ſuo defuncto charitatẽ pietatẽq; exhibere,
procreando ei prolẽ in ipſius memoriã. ſicq; mulier [dicet illi:Sic fiet homini qui non ædifi-
cat domũ fratris ſui].i.ꝓgeniem fratris ſui non auget nec ſuſcitat neq; cõſeruat,[& vocabi-
tur nomẽ illius] legi inobedientis,[domus diſcalceati].i.ipſe & ſoboles eius hoc vili agno-
mine exprimenť, ita ꝙ prauitas eius redundabit in poſteros ſuos per diffamiã iſtã. Si aũt q̃s
Leu. 18. inſtet, ꝙ lex iſta videť contraria ei,q̃d in Leuitico dñs ait:Vxorẽ fratris ſui nullus accipiat:
Itemq́;, Turpitudinẽ vxoris fratris tui nõ reuelabis: Dicẽdũ ꝙ lex illa intelligitur, qñ frater
Chryſo. reliquit ſemen. Cauſam q̃q; huius p̃cepti Chryſoſtomus ſup Matthęũ tangit, dicendo:Quia
immitigabile malũ mors erat apud Iudæos,qui oĩa pro præſenti vita agebant, ſtatutũ eſt vt
defuncto filius naſceretur ex fratre, ad quem propter ꝓpinquitatem hoc magis pertinuit.
Sed quæri poteſt, cur propinquus non cogebatur huic legi parere per pœnã maiorem? Et
reſpondendũ,ꝙ propter vitãdum periculũ,ne ſ.eam quã coactus acciperet, ex odio poſtea
trucidaret. Nam & coacta coniugia malũ exitum ſolent habere. Aliqui aũt dicunt,ꝙ quan-
do alius propinquus coram iudicibus aderat, qui relictam illã volebat accipere, tunc alius
ille tulit calceamentũ de pede propinquioris illam recuſantis. Quod ſi muliere non inter-
pellante, propinquior corã iudicibus fatebatur ſe nolle ducere ipſam, tunc ipſemet diſcal-
ceauit ſeipſum. & iſtud in Scholaſtica fertur hiſtoria,eſtq́; ꝓbabile,quia in Ruth legiť Booz
Ruth 4. dixiſſe ei qui noluit ipſam Ruth ducere,cũ eſſet marito eius propinquior:Tolle calceamen-
tum &c.[Si habuerint inter ſe iurgiũ viri duo,& vnus contra alterũ rixari cœperit, volẽſq;
vxor alterius eruere virũ ſuũ de manu fortioris, miſeritq́; manũ & appræhenderit verenda
eius,abſcindes manũ illius.]Hic dñs iubet, vt ſi mulier volẽs ſuũ iuuare maritũ, appræhen-
derit verenda viri,ſuũ virũ impugnãtis,manu ſua per abſciſſionẽ priuetur:in q̃ patet,quan-
ta debeat eſſe pudicitia mulierũ, p̃ſertim cum in iſto caſu videatur mulier magnum incita-
mentum

mentum ſic agẽdi habere:ideo ſi in caſu alio hoc feciſſet, in quo non habuiſſet tantã ad hoc
occaſionem,magis meruiſſet ita puniri. Hic in Leuit. iuſſum eſt, vt ſi frater & ſoror ſibijn-
uicẽ reuelauerint genitalia ſua ad intuendũ,interficianť. Vñ apparet ꝙ pſonę illæ Iſraeliticę
ſtirpis pronæ fuerunt ad iſta.& addidit dñs,[nec flecteris ſuper eam vlla miſericordia].i.ze-
lo iuſtitiæ iſtud implebis q̃d pręcipitur iudici,ne ſ.immoderate cõdoleat,ita vt per hoc exe
cutionẽ iuſtitiæ poſtergaret. Vnde & apparet ꝙ non licuit preciũ pro mutilatione illa reci-
pere. [Non habebis in ſacculo diuerſa pondera,] ſ. [maius & minus, nec erit in domo tua
modius maior & minor. Pondus habebis iuſtũ & verũ,& modius æqualis & verus erit tibi,
vt multo viuas tempore ſuper terrã. Abominatur eñ dñs eũ qui facit hęc, & auerſatur oẽm
iniuſtitiã.]De iſto dictũ eſt plenius in Leuitico, vbi totũ iſtud expoſitũ eſt. [Memento q̃ fe-
Leuť. 19. cerit tibi Amalech] .i.populus Amalechitarũ [in via, quãdo egrediebaris ex Aegypto,quõ
occurrerit tibi].i.hoſtiliter te acceſſit à parte poſteriori. Nã ſubdiť,[& extremos agminis tui
cecideri[t]].i.percuſſerit,prout in Exodo ſcriptũ eſt.[q lаſſi reſidebant.]Per extremos quidã
Exo. 17. intelligũt tribum Dan,q̃ in motione & profectione caſtrorũ vltima fuit, vt in Numerorũ li-
Num. 2. bro habetur. Alij per extremos intelligũt laſſos & leproſos atq; ſuperfluos,quib⁹ non licuit
ingredi caſtra. Hinc ait Gloſſa: Tradunt Hebræi ꝙ leproſos & ſeminifluentes, & alios extra
caſtra poſitos, interfecerit Amalech. [Cũ ergo dñs Deus tuus dederit tibi requiem, delebis
nomen eius de ſub cælo].i.poſteritatem Amalechitarũ illorum totam pro poſſe occides,etiã
1. Re. 15. mulieres atq; infantes,prout 1. Regũ Samuel dixit ad Saul. Sicq́; nomen & memoria Ama-
lech deleanť,quãtũ ad hoc ꝙ nihil laude dignũ de ipſis remaneat, queadmodum Salomon:
Memoria,inquit,iuſti cũ laudibus,nomen autem impiorũ putreſcit. ſed nonne iſtud pręce-
ptum cõtrariatur ei q̃d in præcedenti habeť capitulo,Nõ occidenť filij pro patribus? Et q̃d
alibi legiť, Innocentẽ non interficies? Ad q̃d ex p̃cedentis cap. expoſitione patet reſponſio.
¶Deniq; humana iuſtitia nõ poteſt diuinæ iuſtitiæ in oĩbus aſſimilari, aut eã imitari in cun-
ctis,ſed ſecundũ legẽ ſibi p̃fixam. Eſtq́; pfectio hoĩs,Deo aſſimilari,non vt velit aut agat q̃c-
quid vult aut efficit Deus,ſed vt velit & opereť,q̃d Deus vult eum velle ac agere. Deus aũt in
actibus ſuis ad multa reſpicit ac diuerſa, ad q̃ hõ non poteſt volendo aut agendo reſpicere.
¶Poſtremo,ſi aliq̃ Amalechitę fuiſſent ad Iudaiſmũ conuerſi,in ipſis nõ fuiſſet hæc vltio ex-
ercẽda. Spũaliter frater. i. bonus prælatus,debet fratri ſuo defuncto.i. Chriſto propter nos
crucifixo, ſuſcitare ſemẽ de ipſius vxore.i.de eccleſia,q̃ p eccleſiaſtica ſacramẽta,& p p̃di-
cationes,orationes,ſanctaq́; opera debet iugiter aliq̃s ſpũaliter regenerare in Deo:q̃d ſi fa-
cere neglexerit, dignus eſt vt eccleſia cõſpuat eum. Poteſt q̃q; p fratrẽ defunctũ,quicũq; pa-
ſtor,p̃ſul,ſeu præſidẽs,viã vniuerſæ carnis ingreſſus,intelligi:q̃ mortuo,debet ei alter in pla-
tura ſuccedere,atq; ex grege illius Chr̃o fructificare: q̃d ſi facere nolit, apud ſuperiores ac-
cuſari mereť. Si habuerint inter ſe iurgiũ viri, hoc eſt,ſi catholicus ac pfidus ĩter ſe diſcepta-
uerint,& eccleſia malignantiũ hæreſiarchæ cõiuncta,appræhenderit verẽda catholici.i.do-
ctrinã ſuã qua alios in Chr̃o regenerat,cõuertit,ſaluificat,corrũpere & reprobare ſtuduerit,
amputãda eſt impudica p̃ſumptio eius. Memẽto q̃ fecit tibi Amalech.i.nocumẽta ab inui-
ſibilibus hoſtibus tibi illata ꝑpende,ab eo tẽpore quo de tenebris ſeculi exire cœpiſti. Cũq;
in virtutibus & donis ſpũſſancti profeceris, de illa iniuria ac dãnificatione te vindica, reſi-
ſtẽdo oĩ tẽtationi ac vitio,tanto virilius & tãto ardẽtius indeſinẽter proficiẽdo,quanto ho-
ſtilius & acrius ab illo es impugnatus, q extremos agminis ſeu dñici gregis,puta puſillos &
incipientes, ſpecialius faciliusq́; expugnat ac fallit, donec oĩno ſuperes illos. Iſtud prælatis
præcipue dicitur, qui læſionem vniuſcuiuſq; ſibi commiſſi,quaſi propriam debent dolere.

¶Elucidatio literalis cap. XXVI. Cumq́; intraueris terram &c. Artic. XXIX.

MOſes om̃i induſtria ſibi poſſibili, Iſraeliticã plebẽ ab idololatria retrahere niſus eſt:
idcirco nũc iubet,vt loco & tẽpore opportuno beneficia ſibi deſup ĩpartita, ſolẽni-
ter recognoſcãt,q̃ten⁹ in illi⁹ dũtaxat remaneãt cultu,à q̃ tot bona ſe cõſecutos agno
ſcunt.[Cumq́; intraueris terrã] tibi promiſſam [& obtinueris eã,atq; habitaueris in ea,tol-
les de cunctis frugibus tuis primitias].i.primitiuos atq; p̃cipuos fructus, qm̃ elegantiora of
ferenda ſunt dño,[& pones in cartallo:] hoc eſt,vaſe vimineo ſecundũ Gloſſam,ſeu in cani-
ſtro de caricibus facto.[pergeſq́; ad locũ,]in q̃ tabernaculũ Dei eſt vel tẽplum,[quẽ dñs De⁹
tuus elegerit,vt ibi inuoceť nomẽ eius: accedeſq́; ad ſacerdotẽ] ibi tũc officiantẽ,[qui fuerit
in diebus illis, & dices ad eũ: Profiteor hodie coram dño Deo tuo] Iſta profeſſio ſeu reco-
gnitio fiebat in atrio e diuerſo altaris holocauſtorũ. [ꝙ ingreſſus ſim in terram,pro qua iu-
rauit]dominus [patribus noſtris,vt daret eam nobis.] ¶ Porro Deũ vniuerſorum ſpecialiter
nominat offerens iſte Deum ſacerdotis, quia à ſacerdotibus præcipue eſt colendus.[Suſcipi-
enſq́; ſacerdos cartallũ de manu tua]in quo primitiæ poſitę ſunt,q̃d offerens ſecũ portauit,
[ponet ante altare] holocauſti in atrio,[& loqueris in conſpectu domini Dei tui:] qui q̃uis
vbiq; ſit,ſpecialiter tamẽ in loco ſuo cultui cõſecrato.[Syrus perſequebať patrẽ meũ].i.La-

ban

ban cum ſuis cognatis inſecutus eſt Iacob p̃triarchã fugientẽ ex vrbe Labã Syri, q de Meſo-
potamia Syriæ natus eſt. Hinc ſcriptũ eſt in volumine Geneſeos: Aſſumptis Laban fratribus
ſuis, pſecutus eſt Iacob 7. diebus, & cõpræhendit eũ in monte Galaad. [Qui deſcẽdit in Aegy
Gen. 31. ptũ] cum domo ſeu ſobole ſua, [& ibi peregrinat⁹ eſt in pauciſſimo numero:] qa in aĩab⁹ 70.
qui numerus fuit permodic⁹ cõparatione infideliũ Chananæorum atq; Aegyptiorum. Habita-
uit aũt Iacob in Aegypto 17. annis: ſed qm̃ aduena fuit, & aliã regionẽ, cæleſtẽ videlicet pa-
triã, adſpirauit, dicit ibi peregrinatus, ſicut & ante in alijs terris. Propter q̃d dixit ad Phara-
onem: Dies peregrinationis meæ ſuper terrã &c. [creuitq; in gentẽ magnam ac robuſtam] .i.
poſteritas eius ſic creuit. [Afflixeruntq; nos] .i. pres nr̃os [Aegyptij] ſicq; offerens iſte loque-
Gen. 47. baſ ex pſona totius populi ſui, & diuerſis diuerſa attribuenda fuerũt. [& clamauim⁹ ad dñm
Deũ noſtrũ, & reſpexit humilitatẽ noſtram, & duxit nos de Aegypto, & ĩtroduxit in locum
iſtum &c. idcirco nunc offero primitias frugum terræ] Deo in recognitionẽ, q̄ oĩa ab ipſo
accepi, & q̄ dona ipſius ſint quæ offero ei. [& dimittes ea in conſpectu dñi Dei] ad vſum mi
niſtrorum ipſius. [Et adorato dño Deo tuo, epulaberis in oĩbus bonis quę dñs Deus tuus de-
derit tibi & domui tuæ, tu & Leuites & aduena q tecum eſt. Qñ cõpleueris] hoc eſt, perfecte
collegeris, [decimã cunctarum frugum tuarum, anno decimarum 3. dabis Leuitæ & aduenę &
pupillo & viduę, vt comedant intra portas tuas] Senſus iſtius paſſus patet ex eo, q̃d ſcriptum
Deu. 14. atq; expoſitum eſt ſuprà: Anno 3. ſeparabis aliã decimam ex oĩbus quæ naſcuntur eo tem
pore. [Loquerisq; in conſpectu dñi Dei tui: Attuli quod ſanctificatum eſt de domo mea] .i.
præfatam decimam Leuitis, aduenis, pupillis ac viduis, dandam eis iam apportaui & dedi.
ideo ſubditur: [& dedi illud Leuitæ & aduenæ, pupillo & viduæ, ſicut iuſſiſti mihi.] quę de-
cimæ dicuntur ſanctificatum de domo, quia de rebus ac frugibus à patrefamilias deputa-
bantur ad vſum hunc pium, ad Dei honorẽ. Hinc q̄ Lyra ait, textum iſtũ vitio ſcriptorum
videri corruptũ, ita q̄ hic haberet, abſtuli, nõ attuli, nõ oportet ſic dicere, nec ratio ei⁹ valet:
qa non dicit hic, q̄ ſanctificatũ hoc afferebatur in Hieruſalem. [Non p̃teriui mandata tua,
nec oblitus ſum imperij tui] quę de decimis primitijsq; iuſſiſti. Hoc dicit nõ inaniter glori-
ando, ſed Deo potius regratiãdo, q grãm contulit obediendi, vel excitãdo ſeipſum ad confi-
dentiã piã in dño, ſiue ad aliorum ædificationẽ, qa in his modis ſancti qñq; ſuas recitauerũt ac
deſcripſerũt iuſtitias. [Non comedi ex eis in luctu meo] .i. decimas illas p̃fatis perſonis depu
tatas, nõ redegi in propriũ vſum aut eſum tẽpore meæ afflictionis, ita q̄ nullus mœror aut
fletus ad p̃ceptu huius inaduertentiã me induxit. [Nec ſeparaui ea in qualibet immunditia]
hoc eſt, nõ diuiſi has decimas ab alijs rebus ac partibus, ad vtendũ eis in aliqua re vel actio-
ne illicita aut ſuperſtitioſa, aut in idolorum cultura, q̃ antonomatice nuncupaſ immunditia.
[nec expẽdi ex his quicq̃ in re funebri] .i. in parẽtalibus q̃ obſeruabant gẽtiles, ſecundũ Gloſ
ſam. Vel in re funebri, hoc eſt, in cauſis lugubribus ſeu exequijs mortuorum, faciendo ex deci-
mis his refectionẽ his qui ſepulturæ propinquorum meorũ interfuerunt. Hoc addit, qa Iudæi
in ſuorum parentum exequijs facere cõſueuerunt expẽſas permaximas. ¶Circa hũc locum
recitat Lyra, q̃liter quidã dixerunt, q̄ tertio anno erãt 3. decimæ: vna ad vſum Leuitarum, ſe-
cunda de 9. partibus reſiduis, quæ portabatur in Hieruſalem, & inde epulabantur ibidem,
offerẽtes cum ſuis familijs ac Leuitis, & fiebat ſingulis annis, ſicut & in prima. Tertia fiebat
tñ 3. anno, eratq; pauperum, ſed 2. decima q̃ ab iſtis ponitur, videt conficta, qa non habetur ex
textu, neq; ex Gloſſa, ſed ſolum aliæ duæ: idcirco cum dicitur, Anno decimarum tertio, intelli
gunt duæ tñ primitiæ, ſ. prima q̃ erat Leuitarum, & ſecunda fuerat pauperum, duobus aũt
prçcedẽtibus annis fiebat tantũmodo prima. Hęc Lyra. ¶Sed ſicut ſuprà dictum eſt, poſitio
illa de tribus decimis, eſt magiſtri in hiſtorijs, q etiã perhibet eam ab Hebræis acceptam. &
dato q̄ non habeat directe ex textu, tñ ſequitur ex eodẽ, ſiquidẽ aliter non videtur poſſe ve-
Deut. 4. rificari q̃d ſuprà ſcriptum eſt: Nõ poteris comedere in oppidis tuis decimã frumẽti, vini &
olei, Primogenita armentorum & pecorum & primitias manuũ tuarum, ſed corã dño Deo tuo co
medes ea in loco quẽ elegerit dñs, tu & filius tu⁹ & filia, ſeruus & famula, atq; Leuites. Nam
Deut. 12. ſicut ibidẽ probatũ eſt, hoc exponi nõ poteſt de 1. decima, q̃ tota ptinuit ad Leuitas: neq; de
tertia quæ pauperum erat, nec in vſus pprios redigẽda, ſicut iam patuit: ideo recte de 2. ex-
ponitur, & expoſitio Lyræ ibi non videtur idonea, qm̃ dicit hoc eſſe intelligendũ de hoſtijs
pacificis, quas tunc offerebant Iudæi, quarum pectuſculũ & armus dexter erant ſacerdotis
de iure, cæteræ carnes erant offerentis. Nã hoſtiæ illæ pacificæ non erant decima, nec carnes
illius hoſtiæ erant decima frumenti, vini & olei, nec erant primogenita pecorum quæ ſacer-
dotibus debebantur: & tñ textus ille apertiſſime loquitur de decima & decimis frumenti,
vini & olei, ac primogenitis pecorũ. ¶Præterea in ſecunda ſecundæ, quæſt. 87. ait Thomas:
In veteri lege tres decimæ erant, quarum quaſdam ſoluebant Leuitis. Vnde in Numeris ha
Num. 18 betur: Leuitæ decimarum oblatione erunt contenti. Erant quoq; aliæ decimę, de quibus in
Deu. 14. Deuteronomio legitur: Decimam partem ſeparabis de cũctis fructibus tuis, & comedes in
conſpectu

cõſpectu dñi &c. Erãt etiã aliæ tertię decimę, de qbus ibi ſubiungit: Anno tertio ſeparabis ali
am decimã &c. Ecce q̄ ĩ ſcriptura oſtẽdit hic doctor tres decimas fuiſſe in lege modo p̃fato,
atq; de tertia decima ſcriptũ eſt in Tobia, q̄ in 3. anno pſelytis & aduenis miniſtrauit oẽm Tobię 1.
decimationẽ. [Obediui voci dñi Dei mei, & feci oĩa q̃ p̃cepiſti mihi. Reſpice de ſanctua-
rio tuo, & de excelſo cælorum habitaculo.] Iſtud poteſt eſſe oratio Moſis, vel offerentis præ-
fati. Itaq; domine oculo pietatis reſpice de ſanctuario tuo, hoc eſt, de tabernaculo ſeu tẽplo.
Nam in tabernaculo Moſis Deus tunc ſpecialiter habitare aſſerebat, quẽadmodum nunc in
eccleſia conſecrata, & de excelſo cælorum habitaculo, puta de cælo empyreo, de quo in Pſal- Pſal. 18.
mo: A ſummo cælo egreſſio eius. Et in Eſaia: Cælum mihi ſedes eſt. [& benedic populo tuo Eſaiæ 66
Iſrael,] dando & multiplicando in eis temporalia ac ſpiritualia bona. [& terræ quam dedi-
ſti nobis,] eam fœcundando. Ex hoc apparet, q̄ iſta fuit præfati offerentis oratio. [ſicut iura
ſti patribus noſtris. Hodie dominus Deus tuus præcepit tibi, vt facias mandata hæc] .i. mora
lia, [& iudicia] hoc eſt, iudicialia pręcepta. & ideo ait, hodie, vt magis attendant quaſi recens
præceptum, quemadmodum Chr̃s in cœna diſcipulis: Mandatum, inq̄t, nouũ do vobis, vt Ioan. 13.
diligatis inuicem. [vt cuſtodias & impleas ex toto corde & ex tota anima tua. dominum ele
giſti hodie] ita tamen q̄ prior elegit te, cum dicat Saluator: Non vos me elegiſtis, ſed ego ele Ioan. 15.
gi vos. [vt ſit tibi Deus, & ambules in vijs eius, En dominus elegit te hodie] .i. æternam ele-
ctionem ſuam qua te elegit, nunc tibi monſtrat, [vt ſis ei populus peculiaris] hoc eſt, ſpecia-
lis hæreditarius ac propius, eum præ cæteris gentibus veraciter amans & colens. [& faciat te
excelſiorem cunctis gentibus] .i. in ſpũalibus donis & gratijs eminẽtiorem ac famoſiorem,
immo & q̃dãmodo potentiorem, q̃d tempore Dauid & Salomonis fuit impletum. Hinc di-
ctum eſt ſuprà, Non eſt alia natio tam grandis &c. &, Quæ eſt alia gens ſic inclyta? quod pro Deut. 4.
tempore veteris teſtamenti verificatur. Excellentius vero impletũ eſt iſtud in Chriſto atq;
apoſtolis, q̃s conſtituit dñs principes ſup oẽm terrã. [q̃s creauit in laudẽ & nomẽ] .i. famam, Pſal. 44
[& gloriam ſuã.] Oĩa quippe propter ſeipſum operatus eſt dñs, & oĩa fecit Deus vt timeatur: Pro. 16.
immo qcq̃d creauit, ad ſuiipſius refert gloriã & honorem, cũ ipſe ſit oĩm vltim⁹ finis. [vt ſis Ecci 3.
populus ſanctus dñi Dei tui, ſicut locutus eſt.] Hoc nõ eſt intelligendũ, q̄ De⁹ creauit oẽs gen
tes in laudẽ & gloriã ſuã, q̃ten⁹ populus Iſrael ſit populus ſanctus ipſius, ſed refert ad illud, &
faciat te excelſiorẽ, q̃d totũ ordinat finaliter ad Deũ & eius p̃conium. ¶Poſtremo, q̃d in prin
cipio huius cap. dictum eſt de primitijs in cartallo ponẽdis &c. Aliq dicunt factũ ſemel dun
taxat poſt ingreſſum in terrã pmiſſionis, vt lr̃a ſonare videt, in q̃ non exprimit tẽpus deter-
minatum, q̃ fieri debuit, niſi q̄ poſt ingreſſum p̃fatum, nec addit vt ſæpius fieret. Ioſeph⁹ ve
ro ait has profeſſiões & grarum actiones fieri debuiſſe ſingulis annis in Scenopegia, imo bis in
die. ¶Myſtice & nos militãtem ingreſſi eccleſiã, oĩe bonum p̃cipuũ Deo habemus aſſcribe-
re, atq; aſſidue bñficia Dei cum grarum actiõe fateri ac dicere: Syrus pſequebat patrẽ meum, qa
diabolus in paradiſo primũ noſtrũ decepit parentẽ: q inde expulſus in pauciſſimo numero,
qa cũ ſola vxore deſcẽdit in vallẽ hãc lachrymarum, in q̃ creuit in multitudinẽ infinitã, vbi &
eius poſteritas multipliciter eſt afflicta, ac varijs vitijs, imo & idololatrijs ĩuoluta. qdã vero
ex poſteris eius dño adheſerũt, & clamauerũt ad ipſum: qb⁹ tẽpore p̃ordinato miſit ſaluatorẽ
vnigenitũ filium ſuũ, p quẽ tradidit eis terrã lacte & melle manãtẽ. i. militãtis eccleſiæ gratio
ſiſſimã cõmunionẽ, deinde eccleſiæ triũphãtis glorioſiſſimã ſocietatẽ. Hinc eccleſiaſticis ſa-
cramẽtis chariſmatib⁹q; ſupnis copioſe refecti, & qcq̃d bonorum ſortiti ſunt, proximis indi-
gẽtibus liberaliter cõmunicauerunt. ¶Porro, q̄ populũ Chr̃ianum Deus ſibi p̄ cunctis ele-
gerit populis in peculiariſſimam plebem, cunctisq; gentibus fecerit præclariorem, ineffabi
liter magis q̃ Iſraeliticam plebem, cunctis vere fidelibus prorſus certiſſimum eſt.

¶Expoſitio literalis cap. XXVII. Præcepit autem Moſes & ſeniores populo. Art. XXX.

POſt particularium multipliciũ p̃ceptorum deſcriptionẽ, nunc legislator varijs modis hor-
tat populũ ad obſeruantiã eorundẽ. [Pręcepit autẽ Moſes & ſeniores] videlicet 70. ſe-
niores, q ſub Moſe p̃fuerunt, de qbus dictum eſt in Num. [populo Iſrael, dicẽtes: Cuſto Num. 11
dite oĩe mãdatum q̃d p̃cipio vobis hodie]. Quare nõ dicit, q̃d p̃cipimus? Forte qm̃ Moſes
fuit principalis actor iuſſiõis iſtius. [Cũq; trãſieritis Iordanẽ, eriges] tu popule Iſrael. Fit itaq;
ſio.Simili rōne fuit quędā immūditia vaſoꝝ quorundā.Figuraliter vero per leprā domus,ſi-
gnať impuritas cōgregationis hæreticoꝝ. Per vas q̃q; non habēs cooperculū, figuratur ho
Prou. 25. mo nō habēs taciturnitatis velamē,nec diſciplinæ cenſurā,qui eſt velut vrbs patēs,& abſq;
Nume. 19. muris inimicoꝝ ſuorū iaculis patēs. Offerebať etiā vacca rufa in memoriā,deteſtationemq;
Exodi 32. peccati adorationiſq; cōflatilis vituli,& immolabať extra caſtra propter deteſtationē illius
Leuit.4. peccati. Vbicūq; vero fiebat oblatio pro peccato multitudinis,totū cremabať extra caſtra,
in ſignū remiſſionis oīm peccatorū.Et ideo ſacerdos digitū intinxit in ſanguine,adſpergēs
ſepties cōtra fores ſanctuarij.ſeptenarius em̄ numerus totalitatē, perfectionemq; ſignificat.
Nume. 29. Per vaccā aūt rufam ſignatur Chriſtus ſecundū infirmitatē aſſumptā, cuius ſanguinē color
vaccæ figurat. Eratq; vacca ætatis integræ, q̄m oīs Chr̄i actio eſt perfecta: ſine macula, &
quæ

quę nō portauit iugū, q̄m Chr̄s pc̄ti iugo ſubiect⁹ nō fuit. Tradebať q̃q; Eleazaro ſacerdoti.
Nā Chr̄s manib⁹ ſummi ſacerdotis tradebať iā occidēd⁹. Immolabať etiā extra caſtra.Chr̄s
em̄ extra portā crucifixus eſt.Oīa vero q̄ ad Chr̄i incarnationē reſpiciūt,ſunt igne creman- Eſaiæ 53.
da.i.ſpūaliter intelligēda.Sacerdos vero q̄ obtulit vaccā,& q̄ eam combuſſit, & qui cineres Nume. 19.
eius collegit,immūdus fuit vſq; ad veſperā:quia Iudæi ex occiſiōe Chriſti culpabiles & im- Hebræ. 13. Nume. 19.
mūdi effecti ſunt vſq; ad finē ſeculi, q̄n reliquiæ Iſrael conuertentur. Cinis em̄ vaccæ cōbu-
ſtæ collectus,ponebať in aqua, & ſic per adſperſionem mūdauit,quia virtus paſſionis Chri Actor. 2.
ſti aquis baptiſmatis vim regeneratiuā donauit.Sacerdos vero obtulit primo pro ſeipſo in-
cenſum ꝓ peccato in cōmemorationē peccati Aarō in cōflationē vituli aurei. Arietē quoq;
in holocauſtū,in ſignū principat⁹ ſui ſuꝑ populū.Aries em̄ eſt ouiū ductor. Deinde immo- Roman. 11.
lauit pro populo hircos duos, vnū pro peccato multitudinis.Cū em̄ ſit hircus vile ac fœti- Exodi 32.
dū aīal, peccatoꝝ ſordē & abominationē expreſſit. Alter vero hircus ducebať in deſertum, Leuit. 16. Ibidem.
quaſi deferēs effectū ſacrificij immolati, ſ. peccata populi, pro quibus prior hircus erat occi
ſus,deſignās dimiſſa,pro quib⁹ ipſe quaſi pœnā exoluit, dū in deſerto relictus,deuorabatur
à beſtijs.Myſtica aūt hoꝝ ratio fuit: nā Chr̄s deſignatur per vitulū,propter virtutē:per arie
tem,ꝓpter principatū:per hircū,ꝓpter ſimilitudinē carnis peccati. Chr̄s em̄ immolatus eſt
pro omniū culpis delēdis.Et quia in hora paſſionis diuinitas humanitatē quaſi reliquit,ſo- Eſaiæ 53.
litā influentiā ſubtrahēs,idcirco ꝑ hircū ad deſerta tēdentē ipſa ſignať. Deniq; legis p̄cepto Acto. 2.
leproſi mūdabanť.i.mūdati oſtēdebanť. Primo em̄ leproſus purificabať ꝑ hoc,ꝙ mundus à 1.Petri 2.
lepra iudicabať. Secundo aūt purificabať per hoc,ꝙ humano cōſortio,cultuiq; diuino reſti Leuit. 13.
tuebať poſt dies 7. In prima vero purificatione obtulit leproſus mundādus duos paſſeres vi-
uos, cōtra inſenſibilitatē carnis leproſæ:lignū cedrinū,cōtra eius putredinē.Cedrus em̄ eſt
imputribilis arbor. Hyſſopū,q̄ odorifera herba eſt,cōtra lepræ fœtorē. Vermiculū q̃q;, qui Leui. 14.
eſt *vini coloris,cōtra deformē eius adſpectū. Vn⁹ vero paſſer auolare ꝑmittebať in agrū,q̃a Ibidem.
leproſus redibat ad priſtinū ſtatū die 8.raſis pilis & veſtib⁹, q̄ infici ſolēt ꝑ leprā, poſtmodū
offerebať ſacrificiū pro peccato,nā lepra frequēter ꝓpter peccatū inducit.Tingebatq; extre
mū auriculæ eius q̄ fuit mūdandus,manus q̃q; dextræ & pedis,q̃a in his partib⁹ lepra primo
dinoſcit atq; ſentitur.Addebanť etiā ritui huic tres liquores,videlicet ſanguis cōtra ſangui- Ibidem.
nis corruptionē, oleū ad deſignandū eius ſanationē, vinū ad emūdandū ſpurcitiē. Figuralis
vero hoꝝ ratio eſt,Nā per duos paſſeres,Chr̄i diuinitas ſignať atq; hūanitas. Vnus ergo paſ
ſer ſuꝑ aquas viuas offerť, q̃a Chr̄i hūanitas paſſa eſt, & merito ſuæ mortis, aquæ baptiſmi
virtutē mūdādi diſtribuit. Alter aūt paſſer dimittiť, q̄m Chr̄i diuinitas paſſiōi nō ſubdebať.
In inſtitutiōe p̄terea miniſtroꝝ altaris, tria fiebāt. Primo em̄ purificabātur,ſecūdo cōſecra- Numer. 8.
banť,& tertio cultui Dei applicabātur. Coīter aūt oēs purificabātur ꝑ aquæ ablutionē & ſa-
crificia quędā,ſed Leuitæ ſpecialiter oēs corporis ſui pilos radebāt.Sacerdotes vero atq; pō
tifices poſt ablutionē induebanť ſpecialib⁹ veſtimētis, ad eoꝝ dignitatē demonſtrandā ſpe Ibidem.
ctātibus.Sed pōtifex ſpecialiter oleo vnctionis vngebať in capite,q̃a ab ipſo deriuabať cōſe Exodi 29.
crādi poteſtas ad alios. Leuitę q̃q; aliā nō habebāt cōſecrationē,niſi ꝙ dn̄o offerebanť à po-
pulo ꝑ manus pōtificis, cuius fuit pro eis offerre.Sacerdotū aūt minoꝝ ſolæ manus cōſecra Numer. 8.
bāť,q̃a erāt diuino cultui applicādæ. Et de ſanguine ſacrificij tingebať extremū auriculę de-
xteræ eoꝝ,quatenus verbis legis auditis,ꝓtinus obedirēt:pollices q̃q; manus ac pedis dexte
ri,quatenus agiles eſſent exequēdo diuina. Rō aūt figuralis iſtoꝝ eſt:nā q̄ ad Chriſti miniſte
riū cōſecrātur,primo abluendi ſunt aquis baptiſmatis. Debēt & pilos radere.i.oēs cogitati-
ones malas abijcere. Deinde ornari ſanctimonia vitæ,& vngi ſpūſancto & oleo eiūs, ac per Leuit. 21.
hoc eſſe idonei ad ſpūalia Chr̄i obſequia. Impediebanť q̃q; in veteri lege à miniſterio tēpli,
ꝓpter corporales defectus,ne videlicet miniſtri tēpli propter defectū foris apparentē,con-
temnerenť,ſicq; diuina aliq̄ modo vileſcerēt in cordib⁹ populi. Voluit nāq; Deus in reueren Nume. 18.
tia eos haberi:ꝓpter q̃d ſpecialē eis decorē diſpoſuit in cōſecratione & veſtib⁹, ordinās etiā,
vt nō admitterenť ad miniſteriū tēpli,niſi ex vna ꝓgenie, vt ſecundū ſucceſſionē proſapiæ, Exo. 28.
poſteri clariores venerabilioreſq; eſſent. Aduertendū vero ꝙ pontifex 8. ornamēta habuit, Sapien. 18.
per q̄ diſpoſitio orbis terraꝝ ſecundū aliq̄s figurať, quēadmodū in libro Sapiæ dicitur: In ve
ſte Aaron deſcriptus erat orbis terraꝝ, vt oſtenderetur pontifex eſſe creatoris mūdi mini- Exodi 28.
ſter. Primo ergo habebat lineā veſtē, ꝑ quā terra exprimitur, de qua linū producitur. Secun
do habebat tunicā hyacinthinā,in cuius inferioribus dependebāt tintinnabula ꝑ circuitum
& mala punica. Hæc tunica cū ſit coloris aerei, ſignificat aerē: tintinnabula vero deſignant
tonitrua,& mala granata coruſcationes ac fulgura. Tertio habuit ſuphumerale, q̃d erat ex
auro, hyacintho,purpura,coccoq; bis tincto,& byſſo retorta. Suꝑ humeros q̃q; habebat 2.
onychinos lapides,in quibus ſculpta extiterāt noīa filioꝝ Iſrael. Humerale, propter ſuā va-
rietatē,deſignat cælū ſtellatū. Duo onychini,duo hemiſphęria,vel ſolē ac lunā. Quarto ha-
bebat rationale quadratum, quod ponebatur in pectore, & erat coniunctū ſuperhumera-
li, fueruntq; in rationali 12. gēmæ,in quibus ſcripta erant noīa 12. filioꝝ Iſrael,ad inſinuan-

 dum

dum ꝙ pontifex onus totius populi ſup ſe ferret: & portauit noĩa iſta in pectore, quatenus
de populi ſalute iugiter meditaret̃ in corde. Præcepit q̃q; dñs poni in rationali doctrinã &
veritatẽ, qa aliqua ad iuſtitiã & eruditionẽ ſpectãtia, ſcribebant̃ in rõnali. Iudæi tñ fabulan-
tur fuiſſe in rationali lapidẽ quendã, q ſecundũ diuerſos variabat̃ colores, ſecundũ diuerſa
quæ debebãt accidere filijs Iſrael. Per 12. gẽmas rationalis, ſignant̃ 12. ſigna zodiaci q̃ erãt in
rõnali, qm̃ rationes inferiorũ in cęleſtib⁹ continent̃. Quinto habebat balteũ ex p̃dictis com
poſitũ, q̃ deſignat̃ ocean⁹ terrã cingẽs & ambiẽs. Sexto habebat tiarã vel cidarim, q̃ figurat
cælũ empyreũ. Septimo habuit laminã aureã in frõte pendentẽ, & nomẽ dñi cõſeruantẽ, quę
ſignat Deũ oĩbus p̃ſidentẽ. Octauo habebat feminalia linea. Hoꝝ 8. ornamẽtoꝝ minores ſa
Numer. 8. cerdotes 4. vtebant̃, videlicet tunica linea, feminalibus, tiara ac balteo. Figuraliter aũt per
Leuiti. 21. corporales Leuitaꝝ defectus ſignant̃ peccata, quib⁹ ſacerdotes carere oportet. Prohibetur
nanq; ne ſacerdos ſit cæcus, i. indoctus, ne ſit claudus. i. incõſtans, grãdi vel paruo aut torto
naſo. i. indiſcretus, naſus em̃ odores diſcernit, ne ſit fracto pede vel manu. i. piger atq; inagi
lis, ne ſit gibboſus. i. terrena nimis deſiderãs, ne ſit lippus. i. intellectũ carnali affectu obtene-
bratũ habẽs, ne habeat maculã in oculo. i. p̃ſumptionẽ ſanctitatis in corde, ne habeat iugem
ſcabiẽ. i. petulantiã carnis, ne habeat impetiginẽ. i. auaritiã, ne ſit hernioſus. i. põderoſus, vt-
pote turpitudinis põdus geſtans in corde, q̃uis nõ exerceat, nec exequat̃ in opere. Porro per
ornamẽta ſignant̃ miniſtroꝝ Dei virtutes, qbus potiſſimũ oportet ſacerdotes ornari. Per fe
minalia em̃ exprimit̃ caſtitas: p tunicã lineã, puritas vitæ: p cingulũ, diſcretiõis moderatio:
per tiarã caput tegentẽ, intẽtionis rectitudo atq; ſynceritas. Vltra hæc aũt debẽt pontifices
4. ſpeciali modo habere, videlicet iugẽ Dei memoriã diuina cõtemplando, q̃d ſignificat̃ per
aureã laminã, nomen dñi habentẽ, atq; in fronte pendentẽ. Secundo, tolerantiã piã infirmi-
tatũ, vitioꝝq; populi, q̃d ſuperhumerale deſignat. Tertio, ſapiẽtiã cordis p ſolicitudinẽ cha-
ritatis, q̃d rõnale ſignificat. Quarto, cõuerſationẽ cæleſtẽ p opa pfectionis, q̃d tunica hyacin
thina figurat: in cuius extremitate pẽdent tintinnabula aurea, qa põtifices ſonare, fulgereq;
debẽt diuinoꝝ doctrina. Per mala q̃q; punica, vnitas pacis & vera deſignat̃ cõcordia, quam
nobis præſtare dignet̃ Deus largitor pacis, & amator charitatis dñs noſter Ieſus Chriſtus.

¶De obſeruantijs, obſeruantiarumq; cauſis veteris legis. Artic. XLVI.

CVſtodite ſpiritũ veſtrũ, & nolite cõtaminare aĩas vr̃as: ſed eſtote pfecti, incedentes ſine
Malach. 2. querela in oĩbus iuſtificatiõibus dñi Dei vr̃i. Hæc eſt em̃ volũtas Dei, ſctĩficatio veſtra.
Leui. 11. Eſtote igit̃ ſcti, ſicut & pr̃ veſter cæleſtis. Iã de rõnibus ſacrificioꝝ atq; ſacroꝝ ac ſacra-
Matt. 5. Lucæ 1. mentoꝝ veteris legis vtcunq; ſermo expletus eſt. Nũc vero de obſeruãtijs, obſeruantiarũq;
1. Theſſ. 4. cauſis dicendũ eſt. Dictũ eſt em̃, queẽadmodũ ad cæremonialia veteris legis p̃cepta 4. iſta pti
Matth. 5. neant. Oſtenſum eſt aũt, ea q̃ diuino cultui mãcipant̃, ſpeciali oportere ſctĩtate ac dignita-
te pollere, ſicut de vaſis & veſtib⁹ ſacris ac tẽplo innotuit. Quoniã ergo popul⁹ ille Hebręus,
Exo. 26. 27 & præſertim Leuiticus, diuino fuerat cultui deputatus, idcirco in eoꝝ cõuerſatione aliqua
28. 29. obſeruabant̃, q̃ ad diuini cultus cõgruentiã attinẽt in cibis & potibus. Harũ aũt obſeruãtia-
Numer. 8. rum vna eſt ratio literalis, ſecundũ relationem eaꝝ & cõuenientiã ad cultũ diuinũ pro tẽpo-
re illo. Secũda eſt ratio figuralis ac myſtica, eo ꝙ oĩa in figura nouæ legis & Chriſti eis conti
1. Cor. 10. gerint. Literaliter ergo loquẽdo, quidã cibi eis p̄hibiti ſunt, nõ quaſi eſſentialiter immũdi &
mali, aut aĩam p ſe maculãtes, cũ (teſte Apl̃o) oĩs creatura Dei ſit bona, nihilq; ſit rejiciẽdum
1. Timo. 4. q̃d cũ gr̃arum actione pcipitur: ſed erãt cibi tales immũdi, propter corporalẽ immũditiam
vel corruptionẽ, aut diſproportionẽ ad vitã humanã. Quędã etenim eis erant prohibita, qa
Leuitici 11. ex rebus immũdis alitur vt porci, vel qa immũde cõuerſant̃, vt aĩalia ſubterranea, ſ. talpæ &
Deut. 14. mures, vel qa ob ſupfluã humiditatẽ aut ſiccitatẽ corruptos generant humores in humanis
corporibus, ſicut leo. Animalia vero vngulã vnã nõ fixam habẽtia, ſunt eis prohibita pro-
pter terreſtreitatẽ. Similiter aĩalia, multas in pedibus fixuras habẽtia, cũ nimis cholerica ſint
Leuit. 11. atq; aduſta, vt carnes leonis. Prohibitæ q̃q; ſunt eis aues quædã rapaces, cum ſint nimiæ ſic-
citatis: & aues q̃dam aquaticæ, cum ſint nimiæ humiditatis. Animalia vero ruminantia, vn-
gulamq; findentia, ſunt eis ad manducandũ conceſſa. Sunt enim medie cõplexionata, & ha
bent humores bene digeſtos. Nam ꝙ non ſunt nimium humida, teſtantur vngulę: ꝙ autem
non ſunt nimis terreſtria, patet ex hoc ꝙ nõ habent continuam vngulã. In piſcibus demum
cõceſſi ſunt eis piſces ſicciores, ſquamas pinnulasq; habentes, p quas fit moderata cõplexio
piſciũ. Aues etiã magis tẽperatæ, ſunt eis conceſſæ, vt gallinę & perdices. Alia horum ratio,
extitit deteſtatio idololatrię. Gentiles nanq;, p̃ſertim Aegyptij, inter quos erant Iudæi nutri
Exodi 1. ti, animalia quæ Iudæis ad edendum conceſſa ſunt, non manducabãt, ſed vt deos colebant,
Leuit. 7. 17. vt ouem & bouem. Alioꝝ vero quæ Iudæis prohibita fuerant, aliqua comedebãt. Generali-
Deut. 12. 15 ter vero prohibitus eis fuit ſanguinis eſus, quatenus crudelitatem, humaniq; ſanguinis effu
Leuit. 4. 11. ſionem horrerent: & quia idololatræ ſanguinẽ immolatoꝝ colligebant, & circa eum ede-
bant: propter quod dominus iuſſit ſanguinem effundi, & puluere operiri. Eadem ratione
non licuit eis comedere ſuffocata & ſtrangulata, quoniam ſanguis eorum non ſeparatur ab
ipſorum

ipſorum corporibus, vel quia in tali morte animalia multũ affligunt̃, idcirco voluit eos dñs
à tali crudelitate arcere circa beſtias, q̃tenus inuicẽ miſericordes cõſiſterent. Adeps aũt eis Leuit. 3.
p̄hibitus fuit, qa idololatræ adipem comederũt in ſuoꝝ honore deoꝝ, & qa cremabatur ad
Dei honorem, & qa adeps ac ſanguis nõ generat bonũ nutrimẽtũ, vt adſtruit R. Moſes. Por-
ro ratio figuralis iſtoꝝ eſt: nam p aĩalia prohibita deſignant̃, ſecũdũ Auguſt. q̃dã peccata vi- Auguſt.
tanda. Animal ergo q̃d vngulã findit ac ruminat, mundum fuit: qm̃ vngulæ fiſſæ, diſtinctio- Leui. 11.
nem deſignant duoꝝ teſtamentoꝝ, vel patris & filij, vel duaꝝ naturaꝝ in Chriſto, diſcre-
tionemq; boni & mali. Ruminatio autem ſignificat meditationem ſcripturarum, & altum
intellectum earum: cuicunq; vero aliquid hoꝝ deeſt, ſpiritualiter immundus eſt. Piſces q̃q; Deu. 14.
habentes ſquamas & pinnulas, mundi erant: quia p pinnulas cõtemplatio, p ſquamas ſigna-
tur aſpera pœnitentialiſq; vita. In aquila vero, quæ alte volat, prohibet̃ ſupbia. In grypho, q
equis atq; hoĩbus moleſtus eſt, prohibet̃ potentum crudelitas. In haliæeto quæ minimis pa-
ſcitur auibus, ſignant̃ qui pauperibus graues ſunt. In miluo, inſidijs vtente, figurantur fraudu Leui. 11.
lenti. In vulture qui exercitum ſequitur, vt cadauera deuoret occiſoꝝ, ſignificant̃, qui amo-
re lucri hominum necẽ diſcordiamq; procurant. Per coruos, qui voluptatum libidine deni-
grantur. Per ſtruthionẽ, qui q̃uis ſit auis, volare tamẽ non valet, ſed terræ adhæret, deſignan-
tur homines, qui licet ſint rationales, Deo tamen nõ militant, ſed ſecularibus implicant̃ ne-
gocijs. Per nycticoracẽ, qui in die non videt, ſed nocte, ſignantur qui in temporalibus ſunt 2. Tim. 2
acuti, in ſpiritualibus aũt obtuſi. Larus vero eos figurat, qui circunciſionẽ & baptiſmũ ſimul
honorant. Per accipitrẽ ſignificant̃, qui potentibus cauſa prædandi deſeruiunt. Per bubonẽ
qui in die latet, & nocte vagatur, luxurioſi ſignantur. Per mergulum, qui ſub aquis diu mo
ratur, guloſi qui ſe in aquis deliciaꝝ demergunt. Per ibicẽ, roſtrum longum habentẽ, & ex
ſerpentibus paſtum quærentẽ, ſignati ſunt inuidi ex aliorum malis q̃ſi ex ſerpentibus refici
untur. Per cygnum candidi coloris, longiq; colli, ſignantur hypocritæ, qui p apparentis ni-
torem iuſtitiæ terrena lucra conquirunt. Per onocrotalum, qui eſt auis orientis, longum ro
ſtrum habens, atq; in faucibus folliculos, in quibus primo cibum reponit, quem poſt horã
in ventrẽ tranſmittit, figurantur auari, qui tẽporalia nimia diligentia cumulãt. Per porphy-
rionem, qui præter aliaꝝ auium modum, habet vnum pedem latum ad natandum, alium fu-
ſum ad gradiendum, in aquis natans, terraq; ambulans, qui ſolo morſu bibit, & oẽm cibum
aquis intingit: illi ſignantur, qui ſecundum aliorum voluntatẽ nil agere volunt, ſed ſolum Pſal. 13.
ſecundum proprij affectus inclinationem. Per herodionem qui falco vocatur, ſignificãtur,
quorum pedes veloces ſunt ad ſanguinis effuſionem. Per caradrium quæ auis eſt garrula, fi- 2. Cor. 7.
gurantur loquaces. Per vpupam, in ſtercoribus nidificantem, quæ paſcitur fimo, & in can- Leui. 11.
tu gemitum ſimulat, deſignant̃ triſtes triſtitia ſeculi, quæ mortem operat̃. Per veſpertilio-
nem in baſſo volantem, ſignantur qui ſola terrena appreciãtur. ¶Circa volatilia vero qua-
drupedia concedebant̃ Iudæis ea duntaxat, quæ poſteriora crura habent longiora, vt queę-
ant ſalire. Alia aũt quæ terræ magis adhęrent, p̄hibebantur: qa qui quatuor Euangelioꝝ do
ctrina abutuntur, immundi reputantur. Inter plantas vero non eſt facta diſtinctio, qm̃ vſus
plantarum ante diluuium fuit. Vſus aũt carnium poſtea videtur inductus, magiſq; ad curio
ſitatẽ atq; delicias, q̃ ad neceſſitatẽ ptinet vitæ. Et ergo volens Deus populum ſuum ad ſim- Exod. 23
pliciorẽ reducere victum, aĩalia multa prohibuit. Iuſſit quoq; dominus, ne coquerent hœdũ Deut. 14
in lacte proprię matris: quia hoc facere, ad crudelitatẽ pertinet ei⁹ qui coquit. Lac nãq; ma-
tris, ad alimentũ, non ad conſumptionẽ, ſobolis ordinat̃. Vel, quia gentiles hœdum in lacte
matris coquere conſueuerũt. Figuraliter aũt per hoc ſignificatur, ꝙ Chriſtus qui ſignat̃ per
hœdũ, pp̄ter ſimilitudinẽ carnis peccati nõ erat coquẽdus, hoc eſt, occidẽdus in lacte matris
ſuæ, i. tẽpore ſuæ infantiæ. Rurſus, qa gẽtiles primitiuos fructus fortunatos, & dijs ſuis offerẽ- Leui. 19.
dos putabãt, præcepit dñs ppl̃o ſuo, vt trium primoꝝ poma annoꝝ reputarẽt immũda, q̃rti
vero anni poma Deo offerrẽt, tanq̃ primitias fructuũ, quinto aũt anno ipſi veſcerent̃ ex eis, Gal. 3. 4.
& deinceps. Spiritualiter autẽ p iſta ſignatur, ꝙ poſt tres ſtatus ſub lege, ſcilicet poſt Abrahã,
Dauid, & tranſmigrationem Babylonis, erat Chriſtus Deo offerendus, ex cui⁹ nos deinceps Deu. 22.
ſacramentis reficimur. Prohibuit etiam dominus, ne vterẽtur veſtimẽtis ex lana ac lino con Ibidem.
textis, quia huiuſmodi vtebantur idololatræ. Et ne vir indueretur veſte fœminea, vel econ- 1. Cor. 14
tra, quia in ſacris Martis, mulieres vtebantur veſtimentis virorum, & in ſacris Veneris viri 1. Cor. 9.
induebantur veſtibus fœminaꝝ. Ratio autem ſpiritualis eſt: Nam per veſtem ſimplicem in- Pſal. 8.
nocentia deſignatur. Mulier q̃q; docendi officium vſurpare non debet. Quanuis vero, teſte Deut. 25
Apoſtolo, Non ſit Deo cura de bobus, videlicet quia non curat nec exigit, quid homo circa 1. Cor. 9.
ea agat ex affectu ratiõis: Omnia em̃ ſubiecit ſub pedibus eius: curat tñ Deus q̃modo homo Deut. 22
ſe habet ad bruta, quantũ ad affectum paſſionis. Voluit igitur domin⁹, vt circa brutoꝝ pœ
nas eſſent compatientes, q̃tenus ita aſſueſcerent miſereri atq; ſuccurrere proximis. Ideoq;
p̄hibuit alligari os boui trituranti, & matrem cum pullis occidi. Vel in deteſtationẽ idolo-
latriæ: reputabant enim Aegyptij nefas, bouem comedere ex frugibus terræ, ſimili ratione

prohibuit

prohibuit diuerſoꝝ aĩalium commixtiones. Talibus nanq; vtebantur Aegyptij in obſequiũ planetarum, qui ſecundum coniunctiones diuerſas, varios ſortiuntur effectus, etiam ad tol-
R. Moſes lendam occaſionem libidinis vitijq́; contra naturam. Vnde Rabbi Moſes narrat fuiſſe traditum in traditionibus Iudæoꝝ, ꝗtenus oculos ſuos auerterent ab animalibus tẽpore commixtionis. Spiritualiter autẽ non debemus tenere matrem cum filijs, hoc eſt, literalẽ ſenſum cum ſpirituali. ſed & boui trituranti. i. ꝓ̄dicatori verbi diuini, non eſt os alligãdum, hoc eſt,
Deut. 22 neceſſaria vitæ tollenda. Prohibuit inſuper dñs populo ſibi peculiari, ne ſimul ararent in boue & aſino, ſic em̃ Aegyptij in veneratiõem diuerſæ cõiunctionis ſtellaꝝ arabant. Ratio autẽ ſingularis eſt: nam in prædicatione diuina, fatuus, qui deſignat̃ ꝑ aſinũ propter hebetudinẽ ſenſus, nõ eſt ſociandus boui. i. viro vtili atq; perito. Præcepit quoq; dñs, ne ſacerdotes minores,
Leuit. 8. qui certis tẽporibus miniſtrabãt in tẽplo, ingrederent ad oẽm mortuũ, niſi ad patrẽ ac ma-
Leui. 22 trẽ & valde propinquos, ne cõtaminãrent: & hoc, ad excludendũ idololatriæ cultũ. Sacerdotes
Leui. 21. etem̃ idoloꝝ, in ritibus ſuis oſſibus mortuoꝝ & carnibus vtebant̃. Pontifex vero, qm̃ ſemper paratus eſſe debebat ad cultũ diuinũ, ad nullũ mortuũ ingredi potuit. Mandauit quoq; dñs ne
Ezec. 44 barbã caputq́; raderẽt, aut carnem ſuã vel veſtẽ inciderẽt. Oĩa em̃ talia ſacerdotes gẽtilium faciebãt. Spũaliter aũt ratio hoꝝ eſt, quoniam ſacerdotes ab opibus mortuis. i. peccatis eſſe debẽt immunes: nec debent radere caput. i. deponere ſapientiã, vel barbam, hoc eſt ſcientiæ ꝑfectionem, nec veſtem aut carnem incidere, id eſt, ſchiſmaticis conſentire.

¶ De p̄ceptis iudicialib⁹ vet. teſt. ad principes ac popularẽ cõuictũ ꝑtinentib. Art. 47.

HAec ſunt p̄cepta atq; iudicia, quæ conſtituit dñs per Moſen, inter ſe & filios Iſrael. Iudicialia veteris legis p̄cepta dicunt̃, ꝗ moralia præcepta legis diuinæ ordinant atq; de-
Exo. 20. terminãt, quantum ad cõuerſationem hoĩm mutuã: quẽadmodũ illa p̄cepta cæremonialia appellant̃, ꝗ p̄cepta moralia diuinæ legis determinant, quantũ ad cultũ diuinũ exteriorẽ, colendiq́; modũ, vt ante latius demonſtratũ eſt. Ordinatio aũt humanæ vitæ, ſine principe eſſe non poteſt ac iudice, qui ſit iuſtitiæ cuſtos, & velut quædã animata iuſtitia, ad quam ſubiecti in oĩ neceſſitate recurrãt. Sunt vero ꝗtuor ſpecies principatus, ſecundum Philoſophum, quoꝝ p̄cipuus dicit̃ regnum, in quo vnus regnat ſecundũ virtutẽ & æquitatem: Et ariſtocratica, in qua multi boni principantur, vnuſq́; virtuoſus oĩbus p̄ſidet: & talis principat⁹
Exo. 18. ad oẽs quodãmodo ꝑtinet. Nam principantes ab oĩbus eligunt̃, & ex oĩbus eligi poſſunt. Talis vero fuit principat⁹ ſub veteri lege, ſecundũ ordinationẽ diuinã. Moſes nãq; ſucceſſoreſq́; eius præerãt pp̃lo, tanꝗ ſingulariter omnibus dñantes, quod eſt quædã ſpecies regni. Eligebant̃
Deut. 1. quoq; ſeniores ſecundum virtutem, vt principarentur ſub ipſo, & ſinguli proprium exercerent officium, ſicut in Deuterono. ait Moſes: Tuli de tribubus veſtris viros ſapientes & nobiles, conſtituiq́; eos vobis principes. Et hoc ad ſpeciẽ principatus quæ ariſtocratia dicit̃, ꝑtinet. Sed Democratiã cõcernit, ꝙ tales de omni populo eligebant̃, ſicut in Exodo legit̃: Prouide
Exod. 18 de oĩ populo viros ſapientes, & ad hoc pertinet, ꝙ populus eos elegit. Nam in Deuterono-
Deut. 1. mio dicitur, Date ex vobis viros ſapientes. Optima ergo fuit ordinatio legis, quantum ad
Deu. 7. principes. Aduertendum tamẽ ꝙ dñs inſtitutionem ſummi põtificis non dedit, ſed ſibi reti-
Num. 27 nuit. Populus em̃ Iudæoꝝ ſub Dei ſpeciali cura regebat̃. Propter quod in Deutero. ſcribit̃: Te
Ibidem. elegit dñs Deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris. Et ergo Moſes moriturus, ꝓ conſtitutione
Deut 31. ſummi principis Deum deprecãs, dixit: Prouideat dñs Deus ſpirituũ vniuerſæ carnis, hoĩem
Iudic. 3. qui ſit ſuꝑ multitudinẽ hanc. Sicq́; per electionẽ diuinam ordinat⁹ eſt Ioſue. De ſingulis quoq;
Deu. 17. iudicibus qui poſt Ioſue erãt, legit̃ ꝙ dominus ſuſcitauit populo ſaluatorem, & ꝙ ſpũs Dei erat in ipſis. Vnde electionem regis nõ cõmiſit dñs populo, ſed ſibi ſeruauit, quemadmodũ in Deut. dicit̃: Eum cõſtitues tibi regem, quẽ dñs Deus tuus elegerit. Quanuis aũt optima gubernatio populi ſit vt ꝑ regẽ regat̃, (tale em̃ regimẽ, ꝓpter vnitatẽ regentis, demonſtrat potiſſime regimẽ diuinũ, quo vnus Deus mundũ gubernat) lex tñ nõ conceſſit eis regẽ à principio cũ plenaria poteſtate, ſed iudicẽ: qm̃ regnũ, ꝓpter magnã poteſtatẽ regi cõceſſã, de facili i tyrãnidẽ vertit̃. Magna em̃ poteſtate bñ vti, ꝑfectoꝝ eſt. Quia ergo Iudæi crudeles auariq́;
Iudi. 10. fuerãt, facilime ad tyrãnidẽ declinare poterãt. Ad vitãdũ ergo ꝑiculũ, nõ cõceſſit eis dñs regẽ. Poſtea vero ꝗſi ĩdignãs regẽ cõceſſit, quẽadmodũ ad Saulẽ dixit: Nõ te abiecerũt, ſed me,
1. Reg. 8. ne regnẽ ſuꝑ eos. Inſtituit tñ vt circa regẽ eligẽdũ diu expectarẽt diuinũ iudiciũ, & ne facerẽt
Deut. 17 regẽ alterius gentis. Tales nãq; paꝝ affici ſolẽt pp̃lo cui p̄ficiunt̃. Ordinauit quoq; ne rex mul-
Ibidem. tiplicaret currus & equos, vxores atq; diuitias: talia enim occaſionẽ p̄bent relinquendi iuſti-
3. Re. 12. tiam. Inſtituit etiã vt legẽ cogitaret ꝗtidie, in Dei timore & obedientia ꝑſeuerando, & ne per ſuperbiã tumẽs ſubiectos cõtemneret ſiue opprimeret. Diuiſio aũt regi Iſraelitici in pœnam à Deo inducta eſt, ꝗ frequẽter cõtra regnũ Dauid iniuſte litigabãt. idcirco ꝑ Oſee dñs ait: Da-
Oſeæ 13. bo tibi regẽ in furore meo. Et iteꝝ: Ipſi regnauerũt, & nõ ex me. Quod vero 1. Regũ habet̃,
Oſeæ 8. hoc erit ius regis ꝗ imperaturus eſt vobis: Filios veſtros tollet, ad tyrãnidẽ ꝑtinet. nec diui-
1. Re. 8. na inſtitutiõe ſancitũ eſt. Sed p̄dicit̃ vſurpatio regũ, ꝗ poteſtate abutentes, ad crudelitatẽ flectunt̃. Poteſt tñ rex abſq; tyrãnide filios populi tollere, eoſq́; tribunos & centuriones conſtituere

tuere, ac multa à pp̃lo exigere, ꝓpter ꝓcurãdũ bonũ cõmune. Deniq; ſecũdũ Auguſt. pp̃ls eſt cœt⁹ multitudĩs, iuris cõſeruatiõe & vtilitate virtutis ſociat⁹, videlicet vt cõmunicatio hoĩm Auguſt.
mutuo iuſtis p̄ceptis ordinet̃. Cõmunicatio aũt hoĩm vna fit authoritate principũ: alia vero, ꝓpria voluntate priuataꝝ ꝑſonaꝝ. Lex ergo circa vtranq; cõmunicationẽ pp̃lm Dei ſufficienter inſtituit. Statuit em̃ iudices, ſicut in Deut. legit̃: Magiſtros & iudices conſtitues in
oĩbus portis tuis, vt iudicẽt pp̃lm iuſto iudicio. Circa poſſeſſiones vero optimũ eſt, vt ſint Deu. 16.
diſtinctæ, vſuſq́; eaꝝ partim ſit ꝓprius poſſidenti, & partim cõmunis. Lex ergo diuina inſti-
tuit diuiſionẽ poſſeſſionũ, ſicut in Num. legit̃: Ego dedi vobis terrã in poſſeſſionẽ, quã ſorte Nũe. 33.
diuideris. Et ne diuiſio talis nõ regulata periret, ordinauit vt pluribus daret̃ poſſeſſio latior, Leui. 25. Num. 33
paucioribus aũt anguſtior. Ne etiã poſſeſſiones in perpetuũ vendant̃, ſed tẽpore certo ad pri- Leui. 25.
ſtinos poſſeſſores reuerterent̃, ne ſortiũ cõfunderet̃ diuiſio, ꝓpter quod etiã ordinauit vt proximi ſuccedãt moriẽti, mulieresq́; nuberẽt ſuæ tribus hoĩbus. Quia vero poſſeſſiones aliquo mo-
do debẽt eſſe cõmunes, concedebat̃, vt vnuſquiſq; vineã amici ingreſſus, comedere poſſet ꝗtũ Nũe. 36.
ei ſufficeret, dũmodo nil ſecũ efferret. Quãtũ vero ad pauperes, inſtitutũ erat, vt eis manipuli Deu. 25.
obliti & fructus, racemi quoq; remanẽtes, relinquerent̃. Voluit em̃ lex ad mutuã dilectionẽ in- Deu. 23.
ducere populũ, ſicut ait Apoſtolus: Qui diligit proximũ, legẽ impleuit. Dilectio aũt eſt com- Deut. 24
municatiua proprij boni. Et ergo vt aſſueſcerẽt ſibi mutuo de facili cõmunicare, p̄dicta inſti- Rom. 13.
tuit. Prohibuit aũt lex poſſeſſiones vendi in ꝑpetuum, ſed ſolum ad certũ tẽpus: quo finito, redi- Leuit. 25
rent ad priſtinos dños, ne eueniret cõfuſio ſortiũ. Regulatio em̃ & cõſeruatio poſſeſſionũ, ſecundũ Philoſophũ, multũ eſt vtilis pro communi bono: talĩs poſſeſſiones ad paucos venire
valerẽt. Et ideo vt ipſe refert, ſtatutũ fuit ĩ quadã vrbe gẽtiliũ, ne quis poſſeſſionẽ ſine euidẽti ne- Leui. 25.
ceſſitate detrimẽtoq́; venderet. Cõceſſit tñ lex, vt domus vrbanæ in ꝑpetuũ venderent̃: quia ſor- Deut. 15
te diſtinctæ nõ erant, neq; ad numeꝝ certũ redactæ, ſed additio eis fieri potuit. Ordinauit in- Exod. 22
ſuꝑ lex, vt ad mutuum exhibendũ proni eſſent, nec ob hoc anno remiſſiõis propinquãte de- Leu. 15.
ſiſterẽt, nec eum cui mutuaſſent, vſuris grauarent, aut pignus vitæ neceſſarium exigerẽt, nec Deut. 22
mutuatã importune velut exactores repeterẽt, vel domum debitoris intrarẽt, pignus ꝗrendo ſeu ad placitũ accipiendo, ſed foris ſtarẽt, & ille eis p̄beret, ꝗ melius carere valeret. ¶ Cir- Exo. 22.
ca animalia vero mutuata lex ſtatuit, vt ſi propter negligẽtiam eius, cui mutuata fuerãt, ſeu eo abſente morerent̃, vel debilitarentur ex incuſtodia ſua, reddere teneretur. Sed ſi eo p̄ſente & diligentiã adhibẽte deficerẽt, nõ tenebat̃ reddere, maxĩe qñ mercede cõducta fuerũt. Si vero nõ eſſent cõducta, potuiſſet habere iuſtitiam aliquã is ꝗ mutuauit, vt tm̃ reciperet, quãtũ vſus aĩalis mortui aut debilitati potuiſſet cõduci. Differt aũt depoſitum à mutuo, quia depoſitum traditur alteri ad vtilitatẽ deponẽtis, quatenus ſibi tutius conſeruetur: Mutuum vero, ad vtilitatẽ eius cui conceditur: ideo ad reſtitutionẽ depoſiti non tenet̃ homo, ſicut ad reſtitutionem mutui in caſibus certis. Ex defraudatione tamen depoſiti periculũ maximũ imminet. Propter quod vehemens cautela adhibenda eſt circa depoſita. Dicitur em̃ ſecundo Macha-
bæoꝝ: Sacerdotes inuocabãt de cælo eum ꝗ de depoſitis legẽ dedit, vt his qui depoſuerũt ea, 2. Mac. 3.
ſalua cuſtodiret. Et ideo in Exodo habetur, quòd in amiſſione depoſiti ſtatur iuramẽto ei⁹, Exod. 22
apud quẽ fuit depoſitũ. Statuit quoq; lex, vt mercenarijs ſtatim merces daret̃, ne neceſſarijs indi- Leuit. 19
gerẽt. Et vt populus in maioribus dubijs & grauiorib⁹ cauſis ad ſuꝑiorem recurreret iudicẽ, Deut. 17
videlicet ſummũ ſacerdotẽ, cuius erat determinare dubia circa cæremonias cult⁹ diuini, vel Exod. 18
ad regẽ qui ea determinabat quæ ad iudicia hoĩm ꝑtinent: ſed in minoribus cauſis & dubijs cõtenti eſſent iudicibus, ꝗ ꝑ ſingulas vrbes ſedebãt, niſi illi inter ſe diſcreparẽt & vacillarent,
de quibus oĩbus & alijs multis diuerſæ leges iudiciales in veteri teſt. datæ ſunt atq; cõſcriptæ. Deut. 17
Statuit etiã lex, vt in ore duoꝝ vel triũ teſtiũ ſtaret om̃e verbũ. In humanis em̃ negocijs haberi nõ poteſt certitudo infallibilis & demõſtratiua, ſed ſufficit cõiecturalis ꝓbabilitas & ꝑſuaſoria ratio. Eſt aũt veriſimile atq; probabile, veꝝ id eẽ, in quo tres. i. duo teſtes & ille cũ quo teſtantur, vel ꝗtuor. i. tres teſtes & is ꝓ quo teſtant̃, cõueniũt, dũmodo ĩ ſuo teſtimonio nõ vacillẽt, neq; aliũde habeant̃ ſuſpecti, & diligẽtiſſime p̄examinati cõcordẽt. Per duos tñ vel tres teſtes ꝗ
aſſerunt̃ idonei, deſignat̃ diuinaꝝ ꝑſonaꝝ, ꝗ interdũ duæ viciſſimq́; tres exprimunt̃, ĩmobilis veritas, ſecundũ Auguſt. ¶ Poteſt aũt mouere, cũ pœna ſit ſecũdũ culpæ ꝗntitatẽ taxãda, cur Auguſt.
lex iuſſit ꝓ oue vna furata 4. reddi, ſed ꝓ boue vno furato reddi quinq;, in alijs vero reb⁹ reſti- Deut. 25
tui duplũ. Cõſiderãdũ ergo ꝙ grauis pœna nõ ſemꝑ infligit̃, ꝓpter magnitudinẽ culpæ, ſed Exod. 22
etiã ꝓpter alias ratiões, ſ. vt hoĩes ꝓpter pœnã terreant̃, & territi corrigant̃. Vel quia in pc̃tõ eſt cõcupiſcẽtia & delectatio magna, propter quã homo à pc̃tõ tali nõ ceſſat, niſi ꝑ maximã pœnã. Vel propter facilitatẽ cõmittendi pc̃tã, & in ipſis latẽdi. Circa ꝗntitatẽ vero culpæ eſt ꝗdruplex gradus: Interdum em̃ homo cõmittit malum om̃ino inuoluntarie, & ſic penitus excuſat̃, vt cũ puella violẽter opprimit̃, ꝗuis clamet & renitat̃. Vel cũ pc̃m̃ eſt partim ĩuolũtariũ, & tñ ꝓpter paſſionẽ patrat̃, vt dum ex infirmitate peccat̃: tũc em̃ pœna minuit̃ ſecũdũ diuinũ iudiciũ, & itẽ hũanũ, niſi forte ꝓpter alioꝝ terrorẽ expediat ſic peccãtẽ puniri. Secũd⁹ grad⁹ eſt, dum aĩa ꝑ ignorantiã peccat, nõ quidem diuini p̄cepti, quod oẽs ſcire debent, ſed facti, tunc

tunc nãq; peccatũ minuit. & ergo p iudices non puniebat, ſed ſacrificijs delebatur, quẽad-
Leui. 4. modum in Leuitico habet: Aĩa cum per ignorantiã peccauerit. Tertius grad⁹ eſt, cũ homo
Ibidem. p ſupbiam, i. ex electione mali aliqd agit, & tunc pœna ſecundũ q̃ntitatẽ culpę infligebatur.
Num. 5. Quartus gradus eſt, dum aliqs ex pertinacia atq; proteruia peccat: tunc nãq; tanq̃ legi rebel
Ibidem. lis & eius deſtructor occidebat. Lex autem penſauit in furto id q̃d frequẽti⁹ accidit. Pro fur
Exo. 22. to igit rerũ q̃ faciliter cuſtodiunt, ordinauit duplum reſtitui. Oues vero qa paſcunt in agris,
difficulter cuſtodiuntur, vbertimq; per furtum ſubtrahebantur: & ideo lex pœnam furti hic
auxit, ſtatuens pro oue vna furata quatuor reddi, & pro vno boue quinq;, quoniam boues
difficilius cuſtodiuntur, q̃ oues, quia non paſcuntur gregatim, quemadmodum oues. Sed ſi
Ibidem. animal ſublatum, inuentum fuiſſet viuum apud alium, non exigebatur niſi duplum: tũc em̃
Cicero. æſtimari potuit, q non animo furandi ſublatum fuerat, quia occiſum non fuit. ¶ Deniq; vt
Auguſt. Cicero ait, & Auguſtinus allegat, Octo ſunt genera pœnarũ in legibus: damnũ, verbera, vin
Leui. 24 cula, talio, ignominia, exilium, ſeruit⁹, & mors. Oẽs aũt has pœnas lex aliquo modo inflixit.
Nũe. 35. In grauioribus em̃ quibus cõtra Deum peccatur, vt blaſphemia, in homicidio q̃q; & furto
Leui. 19 hoim, in irreuerentia ad parẽtes, in adulterio atq; inceſtu, mortẽ corporalẽ induxit: in aliarũ
Deut. 5. rerũ furo adhibuit pœnã damni, in pcuſſuris vero & mutilatiõib⁹, & falſo teſtimonio talio-
Leui. 20 nem, quẽadmodum ſcriptum eſt: Liuorem pro liuore, dentem pro dente. In minoribus au-
Exod. 21 tem inflixit flagella & ignominiam, vt in eo qui noluit ſuſcitare ſemen propinqui. Seruitu
Deu. 25. tem vero adhibuit furi, q nõ habebat q̃d redderet, & ei q in 7. anno, q fuit annus remiſſiõis,
Deut. 15 liber egredi noluit. pro pœna em̃ ei tũc repẽdit, vt in ppetuum in ſeruitute maneret. Exiliũ
1. Re. 26 vero lex in toto nulli impoſuit, ne ſi extra ppl̃m diuino cultui deditum ad idololatras pfici-
ſci cogeret, ad idololatriã declinaret. Et ideo Dauid ad Saul dixit: Maledicti ſunt q eiecerũt
Deu. 19. me hodie, vt nõ habitẽ in hæreditate domini, dicẽtes: Vade, ſerui dijs alienis. Erat tñ particu
lare legis exilium, vt dum aliqs ad vnã ciuitatẽ refugij trãſijt, & in ea vſq; ad ſummi ſacerdo
tis mortẽ pmãſit. Præcepit etiã lex bruta occidi, nõ propter propriam culpam, ſed in pœnã
dominorũ ſuorũ. Sunt nec minus alia multa iudicialia veteris legis p̃cepta, rationalem causa
Ecci 1. nequaq̃ carẽtia: quia ab eo donata ſunt, qui eſt fons ſapiẽ & verbum Dei in excelſis.

¶ De p̃ceptis iudicialib. vet. legis, ad extraneos atq; domeſticos ptinentibus. Art. 48.

Pſal. 18. IVdicia dñi vera, iuſtificata in ſemetipſa. Qm̃ p legem diuinam hoies in oĩbus congruen-
ter reguntur, idcirco continent in veteri lege iudicialia quędã pręcepta, qbus inſtruebat
populus Dei, q̃liter ad extraneos ſe haberet. Scriptũ eſt em̃ in Exodo: Aduenã nõ contri-
ſtabis, & peregrino moleſtus nõ eris. Voluit ergo lex, vt ad aduenas ſecũ habitãtes benigne
Exo. 13. ſe haberent, peregrinis vero pacificũ tranſitum per terrã ſuam cõcederẽt: volentibus quoq;
Leuit. 19 ad Dei cultum ac legẽ conuerti, pium pręberẽt aſſenſum. Non tamẽ ſtatim recipiebatur vt
ciuis, ſed ſapienti moderamine vſa eſt lex. Statuit nãq;, vt Aegyptij & Idumæi in tertia gene
Deu. 23. ratione ad cõſortiũ populi Dei reciperentur ppter affinitatem eorũ ad Hebræos. Nã apud
Gen. 25. Aegyptios nati nutritiq; fuerant, & Eſau pater Idumæorũ, frater extitit Iacob. Ammonitę ve
Deut. 23 ro ac Moabitæ nunq̃ in cõſortiũ ciuile reciperent, qa hoſtiliter ſe ad ipſos habebãt cũ egre-
derentur Aegyptum. Amalechitæ q̃q; qm̃ durius ſe habuerunt cõtra Iudæos q̃ alij, quaſi p-
Exo. 18. petui hoſtes haberent, quẽadmodũ ſcriptum eſt: Bellũ Dei erat cõtra Amalech à g̃natione in
Deut. 20 g̃nationẽ. Ordinauit etiã lex, q̃modo ſe haberẽt ad hoſtes, videlicet vt primo ciuitati pacẽ
Ibidem. offerrẽt, & poſtmodum fortiter dimicarẽt ſperãtes in adiutorio Dei: & vt in illo magis con
fiderẽt, ſtatuit lex, q̃tenus ſacerdos eos moneret, atq; diuinũ ſpõderet ſubſidiũ. Formidolo-
ſos aũt & alios q̃ſdam lex remitti pręcepit. Veruntñ à cultu Dei & his quę ad aĩæ ſpectant ſa
lutẽ, lex nullum prohibuit, nec aliquẽ à beatitudine repulit, vt in Exodo patet: Si qs voluerit
in veſtram tranſire coloniam &c. Sed quantum ad temporalia cõmoda, ſcilicet ciuilitatẽ,
Exod. 12 prædicta diſtinctio intelligi debet, quæ tamen diſpenſationem admiſit. Legitur enim in li-
Iudit. 14 bro Iudith, quemadmodum Achior dux filiorum Ammon, appoſitus eſt ad populum Dei,
& omnis ſucceſſio eius propter actum virtuoſum quem fecit. Ruth quoq; Moabitis, quoni-
Ruth. 4. am mulier erat virtutis, ſtatim ad ciuilitatem admiſſa eſt. Licet dici poſſet, prohibitionem
Deut. 23 illam extendi duntaxat ad viros. Spurij autem propter vilitatem originis & eunuchi, qui-
bus cõuenire non potuit honor paternus, excludebãtur vſq; ad decimam generationẽ ab ec
cleſia Dei, hoc eſt, collegio populi. In populo enim Iudæorum cultus diuinus per carnalem
progeniem conſeruabatur. Non autem excludebantur à gratia, ſicut in Eſaia legitur: Non
dicat eunuchus, ego lignum aridum. Permiſſum autem erat Iudæis, vſuras ab alienis recipe-
re, propter pronitatem eorum ad auaritiam, & vt magis tranquilli eſſent circa extraneos,
Eſaię 56 à quibus lucrum captabant. Quarundam quoq; ciuitatum mares & fœminas atque infan-
Num. 31 tes, Deo iubente, occiderunt, propter maximam iniquitatem eorum. ¶ Porro domeſti-
ca conuerſatio conſeruabatur per duo, videlicet ſuſtentationem vitæ vniuſcuiuſq; perſonæ,
& per generationem continuam. Sunt ergo in conuerſatione domeſtica tres ordines, ſci-
licet domini ad ſeruum, viri ad coniugem, parentis ad prolem. Lex autem diuina, quan-
tum a d

tum ad ſingulos, congrua dedit p̃cepta. Iuſſit em̃ ſeruos pie tractari, neq; laboribus ĩmode-
rate vexari, nec mutilari: q ſi dñs mutilationem inferret, priuaretur ſuo dominio, & ſeruus li Deu. 15.
ber abiret. Seruum vero Hebræum ſeptimo anno cum omnibus ſuis atq; viatico debere di- Leui. 25.
mitti, & idem ſtatuit inter dñam & ancillam. Ordinauit etiã lex, vt fœminas ducerent pro- Deu. 15.
priæ tribus, ne ſortium periret diſtinctio: & vt homo reciperet coniugẽ fratris ſui ſine pro- Nũe. 31.
le defuncti, ſuſcitaretq; nomini eius ſemen, q̃d eius eſſet per adoptionem, ne ipſius memoria Deut. 25
penitus aboleretur. Ne etiam vxores alienigenas ducerent propter ſeductionis periculum, & Num. 18
ne mulieres receptæ, ex leui ſuſpicione diffamarent à viris, neq; propinquę in vxores recipe Deut. 22
rentur ppter reuerentiã naturalẽ ad eas. Præcepit q̃q; lex, vt parẽtes filios ſuos in fide & mo- Exod. 22
ribus informarent, diſciplinã, ĩpenderent, curamq; condignam haberent, de quibus oĩbus
atq; ſimilibus pręcepta multa diffuſe in Deuteronomio & Exodo plane digeſta ſunt.

¶ De duratione atq; ceſſatione p̃dictorũ p̃ceptorũ, & de noua lege. Art. XLIX.

ECce dies veniunt, dicit dñs, & feriam domui Iſrael & domui Iuda pactum nouũ, & da- Hier. 31.
bo legẽ meã in viſceribus eorũ, & in mentib⁹ eorũ ſupſcribã eam. Hoc verbũ Hieremiæ Heb. 8.
pphetæ allegat Apoſtolus, in datiõe nouę legis ĩpletum. Triplicia aũt erãt veteris legis p̃ce-
pta, videlicet cæremonialia, iudicialia, atq; moralia. Quantũ vero ad p̃cepta moralia, lex ve-
tus nõ deſijt, neq; p Chr̃um euacuata eſt, ſed magis pfecta. Propter q̃d Baruch ait: Hic liber Baruc. 4
mandatorũ Dei, & lex q̃ eſt in æternum. Sed q̃ ad p̃cepta cęremonialia ac iudicialia, lex vetus
ceſſauit. Cæremonię nanq; veteris legis, figuratiuę fuerãt Chr̃i: quia ſecundũ Apoſtolũ erant Heb. 10.
vmbra futuri, & in figura oĩa contingebãt eis. Figurã vero oportet ceſſare, veritate adueni- 1. Co. 10.
ente, & propalata. Vñ ſecundum Auguſt. Chriſto p̃dicante, ſimul currebant lex & euangeli Auguſt.
um. Sed poſt diuulgationẽ euangelij oĩnino ceſſauerunt, & nõ ſolum mortuæ, ſed & morti- Gal. 3. 4.
feræ erãt. Durãte vero ipſa euãgelij publicatiõe, mortuę erãt, qm̃ non obligabãt: non autem
mortiferæ, qm̃ abſq; peccato ſeruari valebãt. Præcepta q̃q; iudicialia ceſſauerunt, aliter tñ
q̃ cęremonialia: qa em̃ iudicialia principaliter ordinabant ad diſponẽdum ac rectificandum
ſtatũ ac vitã conuerſatiõis humanæ, inter hoĩes ſtatuendo æq̃litatẽ iuſtitiæ, idcirco directe &
ex propria ratione figuralia nõ fuerunt, quẽadmodum cęremonialia, ſed ſolum ex cõſe quen Dionyſ.
ti, inquãtum totus ille ſtat⁹ ſynagogæ, figuratiuus fuit ſtatus eccleſiæ: ſicut & nunc ſtatus ec-
cleſiæ militãtis, typũ gerit ſtatus eccleſiæ triumphãtis, q̃ eſt hierarchia cæleſtis. Iudicialia er-
go p̃cepta, euangelio diuulgato, ſunt mortua, qa vim obligandi non retinẽt: non aũt morti-
fera, poſſent em̃ à rege vel principe, ſi expediret, inſtitui, atq; à ſubditis obſeruari, dũmodo
nõ obſeruarent nec ſtatuerent, inquantũ ad veterẽ legem ſpectabant, ſed ea ratiõe, qa p̃ſenti
hoĩm ſtatui cõuenirent. ¶ Deniq; ſicut ante legem ſcriptã erant iudicialia q̃dã p̃cepta, nõ q-
dem ex inſtitutiõe diuina, ſed naturali hoĩm ratione ordinata, ſic erãt & cæremonialia aliq̃
ante legem, non ex inſtitutione diuina, ſed ſecundum voluntatẽ donationẽq; colentium De Le. 2. 3. 4
um, quẽadmodũ oblationes & ſacrificia & holocauſta ſecundum propriã ſuæ deuotionis Le. 7. 9.
æſtimationẽ offerebãt antiqui, prout eis congruum videbatur, vt in rebus à Deo pceptis, De- & 12.
um venerarentur aliq̃ ei offerendo, p quæ ſe oĩa à Deo ſortitos profiterẽtur, q̃ſi à primo prin
cipio, atq; ad eum cuncta referrent, ſicut in vltimum finem, ſummũq; bonum. Sed qm̃ ante
legẽ quidã viri pfecti & ſpũ pollentes pphetico extiterunt, credibile eſt, tales à ſpiritu ſctõ fu
iſſe inductos, & motos ad determinatũ & certum diuini cult⁹ ritum ac modum, q & interio
ri cultui Dei p tẽpore illo congrueret, & ad deſignanda Chr̃i myſteria idoneus eſſet. Cultus
em̃ Dei exterior, qui p cæremonialia p̃cepta determinatur, conſonare atq; congruere debet
cultui diuino interiori, ſicut ſignum ſignato, & figura figurato. Cũ ergo interior Dei cultus
in noua lege, alius ſit ab antiquæ legis interiori cultu, & eo pfectior, ſtatuiq; felicitatis futuræ
propinquior, ideo cæremonialia nouæ legis diſtingui oportet à cæremonialibus veteris le-
gis, eisq; expreſſiora & puriora conſiſtere. ¶ Porro lex noua, lex gratiæ appellat, ſicut ad Ro- Rom. 8.
manos ait Apoſtolus: Lex ſpiritus vitæ in Chr̃o Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis.
gratia aũt eſt q̃litas, decor, atq; perfectio aĩæ. Ideo lex noua non proprie dicit lex ſcripta, ſed
indita, q̃ſi principaliter in gratia Chriſti conſiſtẽs. Lex ergo noua veterẽ ĩplet, qa q̃d ei defu
it, addit, videlicet perfectionis conſilia, gratiã q̃q; p̃bens ex merito paſſiõis Chriſti, q̃ homo
potens efficitur implere q̃ p̃cipiuntur. Vmbræ etiam prophetiæ atq; figuræ veteris legis, in Matt. 5.
Chriſto ad effectũ & veritatẽ perductæ ſunt. Ipſe em̃ ait: Vnus apex non peribit de lege, do Lucę 12.
nec oĩa fiant. Cælum & terra tranſibunt, ſed verbũ dñi ſtabit in æternum. Non enim eſt Deus Num. 23
vt homo, vt mutetur. Et triumphator in Iſrael non parcet, nec pœnitudine flectetur. Fidelis 1. Re. 15.
enim dominus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, Qui eſt ſuper Pſal. 144
omnia Deus ſublimis & benedictus, Amen.

FINIS.

UNIVERSITAIRE